5296

5596

COLLEZIONE PISTOIESE
ROSSI-CASSIGOLI

66

BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

COLLEZIONE PISTOIESE

RACCOLTA DAL

CAV. FILIPPO ROSSI-CASSIGOLI

nato a Pistoia il 23 Agosto 1835
morto a Pistoia il 16 Maggio 1890

Pergamene - Autografi - Manoscritti - Libri a stampa - Opuscoli - Incisioni - Disegni - Opere musicali - Facsimile d'iscrizioni - Editti - Manifesti - Proclami - Avvisi e Periodici.

21 Dicembre 1891

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS JACOBI
SCARFANTONI

J. C. PATRITII, ET ECCLESIÆ PISTORIEN. CANONICI

ANIMADVERSIONES

AD

LUCUBRATIONES CANONICALES
FRANCISCI
CECCOPERII

De Canonicorum Præcedentia, Officio in Choro
ac circa Sacrificium Miſſæ, necnon de
eorum Poteſtate in Capitulo

Novo ordine, clariorique methodo digeſtas,
DECISIONIBUS SACRÆ ROTÆ ROMANÆ, ET CLARISSIMORUM
JURISCONSULTORUM VOTIS AD MATERIAM EDITIS,

EJUSDEM SCARFANTONI OPERA
AC STUDIO, AUCTAS, ATQUE ILLUSTRATAS.

Pars Secunda.



VITERBII, MDCCXXXVIII.

Proſtant
VENETIIS
APUD JOSEPHUM BORTOLI.

Digitized by Google

INDEX ARGUMENTORUM TITULORUM CECCOPERII, ET ANIMADVERSIONUM SCARFANTONI

Quæ in Secunda Parte hujus Operis continentur.

LIBER TERTIUS.

TITULUS I.

DE Sacrificio Miſſæ, & de diſpoſitione in Sacerdote celebrante, ac de Altari, ejuſque ornamentis, ſacriſque Indumentis Sacerdotis, eorumque Myſticis ſignificationibus.

ANIMADVERSIO.

Taxa eleemoſynæ pro Miſſis manualibus facta, vel in Synodo, vel ab Epiſcopo, eſt ſervanda. Non poſſunt à Capitulis, vel aliis Locis Piis, acceptari majora onera Miſſarum, quàm tempore congruo valeant Impleri. De ratione, per Epiſcopos exigenda, celebrationis earundem Miſſarum.

TITULUS II.

Solus Epiſcopus poteſt ſumere Paramenta ex Altari. In Miſſa privata duæ tantùm candelæ accenſæ retineri debent, etiamſi celebrent Dignitates, habentes uſum Pontificalium, cum hoc peculiare ſit in Epiſcopo: In Miſſis verò cantatis, pro qualitate dierum Feſtorum plures retineri poſſunt candelæ. Canonici in Cathedralibus, & Collegiatis, tenentur Miſſam quotidie decantare. Parochi tenentur diebus Feſtis celebrare Miſſam. In die Jovis, & Sabathi majoris Hebdomadæ, quomodo liceat Miſſam celebrare.

ANIMADVERSIO.

Abbates, aliique Prælati inferiores, habentes uſum Pontificalium ex Indulto Apoſtolico, quando, & in quibus locis ea valeant exercere. De differentia Ornamentorum Epiſcopalium, & Abbatialium. An communicatio generalis Privilegiorum comprehendat etiam facultatem conſecrandi Sacra Vaſa, & alia, Abbatum Dignitatem, & uſum Pontificalium concernentia.

TITULUS III.

Quales ſint Functiones Epiſcopales, quæ, abſente, vel impedito Epiſcopo, ſpectant ad primam Dignitatem. In Collegiatis, quæ habent Curam animarum annexam, Functiones, quæ alioquin ſunt Parochiales, ſpectant ad Canonicum exercentem Curam animarum, vel ad Hebdomadarium, ſive primam Dignitatem; & de differentia caſus, in quo Cura animarum habitualiter ſit penes Capitulum, vel ſit unita primæ Dignitati, reſpectu emolumentorum Funerum, & exercitii dictarum Functionum.

ANIMADVERSIO.

Quot ſint genera Vicariorum, Parochialibus deputandorum. De eorum Congrua, qualis, & quanta debeat eſſe. De unione earundem Parochialium Capitulis, ſeu Monaſteriis; & quæ ſint conjecturæ, & indicia, ad eam probandam, & reſpectivè excludendam, & alia ad materiam.

TITULUS IV.

De Miſſa Conventuali, ac in ea Miniſtrantibus, & de tempore, quo celebrari debet; De ſignificationibus Myſticis Horarum Canonicarum, & quo fine ſint inſtitutæ. Et quibus diebus teneantur Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ, duas Miſſas decantare.

ANIMADVERSIO.

De obligatione canendi in Eccleſia Cathedrali, ſeu Collegiata, Miſſam Conventualem, & de Miniſtris pro illa neceſſariis. An, & quando celebratione dictæ Miſſæ Conventualis ſatisfiat à Parochis earundem Eccleſiarum oneri applicandi pro Parochianis.

TITULUS V.

De Miſſis Votivis, pro Re gravi celebrandis, & quando ſit licitum eas celebrare. De Miſſis canendis in diebus Rogationum, & in Feſto S. Marci. An Canonici dictas Miſſas poſſint canere in Eccleſiis Regularium, & quid accedente ad eas cum Capitulo etiam Epiſcopo? An Canonici Collegiatæ poſſint canere Miſſas in Oratorio Confraternitatis invito Parocho, intra cujus Parochiæ limites ſituatum reperitur Oratorium?

ANIMADVERSIO.

Quæ exercere poſſint Epiſcopi in Eccleſiis Regularium. De delatione Crucis, quæ competit Archiepiſcopis, & etiam Epiſcopis, tale Indultum habentibus, an uti poſſint in dictis Eccleſiis quandocunque. Agitur etiam de honorificentia, debita Capitulis Cathedralium in iiſdem Eccleſiis, ad differentiam Capitulorum Collegiatarum.

TITULUS VI.

De tempore celebrandi Miſſas, ac de Rubricis præceptivis, & directivis, & quales ſint utriuſque ſpecies. Et de Orationibus, & Collectis, & de conditionibus Miſsæ, ut rectè celebretur.

ANIMADVERSIO.

De quibus Sanctis poſſit celebrari Miſsa, & Officium. Si in aliqua Eccleſia adſit Reliquia Inſignis alicujus Sancti, cujus Officium juxta Rubricas Breviarii celebratur eadem die cum aliis Sanctis, an Officium ſit celebrandum de ſolo Sancto, cujus habetur Reliquia, vel conjunctim cum aliis de communi plur. Mart. vel Confeſsor. Ac de Miſſis Votivis, & Defunctorum.

TITULUS VII.

Epiſcopus, an teneatur in ſua Cathedrali Miſsam Solemnem celebrare in Solemnioribus anni Feſtivitatibus, vel eiſdem Miſſis aſſiſtere, & quomodo excipiendus ſit, quando accedit ad Eccleſiam ad prædictas Functiones: Et item quando accedit pro audienda Sacra Concione. De obligatione Canonicorum aſſiſtendi Epiſcopo, Sacra facienti, & de Officio Magiſtri Cæremoniarum.

ANIMADVERSIO.

De reſidentia, ad quam tenentur Epiſcopi in ſuis Eccleſiis, qualis debeat eſse, præſertim nè incidant in pœnas, non reſidentibus inflictas. Quomodo, & à quibus Canonicis præſtari debeat aſſiſtentia Epiſcopo, Pontificales Functiones exercenti; & alia ad materiam.

TITULUS VIII.

De Abbatibus, aliiſque Prælatis habentibus uſum Pontificalium, & quæ ab eis ſint ſervanda in illorum uſu. Qualiter prædicti Prælati ſint à Canonicis excipiendi, & eiſdem in Sacriis miniſteriis inſervire ii tenean-

Digitized by Google

teneantur, & quid operetur conſuetudo circa dicta obſequia, vel ſervitium.

ANIMADVERSIO.

Agitur de Vicario Generali, Capitulari, & Foraneo, eorumque Præcedentia, an, & quando eis reſpectivè debeatur ſupra Canonicos. Item de Præeminentia debita Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui, vel Titulari, vel qui ſit inſimul Canonicus; nec non Abbatibus, aliiſque Prælatis ioferioribus, & demum Prothonotariis Apoſtolicis extra numerum.

TITULUS IX.

De Cæremooiis ſervandis quando Princeps Loci, ſeu Civitatis, prima vice accedit ad Eccleſiam. Aſperſio Aquæ benedictæ quomodo ſit facienda diebus Dominicis, ante Miſſum Conventualem. Quando Præbendæ ſuot diſtinctæ in Sacerdotales, Diaconales, & Subdiaconales, Canonici poſſidentes Præbendas Diaconales, & Subdiaconales, tenentur inſervire Canonico Celebranti etiam Coadjutori; non tamen Capellanis. An Canonicus poſſit ſubſtituere alium Canonicum io Officio canendi Miſſam?

ANIMADVERSIO.

Eccleſia Cathedralis ſuccedit Epiſcopo in omnibus mobilibus, ſive ornamentis, quæ ad cultum, ſive uſum ſacrum ſunt deſtinata; Et quæ in Res Sacræ, quæ non veniunt ſub ſpolio, ſed pertinent ad Cathedralem vigore *Bullæ ſa. me. Pio V.* Si Epiſcopus translatus ſuerit ad aliam Eccleſiam, hujuſmodi Res Sacræ quomodo dividi debeant inter primam, & ſecundam Eccleſiam. An de Jure ſucceſſio in bonis Epiſcopi tranſlati pertineat ad primam Eccleſiam reſpectu bonorum quæſitorum ex illius fructibus, vel potiùs ad ſecundam, in cujus gubernio deceſſit.

TITULUS X.

Ubi celebranda ſit Miſſa Conventualis, & quæ ſint ſervanda in ejus celebratione: ac de Thurificatione tam Altaris, quàm Choro inſervientium: necnon de loco, aſſignaodo Prothonotariis honorariis; & demum qui Miſſæ Conventuali aſſiſtant.

ANIMADVERSIO.

De obligatione recitandi in Cathedralibus, & Collegiatis, Officia Beatæ Mariæ, ac Defunctorum, & à quo tempore ceperit uſus ea recitandi in Eccleſia; quiſque illorum Author ſuerit. Et de hora, qua recitanda ſunt in Eccleſiis publicè Divina Officia.

TITULUS XI.

In Altari, in quo celebravit Epiſcopus, non licet aliis inſerioribus eadem die Sacrificare, Caoonici, Miſſam privatam celebrantes, vel auſculantes Sacramentales Confeſſiones tempore Divinorum Officinrum, an, & quando poſſint lucrari Diſtributiones Chori. An Præbendæ vacanti poſſit adjungi novum onus de conſenſu Patroni. Canonicus habens ex ſundatione onus celebrationis Miſſæ, an de tempore infirmitatis teneatur per alium Sacerdotem celebrare. Et de facultate quieſcendi à celebratione ſemel in hebdomada, quando onus Miſſæ eſt quotidianum.

ANIMADVERSIO.

Examinantur tres quæſtiones, Prima, ao Epiſcopus poſſit adjungere Beneficiatis onus, quòd in Fuodatiooe adjectum non ſuit: Secunda, an Beneficiatus, ſive Capellanus ioſirmus, teneatur per alium celebrare: Tertia, quando liceat Capellano, habenti onus quotidianæ celebrationis, vacare ab eadem celebratione.

TITULUS XII.

An Epiſcopus poſſit pro majori commoditate Populi ordinare, ut Capellani alicujus Eccleſiæ certis horis Miſſas celebrent, & quid ſi Fundator Capellaniæ in erectione demandaverit, nè Epiſcopus ſe intromittat io viſitatione Capellaniæ. Ad quem ſpectet providere Sacram Supellectilem, & alia ad Sacrum Myſterium opportuna; ac de Operariis Eccleſiarum circa onus providendi dicta Supellectilia, ac de illarum cuſtodia tenenda ab Eccleſiaſticis perſonis.

ANIMADVERSIO.

Diſcutitur, an Operarii Laici Eccleſiarum habeant facultatem retinendi cuſtodiam Reliquiarum, & Sacrarum Supellectilium, & quandn prædicti Operarii ad aliquos effectus cenſeri debeant Perſonæ Eccleſiaſticæ.

TITULUS XIII.

In Eccleſia Parochiali Jus adminiſtrandi Sacram Supellectilem ſpectat ad Parochum, & quid ſi Parochialis erigatur in Collegiatam. De officio Sacriſtæ. Non poteſt accipi novum onus, ſive nova eleemoſyna, niſi modico tempore poſſit ſatisfieri. An pro Miſſa Conventuali poſſit accipi eleemoſyna latè diſcutitur.

ANIMADVERSIO.

Quid ſervare debeant Loca Pia io acceptatione onerum perpetuorum Miſſarum. An Epiſcopus facultatem habeat reducendi numerum Miſſarum in limine acceptationis. An peti poſſit reductio, ubi onera Miſſarum acceptata ſint per actum inter vivos. Afferuntur nonnulla Decreta Sacr. Congreg. ad materiam taxationis eleemoſynæ Miſſarum, tam manualium, quàm perpetuarum.

TITULUS XIV.

Io Eccleſia Collegiata, quæ eſt etiam Parochialis, an debeat celebrari, ultra Miſſam Conventualem, etiam Miſſa Parochialis diebus Feſtis; & an Parochus poſſit accipere eleemoſynam pro Miſſa Parochiali. De fructu Sacrificii Miſſæ, & qualis poſſit per Sacerdotem applicari, & qualis intentio pro applicatione ſit oeceſſaria.

ANIMADVERSIO.

Traditur regula, quando legatum, factum pro celebratione Miſſarum, ſtet taxativè, ſeu potiùs demonſtrativè, & ejus effectus, pro exclusione, vel incluſione obligationis hæredis ad ſupplendum; quando proſit compoſitio, à R. Fabrica Sancti Petri obteota.

ARGUMENTA TITULORUM, ET ANIMADVERSIONUM

LIBRI QUARTI.

TITULUS I.

QUid ſignificet nomen Capituli, de Capitulo Canonicorum, eorumque Capite, nempè Epiſcopo, ſive Prælato inferiori. Et an iſti veniant appellatione Capituli, & de illius convocatione; & ad quem ſpectet illius convocatin; & quomodo providendum, ſi ille, qui tenetur convocare, renuerit; & an Epiſcopus poſſit cogere Canonicos ſe convocare io ejus Epiſcopali Palatio pro agendo de aliquo ſervitio Eccleſiæ, aut ipſe in Capitulo intervenire. Et an poſſit prohibere, nè ſe congregent, vel illos arctare ad ſibi revelandum ea, quæ in Capitulis geſta fuerunt.

ANIMADVERSIO.

De Loco, ubi congregari debeant Capitulares, Ad quem ſpectet jus Capitulum convocandi, & quomodo fieri debeat illius convocatio. De facultate, quam habet Epiſcopus, Capitulum congregandi, & de negociis, ſuper quibus illis competat talis facultas. Quando id liceat Vicario Generali.

TITULUS II.

Capitulum eſt regulariter celebrandum in loco ſolito. Si

to. Si omnes fuerint vocati, & aliqui intervenire neglexerint, in his, qui legitimè congregati fuerint, reſidet totum Jus Capituli, etiamſi eſſent minùs, quàm duæ partes ex tribus. De differentia Capituli ordinarii, ac extráordinarii, circa numerum neceſſarium ad validitatem actorum. Quid operetur, ſi unus Capitularis fuerit contemptus, ſcilicet non vocatus. Canonici abſentes quando ſint ſpecialiter vocandi, & ſpectandi.

ANIMADVERSIO.

Pro validitate actuum Capitularium, vel Collegialium, quando neceſſarius ſit conſenſus omnium, vel ſufficiat majoris partis. An, & quando major pars attendi debeat reſpectu totius Capituli, ſeu ſolùm reſpectu præſentium.

TITULUS III.

Ad Capitulum ſunt convocandi ſolùm qui habent vocem: & quibus competat hujuſmodi vox; & an Canonico illam non habenti ſit permittendum intereſſe Capitularibus Congregationibus. Canonicus diſpenſatus ſuper ætate ad obtinendum Canonicatum, an ſit diſpenſatus etiam quoad vocem in Capitulo: ac de Canonicis Coadjutoribus, & Supernumerariis admiſſis cum plenitudine Juris Canonicalis. Quando prima Dignitas Capituli non eſt in Sacris, & non habet vocem, tamen præſidere poteſt in Capitulo: Ac de iis, qui poſſunt puniri à Capitulo privatione vocis, & qui ob irregularitatem, excommunicationem, & ſimilia, non ſunt convocandi. An, & quando admittendus ſit in Capitulo ad votandum Procurator abſentis, vel infirmi: Et an extraneæ perſonæ poſſint in Capitulum admitti.

ANIMADVERSIO.

De viſitatione Diœceſis, per Epiſcopum ſingulis annis facienda, deque ſucceſſiva obligatione Synodum cogendi. An, & quando teneatur Epiſcopus in Statutis Synodalibus condendis ſequi conſilium Capituli. An neceſſaria ſit in eorum publicatione Cleri approbatio, cum aliis ad materiam.

TITULUS IV.

Omnes, qui habent vocem in Capitulo, debent in illo intervenire, tam ſi ſit ordinarium, quàm extraordinarium; Et quinam ſint ab intereſſentia excuſandi. In principio Capituli debet præmitti oratio. Canonici debent intervenire in Capitulo cum habitu Chorali, etſi aliqui ſint Prothonotarii. Prima Sedes cui debeatur, & qualis eſſe debeat illa Epiſcopi, quando in eo intervenit. Vicarius Epiſcopi, qui ſit Canonicus, an poſſit cogi exire de Capitulo, quando agitur de re ſpectante ad Epiſcopum. Item an alter Canonicus, quando agitur de re ad ſe ſpectante. De modo, & ordine loquendi, ac proponendi in Capitulo. Non intervenientes in Capitulo, vel ab eo recedentes, ſunt mulctandi, & quomodo. Primo agendum eſt in Capitulo de rebus, ad Cultum Divinum ſpectantibus.

ANIMADVERSIO.

Agitur de Jure viſitandi, quod competit Epiſcopo, omnes Eccleſias ſuæ Diœceſis, & exigendi rationem adminiſtrationis Piorum Operum, etiam à Capitulo. An viſitationem, & computorum reviſionem teneatur facere per ſe ipſum, vel valeat etiam per alios explere, & quibus pœnis procedere contra contumaces, ſeu muneri ſuo non ſatisfacientes.

TITULUS V.

In electionibus, aliiſque negociis ordinandis, requiruntur vota majoris partis Capitularium, & aliquando de conſuetudine duarum ex tribus partibus; ac de modo computandi vota Capitularium. Quando vota debeant eſſe ſecreta, vel publica; Et an votum alicujus perſonæ dignioris, ſeu magis litteratæ, prævaleat alteri inferioris dignitatis, vel litteraturæ. An Canonicus poſſit ſe eximere à reddendo voto in actibus Capitularibus. Reddentes votum contra juſtitiam tenentur ad damna, & quando. Per contradictionem, vel oppoſitionem contra ea, quæ à majori parte decreta ſunt, non impeditur executio.

ANIMADVERSIO.

Redditus Maſſæ, conflatæ ex piis Fidelium Oblationibus, quam, ultra Maſſam communem Diſtributionum quotidianarum, ut plurimum habent Eccleſiæ Cathedrales, & Collegiatæ, erogari non debent, niſi in uſus, à Teſtatoribus deſtinatos. Idem dicendum de augumento ejuſdem Maſſæ, quod reſultaret ex Oblationibus, quæ fieri ſolent à Canonicis in eorum ingreſſu; vel ex media Annata, quæ in aliquibus Eccleſiis, per Canonicos noviter proviſos perſolvitur. Sicuti pariter de Subſidiis dotalibus, pauperibus Puellis relictis; Eleemoſynis, aliiſque ſimilibus.

TITULUS VI.

Electiones ad Præbendas, ſive Beneficia, ſolent fieri per ſecreta ſuffragia. Quomodo fiat Electio, & de variis modis faciendi Electiones; & quando neceſſe ſit ſervare formam Capituli *quia propter*, *de electione*. Vota quando dicantur inutilia, & de modo illa excipiendi. Quid agendum ſit in paritate votorum; & an recurrendum ſit ad ſortes.

ANIMADVERSIO.

Agitur de materia Optionis, ad quem ſpectet, & intra quem terminum expleri debeat, & ſuper quibus Præbendis, ſeu Beneficiis cadat. An, & quando reſervatio excludat Optionem, quoad domos Canonicales. Quando tale Jus Optionis competat Coadjutis, & alia ad materiam.

TITULUS VII.

Collatio Canonicatuum Eccleſiæ Cathedralis ſolet eſſe ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum, & aliquando ſolet dividi per turnum, & quid in Collegiatis, tam ſubjectis Epiſcopo, quàm inferiori Prælato; Sede Vacante, in Capitulum transfunditur jus conferendi Canonicatus ſimultaneæ collationis. Receptio Canonicorum quomodo fiat, etiam in caſu, quo ſint de Jurepatronatus. Quæ ætas requiratur in providendis de Canonicatibus in Eccleſiis Cathedralibus.

ANIMADVERSIO.

De Vicario Capitulari, quomodo, & quando ſit facienda ejus electio, & quas habere debeat qualitates in Vicarium eligendus. Quibus de cauſis jam electus removeri poſſit. Quam Juriſdictionem habeat Capitulum. Sede vacante, & alia ad materiam.

TITULUS VIII.

Ad obtinendas Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis, qualis ætas requiratur. Et quid ſi ſit eiſdem annexa Cura animarum habitualis, vel actualis. De Præbenda Theologali, ac de officio Pœnitentiariæ. Capitulum, an teneatur ad Canonicatus eligere digniorem, ſeu potiùs ſatis ſit eligere dignum, & quid ſi Præbendæ ſint annexæ Curæ animarum.

ANIMADVERSIO.

Qualis ætas requiratur in aſſumendis ad Dignitates, ſive Canonicatus, in Eccleſiis Cathedralibus, ſive Collegiatis; Et quando eiſdem ſit adnexus Ordo Sacer, & de pœnis ſeſe non promoventium ad Ordines requiſitos, tam de Jure, quàm ex Fundatione, vel Statuto.

TITULUS IX.

De idoneitate requiſita ad obtinenda ſimplicia Beneficia, & Canonicatus, ac de examine præmittendo ab Epiſcopo. De poſſeſſione Præbendæ Canonicalis. Quid requiratur ad ejus validitatem; tam ſi ſit liberæ collationis Capituli, quàm ſi ſit de Jurepatronatus; ac de forma ſervanda in traditione dictæ poſſeſſionis.

ANIMADVERSIO.

Agitur de qualitate Magiſterii, quam ex peculiari Eccleſiæ Statuto habere debent aſſumendi ad Dignitates, ſeu Canonicatus. Item de officio Scholaſteriæ. Theologiæ, & Pœnitentiariæ in Cathedrali, ac etiam Collegiatis, ex præſcripto Sacr. Conc. Tridentini Inſtituendis.

TITULUS X.

Canonicus intra bimeſtre à die captæ poſſeſſionis debet emittere profeſſionem Fidei coram Epiſcopo, & Capitulo. Quid in Canonicatibus Collegiatarum?

rum? De obligatione Canonicorum circa obſervantiam Statutorum Eccleſiæ; & quando eis ligentur propter juramentum præſtitum in actu adeptionis poſſeſſionis, & de facultate condendi Statuta.

ANIMADVERSIO.

De Matricitate, quotuplex ſit, & quos effectus in qualibet ſpecie operetur. An ea ceſſet, quando Eccleſia inferior elevatur ad ſtatum ſuperiorem Eccleſiæ, cui ſubjecta erat: quid, ſi ad ſtatum æqualem?

TITULUS XI.

Capitulum non poteſt privari facultate ſtatuendi; non tamen poteſt ſtatuere circa ardua, ac graviora ſine conſenſu Epiſcopi, quod latè explicatur. Statutorum ignorantia non poteſt allegari a Canonicis. An conſentiente Epiſcopo poſſint condere Statuta tam præter Jus, quàm contra Jus, quod clarum ſit exemplis.

ANIMADVERSIO.

De facultate, quam habent Capitula Cathedralium, & Collegiatarum, condendi Statuta pro earum regimine, & quando in eis requiratur Superioris auctoritas. De obſervantia eorundem Statutorum, ac de juramento per Canonicos præſtando in actu receptionis, & de profeſſione Fidei, per eoſdem facienda.

TITULUS XII.

Capitulum an poſſit ſtatuere, & firmare numerum Cannnicorum. An Epiſcopus ordinaria auctoritate poſſit creare, tam in Cathedrali, quàm in Collegiata, Dignitates. In quibus caſibus Epiſcopus teneatur adhibere conſilium Capituli. Epiſcopus poteſt ſolus punire Canonicos, niſi Capitulum ſit exemptum. Quomodo citandum ſit Capitulum; & an ſufficiat citare Syndicum. Et de locatione Bonorum Capituli, ſive Præbendarum particularium.

ANIMADVERSIO.

Epiſcopus quando teneatur requirere conſenſum Capituli, & quando conſilium tantùm. Agitur de privilegio Adjunctorum, quod habent Capitula exempta ad formam *Conc. Trid.*, quando locum habeat, & quibus de cauſis amittatur, aut ceſſet.

TITULUS XIII.

De bonis Capituli, & quomodo ſit permiſſa eorum diſpoſitio ſecundum diverſam naturam eorundem bonorum. Et quando major pars Capituli poſſit præjudicare minori, expendendo communes redditus in aliquam cauſam neceſſariam, vel valdè utilem, veluti ad ſubſtinendas lites motas pro conſervandis juribus. An decedente Canonico ante factam repartitionem Diſtributionum, ſint debitæ illius hæredibus. quid de debitis contractis in cauſam communem, an ad illa teneantur Canonici poſtea recepti. De Statutis à Capitulo factis, & quando valeant, & an illis poſſint derogare, vel illa interpretari.

ANIMADVERSIO.

De contributione expenſarum pro litibus, motis per Capitulum contra aliquem Capitularem, vel aliàs perſonas extraneas, & è converſo. Quando Canonicus abſens cauſa litis ſuæ Præbendæ, lucrari valeat fructus, & etiam Diſtributiones quotidianas.

De cauſis, ob quas Epiſcopus, & reſpectivè Canonici, ab eo dependentiam habentes, excludendi ſint à Capitularibus Comitiis.

TITULUS XIV.

De conſenſu Epiſcopi poteſt Capitulum ſtatuere ex cauſa etiam præter jus, & adjungere clauſulam irritantem, & adducuntur varia exempla de his, circa quæ non poteſt Capitulum ſtatuere. Major pars Capituli non poteſt renuntiare juribus, & privilegiis Capituli, & quando requiratur conſenſus omnium. An Capitulum poſſit ſtatuere circa eleemoſynam tribuendam occaſione Funerum, ad quæ invitatur idem Capitulum, & alia ad hanc materiam.

ANIMADVERSIO.

An Capitulum acquirere poſſit Juriſdictionem activam in ſuos Capitulares, alioſque Eccleſiæ Miniſtros, & quomodo. De iis, quæ ſpectant ad Epiſcopum, non obſtante Capituli exemptione. Referuntur ea, quæ Epiſcopus poteſt gerere ſolus, etiam in caſu, quo debeat procedere cum Adjunctis.

TITULUS XV.

Capitulum num poſſit ſtatuere, quòd recipiantut in Canonicos ſolùm Nobiles; & an nomine Nobilium veniant etiam Nobiles ex privilegio. Item quòd recipiantur ſolùm Doctores. De acceptatione, ac repudiatione Legati Pii cum onere Miſſarum, facti Capitulo. An, & quando fructus inexacti Beneficiorum ſint obnoxii Spolio ad ſavorem Cameræ Apoſtolicæ. Quando Clerus habet compoſitinnem cum Rev. Camera Apoſtolica quoad Spolia, tunc fructus pertinenr ad hæredes, qui tunc tenentur contribuere ſucceſſori in Beneficio pro victu uſque ad novos fructus, ubi agatur de diverſis ſpeciebus dictorum fructuum ad dictum effectum. Tranſactio facta inter Capitulares quando ſubſiſtat ſuper juribus ſpectantibus ad Parochum Eccleſiæ Collegiatæ.

ANIMADVERSIO.

An, & quando valeat Statutum, mandans, non recipi in gremium Capituli, niſi Nobiles. Nobilitas quomodo probetur. Item quomodo amittatur; cum aliis ad materiam.

TITULUS XVI.

Quod concernit Canonicos ſeparatim, non pertinet ad Capitulum, & è converſo. Undè Canonici particulares non poſſunt conveniri pro debito Capituli. Tenetur tamen Capitulum ex delicto ſuorum Officialium. Quomodo retineri, & cuſtodiri debeant Scripturæ Capituli. Canonicus, an ſit teſtis, tam favore, quàm contra Capitulum, & an poſſit agere ejus nomine ſine ſpeciali mandato. De incompatibilitate Canonicatus cum Parochiali, & de Beneficiis ſub eodem tecto. De Juriſdictione ordinaria, quæ devolvitur ad Capitulum Sede Epiſcopali, vel Abbatiali, vacantibus.

ANIMADVERSIO.

De pluralitate Beneficiorum, & quis ſuper ea diſpenſare valeat. Quæ ſint conſideranda, ad effectum judicandi ſufficientiam Beneficii pro congrua Beneficiati ſubſtentatione, aliaque plura, ad materiam ſpectantia.

DE

DE CANONICORUM MINISTERIO IN SACRIFICIO MISSÆ.

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

De Sacrificio Miſsæ, & de diſpoſitione in Sacerdote celebrante, ac de Altari, ejuſque ornamentis, ſacriſque Indumentis Sacerdotis, eorumque Myſticis ſignificationibus.

SUMMARIUM.

1 *Miniſterium idem eſt, quod officium, circa res Eccleſiaſticas, & Spirituales.*
2 *Myſterium Miſſæ eſt oblatio Corporis, & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti.*
3 *Miſſa fuit inſtituta à Chriſto Domino in ultima Cœna, & in ea creavit Sacerdotes.*
4 *Miſſa dicitur à mittendo, quia in ea preces mittuntur ad Deum.*
5 *Miſſa dicitur Sacrificium incruentum.*
6 *Si in Miſſa conſecrentur aliæ Particulæ pro communicandis Fidelibus, non debent ab Altari amoveri, niſi poſt ſumptam Communionem à Celebrante.*
7 *Hoſtia conſecrata, relicta pro adoratione, vel Communione Fidelium, dicitur Sacramentum.*
8 *In omnibus Sacramentis requiritur materia, & forma, & intentio, & qualis ſit in hoc Sacramento, & Sacrificio Miſſæ,* & num 9.
10 *Quæ ſit forma præciſa dicti Sacramenti.*
11 *Miniſter eſt ſolus Sacerdos.*
12 *Qualem diſpoſitionem debeat habere Sacerdos in conficiendo hoc Sacrificio,* & n. 13. & 14.
15 *Item qualis debeat eſſe ejus intentio, dum Sacrum agit,* & n. 16.
17 *Quotuplex ſit locus Sacer, in quo eſt offerendum hoc Sacrificium, & qualis,* & n. 19.
18 *Locus iſte frequentiùs polluitur ſanguinis effuſione publica, voluntaria, & non modica.*
20 *Undè denominetur Altare, & quotuplex ſit.*
21 *Quantæ longitudinis, ac latitudinis debeat eſſe Petra Sacrata.*
22 *Hic parvus Lapis, ab Epiſcopo conſecratus, propriè nuncupatur Altare.*
23 *Petra Sacrata, per violationem Eccleſiæ nunquam polluitur, ſed non ita de Altari ſtabili, in quo eſt collocata.*
24 *Quomodo evaneſcat, tam Altaris ſtabilis, quàm Petræ Sacratæ conſecratio.*
25 *Quò reſpicere debeat, ſaltem de conſilio, Altare majus in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, & de ratione.*
26 *Minora Altaria, & Oratoria, quaslibet mundi partes poſſunt reſpicere.*
27 *Tribus Tobaleis debet eſſe coopertum Altare, in quo ſit Miſſæ Sacrificium, licèt ſatis ſit, ut altera ex duabus duplicetur.*
28 *Qualis culpæ reus ſit, qui Miſſam celebraret abſque ulla ex dictis tribus Tobaleis, vel cum una tantùm,* & n. 29.
30 *Quòd prædictæ mappæ ſint ab Epiſcopo benedicendæ, eſt ſolùm de convenientia.*
31 *Anterior pars Altaris veſtiri debet Pallio, quod officio currenti conveniat, ſed hoc à Rubricis non decernitur ſub gravi culpa.*
32 *Solummodo in Feria ſexta majoris Hebdomadæ remanet ſpoliatum & quid ſignificet.*
33 *Ad Sacrum faciendum requiritur etiam Calix, & Patena, ab Epiſcopo conſecrata.*
34 *Celebrans cum Calice, vel Patena, nondum conſecratis, peccat mortaliter, niſi bona fide excuſetur, & tunc Calix, vel Patena, non indigent alia conſecratione.*
35 *Ex qua materia conſtare debeat Calix.*
36 *Purificatorium ſit ex lino contextum, & laudabile erit, ſi priùs ab Epiſcopo benedictionem accipiat.*
37 *Item Corporale de præcepto debet eſſe confectum ex lino, aut ex canapa, aut olanda, & ab Epiſcopo benedictum; & quoad medium, purum; quo verò ad extremitates, poteſt eſſe ex ſerico, vel auro, vel argento elaboratum,* & n. 38.
39 *Et idem dicendum de parva Palla, qua Calix tegitur.*
40 *Quale peccatum ſit Vaſa Sacra, & alia prædicta, ad Sacrificium neceſsaria, ſordida, vel lacera adhibere.*
41 *Quid, ſi munda non parentur à Sacriſta Eccleſiæ?*
42 *A veniali ſaltem non excuſatur, qui abſque tonſura, & veſte talari celebrat.*
43 *Quomodo accipiatur Veſtis talaris.*
44 *Quod parum diſtat, nihil diſtare videtur.*
45 *Prælati Seculares, Prothonotarii, & Canonici, uſum Rocchetti habentes, Miſsam celebraturi, ſuper eodem Rocchetto Sacra Indumenta induere debent.*
46 *Quot ſint ſacræ Veſtes, in Sacrificio Miſsæ adhibendæ, & quid ſignificent, remiſſivè,* & n. 47.
48 *Hujuſmodi Sacerdotalia Indumenta ſunt ab Epiſcopo benedicenda; aliter reus eſt mortalis culpæ, qui his non utitur benedictis* & n. 49.
50 *Amplia etiamſi una tantùm non benedicta utatur, excepto Cingulo, cum propriè non ſit Veſtis, ſed ligatura alterius Indumenti.*
51 *An, & quando Canonici, & Dignitates, inferiores Epiſcopo, poſſint benedicere Sacerdotalia Indumenta,* & n. 52. & 53.
54 *Prælati Regulares habent hanc facultatem ex privilegio Apoſtolico, pro uſu tantùm ſuarum Eccleſiarum.*
55 *Veſtes Sacerdotales non benedictæ, bona tamen fide*

in Sacrificio Miſſæ adhibitæ, non indigent ampliùs benedictione.
56 *Secus tamen, ſi mala fide id fiat, vel Planetam, non benedictam, alteri benedictæ ſupponat, ac cum utraque celebret.*
57 *Quando Sacra Indumenta benedicta amittant benedictionem.*
58 *Cingulum ita fractum, ut neutra pars ſit apta ad cingendum, amittit benedictionem.*
59 *Idem dicendum de Alba, ſi abſcindatur manica, quia ſit lacera, ut de novo fiat.*
60 *Dalmaticæ ab Epiſcopo de congruitate ſunt benedicendæ.*
61 *Secus verò quoad Pluviale, quod non benedicitur, ubi de ratione, remiſſivè.*
62 *De menſura, forma, & colore Sacrarum Veſtium, remiſſivè.*
63 *An, quando, & quale ſit peccatum, adhibere Paramenta alterius coloris, quam ſit à Miſſali præſcriptus.*

TITULUS I.

MIniſterium idem eſt, quod Of-
ficium circa res Eccleſiaſticas,
1 & Spirituales, ut notant *Abb. in cap. Cum M. num. 26. de conſt. Bellam. in cap. ſuper, num. 21. de renunc. & Dec. in cap. Cum in cunctis, de elect.* Quod maſſimè con-
ſiſtit in ritè, ac rectè cantanda, &
celebranda Miſſa, ut poſt alios,
obſervat *Gratian. diſc. for. cap. 298. n. 6.* Miſſa, ut
docet *Innoc. Papa III. de Myſt. Miſſ. lib. 6. c. 12.* nuncu-
patur Myſterium, & Miniſterium; Myſterium, quòd
2 offertur, Miniſterium, quòd profertur. Ut Myſte-
rium, eſt oblatio veri Corporis, & Sanguinis Domi-
ni noſtri, qua per Celebrantem in perſona Chriſti of-
fertur Deo Patri unicum legis novæ Sacrificium.
Rodriq. QQ. Reg. tom. 1. quæſt. 43. art. 5. Oderic. ſuper Annal. Baron. ann. 34. n. 60. & alii. Miſſa, quoad ſuam
3 ſubſtantiam, fuit inſtituta à Chriſto Domino in ulti-
ma Cœna, in qua celebravit, & communicavit Apo-
ſtolos, quos, & Sacerdotes creavit, ac legem tulit,
ut idem ipſum perpetuò fieret per eos, ac cæteros
in Sacerdotio Succeſſores. *Card. Turrecr. ſuper cap. Porrò, de conſecr. diſt. 1. D. Anton. in Summ. part. 3. tit. 13. c. 5. §. 1. Baron. in Annal. Eccleſiaſt. anno Domini* 34. & latiùs
Fagundez, de Præcept. Eccleſ. part. 1 lib. 3. cap. 1. n. 17.
4 Miſſa, ut Miniſterium, dicitur à mittendo, quia
in ea Preces cum Sacris cæremoniis ad Altiſſimum
Deum mittuntur; & quo ad Cæremonias, Orationes,
Actiones, & alia accidentia, profecta eſt ab Apo-
ſtolis, & Summis Pontificibus Romanæ Eccleſiæ,
cap. Jacobus, de conſecr. diſt. 1. Valen. tom. 4. diſp. 6. qu. 11. pun. 5. n. 3. Hoc nomen Miſſa ſimpliciter prolatum, acci-
pitur pro toto Opere Sacro, quod impenditur in confi-
cienda præfata oblatione, ut tradit *Card. Bellarm. contr. tom. 3. lib. 5. c. 5.* Ut autem de his ea notitia à Canoni-
cis habeatur, quam eorum munus depoſcit, ſcire o-
portet, quòd, dum in Miſſa Hoſtia conſecratur,
immolatur, & ſumitur, Sacramentum, & Sacrifi-
5 cium incruentum propriè dicitur. Sacrificium idem
ſonat, quòd ſacrum factum, & Sacramentum Sacrans
mentem, quatenus eſt cibus animæ. Et quia tam in
Miſſis cantatis, quàm planis, interdum, ultra Ho-
ſtiam majorem, apponuntur Particulæ pro communi-
candis Fidelibus extra Miſſam, Celebrans permittere
6 non debet, quòd alius Sacerdos eas indè ſtatim tollat
poſt conſecrationem, quia ſunt ſimul Victima Sacrificii,
hiſque congruunt Orationes, Oblationes, & Benedi-
ctiones, prout Hoſtiæ majori, atque non ſunt perfectè
ſacrificatæ, niſi poſt ſumptam Communionem à Cele-
brante: ita, ante alios Recentiores adnotavit *Dian. mor. part. 5. tract. 13. reſ. 72.* Terminata Miſſa, ſi ali-
qua Hoſtia conſecrata reponatur in Pyxide, pro ado-
7 ratione, vel Fidelium Communione, hæc ibi ſolummo-
dò dicitur Sacramentum. *D. Thom. 3. part. quæſt. 9. art. 9.*
In omnibus Sacramentis neceſſariò requiritur materia,
forma, Miniſter, ejuſque intentio: ita omnes. Ma-
teria hujus Venerabilis Sacramenti, & Sacrificii Miſ-
8 ſæ, eſt Panis triticeus, & Vinum vitis, prout fuit de-
terminatum *in c. firmiter, de Summ. Trinit.* Cum vino
ponendum eſt in Calice paululum aquæ, non de neceſſi-
tate Sacramenti, ſed præcepti, *cap. Perniciosſus, de celebr. Miſſ.*
Forma in conſecratione Hoſtiæ ſunt illæ quatuor 9
voces, *Hoc eſt Corpus meum*, vocula illa, *enim*, addita
fuit à D. Petro. *ca. cum Marta, d. tit.* Sed non poteſt ab-
ſque culpa prætermitti. *Navarr. de Grav. tom. 2. grav. 146. n. 4.* In conſecratione Vini de ſubſtantia exiguntur illa
quinque verba, *Hic eſt calix Sanguinis mei*: & quæ
ſequuntur in Miſſali, uſque ad *Remiſſionem peccatorum*
incluſivè, non ſunt de eſſentia Sacramenti. *Averſ. de* 10
Sacriſ. Miſſ. ſect. 19. tit. de Form. Euch. ſect. 2. Sà V. Miſſa n. 5. licèt graviter peccaret Celebrans, qui ea
prætermitteret, ut notat *Sanchez in D. Thom. part. 3. diſt. 80. & Card. Tol. Inſtr. lib. 2. c. 26. nu. 1.* Mi-
niſter eſt ſolus Sacerdos, qui debet eſſe liber ab o-
mni excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, & 11
irregularitate. *cap. perveni, de conſecr. diſt. 2. D. Thom.*
ubi ſupra *quæſt.* 82. Quòd ſi his irretitus, vel etiam
degradatus, Miſſam celebraret, utique graviſſimo ſce-
lere ſe inquinaret; verumtamen Sacrificium, & Sa-
cramentum perficeret. *Abb. in cap. De homine, num. 3.* 12
de Celebr. Miſs. Ratio ſatis efficax redditur à *Lactan. Finell.* meo Conſobrino *in ſua Select. aur. Caſ. reſer. cap. 6. num.* 2. Celebrans debet eſſe purus à lethali rea-
tu, de quo ſcientiam habens certam, aut probabili-
ter dubiam, tenetur ſub novo mortifero crimine con- 13
feſſionem præmittere, ita declaravit *Sacroſ. Conc. Trid. ſeſs. 13. cap. 7. & can. 15.* Nec ſufficit con-
tritio, in quo erravit *Cajet. in Summ. V. Confeſſio, &* 14
V. Communio. Verùm eſt, ſi copia Confeſsarii, arbi-
trio viri prudentis, deeſſet, & Miſſæ celebrationem
abſque propria infamia, vel aliorum offenſione relin-
quere non poſset, ſatis eſset Celebranti actum con-
tritionis elicere. *Azor. Mor. tom. 1. lib. 10. cap. 31. quæſt. 4. Ghilin. l. c. V. Contritio. n. 14.* & latè *Eminen. de Lugo de Sacram. Euch. quæſt. 14. ſect. 7. num. 83.* In Miniſtro,
Sacrum facturo, neceſsaria eſt intentio conſecrandi,
ſeu peragendi, quod in Cœna Chriſtus geſſit, ut no- 15
tant *Rubr. Miſſal.* quam intentionem ſufficit habere
virtualiter. *Henriq. in Sum. lib. 9. cap. 39. num. 3. Anton. de Bitt. in Summ. part. 6. cap. 23. n. 15.* Actua- 16
lem tamen attentionem, quantum quiſque poterit,
par eſt habere, maximè dum verba Conſecrationis pro-
fert. *Raguc. de Miſs. quæſt. 10. n.* 2. His prælibatis circa
eſsentialia Sacramenti Altaris, res poſtulat nonnulla
materialia in conficiendo hoc Sacrificio, quæ ſunt
tantùm de præcepto, vel de conſilio, & ante omnia
requiritur Locus Sacer, qui eſt duplex, communis,
& proprius: communis eſt Eccleſia conſecrata, ſive 17
Oratorium publicum ab Epiſcopo benedictum, & hæc
eſse debent de præcepto incontaminata, non polluta,
ita docent DD. communiter. Polluuntur quidem plu-
ribus modis, ſed frequentius ſanguinis effuſione, quæ
ad hunc effectum non poteſt abeſse, quin ſit publi- 18
ca, voluntaria, ac non parva. Videatur *Ricc. in Prax. part. 3. reſ. 363. & Dian. par. 6. reſol. 24.*
Proprius locus, in quo Sacrum eſt faciendum, eſt 19
Altare, quod ex præcepto, ad mortale obligante,
exigitur lapideum, & ab Epiſcopo conſecratum, *cap. Altaria, de conſecr. diſt. 1. Card. Turrecr. ibidem.* Dici-
tur Altare quaſi alta Ara, quia ob reverentiam Sa-
crificii, & Sacerdotis commoditatem, extollitur in 20
loco eminenti: & eſt duplex, ſtabile, & portatile:
primum dicitur lapis integer, qui toti ſuperimponi-
tur moli, *cap. Si motum, de conſecr. d. 1. D. Anton. in Summ. part. 3. tit. 13. cap. 6.* Secundum, quod &
appellatur Petra Sacrata, eſt parvus ille lapis, con-
tinens in ſe ſigillum ſepulchri, in quo Sanctorum Reli-
liquæ reponuntur. *cap. ult. de privileg.* Et debet eſse tan- 21
tæ longitudinis, ac latitudinis, ut immediatè valeat ca-
pere pedem Calicis, ac Patenam cum Hoſtia conſecra-
ta. *Sylv. V. Altare num. 1. Jacob. de Graff. dec. part. 1. lib. 2. cap. 42. n. 4.* Hujuſmodi parvus lapis, ab E- 22
piſcopo conſecratus, propriè nuncupatur Altare, li-
cèt reponatur ſuper aliam materiam, lapidibus erectam,
cui vulgariter nomen Altaris tribuitur, *Trull. de Sacram. & Adverſ. loc. cit.* Et quando violatur Eccleſia, 23
non polluuntur hujuſmodi Petræ Sacratæ, quare poſ-
ſunt de una ad aliam Eccleſiam tranſportari, & pro
pterea dicuntur portatilia, ut obſervat *Ugolin. de*

Offic.

Digitized by Google

Offic. & Poteſtat. Epiſcop. cap. 30. numer. 4. ſecus dicen-
dum de Altari ſtabili, quod remanet pollutum, dum
violatur Eccleſia, utrorumque verò Altarium ſigillis
24 amotis, vel notabiliter fractis, evaneſcit eorundem
conſecratio. Coninck de Sacram. quæſt. 83. art. 2. d. 2.
nu. 138. & ante eum adnotavit Abb. in cap. Ligneis,
25 de conſecr. Eccleſ. Altare Majus in Cathedralibus,
& Collegiatis, de conſilio debet verſus Orientem
reſpicere, cap. Eccleſiarum, diſt. 11. gloſs. ibid. Abb. in
Clem. Si dominum, de Reliq. & ven. SS. Potiſſima ra-
tio eſſe videtur, ut Fideles ad ipſum converſi, O-
rientalem plagam reſpiciant, ubi erat Paradiſus, à
quo ob peccatum ejectus ſuit primus noſter Parens,
& ita propriam miſeriam deplorando, poſtulent à Di-
vina Clementia reddi cœleſte Paradiſum: ita S. Fauſt.
de Orat. q. 164. Minora Altaria, & Oratoria, liberum
eſt fundare verſus quaslibet mundi Partes, nempè
26 Orientem, Occidentem, Meridiem, Aquilonem. Fi-
liuc. l. cit. tract. 5. c. 4. n. 23.

Quodcunque Altare, in quo fit Sacra Miſſæ actio,
27 præparandum eſt tribus Tobaleis lineis. Eminent. de
Lug. ubi ſupra diſp. 20. ſect. 1. nu. 76. ſatis tamen eſt,
ut altera ex duabus duplicetur. Gavan. l. c. V. Altare
28 num. 1. Qui abſque ulla ex his mappis Sacrum fa-
ceret, exitialis noxæ reus eſſet. Fernandez loc. c. cap.
5. §. 11. Suarez ubi ſupra diſp. 82. ſect. 6. Qui verò cum
29 una tantùm celebraret, moralem culpam evitaret,
juxta tradita à DD. apud Dian. part. 10. tract. 11. re-
ſol. 5. Prædictas Mappas ab Epiſcopo eſſe benedicen-
das, iteratò tradunt Miſſalis Rubricæ, & notat Mar-
chan. loc. cit. tit. de Miſs. quæſt. 2. dec. 1. Sed loquuntur
30 de convenientia, ut volunt Buſemb. in Med. Theol. mor.
tract. 3. dec. 5. reſp. 1. & Bauc. tom. 1. tit. de oblig. Sacerd.
quæſt. 14. Totum Altare in anteriori parte veſtiri de-
31 bet Pallio, Feſto, vel Officio convenienti, ita Ru-
bricæ; quod pariter non decernitur ſub gravi culpa.
Bauc. loc. cit. Laym. ubi ſupra cap. 6. nu. 10. ſolummo-
32 do Feria Sexta ſanctioris Hebdomadæ remanet expo-
liatum, ad ſignificandum Chriſtum Dominum nuda-
tum ſuis veſtibus. Ad idem Sacroſanctum Myſterium
33 expoſcitur Calix, & Patena, ab Epiſcopo conſecra-
ta c. Vaſa, c. Calix, de conſecr. diſt. 1. Et Celebrantes
cum his, nondum conſecratis, graviter delinquunt:
ita omnes. Cæterùm ſi quis bona fide uſus fuerit Ca-
lice non conſecrato, quem exiſtimaverit conſecratum
excuſatur ab omni culpa, & Calix deinceps nulla
34 alia iodiget conſecratione, ita probabiliter tenet Mar-
chin. de Sacram. Ord. tract. part. 3. cap. 13. nu. 3. Dian.
p. 5. tract. 13. reſol. 60. & alii recentiores. Calix con-
ſtare debet ex auro, vel argento, ſaltem in cuppa:
35 ſtante vero Eccleſiæ paupertate toleratur ex ſtan-
no, vel rame deaurato. Imol. in cap. Ex præſentium,
num. 3. de pignor. Abb. in cap. ultim. de celebr. Miſs. Ad
extergendum Calicem, os, ac perfuſos Celebrantis
digitos, ſuper eodem ponitur purificatorium ex lino
36 contextum, quod laudabiliter priùs ab Epiſcopo be-
nedictione donatur. Laym. loc. cit. cap. 6. nu. 12. & E-
minen. de Lugo ſtatim cit. ſect. 2. num. 76. Corporale de
37 præcepto debet eſſe confectum de lino, vel canapa,
aut Olanda, & ab Epiſcopo benedictum, cap. Conſul-
tum, de conſecr. diſt. 1. & Card. Turrecr. ibid. num. 2.
& eſſe debet purum quoad mediam partem capien-
38 tem Hoſtiam, & Calicis pedem, extremitates verò
obeſſe non poteſt, ſi ſint ſericæ, vel auro, aut ar-
gento elaboratæ. Fernandez ubi ſupra, cap. 5. §. 11.
interrog. 8. Rodriq. in Summ. loc. cit. num. 19. & Card.
39 Tol. lib. 2. cap. 2. & prædicta procedunt de Filiola,
qua Calix operitur. Ianoc. de Myſt. Miſs. c. 56. Pinell.
in tract. de Miſs. c. 12. Vaſa ſacra, Corporalia, Purifi-
catoria, Altaris mappas laceras, vel adeo ſordidas
40 adhibere, quòd à menſa communi cum nauſea reji-
cierentur, peccatum erit lethale, quia fit contra re-
verentiam tanto Sacramento debitam. ita Sylv. in
Summ. V. Vaſa. Cajet. in Sum. V. Miſsæ celebratio. Graff.
dec. p. 1. lib. 2. c. 42. n. 3. Leo in Theſ. p. 3. c. 35. n. 80.
Bauc. ubi ſupra fol. 321. & alii. Cæterùm, quando
munda haberi non poſſunt, tota culpa refunditur in
41 Sacriſtam illius Eccleſiæ, prout obſervant Suarez p.
3. diſp. 83. ſect. 3. Eman. Sà V. Sacra, n. 5. Fernandez
loc. cit. interrog. ult. Polac. ubi ſupra cærem. 1.
42 Miſſam celebraturus, Clericali tonſura inſignitus,
& veſte talari indutus eſſe debet: ita Rubrica Miſſalis,
& contrafaciens ſaltem à gravi veniali non excuſa-
tur. Gavan. in Com. ad eaſdem Rubricas p. 3. cap. 11. tit.
10. Barb. de Off. & Pot. Epiſc. p. 2. alleg. 9. nu. 11. Ta-
los Scriptores accipiunt pro oſſe, juxta calcaneos ex-
uberante, & ſic veſtis talaris propriè nuncupatur,
quæ talum pedis tangit; ex epicheja verò (quæ eſt 43
medium inter jus, & rigorem,) talaris quoque ju-
dicatur ea, quæ protenditur ad tibias propè talos.
Ugolin. de off. & Pot. Epiſc. lib. 1. c. 12. n. 3. Graff. deciſ.
lib. 3. c. 3. n. eod. juxta communem regulam, quòd pa- 44
rum diſtat, nihil diſtare videtur l. quæſitum ff. de leg.
& gloſ. in c. Si virorum 30. diſt. Prælati ſeculares, Pro-
thonotarii, & Canonici, uſum Rocchetti habentes, 45
eodem induti eſſe debent ſuper dictam veſtem uſua-
lem, antequam ſacris Indumentis pro celebranda
Miſſa ſe veſtiant. Caſtald. in Prax. lib. 2. ſect. 7. c. 1. n.
8. & legitur in novis Rubr. Miſſ. Senarius eſt numerus
Sacrum Veſtium, quæ de neceſſitate præcepti opus
ſunt in Sacrificio Miſſæ: nempè, Amictus, Alba, 46
Cingulum, Manipulus, Stola, & Caſula, c. Veſti-
menta, de conſecr. diſt. 1. quarum ſignificatum vide 47
apud Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4. Hujuſmodi Sacerdo-
talia Indumenta ſunt ab Epiſcopo benedicenda. Sylv. 48
V. Miſſa n. 1. Fuſc. de Viſit. lib. 1. c. 23. n. 2. hiſque non
benedictis ad Miſſam utentes, mortifera labe ſe com- 49
maculant. Navar. in Man. c. 25. n. 84. Ant. de litt. p. 6.
c. 3. n. 8. Suarez l. c. diſp. 83. ſect. 3. Fragoſ. ubi ſupra §.
8. n. 23. Caſtr. Pal. p. 4. tract. 22. diſp. unic. partic. 10. n.
10. Tol. lib. 2. c. 2. nu. eod. Coninck de Sacram. p. 1. quæſt.
83. diſp. 2. num. 250. & ſequitur Bonart. de Sacrif. Miſſ.
cap. 16. circa fin. etiam ſi una tantùm earum adhibea-
tur non benedicta, excepto Cingulo, quo non be-
nedicto, utentes excuſantur à lethali noxa, utpo-
tè, ob levitatem materiæ, cum non ſit veſtis, ſed
alterius indumenti ligatura: ita advertunt Sot. ubi ſu-
pra, Eminentiſs. de Lugo de Sacram. diſp. 20. ſect. 4. num.
102. Recenſita Sacerdotalia Apparamenta nequeunt
benedici à Canonicis, vel Dignitatibus inferioribus 50
Epiſcopo, etſi ſint capita Collegiatarum. Ricc. in Prax. 51
p. 4. reſ. 123. n. 1. Quibus nedum poteſt Epiſcopus ta- 52
lem facultatem impertiri Poſſev. de Offic. Cur. c. 2. n. 37.
Homob. in Comm. tract. 12. quæſt. 18. c. 7. in fin. & cenſuit
S. R. C. penes Gavant. in Man. Epiſc. V. Benedicere, n.
5. Ratio eſt, quia hujuſmodi benedictio non eſt Juriſ-
dictionis, ſed Ordinis Epiſcopalis. Ugolin. de Offic. &
Pot. Epiſc. c. 32. nu. 9. Verùm eſt, quòd eadem Sacr.
Congr. facilè concedit licentiam dicta Paramenta be- 53
nedicendi perſonis in Dignitate conſtitutis: de con-
ſenſu tamen Epiſcopi loci, ut teſtatur Barboſ. de Jur.
Eccleſ. univ. lib. 3. c. 21. nu. 19. Prælati Regulares ex
privilegio Apoſtolico eadem Paramenta benedicunt 54
pro uſu tantum ſuarum Eccleſiarum Henriq. loc. cit.
c. 29. n. 6. Ricc. ubi ſupra n. ult. & declaravit S. R. C.
in Decreto typis impreſſo 3. Febr. 1660. Si accide-
rit, Sacerdotem bona fide celebrare cum Indumentis 55
Sacerdotalibus non benedictis, poterit is, vel alius
deinde cum iiſdem veſtibus Sacrum facere, quia ſic
remanent benedictæ, ita tenent Eſcob. tract. 1. exam.
11. cap. 4. n. 95. Polac. loc. cit. fol. 32. Caſtr. Pal. de Leg.
lib. 2. cap. ult. Dian. p. 2. tract. 14. reſol. 6. Secus ſi mala
fide, hoc eſt ſciens non eſſe benedictas, & his uſus
fuerit, quemadmodum ſi quis Planetam non benedi-
ctam veteri benedictæ ſupponeret, ac cum utraque 56
celebraret, nova non participat de benedictione ve-
teris, ut poſt alios notat Poſſevin. loc. cit. c. 2. nu. 28.
Omnia Sacra Veſtimenta benedicta amittunt benedi- 57
ctionem, ſi ita frangantur, ut non videantur decen-
tia ad uſum, cui ſunt deſtinata. Azor. tom. 1 lib. 10.
c. 28. q. 9. Bonac. loc. cit. pun. 9. n. 26. Undè Cingulum
ita fractum, nt neutra pars ſufficiat ad cingendum,
perdit benedictionem. Ghilin. ubi ſupra V. Cingulum. 58
Similiter ſi ex Alba abſcindatur manica, ut de no-
vo fiat, quia prior erat perforata, amittit benedi-
ctionem. Polac. in add. ad p. part. cærem. 2. Averſ. ubi 59
ſupra quæſt. 11. ſect. 13. & Trullen. in Decal. loc. cit. dub.
18. n. 2.

Dalmaticæ pro Miſſa ſolemni de congruitate ab E-
piſcopo benedictione donantur, de qua habetur in Pon- 60
tificali. Trullen. loc. cit. Pluviale autem non benedici-
tur; Ratio aſſignatur à Polac. loc. cit. fol. 284. De 61
men-

Digitized by Google

menſura, forma, & colore ſacrarum Veſtium, per-
62 currite Rubricas Miſſalis, & *Gavan. in Comm. ad*
eaſdem p. 2. tit. 3. Et ſciendum, quòd ſi quis Paramen-
ta adhibeat alterius coloris præſcripti in Miſſali, re-
63 moto ſcandalo, non eſt plus quàm veniale, immò
nullum peccatum, ſi id fiat in neceſſitate. Ita poſt
alios ſentit *Dian. Mor. p. 2. tr. 14. reſol. 57.*

A R G U M E N T U M.

Taxa eleemoſynæ pro Miſſis manualibus facta, vel in Synodo; vel ab Epiſcopo, eſt ſervanda. Non poſſunt à Capitulis, vel aliis Locis Piis, acceptari majora onera Miſſarum, quàm tempore congruo valeant impleri. De ratione, per Epiſcopos exigenda, celebrationis earundem Miſſarum.

S U M M A R I U M.

1 *Ab Altari arcenda eſt avaritia*, & n. 2.
3. *Iſtud ſcelus ſimile eſt proditionis Judæ.*
4 *Et Sacerdos, eo commaculatus, fit reus; pœnarum, contra Simoniacos inflictarum, ſecundum aliquos.*
5 *Eleemoſyna Miſſæ manualis, juxta temporis varietatem, minuitur, & augetur.*
6 *Dicta eleemoſyna, non taxata per Synodum, poteſt ab Epiſcopo ſuo arbitrio determinari.*
7 *Hujuſmodi taxationem, factam ab Epiſcopo, cum prohibitione plus non accipiendi, tenentur Sacerdotes ſervare; & exigentes majus ſtipendium, ſi non fuerit ſponte oblatum, peccant, & ad reſtitutionem tenentur.*
8 *Et ad hanc legem ſervandam tenentur etiam Regulares vi directiva.*
9 *Dilatio notabilis implementi oneris Miſſarum, citra conſenſum offerentium, eſt peccatum mortale.*
10 *Quale ſit modicum tempus, ad evitandum peccatum mortale*, remiſſivè.
11 *Eccleſiarum Rectores, ſeu Adminiſtratores, non poſſunt ſibi retinere, nec minimam partem eleemoſynarum, pro Miſſis oblatarum, nec etiam favore ipſarum Eccleſiarum; niſi pro expenſis, neceſſariis pro celebratione earundem, quatenus Eccleſiæ ita pauperes ſint, ut dictas expenſas propriis redditibus ſupplere non poſſint.*
12 *Epiſcopi providere debent, nè Capitula, vel alia loca pia, plura onera Miſſarum perpetua ſuſcipiant, quàm per Sacerdotes, iiſdem Eccleſiis inſervientes, poſſint ſatisfieri.*
13 *In Eccleſiis, ſive Cathedralibus, ſive Collegiatis, celebrari debet Miſſa lecta Parochialis diebus feſtis; & quotidie Miſſa Conventualis; nec pro illis ſumi poteſt eleemoſyna manualis, nec aliis obligationibus ſatisfieri.*
14 *Ratio exigenda eſt ab Epiſcopis ab iis, ad quos ſpectat, de implemento Miſſarum manualium.*
15 *Et procedere debent contra contumaces opportunis Juris remediis.*
16 *Nec ab illorum decretis ſuffragantur appellationes interpoſitæ, niſi ad effectum devolutivum tantùm.*
17 *Ad quem ſpectet in Eccleſiis Cathedralibus, ſive Collegiatis, adminiſtratio eleemoſynarum, pro celebratione Miſſarum.*

A N I M A D V E R S I O N E S.

SIcuti, ut ait *Theophylatus in Matth. 26.* vetus Te-
ſtamentum Immolationem habebat, ita & no-
vum Teſtamentum Sanguinem habet, & Immolatio-
nem, ſed omnino præſtantiori, ac excellentiori mo-
do, ut ait *S. Leo ſer. 7. de Paſſ. Dom.* Ut enim umbræ
cederent corpori, & imagines præſentiæ veritatis,
ſic antiqua obſervantia novo tollitur Sacramento;
Hoſtia in Hoſtiam tranſit, Sanguinem Sanguis ex-
cludit, & legalis feſtivitas, dum mutatur, impletur.
Undè ex hoc colligitur, quanta reverentia, atque
decentia oporteat celebrari adeo venerabile, ac tre-
mendum Sacrificium, ſi tali, ac tanta ſolemnitate,
ac diſpoſitione juſſit Deus in veteri Teſtamento im-
molari Sacrificia, in quibus ſolummodo animalium
carnes offerebantur. Relictis autem iis, quæ my-
ſticas ſignificationes Miſſæ concernunt, quæque ali-
bi plenè haberi poſſunt, & potiſſimum eruditè col-
lecta apud *Pignatel. conſ. 97. & ſeqq. tom. 9.* videbimus
de abuſibus, qui in ejus celebratione vitandi ſunt; 1
Ac primò de illis, qui ſapiunt avaritiam, arcendam
omni conatu ab Altari, nè nobis congruat, quod
flendo dicebat *S. Bernard. declam. 1. cap. 5. Veh, veh*
in domo Dei lucrandum video. Quid? Idolotras mini-
ſtrantes; mentior ſi non Idolorum ſervitus avaritia eſt —
& S. Petr. Damian. Opuſc. 26. cap. 4. qui de Sacerdo-
te, admiſcente in Miſſæ Sacrificio avaritiam, aje-
bat — *Chriſtum venali commercio diſtribuit, & pro amo-*
re pecuniæ tradit Auctorem vitæ.

Quamvis enim Sacerdos Altari ſerviens, de Alta-
ri vivere poſſit, nihilominus cavere debet, nè illud
magnum Sacramentum Pietatis, illud inæſtimabile, 2
& ineffabile Pretium Mundi, Pretium impretiabile,
ſub vilis oboli taxatione vendat, & offerat, ut con-
clamabat *Petr. Bleſ. ſerm. 60. ad Sacer. in Syn.* acceden-
do ad Altare principaliter quærendo terrenum, & 3
non cœleſtem Panem, cum reatus talis Sacerdotis ſi-
milis exiſtat ſceleri Judæ Proditoris Domini, ut ad-
vertit præfatus *S. Petr. Dam. loc. cit. & D. Bernard. ſer.*
ad Cler. in Concil. Rhemenſ. & ipſe fiat reus pœnarum 4
inflictarum contra Simoniacos *c. cum deteſtabile, de ſi-*
mon. ſecundum aliquos, relatos per *Paſqualig. de Sacrif.*
Miſ. tom. 2. q. 922.

Ut autem arceantur à Sacrificio Miſſæ turpes quæ-
ſtus, rationabiliter taxatur Miſſæ manualis ſtipen-
dium ab Epiſcopis, habendo reſpectum ad circum-
ſtantias loci, & temporis. & poſtquam etiam taxa- 5
tum fuit, pro ejuſdem temporis varietate augetur,
vel minuitur, in caſu nempè, quo victualium pre-
tium excreſcat, vel decreſcat, ut notat *Paſqualig. de*
Sacriſic. Miſſæ lib. 2. q. 925. n. 2. & 3. Undè *Sac. Congr.*
in Aprutin. 15. Novembris 1698. ad ſecundum dubium
cenſuit, quòd eleemoſyna manualis, quatenus per 6
legem Synodalem ſtatuta non reperiretur, determi-
nanda ſit per Epiſcopum ſuo arbitrio. Facta autem
dicta taxatione per Epiſcopum, cum prohibitione exi-
gendi majus ſtipendium taxato, non poſſet Sacerdos
majus exigere, ſed tantummodo ſponte oblatum ac- 7
cipere, alioquin peccaret, & teneretur ad reſtitutio-
nem, ut probat idem *Paſqualig. quæſt. 929. per tot.*
Qua lege etiam teneri Regulares, licèt exemptos, 8
vi directiva, ait idem *Paſqualig. quæſt. 926. num. fin.*
& latiùs quæſt. 930. num. 1. & ſeqq. eod. lib. 2.

Ad hæc notandum, quòd in Eccleſiis, in quibus
multæ colliguntur eleemoſynæ pro Miſſis celebran-
dis, non licet eas in adeo ingenti numero accipere,
ſi congruo tempore omnibus ſatisfieri non poſſit; vel
ſaltem apponenda eſſet in publico Tabella, in qua
notum fieret offerentibus eleemoſynas, quòd celebra-
tio Miſſarum propter ingentem numerum eleemoſy-
narum differri oportet, cum dilatio notabilis adim-
plementi oneris Miſſarum, ſecluſo conſenſu offeren- 9
tium eleemoſynas, ſit peccatum mortale, ut firmant
quamplurimi, relati per *Paſqualig. dicto tract. lib. 2.*
quæſt. 964. num. 3. Qui *quæſt. ſeq.* diſtinguendo varios
caſus, determinat, an, & quando reputandum ſit mo- 10
dicum tempus, ad evitandum peccatum lethale.

Debent pariter Epiſcopi curare ad prædictum effe-
ctum, nè Eccleſiarum Rectores, ſive Adminiſtrato-
res, ex eleemoſynis Miſſarum ſibi retineant aliquam,
vel minimam portionem, etiam favore Eccleſiarum,
niſi adeo eſſent pauperes, ut ſubire non poſſent pro-
priis redditibus expenſas neceſſarias pro earundem ce-
lebratione; Quo caſu permittere poſſunt eiſdem Re- 11
ctoribus, ſive Adminiſtratoribus, ut tantummodo ſi-
bi retineant portionem, quæ non excedat valorem
dictarum expenſarum, quæ pro ipſomet Sacrificio Miſ-
ſæ neceſſariò ſunt ſubeundæ, ut decrevit *Sacr. Cong.*
Conc. in Mexicana 11. Januarii 1698. Ac ſimiliter pro-
videre debent, nè Capitula, vel alia Loca pia plu-
ra onera Miſſarum perpetua ſuſcipiant, quàm per Sa-
cerdotes, eiſdem Eccleſiis inſervientes, adimpleri 12
poſſint, nè detur occaſio in longius illorum ſatisfa-
ctionem protrahendi, vel non adimplendi, ut decre-
vit *ead. Sacr. Congreg. in Piſtorien. 30. Maii 1643.* ſe-
quentis tenoris.

Quæſitum fuit, an illa verba Decreti ſuper cele-
bra-

bratione Miſſarum -- *Nec licentiam præbeant, quamvis eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes, tam novo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis jam ſuſceptis, ſatisfacere poſſe*, ſint intelligenda, quòd Capitula, Collegia, Congregationes, & ſimilia, debeant ſatisfacere ſimiliter dictis oneribus per Sacerdotes unitos dictis Capitulis, Collegiis, an etiam per alios Sacerdotes vocatos ad celebrandum in illa Eccleſia.

Secundo, An ſi numerus Sacerdotum, unitus Capitulis, Collegiis, ſeu Congregationibus, non ſit ſufficiens, poſſit acceptari onus celebrandi Miſſas animo ſatisfaciendi cum Sacerdotibus exteris, præbendo eis ſolitam eleemoſynam.

Tertio, An Miſſæ prædictæ poſſint cum cauſa dici per modicum tempus anticipatè, cum certa intentione ſatisfaciendi dictarum nneribus recipiendis.

Sacra &c. ad primum reſpondit, poſſe ſatisfieri etiam per alios Sacerdotes.

Ad ſecundum, non poſſe acceptari, etiam per Sacerdotes exteros.

Ad tertium, non poſſe anticipatè celebrari.

Debent item Epiſcopi injungere Canonicis, qui in Cathedralibus, ſive Collegiatis animarum Curam, quæ illis adnexa eſt, exercent, ut Miſſam lectam Parochialem diebus Feſtis celebrent, & Hebdomadarii
13 Miſſam Conventualem quotidie celebrantes, non ſumant eleemnſynam manualem, vel aliis nbligationibus, etiam ipſius Cathedralis, vel Collegiatæ, ſatisfaciant, non obſtante quacunque contraria conſuetudine; cum Canonicus Hebdomadarius Miſſam Conventualem pro benefactoribus, & Canonicus Curatus pro Populn, applicare teneantur, ut ſæpiùs reſolvit *S. Cong. Concilii*, & ſignanter *in Foroſempronien. 7. Aug. 1683. pag. 250. lib. 33. in Feretrana 25. Septembris 1694. pag. 495. lib. 44. & in Camerinen. 28. Junii 1704. & in alia Camerinen. 6. Junii 1705. & in ead. 22. Maji 1706. & in Viterbien. 31. Martii 1708.* in qua, propoſitis dubiis, an Parochi Cathedralium, & Collegiatarum, qui ſunt primæ Dignitates, vel membra earundem, excuſentur ab applicatione Sacrificii diebus Dominicis, & Feſtis, per Miſſam Conventualem, quæ in Choro qnotidie canitur, aut ultra prædictam Conventualem, Parochi ſupradicti teneantur celebrare, & applicare ſupraſcriptis diebus prn Parochianis.

Secundo, An & quando per turnum ad ſupradictos Parochos ſpectat Miſſam Conventualem canere diebus Dominicis, & Feſtis, teneantur iidem celebrare facere pro Parochianis aliam Miſſam propriis ſumptibus.

Sac. Congr. Concil. reſp. die &c. ad primum *negativè*, *affirmativè* quoad ſecundum.

Et tandem curare debent Epiſcopi, ut in Eccleſiis, præſertim ubi plures Miſſæ celebrantur, tam vigore onerum perpetuorum, quàm oblationum manualium, ut retineantur duo Libri, in quibus diligenter adnotentur eleemoſynæ, quæ dietim recipiuntur, eum adimplemento Miſſarum ex utraque nbligatione, ac retineatur Capſa particularis prn repo-
14 nendis eleemoſynis manualibus, ut de dictn implemento rationem exigere queant ab iis, quos ſpectat, prout rigoroſè tenentur virtute Decreti *San. mem. Innocentii XII. de celeb. Miſſ. de die 21. Decembris 1697. §. Iidem tenentur, & §. Quòd ſi prædicti*. Contra contumaces verò in non adimplendis Miſſis procedere debent ad præcepta pœnalia, vel fructuum ſequeſtrationem, aut alia juris remedia, non curando appel-
15 lationes, quæ ad evitandam executionem interponerentur, quia à prædictis præceptis, ſive Decretis,
16 ſuper celebratinne Miſſarum factis ab Epiſcopis, non admittitur appellatio ſuſpenſiva, ſed tantummodo ad effectum devolutivum, cum Epiſcopus procedat tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus, ut advertunt *Barboſ. ad Concilium cap. 10. ſeſſ. 24. de refor. num. 10.* & reſpondit eadem *Sacr. Congr. in Comen. 26. Junii 1700.*

Illud tamen nbſervandum eſt, quòd Epiſcopus non poteſt in Eccleſia Cathedrali, ſive Collegiata, præ-
17 tendere adminiſtrationem eleemoſynarum, quæ colliguntur pro celebratione Miſſarum manualium, ſive illud alteri ad ejus voluntatem demandare, cum hoc ſpectet ad Capitulum, & ab eo Deputatum, ut cenſuit *eadem Sacr. Congregat. in Sarnen. 27. Junii 1705. ad 4. dub.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

Solus Epiſcopus poteſt ſumere Paramenta ex Altari. In Miſſa privata duæ tantum candelæ accenſæ retineri debent, etiamſi celebrent Dignitates, habentes uſum Pontificalium, cum hoc peculiare ſit in Epiſcopo: In Miſſis verò cantatis, pro qualitate dierum Feſtorum plures retineri poſſunt candelæ. Canonici in Cathedralibus, & Collegiatis, tenentur Miſſam quotidie decantare. Parochi tenentur diebus Feſtis celebrare Miſſam. In die Jovis, & Sabathi majoris Hebdomadæ, quomodo liceat Miſſam celebrare.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus ſolus, dum privatè celebrat Miſſam, poteſt ſumere Paramenta ex Altari.*
2 *Alii inferiores Epiſcopo Veſtes Sacerdotales, pro Sacro faciendo, ſumere debent in Sacriſtia.*
3 *Miſſam celebraturus, antequam Indumenta Sacra recipiat, manus lavare debet ſub culpa veniali.*
4 *Amplia, etiamſi talem lotionem explevisſet paulo ante egreſſum è domo.*
5 *Manuum ablutio fit etiam poſt Offertorium, ſed ablauntur tantùm extremitates digitorum; & quid ſignificet.*
6 *Demum lavantur manus etiam poſt Miſſam, ſed ex decentia, non de præcepto.*
7 *Dum ſumuntur Veſtes Sacræ, recitari debent Orationes, à Miſſali præſcriptæ; & quam culpam committat, qui eas prætermittit.*
8 *Abſque Miſſali, non poteſt celebrari Sacrum, aliter culpa gravis patraretur*, & n. 9.
10 *Ad hoc, ut viſu carens poſſit dicere Miſſam, opus eſt diſpenſatione Apoſtolica.*
11 *Duæ candelæ cereæ tantùm ardere debent in Altari in Miſſis privatis, etiamſi fuerint Dignitates, uſum Pontificalium habentes, vel Vicarius Generalis Epiſcopi.*
12 *Quot cerei ardere debent in Miſſis, quæ in Cathedralibus, ſeu Collegiatis cantantur diebus Feſtis, & præcipuis anni Solemnitatibus; & quot diebus ferialibus*, & n. 13. & 14.
15 *An in medio Altaris, dum fit Sacrum, adeſſe debeat Crux, quando illius Icon eſt ipſamet figura Crucifixi.*
16 *Eadem Crux tempore Miſſæ in Altari requiritur, etiamſi ibi aſſervetur Sanctiſſimum Sacramentum.*
17 *Quam culpam committat, qui celebrat in Altari, ubi non adſit Crux; & quando à culpa excuſetur.*
18 *Hodie ſandalia in Miſſa ſolis conveniunt Epiſcopis, excepto caſu conceſſionis Pontificiæ.*
19 *Omnes Sacerdotes, tam Seculares, quàm Regulares, tenentur Sacrum facere cum calceis.*
20 *Quam culpam committant contrafacientes, etiam ob majorem humilitatem; & quando excuſentur.*
21 *Plures Miniſtri requiruntur in Miſſa ſolemni, in privata verò ſufficit unus, etiam laicus.*
22 *Immò ab inferioribus Epiſcopo non poſſunt plures adhiberi, nec etiam à Vicario ipſius Epiſcopi.*
23 *An, & qualis ſit culpa celebrantis Miſſam, non recitato Matutino*, & n. 24. & 25.
26 *Refertur in hoc opinio Auctoris.*
27 *Plurimæ opiniones, quæ olim erant improbabiles, ex recentiorum induſtria effectæ ſunt probabiles, & communes.*
28 *Miſſa Conventualis non poteſt in Collegiatis, abſque gravi culpa, cantari ante Matutinum, & de ratione*, & n. 29.
30 *Miſſa celebrari debet ſub gravi, aperto capite.*
31 *Uſum pileoli in Miſſa, quem olim concedebant Epiſcopi in caſu infirmæ valetudinis, nunc concedere ſpectat ad ſummum Pontificem.*

32 *Ho-*

Digitized by Google

32 *Habens ſimile indultum, quando adhuc pileolum deponere debeat.*
33 *Uſus Pileoli multo magis interdicitur Diacono, & Subdiacono in Miſſis cantatis.*
34 *Canonicis, in Choro exiſtentibus, licitus eſt uſus Pileoli, ſed illum deponere debent per totum Canonem.*
35 *Presbyteri ſimplices anulum deferre non poſſunt, neque in Miſſa, neque extra Miſſam, & ſub qua pœna.*
36 *Doctores, aliique in dignitate conſtituti, poſſunt anulum deferre extra Miſſam; non tamen in Miſſa, niſi ex privilegio.*
37 *Licitum tamen eſt anulum aureum abſque gemma deferre Prothonotariis honorariis celebrantibus.*
38 *Quale iejunium requiratur in Sacerdote, Sacrum facturo.*
39 *Hoc ieiunium incipit à media nocte præcedenti; & dicitur quis jejunus, etiamſi non dormierit, & cibus non ſit digeſtus.*
40 *Unus, & idem Sacerdos, non poteſt niſi unum Sacrum conficere.*
41 *Die tamen Nativitatis D. N. J. C. poteſt quivis Sacerdos tres Miſſas celebrare, vel cantatas, vel planas; vel diviſim, vel collectivè, vel unam tantum dicere, aut primam, aut ſecundam, aut tertiam,* & n. 42. & 43.
44 *In Collegiata verò Eccleſia omnes tres ſuis temporibus decantari debent.*
45 *Quid ſervandum ſit ab iis, qui poſt primam Miſſam volunt alteram dicere, poſt ſumptionem ſanguinis ejuſdem primæ Miſſæ.*
46 *Ad quem finem abluantur digiti poſt Purificationem.*
47 *Sacerdos, in prima Miſſa ablutionem Calicis ſumens, non poteſt eadem die aliud Sacrum facere, cum non ſit amplius jejunus.*
48 *Si quis paululum aquæ, os lavando, præter intentionem deglutiſset; vel aliquid aliud caſu trajiceret, jejunium naturale non frangeret.*
49 *Valde probabile eſt, Sacerdotes teneri, ſaltem ter in anno, in ſolemnioribus diebus Sacrificium offerre ſub gravi, niſi legitima cauſa impediantur.*
50 *Quando teneantur Sacrum facere Parochi, Capellani, & Canonici, in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis.*
51 *Quando fiebat antiquitus Sacrum in Sabbatho Sancto; & de jejunio, quod eadem die à Fidelibus ſervabatur.*
52 *Qualis ſit hodie conſuetudo in tota Italia hoc ſolemne Sacrum faciendi.*
53 *An, & quando licitum ſit ipſa die Sabbathi Sancti Miſſas planas celebrare* & numer. 54. & 57.
55 *An, & quando ad hoc requiratur conſenſus Epiſcopi,* & n. 56.
58 *Incidente in Sabbathum Sanctum Annunciationis Feſto, qualis Miſſa dici debeat; ubi referuntur plures opiniones,* & n. 59. 60. 61. & 62.
63 *Die Jovis Sancti poſt Officium ſolemne ejuſdem feriæ non ſunt celebrandæ Miſſæ planæ.*
64 *Mane autem ejuſdem Feriæ V. majoris Hebdomadæ, uſque ad Miſſam ſolemnem, an poſſint Miſſæ peculiares* & n. 65.
66 *Maximè ſi Sacrum fiat, abſque pulſatione campanarum.*
67 *Decretum de Communione, præfata die percipienda ab omnibus Presbyteris per manus primarii Sacerdotis, non eſt uſu receptum in Eccleſiis ſecularibus.*
68 *Laudabilius tamen eſt, & congruentius, ut ſinguli Sacerdotes, qui Feria V. majoris Hebdomadæ non celebrant, Communionem ſuſcipiant à ſolemniter celebrante; ad imitationem Apoſtolorum, qui per manus Salvatoris noſtri Sacra Communione refecti fuerunt* & n. 69.

TITULUS II.

NEmo inferior Epiſcopo, cujuſcunque Dignitatis
exiſtat, dum privatè celebrat, poteſt Sacra Pa-
ramenta accipere de Altari, non obſtante quacun-
que conſuetudine, juxta S. R. C. Decretum, quod in
Miſſali ponitur, ut in Rubrica; idemque eadem S. 1
C. confirmat ſub die 3. Febr. 1660. Sed Sacræ Veſtes
pro Miſſa ſumendæ in Sacriſtia, quæ eſt quidam lo-
cus remotior, ubi Sacerdotes ſe præparant ad ſacrum
faciendum, recitando Orationes ad ſingulas Veſtes dum 2
his veſtiuntur, prout in Miſſali, quod tamen eſt tan-
tùm de conſilio, ut tenet *Trullen. & Eſcob. loc. prox.*
allegatis, contra alios apud *Fagundez loc. cit. cap.* 21.
quos ipſe non ſequitur.

Antequam Miſſam celebraturus Sacra indumenta re-
cipiat, lavat, manus, dicens, *Da Domine virtutem &c.*
procurando puritatem internam cum externa excita-
re, quam corporalem manuum ablutionem prætermit-
tens, venialem culpam contrahit, tum quia facit con- 3
tra Rubricam, tum quia maximè decet ad tractan-
dum tantum Sacramentum: Ita *Durand. de Divin. Off.*
loc. cit. c. 3. *n.* 4. *D. Ant. in Summ. part.* 3. *tit.* 13. *c.* 6. *§.*
10. *Suarez loc. cit. diſput.* 85. *ſect.* 1. ubi pro his confir-
mandis refert verba D. Jo: Chryſoſtomi in hunc,
qui ſequitur, modum. *Hic mihi, illotis manibus ad Sa-*
crificium eligeres accedere? Non puto. Nec prætermit-
tenda eſt hujuſcemodi lotio eo quòd paulò ante fa-
cta fuit in propria domo, quandoquidem hoc loco fit 4
quoque ad deſignandum animi munditiem, qua ſa-
crificans decoratus eſſe debet, ut inquit *Cardin. Bel-*
larmin. tom. 3. *Controv. tit. de Miſs. lib.* 2. *cap.* 15. *litt.* B.
Fit etiam manuum ablutio in Miſſa poſt Offerto-
rium, perfundendo dumtaxat capita digitorum, ad
ſignificandum, quòd celebrans debet cavere etiam à 5
peccatis venialibus. *Plov. de Hor. Can. cap.* 10 *num.* 1.
Demum lavantur manus poſt Miſſam, & depoſitio-
nem Sacrarum Veſtium, ex decentia, non de præ-
cepto, ut notant *D. Bern. & Dian. loc. citat.* Dum Sa- 6
cerdos dictis paramentis induitur, ad ſingula recita-
re debet Orationes eis appropriatas, in Miſſali de- 7
ſcriptas, quas tamen abſque contemptu omittens,
non incurrit niſi in venialem culpam. *Henriq. loc. cit.*
cap. 25. *Ghilin. V. Miſsæ celebratio, numer.* 4. *Alvar. ubi*
ſupra num. 42. Pro celebrando Sacro expoſcitur Miſ- 8
ſale, quod antiquitus, priuſquam in Miſſa adhibere-
tur, benedicebatur verbis, in Pontificali deſcriptis.
Ita *Imol. in c. Nullus, de pignor. Abb. in cap.* 1. *num.* 3.
eod. tit. Fuſc. loc. cit. cap. 23. *numer.* 1. ſed modò id in
deſuetudinem tranſivit, & non ſolet benedici. Abſ-
que Miſſali celebrando lethalis culpa committitur. 9
Sylv. V. Miſsa, n. 1. *Tabien. eodem V. n.* 2. *Nav. in Man. c.*
25. *n.* 64. *Card. Tol. loc. cit. c.* 2. *n.* 14. Ex quo Sacerdos
viſu carens, ut notat *D. Thom.* 3. *part. quæſt.* 83. *art.*
10. *ad* 3. non poteſt dicere Miſsam abſque diſpenſa- 10
tione Apoſtolica, qua Tridentini, tempore Concilii,
uſus fuit Epiſcopus cæcus, teſte *Sot. in* 4. *diſt.* 22. *qu.*
1. *art.* 2.

In Miſſis Privatis, à principio uſque ad finem ad-
ſint accenſæ candelæ cereæ, quæ debent eſse gemi-
næ tantùm, etiam ſi celebrarent Dignitates, uſu Pon-
tificalium fruentes, qui & unico Miniſtro contenti 11
ſint, ut habetur in Decreto S. R. C. de mandato
Alex. Papæ VII. edito anno 1660. quod procedit,
etiamſi celebrans eſset Vicarius Generalis Epiſcopi,
ut notant *Polac. loc. cit. cærem.* 4. *in addit. & Gavan. loc.*
citat. V. Miſsæ ritus, numer. 11. In Miſſis autem, quæ 12
in Collegiatis à Canonicis cantantur, Dominicis,
& Feſtis, ſex cerei collocantur accenſi ſuper totidem
Altaris Candelabris. *Suarez. loc. cit. diſput.* 81. *ſect.* 6.
& in præcipuis anni ſolemnitatibus octo, vel plu- 13
res. *Bonart. de Sacrific. Miſs. loc. citat. cap.* 17. *numer.*
9. ſolummodo cavendum eſt à ſuperſtitione certi nu-
meri, prohibiti à *Sac. Concil. Trident.* ut monet *Diaz.*
loc. cit. cap. 87. *in fin.* In Miſſis Cantatis Diebus fe-
rialibus, & profeſtis, ſufficiunt quatuor. *Gavant. in* 14
Com. ad Rubr. Miſs. part. 1. *tit.* 20. *in fin.* In medio Al-
taris, dum fit Sacrum, eſse debet Crux, quamvis 15
illius Icon ſit ipſamet Crucifixi figura. *Arnard. loc.*
citat. tit. 20. *num.* 3. & alii, quibus tali caſu non aſ-

ſenti-

Digitized by Google

ſentitur *Dian. part.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 28. Concordant
verò DD. ferè omnes, requiri Crucem, etiamſi in
16 eodem Altari aſſervetur Sanctiſſimum Sacramentum,
& ita ſervari in praxi teſtatur *Averſ. loc. cit. quæſt.* 11.
ſect. 13.

Sacerdos celebrans in quocumque Altari, ubi non
adſit Crux, non efficitur mortalis culpæ reus, ut
17 dixerunt aliqui, ſed tantùm venialis. Ita poſt alios
Buſemb. loc. citat. reſp. 8. *numer.* 10. Immò nulla erit
culpa, ſi Crux tunc non poſſit commodè baberi, ut
notant *Baſſeus loc. citat. V. Miſſæ* 2. *numer.* 17. & *Bonart. loc. cit. cap.* 19. *num.* 2. Olim jam omnes Presbyteri Miſſam celebraturi, cum Sandaliis ad Altare
procedebant, teſtibus *Pinell. de Miſſ. cap.* 14. *d.* 2. &
Suarez ubi ſupra diſput. 83. *quæſt.* 3. In præſentiarum
ſolis conveniunt Epiſcopis, & non aliis inferioribus,
18 niſi ex conceſſione Summi Pontificis. *Gloſſ. in capit.
Pervenit* 93. *diſt. Durand. de Divin. Off. lib.* 3. *cap.* 8.
num. 11.

At omnes Celebrantes, tam Seculares, quàm Re-
19 gulares, tenentur Sacrum facere cum calceis. *Plov.
de Sacriſ. Miſſ. cap.* 1. *nu.* 6. *Arm. V. Miſſa num.* 5. *Averſ.
loc. cit. ſect.* 13. *Coninck. de Sacram. ubi ſupra num.* 250.
Fagund. ubi ſupra cap. 13. *num.* 21. & contrafacientes,
20 etiam ad præſeferendam majorem humilitatem, peccant venialiter, niſi excuſentur ob penuriam, ita
Lezzan. loc. cit. V. Miſſa, num. 65. Ut Miſſæ Sacrificium ritè expleatur, plures in Miſſis ſolemnibus
requiruntur Miniſtri, ut videbimus infra, in privatis
21 verò ſufficit unus Clericus, vel Laicus. *D. Thom.* 3.
p. quæſt. 83. *art.* 5. & plures non poſſunt adhiberi ab
inferioribus Epiſcopo, & proindè non poſſe duos Ca-
22 pellanos Vicario Epiſcopi miniſtrare tradit *Gavan. in
Com. ad Rub. Miſs. part.* 1. *tit.* 20. & cenſuit S. C. apud
Barboſ. collect. 117. *num.* 4. Ex regulis Miſſalis, Celebrans dixiſſe debet Matutinum; an autem id non
ſervantes incidant in pœnam theologicam, diviſos in
tres Claſſes invenio DD. Prima dicit mortale, hanc
23 Rubricam abſque rationabili cauſa non ſervare. Ita
D. Anton. 3. *part. tit.* 13. *cap.* 6. §. 4. *Tab. V. Miſſa, n.* 7.
Ang. eod. V. numer. 42. *Arm loc. cit. num.* 3. *Nav. in Man.
cap.* 25. *num.* 83. & *de Orat. cap.* 21. *num.* 3. *Beja par.* 1.
caſ. 54. *Graff. deciſ. lib.* 2. *cap.* 40. *numer.* 5. *Henriq. ubi
ſupra, lib.* 9. *cap.* 24. *num.* 7. & quamplures alii apud
Barboſ. in Remiſs. DD. ad Concil. Trid. ſeſs. 22. *c. ult. n.* 9.
& penes *Bellarm. in tract. de bon. oper. lib.* 1. *cap.* 18. qui
ſequitur *Azor. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 17. ubi pro
hac opinione addit *Hoſt. Paludan. Gabr. Aſtenſ. Roſel. Piſan.* & cœteros, atteſtando de communi. Secunda
defendere nititur, nullum eſſe peccatum, celebrare
24 non perſoluto Matutino, etiamſi cauſa non adſit: ſic
Suarez ubi ſupra diſp. 82. *ſect.* 1. *circa fin. Becan. de Sacram. loc. cit. quæſt.* 15. *num.* 5. *Rodriq. in Summ. loc.
cit. numer.* 22. *Caramuell. ſuper Reg. D. Bened. diſput.*
116. *numer.* 1441. & *Dian. part.* 2. *tract.* 14. *num.* 236.
Tertia tenet, eſſe culpam venialem, nondum re-
25 citato Matutino hoc Sacrificium, nulla urgente cauſa, offerre. Ita *Sot. de Juſtit.* & *Jur. lib.* 10. *quæſt.* 3.
art. 4. *Leſſ. eodem tit. lib.* 2. *capit.* 37. *in fin. Gordon. loc.
citat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *numer.* 40. *Filliuc. tract.* 23. *capit.*
7. *quæſt.* 6. *num.* 236. *Carol. Macign. de Hor. Can. cap.* 46.
num. 37. *Lezan. loc. cit. part.* 1. *cap.* 21. *num.* 3. *Comitul.
reſp. mor. quæſt.* 50. *numer.* 3. *Trullen. in Dec. cap.* 7. *dub.*
20. *numer.* 4. *Nald. V. Miſſa numer.* 8. *Lopez Inſtr. part.*
2. *cap.* 39. *Bauc. ubi ſupra fol.* 321. *Bonam. de Miſs.
part.* 2. *obſerv.* 1. *Vulp. in Prax. cap.* 31. *num.* 32. *Molpheſ. loc. cit. cap.* 10. *num.* 20. *Geſual. mor. part.* 1. *tit. de
Sacrif. Miſs. cap.* 3. *num.* 12. *Fagundez. loc. cit. cap.* 17.
n. 3. & alii, quibus ſemper adhæſi, ſi nulla ſit cauſa
celebrandi ante Matutinum peroratum; namque tranſgrediendo, abſque cauſa, Rubricas Miſſalis, non effugitur ſaltem levis culpa, ut tradunt DD. commu-
26 niter, quæ doctrina maximè procedit in caſu, de quo
loquimur, cum Rubrica bis diſponat, Sacerdotem
debere ante Miſſam Matutinum recitaſſe, quod majorem denotat Legislatoris intentionem, volentis hoc
ſervari, *cap. Si Christus, de jurejur. Daoyz. loc. cit. V.
ſermo, numer.* 3. eo magis, quod altera ponitur inter defectus, qui poſſunt in tali Miniſterio occurrere, profectò (ſi id dicitur defectus) non video,
quomodo quis ob hanc omiſſionem abſque cauſa poſ-
ſit eximi à culpa veniali, prout excuſandum cenſeo à
mortali contra Doctores primæ opinionis, quæ licèt
antiquis fuerit familiaris, & communis, ad præſens
evanuit, & tertia, quam ſectamur, effecta eſt communis, & ſatis probabilis. Nec mirum, quoniam pluримæ opiniones, quæ olim erant improbabiles, modò
induſtria Recentiorum effectæ ſunt probabiles, & com- 27
munes, ut obſervat *Verricell. QQ. Mor. tract.* 4. *quæſt.*
27. *num.* 68. Intellige, quæ diximus, de Miſſa plana, & privata; Conventualis enim non poteſt ab- 28
ſque gravi noxa in Collegiatis decantari ante Matutinum. *Bonac. loc. cit. pun.* 9. *nu.* 7. *Rodriq. ubi ſupra.
Vaſquez in Opuſc. tit. de Ben. cap.* 4. §. 2. *d.* 6. *Marchan. loc. cit. cap.* 5. *n.* 6. *Caſtr. Pal. part.* 4. *tit.* 22. *diſp.
unic. pun.* 10. *num. ult.* Ratio eſt, quia id eſſet ſcandaloſum, utpote contra generalem Eccleſiarum conſue- 29
tudinem ut advertunt *Francol. de Hor. Can. cap.* 22. *n.* 26.
Frageſ. tom. 2. *lib.* 10. *diſ.* 21. §. 7. *n.* 20. *Petrell. loc. cit. n.*
17. & cæteri apud *Henriq.* ubi ſupra *cap.* 24. *nu.* 7. &
Fagundez. loc. cit. Sacrificium Miſſæ cum ſumma veneratione conficiendum eſt: Hinc ſub mortalis culpæ 30
reatu celebrari jubetur aperto capite, ut ex *cap. Nullus, de conſecr. diſt.* 1. tradunt *Bertachin. in tract. de Epiſcop. quæſt.* 42. *num.* 46. Jus olim erat Epiſcopi, Pileoli uſum, cauſa infirmæ valetudinis, in Miſſæ celebratione concedere, ut ſcribunt nonnulli DD. At mo-
dò hanc licentiam impertiri, ad ſolum Romanum Pon- 31
tificem ſpectat. Ita determinavit *Sac. Congreg.* relatoribus *Ricc. part.* 3. *dec.* 213. *n.* 2. *Bauc. de Oblig. Sacerd. quæſt.* 87. *Zambell. V. Miſſa nu.* 3. & *Ghilin. loc. cit.
n.* 17. Et ſciant hujuſmodi facultatem obtinentes,
adbuc debere Pileolum à conſecratione uſque ad ſumptum Sacramentum deponere, necnon ad verſum *Et 32
incarnatus eſt*, & dum Benedicit Populum. *Polac. loc. cit.
carem.* 2. Uſus dicti Pileoli multò magis interdicitur
Diacono, & Subdiacono, in Miſſis cantatis mini- 33
ſtrantibus, ut advertunt *Trullen. de Sacram. lib.* 3. *cap.*
8. *dub.* 18. *num.* 8. & *Eminentiſs. Campor. in ſua prima
Synodo Cremonen.* Licitum autem eſt Canonicis, in Choro exiſtentibus, uti Pileolo, quem tamen deponere 34
debent per totum Canonem. Ita *Sac. Congreg. apud
Nicol. in Flor. V. Pileolus, numer.* 2. Presbyteri ſimplices, neque in Miſſa, neque extra, poſſunt anulum
aureum in digito deferre, ſub pœna falſi, ut ajunt 35
gloſ. in cap. Ut Apoſtolicæ, de privil. in 6. *Abb. in cap.*
1. *de Cler. non ordin. miniſtr.* & *Franc. Marc. deciſ.*
688. *num.* 1. *part.* 1. Extra Miſſæ celebrationem licitè defertur a Doctoribus, & aliis in Dignitate conſtitutis, ob rationem, quàm aſſignant DD. mox allegati. In Miſſa autem non competit neque Doctori- 36
bus, neque in Dignitate poſitis, qui ſint inferiores
Epiſcopo, niſi id habeant ex privilegio: ita cum aliis
docet *Tamb. de Jur. Abb. tom.* 1. *deciſ.* 20. *quæſt.* 2. *num.*
13. & fuit Decretum à S. R. C. apud *Gavan. in
Man. V. Anulus. num.* 4. eadem tamen Congreg., relatoribus *Polac. ubi ſupra*, & *Barboſ. de Jur. Eccleſ.
univ. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 36. Prothonotarii honorariis 37
celebrantibus, anulum aureum abſque gemma indulſit.

Miſſæ Sacrificium peragentes, ob honorem Sacramenti, quod poſtea recepturi ſunt, debent eſſe jeju- 38
ni jejunio naturæ, quod DD. dicunt abſtinentiam ab
omni prorſus cibo, potuque communi, etiam ob medicinam ſumpto, & in ſtomacum tranſmiſſo. *Cathec.
Rom. de Sacram. Euch. Bellarm. in Cont. tom.* 2. *tit. de
Miſs. lib.* 2. *cap.* 14. Quod jejunium incipit à media
nocte præcedenti. Quapropter, qui in Vigilia Nativitatis Domini proximè ante mediam noctem diſtulit parandium, aut fecit cœnulam, vel eadem Vigilia incidente in Dominicam, in ipſo puncto, quo
complevit cœnam, terminante media nocte, poteſt licite celebrare primam Miſſam ejuſdem Nativitatis, 39
cum adhuc dicatur jejunus, etiamſi non dormierit,
& cibus non ſit digeſtus; ut conſiderant *Sylv. V. Eucbariſtia, quæſt.* 7. *Ang. V. Miſſa, num.* 6. *Nav. in Man. cap.*
21. *num.* 53. *Bonac. de Sacram. diſp.* 4. *quæſt.* 6. *punct.*
2. *numer.* 11. *Molpheſ. tract.* 3. *cap.* 9. *num.* 14. *Ant.
de Litt. part.* 6. *cap.* 5. *num.* 9. *Paſqual. dec.* 344. *num.* 4.
Unus, & idem Sacerdos, uno die conficere nequit
niſi unicum Sacrum, *cap. Te referente Extra de celebr. Miſs.* Ratio eſt, quia Chriſtus ſemel paſſus eſt, & 40
val-

Digitized by Google

valde felix eſt, qui unum dignè celebrat, ut ajunt
*Innoc. III. in cap. Conſuluiſti, eod. tit. & D. Tho. 3. part,
quæſt. 83. art. 2.*

Excipitur ab hac regula inſinuata dies Nativitatis
Domini, in qua à quovis Presbytero tres Miſſæ le-
41 gi, vel cantari poſſunt. *Cardin. Turrecrem. ſuper cap.
In ſancta, diſt. 92.* & præfata tres Miſſas planas po-
42 teſt quis dicere diviſim, vel collectivè, ex *Navar. &
Bauc. loc. ſtatim citat.* liberumque eſt Sacerdoti uni-
cam tantum dicere, vel cantare, videlicet aut pri-
43 mam, aut ſecundam, vel tertiam. *Vigatr. de Sacram.
Euchar. num. 165. Galett. V. Miſſa. Zambell. eod. V. n. 24.*
Dummodo in Eccleſia Collègiata omnes tres per Ca-
44 nonicum, vel Canonicos, ſuis temporibus in Altari
decantentur. *Moaet. de diſtrib. p. 3. q. 10. nu. 51.* Quæ
omnes ſunt Conventuales.

Celebrantes privatè, vel ſolemniter primam Miſ-
ſam, ac ſecundam Miſſam, qnamvis in his non ſu-
mant ablutionem, dicant juxta morem, *Quod ore, &c.
Corpus tuam, &c.* Ita monet *Gavan. in Com. ad Rub.
Miſſ. part. 4. tit. 3. nu. 2.* Atque digitos, quibus hoſtia
tangitur, abluant, in aliquo vaſe mundo, non ut
plerique faciunt, in Miſſæ Calice, qui nec eſt mun-
dandus Purificatorio, cum minimè ſit deſtinatum ad
45 abſtergendas ſpecies conſecratas, ſed tantummodo
Calicem poſt eius purificationem, quæ ſolum in ulti-
ma ex tribus Miſſæ fit, primùm vino, utpote ma-
46 gis aſperſivo, quàm aqua, qua poſtea abluuntur digi-
ti ad removendum vini odorem, ut inquit *Sot. in 4.
d. 13. quæſt. 2. art. 5.* Occurrente, quòd Sacerdos Ca-
licis ablutionem in prima Miſſa inopinatò percipiat,
non poterit eadem die aliud Sacrum facere, quia non
47 eſt amplius jejunus *c. Ex parte tit. de celebr. Miſſ. Hoſt.*
ibidem; ubi dicit, ſe vidiſſe quoſdam in hoc errare,
putantes hujuſmodi ablutionem non impedire cœteras
ejuſdem Solemnitatis celebrationes.

Iſtad quoque adnotandum duxi, quòd ſi quis ante
Miſſam cibum deguſtatum continuò expueret, vel la-
vando os paululum aquæ præter intentionem deglu-
48 tiret, vel aliud modicum caſu trajiceret, non pro-
pterea impeditur à Miſſæ ipſius diei celebratione,
quia hoc eventu jejunium naturale non ſolvitur, pro-
ut aſſeverant *Cardin. Bellarm. loc. citat. de Miſſ. Valent.
part. ..... diſp. 6. quæſt. 8. pun. 3. Caſtr. Pal. part. 4. tit. de
Euch. tract. 21. diſp. unic. pun. 12. num. ult. Vidal. loc. cit.
tit. de Santiſſ. Sacram. inq. 3. num. 29. Marchan. ubi ſu-
pra de Miſſ. quæſt. 2. d. 2. Layman. in Compend. V. Eucha-
riſtia. Sylv. eodem V. numer. 8. Paſqual. deciſ. 32. & Vi-
val. in Cand. Aur. part. 1. eodem tit.* Omnes, & ſinguli
Presbyteri, ex vi Sacerdotii, ſaltem ter in anno in
49 ſolemnioribus diebus hoc Sacrificium Deo offerre te-
nentur, id quod abſque legitima cauſa prætermitten-
tes, mortiferam culpam contrahere, ex *2. Coria. c.
6.* valdè probabiliter autumant *D. Thom. in 4. diſtinct.
13. quæſt. 1. art. 2. Sot. ibid. quæſt. 2. art. eod. Fernan-
dez loc. citat. cap. 5. §. 6. Buſemb. in Med. Theol. lib. 6.
c. 3. d. 1. quæſt. 1.* & alii apud *Zip. lib. 3. tit. de Celebr.
Miſſ. num. 1.*

Parochialium Eccleſiarum Rectores ſub lethali cri-
mine obligantur celebrare diebus Feſtis de præcepto.
50 Capellani juxta onus in Fundatione Capellaniæ in-
junctum. Canonici verò in Eccleſiis Cathedralibus,
& Collegiatis, tenentur quotidie Miſsam decantare
capit. Cum creatura, de celebrat. Miſſ. excepta Feria
ſexta ſanctioris Hebdomadæ, qua die (quoniam Ec-
cleſia recolit Domini Sacrificium cruentum) prohi-
bet fieri incruentum. *cap. Sabatho, de conſecr. diſt. 3.
Molpheſ. loc. citat. cap. 10. numer. 33.* In die Sabathi
Sancti, de jure antiquo nullum fiebat Sacrum in qui-
buſvis Eccleſiis, niſi poſt occaſum Solis ante mediam
51 noctem, atque eadem die à Fidelibus jejunabatur uſ-
que ad ſolemniter celebratam Miſsam in memoriam
Dominicæ ſepulturæ. *Cardin. Turrecr. ſup. d. cap. Saba-
tho. Sot. in 4. diſt. 13. quæſt. 2. art. 2. Navar. in Man. c.
25. nu. 88. Azor. part. 1. lib. 10. cap. 24. quæſt. 3.* Qui
mos adhuc in certis locis retinetur teſte *Tol. loc. cit.
cap. 3. in fin* At totius Italiæ conſuetudo hujuſmodi
Sacrum traxit ad meridiem, quam recipit pia Mater
52 Eccleſia occaſione humanæ imbecillitatis, quæ mo-
dò ad epulas feſtinans, redditur impatiens tanti jeju-
nii, ut dicant DD. mox cit. voluit tamen in hujus
veritatis memoriam, in eadem Miſsa, ut prius, de-
cantari, *Deus qui hanc Sacratiſſ. noctem, &c.* Num-
quid verò ipſa die Sabathi licitum ſit modò Miſsas
planas dicere, diſſonant DD. Alii abſolutè negant,
alii penitus concedunt, maximè poſt intonatum *Glo-
ria in excelſis* ad Miſsam ſolemnem: alii, quibus
ſemper adhæſi, cum ſequenti diſtinctione procedunt;
Aut mos eſt in loco Miſsas planas eo die celebra- 53
re, aut non; ſi adſit ſolitum, non erit dubium li-
cere Sacrum facere: ſi verò vigeat conſuetudo non
celebrandi niſi unicam ſolemnem Miſsam, non erit
licitum aliud Sacrificium offerre, ſi non occurrat ſa-
crificare ex aliqua rationabili cauſa, ita docent *Ca-
ſtro Pal. part. 4. tractat. 22. diſput. unic. part. 7. Filliuc.
tom. 1. tract. 5. capit. 4. numer. 107. Molpheſ. ubi ſupra tra-
ctat. 3. cap. 10. num. 42. part. 1. Rubr. in Aphor. Epiſcop.
V. Miſſa, num. 1. Trullen. de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub.
9. numer. 20. & Dec. lib. 3. cap. 1. diſt. 6.* & alii apud
Frago. tom. 2. lib. 10. d. 21. §. 7. numer. 17. Qui con-
ſentiunt juſtam cauſam judicandam eſse, ſi ipſa die
incidat Feſtum Annunciationis B. M. V. ut totus Po- 54
pulus valeat præcepto audiendi Sacrum commodè ſa-
tiſfacere, idem docet *Fagundez loc. citat. lib. 3. capit.
16. in fin.* Erit etiam juſta cauſa poſt Miſsam ſolem-
nem de Sabatho Sancto, decantare Miſsam ſune-
brem, præſente, & inſepulto aliquo Cadavere, ubi
ſolitum eſt ſepelire mortuos cum Miſsa in die depo-
ſitionis. Ita de mente *Sacr. Congreg. Gavant. in Com.
ad Rubr. Miſſ. part. 1. tit. 5. numer. 2.* Poſsent in me-
dium afferri & aliæ cauſæ, quibus licet ſupradicta
die ſacrificare, ſed de conſenſu Epiſcopi eſt facien-
dum, quando ad eum datur comodus recurſus, ut ex-
ponunt præcitati DD. quicquid aſſeverent alii, hu- 55
juſmodi licentiam non eſse neceſsariam, hac ratione
moti: ſi id eſset Pontificia Conſtitutione interdi-
ctum, utique non poſset Epiſcopus ſuper hoc diſpen-
ſare; quibus reſpondeo: Dato, quòd non prohi-
beatur à jure in Sabatho Sancto Miſsæ celebratio,
adhuc in caſu noſtro requiritur talis facultas, ratio-
ne in ſinuatæ conſuetudinis, ubi invaluit. *Sylv. in
Summ. V. Conſuetudo, numer. 11. Bonac. de leg. capit. 1.
quæſt. 1. punct. ultim. §. 3. numer. 5.* & in his terminis
Barboſ. ſuper d. cap. Sabatho, & modernè *Geſual. in O-
per. mor. part. 1. de Sacrific. Miſſ. tit. 15. numer. 12.*
Et Epiſcopi intereſt videre, an expediat licentiam
immolandi concedere, non eſt enim cur unus conſue- 56
tudinem non ſervet non eſt cur alios offendat, non
eſt cur diſſentiat ab aliis, ut his formalibus verbis
ait *Azor. loc. cit. cap. 24. quæſt. 4.* Ego cum *Guttier. loc.
cit. lib. 1. cap. 30. n. 36.* excuſarem à culpa, qui ſecre- 57
to in remota Capella celebraret.

Inſuper Scribentes ſuper hac materia diſcrepant,
qualis Miſsa ſit privatim dicenda, incidente Annun-
ciationis Feſto in Sabathum Sanctum. Quidam pu- 58
tarunt celebrandam eſse Miſsam Sabathi incipiendo à
Prophetiis, & Litaniis, prout in Miſsa Solemni,
qui non ſunt audiendi, quoniam Prophetiæ, ac Li-
taniæ non ſunt pars Miſsæ privatæ, nec ad eam per-
tinent, ut tradunt *Eminentiſſ. Lugo de Sacrament. Eu-
char. diſ. 20. ſect. 1. numer. 21. & Baſemb. loc. citat.
tract. 3. diſ. 3. reſp. 2.* Alii opinati ſunt, recitandam
eſse Miſsam Sabathi excluſis Prophetiis, & Lita- 59
niis, addito introitu ſequentis diei Reſurectionis,
ita cum aliis tenet *Ghilia. V. Miſſæ celebratio, numer.
32.* Quorum opinio, non ſatiſfacit, namque ſi Ec-
cleſia voluiſset introitum in hac Miſsa, ipſum po-
ſuiſset in Miſsali, prout egit in Miſſis privatis Per 60
vigilii Pentecoſtes. Minus placet, quod dicunt *Trul-
len. in Decal. lib. 1. diſt. 6. numer. ultim.* & alii penes
Barboſ. de Offic. & Poteſt. Paroch. capit. 11. numer. 45.
celebrari Miſsam Annunciationis ea die occurrentis:
& moveor, quia ab Eccleſia in aliud tempus tranſ-
fertur. Nec ullatenus conſentio ajentibus, dicendam
eſse Miſsam votivam de B. Virgine; quoniam tota 61
Hebdomada majori prohibentur Miſsæ votivæ, ut pa-
tet ex Rubricis Miſsalis, & Decretis S. R. C. Liben-
tiſſimè verò adhæreo ſentientibus, Miſsas privatas 62
ejuſdem Sabathi incipiendas eſse à confeſſione, ſe-
quendo ſtatim, *Kyrie eleiſon &c.* una cum Veſperis,
quæ ipſa die ſunt pars Miſsæ ſolemnis, vel privatæ.
Dian. p. 11. tr. 8. reſ. 66. & alii.

Die

Die Jovis Hebdomadæ magnæ, quæ ſic nuncupatur, quoniam magnalia in ea effecta ſunt, caveat quivis Sacerdos à celebrandis Miſſis planis poſt Offi-
63 cium ſolemne ejuſdem Feriæ, quia tunc in Veſperis incipit Officium Veneris Sancti, in qua Eccleſia Sponſa, Chriſto Salvatore viduata, ut mæſtitiam temporis oſtendat, Miſſis celebrandis ceſſat, ut obſervant *Averſ. ubi ſupra ſect. 14. Caſtr. Pal. loc. cit. diſc. unic. par.*
64 *7. numer. 5.* Mane autem ejuſdem Jovis uſque ad ſacrum majus Miſſa peculiaris ab omnibus poteſt, abſque alia licentia, celebrari, quia nullus Canon, aut Pontificia Conſtitutio, nullaque Eccleſiæ traditio id prohibent, prout advertunt *Sot. in 4. diſt. 13. quæſt. 2. art. 2. Navar. in Man. cap. 25. numer.* 88. *Laym. lib. 5. tract. 5. cap. 4. num. 9. Lezan. loc. cit. cap. 11. num. 18. Alvar. ubi ſupra num. 11. Eminen. de Lugo loc. cit. diſp. 20. num. 20.*

* *Hodie tamen ex Dec. S. R. C. vivæ Vocis oraculo approbato à SS. D. N. Clem. XI. die 8. Aprilis 1713. non poſſunt ullo modo, nec à quocunque celebrari Miſſæ privatæ Fer. V. in Cœn. Dom. & Sabatho Sancto.*

Nec obſtat quorundam conſuetudo, ea die privatim non immolantium, nam Viri docti abſque ullo ſcru-
65 pulo celebrant, veluti ſe Romæ feciſſe tradunt *Pinell. de Miſſ. cap. 10. Dian. part. 6 loc. citat. reſol.* 19. & Florentiæ, ac alibi. *Marchin. de Sacram. Ord. tract. 3. part. 3. cap. 8. num. 1.* quibus favent *Gutter. Can. QQ. lib. 1. cap. 30. num. 36. Filliuc. tom. 1. tract. 5. cap. 4. nu. 105. Suarez tom. 3. diſ. 80. ſect. 3. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Paroch. capit.* 89. Maximè ſi Sacrum fiat abſque
66 pulſatione campanarum, ubi moribus utentium fuit introductum. *Alvar. ubi ſupra, & Peyrin. tom. 2. conſt. unic. num. 25.* Nec huic libertati celebrandi refragatur quoddam S. C. Decretum, quod vidi deſcriptum in Kalendario Romano, diſponens, Sacram Commu-
67 nionem præfata die ab omnibus Presbyteris eſſe percipiendam per manus Primarii Sacerdotis illius Eccleſiæ, cui inſerviunt, quia non eſt uſu receptum in Eccleſiis Secularibus, ut teſtatur *Diana loc. prox. cit. §. Non deſinam, & in Summ. V. Sacerdos, num.* 3. Laudabilius tamen, & congruentius ſemper dixi, ut ſin-
68 guli Sacerdotes illius Eccleſiæ, inſinuata die, ibi non celebrent, ſed Sacro Chriſti Corpore per manus decantantis Miſſam reficiantur ad recolendam memoriam Domini Noſtri, qui Feria V. in ultima Cœna ſeipſum, & ſuos Apoſtolos communicavit. Ita *Bellar. & Averſ. loc. cit. Gutter. loc. cit. c.* 30. *num.* 36. Adde, quòd ſi plura Sacra ea die publicè fiant, concurrunt permulti, & audita Miſſa ſe transferunt ad negotia prophana, & ſic Sacrum ſolemne, Proceſſio, & reſervatio Sanctiſſimi Sacramenti, Populi frequentia, & devotione privantur, ut conſiderat *Francol. de Hor. Can. c. 30. n. 4.*

A R G U M E N T U M.

Abbates, aliique Prælati inferiores, habentes uſum Pontificalium ex Indulto Apoſtolico, quando, & in quibus locis ea valeant exercere. De differentia ornamentorum Epiſcopalium, & Abbatialium. An communicatio generalis privilegiorum comprehendat etiam facultatem conſecrandi Sacra Vaſa, & alia, Abbatum Dignitatem, & uſum Pontificalium concernentia.

S U M M A R I U M.

1 *Joannes XX. Pontifex quando regnavit.*
2 *Ab eodem conceſſus fuit Abbatibus uſus Pontificalium.*
3 *Quid ſignificent Pontificalia ornamenta,* remiſſivè.
4 *Abbates uti non poſſunt Pontificalibus inſignibus, niſi privilegium clarum oſtendant.*
5 *Quomodo contra diſtinguatur Baculus Epiſcopalis ab illo Abbatiali, & quare.*
6 *Etiam Abbatiſſæ utuntur Baculo, cum velamine appenſo.*
7 *Abbates exempti Baculum geſtare conſueverunt abſque velamine.*
8 *Benedictio ſolemnis ſuper Populum, & facultas conferendi primam Tonſuram, & minores Ordines, non competit Abbatibus ex uſu Pontificalium, ſed debet in privilegio expreſſè contineri.*
9 *Facultas benedicendi Populo non competit Abbatibus, niſi in propriis Eccleſiis, ſibi pleno Jure ſubjectis, & de ratione,* & n. 10.
11 *Nec præſente Epiſcopo.*
12 *Quæ circa uſum Pontificalium ſint permiſſa, & reſpectivè prohibita Abbatibus, ex reſolutionibus S.Congreg.* remiſſivè.
13 *Iſte uſus Pontificalium non venit in generali communicatione privilegiorum.*
14 *Uſus Pontificalium competit etiam Abbatibus Titularibus, & illis, qui fuerunt Abbates actuales, ſed poſt Officium remanent ſub guberno Abbatis Monaſterii, & quando.*
Idem uſus Pontificalium competit etiam Epiſcopis Titularibus, aliiſque præeminentiæ eodem numer. 14.
15 *Refertur per extenſum* Decretum S. R. C. *ſuper nonnullis dubiis, in hac materia propoſitis.*
16 *Prædicti Abbates nonniſi in tribus anni Solemnitatibus poſſunt Pontificalia exercere.*
17 *Quæ ſint Solemnitates, in quibus licitum eſt Abbatibus Pontificalium uſu gaudere,* & n. 18.
19 *Quomodo licitus ſit uſus Pontificalium Prælatis inferioribus, habentibus eum ex privilegio.*
20 *Mitræ, quibus uti poſſunt Abbates exempti, non debent eſſe cum laminis argenteis, vel gemmis, ſed tantùm aurifriſiatæ.*
21 *Non exempti verò uti debent Mitra ſimplici, alba, & plana.*
22 *Similem uſum habent ex privilegio Apoſtolico Canonici Cathedralis Lucanæ.*
Et gaudent etiam exemptione à Juriſdictione Ordinarii eodem n. 22.
23 *Immo Juriſdictionem activam habent in Capitulares, & Eccleſiæ Miniſtros; ac Jus meri, & mixti Imperii.*
24 *An, & quando Abbates Diœceſani, Synodis, ſive Provincialibus, ſive Diœceſanis, intereſſe debeant,* & n. 25. & 26.
27 *Si Monaſterium habeat Curam animarum, ſufficit, quòd ad Synodum accedat Vicarius, qui Curam exercet.*
28 *Privilegium, quod habebant Abbates Ordinis Ciſtercienſis, conſecrandi Altaria in quibuslibet locis, limitatum fuit per* Gregor. XIII. *ad loca prædicto Ordini ſubjecta, cum facultate conſecrandi etiam Calices.*
Eodem modo, quo Pontificalia exercere non poſſunt extra Eccleſias ſui Ordinis, niſi de licentia Ordinarii loci, eodem num.
29 *Simile Indultum habent Abbates Caſſinenſes cum eadem reſtrictione.*
30 *Privilegium, indiſtinctè concedens Abbatibus facultatem conſecrandi, & reſpectivè benedicendi Campanas, & alia Sacra Vaſa, & Veſtes, intelligendum eſt pro uſu ſuarum Eccleſiarum.*
31 *An excommunicatio generalis privilegiorum Caſſinenſium, & Ciſtercienſium, comprehendat etiam facultatem conſecrandi Sacra Vaſa, in quibus Sacra Unctio adhibetur, & quando,* & n. 32.
33 *Similiter autem privilegium non eſt alteri, etiam ejuſdem Ordinis, delegabile,* & n. 34.
35 *Hoc idem Indultum ampliſſimæ communicationis conceſſum fuit anno 1712. Congregationi Vallis Umbroſæ.*
36 *Ad Abbatem Commendatarium alicuius Eccleſiæ Regularis, habentem Jura Epiſcopalia, ſpectat in eadem Eccleſia uſus Pontificalium, privativè quoad Abbatem Monaſterii; & de ratione.*

ANIMADVERSIONES.

Licèt alibi dictum ſit, & dicendum occurrat de Abbatibus, hic non erit inopportunum tractare de uſu, ipſis permiſſo, Pontificalium inſignium. Iſte uſus, ut tradit *Chriſtian. Lup. tom. 5. Schol. in Canon. à Joanne XVIII.* quem alii Joannem XX. nuncu- 1
pant, quique in D. Petri Cathedra ſedit in principio Seculi XI. conceſſus fuit Abbatibus, contra quem 2
uſum

Digitized by Google

uſum ſeſe acriter oppoſuerunt Epiſcopi, ita ut ex eo
plura tragica exempla ſubſecuta fuerint. Seculo verò
ſequenti, nempe duodecimo, pluribus Abbatibus ex
Apoſtolico privilegio conceſſum fuit more Pontifi-
cum uti Mitra, Annulo, atque Sandaliis, ut teſta-
tur D. *Bernard. in Epiſtola 41. ad Archiep. Senonen.* ubi
dicit, ſibi hunc uſum Pontificalium in Abbatibus
haud placuiſſe. Quid autem myſticè ſignificent Pon-
tificalia ornamenta nempe Mitra, Baculus, Sanda-
3 lia, Chirotecæ, unica Dalmatica, & Crux pectora-
lis, plenè habetur, & eruditè declaratur apud Ro-
manum *Petram ad Conſtitutionem 6. Urbani IV. ad n. 1.
ad plures ſeqq. tom. 3.*

Hujuſmodi Inſignia Pontificalia Abbatibus, ut et-
iam notat *Tamburin. diſp. 21. quæſt. 1.* non competunt
jure proprio, & ratione eorum dignitatis, ſed tantum-
modo ex privilegio, undè nullus Abbatum uti poteſt
4 prædictis Pontificalibus Inſignibus, niſi privilegium
oſtendat, juxta clarum *text. in cap. ut Apoſtolici, de
privileg. in 6.* ut latè probat Romanus *Petra ad Conſt.
6. Urbani IV. num. 9. & ſeqq. tom. 3.* Undè prove-
nit, quòd non omnes Abbates iiſdem uti poſſint In-
ſignibus, ſed aliis plura, aliis pauciora competunt,
cum Abbatibus indiſtinctè competat ſolus uſus Bacu-
li Paſtoralis, propter quandam ſimilitudinem Epiſco-
palis ſollicitudinis,: & auctoritatis, quam circa ſuos
Monachos exercent; hac intercedente differentia in-
5 ter Baculum Abbatialem, & Epiſcopalem, quòd in
primo debet appendi ſudarium, vel ut alii nuncu-
pant, Orarium, in ſignum ſubjectionis, & contra-
diſtinctionis ab illo Epiſcopi. *Gavant. in Rubr. Miſ-
ſalis part. 1, cap. 9.* Undè eſt, quòd Abbatiſſæ etiam
hodie utuntur Baculo cum hujuſmodi velamine ap-
6 penſo in ſignum prædictum ſubjectionis: Abbates ve-
rò exempti conſueverunt prætermittere dictum velamen
7 in Baculo, ut notavit *Van. Eſpen. in Jus Eccleſiaſt.
univ. part. 1. tit. 31. num. 7.* Ab uſu Pontificalium
ſenſim proceſſit impertitio ſolemnis Benedictionis ſuper
Populum, quæ de ſui natura annexa non eſt privile-
gio prædicti uſus Pontificalium, in cujus ſequelam
8 nec etiam venit facultas conferendi Clericalem Ton-
ſuram, & minores Ordines, quæ debet expreſſe in
privilegio contineri. *D. D. in cap. Abbates, de privilegiis
in 6. Fagnan. in cap. quanto 10. n. 30. de conſt.*

Et quatenus pertinet ad facultatem benedicendi Po-
pulo, obſervandum eſt, hoc licere prædictis Abba-
tibus tantummodo in Eccleſiis, ſibi pleno jure ſub-
9 jectis; non autem extra eas, aut per vias, vel Civita-
tes, licet privilegium eſſet generale. *Van. Eſpen. in
Jus Eccleſiaſ. part 1. tit. 31. cap. 6. num. 25.* Quia E-
piſcopo non licet uti Pontificalibus, ac Populo be-
nedicere extra ſuam Diœceſim, niſi de Ordinarii Lo-
10 ci licentia, ita nec Abbatibus fas eſt extras ſuas Ec-
cleſias, pleno jure ſibi ſubjectas, ideſt in Spirituali-
bus, & Temporalibus, ut exponit *Gloſſ. ad cit. cap.
3. de privileg.* Pontificalia exercere, & Populo bene-
dicere. *Petra ad Conſtit. 6. Urbani IV. ad num. 37. &
ſeqq. tom. 3.* ſicuti pariter eiſdem non licet prædictam
11 ſolemnem Benedictionem impertiri præſente Epiſco-
po. *Gloſſ. in cap. 3. de privileg. in 6.* quia minor non
debet benedicere majorem. *Tamburin. de Jur. Abbat.
tom. 1. diſput. 21. q. 9.*

Quum autem quamplures exortæ fuiſſent difficulta-
tes circa uſum Pontificalium. Prælatis Epiſcopo in-
ferioribus conceſſum, ad eas dirimendas fuit per De-
cretum *Sacr. Congregat. Rit. ſub Alexandro VII, die 27.
Septembris* 1659. declaratum, quæ erant permiſſa,
12 & reſpectivè prohibita prædictis Abbatibus, dum exer-
cent ipſa Pontificalia, quod habetur per extenſum,
una cum ſequenti declaratione ejuſdem *Sacr. Congre-
gat. die* 20. *Julii* 1660. apud *Monacell. Formul. Eccleſ.
part. 2. tit. 3. formul. 3. ſub num. 34. & apud Reveren-
diſſimum Petram tom. 3. ad Conſt. 6. Urban. IV. in fine.*

Illud advertendum, quòd privilegium Pontificalium,
13 uti ſpeciali nota dignum, non venit in generali com-
municatione Privilegiorum, ſed requirit ſpeciale In-
dultum, ideoque *Sacra Congregatio Concilii in Nepeſina
die 14. Aprilis* 1638. cenſuit, Abbatem generalem
Cœleſtinorum non poſſe abſque ſpeciali Indulto, ex
ſola communicatione privilegiorum cæterorum Abba-
tum, uti Pontificalibus indumentis.

Dubitari contingit, an Abbates Regulares, qui ſunt
Titulares honoris gratia creati, vel per Breve Apo-
ſtolicum, vel ab ipſa Religione, ſeu etiam illi, qui 14
fuerunt Abbates actuales, ſed finito officio vivunt
ſub Abbate Monaſterii, uti poſſint Pontificalibus in-
ſignibus, & obtinere ex titulo Abbatiæ honorificas
præeminentias, quibus fruuntur Abbates Regiminis;
& verius eſt, quòd hujuſmodi Abbatibus titularibus
competant prædicta jura honorifica, & parificari de-
beant Abbatibus actualibus, ita ut de conſenſu Ab-
batum Regiminis poſſint Pontificalia exercere, ut
docet *Card. de Luc. de Regul. diſc. 76. num. 5.* Ad-
inſtar Epiſcoporum Titularium, qui ſunt etiam Ca-
nonici, quibus, licèt in cœteris ſint pares Canoni-
cis, competit uſus Pontificalium, & major honorifi-
centia in ſeſſionibus, ac Proceſſionibus: pro cujus ma-
teriæ pleniori intelligentia hìc ſubnectere libet Reſo- 15
lutionem *S. Congregationis Rit.* nuper emanatam in *Fæ-
ſulana Pontificalium* ſequentis tenoris.

*Propoſitis ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Card.
Colloredo in Sac. Rituum Congregatione infraſcriptis dubiis
inter Epiſcopum, & Abbatem S. Bartholomæi Canonico-
rum Regularium Congregationis Lateranenſis Fæſulanum,
videlicet.*

*I. An præfato Abbati Congregationis Lateranenſis, haben-
ti uſum Pontificalium, eadem Pontificalia ter exercere licue-
rit intra ſpatium octo dierum?*

*II. An per totum dictum tempus licuerit ſimiliter retinere
Sedem, ſeu Cathedram Epiſcopalem cum Baldachino, &
ornamentis.*

*III. An idem Abbas potuerit invitare alium Abbatem ejuſ-
dem Ordinis, ſeu alienigenam, ad Pontificalia exercenda in
Eccleſia dicti Monaſterii?*

*IV. An Abbas localis, præſente Ordinario, potuerit deferre
Rochettum, & Mozzettam denudatam, permittendo dela-
tionem ſimilis habitus etiam aliis Abbatibus invitatis? & qua-
tenus affirmativè.*

*V. An, tam dictus Abbas Localis, quam alii forenſes in-
vitati, potuerint in eodem habitu proceſſionaliter incedere
extra Eccleſiam per ambitum Parochiæ abſque licentia Epi-
ſcopi.*

*VI. An eidem Abbati licuerit Populum trina vice benedice-
re extra tempus Functionum Pontificalium.*

*VII. An Epiſcopus, accedens ad dictam Eccleſiam Mona-
ſterii, potuerit recepto aſperſorio è manibus ejuſdem Abbatis,
benedicere, nedum Populum, ſed etiam Abbatem ipſum, &
ejus Canonicos.* Sac. ead. Rit. Congr. *tam in voce, quàm
in ſcriptis Partibus informantibus auditis, cenſuit reſpon-
dendum.*

Ad I. & II. licuiſſe in caſu, de quo agitur.

Ad III. IV. & V. affirmativè.

Ad VI. non licere.

*Ad VII. affirmativè, dummodo incedat in Habitu Præ-
latitio etiam viatorio. Et ita declaravit die 1. Octobris
1701.*

L. Card. Colloredus Pro -- Præfectus B.

Inquiramus Sac. Rit. Congr. Secret.

Prædicti autem Abbates Regulares non poſſunt, 16
niſi in tribus anni Solemnitatibus, Pontificaliter cele-
brare ex prædictis, Decretis *Sac. Congregationis Rit.* &
advertit *Card. de Luc. de Præeminent. diſc. 15. & de Ju-
riſdict. diſc. 31.* in quo dubitatum fuit, an funus alicujus
Magni Principis venire poſſet ſub appellatione So-
lemnitatis, ita ut liceret Abbati Pontificalia in dicto
funere exercere, cujus negativam ipſe tuetur, aſſe-
rendo, neceſſe eſse, ut conſtituatur differentia inter
Functiones Pontificales Epiſcopi, & iſtorum infe- 17
riorum Prælatorum, quòd prædictæ Functiones à præ-
dictis Abbatibus celebrentur pro privatis Eccleſiæ
propriæ Solemnitatibus, non autem in illis Functio-
nibus publicis, quæ totius Civitatis nomine cele-
brantur, ut advertit *idem De Luc. num.* 9. quemad-
modum hujuſmodi Abbates, vel alter Prælatus in-
ferior abſque Diœceſani licentia, non poſset Ponti-
ficales functiones publicè facere in majoribus anni 18
Solemnitatibus, ut puta in Proceſſione Corporis Chri-
ſti, vel in majori Civitatis Solemnitate, & ſimili-
bus, ut notat *eod. diſc. 31. ſub num. 5.* Quod qui-
dem dicendum eſt etiam de Prælatis ſecularibus infe-
rioribus; habentibus ex privilegio uſum Pontifica-
lium, ad quos licèt reſtrictio facta per antedicta De-

creta

Digitized by Google

19 creta pro Regularibus, non ſe extendat, nihilominus
debent uti moderatè uſu Pontificalium ad ſervandam
differentiam inter ipſos, & Epiſcopum, cui in pro-
pria Diœceſi, tanquam ipſorum inferiorum Prælato-
rum habituali, vel etiam actuali Superiori, indubiè
longè major competit præeminentia. *De Luc. Adnot.
ad Conc. Trid. diſc.6. circa fin.* cum regulariter hujuſ-
modi privilegia, utpote tendentia in diminutionem
Dignitatis Epiſcopalis, ſtrictè debeant interpretari,
ut eam minùs lædant, quàm fieri poſſit. *Gloſſ. in dicto
c.3. de privileg. n. 6.*

Hinc etiam, quòd licèt Abbates prædicti Synodis
intervenientes uti poſſint Mitris, ac proindè ab E-
piſcopis in habitu non diſtinguantur, tamen juxta
ſtatuta per *Clem. IV. in cap. 6. de privileg.* non poſ-
ſunt geſtare, niſi Mitras aurifriſiatas ſi fuerint exem-
20 pti, nullatenus verò aureas, vel argenteas laminas,
aut gemmas habentes. Illi verò, qui non ſunt exem-
pti, tantummodo ſimplices, albas, ac planas, quarum
uſu ex privilegio Apoſtolico nonnulli ex Canonicis
21 magis inſignium Cathedralium perfruuntur, inter quos
recenſentur Canonici Eccleſiæ Lucanæ, qui ultra di-
ctum Indultum, gaudent etiam illo ſingulari exem-
ptionis ab Ordinaria Juriſdictione, de quo teſtatur
22 *Felin.* olim Epiſcopus Lucanus *cap. ſicut n. 33. verſ. 7.
& ult. de re judic. Daniel de Nobilib. diſput. 49. num. 2.
Statut. Luc. editum anno 1539. lib. 1. cap. 141. & in
Curia Epiſcopali acceptatum.* Quod ſanè privilegium
nulli alteri ex Capitulis Italiæ competere deducitur
*ex Fagnan. in cap. Irrefragabili §. Exceſſus, de Officio
Ordinar.* Ac inſuper Juriſdictione activa in Capitula-
23 res, & Eccleſiæ Miniſtros, à Sixto V. & Clement.
VIII. in ſuis Brevibus approbata, & in quodam
Caſtro nuncupato Maſſaroſa, aliiſque Terris, in Lu-
cano diſtrictu exiſtentibus, ſibi vindicat jus meri, &
24 miſti Imperii, ex pluribus Imperatorum Privilegiis
confirmatum, illamque, raro exemplo in Capitulis
Italiæ, ad hæc uſque tempora pacificè, ac liberè
exercet.

Ad Synodos Provinciales, ſive Diœceſanas, ac-
cedere tenentur Abbates, Diœceſanæ legi ſubjecti,
ideſt in Diœceſi exiſtentes *cap. quod ſuper his, de ma-
jorit. & obedient. Fagnan. ibid. num. 1.* Hoc autem intelli-
gendum eſt de illis Abbatibus, qui habent Populum,
nam etiamſi ſint exempti, tenentur accedere ad Sy-
25 nodos, ſecus verò ſi Populum non habeant: *Fa-
gnan. ibid. ſub n. 1. §. Quod autem.* Illi verò Abbates,
qui habent uſum Mitræ, & Baculi, nec habent Cu-
ram animarum, nec Conventum, licèt exempti non
26 ſint, ceſſante conſuetudine, vel aliqua rationabili
cauſa ad Synodum accedere non tenentur, ut decre-
vit *Sac. Cong. apud eundem Fagnan. loc. cit. ſub num. 6.*
Cœterùm ſi Abbas Regularis, cujus Monaſterio,
vel Eccleſiæ imminet Cura animarum, ei deſervire
facit per Vicarium, Secularem, ſive Regularem,
non tenetur per ſe ipſum accedere ad Synodum, ſed
27 ſufficit, quòd ſua vice mittat eundem Vicarium,
per quem animarum Curam exercet. *Fagnan. ibidem
numer. 7.*

Cum nuper mihi ſeſe obtulerit occaſio examinan-
di, an Regulares, habentes uſum Pontificalium,
poſſint conſecrare Altaria, Calices, & Campanas,
hæc adnotanda occurrerunt.

Et in primis, quòd Abbas Ciſtertii, & alii primi
Coabbates dicti Ordinis, obtinuerunt privilegium con-
ſecrandi Altaria in quibuslibet locis, recepto Chriſ-
mate Sacro ab Epiſcopo, per Indultum Innocentii
VIII. quod poſtea fuit extenſum ad reliquos Abbates
28 Hiſpaniarum dictæ Congregationis per Gregorium
XIII. cum facultate conſecrandi etiam Calices, limi-
tata tamen ad uſum locorum ſubjectorum dictæ Congre-
gationi, ita ut vigore dictorum Indultorum non poſſint
Altaria prædicta conſecrare in aliis Eccleſiis eodem mo-
do, quo Pontificalia exercere non poſſunt occaſione
alicujus feſtivitatis, ſi forent invitati extra Eccle-
ſias ſui Ordinis, niſi hoc faciant de licentia Ordina-
rii Loci, ut obſervat *Roderic. Quæſt. Regular. tom. 1.
quæſt. 27. art. 2.* Eodem privilegio fruuntur Abba-
tes Caſſinenſes, ex *Conſtitutione 97. Pii IV.* cum di-
cta tamen reſtrictione conſecrandi prædictos Calices in
29 eorum Eccleſiis, & pro uſu ipſarum, ut tradunt
*Tamburin. de Jur. Abbat. diſp. 23. quæſt. 3. num. 3. &
quæſt. 4. num. 1. Novar. in Lucern. Regul. V. Benedicere
num. 2.* & fuit pluries reſolutum per *Sac. Congregatio-
nem Rit.* teſte *Pignatell. conſult. 68. num. 5. & num. 7.
tom. 3.* & præſertim in *Placentina Benedictionis* inter
Epiſcopum Placentinum ex una, & Abbatem S. Xiſti
ejuſdem Civitatis Ordinis S. Benedicti Congregatio-
nis Caſſinenſis Partes ex alia, ſuper jure conſecran-
di quæcunque Altaria fixa, aut portatilia, die 16.
Auguſti 1644. *Sac. Rit. Congreg. proponente Eminentiſſ.
Cardinal. Franciotto*, auditis Partibus, & attentis Pri-
vilegiis, Ordini prædicto ab Apoſtolica Sede conceſ-
ſis, cenſuit, non licere Abbati conſecrare Altaria,
niſi pro uſu propriarum Eccleſiarum, & Religioſorum
ejuſdem Ordinis tantùm, & ita ſervari mandavit.

Quamobrem licèt Privilegium indiſtinctè concede-
ret facultatem conſecrandi, & reſpectivè benedicendi
Campanas, & alia ſacra Vaſa, & ſacras Veſtes, &
ſupellectiles, hoc intelligendum eſſet reſpectu uſus
ſuarum Eccleſiarum, non autem alterius Ordinis, 30
ſicuti pariformiter, ut dictum eſt, uſus Pontificalium,
prædictis Abbatibus, licèt indefinitè, conceſſus, re-
ſtringi debet ad loca ſibi plenè ſubjecta, niſi acce-
dente ſpeciali licentia Ordinarii loci, eodem fermè
modo, quo etiam Epiſcopus extra propriam Diœce-
ſim non poteſt, niſi de conſenſu Ordinarii loci, et-
iam in Eccleſia exempta, Pontificalia exercere, ut
optimè notat *Petra d. Conſtit. 6. Urban. IV. n. 42. & ſeqq.*

Omnes autem Religiones Monachorum, quæ gau-
dent ampliſſima communicatione Privilegiorum Caſ-
ſinenſium, & Ciſtercienſium, poſſunt Altaria, Calices,
& Campanas conſecrare, & benedicere ſacram Supelle-
ctilem, De quo tamen dubitant aliqui apud *Petra ad
Conſtit. 2. Benedicti XI. n. 12. & ſeqq.* reſpectu Conſecra-
tionis Sacrorum Vaſorum, in quibus Sacra Unctio ad-
hibetur, ad differentiam ſimplicis Benedictionis ſacro- 31
rum Paramentorum, quam facultatem conſequuntur
Abbates ſtatim ac ſunt benedicti, & in ſequelam uſus
Pontificalium, ut advertit idem *Petr.* ibidem, & an-
te *ad Conſtit. 6. Urbani IV. ad num. 24. & 25. eodem
tom. 3.* tenens, quod generalis communicatio Privi-
legiorum non ſit apta ad comprehendendam faculta-
tem conſecrandi eadem ſacra Vaſa, in quibus ſacra
Unctio reconditur. *Ipſe* tamen *Petra*, prædictis non
obſtantibus, firmat, quod attenta generali, & am-
pla communicatione Privilegiorum, maximè conjun- 32
cta cum obſervantia, veniat etiam prædicta facultas
conſecrandi ſacra Vaſa, ut etiam comprobavit *Sacr.
Rit. Congr. in Nullius, ſeu Fulden. conceſſionis Indulti
22. Septembris* 1703. in qua, propoſitis dubiis,
an ad facultatem conſecrandi, & benedicendi, Ab-
bati Fulden. ſuffragetur communicatio privilegiorum
Congregationis Caſſinenſis, vel ſi adeſſet obſervantia
immemorabilis, eum poſſit juvare, & quatenus *affir-
mativè*; Secundo, an Vicario Generali delegari po-
tuerit, & poſſit, tam benedictio Paramentorum, & 33
Utenſilium Altaris, quam conſecratio Campanarum,
aliarumque rerum, in quibus unctio Sacri Chriſmatis
intervenit?

Sacr. Congragatio reſpondit: ad primum *affirmativè*
vigore communicationis Privil giorum, nec non con-
ſuetudinis, & in locis propriæ juriſdictionis.
Ad ſecundum *Negativè*.

Ex quibus videtur concludendum, ut ſupra dictum
eſt, quod omnes Abbates Congregationum, gauden-
tes ampliſſima communicatione Privilegiorum Caſ-
ſinenſium, & Ciſtercienſium, valeant benedicere, & 34
reſpectivè conſecrare prædicta Utenſilia, & ſacra
Vaſa, pro uſu tamen ſuarum Eccleſiarum, & in pro-
priis tantùm Eccleſiis, ſeu locis ſibi ſubjectis, præ-
terquam ſi hoc facerent ex ſpeciali delegatione Or-
dinarii Loci, quòdque pariter hujuſmodi facultas
non ſit ab ipſis Abbatibus delegabilis perſonis et-
iam ſui Ordinis, non gaudentibus uſu ipſorum Pon-
tificalium.

Quam ampliſſimam communicationem nuper obti-
nuit à SS. Domino Noſtro Clemente XI. pro Con-
gregatione Vallis-Umbroſæ Illuſtriſſ. & Reverendiſ- 35
ſimus D. Columbinus Baſſius Epiſcopus Piſtorien. Vigi-
lantia, & Pietate nemini in Paſtorali Officio ſecundus,
tunc munus Abbatis Generalis prædictæ Congregatio-

nis gerens, nt patet per Literas Apoſtolicas in forma Brevis ſub datum *Rom. die 28. Septembris 1712.*

Pro coronide hujus matetiæ obſervandum eſt, quòd Abbas Commendatarius Eccleſiæ Regularis, qui habet jura Epiſcopalia, & Territorium ſeparatum, cum omnimoda juriſdictione in Eccleſia Abbatiali, utpote quia in hoc caſu æquiparatur Epiſcopo, habet facultatem exercendi in eadem Eccleſia Pontificalia privativè quoad Abbatem Regularem Monaſterii commendati, licèt alioquin vigore ptivilegiorum ſui Or-
36 dinis frueretur facultate ipſa Pontificalia exercendi, quia talis facultas oon poteſt extendi ad caſum, in quo adſit Abbas Commendatarius, cujus Juriſdictioni præjudicari non debet per uſum dictorum Pontificalium, quæ ſunt ſigna Juriſdictionis, & poteſtatis, ſed ille debet eidem tantummodo reſervari, nè detur ſpecies monſtruoſitatis, ut io una, eademque Eccleſia plures adſint Sponſi, io ſolidnm exercentes quæ pertinent ad poteſtatem, & Juriſdictionem, ut plenè probat *Ponimoll. dec. 30. per tot.*

Jo. Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

Quales ſint Fnnctiones Epiſcopales, quæ, abſente, vel impeditn Epiſcopo, ſpectant ad primam Dignitatem. In Collegiatis, quæ habent Curam animarum annexam Functiones, quæ alioquin ſunt Parochiales, ſpectant ad Canonicum exercentem Curam animarum, vel ad Hebdomadarium, ſive primam Dignitatem; & de differentia caſus, io qun Cnra animarum habitualiter ſit penes Capitulum, vel ſit unita primæ Dignitati, reſpectu emolnmentorum Funerum, & exercitii dictarum Functionum.

S U M M A R I U M.

1 *Quæ dicantur Functiones Epiſcopales, explendæ in Cathedralibus per Epiſcopum; vel eo impedito, per digniorem de Capitulo.*

2 *In Collegiata, ubi non exercetur Cura animarum, excellentiora ſpectant ad caput; & ſic Miſſa ſolemnis Jovis Sancti, cum Communione inter Miſſam Canonicorum, aliorumque de Clero ejuſdem Eccleſiæ; nec non benedictio Candelarum in die Purificationis, & Palmæ, in Dominica Palmarum*, & onm. 3.

4 *Ibidem ſit Sepulcrum, & continuò aſſervatur Sacra Synaxis pro adoratione, cum licentia Epiſcopi; niſi tamen Eccleſia fuerit exempta*, & o. 5.

6 *Collegiatæ regulariter ſolent eſſe Parochiales.*

7 *Caput Collegiatæ Parochialis non eſt Parochus, niſi cumulativè cum cæteris Canonicis.*

8 *Referuntur Functiones, quæ ad Canonicum Hebdomadarium ſpectant.*

9 *Et quæ ad Canonicum Sacriſtam.*

10 *Quid in his Eccleſiis de conſuetudine exerceat Caput, ſeu prima Dignitas.*

11 *Secluſa conſuetudine, Functiones præcedenti* num. *recenſitæ, ſpectant ad Hebdomadarium, & funeralia ad Capitulum, & de ratione*, & n. 12.

13 *Eccleſia ſimplici Parochiali à Sede Apoſtolica in Collegiatam erecta, Plebanoque prius Eccleſiæ in primam Dignitatem, & Caput creato, cum redditibus ejuſdem Eccleſiæ, necnon Cura animarum, ut priùs; ad ipſum omnia competunt, quæ ante Collegiatæ erectionem competebant*, & n. 14. 15. 17. & 22.

16 *Paſtoris proprium eſt paſcere Gregem, idque fit per Sacramenta.*

18 *Quando alii Sacerdotes, Laicos communicantes, etiam intra Miſſam, alienam Juriſdictionem turbent, & mortaliter peccent.*

19 *Miſſa in Cœna Domini, & Communio Canonicorum, aliorumque de Clero, & Laicorum, Miſſæ adſtantium, peragenda eſt in Eccleſia Collegiata Parochiali ab eo, qui habet Præbendam, cui annexa eſt Cura animarum.*

20 *Quod dicitur de uno connexo, dicitur & de alio.*

21 *Functiones Parochiales, quæ poſſunt dividi, fiunt per eum, cujus Præbenda habet perpetuo annexam Curam animarum; Miſſa verò Conventualis cantatur per Hebdomadarium.*

23 *Ad primam Dignitatem, cui à Summo Pontifice, in erectione Collegiatæ, impoſitum ſit Officium Parochiale, ſpectat providere de Candelis in die Purificationis; & Epiſcopus in actu Viſitationis inquirere debet, an huic oneri ſatisfiat.*

24 *Cur in Eccleſia, de qua hic Auctor, Conſules Univerſitatis provideant de hujuſmodi cereis communi pecunia.*

25 *Eadem Feria quinta majoris Hebdomadæ facienda eſt pedum ablutio; & in Toletano Concilio ſub excommunicationis pœna præcipitur Epiſcopis, aliiſque Eccleſiarum Præpoſitis.*

26 *Ad quem ſpectet in Cathedralibus prædicta Functio.*

27 *Hæc pedum lotio fieri debet à perſona, Sacerdotio inſignita.*

28 *A quo facienda ſit in Eccleſiis Collegiatis.*

29 *An excuſentur Præpoſiti, hanc Functionem omittentes, propter labores illius diei, & horam tardam.*

30 *Canonico, uti Vicario in locum primæ dignitatis, cui Cura animarum incumbit, competunt omnia Jura, & Functiones Parochiales, non autem Hebdomadario.*

31 *Vicarius deputatus à Parocho propter infirmitatem, ſeu abſentiam, non gaudet omnibus prærogativis ſui Principalis, nec ei debetur quarta funeralis*, & numer. 32.

33 *Secus eſt de Vicario, ab Epiſcopo in Oeconomum deputato in vim diſpoſitionis Conciliaris, qui ſubintrat in locum ejus, cui ſubrogatur, cum iiſdem honoribus, & oneribus*, & n. 35.

34 *Juriſdictio, conceſſa à lege, eſt ordinaria.*

36 *Reliquiæ Sanctorum, ſi proceſſionaliter ferendæ ſunt, geſtari debent per Canonicum, facientem Hebdomadam.*

37 *A quo deferenda ſit Reliquia, quæ ab aliqua Eccleſia Regulari deſumitur, & ad eundem locum reportatur; & quem locum obtinere debeant Regulares illius Eccleſiæ.*

38 *Reliquia, etiam die proprio Sancti, non poteſt exponi adoranda in medio Altaris ante Sacramentum, vel Crucem.*

39 *De modo ſervando in delatione Reliquiarum, remiſſivè.*

T I T U L U S III.

Memorata Miſſa Solemnis in Cathedralibus, prout aliæ Feſtorum Solemniorum, de quibus infra, necnon delatio SS. Sacramenti, benedictiones Candelarum, Palmarum, ſacri Fontis, dicuntur Fun- 1
ctiones Epiſcopales, & pertinent ad Epiſcopum, quo abſente, vel impedito, ad digniorem de Capitulo, non ad Hebdomadarium. *Hurtad. p. 1. tract. 2. cap. 6. reſ. 21. n. 23.* & reſolutum fuit à *Rot. Rom.* apud *Paſqual. cent. 2. q. 191. n. 7.* In Collegiatis, Epiſcopo ſubjectis, quarum cum diverſa ſint genera, diverſimodè ſervatur de jure circa earundem Functionum diſpoſitionem. Sciendum, quòd 2
in Collegiata, ubi non exercetur Cura animarum, quia Capiti in ordine excellentiora conveniunt *Oldrad. conſ. 204. n. 3.* Miſſa ſolemnis Jovis Sancti per ipſum decantatur, & inter Miſſam ſacra Communione reficiuntur Canonici, & alii de Clero, eidem Collegiatæ addicti, pro quorum uſu tantùm benedicuntur ab 3
ipſo Candelæ in die Purificationis, & Palmæ in Dominica Palmarum. *Barb. in Collect. Bull. V. Collegiata.* Non enim decet Canonicos, & ejuſdem Eccleſiæ Capellanos, propriam deſerere Eccleſiam; & ideo ibi fit 4
Sepulcrum, & continuò aſſervatur Sacra Synaxis pro adoratione, de licentia tamen Epiſcopi. *Ugol. loc. cit. part. 1. cap. 18. num. 4.* Intellige, niſi Eccleſia fuerit exempta, ut advertit *Dian. part. 11, tract. 2. reſ. 5.* 5

In Collegiatis verò Parochialibus, prout regulariter eſſe ſolent Collegiatæ ſeculares *cap. Cum ab Eccleſiarum, de off. Ordin. Gabr. conſ. 190. num. 7. Roman. conſ.* 6
325. num. 3. Vivian. loc. cit. lib. 10. cap. 1. num. 62. quoniam animarum Cura penes totum Capitulum reſidet, & Caput non exiſtit ut Parochus, juxta theoricam *Bald. conſ. 74. num. 4. lib. 4.* niſi cumu- 7
lativè cum cæteris Canonicis, ut conſiderant *Mart. vot.*

187. nu.

187. *num.* 6. *Merl. dec.* 257. *num.*1. *tom.*1. *Rot. part.*
3. *rec. dec.*37. *nu.*1. ad Canonicum Hebdomadarium
ſpectat SS. Sacramentum in Proceſſionibus deſerre,
Candelas, Palmas, & Aquam ſacri Fontis in die Sab-
batbi Sancti benedicere; quaſcuoque Miſſas canere,
atiam in diebus Solemnibus Paſchatis, & Cœnæ Do-
mini, ac intra bujuſmodi Miſſam Canonicos, Magi-
8 ſtratum, & cœteros de Clero communicare, ut habe-
tur *lib.*1 *cap.* 6. *& lib.*2. *cap.* 30. *in Cærem. Epiſc.* quod
ſupponit, Collegiatam eiſe curatam de jure naturæ,
& in bis Collegiatis Canonico Sacriſtæ competie
9 cura, ut Tabernaculum Sanctiſſimi ubſeretur fi-
dis clavibos, penes ſe conſervandis, nec non cu-
ra Fontis Baptiſmalis, & Sacrorum Oleorum, &
aliarum rerum, ut videre eſt *in eod. Cærem. lib.* 2.
cap. 6.

De conſuetudine tamen in his Eccleſiis prima Di-
gnitas, & Caput, cantat Miſſas in diebus Solemnio-
10 ribus, & præſartim in Feria V. Sanctioris Hebdoma-
dæ, quæ conſuetudo eſt ſaris rationabilis, qua ſecluſa,
etiamſi miniſterium Curæ animarum à Capitulo alicui
perſonæ de Capitulo, aut extraneæ eſſet commiſ-
ſum, ut licitè fieri poteſt, ad tradita per *Abb. in c.
Propoſuiſti, in fin. de preb. & Grat. diſcept. for. cap.*
865. *num.* 36. adhuc antedictæ Functiones ad Heb-
domadarium pertinent, & funeralia ad Capitulum.
Ratio eſt quia illa deputatus exercet Curam nomine
11 Capituli, penes quod ſemper remanet Cura habitua-
12 lis. *Lotther. loc. cit. lib.* 1. *cap.* 20. *numer.* 126. *Bot.
jur. Paroch.* 1651. Quòd ſi aliqua Eccleſia ſimplex
Parochialis, à Summo Pontifica fuerit in Collegia-
tam erecta cum aliquibus Canonicis, Plebano ipſius
Eccleſiæ, cum omiſſione illius nominis, creato pri-
13 ma Dignitate, & Capite, eidemque relictis redditi-
bus, & proventibus illius Eccleſiæ, oec non Cura
animarum ut priùs, quòd ritè fit, oam unus ſtatus non
eſt contrarius alteri *cap. Statutum, de elect. in* 6. *Fely.
in cap. in noſtra, eod. tit.* tunc ſuneralia, oblationes, &
alia, ratione Curæ provenientia, & dictæ ſunctio-
nes Parochiales, ad dictam Dignitatem competunt,
ut ante Collegiatæ erectionem, & ſimul cuſtodia Sa-
crorum Oleorum, Sacroſanctæ Euchariſtiæ, ac reteu-
tio clavis Ciborii. *cap. Sanè, de celebr. Miſſ. Clem.* 1.
§. Sanè tit. de bæret. Poſt. obſerv. 22. *num.*5. & ex par-
te *Polac. loc. cit. cærem.* 5. Item jus liberè exponendi
14 in eadem Collegiata Parochiali Sanctiſſimum Sacra-
mentum. *Sylv. V. Parochia. Ugol. loc. cit. cap.* 18. *n.*
4. & io Oratoriis ſuæ Parochiæ de licentia Epiſcopi.
15 *Marchin. de Sacram. Ord. part.* 3. *tract.* 3. *cap.* 8. *nu-
mer.* 6. *Novar. in Lucer. Reg. V. Euchariſtia, numer.*
3. *& Ricciul. in Lucubr. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 6. Et
quia eſt Paſtor, cujus proprium eſt paſcere Gregem,
16 ſibi commiſſum, idque fit per Sacramenta *cap. Perve-
nit, de conſecr. diſt.* 2. *D. Thom. loc. cit. quæſt.* 82. *art.*
17 3. ad eundem, uti Paſtorem, pertinet Euchariſticum
Panem ſuis Parochianis miniſtrare in Eccleſia, & ax-
tra. *Suarez loc. cit. diſp.*72. *quæſt.*1. *Nav. loc. cit.* 21.
*cap.*21.*num.*52. Et quicumque alii Sacerdotes, axcep-
tis Regularibus, abſque ipſius Curati expreſſa, vel
ſaltem præſumpta licentia, Laicos commuoicaotes,
18 etiam intra Miſſam, alienum Officium, & juriſdictio-
nem invadunt, & peccant mortaliter, ut docent *Co-
ninck de Sacram. tom.* 5. *quæſt.* 82. *art.* 3. *nu.* 28. *Medin.
in Summ. lib.* 1. *cap.* 14. *§.* 42. *Em. Sà V. Euchariſtia nu-
mer.* 14. *Corrad.*2. *part. quæſt.* 237. *Tol. loc. cit. cap.* 28.
num. 2. *Buſemb. ubi ſupra lib.* 6. *tract.* 3. *cap.*2. *num.*
2. *Em. Lugo loc. cit. diſp.* 18. *ſect.* 2. *num.* 37. Quibus
de jure conſiſtentibus, cum intra Sacrum ſolemoe Jo-
vis Sancti in Collegiatis Parochialibus diſtribuenda ſit
Sacratiſſima Hoſtia Canonicis, Capellanis, Clericis,
nec non Laicis Miſſæ adſtantibus, ut ordinatur in
Cœremoniali, & Miſſali reformatis, conſequitur,
19 hujuſmodi Miſſam majorem peragendam ab eo, cu-
jus Præbendæ eſt adjuncta Cura animarum, nam u-
num connaxorem habens, & reliquum babere debet.
gloſſ. in cap. Quaſæpè, de preb. in 6. & quod de uno con-
20 nexorum ſtatuitur, ad aliud connexum extenditur *Rot.
part.* 3. *diverſ. dec.*260.*n.*5. *Vivian. in cap. Tranſlatio num.* 2.
de conſ.

Non idam ſequitur de Miſſis Conventualibus, qui-
bus permittuntur aliæ ſunctiones Parochiales, utpote

beuedictiones Fontis, Candelarum, Palmarum, ac
delatio Sanctiſſimi Sacramenti io Feſto Corporis Chri-
ſti: ſiquidem iſtæ Miſſæ cantantur per Hebdomada- 21
rium, & per eom, cujus Præbendæ eſt annexa per-
petuò Cura animatum, fiunt dictæ functiones Paro-
chiales. Quæ connexæ non ſunt memoratis Miſſis,
poſſunt benè ab eis dividi, quod noo poteſt fieri abſ-
que violatione Rubricarum de memorata communio-
ne, quæ mandatur diſtribui à celebrante intra Miſ-
ſam Solemnem Jovis Sancti; Quamobrem dixi, hu- 22
juſmodi Miſſam, & dictas Functiones, ſpectare ad hu-
jus Collegiatæ primam Dignitarem, ipſamque poſſe
alreri de Capitulo eas delegare, cum ſint jura Paro-
chialia, & ſibi ſoli in erectione Collegiatæ fuerit à
Summo Pontifica impoſitom, onera, & officia Paro-
chialia ſufferre; Hinc eidem competit non ſolum ho-
nor benedicendi, & diſtribuendi Candelas in die Pu-
rificationis, ſed & onus de his proprio ære providendi,
prout quivis Parochus tenetur, & Epiſcopus in actu 23
Viſitationis debet inquirere, an huic oneri ſatisfiat.
Gavan. in Prax. Viſitationis §. 11. Et quamvis de his
Cereis in hac Eccleſia à Conſulibus Univerſitatis
communi burſa provideatur, id evenit ex laudo ini-
to cum olim Plebano, qui idcirco exemit Commu-
nitatem à ſibi perſolvendis certis conſuetis decimis, 24
quas tribuere quotannis erat obnoxia: ut vidi in li-
bris antiquis ipſius Eccleſiæ. Ad hęc ſciendum, in
Cærem. Epiſc. part. 2. *cap.* 24., & in Miſſali ſuo lo-
co, ordinari pedum ablutionem, quam minimè omit-
tendam ſtatuit *Conc. Biterren. ſub Innoc. III. cap.* 18.
atque in *Toletano* ſub excommunicationis pœna præ-
cipitur Epiſcopis, & omnibus Eccleſiarum Præpoſitis, 25
ut eam non prætermittant: ita *Brançat. loc. cit. V.
Ablutio.*

In Cathedralibus, Epiſcopo impedito, vel abſen-
te, hujuſmodi functio ſpectat ad primam Dignita- 26
tem, quæ ſi fuerit impedita, ad ſecundum, vel anti-
quiorem Canonicum: ita *S. Congr. apud Barb. de Jur. Ec-
cl. univ. lib.*1. *cap.*21. *nu.*98. Intellige, ſi prima Dignitas
fuerit Sacerdotio inſignita. Nec obſtat dicere, banc
pedum lotionem ax ſe Sacrum Ordinem non requi-
rere, ſicque à Monialibus, & à Laicis in Confrater-
nitatibus exerceri, quia juxta Rubricas Miſſalis, quæ
ex *Cærem. loc. cit. in fin.* abſente Epiſcopo, in Eccle-
ſiis Collegiatis, Parochialibus, & Regularibus vi-
rorum ſervandæ ſunt, neceſſe eſt, ut qui hanc fun-
ctionem exequitur, ſit Sacerdos, ut pluribus com- 27
probat *Quintanad. ſingul. tract.* 7. *ſing.* 42. *num.* 3. In Ec-
cleſiis Collegiatis hæc pedum ablutio ſemper fieri de-
bet à Superiore ipſius Eccleſiæ, etiamſi non ſit Ani- 28
marum Curator, & Superior hoc loco accipitur,
qui cæteros præcedit in Choro: ita *Rebuf.* quem
citat, & ſequitur *Quintanad. loc. cit. ſingul. ult.
num.* 1.

Sufficiant hæc de pedum ablutione, quæ in multis
Collegiatis Secularibus immeritò prætermittitur, cum
in ea fiat repræſentatio maximæ humilitatis. Ab
ex non excuſantur Præpoſiti, allegantes labores illius 29
mane dici, & horam tardam, qua explentur ejuſdem
diei veſpere, poſt quæ præſcribitur dicta pedum lotio,
arenim licitè fieri poteſt à prandio, ut innuit *Cærem.
loc. prox. cit.*

Non eſt ſilentio obvolvendum, quòd ſuperioribus
annis vacaverit antedicta prima Dignitas hujus Colle-
giatæ, propter quod vigilantiſſimus Epiſcopus ſtatim
ad formam Sac. Conc. Trid. in ipſius Eccleſiæ Vi-
carium, & Oeconomum me ejuſdem Eccleſiæ Cano-
nicum cum plena adminiſtratiooe in temporalibus, &
ſpiritualibus, ac ſoliris oneribus, & honoribus, depu-
tavit, ut 7. *quæſt.* 1. *cap.* 1. Et non multò poſt à qui-
buſdam Canonicis mota fuit dubitatio, num antedictæ
Parochiales functiones deputato Vicario, aut Canonico
Hebdomadario competerent, & re vera mihi non vide-
batur hæſitandum, Miſſam ſolemnem Feriæ V. in Cœ-
na Domini, Sanctiſſimi delationes, Fontis Baptiſ-
malis, Candelarum, & Palmarum benedictiones, ac
diſtributiones, ſpectare non ad Hebdomadarium, ſed
ad Vicarium Canonicum, in locum prædefuncti Ab- 30
batis, quoad Curam animarum, ut ſupra, deputa-
tum: etenim ſi ei, non uti primæ Dignitati, ſed uti
Parocho prædictæ functiones competebant, ut ſupe-

gius demonſtravimus, & fuit in Praxi ſervatum, non ſunt denegandæ Canonico Vicario, qui in ejus locum quo ad officia, & onera Parochialia ſufficitur; cum aſſumat naturam ejus, pro quo ſubrogatur, tam activè, quàm paſſivè. *Zacch. de Salar. & Mercad. q. 43. num.2, Card. Turrecr. in cap. Præcipimus diſt 93. Barbat. conſ.2. col. fin. Daoyz. V. honor. num. 4. Rub. in Apoor. Epiſcop. V. Vicarius nu. 15.* Quæ corroborantur ex intercapedine, quam ponunt Canoniſtæ inter delegatum à Parocho ob ejus infirmitatem, vel abſentiam, & Vicarium, ab Epiſcopo deputatum in
31 vim diſpoſitionis Conciliaris; quandoquidem ille non retinet omnes prærogativas, & honorantias veluti ſuus principalis, quia perſonam delegantis repræſentant ſine ullo officio. *Bald. in l. 1. §. 2. ff. de leg. 3,* &
32 favet *l. Vicarius ff. de delegat.* & huic non debetur quarta funeralium, ut notat *Bardon. Conſ. Reg. part. 2. reſ. 51. n. 47.*

At verò iſte Vicarius Oeconomus, tametſi vice alterius fungatur, eſt tamen ſub ratione Officii, & tituli Vicariatus, eique debetur inſinuata quarta; ita *Hoſt. & Jo: Andr. in cap. Relatum, de ſepult.* Et donec Eccleſia ſuo Paſtore orbata maneat, retinet
33 officium ejus, in cujus locum à lege fuit ſubrogatus, non jure alieno, ſed proprio, in ſe radicato, atque jure ſubintrat cum iiſdem privilegiis, juribus, honoribus, & oneribus. *l. ſi cum 3. Qui injuriarum, ibi gloſſ. V. danda ff. ſi quis. Gabr. de reg. iur. concl. 2. Rot. part. 1. recent deciſ. 48. num.12. Fran. Marc. deciſ. 421. num.4. part.1. Sylv. in Summ. V. Vicarius, num. 5. Man-iq. de Praced. quæſt. 1. numer.28. Abb. & Dec. ſuper cap. Sanè, num. 2. de offic.deleg.Fely. in cap. Olim, col. 2. eod. tit. Grat. diſcept. for. cap. 111. numer. 4. & 62. cum ſeqq. Seraph. dec. 1080. part. 2.* & ſequitur *Pegn. ad 3. part. Direct. Inquiſ. com. 53.* ubi refert hanc doctrinam etiam de conſuetudine ſer-
34 vari. Accedit, quòd juriſdictio, conceſſa à lege, eſt ordinaria, *Gloſſ. & DD. in cap. Romana, de appell. in 6. Monet. de Commut. loc. cit. cap. 5. num. 472.* & proindè Canonicus Vicarius, ſuffectus vigore juris Conciliaris, dicitur habere Juriſdictionem ordinariam.
35 *cap. A Judicibus 2. quæſt. 6 V. Ordinarii. Paſqual.cent. 1. quæſt. 97. num. 4.* & ſic ei competunt functiones Parochiales ſuperiùs enarratæ. Fuit inſuper dubitandi anſa, per quem deferendæ ſint in Proceſſionibus Reliquiæ Sanctorum, exiſtentes ſub cura, & cuſtodia Capituli. Quod dubium fuit reſolutum à Sacr.
36 Rit. Congregatione in una Camajoris Lucanæ Diœceſis ſub die 22. Martii 1653. ut infra, videlicet, dictas Reliquias ferendas eſſe non per eum, cujus Præbendæ Cura animarum omninò incumbit, ſed per Canonicum facientem Hebdomadam. Similiter ſi urgenti cauſa contigerit proceſſionaliter deferri per Civitatem aliquam Reliquiam, deſumptam ex aliqua Eccleſia Regulari, & ad eundem locum reportetur, Priori dictæ Eccleſiæ competit Reliquiæ delatio, &
37 Fratres debent in Proceſſione præcedere cœteros Regulares, ſed digniorem locum cedere Canonicis, & Clero Seculari. Ita declaravit *Sacr. Rit. Congr. 23. Januarii*, relatore *Riccıul. part. 4. cap. 42. num. 17.* & notandum, Reliquiam Sancti, etiam in die pro-
38 pria Feſti, non poſſe adorandam exponi in medio Altaris ante Sacramentum, vel Crucem; ratio redditur à *Bordon.part.2. reſ.64.n. 10.* De modo ſervando
39 in delationibus Reliquiarum, percurrite *Archiepiſ.Bonon. lib.4.fol.302.& Caſtald. loc.cit.lib.2.ſect.10.c.1.n.16.*

A R G U M E N T U M.

Quot ſint genera Vicariorum. Parochialibus deputandorum. De eorum Congrua, qualis, & quanta debeat eſſe. De unione earundem Parochialium Capitulis, ſeu Monaſteriis; & quæ ſint conjecturæ, & indicia, ad eam probandam, & reſpectivè excludendam. & alia ad materiam.

S U M M A R I U M.

1 *Vicarii, ad nutum amovibiles, dicuntur quodammodo famuli illius Parochi, cui Parochialis Eccleſia eſt unita.*

2 *Nec poſſunt propriè vocari Curati, ſed Capellani Curati.*

3 *Hujuſmodi Vicariis non competunt ea, quæ de Parochis, vel etiam Vicariis perpetuis dicuntur.*

4 *Undè illis non debetur congrua, juxta Conſtitutionem Pianam, ſed ſalarium ad menſuram ſervitii mercenarii.*

5 *Capitulum habens facultatem, in propria Eccleſia, ubi habitualem Curam animarum habet, vel in alia Capitulo unita, deputandi Vicarium, poteſt etiam illum ad libitum removere.*

6 *Eodem modo, quo Epiſcopi valent ad eorum beneplacitum Vicarios, ab ipſis electos, dimittere.*

7 *Quod procedit, etiamſi deputatio facta fuerit cum juramento, & affertur ratio*, & n.8.

9 *Contra proprium juramentum valet actus, quando pro illo explendo opus non eſt adire Prætorem; ſecus è converſo.*

10 *Iſta remotio Vicariorum, ad nutum amovibilium, poteſt fieri etiam ſine cauſa.*

11 *Si verò fieret ex odio, vel malignitate, poſſet officio Judicis impediri,*

12 *Sufficit tamen qualibet cauſa, etiam leviſſima.*

13 *Ita ut talis Vicarius prætendere non poſſit manutentionem contra volentem illum removere.*

14 *Etiamſi habens talem facultatem nunquam ea uſus fuerit.*

15 *Eadem locum etiam ſibi vindicant quoad alia Officia, tam Eccleſiaſtica, quàm prophana.*

16 *Si Cura Parochialis, Capitulo unitæ, vel ipſius Cathedralis, vel Collegiatæ, conſueverit per Vicarium amovibilem exerceri, non poteſt Epiſcopus, ſine juſta, & urgenti cauſa, illum efficere perpetuum.*

17 *Nec talem poteſt Vicarium amovibilem reddere inſtitutio, ab Epiſcopo reportata, ſed accipienda eſt pro ſimplici approbatione*, & n. 18. & 19.

20 *Traditur forma deputandi ſimiles Vicarios amovibiles, ad tollendum omne dubium circa eorum remotionem.*

21 *Laicus non poteſt in fundatione reſervare ſibi ius nominandi Miniſtros pro exercitio, illoſque ad ejus nutum removendi*, & n. 22. 23. & 24.

25 *Neque eſt capax iuris deputandi, & removendi ſimiles Miniſtros ab exercitio Curæ.*

26 *Secus eſſet, ſi adeſſet privilegium Apoſtolicum.*

27 *Immò ſtante privilegio hujuſmodi, prædictæ facultatis capaces eſſent etiam mulieres.*

28 *Quæ ſint ſigna, quæ oſtendunt, Curam habitualem eſſe penes Capitulum*, & n. 29. 30. & 31.

32 *Regulariter quoties in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, adeſt Cura animarum, præſumptio ſtat pro Capitulo.*

33 *Unio excluditur, ſi Eccleſia proviſa fuerit, tanquam vacans, per Collationem, ſeu Inſtitutionem,*

34 *Vel ſi in actibus proportionatis vocata ſit Parochialis.*

35 *Item ſi Rector percipiat redditus Eccleſiæ jure proprio, ſive Congruam ab illo recipiat, qui prætendit, Eccleſiam eſſe unitam.*

36 *Rurſus ſi Eccleſia proviſa fuit ex cauſa reſignationis.*

37 *Ita etiam ſi ille, qui prætendit unionem, habeat jus inſtituendi, vel iuſpatronatus.*

38 *Unio quomodo probetur*, & n.39. & 40.

41 *Suppoſita Cura habituali animarum apud Capitulum, poteſt illius exercitium demandare cui velit, & tam unum, quam plures Miniſtros deputare.*

42 *Et poſſunt ſinguli Canonici per turnum, ſive per Hebdomadam, Curam actualiter exercere*, & num. 43. & 44.

45 *Cum in hoc caſu non detur vacatio, non poteſt Epiſcopus, per obitum Vicarii, alium deputare.*

46 *Quotupliciter ſequi poſſit unio Eccleſiarum Parochialium.*

47 *Si Eccleſia Parochialis ſimpliciter unita fuerit Capitulo, cum ſola applicatione, & incorporatione redituum, debet ad eandem Eccleſiam nominari Vicarius perpetuus, qui utatur in omnibus tanquam verus Parochus.*

48 *Si verò unio fiat pleno Jure, & cum omnimoda ſubjectione ipſius Eccleſiæ, ſufficit per Capitulum deputari Vicarium, ad nutum amovibilem.*

49 *Ex*

49 *Ex quibus deducatur hujuſmodi unio Eccleſiarum Parochialium Capitulis, & qualit.*

50 *Facta unione Eccleſiæ Parochialis pleno jure alicui Monaſterio Regularium, ad Superiorem Conventus, ſeu ejus Capitulum, juxta cujuſque Ordinis Statuta, ſpectat deputare pro exercitio Curæ Sacerdotem Secularem, vel Regularem.*

51 *Adjuncto tamen Monacho, ſic deputato, ſocio, qui cum eo conviuat.*

52 *Data Vicario, ad nutum amovibili, Capitula non poſſunt cogi per Ordinarios, ut in Parochialibus conſtituant Vicarios perpetuos, nec valent iidem Ordinarii de manualibus reducere ad perpetuos.*

53 *Per obitum Rectoris, ſeu Vicarii perpetui alicujus Parochialis, Capitulo unitæ, licèt jure non plenario, non eſt locus Concurſui faciendo.*

54 *Vicarius tamen ſic deputatus debet ab Ordinario per examen approbari, ejuſque idoneitas ad Curam animarum inquiri.*

55 *Quando unio clarè non probatur, ſed eſt dubium, an Monaſteriis, ſeu Capitulis competat alicujus Parochialis ſimplex Juſpatronatus, proviſio eſt facienda per Concurſum*

56 *Unio prædicta probatur obſervantia immemorabili providendi de Parochiali, abſque Concurſu.*

57 *Cum talis obſervantia faciat præſumere contrariam legem fundationis, ac etiam Privilegium Apoſtolicum, vel alium quemcunque meliorem titulum, &* num. 58.

59 *Hujuſmodi Vicarii perpetui debent habere Congruam ex fructibus Eccleſiæ unitæ, quæ ſemel taxata, non poteſt minui ab eo, penes quem reſidet Cura habitualis.*

60 *Ultra Congruam, competunt iſtis Vicariis perpetuis omnia emolumenta, à Juribus Parochialibus obvenientia.*

61 *In Congruam, Vicariis perpetuis aſſignandam, quæ incerta debeant computari, & quæ non.*

62 *In quibus caſibus debeat aſſignari Vicario perpetuo Congrua, major ſcutis centum.*

63 *Congrua debita Vicariis amovibilibus non procedit cum regulis Congruæ, præſtandæ Vicariis perpetuis, & de ratione.*

64 *Congrua dictis Vicariis perpetuis aſſignata, non poteſt per Capitulum minui, ſub prætexta tenuitatis redditµum Canonicatuum, & affertur ratio.*

65 *Si redditus Canonicatuum ſint inſufficientes, provideri debet cum ſuppreſſione aliquarum ex Præbendis*

66 *Onus applicationis Miſſæ pro Parochianis, ſi Vicarius ſit perpetuus, ad eum pertinet.*

67 *Ad eundem Vicarium perpetuum ſpectat Eccleſiam providere de Sacris Supellectilibus, aliiſque rebus, ad Sacramentorum adminiſtrationem neceſſariis: refectio autem, ſeu inſtauratio Fabricæ Eccleſiæ, ſi ſit unita Capitulo, ad ipſum pertinet.*

68 *Iſtæ Vicariæ perpetuæ non cadunt ſub reſervationibus, ſeu affectionibus Apoſtolicis; ſed ſi vacent, expediendæ ſunt Literæ Collationis à Dataria.*

69 *Afferuntur per extenſum plura* Decreta Sacr. Congr. Concilii in Pragen. Juriſdictionis *ſuper controverſiis, quæ oriuntur inter Epiſcopos, & Parochos, ſive Vicarios Eccleſiarum exemptarum.*

70 *Quomodo providendæ ſint Eccleſiæ Parochiales, pertinentes ad Collationem Capitulorum.*

71 *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Piſtorien. habet jus conferendi Parochialem S. Mariæ Novæ.*

72 *Inſtitutio in Beneficiis poſt Concilium Tridentinum reſervari non poteſt Inferiori ab Epiſcopo.*

73 *Prælatus inferior, habens Jura Epiſcopalia, eſt capax juris inſtituendi in Parochialibus.*

74 *Si inſtitutio ad Beneficia pertineat ad Inferiorem, attamen examen ſuper ætate, cæteriſque requiſitis, pertinet ad Epiſcopum.*

75 *Item ſi cadat controverſia ſuper jurepatronatus, ea agitari debet coram Epiſcopo.*

76 *Inſtitutio ab inferiore concedenda, tribuit titulum Canonicum.*

77 *Inferior habens jus inſtituendi, proponit Edicta, & immittit in poſſeſſionem.*

78 *Capitulum Piſtorienſe habet jus inſtituendi ad Parochiales S. Vitalis, & S. Leonardi.*

79 *Epiſcopus deputat ſuo arbitrio Oeconomum in vacatione Parochialis, cujus Inſtitutio, vel Collatio ad alios ſpectat, & etiamſi ſit reſervata Sedi Apoſtolicæ.*

80 *Epiſcopus deputat Oeconomum etiam in Parochialibus unitis Capitulis, quæ per Vicarios amovibiles reguntur, & Congruam decernit pro ſuſtentatione Vicarii.*

81 *Vicarius deputatus Parochiali vacanti, debet Curam animarum gerere, prout Parochus titularis.*

82 *Vicario prædicto non competunt ea, quæ ſpectant ad Parochum jure ſpeciali.*

83 *Capitulo habenti Curam animarum adnexam, vel Patrono, quando, & quomodo competat jus deputandi dictum Vicarium.*

84 *In vacatione Parochialium Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, indicendus eſt Concurſus: Et quid, ſi inſtitutio pertineat ad Inferiorem.*

85 *Capitulum Piſtorienſe, habet Juſpatronatus Plebis S. Quirici.*

86 *In Parochialibus de Jurepatronatus miſto non eſt indicendus Concurſus, & quid ſi ſit diviſum per Turnum inter Eccleſiaſticum, & Laicum* num. ſeq.

88 *Datur cautela ad evitandas reſervationes Apoſtolicas.*

89 *Patronus Eccleſiaſticus habet jus gratificandi inter pares approbatos.*

90 *Patronus Eccleſiaſticus an teneatur eligere digniorem.*

91 *Concurſus ſervari non debet, ſi obſtet lex fundationis, centenaria, vel immemorabilis.*

ANIMADVERSIONES.

UT plurimum in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, Cura animarum unita eſt Capitulo, & ejus nomine exercetur per Vicarium amovibilem, vel per perpetuum, undè non erit incongruum nonnulla prænotare, quæ tam ad unam, quàm ad alteram ſpeciem Vicariorum ſpectant.

Ac primò loquendo de Vicariis ad nutum amovi-
bilibus, qui non habent titulum, ſed ſunt ſimplices
Miniſtri, & quodammodo famuli Parochi, & Curati,
cui Parochialis eſt unita, quum ipſe verè, ac propriè 1
ſit Rector, & Parochus *Fagnan. in cap. ex parte, nu-
mer. 33. de offic. Vicar. & in cap. perpetuus, num. 5. de
fid. inſtrum. Pignatell. conſult. 22. num. 2. in fin. tom. 6. &
conſult. 172. numer. 3. 4. & 5. tom. 9. De Luc. de Regal.
diſc. 9. num. 7. & de Paroch. diſc. 17. num. 5. Garz. de
Benefic. part. 1. cap. 2. num. 93. Rot. dec. 18. num. 3. &
4. dec. 81. num. 4. cor. Coccin.* Nec etiam poſſunt di-
ci propriè Curati, cum nomine ejus, cui eſt uni- 2
ta Parochialis, & ad illius libitum curam exerceant.
Undè Sac. Congreg. Concil. in *Aſſiſien. Adminiſtrationis
Curæ de die 16. Novembris 1709.* ad tertium dubium,
cenſuit, hujuſmodi Vicarios debere appellari, non
ſimpliciter Curatos, ſed Capellanos Curatos. *Rot.
d. dec. 18. numer. 3. & 4. cor. Coccin.*, ac per conſequens
eis non conveniunt ea, quæ de Parochis, vel etiam 3
Vicariis perpetuis, dicuntur, ut benè notat *gloſſ. in
Clement. unic. de Offic. Vicar. in V. perpetuis*; & potiſ-
ſimum diſpoſita per Sanct. mem. Pium V. ſuper illorum
Congrua, ut *in Conſtit. 47.*, ſed quum reputentur tan-
quam famuli conductitii, obtinere, non debent niſi 4
ſalarium ad menſuram ſervitii mercenarii, quod præ-
ſtant. *Rot. in Toletana Decimarum de Capella, quoad
Parochos 13. Maji 1701. §. Hoc unum, in fin. cor.
Anſald.*

Quoties autem Capitulum habet facultatem in pro-
pria Eccleſia, in qua habitualem Curam animarum
habeat, vel ex cauſa unionis in aliena Parochiali,
vel ex forma ejuſdem unionis, vel ex diuturna conſue- 5
tudine, animarum regimen, & Curam demandandi ali-
cui Sacerdoti, tanquam ejus Vicario, habet etiam fa-
cultatem eum ad libitum revocandi, ac removendi.
*Gemin. in cap. 1. de Offic. Vicar. Strozz. de Offic. Vicar.
lib. 3. quæſt. 32. num. 3. Rot. dec. 116. num. 31. &
ſeq. part. 9. recen. & in Nullius Provinciæ Hiſpalen.
Juris amovendi Vicarium 21. Febr. 1707. §. in eo prin-
cipaliter, cor. Reverendiſ. Molines & 10. Junii ejuſdem*

anni §. Conſtituta, cor. eod. eodem modo, quo Epi-
ſcopi, aliique Prælati, ad eorum beneplacitum ele-
ctos Vicarios dimittere poſſunt. *Gloſſ. in Clemen. Etſi
principalis V. electionem, de reſcript. Ventrigl. in Prax.
tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 37. in princ. Pellegr. de
Offic. Vicar. part. 1. ſect. 2. ſub ſect. 6. num. 2. cum
7 aliis in d. Hiſpalen. ubi ſupra.* Quod adeo verum eſt,
ut ille qui habet facultatem deputandi pro exercitio
Curæ hujuſmodi Vicarios, licèt cum juramento pro-
miſiſſet non revocare deputationem, adhuc valeat
illius revocatio, ut docet *Caſtrenſ. in conſ. 361. nu-
mer. 4. lib. 1.* ubi addit rationem, quia in, his, quæ
dependent ex mera voluntate unius, nec ſunt con-
tractus, vel quaſi, non poteſt quis ſibi legem im-
ponere, à qua recedere non liceat, non obſtante ju-
ramento, contra quod quia regulariter venire non
8 poteſt; Nam illud eſt verum in iis, in quibus neceſ-
ſarium eſt adire Prætorem, qui non debet fieri per-
jurii particeps, audiendo aliquem contra proprium
juramentum; Secus verò in iis, in quibus non eſt
9 neceſſe eundem Prætorem adire, quia in hoc caſu
valet actus contra proprium juramentum, licèt agens
remaneat perjurus, & hanc opinionem ſequuntur *Gut-
tierez de Juram. part.1. c. 1. n. 86. Pax Jordan. tom.2.
Lucubrat. lib.12. n.258.* & admiſit *Rot. in d. Hiſpalen,
d.§.In eo, in fin.*

Itaque facultas removendi ad libitum Vicarios
temporales poteſt exerceri ab eo, qui habet Curam
habitualem, etiam ſine cauſa; quia agitur de officio
10 de ſui natura amovibili ad nutum deputantis, ideoque
non poteſt rationabiliter conqueri ille, qui à tali of-
ficio, ac miniſterio removetur, ex congeſtis per *Paſ-
ſerin. in cap. licèt, num. 7. de Offic. Vicar. in 6. Pi-
gnattell. conſul. 143. num. 37. tom. 9. De Luc. de Be-
nefic. diſc. 97. num. 6. Rot. in Giennen. juris mutandi cum
cauſa, vel ſine 11. Februarii 1704. §. Etenim, cor.
Lancetta, & in d. Hiſpalen. 21. Februarii 1707. §. Sta-
bilito, cor. Molines.* Et solùm quando remotio proba-
11 retur facta odio impellente, vel alia cauſa, redolen-
te veram, & manifeſtam malitiam, poſſet intrare
officium Judicis ad impediendam remotionem, ut expli-
cant *Fagnan. in cap. ad Monaſterium, num. 42. de ſtat.
Monac. Pignattell. in d. conſult. 143. num. 34. in fin.,
& d. dec. 53. num. 92. cor. Peutinger. & admittitur
in d. Hiſpalen. 10. Junii 1707. §. Nec prædictis, cor.
Molines,* quum alioquin ad removendum aliquem ab
officio, ad nutum conceſſo, ſufficiat quælibet cauſa,
non ſolùm levis, ſed etiam leviſſima. *Pignattell.con-
12 ſult. 143. num. 37. tom.9. Rot. cor. Carillo dec. 96. in
fin. & cor. Peutinger. deciſ. 15. n. 44. & dec. 53. n.
3. & in d. Hiſpalen.21. Februarii 1707. §.final.*

Undè ſequitur, quòd non poſſit hujuſmodi Vicarius
prætendere manutentionem, quia eo ipſo, quo depu-
tans eſt in poſſeſſione deputandi ad nutum, venit in
conſequentiam, ut ad ſimplex illius beneplacitum, &
voluntatem, Vicarius amoveri valeat, exiſtente cau-
ſa, vel non, quum ſequela deputationis, & electionis
factæ ad nutum, ſit quaſi poſſeſſio amovendi, ex
congeſtis per *Rot. cor. Cerro dec. 330. num. 3. & 4.
& dec. 15. num. 14. & ſeqq. coram Peutinger. Rot. in
d. Hiſpalen. 21. Februarii 1707. Super manutentione,
& §. Eo autem pacto, cor. eod. Molines, & in Confir-
matoria 10. Junii ejuſd. anni §.1. coram eodem.*

Neque objici poteſt, quòd deputans ad nutum nun-
quam exercuerit hujuſmodi facultatem revocandi,
quum nunquam deſtituerit, vel removerit à Cura Vi-
carios jam deputatos: quia eo ipſo, quòd quis elegit ad
13 nutum, ſeu beneplacitum, dicitur eſſe in quaſi poſ-
ſeſſione exercendi talem facultatem removendi, nec
requiritur, quòd de facto illam exercuerit, quia quum
tale exercitium ſit facultativum, non poteſt allegari
per Vicarium quaſi poſſeſſio de non amovendo, quæ
ſit manutenibilis. *Garz. de Benefic. part.1. cap. 2. n.
14 87. & in d. dec. 15. num. 35. & ſeq. cor. Peutinger.
& dec. 330. n. 5. cor. Cerro, & in d. Hiſpalen. ſuper
manut. 21. Februarii §. Qua de re, & 10. Junii §.Abſ-
que eo quod, anni 1707. cor. Molin.*

Quæ autem dicta ſunt de Vicariis temporalibus ad
nutum, procedunt etiam in deputatione temporali ad
alia officia, ſeu munia, tam concernentia ſervitium
Eccleſiæ, quàm prophana, ut ſunt officia Capella-
ni, Sacriſtæ, vel Camerarii, & ſimilia, iſtæ enim
perſonæ, ad hujuſmodi munia electæ, ſine dubio poſ-
ſunt ab officio, ſeu munere ad arbitrium Capituli
removeri, ex juribus ſupra allatis; quum tanquam
deputati ad nutum, eo removeri valeant ex ſola vo- 15
luntate deputantium etiam ſine cauſa, adinſtar illius
liberæ remotionis, quæ fit de famulis, quorum loco
deputantur. *Card. in Clement. 1. §. Præmiſſa, de ſup-
plend. neglig. Prælat.* & latiùs *in dicta Deciſione in Hiſ-
palen.ſupra allegat.*

Illud advertendum, quòd ſi Parochialis unita Ca-
pitulo, vel ipſa Cura Eccleſiæ Cathedralis, vel Col-
legiatæ, conſueverit exerceri per Vicarium amovibi-
lem, non poteſt Epiſcopus, ſine Capituli conſenſu, Cu- 16
ratos amovibiles reddere perpetuos ſine aliqua juſta,
& urgenti cauſa, ex mente *Sac. Concil. ſeſſ. 7. cap.
7. de reformat.* & dixit *Barboſ. ibid. num. 31. Florez
de Mena lib. 1. Var. Reſolut. cap.10. num.47. Rot.in To-
letan. Decimarum 14. Junii 1688. §. Fortius, cor. Be-
nincaſa, & in d. Hiſpalen. 21. Februarii 1707. §. At
ubi, circa med.* Nec inſtitutio, reportata ab hujuſ-
modi Vicariis ab Epiſcopo, efficeret, ut ii reputan-
di eſſent perpetui, ſed accipienda eſſet pro ſimplici 17
approbatione Sacerdotis nominati ad exercitium Cu-
ræ, quæ ſemper eſt neceſſaria in quolibet animarum
Curam exercente. *Pignattell. tom. 9. conſult. 143. num.
22. ad finem Murg. de Benefic. quæſt. 2. num. 181. &
199. Rot. poſt Pacichell. de diſtan. dec. 32. numer. 18.
& in Burgen. Juris inſtituendi, ſeu conferendi 23. Junii
1690. §. Et revera, cor. Molines;* Quia in his Vi-
cariis temporalibus non cadit terminus inſtitutionis,
quæ importat titulum perpetuum, approbatio verò 18
ad exercitium Curæ animarum, quæ fit ab Ordina-
riis de hujuſmodi Vicariis amovibilibus, continet ſim-
plicem deputationem ad nutum revocabilem. *Rot. in
Fanen. Juriſdictionis 21. Januarii 1704. §. Quod cum, &
6. Junii ejuſd. anni §. Sed præter, & §. Nullius, cor.
Emin. Scotto, & 5. Junii 1705. §. Eam ergo, coram
Caſſarell.*

Ac proindè approbatio Epiſcopi ad hujuſmodi exer-
citium Curæ, tanquam acceſſoria, & dependens à no-
minatione facta per eum, cui fuit unita Parochialis, 19
ceſſet, & expirat eo ipſo, quòd per deputantem re-
vocatur electio, quum ea remaneat ſine ſubjecto.
*Franch. in cap. 1. num. 3. verſ. limita tamen, de Ca-
pell. Monach. in 6. Murg. de Benefic. quæſt. 22. nu-
mer. 199.*

Pro removenda verò qualibet difficultate, ut Ca-
pitulo ſit liberum removere hujuſmodi Vicarios ab
exercitio Curæ, vel Capellanos, alioſque Miniſtros
ad nutum, quando ſic Eccleſiæ, & Dei ſervitium exi- 20
gant, optimum erit conſilium hoc exprimere in ipſa
deputatione, & electione; quia tunc omne tollitur
motivum, quòd hujuſmodi Miniſtri ſe confovere va-
leant ſub variis prætextibus in officio, declarando
nempè, quòd electio intelligatur facta ad ſimplicem
nutum, & ad omne beneplacitum etiam ſine cauſa, re-
ſervata facultate removendi: quia quoties officium de
ſui natura amovibile, fuit etiam uti tale conceſſum,
& reſpectivè acceptatum, indubitanter eſt licita re-
motio. *Paſſerin. in cap.licet, num. 7. de Officio Vicar. in
6. Pignattell. ubi ſupra numer, 27. De Luc. de Benefic.
diſc. 97. num. 6. Rot. cor. Carill. dec. 96. num. 1.
cor. Peutinger. dec. 15. num. 32. & ſeq. & in Roman.
Capellaniarum 15. Aprilis 1701. §. final. cor. Pio & in
Januen. Tranſactionis 15. Decembris 1704. §. Et for-
tiùs, cor. Omana, & in dict. Hiſpalen. ſeu Nullius cor.
Molines.*

Poſſet dubitari, an laicus fundans, & dotans Ec-
cleſiam Parochialem, poſſit in fundatione ſibi reſer-
vare jus nominandi Miniſtros ſtipendiarios, ſive mer-
cenarios, pro exercitio Curæ animarum, illoſque ad
ejus nutum amovere ex generali principio, quòd Pa- 21
tronus poteſt in limine fundationis conditiones ſibi
benè viſas apponere, juxta latè tradita per *Lamber-
tin. de Jurepatr. part. 1. lib. 1. quæſt. 9. num 49.* Et ve-
rius eſt, non valere hujuſmodi reſervationem faculta-
tis, quia deputatio Sacerdotum pro Curæ exercitio eſt 22
jus quoddam Spirituale, laicus verò eſt incapax
jurium Spiritualium. *cap. Sacro ſancta, ubi gloſſ.
in V. laicum, & ibi Abb. numer. 3. cap. Meſſana,
num.3.*

Digitized by Google

num. 3. de elect. Rot. in Toletana Juris nominandi 28. Ja-
nuarii 1683. §. 1. cor. Blanchetto. Unde regula ſu-
23 pra adducta procedit in iis conditionibus, quæ poſ-
ſunt convenire laico, ut declarat idem Lambert. ubi
ſupra num. 7. & art. 3. ejuſd. quæſtionis num. 35. & et-
iam in Beneficiis ſimplicibus, non autem in Bene-
24 ficiis Curatis, in quibus non valet Patronus reſerva-
re ſibi conditiones, quæ tangant exercitium Curæ, &
illud reddant dependens ab ipſius laici arbitrio, Lam-
bert. ibid. art. 2. d. quæſt. num. 16. Rot. in d. Tole-
tana §. 1.

Et ulteriùs laicus eſt incapax juris deputandi, &
removendi hujuſmodi Miniſtros ab exercitio Curæ,
25 quia hoc ſpectat ad Titularem Rectorem, quod nun-
quam poteſt laico convenire, ut benè advertitur in d.
Toletana §. Non obſtat.

Quamvis ſecus eſſet, ſi concurreret privilegium
Apoſtolicum, nam virtute talis privilegii etiam laici
26 ſunt capaces Juriſdictionis Eccleſiaſticæ. Abbas in c.
decernimus 2. num. 6. ibique Rip. num. 34. 40. & 73. de
judic. Rot. dec. 809. num. 28. part. 18. tom. 2. recen. in
Nullius, ſeu Legionen. Juriſdictionis ſuper bono Jure
23. Martii 1703. §. Siquidem, cor. Reverendiſſ. D.
meo Anſaldo, & in d. Hiſpalen. 21. Februarii 1707. §.
Non obſtante, cor. Reverendiſſ. Molines, exercendæ ta-
men actualiter per perſonam Eccleſiaſticam. Abb. in
d. cap. decernimus, num. 6. de judic. Germon. de In-
dult. Card. §. In quibuſque num. 5. cum aliis in d.
Hiſpalen. d. §. Non obſtante, circa finem, ubi etiam
admittitur, quod ſimilis Juriſdictionis ſunt capaces
ex Apoſtolico privilegio etiam ipſæmet mulieres, jux-
27 ta tex. in cap. dilecta 12. de majorit. & obed. Pignatell. con-
ſult. 45. n. 7. tom. 2. De Luc. de Beneſic. diſc. 73. n. 6. & n.
13. Bicò. dec. 267. n. 16.

Argumenta autem, ſeu ſigna, ex quibus deducitur,
penes Capitulum reſidere Curam habitualem Eccleſiæ,
28 & non apud eum, qui illam actualiter exercet, ſunt
primò ſi ipſum Capitulum habet facultatem depu-
tandi, unum, ſeu plures miniſtros Innoc. in cap. quum
non ignores, num. 2. de præbend. ibique Jo: Andr. nu.
3. Pignatell. conſult. 24. num. 3. tom. 1. & reſolvit
S. Congr. Epiſc. in Baren. 3. Februarii, & 27. Aprilis
1708. & in Aſſiſien. adminiſtrationis Curæ 16 Novem-
bris 1709. ad primum dubium, cum approbatione ta-
men, quoad idoneitatem, facienda ab Ordinario,
ut reſcripſit ead. Cong. in d. Aſſiſien. ad ſecundum du-
bium.

Item ſi Cura exerceri ſolet per aliquam ex Dignita-
29 tibus Eccleſiæ, & in proviſionibus Apoſtolicis non
conſueverit fieri mentio, quòd Dignitati prædictæ in-
cumberet Cura animarum. Rot. dec. 509. n. 18. part. 5.
recen. & dec. 153. num. 7. part. 6.

Item ſi Capitulum participat de funeribus, aliiſque
30 Parochialibus emolumentis. Rot. in Novarien. Portionum
Parochialium 4. Julii 1696. §. Secundo, & §. Propterea, cor.
Molines, & in confirmatoria 26. Junii 1697.

Item ſi adſint aſſertiones Epiſcoporum, emiſſæ in Vi-
ſitationibus, vel aliis ſimilibus actibus, comprobantes
31 pertinentiam Curæ habitualis penes Capitulum. Rot.
dec. 300. num. 16. 17. part. 12. recen. & in Gien-
nen. Juris mutandi 25. Aprilis 1700. §. Fortiuſque, cor.
b. m. Muto.

Et regulariter quoties in Cathedrali, vel Collegia-
ta, adeſt Cura animarum, præſumptio ſtat favore Ca-
pituli, quòd ea penes eum habitualiter reſideat, non
autem penes particularem Dignitatem, quæ illam
32 exercere conſueverit. Fagnan. in cap. ex parte, num 14.
de offic. Vicar. Pignatell. conſult. 24. numer. 1. tom. 1.
Rot. cor. Cavaler. dec. 274. num. 5. maximè ſi depu-
tationes fieri ſolent ab ipſo Capitulo. Gabriel. conſ.
190. num. 8. & 9. Rota coram Peutinger. deciſ. 53. nu.
32. & 33.

E' contra verò excluditur unio, ſi Eccleſia fuit pro-
viſa tanquam vacans per Collationem, ſive Inſtitu-
33 tionem. Rot. in Burg. S. Sepulchri Parochialis 5. Junii
1690. §. Nec adverſatur, cor. Card. Caprara, in Bi-
tuntina, ſeu Baſilien. Parochialis 5. Maji 1700. §. præd.
cor. Reverendiſſ. D. meo Molines, & in Fanen. Juriſ-
dictionis 2. Januarii 1704. §. Quod enim, cor. Emi-
34 nentiſſ. Scotto. Vel ſi in actibus proportionatis nun-
cupata ſit Parochialis, quum unio extinguat nomen,

& titulum Beneficii. Rot. cor. Ubald. dec. 138. num.
11. & in Novarien. Parochialis 7. Maji 1703. cor. Reveren-
diſſ. Molines, & 26. Junii 1702. §. Incontinenti, & §. ſeq.
cor. Reverendiſſ. D. meo Anſaldo.

Item ſi Rector percipiat redditus ex bonis Eccleſiæ
jure proprio, ſive Congruam percipiat de manibus il- 35
lius, qui prætendit Eccleſiam eſſe ſibi unitam. Rot.
cor. Peutinger. deciſ. 135. num. 3. cor. Gregor. dec. 17.
num. 4. & dec. 112. num. 4. cor. Otthobon. dec. 179.
num. 9. & in d. Burgi S. Sepulchri §. Reſultabat, cor.
Caprara.

Item ſi Eccleſia fuit proviſa ex cauſa reſignationis,
quum Beneficia acceſſoriè, & ſubjectivè unita, non 36
poſſint permutari, aut reſignari. Gonzal. ad Reg. 8.
Canc. gloſſ. 5. §. 7. nu. 11. & 14. Franc. de Eccl. Cathedr.
cap. 8. n. 67. Rot. dec. 310. num. 10. part. 16. recen. & in d.
Burgi S. Sepulchri §. Nec adverſatur.

Item ſi ille, qui prætendit unionem, habeat jus
inſtituendi, vel Juſpatronatus Eccleſiæ, quum hæc 37
repugnent unioni. Rot. cor. Anſald. dec 47. n. 13.

Regulariter unio eſt strictè probanda, & non ju-
ſtificatur niſi per inſtrumentum, rem judicatam, vel 38
immemorabilem. Rot. d. dec. 47. num. 14. ita ut nec et-
iam probata remaneat, licèt Cura adminiſtretur per
duos Curatos, & Capitulum participet de emolumen- 39
tis Curæ, quia hujuſmodi ſigna, licèt alioquin magni
ponderis, poſſunt aliquando eſſe æquivoca. d. dec. 47.
n. 12. & 20. cor. Anſald.

Hoc autem, quod diximus, de unione ſtrictè pro-
banda, procedit, quando de ea agitur principaliter,
non verò quando de hac quæreretur incidenter, ve- 40
luti ad effectum videndi, an providenda ſit per con-
curſum Rot. deciſ. 1246. n. 2. coram Seraph. & in re-
cen. dec. 425. num. 17. part. 8. & dec. 48. num. 11.
& ſeq. part. 10.

Poſito autem, quòd penes Capitulum Cura ani-
marum habitualiter reſideat, venit in conſequentiam
quòd illud poſſit illius exercitium demandare cui ve- 41
lit, & tam unum, quàm plures Miniſtros, ſeu Vi-
carios deputare. Jo: Andr. in d. cap. quum non igno-
res, de præbend. Fagnan. in d. c. ex parte, num. 13. de
offic. deleg. n. 3. Pignatell. conſult. 24. n. 5. tom. 1.

Immò etiam poſſe ſingulos Canonicos per Turnum,
ſive per Hebdomadas, Curam actualiter exercere Ceſ- 42
ped. de Exempt. Regular. dub. 178. nu. 1. verſ. ut ab ipſis Ca-
nonicis. Pignatell. conſult. 141. num. 2. tom. 10. quia
licèt ſit monſtruoſum, ut in aliqua Parochiali ſint
plures Rectores, ſive plures unius Eccleſiæ Sponſi,
hoc inconveniens evitatur, quando Capitulum eſt 43
Rector habitualis, & ab eo deputati non ſunt niſi nu-
di miniſtri, electi ad ſimplex exercitium Curæ, quod
poteſt ſtare in ſolidum, & æquè principaliter apud plu-
res, ut in his terminis advertit Lotther. de Re Beneſic.
lib. 1. quæſt. 20. n. 116. & ſeqq. Rot. dec. 90. num. 10.
part. 16. rec. Gregor. dec. 370. num. 9. Neque enim
Cura animarum providetur in hoc caſu per viam
Collationis, ſive inſtitutionis, ſed ad inſtar ſamula- 44
tus, & conductitii ſervitii datur in ſimplicem, & mo-
mentaneam adminiſtrationem, cap. quum acceſſiſſent, de
conſtit. Clem. 1. §. Quidam etiam, de exceſſ. Prælat.
cum aliis apud Rot. in Burgen. juris deputandi Curatum
21. Februarii 1684. §. Quum hæc, cor. Albergato; ideo-
que quum non detur vacatio in caſu obitus Vicarii,
Epiſcopus non poteſt interim alium deputare, quum 45
non intret diſpoſitio Concil. cap. 18. ſeſſ. 24. de reform.
ſed ad Capitulum ſpectat alium ſubrogare, ut ex men-
te Sac. Cong. Concil. Spad. conſ. 158. n. 5. & 10. tom. 1.

Tranſeundo verò ad aliam ſpeciem Vicariorum,
qui deputantur à Capitulis in Parochialibus unitis,
præmittendum eſt primum, quòd hujuſmodi unio du-
pliciter contingere poteſt; primò ſimpliciter, quo ca-
ſu Eccleſiam dicitur fieri de Menſa mediante ſola 46
applicatione, & incorporatione redditiuum, ac bono-
rum Eccleſiæ; ſecundo verò modo pleno jure, cum
omnimoda ſubjectione ipſius Eccleſiæ, tam quoad 47
Spiritualia, quàm temporalia. In primo caſu tene-
tur Capitulum ad eandem Eccleſiam nominare Vica-
rium perpetuum, qui habetur in omnibus tanquam ve-
rus Parochus Innocent. in cap. quum non ignores, ſub
num. 2. de Præbend. ibique Butr. n. 5. Jo: Andr. n. 3. Ol-
drad. conſ. 67. num. 2. Lotther. de Re Beneſ. lib. 1. qu.

20. num. 122. & ſeqq. Fagnan. in cap. ex parte, à n.
19. n. 27. de offic. Vicar. In altero verò ſufficit, quod
48 per Capitulum deputetur Vicarius ad nutum amovi-
bilis. Gloſſ. in d. Clem. 1. in V. ad menſam, verſ. ſed
duo, ibique Imol. n. 16. de exceſſ. Prælat. Abbas in cap.
Paſt ralis 27. de privilegiis, & benè Spad. conſ. 158.
n. 1. tom. 2. ubi n. ſeqq. declarat, quando unio cenſenda ſit
uno, vel altero modo facta, ad effectus prædictos.

Quòd autem unio facta fuerit altero ex modis ſupra
expreſſis, cum facultate videlicet deputandi Vicarium
ad nutum, ſi non conſtet de Literis unionis, deduci
poteſt ex perceptione Decimarum, quæ fiat per Ca-
pitulum, ex Viſitationibus Ordinariorum, & maxi-
49 mè ex replicatis actibus deputationum Vicariorum
amovibilium, cum certo ſalario, ac mercede condu-
ctorum; ex reparatione Eccleſiæ, ac ſubminiſtratio-
ne Sacrarum Supellectilium, quum hæc ſigna plena-
riam, ac veram unionem præſeferant Murg. quæſt.
Paſtoral. part. 1. quæſt. 2. diviſ. 2. num. 14. & ſeqq.
Rot. coram Seraph. dec. 1034. in fin. dec. 62 per tot.
part. 15. & in d. Burgen. Juris deputandi Curatum §.
Talem autem unionem, coram Albergato. Et in caſu ta-
lis unionis, extinctivæ tituli Beneficii, cum tranſmu-
tatione ſtatus Collativi in Manualem, factæ ad favo-
rem alicujus Monaſterii Regularium, licitum eſt Supe-
riori Conventus, ſive ejus Capitulo, juxta cujuſque Ordi-
50 nis Statuta, deputare pro exercitio Curæ tam Sacerdo-
rem Secularem, quàm Regularem, ut advertitur in
d. Burgen. d. §. Talem unionem, in princ. dummodo
hoc caſu Monacho ſic deputato adjungatur unus So-
51 cius, qui cum eo convivat. Gonzal. ad Reg. 8. Can-
cell. gloſſ. 5. §. 3. n. 79. Rot. dec. 88. n. 17. & ſeqq. part. 9.
tom. 1. recent. & in eadem Burgen. §. Quibus naſtipula-
tur. Et ſuppoſito, quòd Vicaria ſit in Statu manua-
litatis, & ad nutum amovibilis in ſua erectione,
ſcilicet in actu unionis, vel adſit centenaria obſervan-
tia, tunc neque de jure communi, neque vigore Con-
52 cilii Tridentini, poſſunt Capitula cogi per Ordinarios,
ut ſupra etiam tetigimus, ad conſtituendos in dictis
Parochialibus Vicarios perpetuos, nec valent dicti
Ordinarii de manualibus reducere ad perpetuos. Fa-
gnan. in cap. ex parte, n. 10. & ſeqq. de offic. Vicar. &
ſolùm hoc poteſt facere Summ. Pontifex per particula-
rem Conſtitutionem. Barboſ. ad Concil. c. 7. ſeſſ. 7. de refor-
mat. n. 16. Rot. in Fanen. Juriſdictionis §. Non obſtante, &
16. Junii ejuſdem anni §. Et ſanè, coram Emin. Scotto.

Redeundo autem ad aliam præmiſſam ſpeciem unio-
nis non plenariæ, in qua oportet, ut Capitulum, cui
facta fuit talis unio, nominet Vicarium perpetuum,
obſervandum eſt, quòd etiam in hoc caſu cum
per obitum Rectoris, ſive Vicarii perpetui, verè ac
propriè non detur vacatio formalis, ſed ad normam u-
53 ſuſfructus, exercitium Curæ conſolidetur penes eum,
qui habet Curam habitualem, non eſt locus concur-
ſui faciendo in Parochialium proviſione, juxta Con-
cil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 13. & ſeſſ. 24. cap. 18. de
reformat. & ſucceſſivam Conſtit. S. M. Pii V. In 23.,
ut conveniunt unanimiter Scribentes, plenè relati in
Mocarten. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini 2. Julii
1706. §. Verùm, coram Rev. D. meo Anſaldo, licet ſic
54 deputatus debeat per diligens examen ab Ordinario
approbari, & ejus idoneitas ad exercitium Curæ in-
quiri, antequam in illius adminiſtratione ſe ingerere
valeat. Garz. de Beneſic. part. 9. cap. 2. num. 291.
& ſeqq. Ventrigl. in Prax. part. 1. adnot. 20. §. 2.
ſub n. 11. Barboſ. ad Concil. cap. 7. ſeſſ. 7. de refor.
& in dicta Novarien. §. Relicto.

Difficultas tamen cadere poteſt, an in proviſioni-
bus dictarum Parochialium, dependentium à Mona-
ſteriis, ſive Capitulis, debeat ſervari forma con-
curſus indicti per dict. Sacr. Concil. ac Pianam Conſtit.,
quando non conſtat de unione, nec ad eam proban-
dam affertur inſtrumentum, vel Apoſtolicum Privi-
legium, ita ut dubitari etiam poſſit, an ſimplex Juſ-
patronatus competat prædictis Locis Eccleſiaſticis,
55 quo caſu proviſio eſt pariter facienda per concurſum,
juxta peculiarem formam, traditam in antedicta Con-
ciliari, & Piana Conſtitutione, & in hoc caſu re-
currendum eſt ad conjecturas, & indicia, per quæ
non minùs quàm per inſtrumentum unionis, unio
probari poteſt, ut docent Tondut. Quæſt. Beneſic. tom.
1. cap. 37. num. 24. Rot. dec. 625. num. 2. cor. Cerr.
dec. 2138. num. 10. coram Merlin. dec. 153. n. 1. & ſeqq. co-
ram Emerix Jun. & in eadem Novarien. §. At loco, cor.
Anſaldo. Inter quæ primum locum obtinet obſervan-
tia immemorabilis providendi abſque concurſu Paro-
chialem, ſed ad ſolam nominationem Capituli, præ-
via approbatione Ordinarii, quum immemorabilis ſuf- 56
fragetur etiam contra prædictas Conſtitutiones Con-
ciliarem, ac Pianam. Rot. dec. 52. à num. 2. ad 8.
cor. Ubag. & in dict. Novarien. 22. Junii 1705. §.
Et nihilominus, & in eadem ſuper manut. §. Non re-
ſultante, cor. bon. mem. Card. Caprara, & in Legionen.
Parochialis 11. Januarii 1706. §. Quibus præmiſſis,
cor. Kaunitz, ex ratione, quia virtus immemorabi-
lis non tollitur per decreta irritantia, quum faciat
præſumere contrariam legem fundationis, ac etiam 57
Apoſtolicum Privilegium, vel alium quemcunque me-
liorem titulum Pignatell. conſult. 205. num. 23. tom. 4.
Rot. in Leodien. Vicariæ ſuper execut. Literar. Apoſtolic.
27. Junii 1708. §. Præſertim, coram Rev. D. meo An-
ſaldo. De Luc. de Beneſic. diſc. 32. num. 2. & 4.
Rot. in Derthuſen. Juriſdictionis 6. Februarii 1696. §.
Et diſpoſitione, cor. b. m. Pio, & ſignanter, quod Pa- 58
rochialis ſit Capitulo juncta, & effecta de illius men-
ſa. Rot. dec. 788. numer. 1. & dec. 1701. per tot.
cor. Emerix Jun. & pleniùs etiam in d. Legionen. Pa-
rochialis §. Multo magis, cor. Kaunitz. Hujuſmodi Vi-
carii perpetui debent habere Congruam ex fructibus
Eccleſiæ unitæ, quæ poſtquam taxata, & aſſignata
fuit per Superiorem, non poteſt minui ab eo, penes quem
reſidet Cura habitualis, juxta text. literalem in cap. 59
ad hæc, de offic. Vicar. & in Clem. 1. §. Sanè, de Ju-
repatr. ubi gloſſ. in V. obſervationem. Gratian. diſceptat.
394. num. 2. De Luc. de Parochis diſc. 39. Rot. dec.
218. part. 18. rec.

Et ultra Congruam prædictam competunt eiſdem Vi-
cariis perpetuis omnia incerta, etiam majora, prove-
nientia à funeribus, oblationibus, ac ſimilibus juri- 60
bus Parochialibus. Rebuff. in tract. de Congrua, num.
44 Campanil. in Diverſ. jur. Canon. rubr. 7. cap. 6. n.
120. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 6. num. 44. & de
Paroch. cap. 2. n. 174. Lotther. de Re Beneſic. lib. 1. quæſt.
20. num. 125. & ſeqq. Rot. dec. 400. n. 21. part. 18. rec.
& hinc, licèt in Conſtit. S. M. Pii V. In 47. ſtatutum
ſit, quòd Congrua Vicariorum perpetuorum non de-
beat eſſe major centum, nec minor quinquaginta,
computatis omnibus incertis emolumentis, & aliis ob-
ventionibus percipi ſolitis, adhuc tamen communior
videtur opinio DD. quòd Bulla intelligenda ſit de il-
lis incertis, quæ habent quandam certitudinem, ut 61
ſunt decimæ Frumenti, Vini, & aliarum frugum,
non autem de cæteris emolumentis eventualibus Fu-
nerum, & Oblationum, & eleemoſynarum, quæ ra-
tione laboris, tanquam merces illius particularis o-
peris, percipiuntur, ideoque congruum eſt, ut ſpe-
ctent ad eoſdem Vicarios perpetuos, nec computen-
tur in Congrua iiſdem ut ſupra aſſignanda, maxi-
mè quia non debet ea pendere ab incerto, prout ſe-
queretur, ſi in eam imputandæ eſſent prædictæ annua-
les obventiones, ut firmant Lean. Theſaur. For. Ec-
cleſiaſt. part. 2. cap. 16. ſub num. 6. Cherub. in Compend.
Bull. tom. 2. ad Conſtit. 47. Pii V. Schol. 2. Tondut.
Quæſt. Beneſic. lib. 1. cap. 58. nu. 5. & ſeqq. Pignat-
tell. conſult. 31. num. 1. tom. 3. & conſult. 103. num. 8.
in fin. tom. 9. Pithon. diſcept. Eccleſiaſt. 46. num. 7. Pani-
moll. dec. 15. annot. 2. num. 5. & ſeqq. Rot. cor. Bich.
dec. 265. num. 16. & 17. cor. Coccin. dec. 2046. num.
3. & 4. in recen. dec. 449. num. 6. & 7. part. 2. & dec.
230. n. 3. & ſeqq. part. 6. & S. C. Concil. in Iſernien. Vi-
cariæ 20. Aprilis 1697. & 21. Januarii 1698. ad ſecundum
dubium.

Quamvis, ut ſupra dictum eſt, ex d. Conſtit. Pii
V. Congrua Vicarii perpetui non debeat eſſe major ſcu-
torum centum, adhuc poteſt in majori quantitate ta-
xari, quando vel loci conſuetudo, vel numerus ingens
Parochianorum, aliæque circumſtantiæ majorem Con- 62
gruam requirant, maximè ſi Vicarius pro exercitio
Curæ cogeretur aſſumere Sacerdotes in ſui adjuto-
rium, ut advertunt Tondut. Quæſt. Beneſic. 58. num.
13. & 15. Panimoll. dec. 15. annot. 2. num. 9. Rot.
dec. 420. num. 10. part. 1. & dec. 220. num. 12. part. 6.
recen.

recen. & cor. Dunozzet. Jun. dec. 631. nu. 6. & benè ad-
vertit *Gratian. diſcept. 399. nu. 8. Tondut. d. q. 58. n. 15.
Pyrhing. Jur. Canon. lib. 3. tit. 5. ſect. 5. nu. 43. Rebuff. de
Congrua, num. 68.*

A quantitate autem Congruæ, quæ danda eſt iſtis
Vicariis perpetuis, non poteſt inferri ad eam, quæ
præſtari debet Vicariis amovibilibus, nec è contra,
63 quia primis, uti veteris Rectoribus, & Parochis,
debita eſt congrua portio ſufficiens pro eorum decen-
ti ſubſtentatione, aliis verò ſimplex ſalarium, ſive
merces pro labore. *Tondut. de Penſ. cap. 8. n. 7. Rot. in
Toletana Decimarum de Capella ſuper Congrua 3. Julii 1705.
§. Super quibus, & 12. Martii 1703. §. Nec Obſtat,
& §. Nihilominus, cor. Eminentiſſ. Scotto.* Nec ad mi-
nuendam eandem Congruam Vicario perpetuo Paro-
chialis, alicui Capitulo unitæ, valet opponi à Ca-
nonicis tenuitas reddituum Canonicatuum, quia in
concurſu Capituli cum Vicario perpetuo, ad hunc ef-
64 fectum magis privilegiatus cenſetur Vicarius, qui ſu-
ſtinet pondus diei, & æſtus, cum longè majori one-
re, quàm Canonici; ideoque priùs provideri debet
de redditibus Eccleſiæ Vicarius, quàm Capitulares.
*Abb. in cap. relatum ſub nu. 10. de teſtam. De Luc. de Paro-
chis diſc. 39. n. 8. & in Annotat. ad Concil. diſc. 9. n. 10.
Lotther. de Re Benefic. lib. 2. q. 15. n. 31. Panimoll. dec. 15.
annot. 2. n. 10. Rot. dec. 449. nu. 5. & 7. p. 2. rec.* quum
foveat cauſam magis favorabilem, & magis ſit ne-
65 ceſſarius, quàm Canonici, in quibus in caſu inſuffi-
cientium reddituum poteſt ad terminos Concilii Tri-
dentini provideri cum ſuppreſſione aliquarum ex Præ-
bendis, ut notant Canoniſtæ in *c. expoſuiſti, de præ-
bend.* & ſignanter *Hoſtienſ. n. 2. Jo: Andr. nu. 4. Fagnan.
n. 9. Rebuff. de Congr. n. 82. in fin. & num. 101. & ſeqq.
Gratian. diſcept. 366. n. 13. & ſeqq. Surd. de Aliment. tit.
5. q. 100. per tot.*

Illud etiam ad hanc materiam non omittendum,
quòd quando Eccleſia Collegiata, vel ſimplex, eſt
Curata, vel regitur per Vicarium perpetuum, cele-
66 bratio, & applicatio Miſſæ Parochialis diebus Feſtis
pertinet ad eundem Vicarium, ut reſpondit *S. Congr.
Concil. in Camerinen. Miſſæ Conventualis 6. Junii 1705.
ad primum dubium.* Item & comparatio Sacrarum Su-
pellectilium, & aliarum rerum, quæ concernunt Sa-
67 cramentorum adminiſtrationem, licèt refectio, & re-
ſtauratio Fabricæ Eccleſiæ unitæ Capitulo, ſpectet
ad ipſum Capitulum, ut reſolviſſe *Sac. Congr. Concil.*
teſtatur *Paſcuc. ad Pignattell. in Tit. de Parocho fol. 201.
tom. 2.*

Denique notandum eſt, quòd hujuſmodi Vicariæ
perpetuæ non cadunt ſub reſervationibus, aut affe-
68 ctionibus Apoſtolicis, ſed tamen ſi illæ vacent in
menſibus reſervatis, expediendæ ſunt Literæ Colla-
tionis à Dataria, juxta tenorem *d. Conſtit. 47. Pii V.*

Quoniam ut plurimum in Parochialibus, unitis Or-
dinibus Militaribus, ſive Regularibus, aliiſque Ex-
emptis, deputari ſolent Presbyteri Seculares, ſive Re-
gulares pro exercitio Curæ animarum, undè ſuper
approbatione hujuſmodi Presbyterorum plerumque in-
ter Ordinarios, & hujuſmodi Exemptos oriuntur con-
troverſiæ, ideo hìc ſubnectuntur plures Reſolutiones
Concilii Tridentini S. C. hanc materiam declarantes.

Pragen. Juriſdictionis.

DUBIA.

I. AN pro exemptione à Juriſdictione ordinaria Ar-
chiepiſcopi ſufficiat ſola nominatio, & depu-
69 tatio Presbyterorum Secularium, facta à Superiore
D. Joannis Hieroſolymitani in Eccleſiis dicti Ordinis
pro Cura animarum, quamvis ex cauſa non admit-
terentur ab Archiepiſcopo, ſive potiùs requiratur ad-
miſſio, approbatio, & licentia Archiepiſcopi ad Cu-
ram animarum.

II. An præfati nominati, ſeu deputati ad dicta Be-
neficia Curata, teneantur examen ſubire, & profeſ-
ſionem Fidei emittere coram Archiepiſcopo, vel ejus
Conciſtorio, antequam Curam animarum exerceant.

III. An itidem teneantur præſtare juramentum ad
Curam animarum debitè obeundam coram Archiepi-
ſcopo, ſive ejus Conciſtorio, & quomodo.

IV. An dictus Archiepiſcopus, ſive ejus Conciſto-
rium, pro prædictis agendis procedere poſſit Jure or-
dinario, ſive potiùs delegato.

V. An dicti nominati, ſeu deputati in dictis Ec-
cleſiis, poſtquam reportaverint ab Archiepiſcopo li-
centiam pro exercenda Cura animarum, teneantur ſe
conformare Conſtitutionibus Synodalibus, & ordina-
tionibus Conciſtorialibus, quoad omnia, in ordine
ad Sacramentorum adminiſtrationem, & Curam ani-
marum.

VI. An dictis Presbyteris Secularibus, ut ſupra
nominatis, ſeu deputatis in præfatis Eccleſiis, & ab
Archiepiſcopo examinatis, & idoneis repertis, tenea-
tur idem Archiepiſcopus concedere licentiam exer-
cendi Curam animarum, & quatenus *affirmativè*.

VII. An in hujuſmodi licentiis Archiepiſcopus va-
leat ſibi reſervare facultatem eam revocandi ad ſui
beneplacitum, ſeu potiùs debeat eam concedere pu-
rè, & ſimpliciter.

VIII. An Archiepiſcopus debeat exprimere, ſe
procedere authoritate delegata, dum procedit contra
dictos Presbyteros exercentes Curam animarum, ita
ut, hoc non expreſſo, non teneantur illi ei obedire,
etiam in concernentibus Curam animarum.

IX. An Archiepiſcopus prædictos Presbyteros exer-
centes, in caſu non paritionis ejus præceptis, poſſit
plectere pœna revocationis licentiæ exercendi Curam
animarum.

X. An præfati Presbyteri pro ſervitio dictarum Ec-
cleſiarum valeant aſſumere Capellanos pro celebra-
tione Miſſarum in iiſdem Eccleſiis ſine licentia Ar-
chiepiſcopi.

Sacra &c. die 14. Januarii 1708. reſpondit ad pri-
mum *negativè quoad primam, affirmativè quoad ſecundam
partem*, & 9. Junii ſeq. *in deciſis*.

Ad ſecundum *affirmativè quoad examen, & quoad Pro-
feſſionem Fidei ad formam Concilii*, & 9. Junii ſeq. *in
deciſis*.

Ad tertium *affirmativè*, & 9. Junii ſeq. *in deciſis*.

Ad quartum *dilata*, & 9. Junii 1708. *Jure delegato*.

Ad quintum *affirmativè*, & 9. Junii ſeq. *in deciſis*.

Ad ſextum *affirmativè*.

Ad ſeptimum *negativè quoad primam, affirmativè quoad
ſecundam partem*.

Ad octavum *affirmativè*, & 9. Junii ſeq. *in deciſis*.

Ad nonum *recurrat in caſibus particularibus*.

Ad decimum *affirmativè*.

Verùm quia quandoque Capitula Cathedralium, ſi-
ve collegiatarum, habent ex antiqua conſuetudine,
Fundatione, ſive Privilegio, jus conferendi Eccle-
ſias Parochiales, vel ad eas concedendi Inſtitutionem,
vel, ut frequentius contingit, Juſpatronatus, de ſin-
gulis prædictis caſibus hìc agemus.

Et quatenus pertinet ad jus conferendi Parochiales.
Capitulo competens ex decreto *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c.
18. de reform* in vacatione hujuſmodi Parochialium in-
dicendus eſt Concurſus ab Epiſcopo, & peracto exa-
mine, ex approbatis renunciari debet ab eodem Epi-
ſcopo is, quem magis idoneum judicaverit. *Fagnan.
in cap. Illa, num. 36. nè ſed. vac.* & facta præelectione,
à Capitulo habente Jus conferendi, eidem facienda 70
eſt Collatio cum expeditione Bullarum, & immiſſione
in poſſeſſionem per actus conſuetos, ut hujus natu-
ræ eſt Eccleſia Parochialis S. Mariæ Novæ Piſtorien- 71
ſis, quæ ex antiquiſſima conſuetudine ſpectat ad Col-
lationem noſtri Capituli Piſtorien. undè etiam occa-
ſione Proviſionum Apoſtolicarum ab eodem concedi-
tur ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſio.

Quatenus ſpectat ad jus inſtituendi, quod poteſt
etiam ad inferiorem ab Epiſcopo pertinere, dummo-
do agatur de fundationibus ante Concilium, nam poſt
illud juxta *ſeſſ. 14. cap. 12. de reform.* non poteſt reſer- 72
vari inferiori ab Epiſcopo, ut plenè *relatis Sac. Con-
greg. Reſolutionibus, Fagnan. in cap. cum Eccleſia Volate-
rrana, num. 32. de elect. D. Piton. diſcept. Eccleſ. 22.
num. 42. & diſcept. 55. num. 10. pleniſſimè Rot. in Bur-
gen. Juris inſtituendi 23. Junii 1690. cor. Rev. Molines
Decano*. Hoc autem, quod diximus, Inſtitutionem
poſt Concilium reſervari non poſſe inferiori ab Epi-
ſcopo, intelligendum eſt, dummodo iſte inferior non
habeat Juriſdictionem Ordinariam cum omnimoda
exem-

exemptione ab Epiſcopo ; iſte enim Prælatas Inferior
73 eſt capax iſtius juris, ut declarat *Corrad. in Prax. Be-
neſic. lib. 4. cap. 3. n. 26. verſ. alia : ſupracit. D. Piton. d.
diſcept. 26. n. 42.*

Obſervandum tamen eſt, quòd in caſu, quo In-
ſtitutio pertineat ad Prælatum Inferiorem, ſive Ca-
pitulum, tam ſi Beneficium ſit curatum, quàm ſim-
plex, debet Præſentatus examinari ſuper ætate, li-
74 teratura, & ſufficientia, aliiſque requiſitis, ad re-
gendum Beneficium neceſſariis, ab eoque approbari,
etiamſi ab alio Ordinario approbationem jam repor-
taſſet : Ac paritet ſi controverſia fuerit circa Juſpa-
75 tronatus, debet de illo priùs eoram Epiſcopo inqui-
ri, & eo probato, remitti Præſentatus ad Inferio-
rem pro obtinenda Inſtitutione. *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.
25. c. 9. n. 75. de refor.*

Hujuſmodi Inſtitutio ab Inferiore concedenda, non
accipitur pro ſimplici miſſione in corporalem poſſeſ-
ſionem, ſed pro vera authorizabili Collatione, titu-
76 lum Canonicum tribuente, de qua loquitur *Text. in
cap. 1. de reg. Jur. in 6. Van. Eſpen. in Jus Eccleſ. part.
2. tit. 22. cap. 4. num.* 21. Undè in hoc caſu, facto
ab Epiſcopo examine Præſentati, ac ſecuta illius ap-
probatione quoad illius idoneitatem, & recognita qua-
litate patronali, cæteri actus admiſſionis Præſentatio-
nis, publicationis Edicti, ad formam *Text. in cap. ult.
77 de elect. in* 6. & denique expeditioois Bullarum, &
immiſſionis in poſſeſſionem, pertinent ad Inferiotem,
habentem jus inſtituendi. *Vivian. de Jurepatr. lib. 9. c.
1. num. 4. & 11.* prout obſervatur à Capitulo Noſtro
78 Piſtorien. in Vacationibus Eccleſiarum Parochialium
Prioriæ S. Vitalis, & S. Leonardi hujus Civitatis,
quæ ex antiquiſſima conſuetudine pertinent ad illius
Inſtitutionem. Eſt tamen notandum, quòd vacanti-
bus hujuſmodi Eccleſiis Parochialibus, quarum In-
ſtitutio, vel Collatio ſpectat ad inferiorem ab Epi-
ſcopo, competit eidem Epiſcopo jus deputandi in iis
Vicarium, qui tempore vacationis Eccleſiæ Curam
79 gerat, neque in hoc caſu tenetur Examinatores Sy-
nodales adhibere pro eo examinando, ſed illum Epi-
ſcopus poteſt deputare, quem idoneum judicaverit.
Quod itidem facere poteſt in vacationibus Eccleſia-
rum, ſpectantium ad Collationem Apoſtolicam, ſive
de Jurepatronatus Laicorum, vel etiamſi non ſubja-
ceant Concurſui, quinimmo poteſt prædictum Vica-
rium conſtituere etiam in Eccleſiis unitis Capitulis,
quæ per Vicarios amovibiles reguntur, quoadusque
per ipſa Capitula de Vicariis debitè provideatur,
80 quo caſu juxta diſpoſitionem *Sacr. Concil. ſeſſ. 24. c.
18. de reform.* ejus arbitrio poteſt pro ſubſtentatione
Vicarii ex fructibus Eccleſiæ Vacantis certam eidem
81 portionem aſſignare ; Vicarius verò ſic deputatus de-
bet onera Paſtoralia ſubire, & omnia præſtare, quæ
ipſe Parochus præſtare deberet circa Curam anima-
rum, Sacramentorumque adminiſtrationem.

Quòd ſi aliqua Parochiali Eccleſiæ ſint adnexa,
quæ nec Curam animarum concernunt, neque inter
Paſtorales Functiones recenſeri ſolent, hæc ad hu-
juſmodi Vicarium non tranſeunt, e. g. ſi Parochus
in Eccleſia Collegiata, vel Cathedrali, locum ha-
beat inter Canonicos, veſtemque Canonicalem defe-
rat, vel locum habeat in Capitulo, hæc, & ſimilia
Vicario non competunt, quia de jure ſpeciali ſpe-
82 ctant ad ipſum Parochum, neque inter Paſtoralia con-
numerantur. *Van. Eſpen. in Jus Eccleſ. part. 2. tit. 22. c.
5. num. 14.*

Non eſt omittendum, quòd in caſibus repentinis,
& ubi Epiſcopus abeſt, ob periculum imminens ani-
marum, liceat interim Capitulo, habenti Curam ani-
marum adnexam, vel etiam Patrono, conſtituere in
Eccleſia Vacante Vicarium, qui interim ejus Curam
agat, uti declaraſſe *Sacr. Congr. Concil.* teſtatur *Garz.
83 de Benef. part. 9. cap. 2. num.* 11. quod ita intelligen-
dum eſt, ut monet idem *Garz. num. ſeq.* quòd Capi-
tulum, ſive Patronus, iſto caſu non poſſit dare ju-
riſdictionem alias non habenti, & approbationem ad
Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem, ſed ſolùm
poſſit jam approbatum ponere ad ſimplicem cuſtodiam,
donec Epiſcopus provideat, ut ſequitur *Van. Eſpen.
loc. cit. n. 4.*

Denique quod attinet ad Eccleſias Parochiales Ju-
riſpatronatus Eccleſiaſtici, juxta formam *Concilii Tri-
dent. ſeſſ. 24. c. 18. de reform.* & ſubſequentis Conſti-
tutionis *Pii V.* quæ incipit *Inconferendis*, debet evoca-
ri ab Epiſcopo Concurſus, & ſi ad eum inſtitutio per- 84
tinet, tunc is, quem Patronus digniorem inter pro-
batos ab Examinatoribus judicabit, præſentare tenetur
Epiſcopo, ut ab eo inſtituatur. Si verò inſtitutio ab
alio, quàm ab Epiſcopo erit facienda ; tunc Epiſcopus
ſolus ex dignis, approbatis in concurſu, eligit digniorem,
quem Patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpe-
ctat. Hinc eſt, quòd Capitula habentia Juſpatrona-
tus Parochialium, prout habet noſtrum Capitulum ſu- 85
per Plebe S. Quirici hujus Diœceſis, poſſunt ſolummo-
do, quando illarum inſtitutio pertinet ad Epiſcopum,
præeligere digniorem inter approbatos ab Examina-
toribus, illumque pro Inſtitutione habenda Epiſcopo
præſentare.

Quod ſi hujuſmodi Parochiales ſint de Jurepatronatus
miſto, ſcilicet Eccleſiaſticorum, & Laicorum ſimul,
tunc exemptæ ſunt à forma Concurſus, etiamſi præ-
ponderent Voces Eccleſiaſticorum, maximè ſi totum
Juſpatronatus originaliter, erat Laicale, & poſtea 86
ex titulo donationis, vel alio conſimili, effectum fue-
rit pro majori parte Eccleſiaſticum. *Ventrigl. in Prax.
part. 2. adnot. 5. §. 2. n. 10. in fin.* Cadente ſolùm quæ-
ſtione, quando diviſum eſt inter Laicos, & Eccleſia-
ſticos per Turnum Juſpatronatus, nimirum, an in
Turno Eccleſiaſticorum ſit locus Concurſui, & ſub-
jaceant Eccleſiæ cæteris reſervationibus Apoſtolicis,
affirmativam opinionem ſequentibus quampluribus 87
Auctoribus, quos refert *Rot. cor. bon. mem. Rev. D.
Anſald. dec. 9. n. 29.* eo quia Patronus Eccleſiaſticus
in hoc caſu reputatur unicus Patronus, quod tamen
intelligendum videtur, quoties fuerit diviſum non ſo-
lum nudum exercitium juris præſentandi, ſed ipſum
Juſpatronatus; unde ad effugiendas in hoc caſus Apoſto-
licas reſervationes, & formam Concurſus, videretur
optima cauthela, quòd Patronus Eccleſiaſticus, &
Laicus, in conveniendo de turnaria præſentatione, de-
clararent, quòd non intendunt dividere ipſum Juſpa-
tronatus, ſed nudum, ac ſimplex exercitium, ita ut
adveniente turno Eccleſiaſtici, ipſe teneretur præſen- 88
tationem facere, non ſolùm jure proprio, ſed uti Pro-
curator ſpecialiter deputatus à Laico, & conſultius
etiam eſſet ad effectum prædictum convenire, quòd in
caſu vacationum teneretur ille, qui non eſt in turno,
præſentare jam nominatum, & præſentatum ab exi-
ſtente in turno, quia ſic videretur ſublata omnis dif-
ficultas.

Ampliandum eſt quod ſupra dictum fuit de electione
facienda à Patrono Eccleſiaſtico inter approbatos ab
Examinatoribus, quòd ſi in Concurſu plures fuerint
reperti æquè idonei, & approbati pari voto, ipſe Pa-
tronus Eccleſiaſticus poteſt gratificari uni ex talibus
approbatis, nec tenetur omnes æquè idoneos præſen- 89
tare ad hoc, ut gratificatio fiat per Epiſcopum, &
ratio eſt ; quia cum ad Patronum ſpectet electio, ad
eum quoque ſpectare debet gratificatio. *Genuen. in
Prax. cap. 66. num. 5. iuxta ult. impreſſ. Ventrigl. in
Prax. part. 2. adnot. 5. §. 1. n. 5.* Quod tamen ſecus eſt,
ſi Inſtitutio facienda ſit per Inferiorem, quia tunc fa-
cto Concurſu, dignoris electio pertinet ad ipſum E-
piſcopum, remanente Patrono Eccleſiaſtico tantum-
modo jure præſentandi præelectum coram Inferiore,
habente jus inſtituendi, ut advertunt *proximè citat. ubi
ſupra*. Cæterùm ſi Inſtitutio pertineat ad Epiſcopum,
& Patronus ex approbatis non eligat digniorem, ni-
hilominus tenetur Epiſcopus talem electum inſtituere,
niſi magis idoneus ſeſe oppoſuerit, qui audiendus eſſet,
ut ex mente Bullæ *Pii V. Conſtit.* 47. obſervat *Garz.* 90
de Beneſic. part. 9. cap. 2. num. 268. & ſeq. quem ſe-
quitur *Ventrigl. ubi ſupr. n. 6.* verum tamen eſt, quòd
Patronus, præſertim Eccleſiaſticus, in foro conſcien-
tiæ tenetur ad Parochialem præſentare magis idoneum,
nec ſufficit, quod dignum præſentet, ut monent relati
per *Ventrigl. ubi ſupr. ſub n. 7.*

Hæc tamen omnia, quæ de Concurſu habendo in
proviſionibus Parochialium Patronatus Eccleſiaſtici di-
ctæ ſunt, eatenus procedunt, quatenus in Fundatio-
ne Parochialis cautum non eſſet, quòd in illius pro-
viſione ſervanda non eſſet forma Concurſus, quia in
hoc

Digitized by Google

hoc caſu lex fundationis ſervari deberet. *Genueuſ. in Prax. d. cap. 66. num. 3. Ugolin. de Offic. & Pot. Epiſc. c.*
19 *50. §. 3. n. 3. Garz. ubi ſup. n. 280. Ventrigl. loc. cit. n. 8.*
Quod pariter intelligendum eſt, quoties deficiente fundatione concurreret centenaria, vel immemorabilis, quæ æquipolleret fundationi.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

De Miſſa Conventuali, ac in ea Miniſtrantibus, & de tempore, quo celebrari debet; De ſignificationibus Myſticis Horarum Canonicarum, & quo fine ſint inſtitutæ. Et quibus diebus teneantur Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ, duas Miſſas decantare.

SUMMARIUM.

1 *Quotuplex ſit Miſſa Solemnis, quæque propriæ dicatur*, & n. 2.
3 *Quæ vero dicatur minùs Solemnis, & quid in ea ſervandum, circa Epiſtolam, & Evangelium*, & num. 4.
5 *An, & quando hujuſmodi Miſſa poſſit cantari in Eccleſia Collegiata, ſeu Cathedrali, diebus Ferialibus, abſque Diacono, & Subdiacono*, & n. 6.
7 *Antiquitus nullus Sacerdos privatè celebrabat, niſi finita Miſſa Cantata, ad quam conveniebant omnes tam Clerici, quàm Laici.*
8 *Undè Oratio Miſſæ appelletur Collecta.*
9 *Quale ſit tempus congruum canendi Miſſam tam Solemnem, quàm minùs Solemnem in Collegiatis*, & n. 10. & 11.
12 *Dies dividitur in naturalem, & artificialem; & qualiter uterque incipiat, & deſinat.*
13 *Diviſionem diei in duodecim horas fuiſſe in uſu apud Hebræos, oſtenditur ex variis locis S. Scripturæ.*
14 *Hora Tertia, Sexta, & Nona in maxima veneratione erant apud Judæos; idemque mos à Catholicis receptus eſt, & quare.*
15 *Olim Miſſa differebatur ad horam Tertiam, & qua de cauſa.*
16 *Et omnes, ob reverentiam jejunii ad illam audiendam conveniebant.*
17 *Qui ad præſens abſque cauſa Miſſam audit non jejunus, à levi culpa non eximitur.*
18 *Priſci Fideles de Miſſa progrediebantur ad menſam.*
19 *Diebus profeſtis Miſſa celebrabatur hora ſexta, quæ apud nos eſt decima octava.*
20 *Dominicis autem, & Feſtis diebus de præcepto, citiùs Sacrum fiebat, ut eſſet locus Concioni.*
21 *In Vigiliis, & diebus Jejuniorum, Miſſa protrahebatur ad horam Nonam; qua terminata, fiebat corporum refectio, quæ tunc temporis erat unica.*
22 *Collatio ſerotina tunc non permittebatur, niſi ex neceſſitate.*
23 *Tempus, quod olim obſervabatur in cantandis Miſſis, receſſit ab uſu; & ſolùm ſervatur quoad Officium.*
24 *Diebus Dominicis, & feſtis, Miſſa canitur tardiùs, quàm diebus Ferialibus, & Jejuniorum, ut Populus illi commodè aſſiſtere valeat.*
25 *Si Populus aliqua ex cauſa ſeriùs ad Eccleſiam conveniat, ſatius eſt cantum Horæ tertiæ differre, quàm Miſſa poſt Sextam, & Nonam, Dominica, vel Feſto de præcepto, canere*, & n. 26.
27 *Statim poſt Tertiam cantari debet Miſſa, ut ſervetur ſaltem in ordine, ſi non omninò in tempore, ritus antiquus.*
28 *Miſſæ cantui quare præmittatur in Choro aliqua Hora Canonica*, & n. 29.
30 *An poſt Horam Primæ in Cathedralibus, & Collegiatis, adſit obligatio canendi Miſſam pro Defunctis*, & num. 31.
32 *Occurrente Officio Sancti novem lectionum diebus Quadrageſimæ, quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, canendæ ſunt duæ Miſſæ, una de Feſto poſt Tertiam, altera de Feria poſt Nonam, non obſtante quacumque conſuetudine*, & nu. 33. 34. & 43.
35 *Nec excuſat, ſi una Miſſa legatur, & altera cantetur*, & n. 37.
36 *Jura Juribus concordare decet.*
37 *Una pars legis alteram declarat.*
38 *Canonici non implent ſuam obligationem, ſi dictas duas Miſſas non cantent juxta præſcriptum à Rubricis.*
39 *Sicuti non poteſt omitti Miſſa de die pro votiva.*
40 *Quid faciendum, quando in Quadrageſima occurrit dies Feſtus.*
41 *Feſtum Dedicationis Eccleſiæ debet ibi celebrari.*
42 *Ubi præciſa dies Dedicationis ignoratur, poteſt de conſenſu Epiſcopi aliquis anni dies deputari, ad celebrandum ejus Feſtum.*
44 *In Vigiliis occurrentibus infra Octavam, cantatur ſolum Miſſa de Vigilia, & quare.*
45 *Limita in Octava Corporis Chriſti, intra quam incidat Vigilia S. Joannis Baptiſtæ, vel SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli.*
46 *Quot Miſſæ ſint canendæ, ſi ultimo die Rogationum contingat Feſtum novem lectionum.*
47 *Ubi Præbendæ, & Diſtributiones ſunt tenues, Canonici à gravi culpa, immò & à levi excuſantur, ſi unam ex dictis tribus Miſſis omittant.*
48 *An idem dicendum ſit, quando prætermittitur ter, aut quater in anno, altera ex duabus Miſſis, quæ ſint juxta Rubricas canendæ.*
49 *Mortale eſt omittere cantum Miſſæ, Officio reſpondentis, ſine urgentiſſima cauſa*, & n. 50.
51 *Cui imputetur culpa hujuſmodi omiſſionis*, & nu. 52. & 53.
54 *Canonici abſentes non peccant, ſi aliqui, dum cantatur Miſſa Conventualis, non interveniant.*
55 *In die Commemorationis omnium Defunctorum, cantantur duæ Miſſæ, nempe de octava poſt Tertiam, & pro Defunctis poſt Nonam.*
56 *Secunda die cujuſcumque menſis, extra tempus Adventus, Quadrageſimæ, & Paſchale, Feſto novem lectionum non impedita, cantatur Miſſa pro Defunctis.*
57 *Quid ſi ea ipſa die accidat Feſtum ſimplex, aut reſumenda ſit Miſſa Dominicæ præcedentis.*
58 *Quando ad libitum Canonicorum poſſit cani Miſſa votiva, cum qua ſatisfaciant eorum obligationi*, & num. 59.
60 *Feria tertia Rogationum, occurrente Feſto ſimplici, liberum eſt Canonicis canere Miſſam de Rogationibus, vel de Feſto ſimplici.*

TITULUS IV.

ET proſequendo noſtrum inſtitutum oportet advertere, quod veluti omnia tempus habent *Eccleſ. cap.* 3. ita Miſſis celebrandis ſuum aſſignatum eſt tempus, tam ſolemnibus, quàm privatis, de quo antequam tractemus, ut meliùs dicenda percipiantur,
ſciendum eſt, Miſſæ ſolemnis varia eſſe nomina, 1
dicitur Miſſa magna, major, cantata, publica, communis, Canonica, generalis, principalis, Popularis, Conventualis, Capitularis, & Miſſa diei, ſive Tertiæ, quæ ſemper cum cantu celebratur.
Miſſa Conventualis propriè appellatur ſolemnis, dum diebus Feſtis cantatur cum Diacono, & Subdiacono paratis, & Clericis ad Altare inſervientibus, & in Choro Canonicis reſpondentibus, ut oſten- 2
dit *Suarez tom. 3. q. 83. diſp. 88. art. 6. ſect. 1.* in ea fit Altaris incenſatio, præbetur oſculum pacis, ac paratur Credentia, coopertis velo ad Sacrum neceſſariis, ſuper ea collocatis; & licèt diebus Ferialibus cum tanto apparatu non celebretur, nihilominus Miſſa de die poteſt dicì ſolemnis, ſi in ea inſerviant Diaconus, & Subdiaconus, prout colligitur ex Rubrica Miſſalis *tit.* 5. ibi, *in Miſſa ſolemni quatuor temporum dicitur à Diacono Flectamus genua:* Quæ verò de die decantatur ſine Diacono, & Subdiacono, ipſorum pe- 3
nuria Miſſa minùs Solemnis nuncupatur, ut notat *Arnard. in Epis. p. 2. tit. 2. n. 16.* Quo eventu Epiſtola canitur à Clerico, ſuperpelliceo induto, in ordine Lectoratus conſtituto. *Jo: à Capiſtr. in c. Ut quiſque,* 4
n. 2. de vit. & hon. Cler. & Evangelium cantatur à celebrante, *c. Lector. diſt. 23.*
Hujuſmodi Miſſa, juxta morem Eccleſiæ Collegia-

giatæ., vel Cathedralis, in diebus profeſtis cantari
poteſt abſque Diacono, & Subdiacono, eſto hi com-
5 modè haberi queant; ita declaravit *Sac. Congr. apud*
Barboſ. collect. 479. *nu.* 6. Excipe dies feriales Quadra-
geſimæ, in quibus, ubi ſunt Capellani de menſa,
6 Epiſcopus cogere poteſt Canonicos, ut cantari fa-
ciant Miſſam Capitularem per Capellanos cum Dia-
cono, & Subdiacono; ita cenſuit *S. C. teſte Gavan.*
in Man. V. Miſſa Conv. n. 4.

Priſcis temporibus minor erat numerus Sacerdo-
tum, & major Fidelium devotio, & omnes tam Cle-
rici, quàm Laici, ad Miſſam Conventualem conve-
7 niebant, atque nullus Sacerdos privatè celebrabat,
niſi terminata Miſſa cantata *Durand. de Divin. Offic.*
lib. 4. *cap.* 1. *num.* 20. & facit *cap. Ad hæc, de conſecr.*
8 Hinc Oratio Miſſæ nuncupatur Collecta, quia fun-
ditur pro populo in unum collecto. *Pinell. loc. cit. c.*
15. *d.* 6. Tempus congruum cantandi in Collegiatis
Miſſam de die, tam ſolemnem, quàm minùs ſolem-
nem, aſſignatur, ut infra. In Dominicis, & Feſtis
diebus, poſt Tertiam; in profeſtis, & feriis per an-
9 num, poſt Sextam; in Quadrageſima, quatuor Tem-
poribus, & Vigiliis, quæ jejunantur, poſt Nonam.
D. Antonin. in Summ. p. 3. *tit.* 13. *c.* 6. *§.* 4. *Boick. in c.*
Presbyter, u. 7. *de celebr. Miſſ.* & conſtat ex *Rubr. Miſſ.*
Sac. Cong. penes *Nicol. in Flor. V. Miſſa, nu.* 6. cenſuit,
eſſe in æſtate hora 14. in Hyeme 17. pulſata. In
diebus Adventus Miſſa Conventualis celebratur poſt
10 Nonam, etiam ſi ſint dies Feſtivi; Ratio eſt, quia
olim, excepta Dominica, ſingulis diebus Adventus
obſervabatur jejunium veluti in Quadrageſima: ita
Hoſt. in Summ. tit. de obſer. jejun. §. Quotuplex, num. 4.
& Bellarm. de Bon. Oper. lib. 2. *c.* 20. Excipitur à præ-
dicta regula Miſſa Nativitatis D. N. quæ in Colle-
11 giatis canitur nocte, ſtatim poſt medium ſilentium,
ſecunda Miſſa poſt primam Horam Canonicam diei,
& tertia poſt horam Tertiam: ita *Rub. Miſſ. ubi Ga-*
van. Sed ut meliùs agnoſcatur tempus opportunum
Miſsæ Capitularis, non ignorandum eſt, diem ali-
quando ſumi pro naturali, aliquando pro artificiali:
Naturalis incipit à prima noctis hora, & durat uſ-
que ad occaſum proximè orientis Solis, continetque
12 24. horas æquales, ac dividitur in duas partes, vi-
delicet à veſpere uſque ad mane, & à mane uſque
ad veſperam, juxta illud *Geneſ. cap.* 5. *Factum eſt ve-*
ſpere, & mane dies unus, Artificialis incipit à Solis
ortu, & terminatur in occaſu, ac continet duode-
cim horas inæquales. Pariformiter non artificialis,
quæ initium ſumit ab occidente Sole, & finit eo orien-
te, continet duodecim horas inæquales. Die, ac no-
cte ſic diſtributis, neceſsariò eveniebat, ut in æſta-
te horæ diei eſsent longiores, quàm horæ noctis, &
è converſo horæ nocturnæ, quàm diurnæ in hyeme,
ut latè oſtendit *Card. Bellarm. tract. de Bon. Oper. lib.* 1.
c. 11. *lit. F.* Hujuſcemodi horas tempore, quo in ter-
ris cum hominibus converſatus eſt Jeſus Chriſtus,
13 fuiſse in uſu apud Hebræos, ſatis probat *Bonacurſ.*
ſuper Paſſione, quæ legitur in Dominica Palmarum,
cum ipſe Chriſtus, apud *Jo: cap.* 11. dixerit, *Nonne*
duodecim ſunt horæ diei? & Matth. cap. 20. fit men-
tio horarum, Primæ, Tertiæ, Sextæ, ac Nonæ,
item *Joan. cap.* 1. horæ Decimæ, *& cap.* 4. horæ Se-
ptimæ: Atque *in Act. Apoſt. cap.* 20. legitur, Spiritum
Sanctum apparuiſse hora tertia diei, qui non inci-
piebat, ſed complebatur modo inſinuato, & ideò ibi
dicitur, *Cum complerentur dies Pentecoſtes, &c.* hoc eſt
ſecunda pars diei, hora tertia ab ortu Solis, ita ex-
plicat *Card. Cajet. ſuper d. cap.* 20. *Act. Apoſt.* Apud Ju-
dæos in maxima erant veneratione horæ Tertia, Sex-
14 ta, & Nona, qui mos receptus fuit à Catholicis,
maximè ob Myſterium, quia hora tertia Chriſtus cru-
cifixus eſt linguis Judæorum, clamantium *Crucifige*;
in quem ſenſum accipiendus eſt *D. Marc. ſui Evang. c.*
4. dicens, *Erat hora tertia*, & crucifixerunt eum Sex-
ta, quia eo tempore fuit in Cruce ſublatus. *Jo: cap.*
19. Nona, quia tunc magna voce clamans, in Cru-
ce expiravit. *Matth. cap.* 27. & notat *Sot. in* 4. *diſt.* 13.
quæſt. 2. *art.* 2. Ut fideles magis præparati accederent
ad audiendam Miſsam publicam, olim differebatur ad
15 horam Tertiam, ſic religiosè acceptam, comprehen-
dentem tres horas uſuales poſt orientem Solem, ut

innuimus, & obſervant *Raguc. de Off. Can. in Chor. q.*
18. *n.* 13. *Covar. Var. Reſol. lib.* 4. *c.* 20. *n.* 14. omneſque
ob reverentiam jejunii conveniebant. *Francel. de Hor.* 16
Can. c. 38. *in princ.* Nec ad præſens congruum eſt à
cibo Miſsam publicam, aut privatam auſcultare, &
contrafacientes abſque cauſa non eximuntur à levi cul- 17
pa, ita *D. Bernard. ſerm.* 37. *tom.* 3. *p.* 3. *in fin.* & ſequi-
tur *Homob. in ſuis conſult. p.* 3. *reſp.* 64. Illius ævi cur-
ſu Fideles de Miſsa progrediebantur ad Menſam cor- 18
poralem, & extra dies jejuniorum prandium fiebat in
meridie; quamobrem diebus profeſtis, hoc eſt, pro-
cul à Feſtis, Miſsa principalis celebrabatur hora Sex-
ta, quæ loquendo more noſtro, eſt decimaoctava, *c.* 19
Solet, de conſecr. diſt. 1. *Bonacurſ. loc. mox cit.*

Dominici autem, ac Feſtis de præcepto, citiùs Sa-
crum majus fiebat, quoniam his diebus, poſt canta-
tum Evangelium, habebatur Concio ad Populum, 20
& ſic neceſse erat Miſsæ Sacrificium anticipare, ut
quivis juxta morem poſt verbi Dei Prædicationem,
& totam Miſsam auditam, poſset ad prandium ac-
cedere. In Vigiliis, & diebus jejuniorum, ad horam
Nonam protrahebatur hujuſmodi Sacrum, quo ter- 21
minato, & non priùs; teſte *Mirand. in Man. Prælat.*
quæſt. 41. *art.* 12. fiebat corporum refectio, quæ illis
diebus unica tantum erat. *Card. Tolet. ſuæ Inſtr. lib.* 6.
c. 2. *& Victorell. in addit. ibid.* Neque collatio ſerotina,
quæ modo ob præſcriptam conſuetudinem abſolutè ſu-
mitur, tunc temporis permittebatur, niſi neceſſitatis 22
cauſa. *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 147. *art.* 7. *ad* 2. *Tabien. V.*
Jejunium. Nav. lib. 3. *conſ.* 7. *num.* 4. *de celebr. Miſſ.* Sed
quia hodie prandium in diebus jejuniorum fit in me-
ridie, incipiendo diem ab ortu Solis uſque ad Occa-
ſum, ſimul tranſlata eſt hora Miſsæ ſolemnis, &
celebratur hora ante meridiem, & aliis diebus pau- 23
lò ante. Undè tempus, quod olim obſervabatur in
cantandis Miſſis publicis, receſſit ab uſu, ut poſt a-
lios notat *Victor. in Summ. tit. de Eucbariſt. concluſ.* 95. *&*
97. & remanſit dumtaxat quo ad horam Canonicam
Officii. Veruntamen Miſsa principalis tempore præ-
fixo in Eccleſiis Collegiatis decantanda eſt, maxi-
mè diebus Feſtis, ut Populus Miſsæ aſſiſtere commo-
dè valeat: & conſuetudo introduxit, ut Dominicis, 24
& Feſtis, licèt non fiat Concio, Miſſa cantata cele-
bretur tardiùs, quàm diebus Ferialibus, & jejunio-
rum, ut notat *Angel. V. Miſſa §.* 41. Si populus hujuſ-
modi Miſſæ Feſtivæ ſolitus ſit convenire, ut magno-
perè decet, ac interdum ob terræ frigiditatem, plu-
viam, vel aliam cauſam ſeriùs pergat ad Eccleſiam,
eo caſu præſtat potiùs differre cantum horæ Tertiæ, 25
quàm cantare Miſſam de Dominica, vel Feſto de
præcepto poſt recitatam in Choro Sextam, & No-
nam. Ita de mente *Sac. Cong.* docent *Caſtald. in Prax.*
lib. 2. *ſect.* 9. *cap.* 1. *num.* 4. *& Gavan. in Man. V. Miſſa,*
num. 16. Nec id videatur novum, quoniam ob di-
ctas cauſas Sacrum majus fiebat hora aliquando poſt- 26
poſita, aliquando anticipata, pro commoditate Popu-
li. *Sylv. V. Miſſa, num.* 6. *Rodriq. in Summ. tom.* 1. *cap.*
250. *in fin. Card. Bellarm. contr. tom.* 3. *lib.* 2. *c.* 9. *tit. de*
Miſſ. Semper tamen concinebatur Miſſa ſtatim reci-
tata Tertia, quod modò ſervandum eſt, nam ita, ſi
non omninò in tempore, ſaltem in ordine conſerva- 27
tur antiquitas, cui Sancti Patres in Ritibus Eccleſia-
ſticis reverentiam ſtatuerunt, *c. ſtatuta* 25. *quæſt.* 1. *&*
gloſ. in c. Ordinationes, diſt. 75. Ut Miſſæ, quæ in Col-
legiatis decantandæ ſunt, juxta *c. Dolentes, de celebr.*
Miſſ. cap. Cum creatura, eod. tit. ac Rubricas Miſſalis,
debita cum præparatione à Canonicis celebrentur,
cuilibet Miſſæ ſemper præmittenda eſt in Choro ali- 28
qua Hora Canonica, qua recitata, immediatè can-
tatur Miſſa, ut poſt alios advertit *Bonart. lib.* 1. *cap.*
23. *num.* 19. Et deducitur ex Rubrica Miſſalis, præ-
cipiente primam Miſſam Nativitatis decantari cum
præparatione Chori per Matutinum; Secundam illi-
co poſt perſolutum Officium Primæ, & Tertiam poſt
cantatam horam Tertiæ. Singulis diebus, recitata in 29
Choro Cathedralium, & Collegiatarum hora Primæ,
celebrandam eſse cum cantu à Canonicis Miſsam De-
functorum, & deindè, juxta temporis congruentiam,
Miſsam reſpondentem Officio ejuſdem diei, *ex d. cap.*
Cum creatura arbitrati ſunt, *gloſ. ibidem, Ant. de Butr.*
Barb. & alii Scribentes ſuper *eod. cap.* quibus adhæſe-
runt

tunt Nav. loc. cit. lib. 3. conſ. 9. nu. 3. Graff. conſ. tom. 1.
conſ. 5. nu. 14. tit. de celebr. Miſſ. Henriq. in Summ. lib. 9.
c. 23. a. 7 & cap. 30. n. 7. & ſequitur moderné Geſual.
30 loc. cit. tit. 15. n. 5. Alii veriùs & probabiliùs tenent,
nullum extare jus, obligans Capitulum, & Canoni-
cos ad cantandam inſinuatam Miſsam pro Defunctis.
Siquidem allegatum c. Cum creatura, de celeb. Miſſ.
ſolum decernit, ob Miſsam decantatam Defunctorum
non eſse omittendam Conventualem, & è contra,
ſed utramque cum cantu celebrandam in Collegiatis:
ex quo textu non colligitur præceptum ſaciendi Sa-
crum, ut ſupra, pro Defunctis: ita docent Suarez
loc. cit. diſp. 80. ſect. 2. Laym. tract. 3. nu. 5. lib. 5. Sot. in
4. diſp. 13. q. 2. art. 2. Caſtr. Pal. p. 4. tract. 23. diſp. uni.
pun. 12. in fin. Trullen. de Sacram. lib. 3. c. 8. dub. 9. num.
15. Faguadez de Præcept. Eccleſ. lib. 3. c. 15. num. 9. vel
ſecudum Jacob de Graff. dec. Aur. p. 1. c. 39. num. 9. &
Marcb. de Sacram. Ord. tract. 3. p. 2. c. 30. dici poteſt,
allegatum capitulum per non uſum, & contrariam con-
31 ſuetudinem abolitum fuiſse, quo ad Miſsam pro De-
functis: & propterea ex obligatione quotidie eſt de-
cantanda dumtaxat, ubi adhac viget talis conſuetu-
do, quam Romæ in Baſilica S. Petri, & alibi, eſse
teſtautur, Francol. loc. cit. c. 29. num. 20. Gavan. in Com.
Rubr. Miſſ. in fin. & Barboſ. de Offic. & Pot. Paroch. c. 11.
num. 25.

Hoc indubitatè aſseverandum eſt, Canonicos de ju-
re teneri, & obligatos eſse in omnibus Cathedrali-
bus, & Collegiatis Secularibus, ſub pœna peccati
mortalis, ad canendas duas Miſsas, quotieſcunque oc-
32 currit Officium Sancti novem Lectionum, in diebus
feriatis Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, Roga-
tionum, & Vigiliarum; videlicet unam de Feſto poſt
Tertiam, alteram de Feria poſt Nonam; ita docent
Pereyr. in addit. Privil. Regul. c. 1. nu. 17. Gavan. loc. cit.
p. 3. tit. 10. num. 7. Dian. Mor. p. 1. tract. 14. reſ. 76. Lez-
zan. in Summ. tom. 4. V. Miſſa, num 49. Hurtad. ubi ſupra
tract. 2. c. 7. nu. 302. ubi alios cumulat. Et ſic, non
33 obſtante quacunque conſuetudine in contrarium, ſer-
vandam eſse tertiam Rubricæ Miſsalis, ubi hoc ex-
preſsè mandatur, determinavit S. R. C. ſub die 5.
34 Martii 1633. Nec ſunt omittendæ à Canonicis, etiam
ex urgenti negotiorum cauſa, ut antea declaraverat
eadem Sac. Cong. die 16. Januarii 1627. Nec ſufficere
re ad evadendam culpam, ſi una ex bis duabus Miſ-
ſia legatur, & altera cantetur, ut tradunt Hurtad. &
DD. mox allegati, licèt quidam, quibus hic panis du-
35 rus viſus fuit, huic doctrinæ contradixerint, hac ra-
tione innixi, quòd Rubrica Miſsalis ait. In Collegia-
tis dicuntur duæ Miſſæ, &c. & non inquit, cantentur
duæ Miſsæ, quæ ratio inefficax, & manifeſtè frivo-
la per ſe ſatis apparet; non enim minor eſt ratio ex
illis verbis, duæ Miſsæ dicuntur, ut altera ſit can-
tata, altera tantùm lecta, & plana, ſiquidem utra-
que præcipitur, ut benè obſervat Marcb. de Sacram.
ord. loc. ſtatim cit. Præterea cernimus in Miſsali aliam
Rubricam in iiſdem terminis dicentem. In Collegiatis
cantantur duæ Miſſæ, atque ambæ nuncupantur Con-
ventuales à DD. & non eſt temerè dicendum, Ru-
bricas Miſsalis ſibi adverſari, ſed jura juribus con-
36 cordando, ut decet, ad tradita per Abb. antiq. in cap.
Sedes, n. 1. de reſcript. prior Rubrica, inquiens, di-
cuntur duæ Miſsæ, explicanda eſt, cantantur, prout
explicat Gavan. in Com. ad ipſammet Rubricam; &
37 doctè quidem, nam ſemper una pars legis alteram de-
clarat. Ludoviſ. dec. 87. n. 10. Surd. conſ. 85. nu. 35. &
alis paſſim. Neque dictis diebus, quibus duæ præcipiun-
38 tur Miſsæ cantatæ, reſpondent Canonici ſuæ obliga-
tioni, cantando unam Miſsam votivam, & alteram
de Officio currenti, ſed dicendæ ſunt, prout præſcri-
buntur à Rubricis, ita decrevit S. R. C. apud Barb.
in Summ. Apoſt. dec. collect. 222. n. 8. & de Can. c. 34. n.
1. & à fortiori, quando una tantùm Miſsa præſcribi-
39 tur, non poteſt abſque gravi peccato omitti Miſsa
de die pro votiva, non obſtante quacunque conſue-
tudine; quia eſset abuſus. Lezan. ubi ſupra, cap. 21.
num. 29. Verruell. QQ. Mor. tract. 8. q. 30. n. 1.

Miſsa Feriæ, occurrens die Feſto in Quadrageſi-
ma, licèt reputetur magis privilegiata, quàm illa de
Feſto, ex traditis per Caſtald. loc. cit. c. 2. num. 3. ni-
40 hilominus, ſi hujuſmodi Feſtum erit de præcepto,
Miſſa Conventualis de Sancto, cantanda erit poſt No-
nam, & conjungetur cum qualitate Paramentorum in
ejus veſperis, quæ ſubſequuntur cum interventu Po-
puli. Ita apud nos fuit introductum, quia ſic ſerva-
tur Romæ, & alibi, quamvis de hoc nulla reperia-
tur Rubrica. Feſtum Dedicationis Eccleſiæ ubique
gentium debet in eadem Eccleſia celebrari. Farinat. 41
dec. 245. n. 4. part. 1. Ludoviſ. dec. 472. num. 5. & deciſ.
493. num. 7. in add. & eo adveniente in præfatis die-
bus privilegiatis, cantantur in Collegiatis duæ Miſ-
ſæ, altera de Feria poſt Tertiam, juxta indicatam
obſervationem, & poſt Nonam altera de Dedicatio-
nis die, qui licèt non ſit ampliùs de præcepto, quo-
ad ceſſationem ab operibus ſervilibus, attenta Con-
ſtitutione Urbani VIII. edita anno 1643. in Eccle-
ſiis tamen remanet firma ejus ſolemnitas quoad Of-
ficium, & Miſſa. Hujus Collegiatæ Parochialis vi-
geſima prima Menſis Februarii Anniverſaria celebri-
tate recurrit; ubi verò præciſa dies ignoratur, pote-
rit Capitulum de conſenſu Epiſcopi aliquem anni diem 42
deputare ad effectum celebrandi hujuſmodi Dedica-
tionis Feſtum. Card. Turrecr. ſuper c. Nullus, num. 5.
de conſecr. & cenſuit S. C. apud Zambell. V. Div. Offic. n.
8. Canonici Collegiatarum Diœceſis quemadmodum te-
nentur recitare Officium Dedicationis Eccleſiæ Cathe-
dralis, ut dictum eſt ſupra Lib. II. ita ſunt adſtricti
binas ea die concinere Miſſas, ſi inciderit antedictis 43
diebus privilegiatis. Polat. de Cærem. p. 1. fol. 62.

In Cathedralibus, & Collegiatis, regulariter non
cantantur duæ Miſſæ in Vigiliis occurrentibus infra 44
Octavam, ſed tantùm illa de Vigilia, cui locum ce-
dit Miſſa de Octava, quia hæc pluries fuit cantu re-
petita. Excipe ab hac regula Corporis Chriſti Octa-
vam, infra quam eveniente Vigilia Sancti Joannis
Baptiſtæ, vel SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, non
prætermittitur Miſſa de Octava, uti privilegiata, 45
ſed de ea cantatur Miſsa poſt Tertiam, & de Vigi-
lia poſt Nonam. Ultimo die Rogationum, ſi veniat
Feſtum novem Lectionum, concinuntur tres Miſsæ, 46
videlicet de Feſto poſt Tertiam, de Vigilia poſt Sex-
tam, & de Rogationibus poſt Nonam: ita Rub. Miſſ.
& Francol. de Hor. c. 16. nu. eod. ubi obſervat, Miſsam
Vigiliæ præſcribi poſt Sextam, non poſt Nonam, ut
alibi, quia hæc Vigilia eſt ſine jejunio.

Canonici unam ex his tribus Miſſis miſsam facien-
tes, ſecundum probabilem opinionem nonnullorum
DD. à gravi culpa eximuntur, immò à levi, ubi 47
Præbendæ, & Diſtributiones ſunt tenues, ex Carol.
Macign. de Hor. Canon. cap. 56. num. 22. & Bizzozer. loc.
cit. capit. 5. num. 3. à quibus non diſsentio, cum val-
dè conſentaneum ſit, & ratio naturalis dictet, ut onus
minuatur, quando tenue eſt ſtipendium. Filliuc. tr. 23. c. 4.
n. 129. Bon. de Hor. Can. diſp. 1. q. 3. p. 5. in fin. Sentiunt alii,
non minoris auctoritatis DD. relati à Diana loc. ſtatim
cit. lethaliter non delinquere Canonicos, prætermit- 48
tentes Miſsam unam cantatam ter, aut quater in an-
no, quando duæ cantandæ à Rubricis ordinantur; id
quod cogitandum alii dimitto.

Cœterùm ſi vel unica die intra anni intervallum
à decantando Miſsam, Officio reſpondentem, ceſsa-
rent, dum ipſa die à Rubricis alia non præſcribitur, 49
mortiferam noxam eos patrare cenſeo, cum Rodriq.
QQ. Reg. tom. 1. quæſt. 43. art. 14. Trullen. in Decal. cap.
8. dub. 9. num. 15. Laym. lib. 5. tract. 5. cap. 3. numer. 5.
Marcb. loc. cit. cap. 30. num. 5. Caſtr. Pal ubi ſupra punct.
22. in fine, quia non poteſt omitti ſine gravi ſcanda-
lo, niſi id fiat ex urgentiſſima cauſa. Fagundez loc. 50
cit. lib. 3. cap. 15. n. 9. Culpa, quæ committitur, omit-
tendo cantum Miſsæ Conventualis in Choro, adſcri-
bitur primum Collegiatæ Præpoſito, cui jurare in- 51
cumbit, ut adimpleatur hujuſmodi onus, quod ineſt
Capitulo. Lezan. in Summ. part. 1. cap. 12. Sot. in 4. diſt.
13. q. 2. art. 2. Jacob de Graff. loc. ſtatim cit. c. 39. nu. 9.
& eo abſente, peccatum imputatur ei, qui præeſt
Choro, vel Canonicis, qui fuerunt cauſa hujus omiſ- 52
ſionis. Vanc. in Diſciplin. Cler. lib. 3. tit. de Miſſ. & Cara-
muel. in Reg. D. Bened. fol. 313. Non autem cœteris
Canonicis, per quos non ſtetit, quo minùs Sacrum 53
fieret, & ipſi ſoli nequeant debito cultu canere, ut
notant Nav. de Orat. c. 16. n. 39. & Sot. de Juſt. & Jur.
lib. 10. q. 5. art. 11. Secus ſi valeant per ſe canere,
nam

Digitized by Google

nam ob neceſſitatem, præceptum commune obligat
ſingulos. Cum à Canonicis ſolita ſolemnitate Miſſa
Conventualis decantatur, ſi nonuulli ex his etiam
culpatè non interveniant, abſentes non contrahunt
mortalem culpam, cujus ſupra meminimus, quia di-
54 cta obligatio cantandæ Miſſæ Capitularis ſub mor-
tali conſiſtit in hoc, ut cum præſantia Chori celebre-
tur *Monet. de Diſtr. part. 2. quæſt. 3. num. 12. & Fauſt.
S. C. penes Barb. collect.* 105. *n.* 12. & non intereſſen-
tes perdunt duntaxat partem Diſtriſtributionum, Miſ-
ſæ cantatæ aſſignatam, de qua dictum eſt Libro ſu-
periori.

Ad hæc ſciendum, in die Commemorationis Om-
nium Defunctorum, cantandas eſſe in Collegiatis bi-
nas Miſſas, nempè de Octava poſt recitatam Ter-
tiam in Choro, & pro Defunctis poſt Nonam, nam-
55 que iſta de Requiem hac die babetur pro Miſſa prin-
cipali, licèt aliis diebus, quibus præſcribuntur duæ
Miſſæ, quæ ambæ ſunt Conventuales, ea dicatur
principali, quæ correſpondet Officio Chori, Prima,
& Secunda Feria cujuſcumque menſis extra tempus
Adventus, Quadrageſimæ, & Paſchale, non impe-
dita Feſto novem Lectionum, pro Miſſa Conventua-
56 li de Officio cantatur Miſſa de Requiem in genere
pro omnibus animabus exiſtentibus in Purgatorio.
Quòd ſi ea ipſa die accidat Feſtum ſimplex, aut re-
57 ſumenda ſit Miſſa Dominicæ præcedenris, quæ fuit
impedita, cantautur duæ Miſsæ, altera de Feſto,
vel Feria prædicta. Ita clarè diſponitur in nova *Rub.
Miſſ. ſub tit.* 5. quæ eſt præceptiva, & tamen in mul-
tis Collegiatis negligitur, ut deplorat *Gavan.* ibidem.
Dum in Choro fit Officium de Feria, nec fit reſum-
ptio aliqua Miſsæ Dominicæ, excluſis Feriis Adven-
tus, Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, cantari
poteſt in Collegiatis ad libitum Canonicorum Miſsa
58 votiva, eidem diei per Hebdomadam deſtinata, ut-
pote Feria ſecunda de SS. Trinitate, vel pro omni-
bus Defunctis, Feria tertia de Angelis, Feria quar-
ta de Apoſtolis, Feria quinta de Spiritu Sancto, vel
de Sanctiſſimo Sacramento, Feria ſexta de Cruce,
ſive de Paſſione, & Sabbatho de B. Virgine, atque
his Miſſis Votivis ſatisfaciunt Canonici eorum obli-
gationi canendi Sacrum juxta Officium ejuſdem diei,
quia talis Miſsa Votiva cenſetur Conventualis. *Ca-
ſtald. in Prax. lib. 2. c. 2. n. 3. Ant. de Litt. in Summ. p. 6.
cap.* 9. & declaravit *Sac. Congr.* ut legitur in prox. al-
legata *Synodo Cremonen. tit. de celebr. Miſſ.*

Quinimmo in Sabbathis Adventus, niſi fuerit Fe-
ſtum duplex, ſemiduplex, Quatuor Tempora, ant
Vigilia, liberum eſt Canonicis pro Miſsa de Feria,
59 de qua fit Officium, decantare Miſsam Votivam in
Sabbatho de B. Virgine, ita *Rubr.* & notat *Arnaud.
loc. cit. tit.* 4. Præterea ſi Feria tertia Rogationum
occurrat Feſtum ſimplex, Officium fit de eo ſine com-
60 memoratione Feriæ; & tamen liberum eſt Canoni-
cis concinere Miſsam de Rogationibus, vel Miſsam
de feſto ſimplici, quamvis Miſsa Rogationum non
reſpondeat Officio, quod recitatur in Choro; ita *Ar-
naud. in Epit. Sacr. Rit. tit.* 11. *n.* 7.

A R G U M E N T U M.

De obligatione canendi in Eccleſia Cathedrali, ſeu
Collegiata, Miſsam Conventualem, & de Mini-
ſtris pro illa neceſsariis. An, & quando celebra-
tione dictæ Miſsæ Conventualis ſatisfiat à Paro-
chis earundem Eccleſiarum oneri applicandi pro Pa-
rochianis.

S U M M A R I U M.

1 *Horæ Canonicæ ſunt tantùm ſeptem.*
2 *Ceſſante lege fundationis, & conſuetudine, non poſ-
ſunt cogi Canonici, præſertim Collegiatæ, canere
Miſſam Conventualem.*
3 *Quomodo accipiendus ſit* text. in cap. cum creatu-
ſa, de celebr. Miſsar.
4 *Obligatio, ex aliquo præſuppoſito proveniens, non li-
gat, niſi idem præſuppoſitum verificetur.*
5 *Quot Miniſtri neceſſarii ſint, pro canenda Miſſa Con-
ventuali.*
6 *Simplex conſuetudo non inducit exemptionem canendi
Miſſa Conventualem, quando adeſt ſufficiens nume-
rus Miniſtrorum.*
7 *Limita ratione exiguitatis redditunm, quia tunc per-
mitti poteſt, ut Miſſa Conventualis celebretur tan-
tummodo diebus Feſtis.*
8 *Celebratione Miſsæ Conventualis in Eccleſia Cathe-
drali, vel Collegiata, quæ habeat Curam anima-
rum annexam, non ſatisfit obligationi applicandi
pro Parochianis, niſi Parochi earundem Eccleſia-
rum ſint primæ Dignitates, vel membra dictarum
Eccleſiarum, & de ratione*, & n. 9.
10 *Nec ſatisfit oneri alicuius Anniverſarii, quod caderet
eadem die, vel Beneficii, aut Capellaniæ, non ob-
ſtante conſuetudine immemorabili, & tenuitate Præ-
bendarum, & Diſtributionum*, & numer. 11. 12.
& 13.
14 *Prædicta Miſsa Conventualis canenda eſt poſt Ter-
tiam, non poſt abſolutas omnes Horas Canonicas,
non obſtante contraria conſuetudine.*

ANIMADVERSIONES.

CUM Concilium Tridentinum demandaverit in *c.
12. ſeſs. 24. de Reformat.* quod in Eccleſiis Col-
legiatis, & Cathedralibus, Diſtributiones percipiant
Canonici, Horis Canonicis intereſsentes, dubitari
contingit, an nomine Horarum Canonicarum veniat
Miſsa Conventualis, quum inter Horas Canonicas
numerentur ſolùm ſeptem, juxta *tex. in c. 1. de celebr.* 1
*Miſsar. Gloſs. in Clement. 1. eod. tit. Sylveſt. in Summ. Ver.
Horæ Canonicæ. Navarr. de Hor. Canonic. cap. 3. nu. 26.*
& in ipſo Concilio non fiat expreſsa mentio Miſsæ
Conventualis; undè ſtatuendum videtur, quòd, ceſ-
ſante præciſa obligatione in fundatione Collegiatæ,
& concurrente contraria conſuetudine cogi non poſ-
ſint Canonici, præſertim Collegiatæ, ad canendam 2
Miſsam Conventualem, quia licèt ex pluribus S. C.
Concilii Decretis firmatum fuerit, quotidianas Di-
ſtributiones deberi intereſsentibus Miſsæ Conventua-
li, id intelligendum viderur, quatenus concurrat ob-
ligatio, ex conſuetudine vel ex Statuto, canendi hanc
Miſsam. *Pignatell. conſ.* 92. *n.* 3. *tom.* 4.

Nec obſtat diſpoſitio *Text. in c. quum creatura, de ce-
lebrat. Miſsar.* in quo cavetur, quòd abſque ulla negli-
gentia, & torpore celebretur Conventualiter Miſsa,
de tempore, de Feſto, ſive de Feria, etiamſi cele- 3
bretur Anniverſarium, quia eadem diſpoſitio intel-
ligenda venit quatenus adſit obligatio, ex regula,
quòd diſpoſitio, veniens ex aliquo præſuppoſito, lo-
cum non habet, niſi ipſum præſuppoſitum verifice- 4
tur, juxta *text. in c. Si Papa, de privileg. in 6. Clemen.
ſi Summus, de ſent. excommun. Ludoviſ. dec. 28. num. 2.
Merlin. dec. 432. n. 2.*

Quod quidem fortius amplectendum eſset, ſi in
Eccleſia Collegiata non adeſset ſufficiens numerus Mi-
niſtrorum pro canenda Miſsa Conventuali, pro qua
neceſsarii ſunt ſaltem undecim inſervientes, nempè
Celebrans, Diaconus, & Subdiaconus, duo Ceroſe- 5
rarii, Thuriferarius, & Acolythus, & pro Choro
ſaltem quatuor, quum Miſsa Conventualis debeat eſ-
ſe cum cantu; ſolùmque unus ex dictis Clericis po-
teſt ſupplere munus Acolythi, & Thuriferarii, ut
benè advertit *Pignatell. conſult.* 91. *tom.* 4. *n.* 5.

Non tamen de facili admittenda eſt vigore ſimpli-
cis conſuetudinis exemptio canendi Miſsam Conven-
tualem, quando in Collegiata, vel Cathedrali, ad-
eſset ſufficiens numerus Miniſtrorum; quia cenſen- 6
dus eſt potiùs abuſus, ut decrevit *S. C. in Tuſculana
16. Novembris* 1652. in qua, non obſtante conſuetu-
dine contraria, demandavit, ſingulis diebus canendam
eſse Miſsam Conventualem. Quod Decretum fuit
confirmatum ab *eadem S. C. ſub die 21. Aprilis* 1708.
ad primum dubium; ac reſolutum iterum, eandem eſ-
ſe celebrandam per turnum, etiam diebus feriatis,
tam per Canonicos, quàm per Beneficiatos, cum
cantu, ut patet ex Reſponſionibus *ad ſecundum, &
tertium dubium*. Quandoque tamen ratione exiguitatis
reddituum Canonicorum Collegiatæ permitti poteſt,
ut Miſsa Conventualis celebretur tantummodo die- 7
bus Feſtis, ut recedendo à deciſis ſub *die 6. Junii*
1705.

1705. reſpondit eadem Sac. Congr. ad ſecundum dubium in Camerinen. Miſſæ Conventualis 22. Maji 1706.

Hujuſmodi celebratio Miſſæ Conventualis, quòd
Eccleſia Cathedralis, vel Collegiata habet Curam
animarum annexam, non ſupplet onus, quod habent
Parochi earundem Eccleſiarum applicandi Sacrificium
8 diebus Feſtis pro Parochianis, ſolùmque excuſantur
Parochi prædicti à prædicta applicatione, quoties ip-
ſi ſunt membra, aut primæ Dignitates Cathedralium,
vel Collegiatarum, quòd ad eoſdem in ſuo turno ſpe-
ctat canere in ipſis diebus Feſtis Miſſam Conventua-
lem, ut reſpondit *S. C. Concil. in Viterbien. Miſſæ Pa-
rochialis, & Conventualis*, in qua propoſitis dubiis;
An Parochi Cathedralium, & Collegiatarum, qui
ſunt primæ Dignitates, vel membra earundem, ex-
cuſentur ab applicatione Sacrificii diebus Dominicis,
& Feſtis, per Miſſam Conventualem, quæ in Cho-
ro quotidie canitur, aut ultra prædictam Conventua-
lem, Parochi prædicti teneantur celebrare, & appli-
care ſupraſcriptis diebus pro Parochianis? An quòd
per turnum ad ſupradictos Parochos ſpectat Miſſam
Conventualem canere diebus Dominicis, & Feſtis,
teneantur idem celebrare facere pro Parochianis aliam
Miſſam propriis ſumptibus?

S. C. Reſpon. ad primam quo ad primam partem *affirmativè*, quoad ſecundam *negativè*. Ad tertiam *negativè*.

Ratio autem cur unica Miſſa Conventuali non poſ-
ſit ſatisfieri Parochiali, ea eſt, quia utraque obliga-
tio habet diverſum reſpectum; Parochialis enim ap-
plicanda eſt pro Parochianis, Conventualis verò pro
9 Benefactoribus, ut patet à ſupraſcriptis Decretis;
ideoque Canonici canentes Miſſam Conventualem,
pro qua Diſtributiones percipiunt, non poſſunt aliam
eleemoſynam recipere, & Sacrificium alteri applica-
re, ut declaravit ſæpiùs *S. C. Concil. apud Pignatell.
conſult.* 321. *nu.* 1. *tom.* 1. & alibi paſſim, nec etiam
ſi caderet eadem die obligatio alicujus Anniverſarii,
ut reſolvit eadem *S. C. in Cathacen. Servitii Chori* 29.
10 *Novembris* 1698. in qua propoſito dubio tertio, An
Canonici celebrantes dictam Miſſam Conventualem,
poſſint illam applicare pro oneribus alterius Commu-
nitatis, exiſtentis in eadem Eccleſia, & eleemoſynas
ab ea recipere, cenſuit danda eſſe decreta aliàs edi-
ta, & ſignanter in *Foroſempronien. 7. Auguſti* 1683. *te-
nor. ſequen.* videlicet

Foroſempronien. Celebrationis Miſſarum.

Archidiaconus Cathedralis ſupplicat declarari. Pri-
mo — An illis diebus, quibus juxta Tabellam Miſ-
ſa Conventualis non habet onus certæ, & particula-
ris applicationis, Canonicis, vel Capitularis, qui ju-
re turni illam celebrat, poſſit pro illius celebratio-
ne, vel applicatione, eleemoſynam manualem reci-
11 pere, vel omiſſo ſtipendio, ſatisfacere aliis oneribus
ſibi inhærentibus ratione alicujus Beneficii, vel Ca-
pellaniæ? Secundò — an præfatis diebus, quibus jux-
ta Tabellam Miſſa Conventualis non habet onus cer-
tæ, & particularis applicationis, & ulteriùs occurrit
caſus celebrandi aliam Miſſam Cantatam ratione of-
ficii, Anniverſarii, vel ex alia cauſa hujuſmodi, poſ-
ſit dumtaxat cantari Miſſa hæc extraordinaria, &
oneri Miſſæ Conventualis ſatisfieri, mediante cele-
12 bratione Miſſæ planæ? & quatenus *negativè*, Ter-
tio — an in caſibus, & ad effectus, de quibus ſupra,
ſuffragetur conſuetudo immemorabilis? Quartò — an
13 ſuffragetur tenuitas Præbendarum, & Diſtributionum
Capitularium? Die &c. S. C. Reſp. in omnibus *nega-
tivè*, idemque declaravit in *Lavellen. 22. Martis* 1698.
non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium,
& non attenta tenuitate reddituum. Hoc etiam non
omittendum eſt, quòd dicta Miſſa Conventualis ca-
nenda eſt poſt Tertiam, non autem abſolutis omni-
14 bus Horis Canonicis, non obſtante contraria conſue-
tudine, ut reſolvit *S. C. Rit. in Cathacen. die* 18. *Junii*
1689. tenoris ſequen.

Cathacen.

Propoſita in Sacrorum Rituum Congregatione inſtantia inter Dignitates, Capitulum, & Canonicos Cathacen. Cathedralis Eccleſiæ vertente ex una, & Promotorem fiſcalem Curiæ Epiſcopalis ex altera partibus, ſuper jure terminandi omnes Horas Canonicas ante Miſſam Conventualem, etiam diebus Feſtis; & inſtantibus dictis Canonicis, & Capitulo pro obtinendis Literis Remiſſorialibus ad probandam inveteratam ipſius Eccleſiæ conſuetudinem. Eadem S. C. referente Eminentiſſ. ac Reverendiſſ. D. Cardin. Columna Ponente, cenſuit *Nihil* de Remiſſorialium conceſſione; & ſervetur Decretum Epiſcopi, & ita decrevit hac die 18. *Junii* 1689.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

De Miſſis Votivis, pro re gravi celebrandis, & quando ſit licitum eas celebrare. De Miſſis canendis in diebus Rogationum, & in Feſto S. Marci. An Canonici dictas Miſſas poſſint canere in Eccleſiis Regularium, & quid accedentes ad eas cum Capitulo etiam Epiſcopo? An Canonici Collegiatæ poſſint canere Miſſas in Oratorio Confraternitatis invito Parocho, intra cujus Parochiæ limites ſituatum reperitur Oratorium?

S U M M A R I U M.

1 *Occaſione Synodi Diœceſanæ licitum eſt prætermittere Miſſam de die, & ejus loco canere Miſſam votivam Spiritus Sancti.*

2 *Præter hunc, & in præcedenti Titulo enarratos caſus, Canonici non videntur eorum obligationi ſatisfacere canendo Miſſam, non concordantem cum Officio, vel Votivam, etiamſi celebretur ſolemniter pro re gravi.*

3 *Res gravis quæ dicatur in Civitate; & quæ in Locis inſignibus.*

4 *Apud Regulares res gravis reputatur juxta eorum regulatum arbitrium.*

5 *Miſſæ pro re gravi cantantur poſt Nonam.*

6 *Aliæ Miſſæ votivæ, quæ non dicuntur pro re gravi, ſed ad voluntatem Fidelium, etiamſi cum Diacono, Subdiacono, & aliis Miniſtris cantentur, non habent tempus aſſignatum pro celebratione, ſed poſſunt dici eo temporis ſpatio, quo Miſſæ planæ.*

7 *Miſſa de requiem, excepta Commemoratione omnium Defunctorum, appellari poteſt Votiva, licèt celebretur cum apparatu.*

8 *In die ſeptimo, trigeſimo, & anniverſario, congruentiùs cantatur poſt Nonam.*

9 *Quibus diebus celebrari poſſit Miſſa Votiva*, & numer. 10.

11 *Ubi eſt conſuetudo tumulandi mortuos cum Miſſa, poteſt ea cantari de requiem, non omiſſa Conventuali, etiam diebus Dominicis, & Feſtis, exceptis Solemnioribus.*

12 *Secus autem quoad Miſſas privatas, quæ prædictis diebus celebrari non poſſunt.*

13 *Si occurrat transferri Feſtum Tituli Eccleſiæ, vel ubi ſit concurſus Populi, poſſunt cantari duæ Miſſæ, una de Officio currenti poſt Tertiam; altera de Feſto poſt Nonam, & de ratione.*

14 *Veſpere tali caſu cantantur ſemper de Officio currente*, & n. 15.

16 *Quibus diebus non liceat Miſſas Votivas ex cauſa Tituli Eccleſiæ, vel concurſus Populi, canere*, numer. 47.

17 Gavant. *reprehenditur in* Comment. ad Rubric. Miſſal. p. 4. tit. 15. n. 5.

18 *In Collegiatis, ubi inſtituta reperitur Societas Beatiſſimæ Virginis de Monte Carmelo, cujus Feſtum ibi celebratur Dominica tertia Julii, poſt Tertiam cantatur Miſſa Conventualis, Miſſa verò Deiparæ Virginis poſt Nonam.*

19 *Secus dicendum de Miſſa Feſti Sacratiſſimi Roſarii,*

quæ

quæ cum reſpondeat officio Chori, cantatur cum commemoratione Dominicæ, & Evangelio in fine.

20 *Cur in Feriis Quadrageſimæ, Quatuor Temporibus, Rogationibus, & Vigiliis, occurrente Feſto novem lectionum, cantentur duæ Miſſæ Conventuales; incidente verò Feſto duplici in Dominica, prætermittatur Miſſa Dominicæ?*

21 *Speciale eſt, quòd in Feſto S. Marci, in die Dominica occurrenti, duæ Miſſæ celebrentur, una de Feſto, altera de Rogationibus.*

22 *Hæc Miſſa non eſt canenda in Collegiata, à qua incipit Proceſſio, ſed in illa, ubi deſinit.*

23 *Si Eccleſia, ad quam terminatur Proceſſio, fuerit ſub Titulo S. Marci, debet ibi fieri Sacrum de Feſto, non de Rogationibus.*

24 *Canonici tenentur quotidie, ſive unam, ſive plures Miſſas, quando præſcribuntur, in propria eorum Eccleſia canere; & alibi cantando, ſuo muneri non ſatisfaciunt.*

25 *Propterea violata Eccleſia, non tenentur in alia Miſſam Conventualem canere.*

26 *Limita prædictam regulam, quoad idem S. Marci, & Rogationum, in quibus fiunt Proceſſiones, & Canonici proceſſionaliter ſolent aliam Eccleſiam ejuſdem Civitatis adire, & ibidem cantatur Miſſa de Rogationibus.*

27 *Quod ſervatur, etiamſi Eccleſia, ad quam Proceſſio dirigitur, fuerit Regularis.*

28 *Regulares non poſſunt impedire, nè Canonici hujuſmodi Miſſas in eorundem Eccleſiis decantent.*

29 *Si Epiſcopus accedat in Dominica Palmarum ad Eccleſiam Regularium, ad ipſum, privativè quoad Superiorem Conventus, ſpectat Palmas benedicere, inſervientibus ſuis Canonicis.*

30 *Aſperſorium tamen ipſi Epiſcopo, Eccleſiam ingredienti, à Priore Conventus porrigitur.*

31 *In aliis caſibus non licet Canonicis in Eccleſiis Regularium Miſſas Conventuales, nec Votivas canere, ipſis invitis, niſi adſit conſuetudo,* & n. 32.

33 *Canonici non poſſunt accedere ad aliquod publicum Oratorium Confraternitatis Laicalis, occaſione canendi Miſſam Votivam cum apparatu, vel Solemnem de die niſi cum conſenſu Parochi illius loci, ubi ſitum eſt Oratorium.*

34 *Nec poteſt Parochus, abſque juſta cauſa, ab Epiſcopo privari.*

35 *Alias totus Reipublicæ ordo confunderetur, ſi unicuique ſua juriſdictio non ſervaretur.*

36 *Exiſtente tamen juſta cauſa, eſt in arbitrio Epiſcopi talem licentiam concedere.*

37 *Epiſcopus pleniùs poteſt, quicquid poteſt in Juribus Parochialibus Parochus.*

38 *Eſt enim Epiſcopus Parochus Parochorum.*

39 *Regulariter Miſſas canere in dictis Oratoriis cum Diacono, & Subdiacono, tam Votivas, quàm de Feſto Titularis, ſpectat ad Parochum, eoque recuſante, ad Capellanum Oratorii.*

40 *Ex urbanitate tamen locum cedere deberent Canonico digniori ex invitatis.*

41 *Nam Miſſa Solemnis denotat præeminentiam, & honorem.*

42 *Quòd ſi Miſſam Solemnem caneret Parochus, ſeu Capellanus Oratorii, aſſiſtentibus in Choro Canonicis, horum majoritati nullum præjudicium infertur.*

43 *Alias Miſſæ minùs ſolemnes poſſunt in dictis Oratoriis, etiam abſque licentia Parochi cantari, niſi aliud ab Epiſcopo diſponatur.*

44 *Ubi poteſt dici Miſſa plana, ſive lecta, poteſt & celebrari cantata abſque Diacono, & Subdiacono.*

45 *Quæ ſint Functiones merè Parochiales.*

46 *Melius eſt Miſſam, aliaque Divina Officia in Eccleſia Collegiata Parochiali celebrare, quàm in Oratoriis Confraternitatum, & de ratione.*

48 *Celebrantes Miſſas Votivas in Feſto duplici, non tamen de præcepto, quam culpam committant.*

49 *Die ſimilis Feſti permittitur Miſſa de requiem pro adimplenda mente Teſtatoris.*

50 *Dominicis verò, & Feſtis de præcepto, ſi celebrentur Miſſæ Votivæ, an & quando committatur culpa lethalis?*

51 *A peccato mortali excuſat Auctor celebrantem privatè Miſſas Votivas diebus Hebdomadæ Sanctæ.*

52 *Petens Miſſam Votivam die, quo fit Officium duplex, ſatisfacit, qui Miſſam illius diei celebrat.*

53 *Occurrente in Quadrageſima Feſto ſimplici, liberum erit, poſt Miſſam de Feria, canere illam de Sancto cum* Gloria in excelſis.

54 *Si exigatur à Fidelibus intra annum Miſſa Nativitatis, Aſſumptionis Mariæ, quæ Miſſa ſit dicenda,* & n. 55.

56 *Miſſas verò legere, ſeu cantare, ut in propria die non eſſet culpa mortalis.*

57 *Utrùm peccet mortaliter qui celebrat Miſſas interdictas, & quæ ſint.*

58 *Legentes Libros prohibitos lethaliter delinquunt.*

59 *Et incidunt in excommunicationem, ſi fuerint hæreticorum, & hæreſim contineant.*

60 *Miſſas approbatas pro certis Religionibus celebrantes, non peccarent mortaliter, niſi ratione contemptus, & ſcandali.*

61 *Miſſæ Votivæ diebus vetitis non ſunt dicendæ, etiamſi à Fidelibus enixè petantur.*

TITULUS V.

ISTud quoque, uti ſingulare, adnotandum duxi, licitum eſſe occaſione Synodi Diœceſanæ, quæ habetur in Cathedrali, vel Collegiata, Miſſam de die prætermittere, & ejus loco canere Miſſam Votivam
Spiritus Sancti poſt recitatam Horam Canonicam 1
Tertiæ in Choro ejuſdem Eccleſiæ: Ita tenet in Sacris Ritibus verſutus *Gavan. in ſua Prax. Synod. cap. 5. num.* 3. quod non videtur gratis dictum, licèt Miſſa non ſit de ſubſtantia Synodi, ut docet *Ricc. in Prax. part. 3. reſolut.* 443. *num.* 6. Præter enarratos caſus non reperio obligationi cantandæ Miſſæ Conventualis à Canonicis ſatisfieri, ejus vice canendo Miſ-
ſam non concordantem Officio Chori, vel Votivam, 2
quod procedit etiamſi Miſſa Votiva ſolemniter celebretur pro re gravi, vel pro publica cauſa, ita DD. ſupra citati, & ſequitur *Bonart. loc. cit. cap. ult. nu.* 8.
res gravis dicitur ea, pro qua in Civitate convenit 3
totus Clerus cum Epiſcopo, ut explicavit *S. R. C. ſub die* 19. *Maii* 1607. relatore *Lezan. loc. cit. cap.* 21. *nu.*
27. & in locis inſignibus, ubi non commoratur Epi- 4
ſcopus, dicenda eſt res gravis, quando interveniente toto Clero Collegiatæ cum concurſu Populi, cantatur Miſſa pro ſalute Principis, vel obtinendo communi bono, vel gratiarum actione pro victoria partu, vel univerſali beneficio petito, & obtento, vel alia ſimili, ut colligitur ex *Rodriq. QQ. Reg. tom.* 1. *quæſt.* 43. *art.* 14. veluti apud Regulares reputatur res gravis, juxta eorum regulatum arbitrium. *Gavan. in Comm. ad Rubr. Miſſ. part.* 1. *tit.* 8. Et quia præfatæ Miſſæ, celebratæ pro re gravi cum Diacono, & Subdiacono, nuncupari poſſunt ſolemnes, ad tradita per *Rodr. in Summ. tom.* 1. *cap.* 130. *in fin.* & *Rot. part.* 7. *di-*
verſ. dec. 59. *n.* 11. cantantur poſt Nonam, ut Populus 5
commodiùs intereſſe valeat. *Rubr. Miſſ. tit.* 15. Cæteræ Miſſæ votivæ, quæ non pro dictis cauſis, ſed ad votum, ſive voluntatem Fidelium celebrantur, quamvis cum Diacono, & Subdiacono, & aliis Miniſtris decantentur, non appellantur ſolemnes, & non habent aſſignata tempora, ſed poſſunt dici eo tempo-
ris ſpatio, quo ritè celebrantur Miſſæ planæ, etiam 6
immediatè poſt Miſſam Conventualem abſque præmiſſione alicujus Horæ Canonicæ, ut docet *Suarez loc. cit. q.* 83. *art.* 2. *in fin.* Ratio eſt, quia unum Sacrum eſt præparatio ad alterum.

Nuncupantur Miſſæ Votivæ etiam quæ dicuntur de Requiem, excepta inſinuata Commemorationis Omnium Defunctorum, licèt celebrentur cum apparatu,
& cantentur ſtatim poſt Primam, vel poſt Laudes 7
Officii Defunctorum, ſi iſtud eo mane fiat in Choro, ita legitur in folio Romæ edito typis R.C. *Apoſt.*
1639. In die tamen ſeptimo, trigeſimo, & Anni- 8
verſario, ob frequentiam Populi intervenientis, congruentiùs cantantur poſt Nonam, ita *Rub.* Quæcunque Miſſæ Votivæ celebrari poſſunt ſingulis diebus, quibus Officium non fit duplex, exceptis Dominicis, & iis diebus, quibus prohibetur fieri Officium

de

de Feſto duplici, hoc eſt infra Octavas Epiphaniæ,
9 Paſchæ, Pentecoſtes, Vigiliis Navitatis Domini,
& Pentecoſtes, ac Feria quarta Cinerum, & tota
Hebdomada Sancta, ita decrevit *S. R. C. 27. Augu-
ſti 1627. penes Barb. de Off. Paroch. cap. 11. num.* 28. Et
prædicta procedunt, tam de Miſſis votivis cantatis,
quàm planis, & privatis, demptis aliquibus caſibus,
10 quibus Miſſæ cum cantu, uti magis privilegiatæ,
celebrari permittuntur; Explica, infra Octavam E-
piphaniæ interdicitur privata celebratio Votiva, ut
dictum eſt, & à S. R. C. conceditur Miſſa Votiva cum
cantu Chorali; ita refertur in *Conſt. Synod. Piſtorien.
de anno 1641.* Similiter in Eccleſiis, nbi eſt conſuetu-
do tumulaudi mortuos, ſimul cum Miſſa, permitti-
tur à *Rubricis*, poſſe cantari Miſſam de Requiem in
11 Dominicis; & Octavis privilegiatis, ac Feſtis, ex-
ceptis ſolemnioribus, non prætermiſſa Miſſa Conven-
tuali, ita *Azor. lib.* 10. *cap.* 32. *quæſt.* 7. *tom.* 1.
Poſſev. de Off. Cur. capit. 14. *numer.* 13. & cenſuit S.
C. apud *Samuell. loc. cit. concl.* 7. quod ſanè non ſe-
quitur de Miſſis privatis, quæ diebns, mox dictis,
12 non poſſunt celebrari, ut ex *Rit. Pauli V. tit. de
Exeq* notat *Arnaud. loc. cit. part.* 1. *tit.* 5. *num.* 4.
Pariter ubi eſt titulus Eccleſiæ, vel concurſus Po-
puli ad celebrandum Feſtum, quod transferri debeat,
cantari poſſunt duæ Miſſæ, illa priùs de Officio cur-
renti poſt Tertiam, altera de Feſto, quod transfer-
tur, poſt Nonam, cum Populus libentiùs conveniat
ad Eccleſiam hora tarda. *Quintanad. loc. cit. ſing.* 38.
13 *num.* 4. Et quia Fideles potiùs concurrere ſolent ad
Miſſam, quàm ad Veſperas, nulla mentio fit in
Rubricis Miſſalis, aut Sac. Congregat. Decretis, de
Veſperis Votivis, prout de Miſſis Votivis, & Veſpe-
ræ ſemper cantantur de Officio currenti: videatur
14 *Gavan. in Com. loc. cit. tit. 6. num.* 1. mious obligant *Ru-*
15 *bricæ* Miſſalis, quàm *Rubricæ* Breviarii de tali Offi-
cio *Caſſaing. loc. cit. tract. 8. prop.* 5.

Hic advertendum, ex prænarrata cauſa Tituli Ec-
cleſiæ, vel concurſus Populi, non licere Miſſas Voti-
vas canere prima Dominica Adventus, Feria quarta
16 Cinerum, prima Dominica Quadrageſimæ, & Palma-
rum, cum tota Hebdomada, Dominica Reſurrectio-
nis, Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus, Fe-
ſtis Nativitatis, Epiphaniæ, Aſcenſionis, & Solem-
nitatis Corporis Chriſti: ita expreſsè jubent *Rubricæ*
17 novæ Miſſalis, quas non conſideravit *Gavan. in Com.
ad Rubr. Miſſ. part. 4. tit. 15. n.* 5. ubi dicit, fas eſſe,
ob concurſum Populi, cantata Miſſa de Feria, ca-
nere in Collegiatis Miſſam Annunciationis B. V.
in primo triduo Septimanæ Sanctæ. Quandoque bo-
nus dormitat Homerus: videte *Arnaud. loc. cit. fol.*
264.

In Collegiatis, ubi inſtituta eſt Societas Beatiſſimæ
Virginis de Monte Carmelo, cujus Feſtivitas ibi ce-
lebratur Dominica tertia Julii, cantata Miſſa Con-
ventuali poſt Tertiam, concinitur poſt Nonam ſolem-
niter Miſſa Votiva Deiparæ Virginis cum præfatio-
18 ne, ut in Feſto Sanctæ Mariæ ad Nives. *Caſtald.
in Prax. loc. cit. lib.* 2. *ſect.* 6. *cap.* 4. *Polac. part.* 1.
Cærem. 7. aphor. 2. Ubi verò reperiatur Confraternitas
Sacratiſſimi Roſarii, prima Dominica Octobris, quam
Gregorius XIII. perpetuò Sacram memoriæ Victoriæ,
toti Orbi Chriſtiano conceſſæ contra Turcas, quo-
rum Claſſis, numero longè major, quaſſata reman-
ſit, cantatur dumtaxat Miſſa de B. V. ut ſupra, cum
commemoratione Dominicæ, ac ejus Evangelio io
19 fine, quæ Miſſa de B. V. non eſt in ea die Votiva,
ſed Conventualis, quia eſt conformis Officio Chori,
quod io his Eccleſiis celebratur de B. V. ut dictum eſt
ſuperiori *Libro*. Hic adaptatur reſolutio dubii, cur in
Feriis Quadrageſimæ, Quatuor Temporibus, Roga-
tionibus, & Vigiliis, occurrente Feſto novem Le-
ctionum, caotentur duæ Miſſæ Conventuales, & in-
cidente Feſto duplici in Dominica, prætermittitur Miſ-
20 ſa Dominicæ? Reſpondet *Francol. de Hor. Can. part.* 1.
capit. 16. *num.* 18. id fieri, quoniam tempus cele-
brandi memoratas Miſſas de Feriis privilegiatis, eſt
poſt Nonam, hora verò canendi Miſſam Conven-
tualem, tam in Dominicis, quàm in Feſtis, aſſi-
gnatur poſt recitatam horam Tertiæ, quòd ſi dice-
retur Miſſa Dominicæ, veniret eodem tempore una

poſt aliam decantanda, quod noo videtur congruum.
Alii arbitrantur ita obſervari, ut Populus audiat utrum-
que Evangelium, ſiquidem, ſi utraque Miſſa ſeparatim
caneretur, auſcultata prima, non convenirent ad ſe-
cundam, vel forſitam putarent utrumque Sacrum eſ-
ſe de præcepto audiendum. Alii oon frivolè opinan-
tur, binas Miſſas, ut ſupra, ordinari cantandas,
quia cum jejunio debet eſſe prolixior Oratio, & olim
etiam diebus Rogationum jejunabatur, qnorum opi-
nio magis arridet. Sed hic arguentem audio, quòd
in Feſto S. Marci cum cantu Chorali celebrantur duo
Sacra, unum de Feſto, aliud de Rogationibus ſimul 21
concurrentibus, fiunt Proceſſiones, & dicuntur Lita-
niæ majores, etiam ſi fuerit dies Dominica: cui reſ-
pondeo, hoc eſſe peculiare, & fuiſſe inſtitutum à
D. Gregorio ad placandam iram Dei occaſione pe-
ſtis.

Hic advertendum, hanc Miſſam Rogationum à Ca-
nonicis non eſſe cantandam in eorum Collegiata, à qua
Proceſſio ſumit initium, ſed in Eccleſia, ubi termi-
natur, ut notat *Trullen. in expoſ. Bull cruc. lib.* 1. *§.*
6. *numer.* 2. & docet *Cærem. part.* 2. *cap.* 32. Quòd 22
ſi Eccleſia, ad quam dirigitur Proceſſio, fuerit ſub
titulo S. Marci, fit ibi Sacrum non de Rogationi-
bus, ſed de Sancto, ita declaravit S. R. C. ſub die 23
23. Maji 1603. Et quamvis Canonici teneantur Miſ-
ſas Conventuales, unam, duas, vel tres, quando
præſcribuntur, in eorum propria Eccleſia quotidie 24
canere, & alibi cantando ſuo muneri non reſpondent;
ut poſt alios ait *Moron. reſ.* 91. *numer.* 13. & pro-
pterea, violata Collegiata, remanent exempti à ce-
lebrando Miſſam Conventualem in alia Eccleſia, ut
notat *Averſ. loc. cit. quæſt.* 3. *ſect.* 18. *in fin.* Excipe ab 25
hac regula diem S. Marci, & tres ante Aſcenſionem
Domini, in quibus fiunt proceſſiones, & Canonici
una cum Regularibus Proceſſionaliter ſolent al am
Eccleſiam ejuſdem Civitatis adire, in qua ab iiſdem 26
Canonicis, & aliis de Clero, tam Seculari, quàm
Regulari cantatur Miſſa Rogationum, ita *Cærem.
epiſc. lib.* 2. *cap.* 32. & notat *Lezzan. loc. cit. tom.* 3.
V. Epiſcopus num. 40. Quod ſervatur etiamſi Eccle- 27
ſia, ad quam juxta conſuetum dirigitur Proceſſio, ſit
Regularis. *Novar. in Lucern. Reg. V. Epiſcopus, n.* 40.
& declaravit *S. R. C. in una Firmana 25. Januarii* 1603.

Nec poſſunt Regulares impedire, quò minùs Cano-
nici præfatas Miſſas in eorum Eccleſiis decantent.
Rubr. in Aphor. Epiſc. V. Proceſſio, num. ult. Inſuper ac-
cedente Epiſcopo ſimul cum ſuis Canonicis in Do-
minica Palmarum ad Eccleſiam Regularium, ad ipſum 28
Epiſcopum, privativè quoad Superiorem Conventus, 29
ſpectat Palmas benedicere, inſervientibns ſuis Cano-
nicis, ita S. R. C. relatoribns *Barb. in Summ. Dec. A-
poſt. collect.* 202. *num.* 19. *Novar. loc. cit. num.* 1. Ve-
runtamen in ingreſſu Eccleſiæ Epiſcopo porrigitur Aſ-
perſorium à Priore Conventus, ita à S. C. deciſum tra- 30
dit *Ciarlin. Controv. for. tom.* 2. *cap.* 208. *numer. ult.*
Extra inſinuatos caſus, non poſſunt Canonici Miſſas
Conventuales, immò nec Votivas, in Eccleſiis Re-
gularium canere, ipſis invitis, ut de mente S. C.
notat *Gavan. in Man. V. functiones Epiſcopales, num.* 2. 31
in addit. niſi aliud obtinuerit conſuetudo. Canonici Col-
legiatarum, accedentes ad cantandam Miſſam voti- 32
vam cum apparatu, vel ſolemnem de die, in aliquo
publico Oratorio Confraternitatis Laicalis, decanta- 33
tis priùs Miſſa Conventuali & Horis Divinis in
eorum Collegiata, non retinent jus celebrandi præ-
fatas Miſſas in Altari dicti Oratorii, ſiti intra fines
Parochiæ Curati extranei à Capitulo, abſque con-
ſeoſu ejuſdem Parochi. *Innoc. in cap. fin. de cenſ. Za-
barell. conſ.* 8. & ſequuntur *Graff. de arbitr. lib.* 2.
cap. 18. *num.* 16. *& Bordon. part.* 2. *reſ.* 72. *num.* 23. 34
Nec poteſt Parochus, abſque juſta cauſa, hujuſmo-
di jure ab Epiſcopo privari. *gloſ.* 2. *in cap.* 2. *de
conſtitut. Ripa de oblat. reſp.* 69. *num.* 10. *Henriq. in
Summ. lib.* 6. *cap.* 6. *numer. eod.* Aliàs totus Reipu- 35
blicæ ordo confunderetur, ſi unicuique ſua Juriſdi-
ctio non ſervetur. *cap. Pervenit* 11. *quæſt.* 1. *Petr. Pe-
ruſ. de union. Eccleſ. capit.* 10. *num.* 3. Dixi abſque cau-
ſa, nam rationabili exigentia id requirente, erit in 36
ejus arbitrio talem licentiam concedere, videte *Paſ-
qualig. dec.* 62. *numer.* 4. certè Epiſcopus pleniùs

poteſt, quicquid poteſt Parochus in juribus Parochia-
libus, *D. Thom. in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 3. Rub. loc.*
38 *cit. V. Parochus, numer.* 1. Eſt enim Epiſcopus Paro-
chus Parochorum ſuæ Diœceſis. *Abb. in capit. Domi-
nicœ. de Paroco. Leo in Theſ. part. 1. capit. 4. num.*
12. Regulariter hujuſmodi Miſſas cum Diacono, &
& Subdiacono in dictis Oratoriis, tam Votivas,
quàm de Feſto titulari, canere, privativè quoad alios
39 convocatos, ſpectat ad Parochum, quo recuſante,
ad Capellanum ipſiuſmet Oratorii. *Cutill. in tract. de
Srp. dub.* 8. & ita S. C. reſpondit Epiſcopo Leodi-
cenſi, teſte *Ricciul. in Lucubr. Eccl. lib. 4. cap. 6.
num.* 10. Ex urbanitate tamen ſimplex Parochus, &
eo magis dictus Capellanus, locum pro cantanda
40 Miſſa in Altari cedere deberent Canonico digniori ex
invitatis, ut ſupra: conſonat *Synod. Florent. anni* 1637.
Namque Miſſam ſolemnem canere denotat præemi-
nentiam, & honorem, quem honeſtioribus tribuere
convenit. *gloſ. 1. in cap Prima, diſt. 16. & Genuen. in*
41 *Prax. Neap. c. 52. n. 1. & Anton. Molin. in Instruct. Sacerd.
tract. 3. c. 2.*

Nihilominus, ſi in eodem Oratorio ſolemne Sacrum
faceret dictus Plebanus, aut Capellanus, aſſiſtentibus
in Choro Canonicis, horum majoritas non tollitur,
42 ex *Dan. de Nob. diſp. 75. num.* 72. In iiſdem Orato-
riis poſſunt à Canonicis, vel aliis de Clero, abſ-
que alia licentia, vel ſcitu Parochi, cantari Miſſæ
43 minùs ſolemnes, hoc eſt ſine Miniſtris paratis, niſi
aliud ab Epiſcopo fuerit cautum. Etenim, ubi po-
44 teſt dici Miſſa plana, ſive lecta, poteſt celebrari
cantata abſque Diacono, & Subdiacono, ut latiùs
probat *Caſtal. loc. cit. lib. 2. ſect. 6. cap. 21. num.* 1. Nec
his obſtat, fuiſſe ab Epiſcopo impertitam faculta-
tem celebrandi in dictis Oratoriis abſque præjudicio
jurium Parochialium, quia hæc clauſula interpretatur
de Decimis, Oblationibus, Nuptiarum Benedictioni-
bus, Funeribus, Sacramentorum exhibitionibus, &
45 ſimilibus, quæ ſunt functiones merè Parochiales.
*Gattier. QQ. Can. lib. 1. c. 3. n. 2. Dian. Mor. lib. 1. cap. 3.
num. 2. idem Dian. Mor. part. 9. tract. 1. reſ. 15. reſp. 99.
num.* 132.

Admonendum duxi, melius eſſe Miſſas Votivas,
Divina Officia celebrare in Collegatis Parochialibus,
46 quàm in Oratoriis Confraternitatum, quoniam in illis,
cœteris paribus, preces ſunt Deo magis acceptæ, cum
ſint Eccleſiæ conſecratæ, in quarum Miſſa Dedica-
tionis dicitur Oratio *Exaudi Deus preces Populi tui,
& præſta, ut qui hoc Templum petiturus ingreditur,
cuncta ſe impetraſſe lætetur*: Ita obſervant *Leo in Theſ.
part. 1. cap. 5. num. 2. & Ricciul. loc. ſtatim cit. nu.*
10. *in fin.*

Miſſæ Votivæ, tam in Oratoriis, quàm in Eccleſiis
Collegiatis, & Parochialibus, non ſunt celebrandæ
diebus, quibus prohibentur, ut ſupra, necnon in Fe-
47 ſtis de præcepto, ac duplicibus, licèt non ſint de præ-
cepto, ita ex *Rubr. Miſſ. & S. C. Decretis*. Celebrantes in
Feſto duplici, quo ab Eccleſia non præcipitur ceſſa-
tio ab operibus ſervilibus, peccant ſaltem venialiter.
48 *Suarez loc. cit. diſp. 83. ſect. 3. Mirand. in Man part.
1. quæſt. 37. art. 25. Ghilin. loc. cit. num. 30. Eſcob.
ubi ſupra, exam. 11. cap. 4. num. 95. Lezan. loc. cit. cap.
21. num.* 25. ubi ſub *num.* 28. refert *S. C. Decretum*
quod dictis diebus permittit Miſſas de Requiem pro
49 adimplenda voluntate Teſtatoris. At verò ſi Miſſæ
Votivæ celebrentur Dominicis, & Feſtis de præce-
pto, volunt nonnulli DD. eſſe mortale, quod ego
cum *Trullen. de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 11. num.
8. & aliis*, non admitterem, ſemoto ſcandalo, & in
50 Feſtis ordinariis, ſed tantùm in ſolemnioribus: nec
condemnarem peccati mortalis qui Miſſas Votivas pri-
vatè celebraret diebus Hebdomadæ Sanctæ: ita *Quin-
51 tan. loc. cit. ſign.* 40. & ſciendum, quòd Miſſis Voti-
vis ſatisfit celebrando Miſſam diei, in quo celebratur
Officium duplex, & petita fuit Miſſa Votiva ea ipſa
52 die: ita DD. communiter. Feriis Quadrageſimæ
occurrente Feſto ſimplici, cantata Miſſa de Feria,
liberum erit cum apparatu, vel ſine canere Miſſam
53 ipſius Sancti cum *Gloria*, quia eſt dies Natalis, ac de
eo per annum ampliùs non fit Officium. *Polac. loc. cit. fol.*
54 75. Solent Fideles intra annum exigere Miſſam Nati-
vitatis Aſſumptionis B. V. quo eventu faciendum eſt
Sacrum B. V. de tempore, cum Intentione ad ho-
norem Nativitatis, Aſſumptionis, ita *Caſſaniz. loc.
cit. part. 2. cap. 81. prop.* 1. ubi dicenda eſt Miſſa di-
ctarum Feſtivitatum mutatis verbis, *hodie, hujus diei,
hodierna die, diem Feſtum, Solemnitatem*, in *Comme-* 55
morationem, vel memoriam, ut docent *Dian. part. 3.
tract. 16. reſ. 101. & Bauc. tom. 1. opuſc. 4. quæſt.*
84. ubi monet, idem eſſe ſervandum in Miſſis alio-
rum Sanctorum. Conſentiunt ſanè omnes non eſſe
mortale insinuatas Miſſas legere, ſeu cantare, ut in 56
propria die; teſtatur hoc *Megal. var. tom. 2. reſ. 87.
num.* 18.

Dubitari poteſt, numquid peccet mortaliter celebrans
Miſſas interdictas, ut ſunt illæ *Patris æterni, Quindecim
Auxiliatorum D. Gregorii pro Vivis, & Defunctis*, & e-
juſmodi, quæ recenſentur in *Decreto S. R. C. ſub die* 8. 57
Aprilis 1628. & arbitror, quòd ſic, quia ſunt prohi-
bitæ, & violatur præceptum in re gravi; quemad-
modum legentes libros prohibitos lethaliter delinquunt.
*Bonac. de Cenſur. quæſt. 5. part. 4. diſp. 2. num. 5. &
Card. Tol. lib. 1. cap. 20. num.* 15. Qui ſi fuerint hæ- 58
reticorum, & hæreſim continentes, inſuper incidunt 59
in excommunicationem in *cap. 1. Bullæ Cœnæ* conten-
tam, ut advertunt *Homob. Conſult. part. 4. reſp. 1. Cor-
rad. Reſp. part. 2. quæſt.* 20. Celebrantes verò Miſ-
ſas non approbatas, niſi pro certis Religionibus, ut
ſunt ſacratiſſimi Roſarii, & B. M. V. de Monte
Carmelo, non condemnarem peccati mortalis, ſi ab-
ſit contemptus, & ſcandalum: Semper tamen obtem- 60
perare conſuletem Rubricis, & S. C. Decretis, tam
in his Miſſis, quàm in aliis Votivis, quæ aliquibus 61
diebus vetantur, etſi enixè exigantur à Populo, qui
profectò eſt docendus, non ſequendus, ut inquit *Barb.
in c. Oſius, n. 1. de elect.*

A R G U M E N T U M.

Quæ exercere poſſint Epiſcopi in Eccleſiis Regula-
rium. De delatione Crucis, quæ competit Archie-
piſcopis, & etiam Epiſcopis, tale Indultum haben-
tibus, an uti poſſint in dictis Eccleſiis quandocum-
que. Agitur etiam de honorificentia, debita Ca-
pitulis Cathedralium in iiſdem Eccleſiis, ad diſ-
ferentiam Capitulorum Collegiatarum.

S U M M M A R I U M.

1 *Epiſcopis competunt in Eccleſiis Regularium ea omnia,
quæ honorem, ac reverentiam concernunt, & quæ ſint.*
2 *Et poſſunt etiam invitis Regularibus adminiſtrare in eo-
rum Eccleſiis Sacramentum Confirmationis.*
3 *Archiepiſcopus poteſt facere deferre ante ſe in dictis Ec-
cleſiis Crucem Archiepiſcopalem, & de ratione*, &
n. 4. & 5.
6 *Et iſta delatio Crucis eſt Archiepiſcopo permiſſa, etiamſi
ejus acceſſus ad Monaſteria, ſeu Eccleſias Regula-
rium, ſit voluntarius, & de ratione*, & num.
15. & 17.
7 *Non ſolùm in ejus Diœceſi, ſed etiam in tota Provincia.*
8 *Quod procedit etiam de Epiſcopis, qui ex Indulto Apo-
ſtolico privilegium habent præferendi Crucem, &
uſum Pallii, & qui ſint, & qua ratione*, & n.
12. & 13.
9 *Afferuntur in hoc propoſito Decreta* S. Congreg. Conc.
pro Epiſcopo Papien. & Lucano, & n. 10.
11 *Illud favore Epiſcopi Lucani refertur per extenſum.*
14 *Aſſeritur ratio, cur etiam in actibus voluntariis licitum ſit
Archiepiſcopis, ſeu Epiſcopis, delationis Crucis, &
uſus Pallii Indultum habentibus, ſimili prærogativa
gaudere in locis exemptis.*
16 *Licet Epiſcopis plures actus præeminentiales exercere in
Eccleſiis Regularium, remiſſivè.*
18 *Capitulis Cathedralium debetur honorificentia etiam in
Locis exemptis intra Diœceſim, & de ratione.*
19 *Secus verò quoad Capitula Eccleſiarum Collegiatarum,
niſi concurrat immemorabilis conſuetudo.*
20 *Declaratur concluſio poſita* ſub num. 18. *quòd proce-
dat, quando Capitulum in Corpore accedit ad ali-
quam Eccleſiam Regularium, occaſione alicujus fun-
ctionis.*
21 *Functio Solemnis, fieri ſolita ab Epiſcopo in Eccleſia*
Regu-

Digitized by Google

Regularium cum interventu Capituli, eo impedito ſive Sede vacante. ſpectat ad agnitorem de Capitulo.

22 *Capitulum Piſtorien. accedens ad Eccleſias Regularium, occaſione funerum, digniorem locum occupat, & Canonicus hebdomadarius Miſſam funeralem canit.*

23 *Capitulum Cathedralis, interveniens, occaſione Funerum in Eccleſiis Regularium, retinet ibi ſuam Crucem erectam, cum qua inceſſit.*

24 *Accedentem Epiſcopum ad Eccleſias Regularium, debent iidem excipere ad Januas in competenti numero, & alia obſequia præſtare, illi debita, ſub culpa mortali, & de ratione.*

25 *Et contra renuentes præſtare Epiſcopo talia obſequia, vel denegantes ingreſſum in eorum Eccleſias, poſſet idem procedere ad cenſuras, & quando.*

26 *Quomodo excipi debeant à Regularibus Capitula Cathedralium, occaſione acceſſus ad illorum Eccleſias.*

27 *Canonici in ſolemnibus Feſtis poſſunt habere, concurrente conſuetudine immemorabili, in celebratione Miſſæ cantatæ Presbyterum Aſſiſtentem, & quando; ſecus verò quoad ſimplices Sacerdotes.*

ANIMADVERSIONES.

FRequentes audiuntur quæſtiones inter Epiſcopos, & Capitula Cathedralium, & Regulares occaſione, qua Epiſcopus ſimul cum Capitulo, vel ſolùm Capitulum, ad eorum Eccleſias accedunt, quamobrem nonnulla hic adnotare cenſui, hanc Præeminentiæ materiam concernentia.

Quatenus ſpectat ad Epiſcopum, cum Regularium Eccleſiæ, & Monaſteriorum ſepta, licèt ampliſſima gaudeant exemptione ab Ordinaria Juriſdictione, uti recepta ſub protectione Divi Petri, attamen non deſinant eſſe intra Diœceſim, ac de Diœceſi, ſequitur, quòd Epiſcopo, ut alibi etiam diximus, competant in prædictis Eccleſiis ea omnia, quæ honorem, ac re-
1 verentiam concernunt, ac proindè valent in iiſdem Pontificales functiones peragere, Baldacchinum erigere, ac ſolemnem Populo Benedictionem impertiri, juxta Decretum generale *Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regular. de die* 10. *Junii* 1603. confirmatum à *S. M. Clem. VIII.* & impreſſum apud *Novar. in Summ. Bullar. part.* 1. *Comment.* 19. *ante n.* 1. & tradunt *Barboſ. in Summ. Apoſt. Deciſ. V. Baldacchinum, collect.* 53. *Ventrigl. de Juriſdict. Archiepiſc. capit.* 22. *numer.* 6. *Gratian. dec. Marcb.* 113. *num.* 1. *Card. de Luc. de Regul. diſc.* 1. *num.* 22. *de Juriſd diſc.* 31. *num.* 6. *Pignattel. conſ.* 106. *num.* 19. *tom.* 1. ubi refert *Decr. Sacr. Congreg. Concil. in Bri-*
2 *xien.* 9. *Junii* 1657. in quo declaratum fuit, quòd Epiſcopus poſſet etiam invitis Regularibus in eorum Eccleſiis adminiſtrare Sacramentum Confirmationis.

Pari ratione Archiepiſcopo licitum eſt, facere ante ſe deferre in dictis Eccleſiis Crucem Archiepiſcopalem,
3 juxta *Text. in Clement.* 2. *de privileg. & exceſſ. privilegiator.* ubi communiter Canoniſtæ. *Quarant. in Summ. Bullar. V. Archiepiſcopus, num.* 6. *De Franch. dec.* 711. *per tot. ſeq. Carol. Ant. de Luc. num.* 1. *Rot. poſt Tambur. de Jur. Abbat. dec.* 72. *num.* 3. & 4. ſiquidem delatio Crucis in Archiepiſcopo eſt actus reſpiciens præ-
4 rogativam ſuæ Dignitatis, non autem propriè, ac præcisè Juriſdictionalis, ideoque etiam ritè, prout cæteri actus Præeminentiales, eidem competit etiam in Locis exemptis, ut advertit idem *De Franch. d. dec.* 711.
5 *nu.* 11. *verſic. & hanc Doctrinam*; cum exemptio Locorum operetur quidem, ut in iis non poſſint Ordinari Juriſdictionalia exercere, non autem, ut non queant uti inſignibus propriæ Dignitatis. *Faſcb. de Viſit. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 4. *Carol. Ant. de Luc. ad Grat. diſc. p.* 467. *n.* 3.

Dubium oriri poſſet reſpectu delationis Crucis, an iſta præeminentia competat Archiepiſcopo, quando voluntariè ſe confert ad Eccleſias, ſive Monaſteria Regularium, aliorumque Exemptorum; nam quando accedit pro exercendis Pontificalibus, ſive occaſione Viſitationis, eo quia Eccleſia ſit Parochialis, ſive etiam pro aſſiſtendo alicui publicæ functioni, clarum eſt, quòd hujuſmodi delatio Crucis eidem eſt licita juxta *d. Text. in Clem.* 2. *de privileg.* & indiſtinctè
6 hoc Archiepiſcopo eſſe permiſſum, etiam quando ſimpliciter voluntarius eſt ejus acceſſus, propter generalia verba ejuſdem *Clement.* firmant *de Franch. dicta dec.* 711. *num.* 1. *Ventrigl. de Juriſdict. Archiepiſcop. cap.* 17. *nu.* 9. *Quarant. Summ. Bullar. V. Archiepiſcopus, verſ.* 28. & in puncto nuperrimè cenſuit *Sac. Epiſc. & Regul. Cong. in Raguſina* 26. *Martii* 1711.

Hæc autem, quæ dicta ſunt de Archiepiſcopis circa facultatem præferendi Crucem in Locis exemptis eorum Diœceſis, quod etiam eis licere in tota Provincia
cenſuit *Sac. Epiſcoporum & Regul. Cong. in Acheruntina* 12. *Decembris* 1616. & *in Amalphitana* 4. *Julii* 7
1655. locum ſibi vindicat etiam quoad Epiſcopos, habentes ex Apoſtolico Indulto privilegium præferen-
di Crucem, & uſum Pallii, ut ſunt Epiſcopi Hoſtien. Bambergen. Quinque Eccleſiarum, Lucanus, 8
& Papien. ut de Papien. reſolvit Sac. Cong. Conc.
contra Patres Carthuſianos ſub *die* 22. *Septembris* 9
1708. & de Lucano in *Lucana Juris deferendi Crucem*
ſub *die* 8. *Auguſti* 1716. contra Canonicos Latera- 10
nen. licèt munitos ampliſſimo Indulto exemptionis, emanato à Sixto IV. ut habetur in *Bullar. Nov. Conſt.* 10. *tom.* 1. in qua cauſa hinc indè acerrimè defenſa, diſceptatum fuit, An Epiſcopo Lucano liceret uti prærogativa delationis Crucis occaſione acceſſus ad Eccleſiam eorundem Canonicorum Lateranen. ex cauſa publicæ ſolemnitatis, ſive Viſitationis Eccleſiæ tanquam Parochialis, ſive quando fuiſſet invitatus, vel potius quandocunque ad ejus libitum, fuit in omnibus reſolutum favore Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. mei Geneſii de Calchis, moderni Epiſcopi Lucani, viri ſcientia, pietate, ac zelo in Paſtorali munere conſpicui, ac nemini ſecundi, ut patet ex ſequenti decreto — *Lucana Juris deferendi Crucem. Ab anno* 1181. *Epiſcopo Lucano Lucius III. privilegium his verbis conceſſit — Uſura Crucis per Epiſcopatum tuum tibi, tuiſque Succeſſoribus. de Conſilio Fratrum Noſtrorum
concedimus, & Apoſtolica auctoritate firmamus* — Succeſ- 11
ſivè confirmatum à Cæleſtino III. & Innoc. III. in eorum reſpectivè Diplomatibus. Verum Canonici Lateranen. quorum Monaſterium S. Frigidianus Epiſcopus Lucæ fundavit, cum ampliſſimam habeat exemptionem ex Sixti IV. Conſtitutione *Dum ad univerſos* 10. *Bullar. Nov. tom.* 1. ita ut nec Ordinarius, nec Legatus ullam in Monaſteria, Eccleſias, Perſonas; & Loca hujuſmodi, præeminentiam, nec ſuperioritatem quomodolibet exercere poſſit, prætendunt, Jus non competere Epiſcopo deferendi Crucem erectam in eorum Eccleſia, niſi occaſione Viſitationis, publicarum Proceſſionum, aliorumque actuum, in quibus ex conſuetudine, vel privilegio, conceſſum eſt Epiſcopis Pontificalia exercere in Eccleſiis Regularium, juxta *Decret. S. Congr. Epiſcop. & Regul.* confirmatum à Clem. VIII. & editum à *Novar. in Sum. Bullar. comment.* 19. *part.* 1. Hinc evenit, ut moderno Epiſcopo accedenti Cruce erecta ad Eccleſiam S. Frigidiani die 4. Novembris elapſi, occaſione Jubilæi & expoſitionis Venerabilis, reſiſterent dicti Canonici Lateranen. juxta documenta EE. VV. exhibenda: Obſervantiam, & conſuetudinem utraque Pars variis teſtium fidibus ad ſui favorem probare conatur. Epiſcopus producit etiam notas, ex Libris Cæremoniarum Magiſtrorum excerptas, ex quibus deducit, ejus Deceſſores Crucem erectam per Eccleſias & Monaſteria Regularium detuliſſe, occaſione Viſitationis, celebrationis Miſſæ Pontificalis; & interventus ad publicas Academias. His omnibus, aliiſque à Partibus informantibus deductis, operæ pretium erit addere Reſolutionem *S. Congr. Epiſc. & Regul.* quæ occaſione actus merè voluntarii in *Raguſina* 26. *Martii* 1711. cenſuit, licuiſſe, & licere Archiepiſcopo ingredi Conventum Ordinis S. Dominici cum Cruce erecta; quare ſapientiſſimum de more EE. VV. reſponſum exoratur.

An liceat Epiſcopo Lucano, ingredi erecta Cruce Eccleſiam S. Frigidiani Canonicorum Lateranen. in caſu &c.

Die 8. *Auguſti* 1716. *Sac. Cong. EE. S. R. E. Card. Conc. Trid. Interp.* reſpondit *affirmativè*.

Ratio autem potiſſima, quæ militat favore Epiſcoporum, habentium ex ſpeciali Indulto uſum Pallii, & Crucis, pro ea deferenda in Locis exemptis, eſt, quia hujuſmodi Epiſcopi parificantur Archiepiſcopo, nullaque quoad hoc adduci valet diſparitatis ratio,

quia propter privilegium eadem ſruuntur præeminen-
12 tia, qua de jure gaudent Archiepiſcopi, ut obſer-
vant *Imol. in dicta Clem. 2. in princ. verſ. ſicuti. De Franch.
d. dec. 711. num 12. Donat. Rer. Regul. tom. 1. tract. 13. de
Exempt. quæſt. 74. num. 2.* ideoque ex identitate ratio-
13 nis diſpoſitio dictæ *Clem.* loquens de Archiepiſcopis,
trahitur ad Epiſcopos Palliatos, ut advertit *Quarant.
in Summ. Bullar. part. 1. commen. 19. num. 3. V. Ar-
chiepiſcopus*.

Et quatenus pertinet ad facultatem utendi hujuſ-
modi præeminentia ad eorum libitum, & abſque li-
mitatione ad actus ſupra recenſitos neceſſarii quodam-
modo acceſſus, videtur pariter Epiſcopus habere Juris
14 aſſiſteotiam, quia, ſicuti non ambigitur, quod Epiſ-
copis licitum ſit pro libito uti io Locis exemptis eorum
Diœceſis Inſignibus Epiſcopalibus, Roch iti, &
Muzzetæ, cœteriſque ſimilibus, & in caſu eorum ac-
ceſſus ad eadem loca, ſemper ſit eis debitus honor,
& obſequium, præſtandum, ut poſtea dicemus, à
Regularibus, cæteriſque exemptis, cum prædicta pen-
deant à libera voluntate, pariter idem dicendum ve-
nit de delatione Crucis, quæ poteſt per Archiepiſco-
15 pos, ſive Epiſeopos privilegiatns in omnibus locis eo-
rum Diœceſis, ſive reſpectivè Provinciæ, in quibuſ-
eunque actibus voluntariis indiſtinctè deferri, cum illius
delatio pertineat ad devotionem, & honorem, non
autem ad Juriſdictionem, ut notant *Zabarell. in Clem.
Archiepiſcopo, num. 5. & 8. de privileg. Vitalin. ibid.
num. 35. Fagnan. in cap. quia nobis, num. 18. de
auth. & uſu Pall.* ac per conſequens uſu prædictorum
Inſignium coarctati non poteſt intra limites neceſſita-
tis, prout Epiſcopo lieet plures actus præeminentia-
les exercere ad ejus libitum in Eccleſiis Regularium,
quos euumerat *Kocbier. de Juriſd. Ordin. in Exempt.*
16 *quæſt. 45. à num. 34. ad plures ſequentes, part. 2.* &
in terminis delationis Crucis in caſibus voluntariis,
tradit *Barboſ. in d. Clement. 2. num. 2. de Pot. Epiſcopi
alleg. 4. nu. 39. & 40. part. 1. & in Summ. Apoſtolica-
rum Deciſ. V. Archiepiſcopi auctoritas, ſub n. 28.* Et hæc
quæſtio remanet modò ſine dubitatione propter relatas
Reſolutiones in dicta *Lucana juris præferendi Crucem*
reſpectu Epiſcopi, habentis uſum Pallii, & reſpectu
Archiepiſcopi in *d. Raguſina 26. Martii 1711.* in cu-
jus caſu reſolutum fuit, Archiepiſeopo Raguſino li-
17 euiſſe ingredi Cruee erecta Conventum PP. S. Domini-
ci, licèt ageretur de actu voluntario, & merè cære-
moniali, nempe Viſitationis Epiſcopi, qui apud præ-
dictos PP. hoſpitabatur.

Remanet modò videndum, quas præeminentias ſibi
vendicent Capitula Cathedralium in Eccleſiis Regu-
larium. Porrò iiſdem Capitulis, tanquam repræſen-
tantibus ipſam Epiſcopalem Cathedram, & habenti-
bus habitualem Juriſdictionem in tota Diœceſi Sede
plena, & etiam actualem eadem Sede vacante, debita
18 eſt honorificentia etiam in locis, ſive Eccleſiis exem-
ptis, iotra Diœceſim conſtitutis, ut benè advertit
Card. de Luc. de Præemin. diſc. 22. n. 6. ad differentiam
Capitulorum Collegiatarum, in quibus non concurrit
dicta prærogativa habuitualis, & reſpectivè actua-
lis Juriſdictionis: Unde niſi concurreret immemorabilis
19 conſuetudo, in Eccleſiis Regularium ſupra dicta Capitu-
la præeminentia competit Prælato Regulari, ut patet
ex declarationibus telatis per *Barboſ. de Paroch. cap.
26. num. 81. & ſeqq.* & in his terminis procedit *Rot.
dec. 348. part. 11. rec.*

Quamvis autem Sacr. Rit. Congreg. in *Andrien.* re-
lata per *Barboſ. loc. cit.* decreverit favore Regularium,
attamen in Jure verior eſt ſententia, favens Capitulis
Cathedralium, quando in Corpore accceduot ad Ec-
eleſias Regularium pro aliqua Solemui Functione, ſive
Funere, ut reſpondeudo dictæ Reſolutioni in *Andrien.*
emanatæ ſuper caſu partieulari, ait *Card. de Luc. d.*
20 *diſc. 22. per tot. & de Regular. diſc. 1. num. 55. & de
Paroch. diſc. 25.* Quod faciliùs videtur admittendum
in caſu, quo agatur de aliqua Solemni Functione, fie-
ri ſolita in Eccleſia Regularium ab Epiſcopo cum
interventu Capituli, eo quia Epiſcopo impedito,
21 ſive Sede vacante, explere dictam Functionem ſpe-
ctat ad Digniorem de Capitulo, privativè ad Præla-
tum Regularem, ut diſcuſſo articulo, firmat idem
Card. de Luc. de Regular. diſc. 64. num. 13. uſque ad fi-
nem, & conſerunt per Eundem deducta in titulo *de
Juriſdict. diſc. 30. num. 10.* & per *Barboſ. in Summ. Apo-
ſtolicar. Dec. collect. 297. n. 2.*

Hinc eſt, quòd Capitulum Noſtræ Cathedralis Pi-
ſtorien. quoties accedit pro Funeribus ad Eccleſias Re-
gularium in Corpore, occupat Locum digniorem, &
Miſſam funebrem canit Canonicus Hebdomadarius, ea 22
tamen expleta, recedit ab Eccleſia, relinquendo fun-
ctionem Abſolutionis ſuper Cadaver Defuncti ipſis Re-
gularibus. Ut etiam Lucæ obſervatur à Capitulo e-
juſdem Cathedralis ex ſeutentia lata ab ejus Epiſcopo,
tanquam delegato à S. Cong. Epiſcopor. & Regul. an-
no 1634. contra Patres Dominicanos.

Illud advertendum eſt, quod Capitulum Cathe-
dralis, interveniens in celebratione Funerum in Ec-
eleſiis dictorum Regularium, poteſt in iis retinere
ſuam Crucem erectam, ſub qua inceſſit, nec poteſt
à Regularibus prohiberi, ot per generale Decretum 23
cenſuit *Sac. Rit. Congr.* ut refert *Card. de Luc. d. diſc. 1. de
Regular. n. 54.* & confirmat *diſc. ſeqq. ferè per tot.*

Item ootandum, quòd accedente Epiſeopo ad Eccle-
ſias Regularium, debent ii in competeoti numero ob-
viam ire, illumque ad januas Eccleſiæ eum obſequio
excipere, eidemque genuflexorium cum pulvinari, &
ſtratu parare, quia non ſunt exempti ab actibus re-
verentialibus, immo ad ea præſtanda ſub mortali 24
tenentur, juxta *Conſtitut. 22. Leon. X. §. 23. in nov.
Bull. tom. 1. Monacell. in Supplem. ad tom. 2. Formul. num.
564. Paſqualig. ad Laur. d. Franch. part. 2. quæſt. 30.
num. 2.* ita ut renueotibus Regularibus præſtare ſi-
milia reverentialia obſequia, vel denegantibus E-
piſcopo ingreſſum in eorum Eccleſias cum Rochetto
diſcooperto, & Mozzetta, ſive Cappa Magna, poſ- 25
ſet idem contra eos procedere ad cenſuras, maximè ſi
ſequeretur cum Populi ſcandalo, non tanquam Judex,
ſed taoquam Juris executor, ut advertit *idem Lauret. de
Franch. d. q. 30. n. 1.*

Deeet etiam, ut Capitula Cathedralium, acceden-
tia ad dictas Regularium Eceleſias, proprer rationes ſu-
pra inſinuatas, excipiantur ab iiſdem Regularibus cum
honore, accedentibus ad ea excipienda aliquibus ex
ipſis ad januas eorum Eccleſiæ, ut eſt in uſu apud
aliquos Regulares, præſertim reſpectu Capitulorum 26
Civitatum inſignium, & ſignanter Noſtri Capituli
Piſtorien.

Hac occaſioue non eſt prætereundum, quod in Fuo-
ctionibus Solemnibus, vigore immemorabilis conſue-
tudinis, poſſunt Canonici Cathedralis in Miſſa habe-
re præter Diaconum, & Subdiaconum, Presbyterum
Aſſiſtentem, qui in Altari Canonico eelebranti de-
ſerviat, prout talis conſuetudo viget Piſis, Piſtorii,
& Lucæ. Verum hæc conſuetudo ſuffragari non po-
teſt ſimplicibus Presbyteris, vel Parochis, oam quoad
eos reputandus eſt abuſus impræſcriptibilis, ut eenſuit
Sacr. Cong. Rit. in Piſana ſequen. tenoris.

Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo come Fratello

*S'intende da queſti Illuſtriſſimi Signori della Congregazio-
ne de Riti, che alcuni Preti, e ſemplici Parochi di co-
teſta Città, e Dioceſi, hanno introdotto nel cantar le Meſ-
ſe, di tenere l'aſſiſtente ad imitazione della Primazia-
le, i quali oſſervano il medeſimo anche preſente la Per-
ſona di V. S. E. perchè ſi ſa, che i Canonici per ragione di que-
ſta oſſervanza adducono l'immemorabile, che ha forza d'
ogni gran privilegio, non pare, che agli altri ſi debba com-
portare in neſſun modo queſta uſurpazione, contraria per ſe
ſteſſa a'buoni Riti, e che non può aver fondamento alcuno.
Però ſi è riſoluto, che ſe dia ordine à V. S. che probibiſca
queſt'aſo a tutti i Preti fuora de'Canonici, acciò le coſe ſi ri-
ducano all'ordine dovuto ne'gradi, e nelle Perſone Eccleſiaſti-
che. Con queſto fine à V. S. mi offeriſco di tutto cuore.*

Roma 22. Gennaro 1624.

Come Fratello Affezionatiſſimo
Il Cardinale del Monte.

Quod pariter contra Canonicos etiam, & Archipresbyterum Eccleſiæ Collegiatæ, firmavit *Rot. in Monopolitana Præeminentiarum* 14. *Martii* 1712. *cor. R. P. D. Priolo.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

De tempore celebrandi Miſſas, ac de Rubricis præceptivis, & directivis, & quales ſint utriuſque ſpecies. Et de Orationibus, & Collectis, & de cognitionibus Miſſæ, ut rectè celebretur.

S U M M M A R I U M.

1 *Exceptis Miſſis Nativitatis D. N. J. C. tempus celebrandi ſit ab aurora ad meridiem.*
2 *An ſit neceſſarium expectare ipſum tempus auroræ &* num. 3.
4 *Res morales debent morali modo definiri.*
5 *Celebrans ſtatim poſt meridiem excuſatur à culpa.*
6 *Dilatio integræ horæ requiritur, ut celebrans ſine cauſa poſt meridiem peccet mortaliter.*
7 *Ex rationabili cauſa licitum eſt Sacrum facere per unam, vel binas horas poſt meridiem, & quæ ſit.*
8 *Conſtitutio Piana, obligans celebrantes Miſſam, ad ſe conformandum Ordinario, ac Rubricis, quomodo ſit intelligenda.*
9 *Quotuplices ſint Rubricæ, & quando obligent ſub pœna culpæ mortalis,* & n. 11.
10 *Omittens aliquid in Miſſa, quando lethaliter, vel venialiter peccet; & idem de addente,* & n. 12.
13 *In committente dolus, in omittente culpa præſumitur.*
14 *Dolus punitur graviùs, quàm culpa.*
15 *S. C. tolerat quaſdam Orationes ſecreto additas.*
16 *In hac materia conſideranda eſt non tantùm quantitas, ſed qualitas precum.*
17 *Omittens Evangelium in Miſſa, peccat mortaliter.*
18 *In Dominica Palmarum quando excuſetur à culpa, qui recitaret, loco Evangelii Paſſionis, illud Benedictionis Palmarum,* & n. 19.
20 *Quid in aliis diebus Hebdomadæ Sanctæ?*
21 *Omittens, vel addens in Miſſa* Gloria in excelſis, *vel* Credo, *aut unam Collectam, non committit culpam gravem.*
22 *Gravior culpa eſt relinquere in Canone unum verbum, quàm tres verſus extra illum.*
23 *Res gravis eſſet adiicere aliquid, vel parum, in Miſſa, cum intentione introducendi in Eccleſia novum Ritum.*
24 *Idem eſt, ſi talis additio, vel omiſſio, fieret ex contemptu.*
25 *Siquis contra Rubricas directivas delinquat, etiam ex conſuetudine, non dicitur id facere ex contemptu.*
26 *Actum parvæ omiſſionis, vel commiſſionis parvi pendens, quando excuſetur à culpa gravi,* & 0. 27.
28 *Orationibus, quæ in Miſſa præſcribuntur pro Rege, non licet addere* cum tota Familia ſua, *& quare.*
29 *Neque dictam Orationem pro Rege licitum eſt dicere pro Principe, ſuperiorem recognoſcente.*
30 *Coram Principe Loci non decet Collectam dicere pro ipſo Sacerdote.*
31 *Miſſa altè dicenda eſt, ut Adſtantes audiant, & ad devotionem excitentur.*
32 *Non tamen voce clamoroſa, ſed gravi, & devota.*
33 *Venialiter peccat, qui Miſſam adeo depreſſe celebrat, ut Altari proximè exiſtens non valeat verba diſtinctè audire*
34 *Inter verba, quæ clara voce recitanda ſunt, aliqua proferri debent vocem deprimendo, & quæ ſint.*
35 *Secundò Miſſa debet eſſe brevis, & quando ſit nimis prolixa, vel nimis brevis.*
36 *Tertiò debet eſſe clara, & ſyllabas deglutiens, vel unum tantùm Miſſæ verbum malè pronuncians, immunis non eſt à culpa veniali* & n. 37.
38 *Quartò debet eſſe devota, & quare.*
39 *Quintò debet eſſe exacta, quoad obſervantiam Sacrarum Cæremoniarum.*
40 *Non obſervantes ſigna Crucis eo tempore, quod notatur à Rubricis, peccant.*
41 *Cæremoniæ, juxta Ritum Miſſalis, & Cæremonialis ſervandæ ſunt, multo magis in Miſſis Solemnibus.*

T I T U L U S VI.

JAM prælibavimus horam celebrandi Miſſas cantatas; ſupereſt attingere tempus dicendi Miſſas planas; & quidem exceptis tribus Miſſis Nativitatis Domini, quæ privatim poſſunt dici poſt mediam noctem. *Suarez. loc. cit. diſp.* 80. *ſect.* 4. *Averſ. de Sacrific. Miſs. quæſt.* 11. *ſect.* 15. *Em. Lugo de Sacram. Euch. diſp.* 20.
ſect. 1. *num.* 25. Tempus celebrandi Miſſas planas 1
eſt ab aurora uſque ad meridiem, juxta receptam Conſtitutionem *Pii* V. editam anno 1556. Non eſt autem neceſſarium expectare ipſum Auroræ tempus, ſed poterit Sacerdos Miſſam inchoare per tantum tempo-
ris intervallum, quod illius finis ſit luceſcente auro- 2
ra, quæ dicitur prima lucis irradiatio. *Ghilin. ubi ſu-*
pra, num. 1. *Rodriq. in Summ. loc. cit. num.* 1. *Bonac. de* 3
Sacram. Euch. diſp. 4. *quæſt. ult. pun.* 9. *nu.* 4. Et quia aurora durat per horam cum dimidio, ut ajunt omnes, fas erit quaſi per duas horas ante ortum Solis Sacrum facere. *Laym. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 3. *Em. Lugo loc. cit. Eſcob. in exam.* 11. *cap.* 4. *num.* 95. Si-
militer, quoniam res morales debent morali modo 4
definiri, ut tradit *Suarez loc. cit. tom.* 3. *quæſt.* 83.
art. 2. *diſp.* 80. celebrantes confeſtim elapſo meridie 5
excuſantur à culpa. *Sanchez conſ. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. *dub.* 35. *Verruell. loc. cit. tract.* 5. *quæſt.* 5. *numer.* 225. ubi tenet, non eſſe mortale celebrare ſine cau-
ſa, niſi integra hora poſt meridiem, & ſequuntur DD. 6
apud *Dian. part.* 10. *tract.* 12. *reſ.* 22.

Dixi ſine cauſa, nam licitum erit per unam, vel bi-
nas horas poſt meridiem, cum rationabili cauſa, Miſſæ 7
Sacrificium immolare, ut puta, ne aliqua Populi pars die Feſto privetur auditione Miſſæ, dum aliquo caſu Concio, vel Miſſa ſolemnis, ob Muſicam non fuit priùs terminata. *Rodriq. QQ. Reg. tom.* 1. *quæſt.* 43. *art.* 2. *Filliuc. tract.* 5. *cap.* 4. *num.* 113. *Mirand. loc. cit. quæſt.* 41. *art.* 11. In eadem Conſtitutione Pii V. mandatur, quaſcunque Miſſas celebrantes, debere ſe con-
formare iis, quæ in Ordinario, ac Rubricis ipſius 8
Miſſalis ordinantur: intelligunt DD. tam in dictis, quàm in factis, hoc eſt, in actione, & cæremoniis. *Dian. part.* 10. *tract.* 12. *reſ.* 11. *Ant. Mol. loc. infra cit.* Antedictæ Rubricæ aliæ ſunt præceptivæ, aliæ ſunt directivæ. Ajunt nonnulli præceptivas, quæ ſunt, *Jubemus, Mandamus, Præcipimus,* & ſimilia, obligare
ſub pœna culpæ mortalis: quod in caſu noſtro non 9
videtur in univerſum admittendum, ſed tantummodo dum ſimul reſpiciunt aliquam legem Canonicam, in corpore juris contentam, veluti de Petra conſecrata, Paramentis benedictis, de lumine, munditia Sacrarum Veſtium, hora celebrandi, Confeſſione præmittenda mortalium, de Jejunio, Calice, Patena, Corporali, & cæteris, quæ ſpectant ad eſſentiam, vel quaſi eſſentiam Sacrificii, de quibus ſuperiùs ſermonem habuimus: hanc doctrinam amplexi ſunt *Em. Lugo loc. cit. diſp.* 20. *ſect.* 2. *in fin. Marchin. de Sac. Ord. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. *num.* 3. *Bonart. de Sacrif. Miſs. loc. cit. num.* 7. *Buſemb. loc. cit. tract.* 3. *diſp.* 5. *Verruell. tract.* 5. *quæſt.* 5. *num.* 221. *Fagundez. loc. cit. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 32. *Pereyr. tom.* 3. *privil. cap.* 1. *num.* 15.

Aliæ dicuntur Rubricæ directivæ, quæ ſunt doctri-
nales inſtructiones, vel conſilia, aut etiam præcepta, 10
quæ tamen non obligant ſub mortali, niſi prorſus prætermittantur. *Nav. cap.* 21. *num.* 21. *Joſeph. de Ang. loc. cit. de Euch. num.* 10. *Lezan. in Summ. V. Miſſa, nu.* 59. *tom.* 4. *Geſual. part.* 3. *tract.* 21. *cap.* 2. *num.* 12.
Omittentes in Miſſa aliquid notabile in verbis, com- 11
mittunt mortale, ſi parum, erit veniale, *Coninck de Sacram. part.* 1. *quæſt.* 83. *diſp.* 2. *num.* 265. *Suarez loc. cit. diſp.* 83. *ſect.* 3. *Anton. Mol. in Inſtruct. Sacerd. tract.* 3. *cap.* 11. Quidam docent de addentibus
notabile: immò magis erratur addendo, quàm ommit- 12
tendo. *Poſſevin. de Off. Cur. cap.* 2. *quæſt.* 6. Nam in committente dolus, in omittente culpa præſumitur, *l. utrum ff. de leg. Pomp.* & dolus punitur graviùs,
quàm culpa. *l. Si ſterilis §. Cum ff. de actio empt.* 13
Quaſdam tamen breves Orationes, ſecretò additas, 14
tolerat S. C. teſtibus *Gavan. in Rubr. Miſs. tit.* 16. 15
num. 2. & *Nicol. loc. cit. V. Miſſa, num.* 40. Quæ ſit in

hoc notabilis additio, vel omiſſio, remittunt DD.
16 arbitrio prudentis viri, qui conſiderare debet, non
tantùm quantitatem, ſed qualitatem precum; undè
prætermiſſio Evangelii in Miſſa, eſſet le hale pec-
catum. *Nav.conſ.* 3. *de celebr. Miſſ.* quia eſt membrum
17 principale hujus Corporis ætherogenei, Verùm ex-
cuſatur à culpa, qui in Miſſa Dominicæ Palmarum
omitteret Evangelium de Paſſione, ponendo Evan-
gelium, quod in benedictione Palmarum legitur, ſi
id fiat ex rationabili cauſa, atpote ob importunam
18 tuſſim, vel capitis debilitatem, aut crurum laſſitu-
dinem: ita tenent Viri docti, quos citat, & ſequi-
tur *Chaſſain. loc. cit. tract.* 8. *cap.* 1. *prop.* 11. Intelige
ſi id non pariat ſcandalum præſentibus Miſſæ, & co
19 ſatius, ob inſinuatas cauſas, aliis diebus Hebdoma-
dæ Sanctæ poni poterit in privatis Miſſis Evange-
lium Miſſæ Votivæ Paſſionis, vel ipſa Miſſa Voti-
20 va Paſſionis celebrari. Omittere in Miſſa, vel ad-
dere *Gloria in excelſis*, vel *Credo*, aut unam Colle-
21 ctam, non judicatur gravis culpa. *Bauc. de oblig.Sa-
cerd. tom.*1. *opuſc.* 4 *quæſt.* 8. *Chaſſaing. loc. prox. cit.
loc. cit.* & alii, & quia, ut diximus, perpendenda eſt
magis qualitas, quàm quantitas, gravior eſt culpa
22 relinquere in Canone unum verbum, quàm tres
verſus extra illum, ut poſt *Suarez* & alios, notat *Ver-
ruell. loc. cit. quæſt* 5. *n.* 274. Adiicientes aliquid, vel
parum, in Miſſa, intentione introducendi illum ritum
in Eccleſia, lethaliter delinquunt, ut ex Bulla Pii V.
advertunt *Mirand. in Man.* ubi ſupra, & alii commu-
23 niter. Idem ſequitur, ſi illud minimum addatur,
vel omittatur ex contemptu. *cap. Nam concupiſcentiam,*
24 *de conſ. & gloſ. in cap. Si quis diſt.* 10. Sed nota,
quòd non accipitur in contemptum, ſi quiſpiam in
25 parte Rubricarum directivarum etiam ex conſuetu-
dine deficiat, quoniam conſuetudo non eſt contem-
ptus. *Suarez de Leg.lib.*3. *cap.* 28. *num.* 8. Celebrans
26 cenſendus non eſt mortiferi reatus reus, ſi illum a-
ctum parvæ omiſſionis, vel commiſſionis, parvipen-
dat, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſcilicet,
quia in his actibus levem tantùm culpam agnoſcat, ut
conſiderant *Cajet. in Summ. V. Contemptus. Prem. loc.
c. part.* 3. *cap. ult. Lopez Inſtruct. part.* 1. *cap.* 1. *& ult.
Fracll. noſter in Select. Aur. cap.* 5. *num* 8. In re tamen,
27 gravi, minimum jota eſt contemnendam, tanquam le-
ve, ut monet *Quintana loc.cit.ſing.*38.*a.*1.

Orationibus, quæ in Miſſali præſcribantur pro Re-
ge, non licet addere, *Cum tota Familia ſua*: Tum
28 quia, nil eſt addendum in Miſſa: tum quia nomine
Regis, in Collecta expreſſi, veniunt Uxor, & Filii.
Emm. Sa V. Miſſa, num. 41. Atque eandem Colle-
29 ctam pro Rege non eſt licitum in Miſſa dicere pro
Principe, Superiorem recognoſcente, ut notat *Nav.
de Orat. cap.* 19. *num.* 100. Defertur verò eidem Prin-
30 cipi loci, quod coram eo, veluti coram Epiſcopo,
non decet Celebrantem dicere collectam, deſcriptam
pro ipſo Sacerdote: ita *Gavan. in Com. Miſſ. part.* 4.
tit. 17. *num.* 30. *Polac. loc. cit. pag.* 85. Ut Miſſæ
actio ritè, ac rectè fiat, debet veſtiri quatuor quali-
tatibus, comprehenſis his literis A. B. C. D. & pri-
31 mum A., hoc eſt altè legenda ſunt ejus verba, ut ad-
ſtantes audiant, & ad devotionem excitentur. *Conc.Co-
lon. part.* 2. *cap.*13. *Caiet.* 22. *Q.* 82. *art.*2. Non vo-
32 ce clamoroſa, ſed gravi, & devota, ut inquit *Ant.
de But. in cap. Quod nonnulli, num.* 4. *de provil.* Miſ-
ſam adeò depreſſa voce recitantes, ut proximè Al-
tari exiſtens non valeat auribus intentus ſacra Ver-
ba diſtinctè audire, venialem culpam non effugiunt;
33 ita ſentiunt *Homob.in Conſul.part.*1.*reſp.*62. *Sa V.Miſſa, n.
50.Alvar.loc.cit.eod.ver.num.*48. *Sanchez in Opuſc.lib.*7.*cap.
2.dub.*8.*n.*6. & quamplures alii.

In his, quæ in Miſſa clara voce dicuntur oportet ad-
vertere, nonnulla proferri non eadem voce, ſed uno
tono vocem deprimendo, videlicet *Orate fratres*, *San-*
34 *cta* uſque ad finem Præfationis, *Nobis quoque pecca-
toribus*, & *Domine non ſum dignus*, ita obſervant *Ca-
ſtal. loc. cit. lib.* 2. *ſect.* 7. *cap.* 2. *num.* 5. *Bonam. de
Mod. celebr. part.* 1. *obſerv.* 7. & apertè diſponitur in
ipſius Miſſæ Ordinario, quamvis ex inadvertentia à
paucis ſervetur.

Secunda qualitas eſt B. id eſt, brevis, ſuper quo
pius *Thomas de Kempis cap.*10. *n.*7. ait, *Non debet ce-
lebrans eſſe nimis prolixus, nec nimis feſtinus, & ſciat ſe
potiùs debitorem eſſe communi imbecillitati horum tempo-
rum, quam propriæ devotioni*. Et S. Philippus Nerius,
relatore in ejus Vita *Bacc. lib.* 1. *cap* 19. *num.* 10.
hortabatur Sacerdotes, nè inter celebrandum adſtan-
tibus eſſent tædio, ut brevitati potius, quàm proli- 35
xitati ſtuderent, dando tamen tantæ rei debitum tem-
poris ſpatium, quod *Homob. Lezzan. & Bonart. de
Sacriſ. Miſſ. lib.* 3. *cap.* 9. *numer.* 6. aliique Spiri-
tuales, & ſapientes Viri, circumſcribunt dimidia
horæ, & quando Miſſa plana excedit horam inte-
gram, dicitur inconvenienter prolixa, atque ſic
publicè Sacrum faciens non remanet immunis à cul-
pa, ut inquiunt Major. *in* 4. *ſent. diſp.* 13. *quæſt.* 4.
& *Manuſſ. cap.* 1. *n.* 847. veluti non eximitur, qui
breviori temporis intervallo, quàm tertia parte ho-
ræ, Miſſam terminat; utriuſque rationem aſſignat
Anton. Mol. ubi ſupra §. 3.

Tertia qualitas eſt C. hoc eſt, clara, nempè, ut
Sacerdos omnia, & ſingula verba Miſſæ, clarè, ac
integrè proferat: ajunt DD. quod ſyllabas deglutiens,
vel unum tantùm Miſſæ verbum malè pronuncians,
non evadit liber à culpa veniali, quia verba ſic pro- 36
lata dicuntur quaſi non pronunciata. *Caramuel. loc.
cit. diſput.* 108. *art.*3. Unde errant aliqui dicendo *Kyrie
leiſon* pro *Kyrie eleiſon*, ut advertit *Petr. Arel. de Hor.* 37
*can.cap.*4.*dub.*7.*n.*5.

Quarta eſt D. quod ſonat devotè, nam ſi Auditores
debent tunc temporis mentem habere ad Deum,
quod Sacerdoti dicenti *Surſum corda*, pollicentur, reſ-
pondendo, *Habemus ad Dominum*, multò magis cele-
brans ſacras Preces corde, & animo fundere debet, 38
animadvertendo ſibi offerenti adſtare Angelorum Cho-
ros, trementes, adorantes, ac intuentes Sacroſancta
Myſteria, quæ ab eo fiunt.

Prædictis quatuor Miſſæ partibus. *Gavan. in Com.
loc. cit. part.* 3. *tit.* 11. *nu.* 12. addit quintam, in ſci-
licet E, quod interpetratur, exactè, quo ad obſer-
vantiam Sacrarum Cæremoniarum; quæ profectò cum
gravitate ſunt peragendæ, non cum confuſione, aut ni- 39
mia celeratione, ut plerique faciunt, qui videntur
muſcas expellere, ut inquit *Verruel. loc. cit. tract.* 8.
quæſt. 53. *num.* 8. Non obſervantes ſigna Crucis eo
tempore, quo ſignatur in *Rubricis*, ſed paulò ante,
vel poſt, peccant. Unius Cæremoniæ voluntariæ præ-
termiſſio aggravat Celebrantem venialis peccati. *Sua-* 40
rez 3. *part. diſp.* 8. *ſect.* 2. *Sanchez loc. cit. cap.* 2.
dub. 25. *Bellarm. contr. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 31. *Chaſ-
ſaingb. loc. cit. prop.* 11. At verò, ſi Cæremoniæ non
ſunt prætermittendæ in Miſſis privatis, certè cum
graviori onere juxta Ritum Miſſalis, & Cæremonialis,
ſunt adamuſſim ſervandæ in Miſſis, Solemniter decan- 41
tatis, ut poſt alios, notant *Bonac.de Sacram.diſput.*4.*quæſt.
ult.part.*7.& *Bonart.loc.cit.lib.*2.*cap.ult.n.*7.

ARGUMENTUM.

De quibus Sanctis poſſit celebrari Miſſa, & Officium.
Si in aliqua Eccleſia adſit Reliquia Inſignis alicujus
Sancti, cujus Officium juxta Rubricas Breviarii
celebratur eodem die cum aliis Sanctis, an Offi-
cium ſit celebrandum de ſolo Sancto, cujus ha-
betur Reliquia, vel conjunctim cum aliis de com-
muni plur. Mart. vel Confeſſor. Ac de Miſſis Vo-
tivis, & Defunctorum.

SUMMARIUM.

1 *Non eſt licitum celebrare Miſſam, vel Officium de iis,
qui, licèt Beati nuncupentur, à S. Sede in nu-
mero Sanctorum non ſunt relati: & affertur De-
cretum generale S. Rit. Congr.n.*2.

3 *Qualis eſſe debeat Reliquia, ad hoc ut licitum ſit
celebrare Officia de Sancto, cujus aſſervatur Reli-
quia.*

4 *Non licet mutare Ritum præſcriptum in Kalend. Roma-
no, & Rubricis Breviarii, quoad Officia Sanctorum.*

5 *Quæ reputetur Reliquia inſignis.*

6 *In Eccleſia, quæ habet duplicem Titularem, vel cui ex
Apoſtolico Indulto additus fuit alter Titularis, licèt
facere Officium de utroque cum octava.*

7 *Si in Eccleſia aſſervetur Reliquia Inſignis alicujus S. Martyris, de quo juxta Rubr. Breviarii fiat Officium cum aliis Sanctis Martyribus, an debeat celebrari de communi unius Martyr., vel Plurimor. Martyr. Diſtinguitur & declaratur* numer. 8. 10. & 11.

9 *In caſu prædicto, ſi agatur de Patrono, ſive Titulari, Officium debet fieri de ſolo Patrono, aut Titulari.*

12 *Rubrica Breviarii eſt ſtrictè interpretanda.*

13 *Adducitur praxis Sacr. Baſilicarum Urbis, videlicet Vaticanæ, & Liberianæ.*

14 *Affertur ſuper prædicto dubio Decretum Sac. Rit. Congregationis in* Romana 7. Auguſti 1717.

15 *In qualibet Miſſa facienda eſt commemoratio Defunctorum, non tantùm generaliter, ſed etiam ſpecialiter.*

16 *Miſſa prodeſt iis, qui in Purgatorio detinentur, ad remiſſionem pœnarum, ab eis debitarum.*

17 *Miſſa privata Defunctorum, etiam ad adimplendam mentem Teſtatorum, non poteſt celebrari die Dominica, aut in Feſtis duplicibus*, & n. 18.

19 *Si juxta mentem Teſtatorum celebratio Miſſæ pro Defunctis incidat in diem Dominicam, vel in Feſtum duplex, celebranda eſt miſſa de Feſto.*

20 *Non poſſunt celebrari Octavæ pro Defunctis, maximè infra Octavam Omnium Sanctorum.*

21 *Affertur per extenſum ſuper hac materia celebrationis Miſſarum Votivarum & pro Defunctis, Decretum Sacr. Congr. Rit. de anno* 1714.

22 *Miſſæ Votivæ Solemnes poſſunt celebrari in Feſtis duplicibus, & de præcepto*, & n. 23.

24 *Ex gravi cauſa poſſunt celebrari Miſſæ Votivæ Solemnes, etiam in Feſtis majoribus, ſeu primæ claſſis.*

25 *Recenſentur cauſæ graves, ob quas licet celebrare Miſſas Solemnes Votivas.*

26 *Etiam ratione concurſus Populi poteſt quandoque celebrari Miſſa Votiva Solemnis.*

27 *Quando in Cathedrali celebratur Miſſa Votiva Solemnis, debet etiam celebrari Miſſa Conventualis correſpondens Officio.*

28 *Etiam præſente corpore defuncti non licet celebrare Miſſam Defunctorum, ſi magna cadat Solemnitas, ſecus verò ſi incidat Solemnitas ex minoribus* n. 30.

29 *Quæ ſint magnæ Solemnitates, in quibus non licet celebrare Miſſas Defunctorum præſente corpore.*

31 *An liceat celebrare Miſſam diei Feſti pro Votiva, & quando*; & n. 32. & 33.

32 *Miſſæ Feſtorum mobilium, & B. Mariæ Virginis, non poſſunt celebrari per annum tanquam Votivæ*, & num. ſeq.

34 *Miſſæ Votivæ non debent celebrari frequenter, & ſine cauſa, nec paſſim Miſſa diſcordet ab Officio.*

35 *Teſtator non poteſt præcipere, ut Capellanus qualibet die celebret Miſſam de aliquo Sancto, vel de Requiem, & affertur ratio*, n. ſeq.

37 *Miſſa de Requiem, vel Defunctorum, an ſuffragetur Defunctis magis quàm de Feſto, vel de Feria*, & num. ſeq. & num. 39.

40 *Miſſa ſi celebretur ad Altare Privilegiatum cum applicatione Sacrificii pro defuncto, ſufficit pro obtinenda liberatione animæ à Purgatorio.*

41 *Si in Cathedrali, vel Collegiata, ex diſpoſitione Teſtatoris ſit celebrandum Anniverſarium, eadem die canenda eſt etiam Miſſa Conventualis, nec ſatisfieri poteſt cum Miſſa privata.*

42 *Quando in Cathedralibus, & Collegiatis debeat celebrari Miſſa Defunctorum.*

ANIMADVERSIONES.

AD majorem declaratiooem eorum, quæ in præcedenti Titulo per *Ceccoperium* adducuntur; hic adnotabimus, de quibus Sanctis fieri poſſit Officium, & celebrari Miſſa, ac de Miſſis Votivis, & Defunctorum
Ac primò ſtatuenda eſt regula, quòd non ſit licitum ce-
1 lebrare Miſſam, vel Officium de iis, qui licèt Beati
nuncupentur, tamen à S. Sede in numero Sanctorum adſcripti non reperiuntur, ut notant *Canoniſtæ in cap. 1. ibique Gloſs. V. Sedis Apoſtolicæ, de Reliq. & venerat. Sanct.* & ſtatuit D. *Carol. in Concil. Mediol.* 4. *part. 2. tit. quæ pertinent ad Sacr. Miſſ. Sacrif.* & in hoc concordant *Decreta Sacr. Rit. Congr.* & ſignanter ſub *die* 28. *Novembris* 1628. & in generali Decreto, impreſſo in Breviario, in quo ſtatuitur, quòd de Sanctis Epiſcopis locorum, Martyribus, Civibus, & aliis Feſtis, de quibus in Kalendario Romano, ſeu Rubricis 2
Breviarii nihil habetur, uti etiam de Beatis non Caoonizzatis, nihil propria authoritate conſtituatur, ſed omnino conſulatur Sacr. Congreg. relat. apud *Pignatel. conſ.* 87. *num.* 2. *in fine tom.* 4. Ac item, quòd non poſſunt celebrari Officia, & Miſſa Sanctorum, quorum Corpora in aliqua Eccleſia aſſervantur, niſi Sancti ſint deſcripti in Martyrologio Romano, & conſtet de identitate Corporis, & Reliquia ſit inſi- 3
gnis, excepto caſu, quo à S. Sede ſpecialiter fuiſſet indultum, Officia prædicta celebrari poſſe, ut decrevit *Sacr. Rit. Congr. in Decreto generali de die* 11. *Auguſti* 1691. Ac pari modo, quòd Epiſcopus non poteſt ſtatuere diem Dominicam ad celebrandum Feſtum alicujus S. Martyris, de quo aſſervetur inſignis Reliquia in aliqua Eccleſia, ut pariter decrevit ſub *die* 13. *Junii* 1662. Neque quovis prætextu mutare Ri-
tum, qui habetur in Kalendario Romano, ſeu Ru- 4
bricis Breviarii in altiorem Ritum, neque extendere conceſſa de loco ad locum, ut in allegato *Decret. generali deſcripto in Breviario*, in quo pariter fuit declaratum, quæ reputanda ſit Reliquia inſignis, nempe Caput, Brachium, Crus, aut illa pars Corporis, in qua paſſus eſt Martyr, dummodo ſit integra,
& non parva, & legitimè ab Ordinariis appro- 5
bata.

Secundo advertendnm eſt, quòd, ſi Eccleſia habeat duplicem Titularem, ut ſunt pleræque Eccleſiæ in Urbe, vel ſi ex Apoſtolico Indulto adderetur al-
ter Titularis, tunc licet ratione Tituli facere Offi- 6
cium utriuſque Sancti ſub Ritu duplicis majoris; & cum Octava ſecundum Rubricas Breviarii, prout ſervari io Urbe teſtatur *Pignatell. conſul.* 87. *n.* 6.

Dubium oriri poſſet, an in caſu, quo in aliqua Eccleſia aſſervaretur inſignis Reliquia S. Martyris, de quo juxta Rubricas Breviarii ſit Officium ſimul cum aliis Sanctis, qui ſimul Martyrium coonſumarunt, ut eſt exemplum in SS. Marco, & Marcelliano; & SS. Joanne & Paulo, & aliis, faciendum ſit Offi-
cium de utroque ſub ritu duplicis minoris, & de com- 7
muni plurium Martyrum, vel potiùs de ſolo Sancto, de quo habetur Reliquia, de communi unius Martyris; & pro diſſolvenda quæſtione diſtinguendum eſt cum *Carolo Guyeto in ſua Heortologia cap.* 8. *ſect.* 2. *lib.* 2. quòd, aut agitur de Sanctis junctis per ſe, & quaſi ex natura rei, cum videlicet aliqua inter eos conſanguinitas, vel affinitas interceſſit, aut verò per accidens juncti fuerunt, & ex occaſione dumtaxat,
quòd nimirum ipſorum Natalis in eamdem diem io- 8
cidit, ut eſt caſus in SS. Cornelio, & Cypriano: Primo enim hoc pacto adnexi, aulla occaſione ſejungi; ſecundo autem modo uniti, raro quidem, ſed quandoque dividi poſſunt.

Patet ex textu Rubricæ poſt primam Tabellam de occurrentia io Breviario Romano appoſitæ, quòd duo
tantummodo dantur caſus, in quibus fieri à nobis 9
debet hojuſmodi diſgregatio Sanctorum ibi §. 8. — *Si occurrat, ut Patronus, vel Titulus Eccleſiæ deſcriptus ſit eodem die in Kalendario cum aliis Sanctis, in ea Eccleſia ſit tantùm de Patrono, vel Titulari, abſque commemoratione aliorum.*

Ex hoc igitur duplici capite unus Sanctorum ab aliis poteſt licitè ſeparari, ſi tamen ipſe alligatus illis non
ſit eo primo genere conjunctionis, quæ à conſangui- 10
nitate vel ab affinitate promanat, quia tunc in ſenſu Guyeti, omnes ſic juncti habent ſe per modum onius, ſuntque ſimul ex æquo Patroni, vel Titulares..

In cæteris autem caſibus, in quibus ad Eccleſiam, ſeu locum aliquem ratione peculiaris Reliquiæ, aut alio ſimili titulo, quis eorum præcipuè ſpectat, is minimè à Sociis diſtrahi debet, etiamſi in Martyro-
logio, vel Kalendario Romano, non ex natura rei, 11
ſed tantùm ex accidenti ſimul fuerint adnotati; nam cum Rubrica ſtrictè loquatur de ſolo Titulari, vel Patrono, nequaquam licet illam ad alios extendere,
tum nè pro uno Feſto duo fiant, quod non eſt 12
modicæ incongruentiæ, tum quia minùs neceſſaria

videtur disjunctio illa, cum nihil vetet, & ſi unus
dumtaxat Sanctus ad ritum elevetur altiorem, in ea-
dem profecto claſſe etiam alios conjunctim ponere.

Adſtipulatur huic Guyeti ſententiæ venerabilium
S. Petri, Sanctæque Mariæ Majoris Patriarchalium
Eccleſiarum unanimis in hac re praxis. Cum enim
inter inſignes Reliquias, quibus utraque largè dita-
tur, poſſideant, Vaticana nempè Baſilica, Corpus
13 S. Tiburtii, Liberiana verò, Brachium S. Coſmæ
Martyrum, non idcirco in diſtinctis ſuis Kalendariis,
vel à Suſanna Tiburtium, vel Coſmam à Damiano
divellunt, ſed copulata ſub una, ac eadem die, ipſo-
rum Sacra memoria uno pariter eodemque Officio bi-
nos in ſingulis reſpectivè Feſtis honorant. Omnimodè
enim debent SS. Martyres eodem Officio, & Feſto
honorari, qui non ſolùm carne, ſed etiam Religio-
ne germani, conjunctiſſimi amore, ac pietate, con-
junctiſſimi ſupplicio, conjunctiſſimi mortis die, aurea
illa *Tertulliani* verba *in Apologet. c.* 3. de ſe prædica-
14 ri, ſummo quidem jure merentur — *quanto dignius Fra-
tres & dici, & haberi debent, qui unum Patrem Deum agno-
verunt, qui unum Spiritum biberunt Sanctitatis, qui de
uno utero ignorantiæ ejuſdem ad unam lucem apparuerunt
veritatis*.

Et ita cenſuit *S. Rit. Congreg.* 7. *Auguſti* 1717. dum
in ea quæſitum fuit, an in Eccleſia S. Mariæ in
Porticu, ubi aſſervatur Brachium S. Marcelliani tan-
tùm, faciendum eſſet Officium etiam de S. Marco
ſub ritu duplicis min. de Com. plur. Martyrum, vel
potiùs de ſolo S. Marcelliano de com. unius Martyris,
& ab ea prodiit reſponſum, Officium eſſe recitandum
de utroque Sancto de com. plur. Martyrum.

Quatenus pertinet ad Miſſas Defunctorum, de qui-
15 bus in qualibet Miſſa facienda eſt ſemper commemo-
ratio, juxta *Concil. Cabilonenſe* 3. *cap.* 39. ut refert
Card. Laur. in Epit. Can. V. Miſſæ pro defunct. & quidem
in aliis Miſſis non ſolùm generaliter, ſed etiam ſpecia-
liter pro Defunctis eſt orandum, *Can. Viſum diſt.* 1. *de*
16 *conſecrat.* cum proſit etiam iis, qui ſunt in Purgato-
rio, ut ſtatuit *Concil. Florentinum ſeſſ. ultim. in literis
unionis Armenorum, & Tridentin. in ſeſſione* 25. *in De-
cret. de Purgator.* remiſſionem peccatorum, videlicet
pœnarum pro iis debitarum, ut ſtatuit idem *Conci-
lium Florentinum* ubi ſupra, & notat *Card. Laur. ubi
ſupra*, obſervandum eſt, privatas non poſſe etiam ex
diſpoſitione Teſtatorum celebrari diebus Dominicis,
17 & Feſtis duplicibus, quod in hujuſmodi diebus, qui
majorem exigunt cultum, & venerationem ex Ec-
cleſiæ inſtitutione, convenit, ut Miſſa cum Officio
concordet, undè *Sacra Rit. Congreg.* teſte *Pignatello
conſ.* 40. *tom.* 3. *ſub num.* 2. cenſuit, Miſſas Voti-
vas, & de Requiem, ex Teſtamento celebrandas
eſſe alio die, & agendum cum SS. pro commutatio-
18 ne voluntatis, in Decreto *de die* 23. *Martii* 1630. &
reſpectu Miſſarum Defunctorum pariter adeſt Decre-
tum, approbatum à SS. *die* 3. *Auguſti* 1662. impreſ-
ſum apud *Pignatel. d. conſ.* 40. *in fin.* in quo præſcri-
bitur, Miſſas privatas pro Defunctis nullatenus cele-
brari poſſe in duplicibus, & ulteriùs; Quòd ſi Miſſæ
ex benefactorum diſpoſitionibus incidant in Feſtum
19 duplex, tunc non debere transferri, ſed cele-
brandas eſſe de Feſto currenti juxta mentem Fun-
datorum.

Non poſſunt etiam celebrari Octavæ pro Defun-
ctis, maximè intra Octavam Omnium Sanctorum,
nec etiam ſub prætextu Altaris Privilegiati, quod ſit
in Eccleſia, ſine ſpeciali indulto Apoſtolicæ Sedis,
ut decrevit *S. Rituum Congreg.* 13. *Auguſti* 1667. apud
20 *Pignatell. conſ.* 53. *num.* 6. *T.* 3. licèt valeant infra di-
ctam Octavam celebrari Miſſæ privatæ pro Defun-
ctis illique applicari ſuffragia, quia aliud eſt celebra-
re Octavas cum Miſſis Solemnibus, aliud eſt celebra-
re Miſſas privatas, quæ non continent publicam, &
Solemnem commemorationem Defunctorum, prout
continent Octavæ ſolemnes.

Pro pleniori notitia eorum, quæ obſervanda ſunt
circa celebrationem Miſſarum privatarum, & ſolem-
nium pro Defunctis, hic adjungimus Decretum, nu-
per emanatum à S. Rit. Congreg. & à SS. Domino
noſtro approbatum, ſequentis tenoris.

Urbis, & Orbis.

Cum occaſione Miſſalis typis Sac. Congregat. de
propaganda Fide, ſumma cura, ac diligentia noviſ- 21
ſimè impreſſi, & propediem publico uſui exponendi,
Sac. Rit. Cong. enixè fuerit ſupplicatum, ut nonnulla
ejuſdem Sac. Congregat. decreta, jam alias edita, &
approbata, in prædicto novo Miſſali ſummatim ap-
poni, & imprimi poſſe benignè concedere dignare-
tur, videlicet.

Miſſæ pro Defunctis, ſive de Requiem, in Feſtis
duplicibus contra præſcriptum Rubricarum Miſſalis
Romani nullatenus celebrari debent. Quòd ſi ex Be-
nefactorum inſtitutione Miſſæ hujuſmodi celebrandæ
incidunt in Feſtum duplex, tunc nè dilatio Anima-
bus ſuffragia expectantibus detrimento ſit, in aliam
diem non impeditam minimè transferantur, ſed di-
cantur de Feſto currenti cum applicatione Sacrificii
juxta mentem eorundem Benefactorum. *Die* 5. *Auguſti*
1662. *approbatum à fel. rec. Alexandro VII. eadem die*.

Prædictum Decretum ab ejuſdem fel. rec. Alexan-
dro VII. ſpeciali Brevi, quod incipit *Creditæ nobis*,
denuo fuit confirmatum, ac inſuper ſtatutum, idem
ſervandum eſſe quoad Miſſas, in Altaribus privilegia-
tis ex obligatione celebrandas, & Indulgentias per ejuſ-
modi privilegia conceſſas, Animabus in Purgatorio
exiſtentibus ſuffragari, perindè ac ſi celebratæ fuiſ-
ſent Miſſæ Defunctorum. Ac denique declaratum,
Anniverſaria, & Miſſas cantatas de Requiem, re-
lictas ex diſpoſitione Teſtatorum, quotannis in die ipſo-
rum obitus, etiam in duplici majori contingentis, in
prædicto Decreto de *die* 5. *Auguſti* edito, minimè com-
prehendi, prout antea in una *Novarien.* 22. *Novem-
bris* 1664. *eadem Sac. Congregatio* declaraverat. *Die* 22.
Januarii 1667. *Pontificatus XII.*

Deinde fel. record. Clemens IX. eadem Sacr. Con-
greg. Decreta alia Brevi, cujus initium *Cum fel. record.*
iterum confirmavit, prædictamque Alexandri VII.
diſpoſitionem ad Altaria, non in perpetuum, ſed ad
ſeptennium, ſeu aliud brevius vel longius tempus,
ac non in omnibus, ſed aliquo, vel aliquibus tan-
tùm Hebdomadæ diebus, nunc, & in futurum quan-
documque Privilegiata, extendit. *Die* 23. *Septembris*
1669. *Pontificatus III.*

Tandem propoſito dubio, an ſupradictæ Alexan-
dri VII. & Clementis IX. declarationes ſibi locum
vindicarent etiam in diebus Dominicis, & infra O-
ctavas Paſchatis, Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Cor-
poris Chriſti, aliiſque anni diebus, quibus licèt à Fe-
ſto duplici non impediantur, adhuc tamen Miſſæ
Defunctorum juxta Ritum Eccleſiæ celebrari ne-
queunt, quatenus nimirum Miſſæ, quas iiſdem die-
bus celebrare licet, ſervata cæteroquin Privilegiorum
forma, ad Altaria Privilegiata celebrarentur; eadem Sa-
cra Rit. Congregatio *die* 3. *Aprilis* 1688. prædictorum
Pontificum declarationes pro omnibus diebus, qui-
bus juxta Rubricas Miſſæ Defunctorum celebrari
non poſſunt, intelligendas eſſe reſpondit, ejuſque de-
cretum ſubinde confirmatum fuit à felicis rec. Inno-
centio Papa XI. ſpeciali Brevi, quod incipit *Aliàs poſt-
quam* dato *die* 4. *Martii* 1688.

Decretum à Sacra Rituum Congregatione *anno*
1630. editum, quo permittitur, poſſe in Eccleſiis
recitari Officia, & Miſſas celebrari de illis Sanctis,
quorum Corpora, vel Reliquiæ inſignes in iiſdem aſ-
ſervantur, intelligendum eſt de Sanctis, dumtaxat, in
Martyrologio Romano deſcriptis; & dummodo con-
ſtet de identitate Corporis eorundem, vel inſignis
Reliquiæ, ſecus verò de Sanctis, in eodem Mar-
tyrologio non deſcriptis. Quorum tamen Corporibus,
& Reliquiis, ab Ordinariis Locorum approbatis,
debita à Fidelibus veneratio exhibenda eſt, ſed abſ-
que Officio, & Miſſa, ſub pœnis de non ſatisfaciendo
præcepto recitandi Officium, aliiſque, in Conſtitutio-
ne S. Pii V. contentis *diei* 11. *Auguſtii* 1691. approba-
tum à fel. rec. Innocentio XII. *die* 19. *Octobris*.

Adaugendam Fidelium venerationem erga Augu-
ſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ejuſque cultum
in toto terrarum orbe promovendum, prohibitum
eſt celebrari Miſſas Votivas, vel pro Defunctis, infra

Octa-

Digitized by Google

Octavam Corporis Chriſti *die* 25. *Junii* 1670. eademque die à ſelic. rec. Clemente X. approbatum.

Item probibitum eſt, eaſdem Miſſas celebrari infra Octavam Nativitatis Domini; in Miſſis verò Solemnibus, pro re gravi infra eandem Octavam celebrandis, dicenda eſt Præſatio juxta Rubricam generalem *Tit.* 12. *n* 4. *die* 25. *Septembris* 1706. jam à Sanctiſſimo approbatam.

Re verò in Sacra Rituum Congregatione ad relationem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis Barberini pluriès diſcuſſa, & maturè perpenſa, Sacra eadem Rituum Congreg. ſupradicta Decreta, tum ut Celebrantium inſtructioni, & uſui ſint, tum ut nonnulli abuſus, qui in aliquibus locis irrepſerunt, penitus evellantur, in Miſſali poſt Rubricas generales apponi, & imprimi poſſe cenſuit, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro viſum fuerit *die* 15. *Septemb.* 1714.

Facta deindè per me Pro-ſecretarium de prædictis Sanctiſſimo D. N. relatione, Sanctitas ſua ſenſum Sacræ Congregat. approbavit, eademque Decreta in Miſſali apponi, & imprimi mandavit. *Die* 29. *Septembris ejuſdem anni* 1714.

F. Card. de Abdua Præfectus.

Locus † Sigilli

N. M. Tedeſchi Epiſc. Liparitanus Sacr. Rit. Congr. Pro-ſecr.

Miſſæ verò Votivæ Solemnes pro re gravi poſſunt celebrari non ſolum in Feſtis duplicibus, ſed etiam
22 in Feſtis de præcepto, licèt non poſſint celebrari privatæ, ut habetur ex *Rubr. Miſſ. tit.* 4. *de Miſſ. Votiv.* licèt enim ibi præſcribatur, quòd Miſſæ Votivæ celebrari poſſint pro devotione Sacerdotis, quando Feſtum non occurrit, ut in *loc. cit. num.* 3. talis diſpoſitio non adaptatur Miſſis Votivis Solemnibus, quæ
23 ex rationabili cauſa pro Populi devotione celebrantur, ut advertit *Paſqualig. de Sacr. Nov. Leg. tom.* 1. *qu.* 243. *n.* 2. *& ſeq. Gavant. in Rubr. Miſſ. p.* 1. *tit.* 4. *nu.* 3. *lit.* O. *in fin. Tambur. Opuſc. de Sacrific. Miſſæ lib.* 2. *cap.* 6. §. 1. *num.* 4. Et licèt aliqui excipiant ab hac regula dies Feſtos majores, ſeu primæ Claſſis; tamen videtur, poſſe etiam in dictis Feſtis celebrari Miſſas Votivas Solemnes, ex aliqua tamen gravi cauſa, ut
24 confirmat ex praxi, quæ viget Romæ, celebrandi Miſſas Sanctiſſimi Sacramenti in illis Eccleſiis, in quibus manet expoſitum per continuas quadraginta horas, idem *Paſqualig. d. tr. q.* 243. *n.* 5.

Cauſæ autem graves, ob quas licet in diebus Feſtis, etiam Solemmnibus, Miſſas Votivas Solemnes celebrare, ſunt omnes cauſæ publicæ, quæ concer-
25 nunt Communitatem, ſeu publicam utilitatem. *Tamburin. Opuſ. de Sacrif. Miſſ. lib.* 2. *c.* 6. §. 5. *nu.* 9. *verſu reſpondeo*, ac proindè licet eas celebrare pro quacunque publica neceſſitate, pro Principis, aut Antiſtitis ſalute, pro agendis gratiis pro aliquo Beneficio publico, & quando ſunt celebranda Capitula generalia, aut Provincialia Religioſorum, & pro aliis ſimilibus occaſionibus, ut declarat *Paſqualig. d. tract. q.* 243. *n.* 7. *tom.* 1.

Quinimmo ratione concurſus Populi, & Feſtivitatis, quæ fiat ob aliquam devotam Imaginem, aut inſignem Reliquiam, quæ in tali die primò exponatur
26 publicæ Fidelium venerationi, poterit celebrari Miſſa Votiva, competens dictæ Feſtivitati, cum concurſus Populi ſubminiſtret cauſam publicam, ut monet *Paſqualig. ubi ſupra num.* 8. Eſt tamen advertendum, quòd in Cathedrali, vel Collegiata, non de-
27 bet omitti Miſſa Conventualis correſpondens Officio eo die, quo celebratur Miſſa Votiva ex cauſa publica. *Tamburin. ubi ſupr. num.* 2. *Caſtald. in Prax. Cærem, lib.* 2. *ſect.* 6. *cap.* 4. quos ſequitur idem *Paſqualig. ibidem num.* 9.

Miſſæ autem Defunctorum cum habeant oppoſitionem cum ſolemnitate Feſtorum, quæ ſpirant lætitiam, non debent celebrari, etiam præſente Corpore ſi magna cadat Solemnitas, ut habetur in *Ritual. Ro-*
28 *man. tit. de Exeq.* Majores verò anni Solemnitates, in quibus non licet prædictas Miſſas Votivas Defunctorum celebrare occaſione Exequiarum præſente Corpore, puto eſſe Feſtum Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Apoſtolorum Petri, & Pauli, Aſſuntionis B. M. V. Omnium Sanctorum, 29
Dedicationis Eccleſiæ, Tituli, Patroni Civitatis, Reſurrectionis D. N. Jeſu Chriſti, & Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ut ad alium effectum prædictas reputandas eſſe majores anni Feſtivitates declaravit *Sac. Rit. Congr. in Andrien. die Decemb.* 1672. In aliis autem minoribus Solemnitatibus licere eaſdem Miſſas Solemnes 30
votivas celebrare præſente Corpore, declaravit *eadem Sac. Congreg. die* 23. *Maji* 1603. ut tradit *Gavant. in Rubr. Miſſal. tit.* 5. *n.* 2. *lit.* X. *& in Manual. V. Miſſ. n.* 27. *Paſqualig. d. tract. q.* 244. *n.* 5. *tom.* 1.

Quoad has Miſſas Votivas illud obſervandum eſt, quòd licèt regulariter poſſit celebrari Miſsa votiva in honorem Sanctorum, tam de communi, quam propria diei Feſti, ut advertunt *Caſtald. lib.* 2. *Cæremon.* 31
ſect. 6. *c.* 4. *n.* 1. *Paſqualig. eod. tract. q.* 248. *n.* 1. attamen hoc limitandum eſt reſpectu Miſsarum Feſtorum Mobilium, & B. M. Virginis, Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, & ſimilium, quia eas celebrari tanquam Vo- 32
tivas per annum non licet, ut notat *Gavant. in Rub. Miſſal. p.* 4. *tit.* 17. *n.* 8. *Caſtald. d. tract. ſect.* 6. *c.* 4. *Lezzan. Quæſt. Regular. c.* 21. *nu.* 16. cùm aliis apud eundem *Paſqualig. d. q.* 248. *n.* 2. & ratio eſt, quia Miſſæ, pro certis Feſtivitatibus deſtinatæ, non congruunt extra ipſas, ut advertit idem *Paſqualig. loc. cit. nu.* 5. quod maximè procedit reſpectu Feſtorum, aut Sanctorum, de quibus habentur in Miſsali particulares 33
Miſsæ Votivæ, quæ dicendæ ſunt, non autem illæ quæ aſſignantur diei Feſto. *Gavant. loc. c. Paſqualig. d. q.* 248. *n.* 5. *& ſeqq.*

Hujuſmodi Miſsæ Votivæ, ſub quarum genere intelligitur etiam Miſsa Defunctorum, licèt celebrari poſſint pro arbitrio Sacerdotis qualibet die non impedita Feſto duplici, vel Dominica, hoc tamen fieri non debet paſſim, nec ſine cauſa, nè frequenter Miſ- 34
ſa diſcordet ab Officio, ut habetur in *Rubr. Miſſ. de Miſſ. Votiv.* §. 3. Undè nec pacto, nec Statuto, aut ex diſpoſitione Teſtatoris, quis poteſt adſtringi ad ce- 35
lebrandum quotidie Miſsam de uno Sancto, ad *Text. in cap. quidam* 2. *de celebr. Miſſ.* ibidem *Fagnan. nu.* 10. Sed in hoc caſu celebrans Miſsam de Officio currenti, ſatisfacit obligationi peculiaris Miſsæ, deſtinatæ per Teſtatorem, etiamſi ſit de Requiem, quia etiam Miſsa de Officio currenti dicitur pro ſalute Vi- 36
vorum, ac Defunctorum, *can. Viſum, de conſecrat. dub.* 5. & celebrando pro vivis, celebratur etiam pro mortuis. *Jo: Andreas idem numer.* 3. *V. defunctorum. Fagnan. in d. cap. quidam, num.* 11. *&* 12. Cæterùm cum Miſsa de requiem ſit ad hoc peculiariter inſti- 37
tuta, ut ſatisfiat pœnæ debitæ ab iis, qui in Purgatorio exiſtunt *can. quicunque Sacerdotum* 26. *quæſt.* 1. plus ſuffragatur, quàm Miſſa de Sancto, vel de Feria, ut cenſuit *D. Tho. in* 4. *diſt.* 45. *quæſt.* 2. *a.* 3. *ad* 5. *Navarr. conſ.* 9. *de celeb. Miſſ. n.* 1. ubi ait *n.* 5. *quòd Miſſa pro Defunctis, cæteris paribus, magis prodeſt Defuncto, quàm Miſſa* 38
de Sancto, vel de Feria. Fagnan. in d. c. quidam, n. 21. *& ſeq.* ſed, ut ait *D. Thom. n.* 4. *ſentent. diſt.* 45. *quæſt.* 2. *art.* 3. *quæſt,* 1. *ad* 5. iſte defectus Miſſæ de Requiem 39
quæ continet peculiares orationes pro Defunctis, recompenſari poteſt per majorem devotionem, vel ejus qui dicit Miſſam, vel per interceſſionem Sancti, cujus ſuffragium Miſſa imploratur, nec non etiam ex majori eorum devotione, qui eidem Miſſæ aſſiſtunt, idemque ſentit *S. Antoninus part.* 1. *tit.* 12. *cap.* 2. §. 3. *& Navarr. conſ.* 37. *n.* 2. *de Pœnit. & Remiſſ.* ubi addit, Miſſam pro defunctis minùs valere, etiam in orationibus, quia brevior eſt, & celeriùs, minuſque attentè fortaſſe celebratur, quàm Miſſam de Sanctis: Undè concludit *Fagnan. in d. cap. quidam, de celebr. Miſſ. ſub n.* 34. quòd pro conſequenda liberatione Animæ à Purgatorio, ſufficit, ſi ad Altare privilegiatum celebretur etiam Miſſa de Sancto, ſi Sacrificium pro Defunctis offeratur, & applicetur, & ſuper hoc extat 40
Decretum Sa. Me. Clement IX. de quo fit mentio in Decreto generali Sacr. Congregationis Rit. per nos ſupra relato.

Si autem occurrat in Eccleſia Cathedrali, ſive Collegiata, Anniverſarium pro aliquo Defuncto, debent

can-

cantari duæ Miſſæ, ſcilicet una pro dicto Anniverſa-
42 rio, & altera de Feſto, ſive de Feria, & quidem utra-
que ſolemniter, & non una tantùm, ita ut non ſuffi-
ciat, ſi privatim una, vel altera Miſſa, ex motivo
evitandi grave onus, celebraretur, ut benè docet
*Fagnan. in cap. cum creatura, numer. 33. de celebrat.
Miſſar.*

Miſſa Defunctorum, excepto caſu, quo cadat An-
niverſarium, vel depoſitio Defuncti, in Collegiatis,
& Cathedralibus, non debet celebrari quotidie, ſed
43 in primu die cujuſcunque menſis extra Adventum, Qua-
drageſimam, & tempus Paſchale, noo impedita Of-
ficio duplici, vel ſemiduplici, & in Feria ſecunda
Hebdomadæ; Hæc autem Miſſa Defunctorum de-
bet celebrari Solemniter, ac Conventualiter in dicta
die prima Menſis, ut ſupra non impedita, ſimul cum
Miſſa de Sancto ſimplici, vel de Feria, ita ut duæ
Miſſæ Conventuales cani debeant, *Fagnan, ibid. nu-
mer. 24. & ſeq.*

Jo: Jacobus Scarſantonius.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus, an teneatur in ſua Cathedrali Miſſam So-
lemnem celebrare in Solemnioribus anni Feſtivita-
tibus, vel eiſdem Miſſis aſſiſtere, & qumodo ex-
cipiendus ſit, quaodo accedit ad Eccleſiam ad præ-
dictas Functiones: Et item quando accedit pro au-
dienda Sacra Concione. De obligatione Canonico-
rum aſſiſtendi Epiſcopo, Sacra facienti, & de Of-
ficio Magiſtri Cæremoniarum.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus non tenetur ſub mortali ſolemniter canere.*
2 *Valde tamen decet diebus Solemnioribus id facere, & qui ſint,* remiſſivè; *vel ſaltem aſſiſtere.*
3 *Et per quandam convenientiam debet per diem priùs Capitulo innuere.*
4 *Epiſcopo celebraturo, vel aſſiſtentiam præbituro, quomodo ſe gerere debeant Canonici in eum aſſociando à Palatio ad Eccleſiam, & in reddìtu ab Eccleſia ad Palatium,* & n. 5.
6 *Tenetur Epiſcopus congruam ſui adventus Horam Canonicis denunciare, antequam ad illius Palatium accedant.*
7 *Quomodo tractandi ſint Canonici, ſi ad Palatium Epiſcopale pervenerint, Epiſcopo nondum integrè veſtito.*
8 *A' quibus Epiſcopus cum Cappa aſſociari debeat ad Eccleſiam, ultra Canonicos.*
9 *In anni Feſtivitatibus non Solemnibus Canonici de Jure non tenentur talia obſequia Epiſcopo præſtare.*
10 *Quid Canonici facere teneantur erga Epiſcopum, ad Eccleſiam accedentem, pro celebranda Miſſa plana, vel audienda Concione, Officiis nondum inceptis.*
11 *Quid inchoata Miſſa Conventuali, vel Horis Canonicis.*
12 *Quid verò diebus Ferialibus?*
13 *Quibus Miniſtris opus ſit in Miſſa, ſolemniter ab Epiſcopo celebranda, tam in Cathedrali, quàm extra.*
14 *In defectum Capellanorum Cathedralis, tenentur Epiſcopo inſervire ſimplices Sacerdotes.*
15 *Prima ex Dignitatibus, & his deficientibus, antiquior Canonicus aſſiſtit cum Pluviali in Scabello, ſine Poſtergali.*
16 *De aſſiſtentia duorum Diaconorum* remiſſivè.
17 *Prima Dignitas, & Caput Collegiatæ, ad hanc aſſiſtentiam non tenentur, cum non ſit munus præcedentiæ, ſed miniſterii.*
17 *Videtur tamen poſſe ab Epiſcopo adſtringi ad aſſiſtendum cum Pluviali, dum in Collegiata Pontificaliter cantat, & de praxi.*
19 *Canonici Cathedralis, recuſantes inſervire, ut ſupra, Epiſcopo, perdunt Diſtributiones, & graviter peccant.*
20 *Et aliis Juris remediis poteſt Epiſcopus eos cogere ad ſibi inſerviendum, non tantum in Cathedrali, ſed etiam in alia Seculari, vel Regulari Eccleſia ſuæ Civitatis.*
21 *Limita, quando in Cathedrali non remaneret ſufficiens numerus ad Officiandum.*
22 *Ad id tamen non tenentur Canonici Collegiatæ, niſi in propria eorum Eccleſia, aut in caſu neceſſitatis,* & num. 23.
24 *Antedicti Canonici non tenentur inſervire Epiſcopo in Altari, dum privatè celebrat.*
25 *Epiſcopo, Miſſæ majori ſolemniter aſſiſtenti, Circuli ſiunt ſolùm à Canonicis Cathedralis.*
26 *Satis tamen congruum eſt eos fieri etiam per Canonicos Collegiatarum, præſertim inſignium.*
27 *Hujuſmodi Circuli non ſiunt, niſi Epiſcopo, etiamſi Miſſæ per Canonicos cantatæ aſſiſteret Cardinalis*
28 *Si autem cum Epiſcopo intereſſet Cardinalis, ob illius honorem Circuli non conveniunt Epiſcopo.*
29 *Poſt Canonicos præſtantior, inſerviens Miſſæ Solemni, eſt Magiſter Cæremoniarum; quo habitu indutus eſſe debeat, & quale ſit ejus Officium.*
30 *Epiſcopus, & cæteri obediant ei, etiamſi aliquid non benè annuerit.*
31 *Ubi ſtare debeat Magiſter Cæremoniarum, & ubi ſedere,* & num. 32.
33 *Officium Magiſtri Cæremoniarum non decet à Canonico exerceri.*
34 *Inſignia Pontificalia cum dictis Miniſtriis, & apparatu, ſoli Epiſcopo competunt.*

TITULUS VII.

QUamvis Epiſcopus non teneatur ſub mortali Miſ-
ſam Solemniter decantare, ut tenet *Hurtad. p.* 1
2. *tit. de oblig. cap. 6. reſol. 21. n. 251.* valde tamen de-
cet diebus ſolemnioribus, quos recenſet ad hunc ef- 2
fectum *Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 1.* ipſum in ſua Ca-
thedrali Miſſam Solemnem celebrare, vel ſaltem aſ-
ſiſtere; id quod ex quadam conveoientia per diem
debet priùs Capitulo innuere. S. R. C. 9. *Decembris* 3
1634. Eidem celebraturo, aut aſſiſtentiam acturo, Di-
gnitates, & Canonici omnes, in eorum habitu Cho-
rali tempore opportuno ad Epiſcopi cubiculum acce-
dant, eumque Cappa indutum ad Eccleſiam comiten- 4
tur, & in reditu uſque ad Oſtium Palatii, Epiſcopo
præcedente, iiſdemque ſubſequentibus, ita decrevit
S. R. C. penes *Marzill. lib. 1. fol. 71.* Intellige, dum- 5
modo Palatium non diſtet ultra 160. paſſus. *Ric. dec.
part. 4. deciſ. 23.* Antequam Canonici ob dictam cau-
ſam adeant Epiſcopale Palatium, vel proximum, te-
netur Epiſcopus congruam ſui adventus horam denun- 6
ciare, ut probat *Dan. de Nob. diſp. 60. num. ult. in ad-
dit.* ubi ſubjungit, quòd caſu quoad ipſum Palatium
pervenerint, & Epiſcopus nondum fuerit integrè ve-
ſtitus, dum ſe indumentis induit, ſedes præſtandæ 7
ſunt Canonicis in proximiori manſione thalami Epi-
ſcopi, & tractandi ut Senatores, idem docet *Barb. de
Jur. Eccl. lib. 1. c. 12. num. 19.*

Epiſcopum cum Cappa ejus Familiares, aliique No- 8
biles, una cum Canonicis comitantur uſque ad Ec-
cleſiam, in quam debitis cum Cæremoniis, à Cære-
moniali præſcriptis, ingrediuntur: videatur *Vener. loc.
cit. de Cærem. lib. 1. c. 2.* In anni Feſtivitatibus non So-
lemnibus Canonici de jure non tenentur ad præfata 9
obſequia Epiſcopo præſtanda. *Novarr. de Grav. Vaſſall.
tom. 1. grav. 314. num. 5. & alii.*

Quando Epiſcopus ad Eccleſiam progreditur pro ce-
lebranda Miſſa plana, vel audienda Concione, & Offi-
cia nondum fuerit incepta, Canonici, ac omnes Dignita-
tes ſunt adſtricti ad Oſtium Templi ei occurrere, Aſ- 10
perſorium miniſtrare, ipſumque abeuntem pariformi-
ter ad portam aſſociare: ita *S. R. C. die 9. Decembris
1634.* Epiſcopo autem veniente, inchoata Miſſa Con-
ventuali, vel Horis Canonicis, non debet omnino 11
deſeri Chorus, ſed ad ſummum quatuor Canonici ob-
venient ad Eccleſiæ Januam. *Dan. de Nob. loc. mox cit.*
Ac diebus ferialibus duo tantùm Canonici occurrant, 12
ut ſupra, idemque obſervent in reditu: ita determi-
navit S. C. penes *Marzill. loc. cit. lib. 1. tit. 9.* In Miſſis
Pontificalibus, quæ ab Epiſcopo ſolemniter celebran-
tur, pluribus opus eſt Miniſtris, quàm in illis, quæ
ſolemni ritu per alias inferiores Dignitates decantan-
tur;

tur ; ſiquidem ei debent inſervire Dignitates, Canonici, Magiſter Cæremoniarum, Capellani, ac plures
13 minores Clerici, qaibus Miniſtris poteſt uti tam in Cathedrali, quàm extra, licèt nullam habeant mercedem, dummodo non impediatur Eccleſiæ Cathedralis ſervitium : ita cenſuit *S. R. C. die 9. Decembris* 1634. atque in defectum dictorum Capellanorum, Sacerdo-
14 tes ſimplices ſunt obnoxii Epiſcopo, ut ſupra, inſervire : ita declaravit *Sac. Conc. Congreg. die* 21. *Auguſti*
15 1631. Ex Dignitatibus prima, hiſque deficientibus, antiquior Canonicus, aſſiſtit Pluviali indutus in Scabello ſine Poſtergali, ut notat *Barb. de Can. & Dign.*
16 *cap.* 33. *nu.* 5. De aſſiſtentia duorum Diaconorum videntur *Cærem. lib.* 1. *c.* 36. Horum aſſiſtentia non eſt mu-
17 nus præcedentiæ, ſed miniſterii, & ideo prima Dignitas, & Caput Collegiatæ, ad id non tenetur : ita docet *Sperell. dec.* 76. *num.* 11. *tom.* 1. Videtur tamen poſſe ab Epiſcopo adſtringi ad aſſiſtendum cum
18 Pluviali, dum in eadem Collegiata Pontificaliter cantat : & id tam Praxi ſervatum vidi.

Canonici Cathedralis, Epiſcopo, ut ſupra, inſer-
19 vire recuſantes, non ſolùm perdunt Diſtributiones, ſed & gravi peccato ſe commaculant, etiam ſi tunc temporis in Choro aſſiſtant. *Homob. in Comm. part.* 3. *tract.* 14. *quæſt.* 11. *reſ.* 3. Atque aliis juris remediis poteſt Epiſcopus eos ad ſibi inſerviendum conſtringere,
20 non tam in Cathedrali, ſed etiam dum ad dictum effectum accedit ad Secularem, vel Regularem Eccleſiam ſuæ Civitatis, ut oſtendit *Scip. de Rub. in Aphor. Epiſc. V. Aſſiſtentia* : Dummodo in Cathedrali ſufficiens
21 Canonicorum numerus ad Officiandum remaneat : ita *S. R. C.* relatore *Barb. collect.* 47. & 100. *num.* 2. Canonici autem Collegiatarum, tam Civitatis, quàm Diœceſis, non ſunt obnoxii Epiſcopo, Sacrum ſolemne
22 peragenti, inſervire, aut aſſiſtere, niſi in propria eorum Collegiata, ut adnotavit *Barboſ. de Jur. Eccleſ. Univ. loc. cit. cap.* 12. *num.* 17. aut in caſu neceſſitatis,
23 prout explicuit *Sac. Epiſc. & Regul. Congreg.* relatore *Nicol. in Flor. V. Collegiata*, *numer.* 5. Antedicti Canonici urbani, ac foranei, non tenentur ad inſervien-
24 dum Epiſcopo in Altari, dum privatè celebrat. *Rub. ubi ſupra*, *& Vener. in Enum. Epiſc. loc. cit. c.* 40. *nu.* 6. Dum Epiſcopus Miſſæ majori ſolemniter aſſiſtit, ſentiunt nonnulli, cum quibus reſidet *Samuel. loc. cit. l.* 1.
25 *contr.* 2. *num.* 20. Circulos ad formam *Cærem. lib.* 1. *capit.* 21. fieri dumtaxat Epiſcopo à Canonicis Cathedralis, quorum ipſe eſt Caput, & Circuli denotant membrorum unionem ad ipſum Caput, ut inquiunt *Abb. in cap. Dilectus*, *num.* 7. *de Cler. non reſid. & Quarant. in Summ. V. Epiſcopus*, *num.* 10. ſatis tamen congrue videntur fieri etiam per Canonicos Collegiatarum,
26 præſertim inſignium, qui & dicuntur Senatores, & horum etiam Epiſcopus eſt Caput, ut dicitur infra *Lib.* 4. & ita ſemper cum venerit caſus, fuit apud nos in more poſitum. Porrò prædicti Circuli non fiunt ni-
27 ſi proprio Epiſcopo, etiamſi Miſſæ per Canonicos cantatæ aſſiſteret Cardinalis, ut notat *Caſtald. in Prax. Cærem. lib.* 2. *ſect.* 9. *cap.* 7. *num.* 4. Verùm eſt, quòd ſi
28 cum Epiſcopo intereſſet Cardinalis, Circuli non conveniunt etiam Epiſcopo ob honorem Cardinalis, ut benè obſervant *Graſſ. loc. cit. cap.* 34. & 43. Poſt Canonicos, præſtantior, Miſſæ ſolemni inſerviens, eſt Magiſter Cæremoniarum : Is Cotta indutus, ſit præcipuè ſolicitus circa perſonam Epiſcopi, exindè circa Canonicos paratos, quibus dum, opus fuerit, humilè voce, vel levi aliquo ſigno, aut ſolo intuitu, quæ
29 agenda ſunt, oſtendat. Capellanos, & Clericos inſervientes non imperiosè, ſed leniter ſui officii admoneat, omnibus provideat, ut omnia rectè, ac ritè
30 fiant. Epiſcopus, & cæteri ei obediant, etiamſi ali-
31 quid non benè annuerit. Magiſter Cæremoniarum debet regulariter ſtare à cornu Epiſtolæ, ut notat *Ga-*
32 *van. in Com. ad Rub. Miſſ. part.* 2. *nu.* 5. Dum verò Epiſcopus ſedet, ipſe quoque ſedeat apud Canonicos aſſiſtentes paratos in infimo gradu Sedis Epiſcopalis : ita advertit *Barb. in Summ. Apoſt. deciſ. V. Cæremoniarius*
33 quod officium non decet Canonicum exercere : ita *S. C.* relatore eodem *Doctores*. Inſignia Pontificalia cum inſinuatis Miniſtris, & apparatu, prout in *Cærem.* pri-
34 vativè quoad alias Epiſcopali inferiores Dignitates, Epiſcopo de Jure Communi competunt. *Abb. in cap.* *Clerici il* 2. *de vit. & hon. Cler. n.* 6. *Jacob. de Graſſ. dec. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 23. *Danz. in ſuo Repert. V. Mitra*, *num.* 1.

ARGUMENTUM.

De reſidentia, ad quam tenentur Epiſcopi in ſuis Eccleſiis, qualis debeat eſſe, præſertim nè incidant in pœnas, non reſidentibus inflictas. Quomodo, & à quibus Canonicis præſtari debeat aſſiſtentia Epiſcopo, Pontificales Fonctiones exercenti ; & alia ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *Quæ ſint cauſæ, ob quas Epiſcopi poſſint à ſuis Eccleſiis abeſſe.*

2 *An Epiſcopus, reſidens in ſua Diœceſi, ſed non apud ſuam Eccleſiam Cathedralem, temporibus, quibus reſidere tenetur, incidat in aliquam pœnam*, & o. 3. 4. 5. & 6.

7 *Si Epiſcopus non reſideat apud Eccleſiam Cathedralem, ſi non incidit in ullam pœnam, ſaltem malè agit, niſi juſta cauſa concurrat, & quæ ſit*, & num. 8.

9 *Epiſcopo, Pontificales Functiones exercente, Canonici ſine legitima cauſa abeſſe non debent, & de ratione*, & n. 10.

11 *Non licet Dignitatibus, & Canonicis ſe abſentare diebus Adventus, & Quadrageſimæ, aliiſque Feſtis ſolemnioribus, in quibus Epiſcopus ſolet Pontificalia exercere.*

12 *Dum Epiſcopus Pontificalia exercere vult, tenentur Canonici, & Sacriſtia Cathedralis illi ſubminiſtrare Paramenta neceſſaria.*

13 *Quid agendum, ubi Sacriſtia Cathedralis redditus ſufficientes non habeat pro comparandis dictis Paramentis*, & n. 15.

14 *Quando adſunt redditus deſtinati pro comparatione Sacrarum ſupellectilium, & pro reparatione Fabricæ Eccleſiæ, ex iis deducendæ ſunt expenſæ pro utroque, juxta conſuetudinem.*

16 *Canonici tenentur inſervire Epiſcopo, Pontificales Functiones exercenti in Civitate, vel Suburbiis, ſecus autem in Diœceſi, & de ratione.*

17 *Neque ad id tenentur, ſi Epiſcopus privatim celebret*, & n. 19.

18 *Dictio alia eſt reſpectiva ſimilium qualitatum.*

20 *Canonici aſſiſtentes Epiſcopo lucrantur Diſtributiones, etiamſi Pontificalia exerceat extra Cathedralem, non tamen ſi privatim celebret, niſi ſtante particulari conſuetudine.*

21 *Canonici tenentur aſſiſtere Epiſcopo Pontificalia exercenti, etiam in alia Eccleſia Civitatis, ubi aliàs eſſet competens numerus Presbyterorum, qui poſſent hoc munus implere, & de ratione.*

22 *Amplia, quòd nec volens poſſit Epiſcopus in Functionibus Pontificalibus uti aſſiſtentia aliorum Presbyterorum, relictis Canonicis.*

23 *Quot ex Canonicis & Dignitatibus aſſiſtere debeant Epiſcopo, Pontificalia exercenti.*

24 *Quæ, & à quibus Canonicis, ſeu Dignitatibus, debeatur aſſiſtentia Epiſcopo, non celebranti Miſſam, vel Veſperas, ſed tantùm aſſiſtenti cum Pluviali, & Mitra, vel ſine.*

25 *Dignitates, ſive Canonici, obligati prædictam aſſiſtentiam præbere Epiſcopo, non poſſunt hoc munus implere per alios, niſi fuerint legitimè impediti, & quorum debeat fieri ſubrogatio.*

26 *Afferuntur plura Decreta, & Declarationes S. R. C. circa obligationem, quam habent Canonici, aſſiſtendi Epiſcopo, Pontificalia exercenti ; eundemque Epiſcopum, ad Cathedralem accedentem, recipiendi, & comitandi.*

ANI-

ANIMADVERSIONES.

SAcrum Concilium *Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de Reformat.*
ſtatuit, Epiſcopos reſidere debere apud ſuas Ec-
cleſias, neque abeſſe poſſe, niſi in caſu, quo Chri-
1 ſtiana charitas, urgens neceſſitas, debita obedientia,
ac evidens Eccleſiæ, vel Reipub. utilitas abeſſe po-
ſtulent, hortaturque eos, nè tempore Adventus,
Quadrageſimæ, & Nativitatis, Reſurrectionis Do-
mini, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti diebus, à ſua
Cathedrali abſint, niſi Epiſcopalia munia in ſua Diœ-
ceſi alio eos vocent. Hinc dubitare contingit, an E-
piſcopus reſidens in ſua Diœceſi, ſed non apud ſuam
Eccleſiam Cathedralem prædictis temporibus, incidat
in aliquam pœnam & ſignanter in illam amiſſionis
2 fructuum, inflictam per idem Concilium *c. 1. ſeſſ. 6.*
& licèt de jure antiquo, ſcilicet ante Concilium, vi-
deretur ſtatuendum, Epiſcopum ſubjacere pœnis in-
3 flictis in Concilio Carthaginenſi, & aliis, *relatis per
Fagnan. in c. qualiter, n. 34. de Cler. non reſid.* nihilomi-
nus, attenta ſupra relata Conciliari Sanctione, per
4 quam fuit moderatus rigor antiquorum Canonum, ut
advertit idem *Fagn. loc. cit. §. Atque hoc ſuppoſito, verſ.
5 ſed tantum*, dicendum eſt, Epiſcopum nulli pœnæ eſſe
obnoxium, ut plenè probat idem *Fagnan. in d. c. qua-
liter à n. 27. uſque ad* 34. ubi propoſito dubio: An E-
piſcopus in diebus Adventus, Quadrageſimæ, & aliis,
à Concilio præſcriptis, apud Cathedralem Eccleſiam
reſidere teneatur, ita ut ſi in Diœceſi reſideat, inci-
dat in pœnam amiſſionis fructuum inflictam decreto
capit. 1. ſeſſ. 6. & illos non faciat ſuos juxta *d. c. 1.
ſeſs.* 23. reſolvit, Epiſcopum, in Diœceſi reſidentem,
in pœnas Concilii non incidere; nam decretum in *d.
cap. 1. ſeſs.* 6. ad hoc ut Epiſcopi incidant in pœnam
privationis quartæ partis fructuum, requirit; ut ſex
menſibus continuis à ſuis Eccleſiis extra ſuam Diœ-
ceſim morando abſuerint; unde ad hujuſmodi pœnam
incurrendam ſatis non eſt, ut abſuerint à ſuis Eccle-
6 ſiis tantùm, niſi etiam abſuerint extra Diœceſim,
quum Concilium utrumque copulativè requirat ſub
unica verborum ſtructura, quod comprobat idem *Fa-
gnan. ibid. num.* 30. *& ſeqq.* & ſequitur *Vener. in Exam.
Epiſc. cap. 7. de reſid. Epiſcop. num. 2. & 9.* & reſolvit
præd. S. C. in Caſſanen. 3. Septembris 1622. apud *Nicol.
in Floſcul. V. Epiſcopus, num.* 39. ubi cenſuit, *Epiſco-
pum, ſi non accedat ad Cathedralem in temporibus à Con-
cilio præſcriptis, licèt malè faciat, non tamen incidere in
privationem fructuum, impoſitam Concilio in non reſi-
dentes* — & iterum, articulo maturè diſcuſſo, apud
Pignatell. tom. 3. conſult. 64. num. 16. ibi — poſito de-
creto Concilii *Tridnt. cap. 1. ſeſs. 6. & cap. 1. ſeſs. 23.*
an Epiſcopi temporibus præſcriptis in *d. cap. 1. ſeſs.
23. verſic. eoſd. interim admonet*, in Eccleſia ſua reſide-
re teneantur, an verò ſatis ſit, ut in Diœceſi reſi-
deant: S. C. articulo hujuſmodi accuratè diſcuſſo,
cenſuit, Epiſcopos temporibus, ut ſupra, præſcriptis
teneri in Eccleſia Cathedrali reſidere, nec ſatis eſ-
ſe, ut in Diœceſi reſideant, ita ut aliter ſui obliga-
tioni non ſatisfaciant, niſi Epiſcopalia munia in ſua
Diœceſi eos alio vocent. Cæterùm non incidere in
pœnas à S. Synodo Epiſcopis non reſidentibus infli-
ctas, dummodo in Diœceſi reſideant.

Patet igitur ex præmiſſis, quòd quamvis Epiſco-
pus, non reſidens apud ſuam Eccleſiam prædictis tem-
poribus, non incidat in pœnas à Concilio inflictas,
attamen malè agat, niſi aliqua juſta cauſa illum re-
traheret à prædicta reſidentia, veluti ſi inviſus eſſet
7 ſuis Canonicis, vel illi renuerent eidem debita ob-
ſequia, & aſſiſtentiam præſtare, ita ut ſine ſpretu Di-
gnitatis Epiſcopalis non poſſet Paſtorale munus exer-
cere; hoc enim caſu abeſſendo ab Eccleſia, eſſet ex-
cuſandus, ut probat *tex. in Can. adverſitas, §. Hoc tum
ſerviendo 7. quæſt.* 1. Chriſtus enim fugit à facie He-
rodis in Ægyptum, & ſe abſcondit à Judæis, qui
lapides contra eum jacere tentarunt: unde ait *S. Au-
guſtinus: fuge miniſter Chriſti, ſicut ipſe Chriſtus in Æ-
gyptum fugit*: Et ipſe Dominus in Evangelio Diſci-
pulis ſuis: *Si vos perſecuti fuerint*, inquit, *in una Ci-
vitate, fugite in aliam*. Non enim debet Epiſcopus
8 exponere ſuam dignitatem contemptui, & vilipendio,
quum in hoc caſu ſua patientia eſſet improbanda,
quum illam tueri debeat omni conatu, ac zelo, quem
propriè ille habere dicitur, qui nihil patienter ſub-
ſtinere poteſt contra honorem Dei, ut advertit *De
Roſ. de Reſident. Epiſc. c. 4. ſect. 1. n.* 18.

Quoties verò Epiſcopus Functiones Pontificales per-
agere intendit, non poſſunt Canonici abeſſe ab iiſ-
dem Functionibus ſine legitima cauſa, ut reſolvit S. 9
C. particularis, à S. D. N. deputata in *Alben. Sacr.
Rit. ad 3. dub.* Convenit enim, ut Epiſcopo, celebran-
ti Pontificaliter, Clerici omnes aſſiſtant: ut decre- 10
vit *S. Zephirinus Rom. Pontifex*, ut habetur in Brevia-
rio ibi — *decrevit prœterea, ut Divinam rem facienti E-
piſcopo, Sacerdotes omnes adſtarent* — Quod ſpecialiter
procedit reſpectu Dignitatum, & Canonicorum, qui-
bus prohibitum eſt à Choro ſe abſentare tempori- 11
bus Adventus, Quadrageſimæ, aliiſque Feſtis in Ca-
thedrali Solemnibus, in quibus ſolet Epiſcopus Pon-
tificalia exercere, nec indultis ſibi vacationibus uti
poſſunt. *Garz. de Benef. p. 3. c. 2. n. 315. Fagn. in c. li-
cet, de Præbend. nu.* 55. & ſemper reſolvit *S. C. C.* ſi-
gnanter in *Auximana 12. Julii 1631. lib. 14. decret. pag.
437. in Lunen. 3. Decembris 1634. lib. 15. Decret. pag.
121. In Interamnen. 21. Julii 1640. lib. 16. pag. 132. in
Nullius Farfen. 10. Aprilis 1645. l. 17. pag. 459. in Hor-
tana 18. Martii 1649. lib. 18. pag.* 460.

Cum autem Epiſcopus vult exercere Pontificalia,
tam in Eccleſia Cathedrali, quàm in aliis, ſubmi-
niſtranda erunt à Canonicis, & Sacriſtia Cathedra-
lis, Paramenta Sacra, nec tenetur ſibi de illis pro- 12
videre, ut cenſuit eadem Sacra C. particularis *in d.
Alben. Sacrorum Rituum, ad dubium 49. & 50.* relata
ſupra per extenſum in *Animadverſione ad tit. 2. lib. 2.*
Et hanc ſententiam communiter tenent *Barbat. conſ.
26. n. 5. & lib. 3. Surd. conſ. 62. n. 5. & ſeq. Sperell. dec.
67. per tot. Franc. de Eccleſ. Cathedr. c. 20. n. 37. Pamnoll.
dec. 15. annot. 1. n. 46. 47. & 48.*

Quatenus verò Sacriſtia Cathedralis non haberet
redditus ſufficientes pro comparandis prædictis Para-
mentis, & pro reſtauratione Eccleſiæ, tenetur Epi- 13
ſcopus pro quarta parte fructuum ſuæ Menſæ, &
quoad reliquum tenentur contribuere Canonici juxta
text. apertum *in c. fin. de iis, quæ fiunt à maj. part. Cap.
c. vobiſ. 12. qu. 2. Fruſch. de Viſit. & Regim. Eccleſ. c. 10.
n. 16. Ricc. in Prax. reſolut. 476. num. 4. Azor. Inſtit. Mo-
ral. part. 2. lib. 9. c. 3. q. 10. Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. al-
leg. 64. n. 4. Panimoll. dec. 6. adnot. 8. num. 2. & dec. 15.
num. 1. & ibi in adnot. 1. numer. 11. Sperell. dec. 78. num.
20. part.* 1.

De cætero quando adſunt redditus deſtinati pro di-
cta comparatione ſupellectilium, & reparatione Ec- 14
cleſiæ, ex eis facienda eſt reparatio, & comparanda
ſunt eadem ſupellectilia juxta conſuetudinem, quæ
unicè attendenda eſt, ut cenſuerunt *Hoſtien. & Anchar.
in c. 1. n. 2. de Eccl. ædif. ibique Butr. a. 6. verſ. primo igi-
tur. Abb. n. 3. Campanil. in diverſ. jur. Canon. Rubr. 12. c.
13. ſub n. 19. Sperll. dec. 67. tom. 1. an. 3. Rot. dec. 627.
n. 1. p. 1 recent.* Hinc eſt quòd prædicta *S. C. in d. Al-
ben. ad dub.* 53. cenſuit — *Epiſcopum teneri ad reparatio-
nem Eccleſiæ, prout de jure, pro ejus arbitrio, & conſcien-
tia*, quia quandoque licèt adſint redditus deſtinati pro 15
uſibus prædictis, poſſunt iidem non eſſe ſufficientes,
ita ut ſuccedat Epiſcopi obligatio ad ſupplendum in-
ſufficientiæ eorundem reddituum.

Quod autem dictum eſt de obligatione Canonico-
rum aſſiſtendi Epiſcopo, Pontificalia exercenti, in-
telligi oportet, quatenus Epiſcopus Pontificales Fun-
ctiones exerceat in Civitate, vel Suburbiis, non au-
tem in Diœceſi; eſſet enim valdè oneroſum, ſi Ca- 16
nonici tenerentur egredi è Civitate ad inſerviendum,
& aſſiſtendum Epiſcopo, ut declaravit *Sac. Rit. Cong.*
Teſte *Pignattell. conſult. 83. numer. 2. tom.* 5. & pariter
intelligendum eſt, dummodo Epiſcopus Pontificales 17
Functiones exerceat, non autem privatim celebret,
ut patet ex *Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* ubi
ſancitum habetur, Canonicos teneri Epiſcopo cele-
branti, aut alia Pontificalia exercenti, aſſiſtere, quo-
rum nomine non venit celebratio privata, quia licèt
Concilium abſolutè dicat, quòd teneantur aſſiſtere E-
piſcopo celebranti, attamen ſubdit, *aut alia Pontifi-
calia exercenti*, quæ verba declarant, quòd intellexe-
rit

rit de celebratione Pontificali, quia dictio *alia Ponti-*
18 *ficalia* ſupponit aliquid Pontificale, ea natura dictio-
nis *alia*, repetitiva ſimilium qualitarum, ad *text. in*
l. 3. C. de ſerv. fugit cum concordantibus. *Ugolin. de Of-*
fic. Epiſcop. cap. 19. §. 3. num. 2. part. 1. Et ita declara-
19 tum fuiſſe à *Sacra Congregatione* ait *Pignattell. conſult.*
83. num. 3. tom. 5.

Canonici autem aſſiſtentes Epiſcopo in dictis Pon-
tificalibus Functionibus, etiam extra Cathedralem,
20 lucrantur Diſtributiones, non tamen ſi Epiſcopo aſ-
ſiſterent privatim celebranti, niſi in aliqua Eccleſia
adeſſet conſuetudo, quòd Canonici aſſiſterent Epiſco-
po, etiam privatim celebranti, nam ea eſſet obſer-
vanda, cum bujuſmodi ſervitus aſſiſtentiæ ſit præſcri-
ptibilis, & in boc caſu Canonici aſſiſtentes, Diſtri-
butiones non amitterent, ut cenſuit *Sacr. Rit. Congr.*
in Lamacenſi 28. Aprilis 1608. relata *per Pignattell. d.*
conſult. 83. n. 4.

Hujuſmodi obligatio Canonicorum aſſiſtendi Epiſ-
copo in Pontificalibus functionibus, intelligitur, e-
tiamſi Epiſcopus Pontificalia exerceat in alia Eccle-
ſia Civitatis, in qua adſit competens numerus Pres-
byterorum, per quos poſſit hoc munus impleri. Non
tamen in hoc caſu poteſt Epiſcopus cogere totum Ca-
pitulum ad ſibi aſſiſtendum, ſed tantùm neceſſarios,
nempè Diaconum, & Subdiaconum, & alios tres Ca-
nonicos, ſeu Dignitates, ut infra dicemus, nè Ca-
thedralis debito Canonicorum deſtituatur ſervitio. Cæ-
terùm cum Canonici, tanquam membra, ſimul cum
21 Epiſcopo eorum Capite unum corpus conſtituant,
convenit, ut iidem in principalioribus Functionibus
Epiſcopo adhæreant, eique inſerviant, nè teneatur
ab extraneis emendicare ſervitium, ſed à propriis mem-
bris recipiat gloriam, & ſplendorem, ut pluries de-
claravit *Sac. Rit. Congreg. apud Pignattell. d. conſult. 83.*
numer. 7. quod adeo verum eſt, ut Epiſcopus volens
non poſſit uti extra Cathedralem aſſiſtentia Presby-
22 terorum in Pontificalibus Functionibus, relictis Ca-
nonicis. *Pignattell. d. conſ. 83. num. 8.* & cenſuit eadem
Sacr. Congreg. in Interamnen. 2. Auguſti 1631. in qua
recurrente Capitulo Cathedralis contra Epiſcopum,
qui extra Cathedralem, relictis Canonicis, adhibe-
bat Presbyteros ſimplices inſervientes, Reſp. non con-
venire, ſed Canonicos Cathedralis in caſu propoſito
inſervire debere, etiam extra Cathedralem, & non
alios inferiores.

In Pontificalibus autem Functionibus debent ipſi
Epiſcopo aſſiſtere præter Diaconum, & Subdiaconum,
tres alii, nempè prima Dignitas, & duæ aliæ Digni-
23 tates, ſeu Canonici; quia quum Epiſcopus Pontifi-
caliter celebrans exerceat Functionem nobiliorem ex
iis, quæ pertinent ad ſuum miniſterium, congruit,
ut à nobilioribus membris ſui Corporis ſibi præſte-
tur aſſiſtentia, ut declaravit eadem *Sacr. Congregatio*
in Monopolitana die 15. Octobris 1632. in Decreto ſe-
quent. tenor.

Aut præbendæ ſunt diſtinctæ in Presbyterales, & Dia-
conales, & tunc Epiſcopo Solemniter celebranti aſſiſtere de-
bere pro Presbytero aſſiſtente digniorem de Capitulo, quo-
cumque nomine nuncupetur, dummodo ſit in Sacerdotio
conſtitutus; Epiſcopo verò non celebranti, ſed Divinis tan-
tùm præſenti, pro Presbytero aſſiſtente inſervire debere di-
gniorem Canonicum poſt Dignitates. Aut præbendæ non ſunt
diſtinctæ in Presbyterales, & Diaconales, & tunc Epiſco-
po, ſive Solemniter celebret, ſive Divinis tantùm præſens
ſit, pro Presbytero aſſiſtente inſervire debere digniorem de
Capitulo, juxta diſpoſitionem Cæremonialis lib. 5. capit.
7. & 8.

Hoc eſt obſervandum, quòd ſi Epiſcopus non ce-
lebret Miſſam, ſeu Veſperas, ſed tantummodo aſſi-
ſtat cum Pluviali, & Mitra, non teneatur ei aſſiſte-
re prima Dignitas, ſed immediatè eidem proximus
24 ſine Pluviali, ac duo Canonici Diaconi aſſiſtentes:
Quum verò Epiſcopus non eſt indutus Pluviali, &
Mitra, nulla fit ei aſſiſtentia, nec à Presbytero, nec
à Canonicis Diaconis, ſive Dignitatibus, ſed ei in-
ſervire debent Capellani. *Pignattell. d. conſult. 83. nu.*
58. circa fin. Dignitates verò, ſive Canonici, qui jux-
ta prædicta tenentur aſſiſtentiam præſtare Epiſcopo,
25 non poſſunt inſervire per alios Canonicos, ſed per ſe
munus ſuum obire tenentur, quum prædicta aſſiſten-
tia ſit quoddam exercitium, proveniens ratione Di-
gnitatis, ſeu Canonicatus, ut appoſitè declaravit *S.*
C. Rit. 18. *Maji* 1602. in Decreto ſeq. tenor. *Sacra &c.*
obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel Portiones, in Ec-
cleſiis præſertim Cathedralibus, cuiuſcumque qualitatis ſint,
tenentur Epiſcopo, Solemniter celebranti, aut Pontificalia
exercenti, aſſiſtere, ac veſtibus Sacris induti eidem inſer-
vire, nec non munera eiſdem Dignitatibus, Canonicatibus,
& Portionibus, in decantatione Miſſæ, Evangelii, Epi-
ſtolæ, & ſimilium functione, præſtatione, incumbentia, &
anneχa per ſe ipſos ſubire, & exercere, juxta Sacrorum
Canonum, & Concilii Tridentini diſpoſitionem, ac cuiuſ-
que Eccleſiæ particularem ordinationem debere. Quod ſi
quando aliquis, legitimo impedimento detentus, ea per ſe
ipſum implere non poterit, tunc alios, ejuſdem tamen or-
dinis, & gradus, non autem inferioris dignitatis, nem-
pè Dignitates alias Dignitates, Canonici & Portionarii re-
ſpectivè alios Canonicos, & Portionarios, in ſua quiſque
hebdomada, nè graduum, & ordinum prærogativæ confun-
dantur, deputare debebit, quibus per Epiſcopum oppor-
tunis remediis, etiam hujus Decreti vigore, providendum
fore.

Pro pleniori præſentis materiæ cognitione hìc ad-
dere libet per extenſum quædam Decreta *Sacr. Rit.*
Congregationis in Hiſpalen. confirmata *ab Urbano VIII.*
ſub die 17. Junii 1592. quæ habentur etiam apud *Pi-* 26
gnattell. d. conſult. 83. tom. 5. cum ex prædictis Decre-
tis plana reddatur reſolutio omnium difficultatum,
quæ inter Epiſcopos, & Canonicos oriri poſſunt oc-
caſione Pontificalium Functionum, & acceſſus Epi-
ſcoporum ad Cathedrales, tam privatim, quàm pu-
blicè, & ſunt ſequentia.

I. An, quando Archiepiſcopus ſolemniter celebrat, vel
alia Pontificalia munia exercet, compellere poſſit Dignita-
tes, Canonicos, & univerſum Capitulum Eccleſiæ Metro-
politanæ, ut ſibi aſſiſtant, & ſerviant.

II. Poſito quòd ſic, quonam ritu, & à quibus interve-
niendum erit?

III. An quando contigerit, ut Miſſa per eundem Archie-
piſcopum ſolemniter celebranda, vel aliæ Functiones Pon-
tificales ſint exercendæ extra Metropolitanam in alia Ec-
cleſia ejuſdem Civitatis, vel Suburbiorum, poſſit ſimiliter
compellere complures, ut ſibi inſerviant, & aſſiſtant, etiam-
ſi ipſa Eccleſia eſſet Collegiata, & in ea Dignitates, &
Canonici exiſterent?

IV. An Dignitates, & Canonici, & Capitulum, teneau-
tur Archiepiſcopum, accedentem ad Eccleſiam diebus Fe-
ſtis, Cappa indutum, comitari, & ex quo loco?

V. An etiam in reditu debeant eum reducere, & ad quem
locum?

VI. An ſi privatim ad Eccleſiam venerit, ſit ei obviam
eundem, rediens ſit reducendus, & quomodo?

VII. An decens ſit, Archiepiſcopum cum Cappa ince-
dentem, unam, aut duas Dignitates ad latus ſuum ad-
mittere?

VIII. An Archiepiſcopo, in Eccleſiam intranti, prima
eu cæteris præſtantior Dignitas debeas offerre Aſperſorium?

IX. An primam, & præſtantiorem Dignitatem in ordi-
ne Sacerdotali obtinens, & teneatur Pluviali indutus aſ-
ſiſtere, & ſervire de libro Archiepiſcopo ſolemniter cele-
branti, ſive alias Pontificales functiones exercenti?

X. Quinam Diaconali habitu induti debeant aſſiſtere,
elevare fimbrias, imponere, & deponere Mitram, & qui
Evangelium, & Epiſtolam cantare teneantur, & de-
beant?

Ad I. & II. *Reſpondit Sac. Congregatio; poſſe Archi-*
epiſcopum ex Decreto Sac. Concilii Tridentini in cap. 12.
ſeſſ. 24. de reformatione, ſupradictos compellere, ut ſibi
aſſiſtant, & inſerviant. Modus autem aſſiſtendi, & in-
ſerviendi, eſſe debet, quem regulæ Pontificalis Romani
præſcribunt.

Ad III. *Licere Archiepiſcopo eoſdem compellere, quo-*
ties ad alias ejuſdem Civitatis, & Suburbiorum Eccleſias
accedit ad aliquod ſpeciale munus exercendum. Verùm cum
honoris, & ſervitii ſui cauſa, voluerit ab Eccleſia Me-
tropolitana Dignitates, Canonicos, alioſque Capitulares ex-
trahere, qui ſibi Solemniter celebranti, vel Pontificalia ex-
ercenti, aſſiſtant, & inſerviant, curet, ut par eſt, nè ipſa
Eccleſia Metropolitana Miniſtris omnibus deſtituatur, de-
bitoque cultu, & officio defraudetur. Accedens verò ad
Eccleſias, in quibus aliæ ſint Dignitates, & Canonici,
curet

Digitized by Google

curet quoque D. Archiepiſcopus pro ſua prudentia, ut omnes confuſionis, & perturbationum occaſiones removeantur, & ſuas Dignitates, & Canonicos Eccleſiæ Metropolitanæ, debere omnino præcedere Dignitates, & Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ.

Ad IV. V. & VI. *Dignitates, Canonicos, & Capitulum debere ad cubiculum accedere, ubi Archiepiſcopus induitur Cappa, & eum ad Eccleſiam venientem debito cum honore comitentur. In reditu debere etiam ſaltem uſque ad oſtium domus ipſum Archiepiſcopum aſſociare. Et verò venienti ſine Cappa, nonnullos ex Dignitatibus, & Canonicis ad oſtium Eccleſiæ, & in reditu ſimiliter uſque ad oſtium Eccleſiæ ipſum comitari debere.*

Ad VII. *Archiepiſcopo, cum Pontificali Cappa incedenti, neminem arrogare ſibi debere, ut ſe non vocatum ad ejus latus adjungat. Ipſum verò Archiepiſcopum pro ſua dignitate magis decere, ut ſolus incedat, quam ut ullas Dignitates, & Canonicos, qui ſua membra, & ſubditi ſunt, ad latus ſuum habeat.*

Ad VIII. *Debere primam Dignitatem Aſperſorium Archiepiſcopo offerre, eaque legitimè impedita, illud ipſum munus ſubire debere aliam Dignitatem, aut perſonam, quæ dignior ex Capitulo aderit. At in alia Collegiata Eccleſia Aſperſorium eſſe porrigendum à Præpoſito ejuſdem Eccleſiæ, vel quocumque nomine nuncupentur ab illo, qui in illa digniorem Perſonam gerit, ut tam Eccleſiæ, quam perſonæ porrigenti, ea ratione honor tribuatur.*

Contraria tametſi in aliquibus Diœceſibus ſervetur conſuetudo, ut in Lucana, Piſana, & Mutinenſi; ubi Epiſcopo, ad Eccleſias, tam Seculares, quàm Regulares accedenti, Aſperſorium porrigitur à prima Dignitate, ſeu digniori Canonico Capituli Cathedralis, in corpore intervenientis, quam etiam Sac. Rit. Congreg. approbavit, ut in *Lauden. 18. Januarii 1653. & 6. Aprilis 1680.*

Ad IX. *Obtinentem primam Dignitatem in ordine Presbyterali, Pluviali indutum, fungi debere aſſiſtentis munere, qui libro ſerviat, naviculam Archiepiſcopo in throno exiſtenti porrigat, eundemque ibi thurificet. Eo verò legitimè impedito, digniorem de Capitulo in ordine etiam Presbyterali, præſentem, & legitimè non impeditum, debere in ejus locum ſuccedere.*

Ad X. *Aſſiſtendi munus ad Archiepiſcopi latera, fimbrias elevandi, imponendi, & deponendi Mitram, aliaque in Pontificali deſcripta agendi, pertinere ad Archidiaconum, & ad antiquiorem Diaconum, Canonicos ambos, Dalmaticis indutos; Quod ſi Canonicus Diaconus nullus aderit, ultimum Presbyterum Canonicum, in Diaconali tamen habitu, ſuccedere debere, qui ſtabit à ſiniſtris Archiepiſcopi, & Archidiaconus à dextris, licèt ipſe Archidiaconus ordine tantùm Diaconali fuerit initiatus. Epiſtolam verò, & Evangelium cantare debere duos Canonicos ex ordine Diaconali, & Subdiaconali, modo tamen in eadem Eccleſia ſint diſtincti inter Canonicos hujuſmodi ordines, alioquin duos ex ordine Presbyterali illud munus per turnum, ſingulos cujuſcumque ordinis, peragere debere. Diaconum autem Evangelii; Archiepiſcopo ad Altare exiſtenti naviculam miniſtrare, & eum ibi thurificare debere. Et ita obſervandum, contraria conſuetudine non obſtante.*

Inſuper eadem Sacr. Congregatio circa reſolutiones prædictas nonnullas declarationes fecit, ut inferiùs, videlicet.

I. *Archiepiſcopum, ad Eccleſiam cum Cappa Pontificali acceſſurum, ut ſolemniter celebret, vel ut aſſiſtat Divinis Officiis, Concioni, aut Proceſſioni, vel ut aliud quidquam ex Pontificalibus exerceat, curare debere, ut Capitulo congruo tempore intimetur hora ejus acceſſus ad Eccleſiam, ad hoc ut ipſum Capitulum commodè ejus occurſui ſe accingere poſſit. Archiepiſcopus verò convenientem, & congruam horam eliget, verbi gratia, ſi Miſſam Solemnem in aliquo die feſto ſit celebraturus, tunc poſt Primam in Choro finitam, antequam Tertia inchoetur, ad Eccleſiam accedet, quo caſu Dignitates, Canonici, cæterique Capitulares, ſtatim poſt Primam completam, facto modico intervallo, prodire obviam debent Archiepiſcopo ad ejus cubiculum, eundemque ad Eccleſiam deducere, quemadmodum ipſa Sacr. Congregatio faciendum eſſe reſpondit. Cumque Archiepiſcopus in Eccleſiam venerit, Tertia ſuo tempore inchoanda erit juxta præſcriptum Pontificalis Romani. Idque omnino faciendum eſt, non obſtante quacunque conſuetudine. Cum enim Paſtor teneatur ad ſuam Eccleſiam accedere, ut ex ejus præſentia Divini Cultus augumentum, Eccleſiaque ipſa ſplendorem, & decorem non modicum recipiat, non eſt ei præbenda occaſio, vel non accedendi, ex quo debita cum decentia id facere nequeat, vel indecenter accedendi.*

II. *Declaravit, quòd quando Archiepiſcopus, finita Miſſa, vel aliqua alia Hora Canonica, eſt ab Eccleſia diſceſſurus, tantiſper ceſſandum eſt à reliquis Horis decantandis, quouſque Capitulares abeuntem Archiepiſcopum reducere poſſint, ut in omnibus congrua obedientia Prælato, & Deo debitum obſequium reddatur.*

III. *Quòd ſi interdum contingat, quod Archiepiſcopus, vel Proceſſione, vel aliqua Hora Canonica nondum finita, abire compellatur ob aliquam ſui neceſſitatem, tunc opus non erit, ut omnes Capitulares cum eo diſcedant, ſed ſat erit, ſi quatuor de Capitulo eum domum reducant, ita ut Proceſſioni, vel Divinis Officiis impedimentum, aut perturbationis occaſio non præbeatur, quamvis hæc, quæ perrarò eveniunt, minimè conſideranda ſint.*

IV. *Ad evitandas perturbationes, & confuſiones, in quibus diebus Archiepiſcopus Divinis Officiis eſt interfuturus, Campana aliquanto citiùs pulſetur, ut tempore rebus agendis conſideratis, cuncta rectiùs fiant, & horis congruis expleantur.*

V. *Quod Archiepiſcopo accedente ad Chorum cum Cappa Pontificali, Capitulares, eum aſſociantes, eundem habitum geſtare debeant, quem in ipſo Choro deferre ſolent.*

VI. *Omnes Dignitates, omneſque Capitulares, qui ad Chorum vadunt, teneri omninò Archiepiſcopum aſſociare, qui autem legitimo impedimento detenti dicantur, diſpoſitioni Juris Communis relinquitur.*

VII. *Tunc dici Archiepiſcopum privatim ad Eccleſiam accedere, cum ſine Cappa Pontificali accedit.*

VIII. *Nullam Dignitatem, Canonicum, aliamve perſonam, propria authoritate, vel vigore cujuſvis conſuetudinis, ad latus Archiepiſcopi Cappa, vel Sacris Veſtibus induti, accedere debere, niſi ipſe ex ſua humanitate aliquem vocare velit.*

IX. *Cum prima Dignitas Archiepiſcopo Eccleſiam introeunti Aſperſorium porrigere teneatur, ut ſupra dictum fuit, ipſa prima Dignitas ſi legitimo aliquo impedimento detenta ſit, huic muneri ſupplere debet prima Dignitas ex iis omnibus, quæ in Eccleſia ſunt præſentes; legitimi autem impedimenti cauſa non cenſetur quòd aliquis in Choro ſit occupatus, niſi Sacris Veſtibus ad Miſſam majorem celebrandam ſit indutus.*

X. *Debere quemlibet Capellanum, vel Portionarium Eccleſiæ, ad id deputatum, Archiepiſcopo librum manibus ſuſtinere, primam verò Dignitatem debere ad dexteram Archiepiſcopi celebrantis perumper caput ſupponere ad librum, quem Capellanus, vel Portionarius manibus ſuſtinet, dum in Sede eminenti ipſe Archiepiſcopus intonat hymnum* Gloria in excelſis, *cantat Orationem, Credo, & Dominus vobiſcum, ad Offertorium. Sed quando Archiepiſcopus legit Epiſtolam, Graduale, & Evangelium, prima Dignitas nihil aliud agens, ſtabit in loco ſuo erecta, digito autem indicare debebit legenda in libro, quando Archiepiſcopus eſt ad Altare, neque dedignari debet prima Dignitas, quod his muneribus fungatur, cum maximè honorifica ſint, & eadem omnino facit prior Epiſcoporum Cardinalium, dum aſſiſtit Summo Pontifici celebranti.*

XI. *Declaravit, primæ Dignitatis aſſiſtentis propriam Sedem eſſe ſcabellum ligneum, quod tamen permittitur depictum, vel aliqua pulchra forma fabricatum, dummodo ſit nudum, nullo ſcilicet panno, vel alia re coopertum, in plano ſolii ad partem dexteram Archiepiſcopo præparatum, atque eo loco, & ordine ſitum, ut prima Dignitas aſſiſtens, ad Altare, & ad faciem Archiepiſcopi reſpicere poſſit; qui locus dignior reputatur locis Diaconorum miniſtrantium.*

XII. *Cum Archiepiſcopus, ſolam Concionem auditurus, ad Eccleſiam accedit, etiamſi Cappa Pontificali indutus eam Concionem auditurus ſit, non omnes Capitulares, ſed aliqui dumtaxat, videlicet ſaltem duæ ex Dignitatibus, & ſex ad minus ex Canonicis, Archiepiſcopum venientem ad oſtium Eccleſiæ recipere, atque ad eundem uſque locum adeuntem reducere debent.*

Jo: Jacobus Scarſantonius.

AR-

Digitized by Google

A R G U M E N T U M.

De Abbatibus , aliiſque Prælatis habentibus uſum Pontificalium , & quæ ab eis ſint ſervanda in illorum uſu . Qualiter prædicti Prælati ſint à Canonicis excipiendi , & eiſdem io Sacris miniſteriis inſervire ii teneantur , & quid operetur conſuetudo circa dicta obſequia , vel ſervitium .

S U M M A R I U M.

1 *Inſignia Pontificalia , ex privilegio Apoſtolico , ſolent concedi aliis Dignitatibus , & quomodo .*

2 *Dignitotes , Epiſcopo inferiores , ad Eccleſiam acceſſuræ pro Divinis Pontificaliter celebrandis , aut receſſuræ , aon ſunt à Canonicis aſſociandæ , & de ratione ,* & o. 3.

4 *In oliquibus locis ab Eccleſiaſticis obviam itur Fundatori Eccleſiæ , uſque ad valvas .*

5 *Similis honor poſſet a Canoaicis exhiberi primæ Digaitati , ſeu Capiti Secularis Collegiatæ , conſentieate tameu Ordiaario Loci .*

6 *Iu iis tamea , quæ reſpiciunt locum , & tempus , quo hujuſmodi Indulto conceſſa ſunt , nullum jus habet Epiſcopus illa ampliandi .*

7 *Abbates , ſeu Præpoſiti Eccleſiarum , tam Secularium , quàm Regularium , hoc privilegio gaudentes , aon poſſunt Sedem fixam in Presbyterio retinere ,*

8 *Neque valent in Miſſis , Pontificaliter celebrandis , Bireto violacei coloris uti .*

9 *Prælati tam Regulares , quàm Seculares , Territorium ſoparatum habeates , tribus anni Feſtivitatibus , poſſunt uti B·ldachino in Miſſis ſolemnibus , atque alios Miniſtros , præter duos , pro Epiſtola , & Evangelio canendi habere , nempè duos Diaconos , & Presbyterum aſſiſtentem , & inſervientes .*

10 *Nec noa aſſiſtere cum Coppa , ſi eius uſum habeaut .*

11 *Uſus Mitra , & Cappa , non ſunt correlativa , ut ſunt Baculus , & Mitra .*

12 *In ingreſſu dictorum Prælatorum iu Eccleſiam tanguntur Organa .*

13 *Uſus Baldachini denotat externam Juriſdictionem.*

14 *Organi ſonus adhibetur ad maiorem Miſſæ ſolemnitatem.*

15 *Organum pulſandum eſt dum Caput Collegiatæ , aliàs Epiſcopo ſubiectum , Eccleſiam ingreditur pro decantanda Miſſa Pontificali .*

16 *Si illius Miſſæ intereſſet Epiſcopus , ſedes Celebrantis ponitur à ſiniſtra Altaris , & Cathedra Epiſcopi à dextera .*

17 *Ubi Epiſcopus non aſſiſtit , non poteſt ibidem ſuam Epiſcopalem Sedem habere ; ſed relinquendus eſt locus vacuus Sedi Priacipis Secularis , intereſſe cupieatis eidem Miſſæ .*

18 *Et Dignitas Principis Secularis , abſente Epiſcopo , præfertur omnibus Eccleſiaſticis à cornu Evangelii , ſi talis locus ſibi competat .*

19 *A' corau tamen Epiſtolæ ſedet , tam præſente , quàm abſente Epiſcopo , in Sede cum duobus gradibus .*

20 *Cathedra Epiſcopalis continuò manet fixa à cornu Evangelii , & dicitur Eccleſia Cathedralis ab hujuſmodi fixa Cathedra .*

21 *Non aſſiſtentibus Miſſæ Pontificaliter celebrandæ , neque Epiſcopo , neque Principe Seculari , licitum eſt in Collegiata habere Sedem Abbatialem cum duobus gradibus à cornu Evangelii .*

22 *Canoaici Collegiatarum , qui ſolùm ſuo principali Prælato ſubduntur , deberent ei , occaſione Miſſam ſolemnem decaatandi , miniſtrare , & ad Circulos accedere , ut de Epiſcopo dictum eſt .*

23 *Circuli tamen noa conveniunt Præpoſito , qui ſit ſubditus Epiſcopo .*

24 *An Collegiatæ Præpoſito , ſive Abbati , teneantur Canonici , ſacris Paramentis induti , inſervire , dum ſolemniter Miſſam Pontificalem celebrat , ubi Auctor negativam tenet .*

25 *Argumenta contraria confutantur .*

26 *Refertur finis controverſiæ in caſu particulari ad favorem Canonicorum .*

27 *Diaconi aſſiſtentes adhiberi poſſunt , ſciente , & non reluctante Epiſcopo .*

28 *Dignitates inferiores Epiſcopo præſcribunt cum bona fide uſum Pontificalium per ſpatium quadraginta annorum .*

29 *Multo magis per conſuetudinem , cujus memoria non extat .*

30 *Utentes hujuſmodi Inſignibus ante præſcriptionem , peccant , & de ratione .*

31 *Poſt introductam conſuetudinem , liberum eſt Canonicis , & aliis Miniſtris , inſervire dictis Dignitatibus , more Epiſcoporum celebrantibus .*

32 *Ia vim tamea præſcriptionis non poſſunt obligari Canonici ad inſerviendum Abbati , ſeu Præpoſito .*

33 *Votum , factum ab Univerſitate , habet vim præcepti , & tranſit in Populum ſucceſſorem .*

34 *Et ſimile votum non poteſt , virtute Jubilæi à Confeſſario commutari .*

35 *Feſtum S. Rocchi non valet celebrari , niſi in Eccleſiis , Sancto dicatis .*

36 *Iaterpretatio fieri debet , ut actus ſuſtineatur .*

37 *Quomodo intelligi debeat Votum , factum de faciendo celebrare Miſſam S. Rocchi in aliqua Eccleſia , cujus ipſe non ſit titulus .*

38 *Ubi actus eſt correſpectivus , conſuetudo ex eo inducit obligationem .*

39 *Et renueat poteſt compelli ad obſervantiam .*

40 *Epiſcopus poteſt cogere Populum ad præſtandam ſolitam eleemoſynam Prædicatori .*

41 *Univerſitas , ſeu Communitas , quæ ab immemorabili tempore ſolet dare Candelam certi ponderis Vicario Foraneo , non poteſt recedere ab hujuſmodi præſtatione .*

42 *Tot Candelæ benedictæ dantur Romæ Prælatis à Papa , quot ſunt Officia , quæ ipſi retinent .*

43 *Uaiverſitas non poteſt minuere Candelas , per longum tempus dari ſolitas Canonicis .*

44 *Conſuetudo decennalis obligat Prælatum in Solemnioribus Feſtis ad dandum prandium Canonicis , qui ei inſervierunt in Miſſa ſolemni .*

45 *Refertur Deciſio iu ſimili caſu ad favorem Canonicorum contra Epiſcopum Muſinenſem .*

46 *Præciſa hac conſuetudine , conveniens eſt , Epiſcopum prandium miniſtrare Canonicis , qui ſibi in Miſſa inſervierunt .*

47 *Idque multò magis convenit Præpoſito Collegiatæ , cui Canonici ex mera voluntate deſerviunt .*

48 *Canonici , qui conſueverunt aliquod munus Epiſcopo præbere , non obſtringuntur ex neceſſitate illud dare , niſi ſpatio quadraginta annorum fuerit præſcriptum .*

T I T U L U S VIII.

EX Privilegio tamen Apoſtolico ſolent concedi a-
liæ Dignitates , præſertim primæ , & Capiti
Collegiatarum inſignium , tam Secularium , quàm Re- 1
gularium , aliquaodo cum toto apparatu more Epiſco-
porum , & quandoque cum reſtrictione expreſſa , vel
cum limitatione , quæ fit à Jure , *Cærem. & Pontific.*
aut Sac. Rit. Congreg. Decretis . Hinc eſt , quòd Digni-
tates inferiores Epiſcopo , ad Eccleſiam acceſſuræ pro 2
Divinis Pontificaliter celebrandis , iiſdemque abſolu-
tis , ab Altari receſſuræ , non ſunt à Canonicis aſſo-
ciandæ ex Decreto Sac. Congr. ab Alexandro VII.
approbato , & typis dato ſub *die* 3. *Februarii* 1660.
Nam hujuſmodi aſſociationes , de quibus loquitur *Cæ-* 3
remoniale , competunt tantùm Epiſcopali Digoitati ,
non autem inferioribus : ita antea fuerat deciſum à
S. R. C. teſtibus *Novar. loc. cit. V. Monachi , n. 5. Barb.*
in Collect. V. Abbas , & Gavan. in Man. eod. V. n. 2. In ad-
dit. quicquid dixerint *Tamb. loc. cit. diſp.* 10. *num.* 6. &
Caſtald. ubi ſupra . Sed quia obviatio eſt actus civi-
lis , & in aliquibus locis fit ab Eccleſiaſticis Funda- 4
tori Eccleſiæ uſque ad ejus valvas , teſtibus *Peyrin. in*
addit. ad Conſt. Jul. II. cap. 3. nu. 29. Caſſan. loc. cit. part.
8. *conſid.* 80. crederem poſſe uſque ad Portam Eccle-
ſiæ à Canonicis fieri primæ Dignitati , Secularis Col-
legiatæ Capiti , accedenti in aliquibus Solemnitati- 5
bus ad Eccleſiam , Miſſam Pontificalem celebraturo ,
dummodo ad id conſentiat Epiſcopus loci Ordinarius ;
cui tamen non eſt jus augendi certos , & determina-
tos tres dies Feſtivitatum , in quibus Abbatibus , ſi-
ve

ve Præpoſitis Eccleſiarum , tam Secularium , quàm
6 Regularium , in Miſſarum , & Veſperarum Solem-
niis , operari licet , ac multò minùs indulgere poteſt,
ut extra locum , in eorum Diplomatibus deputatum,
Solemniter celebrent Miſſam Pontificalem . *Tamb. de
Jur. Abb. p. 1. diſp. 21. q. 3. n. 6. & Caſtr. Pal. tract. 3. de
Previl. diſt. 4. punct. 6. n. 7.* & habetur in allegato Sac.
Congreg. Decreto nuper impreſſo, in quo iiſdem pro-
7 hibetur retinere Sedem fixam in Presbyterio , quod
& jam fuerat ordinatum ab Urb. VIII. Conſtit. X.
incipien. *Exponi Nobis* , ut refert *Braneat. in Epit. Sac.
Can. V. Abbas* , & jam , pridem ipſis fuerat à S. C. in-
terdictum, nè in præfatis Miſſis Pontificalibus utan-
8 tur Bireto violacei coloris . *Tambur. loc. cit. queſt. 10.
num. eod.*

Antedicti Prælati Regulares , nec non alii Secula-
res , poſſidentes Territorium , ab Juriſdictione Epiſco-
pi externè exemptum , poſſunt in dictis tribus anni
9 Feſtivitatibus uti Baldachino in Miſſis Solemnibus ,
ac ultra Miniſtros Epiſtolæ , & Evangelii , aſſumere
duos Diaconos , & Presbyterum , aſſiſtentes , & in-
ſervientes . *Gavant. & Braneat. loc. prox. cit.* & patet in
dicto novo Decreto , atque aſſiſtere eum Cappa , ſi ejus
10 uſum habent , ita declaravit S. R. C. ſub *die 12. Ju-
lii* 1638. aliàs ſecus : nam uſus Mitræ , & Cappæ ,
haud ſunt correlativa , *Barb. in Summ. Apoſt. Dec. coll.*
11 196. *num. 5.* prout exiſtunt Baculus , & Mitra , ut
notant *Novar. ubi ſupra V. Baculus , n. 1. & Lezzan. V.
Mitra , n. 1.* ubi ponit tres ſpecies Mitræ.

Ingredientibus Eccleſiam dictis Prælatis ad Sacrum
12 Pontificaliter obeundum , tanguntur Organa , ut di-
ſponitur in *Cærem. Epiſc. lib. 1. c. 15.* Et quia iſte ſo-
nus non denotat externam Juriſdictionem , veluti Bal-
13 dachinum , quod eſt tegumen Cathedræ Epiſcopalis ,
ut inquit *Mart. de Juriſdict. p. 2. c. 53. n. 6.* ſed adhibe-
14 tur Organum ad majorem magnificentiam Miſſæ So-
lemnis ; *Molan. loc. cit. c. 4. Coſter. in Enchir. tit. de præc.
Henriq. lib. 9. c. 31.* non dubito eſſe pulſandum Orga-
num , dum Caput Collegiatæ , etiam Epiſcopo ſubje-
15 ctum , intrat Eccleſiam pro decantanda Miſſa Ponti-
cali , quicquid alii ſenſerint , cui Miſſæ ſi Epiſcopus
intererit , Sedes celebrantis ponitur à ſiniſtra Alta-
ris , & Cathedra Epiſcopi à dextera . Ubi verò Epi-
16 ſcopus non erit aſſiſtens , non poteſt ibidem ſuam E-
piſcopalem Sedem habere , ſed relinquendus eſt lo-
17 cus vacuus Sedi Principis Secularis , intereſſe cupien-
tis eidem Miſſæ , abſente Epiſcopo , quo caſu cum
Dignitas Principis Laici non concurrat cum Epiſco-
pali , præfertur omnibus aliis Eccleſiaſticis à cornu
18 Evangelii , ſi ibi ſibi competat locus , ut dictum eſt
Lib. II. num. 60. Quemadmodum à cornu Epiſtolæ ſe-
19 det in Presbyterio Cathedralis in Sede cum duobus
gradibus tam præſente , quàm deficiente Epiſcopo ,
cujus Cathedra , hoc eſt , excelſa Sedes , continuò
ibi manet fixa cum tribus gradibus , & Eccleſia di-
20 citur Cathedralis ab hujuſmodi firma Cathedra : vi-
deatur *Altograd. part. 2. conſ. 1. per totum* , & adver-
tendum , quòd non aſſiſtente Epiſcopo , nec Principe
Seculari , Miſſæ Pontificaliter celebrandæ in Colle-
21 giata , tam Seculari , quàm Regulari , licitum erit
habere Sedem Abbatialem cum duobus gradibus à
cornu Evangelii , ita *Caſtald.* ubi ſupra , & cenſuit *S.
R. C. in Neapolitana 18. Martii* 1617. non tamen fixam ,
& permanentem . *Peyrin. in addit. c. 12. n. 2.*

Canonici Collegiatarum , qui tantummodo ſuo prin-
cipali Prælato ſubduntur , tenentur ei Miſſas Solem-
nes decantanti miniſtrare , ut ſupra , & , dum Divinis
22 aſſiſtit , aſſiſtentiam facere , nec non ad Circulos ac-
cedere , prout ſuperiùs de Epiſcopo explicavimus :
ita *Sanchez in Decal. lib. 7. p. 2. c. 29. nu.* 373. Qui Cir-
23 culi non conveniunt Præpoſito Collegiatæ , Diœceſis,
nec Civitatis , qui ſit ſubditus Epiſcopo . An verò
huic Collegiatæ Præpoſito , ſive Abbati , teneantur
Canonici , ſacris Paramentis induti , inſervire , dum
Solemniter Miſſam Pontificalem celebrat , non modi-
ca orta fuit controverſia inter Abbatem , & Canoni-
24 cos hujus Eccleſiæ , atque per eundem Abbatem pro-
poſito dubio *S. R. C. ſua die 18. Junii* 1633. fuit re-
ſponſum , *Canonicos teneri pro Diacono , & Subdiacono
inſervire* , quod Decrecretum fuerit non citata , nec
audita parte obtentum , Canonicis ſuppliciter inſtan-
tibus , fuit ab eadem S. C. commiſſum *Emin. Card. S.
Ceciliæ Epiſcopo Lunen. Sarzanen.* ut audiret Abbatem ,
& Canonicos , & cum ſuo voto referret . Ad favorem
Abbatis , ultra dictum , aliud adducebatur Decretum
S. C. in una *Ceneu.* apud *Barb. in collect.* 100. *n.* 16. his
verbis , *Canonici duo debent miniſtrare Decano , dum Miſ-
ſam diebus ſolemnibus cantat . Ad hæc in Cærem. Epiſcop.
lib. 2. c. 7. tit. de Feſt. Purificat.* legitur , *Canonicus hebdo-
madarius , ſeu Dignitas , paretur cum duobus Canonicis ha-
bitu Diaconali , & Subdiaconali , &c.* ergo tantò magis
Canonici , ut ſupra parati , debent inſervire primæ
Dignitati , & Collegiatæ capiti , dum Miſſam cum
inſignibus Pontificalibus decantat ; aliàs ejus privile-
gium redderetur eluſorium . Exindè pro Abbate fuit
allata conſultatio *Ciarlin. contr. for. tom. 2. c.* 208. qua
probare intendit , Canonicos S. Martini obligatos eſſe
inſurvire Archipresbytero , & Capiti eorum Eccleſiæ
Collegiatæ , pro Diacono , & Subdiacono , ac Pres-
bytero aſſiſtente , dum ille Solemniter celebrat in ea-
dem Collegiata . Quæ ut ſupra adducta nil me turba-
verunt , dum pro Canonicorum exemptione dicebam.
Primò omnibus hujus Eccleſiæ præbendis non ineſſe
Ordinem Sacrum , & propterea non eſſe gravandas
hoc onere , maximè , quia ſunt de Jurepatronatus Lai-
corum : facit *c. 2. de transl. Prel.* & tradita per *Novar.
de Gravam. p. 1. grav. 1. n. 9.*

Secundò jus celebrandi cum Pontificalibus eidem
Abbati competit , non ratione dignitatis , ſed ex Pri-
vilegio , quod non debet eſſe oneroſum tertio , ſed
ſemper interpretandum ſine aliorum præjudicio , niſi
expreſsè hoc dicat , c. *Cauſam , de reſcript. Vivian. in c.
Quamvis eod. tit. Pariſ. de Reſig. Benef. lib. 12. q. 14. num.
12. Rota p. 1. diverſ. dec. 169. n. 6.*

Tertiò Canonici tenentur inſervire Epiſcopo , qui
eſt eorum Dominus , & Caput principale , & ſua in-
tereſt non habere plures dominos , quibus ſervire co-
gantur , aliàs indebitè duplici onere prægravarentur .
*Purpurat. conſ. 161. num. 8. tom. 2. Tiraquell. de Jure Pri-
mog. queſt. 4. num.* 30. & Papa non præſumitur , quòd
voluerit aliquem duplici onere gravare : *cap. Manda-
tum , de reſcript.*

Ad ea verò , quæ ex adverſo fuerunt adducta , re-
ſpondi , primum Decretum , uti editum unica tantùm
parte informante , ſolitum eſſe moderari ex melioribus
juribus ab altera allegatis , ut declaravit *eadem S. C.* 25
in Firmana 25. Maji 1603. Minùs urget aliud ſimi-
le apud *Barb. loc. cit.* quia in iſto ſubjungitur , Cano-
nicos eſſe obligatos , quando Manſionarii ſunt impedi-
ti in Cura animarum , at in caſu noſtro dictus Abbas
retinet duos Capellanos pro Cura animarum , & quan-
do hi in ea eſſent impediti , non deſunt alii Capellani
mercenarii , qui ei , ut ſupra , poſſunt miniſtrare . Nec
Officit *Cærem. ſupra cit. tit. de Feſt. Pariſ.* nam ibi cir-
ca *fin. dicit ; Deinde Diacono , & Subdiacono paratis cum
Celebrante , ſi ſunt Canonici , &c.* Ex quo dicendi modo
patet , miniſtrantes Hebdomadario , vel Dignitati ,
poſſe exiſtere etiam non Canonicos , videlicet , non
Canonicos , quando Præbendæ non ſunt diſtinctæ , &
Canonicos , dum poſſident Præbendas Diaconales , &
Subdiaconales , quod ſuadetur ex Decreto *Sac. Cong.
apud Barb. in Collect. V. Canonici , in Eccleſia* , reſolven-
te , Canonicos non eſſe cogendos ad cantandum Epi-
ſtolam , vel Evangelium , quando alius Canonicus ,
vel Dignitas celebrat , niſi quando Præbendæ ſunt di-
ſtinctæ : ita *S. R. C. in una Tarentina die 3. Septembris*
1651.

Denique nullius momenti eſt inſinuata conſultatio
Ciarlini , cum aſſertam ab eo obligationem Canonico-
rum oriri reſolvat in illa Collegiata , quia in ejus ere-
ctione hoc remittitur arbitrio Ordinarii , à quo in actu
Viſitationis fuit ſancitum , Canonicos debere pro Dia-
cono , & Subdiacono inſervire Archipresbytero , cui
jam miniſtrare conſueverunt ; quæ clauſula , ſive con-
ditio , non reperitur in Bulla noſtræ Collegiatæ , &
ideo his Canonicis non eſt imponenda obligatio ſine
cauſa , & jure ad id obligante , *cap. Conſuluiſti 2. qu.
4. & cap. 2. de transl. Prælat.* Neque adaptari poteſt ,
quod dicit *d. Ciarl.* de illo Archipresbytero , ipſum
manutenendum eſſe in poſſeſſione , nam ab initio hu-
jus Collegiatæ , Canonici recuſarunt deſcribi per tur-
num in Tabella , ſed tantùm aliqui benè affecti erga
Pri-

Primum Abbatem, ipſi, ut ſupra, Solemniter cele-
branti, inſervierunt ex humanitate, renuentibus cæ-
teris hujuſmodi ſervitium præſtare; cum autem præfati
actus minimè fuerint facti turnatim, non poteſt iſte
Abbas uti remedio manutentionis in poſſeſſione; ita
fuit reſolutum per *Rot. Rom. in Majoricen. de celebr.
Miſſ.* 26. *Junii* 1652.

Præterea voluntariæ præſtationes non habent in ſe
formam præciſæ obligationis. *Abb. in cap. ex parte,
num.* 2. *de conceſſ. Præb. Decian. conſ.* 68. *num.* 77. *vol.* 2. *No-
var. ubi ſupra grava* 50. *num.* 4. Hæc, & alia, quæ
à me fuerunt inſinuata ad favorem Canonicorum,
induxerunt Abbatem recipere dictum miniſterium ex
26 mera humanitate; & ſic hilari animo major pars
Canonicorum non ſolùm inſervit pro Presbytero Dia-
cono, & Subdiacono, ſed etiam pro Diaconis aſſi-
27 ſtentibus, qui adhibentur ſciente, & non reluctante,
Epiſcopo, quem puto poſſe permittere ad tempus,
cum regulariter quivis valeat favori, & privilegio
pro ſe introducto renunciare. *cap. Cum nobis, de elect.
capit. Quod ob gratiam, de reg. jur. in* 6.

Dignitates inferiores Epiſcopo, non habentes privile-
gium cantandi Miſſam cum ornamentis Pontificalibus,
ea ſibi acquiſita remanent, ſi bona fide his uſi ſunt ſpa-
28 tio quadraginta annorum: *Abb. in cap.* 1. *de præſcript.
in fin. Tamb. loc. cit. diſp.* 19. *quæſt.* 2. *Campanil. diverſ.
Rubr.* 5. *in provem. num.* 7. & eo magis hæc præſcri-
29 buntur per conſuetudinem, cujus omninò ignotum eſt
exordium. *gloſſ. in cap.* 5. *de præſcript. in cap. Novit.
de judic. & in cap. Cum contingat, de for. compet.
Gram. dec.* 64. *num.* 34. *Moron. reſp.* 12. *nu.* 33. An-
te præſcriptionem utentes dictis inſignibus in Miſſis
30 Solemnibus, peccant, cum nemo poſſit ſine culpa
excedere metas ſui Privilegii. *cap. Porrò, de Privil.
D. Bern. in Spec. cap.* 4. Poſt inſinuatam verò con-
ſuetudinem, liberum eſt tam Canonicis, quàm aliis
31 Miniſtris, inſervire in Altari dictis Dignitatibus, mo-
re Epiſcoporum in omnibus celebrantibus, ut docent
Innoc. in c. Cum olim, n. 2. *de præſcript. Abb. in cap. Ad
hæc, n.* 4. *de exceſſ. Prælat.*

Non idcircò juvaret allegare præſcriptionem pro ob-
ligandis Canonicis hujus Collegiatæ ad inſerviendum,
32 & aſſiſtendum Abbati, ut ſupra, attentis iis, quæ
ſuperiùs ſcripſimus cum DD. allegatis, quibus adde
Ceval. dec. 286. *Mart. Ital. lib.* 1. *de Immun. cap.* 6.
§. 1. qui dicunt, ſubjectum voluntarium non ſubja-
cere neceſſitati. Et quamvis olim manuſcriptis af-
firmaverim, Conſules Univerſitatis, ſtante conſue-
tudine quadraginta annorum, & ultra, non poſſe re-
cedere à porrigendo quotannis certos Cereos, & num-
mos, pro celebrando Feſto S. Rocchi; Hoc non repu-
gnat doctrinæ mox allatæ, quia teſtantur Seniores
Civitatis, ſe audiviſſe à ſuis majoribus, hujuſmodi
Feſtum celebrari ex voto emiſſo occaſione Peſtilen-
tiæ, & ſic præſumptio non ſtat pro libertate, ſed pro
voto, quod habet vim præcepti, & tranſit in Popu-
33 lum ſucceſſorem. *Suarez de Relig. lib.* 4. *cap.* 9. *in
fin. Pont. de Matrim. lib.* 10. *cap.* 1. *numer.* 3. *Sa. V.
Feſtum, nu.* 3. *Salas part.* 2. *tract.* 8. *diſput. unic. ſect.*
17. *num.* 162. Quod votum non poteſt virtute Jubi-
lei à Confeſſario commutari, quia indultum non conce-
ditur Communitati, ſed ſingulis Fidelibus, ut notat
34 *Trullen. in expoſ. Bull. Cruc. lib.* 5. *cap.* 3. *diſp.* 5. *num.* 12.
Et licèt dictum votum dicatur emiſſum de faciendo
Solemniter in hac Eccleſia cantari Miſſam D. Rocchi,
& Proceſſione in ejus privigilio, quod ſacrum ad præ-
ſens non poteſt celebrari, niſi in Eccleſiis Sancto di-
35 catis, ob novum S. C. Decretum apud *Barb. in Coll.
V. Officia, num.* 26. adhuc interpretatio facienda eſt,
ut actus ſuſtineatur. *Rolan. conſ.* 61. *numer.* 23. *lib.*
36 3. *Roman. conſ.* 580. *& Purpurat. conſ.* 2. *num.* 22.
part. 1. & ita prædictum votum accipi debet, quod qui
illud emiſerunt, voluerint ſucceſſoribus imponere onus
faciendi decantari Miſſam eo die cum pluribus Mini-
37 ſtris eo ritu, quo ipſamet die celebrat Eccleſia, ita in
caſu ferè proprio tradit *Paſqual. cent.* 1. *quæſt.* 75.

At eſto, quòd non eſſet votum, cum dicta Univer-
ſitas curſu non ſolum decem, ſed triginta annorum,
38 & ultra, continuatè perſolverit uniformem ſtipem,
ut à Clero fieret illud reciprocum, & correſpectivum,
induxit ſufficientem obligationem in futurum; quia da-
tio non eſt pura. *Abb. in cap. Suam, num.* 8. *de ſimon.
Fely. in cap. Cum M. de conſt. num.* 51. *Marta de Juriſd.
part.* 2. *cap.* 34. *num.* 35. *Novar. de Priv. miſer. perſ.
privil.* 24. *num.* 3. ubi plures cumulat. Et poteſt Epi-
ſcopus compellere ad ejus obſervantiam. *Abb. in cap.* 39
Ad Apoſtolicam d. tit. num. 4. *Fely. Barb. ibid. Genuen.
QQ. pract. quæſt.* 47. *num.* 9. *Homob. in conſult.* 2. *tom.
part.* 6. *reſ.* 63. *Fragoſ. loc. cit. lib.* 2. *diſput.* 4. *§.* 4.
num. 336.

Quemadmodum poteſt cogere Populum ad præſtan-
dam ſolitam eleemoſynam Prædicatori, ut poſt alios,
docet *Ricciul. Lucubr. Eccleſ. lib.* 5. *num.* 13. Ex qui-
bus etiam benè infertur, eandem Univerſitatem, à 40
tempore immemorabili dare ſolitam in Feſto Purifi-
cationis B. V. Candelam certi ponderis Vicario Fo-
raneo, non poſſe recedere ab hujuſmodi præſtatione,
quia non eſt purè facultativa, ſed introducta in quan-
dam recognitionem onerum, quæ idem Vicarius in
commodum, & ſervitium Populi ſubſtinet: ita colli- 41
gitur ex *Vulp. in Prax. Jud. loc. cit. cap.* 54. *num.* 1.
& manifeſte ex *Moron. ubi ſupra reſp.* 27. *num.* 21.
Nec alicujus momenti eſt dicere, quòd idem Vica-
rius habet ſuam Candelam ferè ejuſdem ponderis,
uti Canonicus; nam Romæ tot candelæ benedictæ à
Papa dantur Prælatis, quot bi officia ibidem reti-
nent. Videte *Rub. in ſuis Singul. loc. cit.* Nec poſſunt 42
ab eadem Univerſitate minui candelæ, per longum
tempus conſuetæ dari Canonicis, cum & his dentur 43
ex cauſa oneroſa: facit quod ſcribit *Leoncill. de Priv. Paup.
part.* 2. *priv.* 117.

Et propterea decennalem conſuetudinem obligare
Prælatum in ſolemnioribus Feſtis prandium præbere 44
Canonicis, qui ei inſervierunt in Miſſa ſolemni, re-
ſolvit *Homob. in Comment. part.* 3. *tract.* 14. *quæſt.* 13.
reſolut. 2. & ita ſervari in Eccleſia Gadaven. teſta-
tur *Bellam. conſ.* 31. Atque in ſimili cauſa vertente
inter Epiſcopum Mutinæ, & ejus Capitulum, fuit
pronunciatum, Canonicos manutenendos eſſe in poſ-
ſeſſione recipiendi à ſuo Epiſcopo ſeptem convivia in 45
anno in Epiſcopali Palatio, ita refert *Ughell. de Epiſc.
Ital. tom.* 2. *lit. C. fol.* 554. Et, præciſo hujuſmodi 46
uſu, conveniens eſſe, Epiſcopum Canonicis, qui ſi-
bi in Miſſa inſervierunt, prandium miniſtrare, aſſe-
runt *Craſſ. l. c. lib.* 2. *cap.* 3. *& Ant. de Lit. in fine ſuæ
Summ.* Quod multò magis efficere convenit Propoſito 47
Collegiatæ, cui Canonici ex mera voluntate, ut ſu-
pra, inſerviunt. Quòd ſi Canonici conſueverint ali- 48
quod munus Epiſcopo conferre, non valet, niſi id
ſit quadraginta annorum intervallo præſcriptum, &
nunquam fuerit interruptum, ſiquidem magis decet Pa-
trem donare filiis, quàm filios Patri. *Vulp. in Prax.
loc. cit. capit.* 14. *n.* 20.

A R G U M E N T U M.

Agitur de Vicario Generali, Capitulari, & Foraneo, eorumque Præcedentia, an, & quando eis reſpectivè debeatur ſupra Canonicos. Item de Præeminentia debita Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui, vel Titulari, vel qui ſit inſimul Canonicus; necnon Abbatibus, aliiſque Prælatis inferioribus, & demum Prothonotariis Apoſtolicis extra numerum.

S U M M A R I U M.

1 *Vicario Generali, in aliqua Functione intervenienti in habitu Vicariali, debetur locus dignior inter Canonicos.*

2 *Limitatur, quando ex conſuetudine honorifica Sedes, à Canonicis diſtincta, pro Vicario fuerit deſtinata.*

3 *Referuntur contrarium tenentes; ſed pro Vicario denuo firmatur concluſio, excepto caſu aſſiſtentiæ Canonicorum cum Paramentis,* & num. 4. 6. 7. 10. & 11.

5 *Amplia, quando Vicarius Generalis intervenit in Capitulo, vel alia Functione, abſente Epiſcopo, non obſtante contraria conſuetudine, & de ratione.*

8 *Hæc tamen non procedunt quoad Vicarium Capitula-*

rem, cui debetur locus poſt primam Dignitatem, ſeu alterum Digniorem, & de ratione.

9 *Vicario tamen Apoſtolico debita eſt ſuper omnes Præcedentia.*

12 *Vicarius habitum Prælatitium geſtare non poteſt, niſi ſit etiam Prothonotarius Apoſtolicus.*

13 *Eadem ratione Vicario Generali debetur ante omnes Dignitates Præcedentia in recipiendis Candelis, Cineribus, & ſimilibus, exceptis Dignitatibus, ſeu Canonicis, qui vel Epiſcopo aſſiſtunt, vel ſunt Sacris Veſtibus induti.*

14 *Niſi tamen obſtaret contraria conſuetudo, quæ eſſet ſervanda.*

15 *Vicarius Generalis thurificari non debet triplici ductu, ſed tantùm duplici, niſi fuerit etiam Prælatus.*

16 *Nec eidem tradendus eſt ad oſculandum Liber Evangelii, etiamſi eſſet Vicarius Apoſtolicus.*

17 *Nec admittendus eſt ſimul cum Canonicis, ad faciendum circulum coram Epiſcopo.*

18 *Sedes Vicarii Generalis non debet eſſe parata cum Tapetis, & Pulvinari, etiamſi abſens ſit Epiſcopus, ſed ſimplex.*

19 *Nec illam poteſt ad ſui libitum variare.*

20 *Si Vicarius Generalis ſit etiam Canonicus, ad hoc ut ei debeatur Præcedentia ſupra alios Canonicos, neceſſe eſt ut interveniat indutus habitu Vicariali.*

21 *Et ſi hoc habitu indutus ſit, non lucratur Diſtributiones, neque alia emolumenta, Canonicis debita.*

22 *Vicarius tamen Foraneus nullam præcedentiam prætendere poteſt, non ſolùm ſupra Canonicos, ſed nec etiam ſupra ſimplices Presbyteros antiquiores, ſeu digniores; niſi in caſu, quo repræſentaret Epiſcopum, & quando,* & n. 23.

24 *Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui, vel habet Epiſcopatum Titularem, debetur locus ſuper omnes Canonicos, & Dignitates, tam in Choro, & Capitulo, quam in omnibus aliis actibus.*

25 *Idem eſt, ſi Canonicus, vel Dignitas, promoveatur ad Epiſcopatum, cum retentione Canonicatus, vel Dignitatis.*

26 *Limita, quando cùm eo ſimul etiam interveniat Vicarius Generalis, ut Vicarius, & in habitu Vicariali, & de ratione.*

27 *Epiſcopus, qui ſimul ſit Canonicus, in Capitulo occupare debet locum poſt Decanum, ſeu alterum Præſidentem ipſius Capituli.*

28 *Imo etiam ſi ſit Conſiliarius alicujus Principis, interveniens in Concilio, tanquam Conſiliarius, primum locum cedit in ſedendo Præſidenti Conſilii.*

29 *Extra verò Capitulum, ſeu Conſilium, omnibus tanquam major in Dignitate præcedit.*

30 *Prælatis extraneis Sedes eſt danda, honoris gratia, in loco, à Capitularibus diſtincto; niſi vigeat conſuetudo, quod illam habeant ante omnes in Stallis Canonicalibus.*

31 *Præſente Epiſcopo Diœceſano, ubi locum habere debeat Abbas in loco ſuæ Juriſdictionis.*

32 *Ubi pariter ſedere debent, tam in Synodo Diœceſana, quam in Concilio Provinciali, & quibus Inſignibus uti poſſit.*

33 *Abbates, habentes uſum Pontificalium, præferendi ſunt Commendatariis, & Canonicis, quando incedunt, ut ſinguli; ſecus ſi Collegialiter, & de ratione.*

34 *Prothonotarii Titulares, qui ſunt in Dignitate conſtituti habitu Prælatitio induti, ſedere debent in loco tertio poſt Abbates.*

35 *Quod procedit etiamſi, fuerint ſimul Canonici, & de ratione.*

36 *Licitum tamen eſt illis geſtare Subtanam Violaceam, & deſuper habitum Choralem, prout alii Canonici.*

37 *Et ſi eſſet prima Dignitas, poſſet Prothonotarius uti Rocchetto, & Mantelletto, & in prima Stallo reſidere.*

38 *Canonici, & Dignitates, non ſunt, propriè loquendo, Perſonæ in dignitate conſtitutæ.*

39 *Prothonotarii præcedunt Canonicis uti ſingulis, etiamſi non incedant in habitu Prælatitio, ſed ſimplici, non obſtante immemorabili conſuetudine,* & n. 40.

41 *Canonicus, qui ſit Referendarius utriuſque Signaturæ, extra actus Capitulares, præcedit omnibus de Capitulo.*

42 *Prior, vel alia prima Dignitas Eccleſiæ Collegiatæ, quæ juxta conſuetudinem interveniat Functionibus una cum Canonicis Cathedralis, non præfertur ipſis Canonicis, ſed thurificatur duplici ductu, prout illi.*

ANIMADVERSIONES.

NOnnulla hoc loco aſſeremus, quæ ſervanda ſunt, quando in Eccleſiaſticis Functionibus interveniunt, ſeu potiùs aſſiſtunt Perſonæ, quæ non ſunt de Capitulo, ac ſignanter, quando intervenit Vicarius Generalis, & aliquis Prælatus, ſive Prothonotarius Apoſtolicus honorarius.

Et quatenus pertinet ad Vicarium Generalem, quo-
ties ille intervenit in habitu Vicariali, debetur eidem 1
locus dignior inter Sedes Canonicorum, nec in hoc
caſu dicitur occupare Stallum alienum, ſed proprium,
ac ſuæ Dignitati debitum. *Barboſ. Apoſt. Dec. collect.*
714. *num.* 3. & reſolvit *Sac. Congr. deputata in Alben. Sacr. Rit. t. die* 19. *Septembris* 1710. *ad nonum dubium*, quod tamen intelligendum eſt, dummodo non
adſit conſuetudo, ut aliqua particularis, & honori- 2
fica Sedes, diſtincta à Sedibus Canonicorum, pro Vi-
cario deſtinata ſit, quam conſuetudinem laudat *Card. de Luc. in Annot. ad Conc. Triden. diſc.* 31. *num.* 29.
licèt enim *Menoch. conſ.* 51. & 257. & latiùs *Joann. Pichard. apud eundem conſ.* 52. ſubſtineant partes Capi-
tali, ejuſque primæ Dignitatis, pro aſſerenda ejus
præeminentia ſupra Vicarium Generalem, maximè 3
ex ratione unitatis Corporis, quod conſtituitur per E-
piſcopum tanquam Caput, & Canonicos tanquam
membra, ac proindè quia incongruum videatur, quòd
inter Caput, & membra in eodem Corpore aliquid
extraneum commiſceatur, ut etiam advertunt *Gratian. diſcept.* 111. *num.* 1. & *ſeqq. Mareſ. Variar. Reſol. cap.* 69. nihilominus *Sacra Rituum Congregatio*,
excepto caſu aſſiſtentiæ cum Paramentis, nempè Ca-
nonicorum, qui Epiſcopo parati miniſtrant, tenet o-
pinionem favorabilem Vicario, ut patet ex Decre-
tis relatis apud *Barboſ. d. collect.* 714. & ait *De Luc. de Præemin. diſc.* 18. *num.* 3. ſequendo authoritatem *Abbat. conſ.* 21. *part.* 1. & aliorum apud *Gratian. dicta diſcept.* 111. *num.* 24. & *ſeq.* quæ Sententia in-
dubitanter amplectenda eſt, quando Vicarius Gene-
ralis intervenit in Capitulo, vel alia Functione, ab- 4
ſente Epiſcopo, tanquam Præſidens, & Superior,
ac vicem Epiſcopi repræſentans, quo caſu nulla con- 5
ſuetudo eſſet allegabilis contra Vicarium, quia cen-
ſenda eſſet abuſus, & corruptela, cum ita Subditus
præcederet Superiorem, ut bene advertitur per *Gratian. ubi ſupra numer.* 16. & *ſeq. De Luc. eod. diſcurſ.* 18. *num.* 5.

Licèt autem eadem Sacra Congregatio teneat opi-
nionem favorabilem Vicario Generali, intervenienti
ſimul cum Epiſcopo in actibus Collegialibus, ſive Ca-
pitularibus, veluti in celebratione Synodi, & Pro- 6
ceſſionibus, nihilominus ex ratione ſupra inſinuata,
quòd quandam præſeferat monſtruoſitatem interſecatio
Perſonæ extraneæ inter Caput, & membra, *Card. de Luc. d. diſc.* 18. *num.* 6. credit probabiliorem, ac ma-
gis fundatam ſententiam contrariam, quam ſubſtinet
Menoch. & Mareſcot. in locis citatis, & nos alibi fu-
ſiùs notavimus, & in terminis interventus in Syno-
do Diœceſana, in qua Capitulum facit unum Cor-
pus cum Epiſcopo, *Ricc. in Prax. part.* 4. *reſol.* 391. 7
Ventrigl. in Prax. part. 4. *annot.* 15. *§.* 1. *num.* 19. &
fuſiùs *Panimoll. dec.* 1. *annot.* 5. *à n.* 21. *ad plures ſeqq.*
licèt ipſe propter authoritatem dictæ Sacræ Congrega-
tionis inclinet in contrariam ſententiam, quam etiam
nos ſequi profitemur.

Hæc autem, quæ dicta ſunt de Vicario Generali E-
piſcopi, quoad competentiam primæ Sedis, ſive loci
ſupra Dignitates Capituli, non procedunt in Vicario
Capitulari, ex ratione, quòd ipſe eſt miniſter ejuſdem
Capituli, & ab eo ſuam Juriſdictionem, ac Præemi-
nentiam metitur, ideo in actibus Præeminentialibus non 8
præcedit Primam Dignitatem, ſive Digniorem, qui
interveniat, ſed immediatè poſt illum procedere debet,
ut advertit idem *Card. de Luc. Adnot. ad Concil. Trid. diſc.* 31. *num.* 29. ad differentiam Vicarii Apoſtolici,
cui ſu-

Digitized by Google

cui ſupra omnes debita eſt Præcedentia, *Bordon. de
Præcedem. n. 510. De Luc. ad Ventrigl. in Prax. adnot. 15.
§. 1. n. final. Panimoll. dec. 1. adnot. 5. n. 7. & ſeq.*
Limitanda tamen eſt regula de præcedentia Vicarii
Generalis Epiſcopi in caſu, quo, eo interveniente in
Pontificalibus Functionibus, omnes Canonici, ad præ-
ſcriptum Cæremonialis Epiſcoporum, aſſiſtant induti
Sacris Veſtibus, tunc enim, tam ſedendo, quàm in-
10 cedendo, & in thurificatione, præcedunt Vicarium Ge-
neralem, cum illos tantùm præcedat, quando inter-
veniunt induti ſimplici habitu, Chorali, ut decrevit
Sac. Cong. Rit. relata per Ventrigl. d. adnot. 15. numer.
1. etiamſi ageretur de interventu in Synodo Diœceſana,
& Canonici aſſiſterent Parati *Panimoll. dicta dec. 1. adnot.
5. num. 53.* itaut nec etiam prætextu conſuetudinis poſ-
11 ſit Vicarius præcedere Canonicos Paratos, ut reſolvit
eadem *Sacr. Congr. in Lauretana 6. Septembris* 1603. &
alibi apud eundem *Ventrigl. l. c. n. 6.* & ſequitur *De Ma-
giſtr. in Sylv. Eccleſ. lib. 2. cap. 6. n. 50.* qui ulterius *num.*
47. tenet, quòd Vicarius, qui non ſit Prothonota-
rius Apoſtolicus, non ſit recipiendus in Capitulo cum
habitu Prælatitio, ſed tantummodo cum habitu fami-
12 liari, quia Vicarius Generalis ex munere Vicariatus
non habet uſum prædicti habitus Prælatitii, nempè
Rochetti, & Mantelletti, ſed ad effectum, ut illum
geſtare poſſit, neceſſe eſt, quòd ſit Prothonotarius A-
poſtolicus, ut notat *Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib. 5. c. 6. n.
52. Panimoll. d. dec. 1. adnot. 7. n. 14.*
In ſequelam eorum, quæ ſupra diximus, Vicario
Generali debent dari ante omnes Dignitates, Cande-
13 læ, Cineres, & Palmæ, & præſerri in thurificatio-
ne, & adoratione Crucis, exceptis Dignitatibus, ſive
Canonicis Epiſcopo aſſiſtentibus, vel Sacris indumentis
Paratis. *Panimoll. d. dec. 1. adnot. 5. n. 10.* dummodo ta-
men non adeſſet contraria conſuetudo, juxta quam ſoli-
tus fuiſſet Vicarius in præmiſſis cedere Præcedentiam
14 Canonicis, quia ab hujuſmodi conſuetudine receden-
dum non eſſe cenſuit eadem *Sacra Congregat. in Neoca-
ſtren. 16. Januarii* 1607. *& in Alexandrina 13. Martii*
1708. *ad primum Dub.*
Non debet tamen Vicarius thurificari triplici ductu
Thuribuli, ſed tantùm duplici, niſi eſſet Prælatus,
nec eidem tradendus eſt oſculandus liber Evangeliorum,
15 etiamſi eſſet Vicarius Apoſtolicus. *Barboſ. de Jur. Ec-
cleſ. lib. 3. cap. 15. num. 43. Ventrigl. d. adnot. 15. §. 1.*
16 *n. 9. Panimoll. d. dec. 1. adnot. 5. num. 12.* ſicuti non de-
bet admitti ſimul cum Canonicis coram Epiſcopo aſ-
17 ſiſtente in Throno ad faciendum Circulum, ad Hym-
num Angelicum. Credo, Sanctus, Agnus Dei, &c.
*Barboſ. Summ. Apoſt. Dec. collectan. 715. nu. 18. Ventrigl. ubi
ſup. n. 18.*
Quod diximus de Sede Vicarii, ita intelligendum eſt,
ut eadem eſſe debeat ſimplex, non autem parata cum
Tapetis, & Pulvinari, etiamſi abſens ſit Epiſcopus,
18 ut cenſuit Sacra Congregatio in *Brundaſina 16. Julii*
1603. apud eundem *Ventrigl. d. adnot. 15. ſub num. 7.*
& quod Vicarius non poſſit illam ad ſui libitum,
19 & voluntatem variare, cum ſedere debeat in loco,
quem illi aſſignavit antiqua conſuetudo, remittendo
Lectorem ad ea, quæ circa hanc materiam dicta fue-
runt in *Animadverſione ad tit. 10. lib. 1. à num. 18. ad plu-
res ſeq.*
Si verò Vicarius Generalis eſſet etiam Canonicus
Cathedralis, licèt eidem debeatur præcedentia ſupra
Capitulares, juxta ſupradicta, nihilominus hoc pro-
cedit, dummodo interveniat in habitu Vicariali, nam
20 ſi intereſſe in habitu Canonicali, nulla alia ei dan-
da eſt præcedentia præter illam, quæ ei competit in
Ordine Canonicatus, ut cenſuit *Rit. Congreg. in Com-
poſtellana 4. Februarii* 1600. In caſu autem, quo in-
tervenit in habitu Vicariali, non lucratur Diſtribu-
tiones, quia ad finem eas acquirendi, debet cum ha-
21 bitu Canonicali in ſuo Stallo reſidere, ac reſpectivè
incedere in loco ſibi competenti ratione Canonicatus,
ita ut ſi aſſiſtat Funeralibus, & Exequiis in dicto
habitu Vicariali, non lucretur ceram, ſive alias Di-
ſtributiones, ut de mente Sacr. Rit. Congregationis
tenent *Aldan. Compend. Canonic. reſol. tit. 43. num. 30.
& Ventrigl. d. adnot. 15. §. 1. num. 12. Panimoll. d. dec. 1.
adnot. 5. n. 49.*
Vicarius tamen Foraneus, qui ratione ſui muneris
nullam ſibi vindicat præcedentiam, non ſolùm non
præfertur Canonicis, ſed nec etiam ſimplicibus Pres-
byteris antiquioribus, ſive alioquin dignioribus, ita ut
ſedere, & incedere debent in loco debito ſuæ Dignita-
ti, non minùs ac ſi non eſſet Vicarius, non obſtan- 22
te quacunque Epiſcopi ordinatione, niſi in caſu, quo
repræſentaret Epiſcopum, veluti in menſtruis collatio-
nibus Caſuum Conſcientiæ, quibus ille nomine Epi-
ſcopi præſideret, ut patet ex pluribus Declarationibus 23
Sac. Rit. Congregationis, de quibus apud *Barboſ. de Ca-
non. & Dign. c. 5. n. 57. & c. 58. n. 33. Panimoll. d. dec. 1.
adnot. 5. n. 61.*
Quatenus pertinet ad alios Prælatos, in Functionibus
Eccleſiaſticis intervenientes, ſimul cum Capitulo Ca-
thedralis, primo notandum eſt, quòd Epiſcopus, qui
renunciavit Epiſcopatui, vel habet Epiſcopatum Ti- 24
tularem in Terris Infidelium, ſi ſit Canonicus, in
Choro, Capitulo, Proceſſionibus, aliiſque actibus,
ſupra omnes Canonicos, & Dignitates ſedere, & in-
cedere debet, & ſingulis præferri, ut ſervatur etiam
in tribus Eccleſiis Patriarchalibus Urbis S. Jo: Late-
rani, S. Petri, & S. Mariæ Majoris, ut teſtatur
*Barboſ. in Summ. Apoſt. Dec. collect. 111. num. 12. &
ſeqq.* & ita reſolviſſe *Sac. Rit. Congregationem* ait *Pa-
nimoll. dec. 1. adnot. 4. num. 21.* Idemque juris eſt ſi
Canonicus, vel Dignitas, promoveatur ad Epiſco-
patum cum retentione Canonicatus, vel Dignitatis,
qui omnes præcedit, alioquin antiquiores, ſive Di- 25
gniores. *Barboſ. d. collect. 111. num. 12. Panimoll. loc.
cit. num. 20.* & ſic obſervatum fuit in noſtra Eccleſia
Piſtorien. de tempore, quo clar. memoriæ Reveren-
diſſimus D. Horatius de Panciatichis evectus fuit ad
Cathedram Feſulanam cum retentione dignitatis Prio-
ratus prædictæ Eccleſiæ.
Talis autem Epiſcopus, qui inſimul ſit Canonicus,
licèt præcedat Canonicos, & Dignitates, nequaquam
antefertur Vicario Generali, qui uti Vicarius, & ha-
bitu Vicariali prædictis Functionibus interſit, quia 26
prædictus Epiſcopus in tali caſu non conſideratur uti
Epiſcopus, ſed uti Canonicus, qui propterea non per-
maneat in exercitio ſuæ Dignitatis, prout per-
manet Vicarius, non obſtante, quòd Juriſdictionem
metiatur à deputatione ſui Epiſcopi, quia eo ipſo,
quòd eſt electus, eandem Juriſdictionem, & quidem Or-
dinariam, habere dicitur à Jure, ad *Text. in cap. 1.
2. & 3. de offic. Ordin. in 6.* cum aliis adductis per *Panimoll.
d. dec. 1. adnot. 5. n. 19.*
In Comitiis autem Capitularibus, Epiſcopus, qui
ſimul ſit Canonicus, propter ſuam dignitatem, quæ
eſt inſeparabilis à ſua perſona, debet in iis honorari,
non tamen præferri Decano, ſeu præſidenti Capitu- 27
li, ſed ei dandus eſt primus locus poſt ipſum Deca-
num ſeu præſidentem. *Abbas in c. Poſtulaſti 14. nu. 8.
& 9. col. 2. verſ. ſed quæro, de conceſſ. Præbend. Vin-
cent. de Franch. dec. 138. n. 3. Gratian. diſcept. 106.
num. 9. & ſeq. Panimoll. deciſ. 1. annot. 4. num. 15.*
eodem modo, quo Epiſcopus, ſi ſit Conſiliarius Prin-
cipis, & interſit in Conſilio tanquam Conſiliarius, non
tanquam Epiſcopus, non præfertur in ſeſſione Præ- 28
ſidenti Conſilii. *De Franch. d. dec. 138. nu. 3.* Extra
verò Conſilium, ſive Capitulum, tanquam major in di-
gnitate omnes antecedere debet, *d. c. Paſtulaſti, & c. pe-
nult. de conceſſ. Præb. Gratian. diſcept. 111. n. 14. Panimoll. ubi
ſup. n. 16. & 17.*
Quatenus verò pertinet ad Prælatos extraneos, præ-
dictis Functionibus intervenientes, cum nullum locum 29
habeant in iis, videntur honorandi cum Sede diſtin-
cta in tertio loco, & non inter Capitulares, eodem
modo, quo ſupra dictum eſt de Vicario Generali, quan- 30
do non viget conſuetudo, quòd ille habeat primum
locum in Stallis Canonicalibus. Hinc eſt, quòd Ab-
bates, qui dicuntur proprie habere dignitatem, ma-
ximè ii, qui habent uſum Pontificalium in loco ſuæ
Juriſdictionis, ſedere debent, vel apud Epiſcopum in
Sede Camerali abſque ornatu, & ſine gradu, vel in
conſpectu Epiſcopi cum uno parvo gradu, non exceden-
te dimidium palmi *Gavant. in Manual. Epiſcop. in V. Ab- 31
bas n. 5. Panimoll. dec. 1. adnot. 6. n. 3.*
In Synodo verò Diœceſana ſedere debet à latere ſini-
ſtro juxta Canonicos à latere dextro, & in Conci- 32
lio provinciali poſt Epiſcopos, ut diſponitur in

Cæremoniali Epiſcop. *l. 5. cap. ult.* quo caſu io dictis
Functionibus Abbates, ſi ſunt exempti, poſſunt uti
Mitra aurifriſiata ſine laminis aureis, vel argenteis,
ſed ſi non ſunt exempti, uti debent Mitra ſimplici, &
plana, dummodo habeant uſum Pontificalium *Tamburin. de Jur. Abbat. diſput. 24. quæſt. 6. nu. 1. 2. & 3. Cæremonial. Epiſc. lib. 1. cap. ult. Gavant. in Manual. Epiſc. in V. Abbas num. 42. 43. 44. & 47.* Hujuſmodi
Abbates, habentes uſum Pontificalium, utpote conſtituti io Digoitate, anteferendi ſunt Commendatariis,
& Canonicis Cathedralis, quando iſti incedunt uti
ſinguli, niſi obſtet cootraria conſuetudo, ut dictum
eſt *lib. 1. tit. 9. num. 27.* ſecus ſi collegialiter, cum in
hoc caſu repræſentent Cathedralem Eccleſiam, quæ ſicut
33 omnibus aliis præfertur, ita pariter præferendi veniunt Canonici illam repræſeotantes *Gavant. ubi ſup. n. 40. Barboſ. de Canonic. & Dignit. cap. 18. n. 56. Ferentill. ad Buratt. deciſ. 403. n. 13. & 15 cum aliis apud Panimoll. adnot. 6. n. 6. & ſeqq.*

Prothonotarii verò titulares, ſive extra numerum,
qui ſunt in Dignitate conſtituti, & uti poſſunt Habitu
34 Prælatitio, nempe Rocbetto, & Mantelleſta violacei coloris in Eccleſiaſticis Functionibus juxta diſpoſitionem Cæremonialis *lib. 1. cap. 13. circa fin.* neque
ſupra, neque inter Canonicos locum habent, ſed
tantum in loco tertio poſt Abbates *Panimoll. dec. 5. adnot. 7. num. 8. & 16.* Quod etiam procedit, ſi ſit
Canonicus, nam interveniens in prædictis Functionibus in dicto Habitu Prælatitio, reputatur tanquam extraneus, nec participat de Diſtributionibus, quamvis
35 ſit licitum eidem geſtare Subtanam violaceam, & ſu-
36 per ipſam Habitum Choralem, prout cæteri Canonici, & ita reſidere in ſuo ſtallo Canonicali, & eaſdem Diſtributiones lucrari *Corrad. in Prax. diſpenſat. lib. 5. cap. 6. num. 52. verſ. 10. Barboſ. de Canonic. cap. 18. numer. 37.* Ita oeque Parochis Prothonotariis uti
licet Habitu Prælatitio in Functionibus Eccleſiaſticis, & Parochialibus, velut in admioiſtratione Sacramentorum, & Functionibus, aut Proceſſionibus,
neque competit præcedentia, ſi intereſſe velint, ut declaravit *Sacr. Rit. Congreg. in Mont. Regal. 3. Septembris* 1661. & in altera de menſe *Auguſti 1666. apud Paſcuc. de Funerib. in Compend. ad conſult. 74. t. 6. Pignat. num. 2. 3. & in Lunen. Sarzanen. 18. Septembris* 1666. Qui propterea neque ad Synodum in tali habitu admittendi ſunt, ſed in ea ſuperpelliceum deferre debent, ut ſervatur io praxi, de qua in Lucana
Diœceſi teſtatur *Daniel de Nobilib. in addit. ad diſp. 75. num. 56.* Si verò Prothonotarius eſſet Prima Dignitas Capituli, tunc poſſet uti Rocchetto, & Mantelletta, & reſidere in primo Stallo, ut firmat *Pa-*
37 *nimoll. d. adnot. 7. n. 7.* maximè ſi adſit conſuetudo,
ut plenè *Pignatell. conſ. 119. tom. 4.*

In actibus verò non capitularibus, videlicet quaodo Dignitates, & Canonici interveniunt uti ſinguli,
& non faciunt Collegium, Prothonotarii prædicti iocedentes induti proprio Habitu Prothonotariatus,
præcedunt ſingulos, tanquam Perſonæ in Dignitate
38 conſtitutæ, quales non ſunt, propriè loquendo, Dignitates, & Canonici Cathedralis, licet in pluribus
reputentur uti tales *Caputaquen. dec. 257. part. 5.* pleoiùs *Panimoll. d. dec. 1. adnot. 6. num. 28. & ſeqq.*
39 ac proinde præcedentiam in concurſu Canonicorum deberi Prothonotariis, & quidem non obſtante immemorabili conſuetudine, ut plenè probat *Pignatell. conſ. 88. per tot. tom. 4.* Quinimmo etiamſi non incedant in Habitu Prælatitio, ſed ſimplici familiari *Pignatell. ibidem*
40 *n. 7.* & cenſuit pluries *Sacr. Rit. Congreg.* relat. apud
Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 23. nu. 24. & in Summ. Apoſtol. dec. collect. 617. n. 9. & firmat *Panimoll. d. dec. 1. adnot. 7. n. 15. cum aliis apud eund.*

Denique notandum, quod Canonicus, qui ſit Prælatus, oempe Referendarius utriuſque Signaturæ, ex-
41 tra actus Capitulares, præcedit omnes Dignitates Capituli *Gavant. in Manual. Epiſc. in V. Præcedentia, nu. 21. Panimoll. d. adnot. 8. num. final.*

Quando juxta conſuetudinem Prior, vel alia Prima
Dignitas Collegiatæ intervenit in Functionibus ſimul
cum Canonicis Cathedralis, ille non poteſt præcedere ipſos Canonicos, ſed tamen eſt thurificandus cum
42 duplici ductu, prout ipſi Canonici, ut reſpondit *Sac. Rit. Congreg. in Tuſcanen. Præeminentiarum 19. Auguſti 1619. relat. à Pignatell. conſ. 29. numer. 11. & 12. tom. 4.*

Jo: Jacobus Scarſantonius.

ARGUMENTUM.

De Cæremoniis ſervandis quando Princeps Loci, ſeu Civitatis, prima vice accedit ad Eccleſiam. Aſperſio Aquæ benedictæ quomodo ſit facienda diebus Dominicis, ante Miſſam Conventualem. Quando Præbendæ ſunt diſtinctæ io Sacerdotales, Diaconales, & Subdiaconales, Canonici poſſidentes præbendas Diaconales, & Subdiaconales, tenentur inſervire Canonico Celebranti etiam Coadjutori, non tamen Capellanis. An Canonicus poſſit ſubſtituere alium Canonicum io Officio canendi Miſſam?

SUMMARIUM.

1 *Accedenti Principi Civitatis, vel Loci ad Eccleſiam diebus Feſtis tempore Divinorum Officiorum, duo Canonici occurrunt ad oſtium Templi, eumque ad ejus Sedem comitantur, omnes autem Capitulares, ſi nondum ſint incæpta, illum recipiunt, opportunas Cæremonias faciendo,* & n. 2.

3 *Quibus Cæremoniis recipiatur novus Princeps, majorem Eccleſiam Civitatis, ubi Aulam habet, ingrediens prima vice.*

4 *Diebus Dominicis fit per Sacerdotem Celebrantem Aſperſio Aquæ benedictæ, & quæ hac occaſione ſint ſervanda.*

5 *Prædicta Aſperſio non fit à prima Dignitate Collegiatæ, uſum Pontificalium habente, ſi velit Miſſam Pontificaliter decantare; ſed ab aliquo Capellano cum Cotta, & Stola, in medio duorum Acolitorum.*

6 *Ad illam autem ſpectat, ſi non habeat uſum Mytræ, dictam Functionem explere, cum Pluviali, & Miniſtris.*

7 *Quæ ſervanda ſint, quando Aſperſio Aquæ Benedictæ fieri debet præſente Epiſcopo.*

8 *Canonici aſperguntur ſingillatim, & à qua parte Chori incipiatur.*

9 *Aſperſio verò Capellanorum, & Populi fit unico ductu in circulum.*

10 *Canonici debent recipere aſperſionem Aquæ benedictæ detecto capite, & parum inclinati.*

11 *Illa aſperſio, fervore in Deum recepta, valet ad remittenda peccata venialia.*

12 *Item ad pellendos corporis morbos.*

13 *Terminata aſperſione, Celebrans ad infimum gradum Altaris dicit Orationem, & deinde accepto Manipulo, & Caſula incipit Miſſam.*

14 *In aliis verò Feſtis Dignitas, ſeu Canonicus, omiſſa aſperſione Aquæ benedictæ, procedit ad Altare cum Miniſtris, & Presbytero aſſiſtente, ſi adſit conſuetudo.*

15 *Celebrans procedere debet ad Altare demiſſis oculis, capite tecto, nec aliquem per viam ſalutat, etiamſi ſit Princeps, cui ſatis eſt, quòd caput Bireto coopertum inclinet.*

16 *Ubi Præbendæ ſunt diſtinctæ in Diaconales, & Subdiaconales, eas poſſidentes tenentur inſervire Celebranti, etiamſi cantans ſit Canonici Coadjutor.*

17 *Limita, ſi celebrans fuerit Capellanus, cui prædicti Canonici non tenentur inſervire, non obſtante quacunque conſuetudine.*

18 *Capellani reputantur ſervi Eccleſiæ, cui ſunt adſcripti.*

19 *Et ipſi debent Canonicis ſervire, non è converſo,* & num. 20.

21 *Non incongruè tamen agerent, ſi in caſu neceſſitatis Capellano, Miſſam cantanti, inſervirent.*

22 *Dignitates Collegiatæ, habentes in eadem Eccleſia Præbendam Diaconalem, non eximuntur à canendo per ſe Evangelium, dum Canonicus Miſſam Conventualem cantat.*

23 *Incongruum non eſt, Dignitates ſervire ſimplici Canonico, & de ratione.*

24. Mul-

24 *Multo magis ad id tenentur Canonici.*
25 *Et contrafacientes graviter peccant, niſi fuerit legitimè impediti.*
26 *Impedimento detenti poſſunt ſubſtituere alium Concanonicum, non autem alterius Collegiatæ, vel exterum Sacerdotem.*
27 *Gravius peccat habens Præbendam Presbyteralem, ſi ſuam Hebdomadam aliis Canonicis ſine cauſa committit.*
28 *Nec valet allegare conſuetudinem, quia à C. Trid. tollitur.*
29 *Limita, quando conſuetudo eſſet immemorabilis.*
30 *Conſuetudini immemorabili nunquam intelligitur derogatum, niſi hoc ſpecialiter exprimatur.*
31 *Nec ſufficit dicere,* non obſtante quacumque conſuetudine.
32 *Canonici, Diaconales, & Subdiaconales Præbendas obtinentes in Cathedrali Sarzanen. ſunt exempti ab onere canendi Evangelium, & Epiſtolam, & quare.*
33 *Præbendæ Cathedralis debent eſſe partim Sacerdotales, partim Diaconales, & partim Subdiaconales.*
34 *Epiſcopi curare debent, ut in Cathedrali dimidia pars Canonicorum ſint Presbyteri, & cæteri Diaconi, & Subdiaconi.*
35 *Et hæc deſignatio facienda eſt non Perſonis, ſed Præbendis, etiamſi exiſtant de Jurepatronatus Laicorum.*
36 *Limita, quando ab immemorabili tempore omnes Canonicatus eſſent Presbyterales.*
37 *In Collegiata de Jure non exigitur iſta Præbendarum partitio, nec aliquis ordo ex Sacris, ſed ſufficit aliquis ordo ex minoribus, vel prima Tonſura,* & n. 38.
39 *Ordines Sacri poſſunt in Canonicatuum inſtitutione Præbendis Eccleſiæ Collegiatæ annecti.*
40 *Quod etiam de conſuetudine poteſt induci, & ſufficit decennalis,* & n. 41.
41 *In Collegiatis Canonicatus, & Præbendæ non ſunt cenſendæ Presbyterales, eo, quod anteceſſores fuerunt ſemper Sacerdotes.*
42 *Niſi ſtante Statuto, per quod diſponatur, Præbendas illas Eccleſiæ non poſſe conferri, niſi Sacerdoti.*
43 *An Canonicatus, & Præbendæ ſint Sacerdotales, ſtante diſpoſitione Statuti, quod omnes Canonici per turnum cantent Miſſam Capitularem, & reſolvitur negativè.*
44 *Ubi Præbendæ non habent annexum ordinem Sacrum, eæ conferuntur etiam in minoribus conſtitutis; qui ſimul cum Sacerdotibus conſtituuntur per orbem Hebdomadarii: & qui non eſt Presbyter, per alium Sacerdotem ſatisfacit muneri ſuo.*
45 *Immo etiam Canonicus Sacerdotali caſu liberè poteſt alium Capitularem ſubſtituere, qui ejus loco Miſſam Conventualem cantet.*
46 *In quibus terminis loquatur* Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.
47 *Si Canonici Collegiatæ ferè omnes eſſent minoribus tantùm ordinibus initiati, Epiſcopus, juxta neceſſitatem Eccleſiæ, aliquos Canonicos compellere poteſt ad recipiendum Sacerdotium.*
48 *Etiamſi dicti Canonici poſſiderent Præbendas de Jurepatronatus Laicorum.*

T I T U L U S IX.

DUM occurrit, Principem Civitatis, vel Loci, diebus Feſtis accedere ad Eccleſiam, tempore, quo cantatur Miſſa Solemnis, duo Canonici occurrunt
1 ad oſtium Templi, ac ipſum comitantur ad Sedem ſuo loco paratam, ita cenſuit *Sac. Cong.* penes *Barb. de Can. cap.* 32. *num. ult.* At ſi Divina nondum fuerint incepta, fas erit omnibus Capitularibus eidem Prin-
2 cipi obviare uſque ad portam Eccleſiæ, opportunas cæremonias faciendo, ut tradit *Caſtal. lib.* 2. *ſect.* 1. *c.* 4. *n.* 11.

Novo autem Principi prima vice, qua extra tempus Divinorum ingreditur majorem Eccleſiam Civitatis, ubi habet Aulam, & Domicilium, ultra prædictas cæremonias datur pax, & incenſatur triplici ductu,
3 cantando poſtea, ut ſcribit, *Polac. loco citato numer.* 69.

℣. *Salvum fac N. Principem noſtrum.*
℟. *Deus meus ſperantem in te.*
℣. *Mitte ei Domine auxilium de Sancto.*
℟. *Et de Sion tuere eum.*
℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*
℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*
℣. *Fiat pax in virtute tua.*
℟. *Et abundantia in turribus tuis.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor, &c.* ℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DEus, cui omnis Poteſtas, & Dignitas famulatur, da huic famulo tuo Principi noſtro N. proſperum ſuæ Dignitatis effectum, in qua te ſemper teneat, tibique jugiter placere contendat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Et redeuntes ad rem, undè parum diſceſſimus, advertere oportet, in Regulis Miſſalis, & *Cærem. lib.* 2. *cap.* 31. ordinari, ut diebus Dominicis fiat aſperſio Aquæ benedictæ per Sacerdotem celebrantem, qui in infimo Altaris genuflexus, medius inter ſolitos duos Miniſtros, accipit ex manibus Diaconi Aſperſorium 4
cum Aqua benedicta, & intonando Antiphonam, ter aſpergit Altare, deinde ſe, & erectus Miniſtros, Clerum, & Populum, in ſignum puritatis animi, requiſitæ in tam Divino Sacrificio. *Val. tom.* 4. *diſp.* 6. *quæſt.* 11. *pun.* 3.

Prima Dignitas Collegiatæ, gaudens Inſignibus Pontificalibus, ſi aliqua die Dominica voluerit Miſſam Pontificalem decantare, non debet per ſe facere aſ- 5
perſionem Aquæ benedictæ, ſed fiat ab aliquo Capellano cum Cotta, & Stola, procedente in medio duorum Accolitorum. *Quaran. in Summ. V. Divinum Officium. Prax. Neap. cap.* 65. *num.* 3. *Lezan. loc. cit. cap.* 21. *num.* 23. Si verò non habeat uſum Mytræ, ad ipſam, prout ad cæteras Dignitates, & Canonicos celebrantes ſpectat cum Pluviali, & Miniſtris: ita declaravit *S. R. C.* relatore *Barb. Summ. collect.* 39. *nu.* 6
3. Quæ aſperſio ſi fiat præſente Epiſcopo, celebrans procedit ſolus ad hujuſmodi functionem. *Cærem. loc. cit.* & priùs Aſpergillum Epiſcopo porrigit, oſculando illud, & manus Epiſcopi, quo abnuente accipere, Celebrans eum aſpergat, faciendo inclinationem pro- 7
fundam ante, & poſt, ut notat *Polac. ubi ſupra part.* 2. *Cærem.* 7. deindè Canonicos ſingillatim, incipiendo ab ea parte Chori, ubi hebdomada celebratur. *Barb. loc. prox. cit. cap.* 34. *n.* 23.

Aſperſio Capellanorum, & Populi, fit unico ductu in circulum ſimul, non ſingulorum, ut dictum eſt 8
de Canonicis, qui ad majorem eorum venerationem ſingulariter aſperguntur, cum inclinatione ante, & poſt totam Aſperſionem. *Arnaud. in Epit. part.* 4. *cap.* 19. *n.* 9
6. Quando in Canonicos Aqua ſancta perfunditur, debent hi detecto capite, amoto etiam Pileolo, ſe parum inclinare, conſiderantes; quòd illa aſperſio, fervore in Deum recepta, valet ad remittenda peccata 10
venialia. *Valent. in Concord. Jur. in proœ.* 6. *lib. Decret. nu.* 5.
Necnon ad pellendos corporis morbos, videte *Baron.* 11
ann. 132. *& alibi*. Terminata aſperſione, Celebrans, 12
reverſus ad infimum Altaris gradum, dicit Oratio- 13
nem, exindè ibi ſumit Manipulum, & Caſulam, incipiendo Miſſam, ut habetur in *Cærem. lib.* 2. *cap.* 31. Aliis verò Feſtis Dignitas, vel Canonicus celebrans, omnibus Miſſalibus indumentis veſtitus, exit de Sacriſtia cum Diacono, & Subdiacono paratis, ac cum Presbytero aſſiſtente cum pluviali, ſi adſit conſuetudo utendi hujuſmodi aſſiſtentia. *S. C. apud Barb.* 14
coll 46. *num.* 15. Et quoniam, ut ait *D. Cyprian. in expoſ. Orat. Dominicæ, Deo placendum eſt etiam in habitu corporis*, Celebrans, & Miniſtri, junctis mani- 15
bus demiſſis oculis, operto capite, procedant ad Altare, neminem per viam ſalutando, etiamſi obvier Princeps, cui ſatis erit caput, bireto Clericali coopertum, inclinare: ita *Polac. ubi ſupra Cærem.* 4. *nu.* 6. *in addit.* In Eccleſiis, ubi Præbendæ ſunt diſtinctæ, poſſidentes præbendas Diaconales, & Subdiaconales, 16
tenentur, ut ſupra, inſervire, etiamſi cantans Miſſam ſit Coadjutor Canonici, ita declaravit *Sac. Congr. ad c.* 7. *ſeſſ.* 25.

Nullatenus verò præfati Canonici remanent obnoxii
pro Diacono, & Subdiacono inſervire alicui Capel-
lano de Menſa, Miſſam Majorem decantanti. *Imol.
in cap. Cum certum, n. 2. de major. & obed.* & expreſ-
ſè declaravit *S. R. C. in una Materan. 5. Julii* 1614.
non obſtante quacunque conſuetudine, quæ potiùs eſ-
ſet corruptela, nam dicti Capellani dicuntur habere
18 Beneficia ſervitoria, & reputantur tanquam ſervi
ipſius Eccleſiæ. *cap. penult. de Cler. non reſid. ubi gloſſ. in
V. Aſſiſios*, & docet *Antonell. loc. cit. lib. 4. cap. ult.*
19 *num.* 2. & penes ipſos manet neceſſitas inſerviendi
Canonicis, non è contra. *Zabarell. in cap. 1. de ma-
jor. & obed. & Rot. cor. D. Merlino 3. Decembris* 1635.
& indecorum videretur, quòd Canonici ad inſervien-
20 dum Capellanis eſſent adſtricti. *Ant. de Præt. in tract.
de Juriſd. cap. 6. num. 9. Dian. V. Major. & Farinac.
dec. 416. part. 1.* In caſu tamen neceſſitatis rem incon-
gruam non efficerent Canonici, Capellano, Sacrum
decantanti, miniſtrando pro Diacono, & Subdiaco-
21 no: ita cenſuit *S. R. C. in una Camajoris Lucanæ Diœceſis
die 7. Novembris* 1652.

Dignitates Collegiatarum, habentes inſuper in ea-
dem Eccleſia Præbendam Diaconalem, non eximun-
tur à cantando Evangelium per ſe, dum aliquis Ca-
22 nonicus Miſſam Conventualem celebrat. *Hurtad. part.
1. tit. de oblig. Sacerd. tract. 2. cap. 5. numer.* 210.
& determinavit *S. C. apud Marzill. lib. 2. tit. de*
23 *conſt.* Nec dicatur incongruum, Dignitates inſervire
ſimplici Canonico, ad tradita per *Theod. Rub. ſing.
part. 6. obſerv. 14. n. 1. Marc. dec. 1266. lib. 1.* quia Digni-
tas non coacta deſcendit ad minora officia, ſed ſpon-
tè; & volenti non fit injuria. Multò magis Cano-
nici, ad Diaconales, & Subdiaconales inſtituti, te-
24 nentur perſonaliter in ſuo Officio miniſtrare. *Leſſ.
de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 34. num. 184. Farinacc. part. 5.
dec. 559. num. 3. Rot. part. 4. diver. dec. 659.* & decre-
vit *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de ref.* & contraſa-
cientes non excuſantur à gravi culpa; & ſi id per
25 alios fieri procurent, niſi quis fuerit legitimè impe-
ditus. *Homob. de ſtat. vit. hum. part. 1. cap. 9. Hurtad.
ubi ſupra, num.* 209. Hoc enim impedimento inter-
veniente, poſſunt ſubſtituere alium Canonicum, non
26 autem alterius Collegiatæ, vel exterum Sacerdotem,
ita *Sac. Cong. apud Nicol. V. Canonicus, num.* 30. Atque
eo graviore peccato ſe commaculat gaudens Præben-
27 da Presbyterali, dum non facit hebdomadam, ac non
cantat Miſſam, ſed aliis Canonicis abſque cauſa vi-
28 cem ſuam committit, Nec valet allegare conſuetudi-
nem ſubſtituendi in dictis muneribus, quia tollitur à
Conc. Trid. loc. mox allegato. Si tamen id facere eſſet
29 conſuetum à tempore, de quo non eſt memoria in
contrarium, nullum committeretur peccatum, ad tra-
dita per *Grat. diſcept. for. tom. 4. cap. 80. num. 7. Pe-
trell. loc. cit. lect. 13. num. 54. Bonac. de Hor. Can. diſp.
2. quæſt. 5. part. 6. num. 57. Caſtr. Pal. tom. 2. tract.
13. diſp. 3. punct. 9. num. 10. Ciarlin. tom. 5. cap.*
30 92. *num.* 44. Magna profectò eſt vis conſuetudinis
immemorabilis, cui nunquam intelligitur derogatum,
niſi hoc ſpecialiter exprimatur. *Barb. de Clauſ. uſu freq.
32. num.* 3. & non ſufficit dicere, non obſtante qua-
cunque conſuetudine. *gloſ. in Clem. ſtatutum, de elect.*
31 *Innoc. in cap. Cum tanto, de conſuet. Alagon. ibid. Por-
tel. part. 2. caſ. 6. num. 13. Gonzal. ſuper 8. Reg.
Cancell. gloſſ. 33. num. 9. Suarez de Leg. lib. 7. cap.
10. num.* 11. Ob hujuſmodi immemorabilem, ac par-
vum numerum Capitularium, toleratur à pientiſſimo
Epiſcopo, ut Diaconales, & Subdiaconales, in Ca-
thedrali Sarzanæ poſſidentes, ſint exempti ab onere
32 cantandi Evangelium, & Epiſtolam; dum cantat
alius Canonicus in eorum locum, ſuffultis duobus
ſimplicibus Presbyteris, cum quo, & ipſi Diaconi,
& Subdiaconi Canonici, ob parvum numerum Colle-
garum, per ſe cantant Miſſas Majores turnatim, ut
33 alii Sacerdotales Præbendas obtinentes, ad quem can-
tum non eſſent adſtricti, qui juxta munus eorum Præ-
bendis annexum, ut ſuperiùs dictum eſt, inſervirent,
Præbendæ Cathedralis Eccleſiæ eſſe debent partim
Sacerdotales, partim Diaconales, & ex parte Sub-
diaconales, ita determinavit *S. C. apud Ricc. in Prax.
reſ. 338. part. 2.* quæ ſic appellantur à Sacris Ordini-
bus, illis annexis.

Et quia Miſſæ Conventualis celebratio eſt magis
neceſſaria, partes ſunt Epiſcopi curare, ut in Cathe-
drali dimidia Canonicorum pars ſint Presbyteri, &
cæteri Diaconi, & Subdiaconi, ut, poſt alios, do- 34
cet *Sanchez conſ. part. 2. lib. 7. cap. 3. dub. 48. num.*
7. & hæc deſignatio facienda eſt non perſonis, ſed 35
Præbendis, etiamſi exiſtant de Jurepatronatus Lai-
corum. *Gordon. Mor. lib. 8. quæſt. 6. cap. 3. Garc. de
Ben. part. 3. cap. 2. numer. 244. in addit.* Quòd ſi ab
immemorabili tempore omnes Canonicatus eſſent Pres-
byterales, non poſſet Epiſcopus Canonicos compellere
ad diſtinguendas Præbendas etiam in Diaconales, ac 36
Subdiaconales, ob vim immemorabilis conſuetudinis.
Ad Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ de jure non exi-
gitur dicta Præbendarum partitio, nec aliquis Ordo
ex Sacris; ut tradunt *Petr. de Anchar. Jo: And. Innoc.* 37
Ant. de Bui. Abb. & alii Scribentes *ſuper cap. 2. de
inſtit.* ſed ſufficit aliquis Ordo ex minoribus, vel pri- 38
ma Tonſura: ita *Pariſ. conſ. 125. vol. 4. Grat. diſ-
cept. for. cap. 485. num.* 12. Poſſunt præfati Ordi-
nes Sacri in primæva Canonicatuum inſtitutione Præ-
bendis Eccleſiæ Collegiatæ annecti, *cap. Cui, de non* 39
*Sacerdotali, de Præb. in 6. Anchar. & Barb. ibidem
num.* 2. quod etiam de conſuetudine poteſt introduci.
Gemin. ſuper d. cap. Cui num. 2. *Leſſ. de Juſt. & Jur.* 40
loc. cit. cap. 34. d. 19. num. 106. & ſufficit decenna-
lis. *Bonac. de Diſtr. diſp. 2. quæſt. 3. pun. 5. n.* 5. Non
ſunt autem Canonicatus, & Præbendæ in Collegiatis
reputandæ Sacerdotales ex eo, quòd Canonici anteceſ-
ſores ſemper fuerunt Sacerdotes, ut advertit *Duran.* 41
dec. 246. num. 6. part. 1. Niſi per Statutum diſpona-
tur, Præbendas illius Eccleſiæ non poſſe conferri, niſi
Sacerdoti, *Abb. cap. Cum in cunctis, num. 15. de elect.*
Inſurrexit dubium apud nos; an iſti Canonicatus, &
Præbendæ, ſint Sacerdotales ex eo, quia in Statutis 42
diſponitur, quòd omnes Canonici per turnum hebdoma-
datim decantent Miſſam Capitularem: ad quod aſ-
firmativè reſpondet *Ciarlin. loc. cit. c.* 38. idque pluri-
bus rationibus confirmat, quibus minimè refragantibus
adhæreo Conſultationi doctiſſimi *Mancini*, quam uti ſin-
gularem nectit *Barb. in vot. dec. lib. 3. vot.* 113. ubi, re- 43
jectis rationibus *Ciarl.* ſatis probat per indicata ver-
ba mox allegati Statuti, Præbendas non fieri Sacer-
dotales, nec ex impoſitione dicti oneris celebrandi,
generaliter Canonicis impoſiti, eſſe in individuo an-
nexum onus cantandi Miſſas Conventuales per ſe cui-
libet Canonico, ſed quemlibet teneri celebrare, aut
celebrari facere præfatas Miſſas; videatur *Marcheſ.
de Commiſſ. tom. 5. fol.* 140. Multò minus dicenda eſt
Præbenda Presbyteralis ob obligationem Miſſæ pla-
næ, eidem Præbendæ Collegiatæ in fundatione an-
nexæ. *Rot. part. 2. recent. dec. 336. n. 2. Ludoviſ. dec. 108. n.
7. & in addit. num.* 15. Et quamvis in hoc caſu Funda-
tor referret dictum onus Præbendato, non aufert fa-
cultatem per alium celebradi, *Mancin. ubi ſupra num.
54. Gonzal. loc. cit. gloſſ. 5. num. 78. Farinac. dec. 65. num.
2. tom. 1. in poſth.* Ratio eſt, quia illa relatio non ſtat
diſpoſitivè ad qualitatem perſonæ, ſed demonſtrati-
vè ad illud onus. *Lotther. de Re Ben. lib. 2. quæſt.
47. num. 35. Barb. loc. ſtatim cit. vot. 151, numer.
5. & 7.*

Ex quibus, licèt in hac Collegiata nonnullis Præben-
dis inſit onus celebrandi Miſſas planas, benè confe-
runtur tam in minoribus, quàm in Sacris Ordinibus con-
ſtitutis, qui omnes, & ſinguli conſtituuntur per or- 44
bem Hebdomadarii, & qui non eſt Presbyter, curat
per Concanonicum Sacerdotem muneri ſuæ Hebdoma-
dæ reſpondere, in Choro, & in Altari, & ſtante quòd
Præbendæ nullum Ordinem Sacrum habent annexum,
in mea ſemper fuit opinione ſententia; Canonicum
Hebdomadarium, etiam Sacerdotem, liberè poſſe a-
lium Capitularem idoneum ſubſtituere, qui ejus lo-
co Miſſam Conventualem cantet; nam penes Capi- 45
tulum reſidet, ut ſupra, cantandi formale onus, cui
reſpondetur tam per unum, quàm per alium de eo-
dem Collegio. Nec obſtat, Canonicos teneri per ſe
munia ſua obire, *ex cap. allegato Conc. Trid.* quia lo-
quitur, ubi Præbendæ habent annexum Ordinem
Sacrum, & huic meæ opinioni poſt hæc ſcripta,
vidi faciens Decretum à *Sacro Epiſcopo & Reg.
Congreg. ſub die 11. Auguſti* 1596. his verbis emana-
tum;

Digitized by Google

tum; *Canonici, ubi non ſunt ordines diſtincti, poſſunt ſervire in functionibus, quæ ad eos ſpectant, pro altero, exceptis in recitandis Horis*.

Hic appoſitè reſolvendum venit illud quæſitum, quid agendum, ſi Canonici Collegiatæ fermè omnes eſſent tantùm minoribus initiati Ordinibus, reſpondetur, poſſe Epiſcopum juxta neceſſitatem Eccleſiæ aliquos minorum Ordinum Canonicos ad recipien-
47 dum Sacerdotium compellere, ut commodè Miſſarum Capitularium oneri ſatisfaciant, *ut ex cap. Quævis, de ætat. & qual. Ordin. num.* 12. docet *Jo: And.* & ſequitur *Abb. ibid. num.* 6. *& in cap. Extirpandæ, num.* 3. *de Præb.* idem ſentiunt *Hoſt. in cap. Eccleſias, num. ult. de inſtit. Daoyz loc. cit. V. Clericis, num.* 25. *Sanchez conſ. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 29. *num.* 3. *Boer, dec.* 171. *num.* 2. *Bonac. de Diſtr. diſp.* 2. *quæſt.* 3. *pun.* 1. *Monet. eod. tract. part.* 2. *quæſt.* 20. *n.* 17. *Genuen. QQ. Eccleſ. quæſt.* 21. *n.* 5. *& quæſt.* 298. Atque hæc Epiſcopi poteſtas extenditur ad Canonicos inſtitutos in Præ-
48 bendis de Jurepatronatus Laicorum. *Abb. in cap. Cum acceſſiſſent, num.* 5. *de conſt. Fely. ibid. Ant. de Butr. in cap. cum nobis, de Jurepatr.*

A R G U M E N T U M.

Eccleſia Cathedralis ſuccedit Epiſcopo in omnibus mobilibus, ſive ornamentis, quæ ad cultum, ſive uſum ſacrum ſunt deſtinata; Et quæ ſint Res Sacræ, quæ non veniunt ſub ſpolio, ſed pertinent ad Cathedralem vigore *Bullæ ſa. me. Pii V.* Si Epiſcopus tranſlatus fuerit ad aliam Eccleſiam, hujuſmodi Res Sacræ quomodo dividi debeant inter primam, & ſecundam Eccleſiam. An de Jure ſucceſſio in bonis Epiſcopi tranſlati pertineat ad primam Eccleſiam reſpectu bonorum quæſitorum ex illius fructibus, vel potiùs ad ſecundam, in cujus gubernio deceſſit.

S U M M A R I U M.

1 *Conſtitutio* 42. Pii V. *ſuper applicatione Sacræ Supellectilis Epiſcoporum favore Eccleſiæ Cathedralis, fundatur in præſumptione, quòd illæ comparatæ fuerint ex fructibus ejuſdem Eccleſiæ.*

2 *Sacræ Supellectiles, quæſitæ ex Patrimonio prophano Epiſcopi, non ſpectant ad Eccleſiam Cathedralem.*

3 *Ex uſu in Sacris Functionibus, an eliciatur præſumptio, quòd dictas Supellectiles voluerit Epiſcopus donare Eccleſiæ.*

4 *Si Epiſcopus dictas Supellectiles, comparatas ex proprio Patrimonio, in vita diſtraxerit, vel de eis aliò modo diſpoſuerit, non ſpectabunt ad Eccleſiam Cathedralem*, & n. 5. & 6.

7 *Si Epiſcopus deceſſiſſet multis debitis oneratus, an dictæ Sacræ Supellectiles ſpectent ad Cathedralem, ſive ad ejus Creditores.*

8 *Facultas teſtandi, obtenta ab Epiſcopo, non ſuffragatur reſpectu dictarum Supellectilium Sacrarum.*

9 *Recenſentur Res Sacræ, quæ vigore dictæ Bullæ Pii V. ſpectant ad Cathedralem.*

10 *Sacræ Reliquiæ ſpectant ad Cathedralem; & etiam Crux pectoralis Epiſcopi.*

11 *An veniant ſub nomine Sacrarum Supellectilium, ea vaſa, quæ habere ſolent promiſcuum uſum, ſcilicet Sacrum, & prophanum, quod declaratur* n. 12.

13 *Si Epiſcopus transferatur ad aliam Eccleſiam, quomodo dividi debeant Sacræ Supellectiles inter primam, & ſecundam Eccleſiam.*

14 *Bona quæſita ex fructibus unius Eccleſiæ, ad illam de jure pertinent* & num. 16. & 17. & 24. & ſequen.

15 *Epiſcopus tranſlatus an poſſit ſecum aſportare res comparatas ex fructibus Eccleſiæ, quam dimittit* & numer. 21.

18 *An Epiſcopus, deferendo res comparatas ex fructibus primæ Eccleſiæ ad ſecundam, cenſeatur eas tranſtuliſſe animo donandi ſecundæ Eccleſiæ.*

19 *An ſtante Bulla* Innoc. XII. *ſuper applicatione ſpoliorum Epiſcoporum Regni Neapolitani, bona quæſita ex fructibus primæ Eccleſiæ ſpectent ad primam, ſive ſecundam Eccleſiam, ad quam Epiſcopus fuerit tranſlatus; & refertur* Decret. Sac. Congreg. Concil.

20 *Clerici reputandi ſunt in vita veri uſufructuarii reſpectu fructuum ſuorum Beneficiorum.*

22 *Dominium fructuum Beneficiorum tranſit in dominium privatum Clerici, ad effectum de eis liberè diſponendi in vita.*

23 *Reſpectu ſucceſſionis non habetur ratio bonorum, unde ſint comparata, vel unde proveniant, ſed tantùm perſonæ, cui ſucceditur.*

24 *Epiſcopo, qui fuit tranſlatus, non ſuccedit prima Eccleſia, ſed illa, in cujus gremio obiit.*

25 *Epiſcopus, qui transfertur, num teneatur conficere inventarium eorum, quæ ad ſecundam Eccleſiam defert.*

ANIMADVERSIONES.

QUoniam alibi in hoc tertio Libro actum habetur de ſacra Suppellectili, illuſque cuſtodia, operæpretium duxi pro pleniori hujus materiæ hic aliqua adnotare ad intellectum Conſtitutionis 42. ſa. me. Pii V. quæ incipit *Romani Pontificis providentia*, ſuper applicatione omnium, quæ ad Divinum Cultum ſunt deſtinata, ac reperta in morte Epiſcopi, ad favorem ſuæ Eccleſiæ; ac primò notandum eſt, quòd diſ- 1
poſitio dictæ Pianæ Conſtitutionis fundatur in præſumptione, quòd dicta Mobilia Sacra, ad Cultum Divinum deſtinata, comparata fuerint ex redditibus Eccleſiæ, non autem in generali ratione, quòd eadem Mobilia ſint Cultui Divino dedicata, ut cenſent *Navarr. de Spol. cleric. §.* 8. *n.* 4. *Azor. Inſtit. Moral. cap.* 3. *quæſt.* 7. *lib.* 8. *part.* 2. ac proindè, quoties legitimè probaretur, ea eſſe quæſita, vel ante Epiſcopatum, vel ex Bonis patrimonialibus, tunc ad Eccleſiam non pertinerent, ut ex litera ejuſdem Bullæ probat *Amo-* 2
ſtaz. de Cauſ. piis lib. 8. *cap.* 14. *num.* 17. *& ferè per tot.* & conſequuntur deducta per *Barboſ. conſ.* 376. *n.* 28. *verſ. & licèt, lib.* 4. *Menoch. conſ.* 382. *n.* 7. 13. *&* 14. *Bellet. Diſquiſ. Cleric. part.* 1. *de Bon. Cleric. §.* 9. *num.* 3. *& ſeqq. Ventrigl. in Prax. adnot.* 16. *§.* 1. *& n.* 16. *&* 17. & cum hoc ſuppoſito proceſſiſſe videtur *Rot. cor. Priol. dec.* 61. *num.* 5. *& dec.* 109. *& in Beneventana, ſeu Thelesina Mozzettæ* 23. *Junii* 1698. *cor. Muto, impreſſ. poſt Antonell. de Jur. & Onerib. Cleric. dec.* 48. licèt non improbabilis ſit opinio eorum, qui credunt, quòd ex deſtinatione dictorum Mobilium ad uſum Sacrum, & ex illorum uſu in Sacris Functionibus, intret præ-
ſumptio, quòd Epiſcopus ea donare voluerit Eccle- 3
ſiæ, ex *Calderin. conſ.* 2. *de reb. Eccleſ. non alienan.* quæ tamen ceſſaret, quoties Epiſcopus de iis in vita diſpoſuiſſet ad favorem alterius, quàm Eccleſiæ, quia
Spolium non comprehendit ea, de quibus Epiſcopus, 4
ſive Beneficiatus, in vita legitimè diſponit. *Navarr. conſ.* 59. *de Regul. Azor. d. quæſt.* 7. *cap.* 3. *in fin.* & quòd *Bulla prædicta Pii V.* ceſſet in caſu, quo Epi-
ſcopus in vita Sacra Mobilia diſtraxerit, vel donaverit, 5
Navarr. conſ. 2. *per tot. de Donat. lib.* 3. *Bonac. de Contract. diſ.* 3. *quæſt. ult. punct.* 2. *§.* 3. *num.* 9. *Panimoll. dec.* 20. *adnot.* 2. *num.* 40. *verſic. ſi autem. Tondut. Quæſt. Benefic. tom.* 1. *cap.* 95. *num.* 22. *Ventrigl. in Prax. adnot.* 16. *§.* 1. *nu.* 12. Intelligendo maximè de iis Sacris Mobilibus, quæ vel ante Epiſcopatum, vel ex redditibus patrimonialibus comparata fuiſſent, nam per dictam Conſtitut. Pianam etiam donatio interdicta eſt *in §.* 3. ac proindè Epiſcopus, nec etiam in vita, diſponere poteſt de dictis Sacris Mobilibus, cum redditibus Epiſcopatus comparatis.

II. Notandum, quòd ſi Prælatus deceſſiſſet multis debitis oneratus, nec adeſſet undè Creditoribus ſatisfieri poſſet, tunc licitum foret eiſdem applicare dicta Sacra Mobilia, quia non cenſetur Pontifex vo-
luiſſe in dicta Conſtitutione applicare hujuſmodi Su- 6
pellectiles Eccleſiis in præjudicium Creditorum, ut advertit *Bonaccina de Contract. diſput.* 3. *quæſt. ult. punct.* 2. *§.* 3. *de Spol. reddit. Eccleſ. Rodriquez in Summ. part.* 2. *c.* 34. *n.* 4. *pag.* 36. *Quarant. in Summ. Bullar. V. Spolia Cleric. in*
addit. ad dictam Bull. Pii V. Gutierez Pract. quæſt. lib. 2. *quæſt.* 7
94. *in fin. Panimoll. adnot. ad dec.* 20. *n.* 41.

III. Animadvertendum eſt, quæ ſint Res Sacræ, ſpectantes ad Eccleſiam vigore dictæ Pianæ Conſtitutionis;

Et in quibus non cadit Spolium, nec vigore faculta-
tis teſtandi ad hæredes tranſmitti poſſunt, & in pri-
8 mis ſine dubio ſunt omnia Paramenta Sacra, pro-
phanis uſibus incongrua, veluti Mitræ, Planetæ, Plu-
viales, Tunicellæ, Dalmaticæ, linei Amictus, &
9 his ſimilia; ſicuti etiam Miſſalia, & alii Libri Sacri,
Vaſa aurea, vel argentea, veluti Calices, Patenæ,
& alia hujuſmodi, quæ ſolùm Divinis, & Sacris uſibus
deſerviunt. Item Candelabra argentea, ſive ex alia ma-
teria, quæ ex eorum ſtructura appareant pro Altaris uſu,
& non pro domeſtico deſtinata. Item Vaſa aquæ San-
ctæ cum Aſperſorio, Pelvis cum Urceo, Icon pacis,
cum hæc vaſa ſint neceſſaria pro Pontificalibus functio-
nibus, ideoque dicenda veniunt principaliter ad dictum
uſum deſtinata, ut habetur etiam ex contextu ipſius
Bullæ, & plenè declaravit *Rot. in Valentina Pontifica-
lium 4. Julii 1663. coram Albergat.* in qua Cauſa ſcri-
pſit etiam *Cardin. de Luc.* ut habetur in *diſc. 77. de
Teſtamen.* Item Sacræ Reliquiæ, ut cenſuit *Rot. in d.
Tolelſina Mozzettæ apud Antonell. de Jur. & Oner. Cleric.*
10 *deciſ. 48. num. 3.* & per conſequens etiam Crux Pecto-
ralis, quam Reliquiis Sanctorum refertam geſtant an-
te pectus Epiſcopi.

Cadente quæſtione ſuper iis Vaſibus, quæ promiſ-
cuum uſum habere poſſunt, ut ſunt Pelvis cum Urceo,
& ſimilia, pro cujus reſolutione ad facti circumſtan-
tias recurrere oportet, nempè ad deſtinationem ipſius
11 Epiſcopi, ſcilicet an ad uſum prophanum, vel Sacrum,
ea principaliter addicaverit, de cujus addicatione, ſeu
deſtinatione, tunc conſtare dicitur, quando ad unum
ex dictis uſibus ſepiſſimè, ad alterum verò raro ad-
modum ea adhibuit, ita ut accidentalis reputari poſ-
ſit, & ex aliis circumſtantiis, ponderatis in his termi-
nis in *deciſ. 259. part. 5. rec.* Hæc tamen de plano pro-
cedunt, quando agitur contra hæredes Epiſcopi, ſed
cum aliqua difficultate in praxi, quando quæſtio eſt
inter Subcollectores Apoſtolicos, qui ut advertit *Card.
de Luc. in d. diſc. 77.* non ſolent admittere ſupra re-
12 latam diſtinctionem reſpectu Vaſorum, quæ promiſ-
cuum uſum habent, licèt procedendo cum regulis
Juris eadem diſtinctio deſtinationis Epiſcopi, maximè
ex frequentiori uſu deducta, ſequenda videatur pro de-
terminatione ejuſdem quæſtionis.

Quòd ſi Epiſcopus, qui ex redditibus ſuæ Eccleſiæ
Paramenta, & Ornamenta Sacra comparaverit, ad
aliam Eccleſiam translatus ſit, & ſecum illa detule-
rit, tunc eadem dividi debent inter Eccleſias, quibus
præfuit, habita ratione temporis, & fructuum, ut de-
13 crevit *Pius V. in d. Conſtitut. 42. ibi — Volumus autem,
quòd ſi aliquis ex Patriarchis, Abbatibus, ſeu Commen-
datariis, & aliis Beneficiatis, pluribus Eccleſiis, ſeu Mo-
naſteriis pro tempore ſimul, vel ſucceſſivè præfuerit, Or-
namenta, Paramenta, & res, & bona prædicta, ad il-
la omnia, habita ratione fructuum, & temporis, quo ea-
dem Beneficia poſſederunt, pertineant, & proportionabili-
ter inter eas dividantur.* Quod ſanè etiam Juri com-
muni conſonat, cum bona quæſita ex fructibus unius
14 Eccleſiæ, apud eam remanere debeant. *Rota coram
Seraphin. dec. 594. num. 7. 8. & 9.* Unde Epiſco-
pum translatum ea ſecum deferre non poſſe cenſet
15 *Suarez de Religioſ. lib. 3. cap. 16. num. 24. Bellet.
Diſquiſ. Clerical. tit. de Bon. Cleric. §. 7. num. 8. Bar-
bat. conſ. 20. num. 11. verſic. hoc video, Barboſ. de
Pot. Epiſc. alleg. 14. numer. 16.* & ſolùm ex con-
ſuetudine eſſe permiſſum, advertunt *Bellamer. in cap. ſi
quis translatus 21. quæſt. 2. num. 10. & in c. cum venera-
bilis, n. 47. de except. & Barboſ. in l. divortio, punct. 2. n. 55.
ff. ſoluto matrimonio, verſic. nihilominus.*

Prædicta autem conſuetudo non debet ita præjudi-
care priori Eccleſiæ, ut mortuo Epiſcopo, reſtituen-
da ei non ſint ea Sacra Ornamenta, quæ ex ejus fru-
ctibus comparata fuerunt, ut optimè *Noguerol. alleg. 26.*
16 *num. 26. Barboſ. in d. l. divortio loc. cit. alter Barboſ. de
Pot. Epiſc. alleg. 114. num. 26. Bellett. Diſquiſ. Cleri-
cal. §. 8. num. 7. Altimar. reſp. 3. num. 1. lib. 1. Ric-
ciardell. in Lyc. Eccleſ. lib. 1. c. 3. §. 3. n. 8.* ita ut de di-
17 ctis Sacris Supellectilibus diſponere non valeat ad favo-
rem ſecundæ Eccleſiæ in præjudicium primæ, cui ſunt
de Jure debitæ, tanquam ex ejus fructibus quæſitæ,
18 ut cenſuit *Noguerol. ubi ſupra num. 26. & 27.* Quam-
vis propter actum aſportationis eorundem ad ſecun-
dam Eccleſiam, cenſeri ad ejus favorem diſpoſuiſſe fir-
met *Calderin conſ. 2. in fin. de reb. Eccleſ. non alienan.
Thuſc. V. Translatio Epiſcoporum concl. 374. num. 10. Paſ-
qualig. dec. 129. n. 10.* Et ita in caſu non multum diſſimi-
li cenſuit Sac. Congregatio Concilii in *Sueſſana ſeu
Cathacen.* in qua quæſitum fuit, an ſtante Bulla fa.
me. Innoc. XII. ſuper applicatione Spoliorum Epi-
ſcoporum Regni Neapolitani favore ſuarum Eccleſia- 19
rum, incipien. *Inſcrutabili* de anno 1693. bona quæſi-
ta ab Epiſcopo ex fructibus Epiſcopatus, & per eum aſ-
portata ad alteram Eccleſiam, ad quam poſtea trans-
latus fuerat, ſpectarent ad primam Eccleſiam, ſeu
ad ſecundam, propoſitis ſequentibus dubiis, compre-
hendentibus etiam Sacram Supellectilem, nempè an
bona mobilia, libri, pecunia, cæteraque, præter Sa-
cra Paramenta, tempore obitus bo. me. Franciſci Gori
priùs Epiſcopi Cathacen. apud ipſum inventa, ſpectent
Eccleſiam Cathacen. vel potiùs ad Eccleſiam Sueſ-
ſanam.

II. An Paramenta, & Ornamenta Sacra, ad uſum
Capellæ reperta, ut ſupra, debeantur Cathedrali Ca-
thacen. vel potiùs Sueſſanæ.

III. An æs alienum per eundem Epiſcopum con-
tractum pro expeditione Eccleſiæ Sueſſanæ, & ex-
ſolutione Penſionum ejuſdem Eccleſiæ, debeat ſolvi
ex bonis, quæ ſpectant ad Eccleſiam Cathacen. vel
potius de ſpectantibus ad Eccleſiam Sueſſanam, in
caſu &c.

Sacra Congregatio die 28. Septembris 1709. ad pri-
mum reſpondit, bona acquiſita ex fructibus Eccleſiæ
Cathacen. ad eandem ſpectare.

Ad ſecundum, ſervetur Bulla Pii V.

Ad tertium, utantur Jure ſuo.

Prædicta Cauſa ſuper primo dubio fuit iterum in
Sacra Congregatione propoſita, & ignoro quem exi-
tum habuerit; ſiquidem articulus eſt admodum dubius,
quia cum Epiſcopi, & Beneficiati, reputentur veri
uſufructuarii, habentes in vita diſpoſitionem fru-
ctuum ſuarum Eccleſiarum, & Beneficiorum, ut ple- 20
nè apud *Leſſ. in Tract. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 4. dub. 6.
num. 43. Fagnan. in cap. ſi quis ſanè; ſub num. 1. verſic.
quod verò, & num. 2. de pecul. Cler. Zabarell. ibidem
num. 2. verſic. mihi videtur. Gonzal. ibid. num. 6.* ubi
reprobat contrarios. *Rot. cor. Gregor. dec. 401. num.
1. & in recon. dec. 284. num. 18. part. 7. cor. Celſ. deciſ.
65. n. 3. & in Romana, ſeu Cæſenaten. Fideicomiſſi ſu-
per reſervat. 24. Aprilis 1705. §. Sed ut enunciavimus, cor.
Reverendiſſimo D. meo Anſaldo Decano,* & antea *in Par-
men. Beneficii 16. Januarii 1702. §. Quin etiam, cor. eo-
dem* ſequitur, quòd Epiſcopo licitum ſit bona quæ-
ſita ex fructibus primæ Eccleſiæ ſecum transferre 21
ad ſecundam, ex convenienti ratione, quia ſicuti po-
tuiſſet alteri donare, multo magis retinere poterit,
ut in puncto advertit *Bellamer. in cap. cum venerabi-
lis de exception. num. 60. §. 6. quæritur,* & *Calderin.
in conſ. 2. de reb. Eccleſ. non alienand.* quem ſequuntur
Caldas conſ. 48. num. 25. verſ. denique. Solorzan. de Jur. 22
*Indiar. lib. 3. cap. 11. num. 72. & n. 8. tom. 2. Panzin.
de Poteſt. Capit. Sed. Vac. part. 2. quæſt. 8. n. 28. tom. 2. in-
ter tract. magn. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 12. num.
25. Paſqualig. deciſ. 129. num. 10. Rot. dec. unic. de trans-
lat. Epiſc. in antiquis.* Undè refragari non videtur ra-
tio, quòd bona, tanquam comparata ex fructibus primæ
Eccleſiæ, illi ex ſucceſſione debeantur tempore mor-
tis Epiſcopi, quia cum dominium illorum tranſierit in
dominium privatum Epiſcopi, ut benè conſiderat *Card.
de Luc. diſc. 81. de Benefic. numer. 2. in fin.* non po-
teſt haberi reſpectus ad eandem Eccleſiam, quæ il-
lorum dominium amiſit, ex regula, quòd cum agi-
tur de ſuccedendo alicui, conſiderari debet perſona,
cui ſuccedendum eſt, non autem à quo fonte bona 23
proceſſerint, vel quo titulo quæſita fuerint, ad *Text.
in l. ſi avia Cod. de donat. Barboſ. in l. poſt datum 41.
num. 77. ff. ſolut. matrim. Rovit. conſ. 100. numer. 7.
Cancer. Variar. reſolut. part. 1. capit. 1. de Subſtit. nu-
mer. 44. De Luc. de Succeſſ. ab Inteſtat. diſc. 12. num. 3.
& de Dot. diſc. 144. num. 39. Rot. coram Cerr. dec. 392.
num. 1.* & hanc ſententiam in his præciſis terminis tenet
Solorzan. d. cap. 12. a n. 70. & ſeqq. ubi agendo de Epi-
ſcopo translato, ait — Si daremus aliquem Epiſco-
pum Eccleſiæ Hiſpaniæ ad Eccleſiam Indiarum tranſ- 24

latum

latum fuiſſe, ſecum aliqua bona, intuitu primæ Eccleſiæ quæſita, tranſtulerit, ad ſecundam hæc, & alia, quæ reliquerit, pertinebunt, quia in ejus gremio decedit, & inter eam, & Epiſcopum, illo tempore, adeſt matrimonium ſpirituale, quod præcipue cauſat hanc acquiſitionem, & in cujus ſignum annulum deſert, primo poſt translationem penitus reſoluto, ut docere videtur *Abb. in conſ. 101. n. 7. part. 2. per Text. in can. ſi quis jam translatus 21. qu. 2. Rot. apud Farinacc. dec. 475. p. 1. tom. 2. n. 3. & 7.* & confirmat hanc ſententiam idem *Solorzan. numer.* 80. hac conſideratione, quòd ſi hujuſmodi bona ſervari deberent priori Eccleſiæ, teneretur Epiſcopus translatus tempore translationis inventarium facere, & poſt mortem ad judicium diviſorium procedendum eſſet, quod nunquam ſe practicari vidiſſe teſtatur in Indiis, ubi Collectores Apoſtolici non admittuntur. Verùm in hac quæſtione nihil audeo firmare, ſed me remitto judicio dictæ Sac. Congregationis.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

Ubi celebranda ſit Miſſa Conventualis, & quæ ſint ſervanda in ejus celebratione; ac de Thurificatione tam Altaris, quàm Choro inſervientium; necnon de loco, aſſignando Prothonotariis honorariis; & demum qui Miſſæ Conventuali aſſiſtant.

S U M M A R I U M.

1 *Miſſa Conventualis cantanda eſt ad Aram maximam, & de ratione,* & n. 2.

3 *Et ſi à rubricis præſcribantur duæ Miſſæ, ambæ ſunt decantandæ in dicto Altari majori.*

4 *Poteſt tamen cantari etiam in aliquo ex Altaribus minoribus, ſi fiat in Choro Officium de Sancto Titulari alicujus Capellæ ejuſdem Eccleſiæ, vel alia ex rationabili cauſa.*

5 *Pſalmus* Judica me, *ubi, & qua voce dicendus ſit à Canonico, ſeu Dignitate, ſolemniter celebrante.*

6 *Ad Confeſſionem Canonici in Choro genuflectunt, & quomodo id intelligatur,* n. 7.

7 *Celebrans, antequam incipiat Introitum, ſtans in medio Altaris, ponit incenſum in Thuribulum, & incenſat Altare.*

8 *In Veſperis autem oſculatur Altare in medio, vadit ad cornu Epiſtolæ, ibique ponit incenſum in Thuribulum, & rediens ad medium incenſat Altare, ut in Miſſa.*

9 *Dum celebrans tranſit ante medium Altaris, genuflectit, ſi ibi fuerit SS. Sacramentum; ſin autem, caput Cruci inclinat; Miniſtri verò, ſi non ſint Canonici, ſemper genuflectere debent.*

10 *Celebrans cum Diacono, & Subdiacono, quando, & ubi ſedere debeat,*

11 *Dum in Choro cantatur,* & incarnatus eſt, *non debent à Sede diſcedere, ſed ibi caput tantum inclinare, præterquam die Nativitatis D. N. J. C. & Annunciationis B. M. V. quibus diebus genuflectunt ante Altare.*

12 *In Altari, in quo expoſitum eſt SS. Sacramentum, maximè decet, non celebrari Miſſas, neque ſolemnes, neque planas,*

13 *Occurrente verò ex aliqua cauſa, quòd Sacrum Solemne celebretur in dicto Altari, vel decantentur Veſperæ, quibus Epiſcopus aſſiſtat, ipſe ſolus poteſt in ſua Sede ſedere ſine Mitra; cæteri, vel non diſcedent ab Altari, vel aperto capite ſtant erecti à cornu Epiſtolæ.*

14 *Dum Epiſtola, & Evangelium cantantur à Diacono, & Subdiacono, debet Celebrans ea legere in Altari.*

15 *Excipitur Paſſio in Hebdomada majori, à cujus lectione eximitur Celebrans, quando ipſe ſuam partem concinat.*

16 *At reprobatur uſus aliquarum Eccleſiarum, ubi Paſſio cantatur ad Altare, in quo fit Sacrum, partim à Celebrante, partim à Diacono, & partim à Subdiacono.*

17 *In caſu penuriæ Diaconorum, qui Paſſionem cantent, ea decantatur tota, vel à Diacono, vel à Celebrante.*

18 *Si Paſſio cantetur in alio loco, quàm in Altari, poſſunt admitti ad cantandam quamlibet ejus partem etiam Subdiaconi, & Clerici.*

19 *Immo, & laici Muſici cantant verba, quæ à Turba dicuntur.*

20 *Quando Paſſio cantari debeat à Canonicis, & quando à Capellanis in Collegiatis.*

21 *In cæteris Miſſis Solemnibus Celebrans à cornu Evangelii non omninò converſus impertitur benedictionem Diacono genuflexo; & immiſſo incenſo in Thuribulum, in cornu Evangelii erectus devotè auſcultat verba Evangelii,* & n. 22.

23 *Quibus cauſis interrumpatur Miſſa; & quando Edicta, ſive alia, à Curato legenda, debeant publicari.*

24 *Poſt hæc Celebrans intonet alta voce* Credo in unum Deum, *quod cum Miniſtris proſequitur uſque ad finem; mox cum illis ſedet in ſolito loco, & interim Symbolum totum cantatur à Choro, non alternatim cum organo.*

25 *Reverſus ad Altare, peracta oblatione, & ejuſdem Altaris thurificatione, incenſatur in cornu Epiſtolæ à Diacono; qui poſtea incenſat cæteros de Choro, & Subdiacono; & quo ordine, & Cæremoniis; & quid ſi Diaconus ſit Canonicus; & in fine ipſe Diaconus incenſatur, & à quo.*

28 *Quomodo recipi debeat thurificatio, & de invitatione facienda Canonico ſubſequenti, etiam à Capite Collegiatæ,* & n. 29.

30 *Si aderit Princeps, incenſatur ante Canonicos, & Dignitates triplici ductu.*

31 *Idem procedit quoad Magiſtratus Supremos.*

32 *Quomodo, & quando incenſentur Magiſtratus minores.*

33 *Prothonotariis honorariis, qui permanere debent extra Chorum, Presbyterium, nulla competit particularis incenſatio.*

34 *Quid ſignificet, & quomodo ſit facienda incenſatio Populi.*

35 *Tempore, quo à ſolemniter Celebrante dicuntur Secreta, non poſſunt à Canonicis recitari Horæ Canonicæ, nec aliæ orationes; licèt perſolvens penſum Divini Officii tempore auditionis Miſſæ, utrique obligationi ſatisfaciat; & adducitur ratio differentiæ,* & n. 36. & 37.

38 *Contrafacientes venialiter peccant, licet non teneantur reſtituere quod occaſione dictæ Miſſæ conſecuti ſunt,*

39 *A quibus inculpatè recitari poſſint tunc temporis Preces horariæ.*

40 *Sacerdos in Miſſa ſolemni, extra Altare ſedens, licitè poteſt per ſe vel cum ſuis Miniſtris, Preces Divinas recitare.*

41 *Non tamen licet inter ipſos confabulari.*

42 *Cantata Præfatione, ac lecto Canone, elevatur à Celebrante Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini cum debitis genuflexionibus, & omnes de Choro genuflexi illud adorant, perſonante organo cum omni melodia, & gravitate,* & n. 43.

44 *Poſt depoſitionem Calicis, Canonici in Choro ſurgunt, & cantant* Benedictus &c.

45 *In quibus Miſſis genuflexi permaneant uſque ad* Pax Domini &c.

46 *Quando detur Pax, & de modo eam dandi, & recipiendi* remiſſivè, & n. 48.

47 *Quid ſignificet Pacis oſculum, quod tunc datur.*

49 *Domino Loci, & ejus Filiis, danda eſt pax, non cum oſculo, ſed cum Inſtrumento.*

50 *Qualis mos fuerit antiquitus in danda pace, & qualis ad præſens.*

51 *Quando cantetur à Choro Poſtcommunio, & Collecta à Sacerdote, & quid ſignificet* Ite miſſa eſt.

52 *Nullus præſumat egredi ex Eccleſia non recepta prius benedictione.*

54 *Benedictio, quæ fit cum verbis* Sit nomen Domini benedictum, *competit de Jure ſolis Epiſcopis, & Abbatibus ex privilegio.*

55 *Dignitates, ac alii inferiores, non habentes hoc privile-*

vilegium benedicendi ter in Miſſis, etiam cantatis, hujuſmodi benedictione utentes, in irregularitatem incurrunt.

56 *In Miſſis planis neque fruentes uſus Pontificalium poſſunt facere trinam Crucis productionem.*

57 *Canonicus, ſeu Dignitas, celebrans Miſſam Conventualem in præſentia ſui Epiſcopi, non benedicit in fine Miſſæ, niſi facta prius Epiſcopo capitis inclinatione.* *

58 *Si Celebrans facta conſecratione meminerit aliquid comediſſe, debet Miſſæ Sacrificium perficere, & de ratione.*

59 *Si autem hoc eveniat ante, debet Sacrum omittere, ſi abſit ſcandalum.*

60 *Sed quia ſcandalum tali caſu ferè ſemper continget, poteſt cepta Miſſa perfici*, & n. 61. 62.

63 *Idem ſervandum, ſi Sacerdos, inchoata Miſſa, recordaretur alicujus peccati mortalis non confeſſi, eliciendo, quantum poteſt, actum contritionis.*

64 *Non tenetur tamen conteri, ſi in confeſſione præmiſſa aliquod mortale oblitus fuerit.*

65 *Quid faciendum, ſi in ſumptione Calicis, ſanguis ceciderit ſuper Barbam Celebrantis*, & num. 66. & 67.

68 *Quid agendum, ſi Sanguis effundatur ſuper Corporale, aut altaris Thobaleam* remiſſivè.

69 *Pœnæ latæ in* cap. Per negligentiam, *jam non ſunt in uſu.*

70 *Occurrente caſu, quòd Collegiatæ Præpoſitus Rem Sacram ſolemniter faciens cum Mitra, & Baculo, gravi morbo correptus, perficere nequeat Sacrificium, ſi id accidat ante conſecrationem, nullus alius Sacerdos Miſſam proſequi debet.*

71 *Si fuerit Conventualis, ab initio reſumitur per aliquem Canonicum.*

72 *Si verò caſus occurrat poſt Conſecrationem, ante perceptionem Sacramenti, quivis Sacerdos jejunus, ſi reperiatur, ſin autem, non jejunus, Sacrum more ſolito abſolvit, reſumendo à loco, ubi Præpoſitus deficit*, & n. 73.

74 *Abbas ſuſpenſus à Pontificalibus, non intelligitur ſuſpenſus à celebratione Miſſæ, juxta Ritum communem.*

T I T U L U S X.

1 MIſſa Conventualis cantanda eſt ad Aram ma-
ximam, ut notant *Valent. tom. 4. diſp. 6. q. 11.
p. 3. Bellarm. controv. tom. 3. lib. 2. c. 9.* Ratio eſt, quia
ad Altare prædictum ponitur titulus ipſius Eccleſiæ,
2 ut obſervat *Dan. de Nob. diſp. 31. nu. 49.* & quando ea-
dem die à Rubricis præſcribuntur duæ Miſſæ, ambæ
3 decantantur in eodem Altari majori, videlicet ea,
de qua fit Officium in Choro ab Hebdomadario, &
altera, à Canonico, qui fuit Hebdomadarius in Se-
ptimana proximè elapſa. Ita ſervatur in Collegiatis
benè regulatis. Si tamen fiat Officium in Choro de
Sancto Titulari alicujus Capellaniæ ejuſdem Eccle-
ſiæ, vel Populus habeat devotionem ergà aliquem
4 Sanctum in aliquo, ex Altaribus minoribus pictura
expreſſum, vel ex alia rationabili cauſa, non erit
incongruum in minori Altari ſolemniter celebrare.
*Card. Paleot. in Archiepiſc. Bonon. p. 3. tit. de Div. Offic. 3.
quæſt.* Canonicus, ſeu Dignitas, Miſſam Capitularem
5 ſolemniter celebrans, ſtans in infimo Altaris gradu,
voce intelligibili, ſed humiliori voce, quàm diximus
in Miſſa plana, dicit pſalmum, *Judica &c.* & Mini-
ſtri indè ſtantes eodem tono proſequuntur, ut in Miſ-
ſali: interim Canonici in Choro genuflectunt ad Con-
feſſionem, ut docet *Rubrica*, quæ intelligitur ſi in
6 Choro adſint Capellani, qui cantant Introitum, quod
pariter repetitur ab eodem Choro, non ab organo.
Cærem. lib 1. cap. 28. Si enim deficiant Capellani, Ca-
nonici non genuflectunt, ſed ſtantes ad Lectorile can-
tant Introitum. *Gavan. in Com. p. 1. tit. 17. num. 5.* An-
7 tequam Celebrans incipiat Miſſæ Introitum, ſtans in
medio Altaris, ibi accipit à Diacono cocleare, cum
quo ſumit ter incenſum ex Navicula, & modo præ-
ſcripto in *Cærem.* incenſat Altare: ita elicitur ex *Rub.
Miſſ. tit. 4. numer. 4.* & ſatis probat *Bordon. Conſ. p.
2. reſol. 64. numer. 3.* Idemque ſervandum eſt, quo-
tieſcunque in Miſſis immittitur thus in Thuribu-
lum.

In Veſperis autem, oſculato Altari ad medium,
vadit ad cornu Epiſtolæ, ibique ponit thus in Thu-
ribulum, rediens ad medium, incenſat Altare, ut in
Miſſa: ita *Cærem. part. 2. cap. 3. Spicileg. l. c. fol. 54.*
Dum Celebrans ante medium Altaris tranſit, genu-
flectit, ſi ibi fuerit SS. Sacramentum in Ciborio; ſin
autem, caput Cruci inclinat: Miniſtri verò, ſi non
fuerint Canonici, ſemper genuflectere debent: ita 9
novæ *Rubricæ* Miſſalis, & cantante Choro *Kyrie elei-
ſon*, Hymnum Angelicum Graduale, ac Symbolum,
Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus, ſedent ex par- 10
te Epiſtolæ, ut notat *Caſtald. in Prax. lib. 2. ſect. 9. c.
5. n. 7.* In Miſſis Nativitatis Domini, & Annuncia-
tionis B. V. M. dum à Choro, cantatur *Et Incarna-
tus eſt*, genuflectunt ante Altare: aliis verò diebus 11
non diſcedunt à Sede, & ibi caput tantum inclinant:
ita *Rub. Miſſ. ref.*

In Altari, in quo eſt expoſitum Sanctiſſimum Sa-
cramentum, maximè decet, nè celebrentur Miſſæ 12
ſolemnes, ſive planæ. *Cærem. lib. 1. cap. ...* Occurren-
te verò ex aliqua cauſa, in Feſto Corporis Chriſti,
vel occaſione quadraginta Horarum, vel alia ſimili,
Sacrum ſolemne fieri, vel Veſperas decantari, qui-
bus Epiſcopus aſſiſtat, Pontificalibus ornamentis in-
dutus, iſte ſolus poteſt in præſentia Diviniſſimi Sa-
cramenti, patenter expoſiti, ſedere in ſua Sede ſine
Mitra, prout ex *Cærem.* docet *Barb. in vot. Dec. tom. 2.
vot. 115. num. 8.* Celebrans verò non diſcedit ab Al-
tari cum ſuis Miniſtris, vel aperto capite ſtant ere- 13
cti à cornu Epiſtolæ loco conſueto; ſic petit reve-
rentia, quæ tanto debetur Sacramento: undè *Tertul-
lianus de Orat. cap. 13.* reprehendit quorundam Laico-
rum abuſum, ſedendi expoſito Sacratiſſimo CHRI-
STI Corpore.

Dum Epiſtola, & Evangelium, à Subdiacono, &
Diacono reſpectivè decantantur, Celebrans tenetur 14
ea legere in Altari, ut poſt alios notant *Alvar. loc. cit.
V. Miſſa, nu. 43. & Fernandez ubi ſupra §. 12.* & in hoc
non ſunt audiendi *Nav.* quem citat, & ſequitur *San-
chez loc. cit. cap. 3. d. n. 13. in fin.* & alii apud *Bauc. ubi
ſupra*, arbitrantes, ſatis, immò ſatius eſſe attentè au-
dire, quæ dicti Miniſtri cantant. In diebus ſanctio-
ris Hebdomadæ, quibus canitur Paſſio, eximitur Ce- 15
lebrans à legendis Paſſionis verbis, quæ cantantur à
duobus ſecum paratis Diaconis, dummodo ipſe Sa-
cerdos ſuam partem concinat, ut poſt *Henriq.* adno-
tavit *Poſſev. de Offic. Cur. c. 2. n. 4. & Polac. loc. cit. part.
2. Cærem. 7.* at reprobandus eſt, prout improbatur à
Gavan. loc. cit. part. 4. tit. 7. n. 25. uſus aliquarum Ec-
cleſiarum, in quibus Paſſio canitur ad Altare, ubi
fit Sacrum, partim à Celebrante, partim à Diaco- 16
no, & ex parte à Subdiacono, nam cantantes in Al-
tari, Sacris Veſtimentis veſtiti, Evangelium Paſſio-
nis, debent eſſe Diaconi, in quorum unius penu-
riam, tota Paſſio decantatur à ſolo Diacono, vel à
Celebrante, ut elicitur ex *Rubrica Miſſalis* ſuo pro- 17
prio loco.

Cæterùm ſi Paſſio cantetur in ſuggeſtu, vel in Cho-
ro, aut alio loco Eccleſiæ extra Altare, in quo ce-
lebratur Miſſa major, non ſolùm Subdiaconi, ſed
& minorum Clerici, cantant quamlibet Paſſionis par- 18
tem. *Em. Sin V. Clericus. Victorell. in addit. ibid. Say. in
Flor. lib. 3. tit. de celeb. Miſſ. dec. 3.* Quinimmò laici Mu-
ſici cantant verba, quæ dicuntur à Turba, ut notat 19
Guidett. in Lib. Paſſ. cum Notis à ſe compoſitis, Ro-
mæ nuper impreſſo: quo caſu Celebrans debet in Al-
tari ſubmiſſa voce totam Paſſionem percurrere. In
Collegiatis Dominica Palmarum, & Feria ſexta in
Paraſceve, Paſſio concinitur in Pulpito à tribus Ca-
nonicis, in cantu peritioribus; Feria autem tertia, 20
& quarta à tribus Capellanis. *Guidett. ubi ſupra*, &
ita ſervatur de conſuetudine. In cæteris Miſſis So-
lemnibus, Diaconus Evangelii ſuo tempore ponit
ſuum Miſſale in Altari, & genuflexus dicit *Jube Do-
mine &c.* Celebrans, immiſſo Incenſo, ut ſupra, ſtat
pro majori commoditate, à latere Evangelii, & non
omninò converſus, ei impertitur benedictionem, ut 21
benè advertit *Bordon. Conſ. part. 2. reſol. 64. n. 5.* mox-
que ſe retrahit ad cornu Epiſtolæ, ibique verba Evan-

gelii

gelii devotè auſcultat erectus, prout ſtant cæteri om-
nes tam Eccleſiaſtici, quàm Laici; ad denotandum,
22 nos eſſe paratos in defenſionem Evangelii, *cap. Apo-
ſtolicæ, de conſec. diſt. 1. Turrecr. ſuper eodem cap. nu. 1.*
Miſſa ſuo ordine eſt proſequenda, legitimè autem in-
23 terrumpitur ob concionem, oblationes à Populo ſo-
litas fieri, ob lectionem Edictorum, aut Conſtitutio-
num, quæ à Curato, vel Capellano in Ambone le-
gi, & publicari debent, ſtatim decantato Evange-
lio. *Henriq. in Summ lib. 9. c. 30. Homob. Conſult. par. 5.
reſp. 83. Ghilin. l. c. nu. 9.* Juxta hæc Celebrans in me-
dio Altaris alta voce intonat *Credo in unum Deum*, &
humili voce cum Miniſtris proſequitur uſque ad finem,
24 mox cum his vadit ad ſedendum in loco ſolito quo-
ad uſque finiatur Symbolum, quòd eſt Profeſſio no-
ſtræ Fidei, & ideò non alternatim cum Organo, ſed
totum alta voce cantatur à Choro, ut advertit *Mo-
lan. de Can. lib. 2. c. 40.* & reverſus ad Altare, peracta
Panis, & Vini oblatione, & Altaris thurificatione,
triplici ductu in cornu Epiſtolæ incenſatur à Diaco-
25 no, qui poſtea accedit ad Chorum, ubi ter thurifi-
cat Collegiatæ Præpoſitum, ubi eſt conſuetudo, quæ
non improbatur à *Polac. l. c. fol. 240.* & aliàs Digni-
tates, & Canonicos duplici ductu, ut dictum eſt *Lib.
I.* Si Diaconus Evangelii fuerit Canonicus, incenſatis
Dignitatibus, & Canonicis in Choro, redit ad Al-
tare, ac incenſat Subdiaconum, aſſociatus à Magi-
ſtro Cæremoniarum, à quo, vel à Capellano de men-
ſa, pro loci conſuetudine ipſe Diaconus incenſatur,
ita *Cærem. lib. 1. cap.* & S. C. teſte *Gavan. in Man. Epi-
ſcop. V. Can. man. n. 22. in addit.* Succeſſivè idem Cære-
26 moniarum Magiſter thurificat Capellanos ſine mora
unico ductu: ita declaravit S. R. C. relatore *Barb. in
Sum. Dec. Apoſt. collect. 703. num. 3.* At verò ſi Diaco-
nus Evangelii fuerit Capellanus, ſervat eundem Ri-
tum in incenſationibus, ſed dum incenſat Canonicos,
priùs, & poſtea caput profundè inclinat, & cæteris
27 inferioribus de Choro nullam facit inclinationem *Craſſ.
lib. 1. cap. 32. & cap. 47.* Priuſquàm Canonicus thuri-
ficationem in Choro recipiat, depoſito pileolo, ſtet ere-
ctus, quaſi extra ſuum Stallum, cui nullatenus inni-
tatur, & Canonicum ſuo ordine ſubſequentem modi-
ca capitis dimiſſione invitet ad thurificationem priùs
28 capiendam, quam poſtea modeſtè recipiat. *Cærem.* ubi
ſupra: atque eadem urbanitas facienda eſt etiam à
Dignitate ſubſequenti Canonico, ut notat *Theob. in
Spicil. lib. 1. cap. 19. num. 3.* Conveniens & erit Col-
legiatæ Caput idem efficere, leviori tamen capitis in-
clinatione, quæ fit non reſpectu thurificationis, ſed
29 conditionis, & qualitatis perſonarum. *Craſſ. l. 1. cap.
22. & Cærem. c. 23.* ubi cætera diſponuntur circa hanc
materiam, etiam præſente Epiſcopo Miſſæ cantatæ,
cui ſi aderit Princeps loci, triplici ductu incenſatur
30 ante Canonicos, & Dignitates, tam Collegiatæ,
quàm Cathedralis Eccleſiæ, poſt Celebrantem. *Ca-
ſtald. l. c. ſect. 8. c. 1. n. 5.* idem ſequitur de Magiſtrati-
bus Supremis, ita declaravit S. R. C. referente *Barb.
31 l. c. collect. 462. n. 8.* Alii verò Magiſtratus minores,
ut Conſules, Commiſſarii, quibus proprium Scam-
num ab aliis diſtinctum parari ſolet, & de his loqui-
tur *Duard. in Bulla Cœn. Can. 19. q. 2. n. 2.*) incenſantur
æquis ductibus prout Canonici, ſed poſt eos, tam in
32 ſuis Eccleſiis, quàm in aliis, ad quas ſimul reperiun-
tur. *Barb. de Can. & Dignit. c. 18. in fin.*

Prothonotariis honorariis, qui præfatæ Miſſæ Con-
ventuali cantatæ per Canonicos debent extra Chorum,
& Presbyterium permanere in Navi Eccleſiæ, mi-
ſti cum Populo, nulla competit incenſatio, nec an-
33 te, nec poſt Canonicos, ſed ſolùm fruuntur ea, quæ
ab Acolyto in medio Presbyterii datur omnibus con-
ſidentibus in Eccleſia triplici ductu, ut ſignificetur
34 diffuſio Divinæ gratiæ in Populum in nomine Tri-
nitatis; prima in medio, ſecunda à dextris, tertia
à ſiniſtris, quæ dextera pars eſt illa, quæ reſpondet
manui ſiniſtræ incenſantis, & pars ſiniſtra quæ reſpon-
det ipſius manui dexteræ, ut advertit *Bordon. in Tract.
de Præced. n. 142.*

Tempore, quo in Altare à ſolemniter Celebrante
dicuntur *le ſegrete*, non poſſunt Canonici ſupplere Ho-
rarias Preces, jam in Choro Capitulariter recitatas,
quibus ipſi non interfuerunt, nec alias Orationes ex
devotione fundere, quamvis dicant ſubmiſſa voce,
& ſilente Choro, ita ſatis probat *Trullen. dub. 3. num.* 35
25. & ſeq. cui doctrinæ non refragatur, Clericum in
Sacris, audientem Miſſam de præcepto, & ſimul per-
ſolventem Horarium penſum, utrique obligationi ſa-
tisfacere, ac nullam culpam committere, quamvis 36
magis deceat Horas Canonicas diverſo tempore reci-
tare. *Suarez loc. cit. diſp. 88. ſect. 3. ad fin. Azor. tom. 1.
lib. 7. cap. 5. quæſt. 3. Conink. l. c. quæſt. 83. lib. 6. d. unic.
num. 308.* Nam ſumus in caſu diverſo: & ratio diſpa-
ritatis eſt, quia ad implendum præceptum audiendæ
Miſſæ, ſat eſt intentionem tunc habere ad Deum,
qua non caret perſolvens in Miſſa præfatas preces,
quæ ad unum finem diriguntur, & ſic utrique priva-
tæ obligationi reſpondet. At Canonici aſſiſtentes Miſ-
ſæ majori, in Choro ſunt obnoxii ad ſe ſe confor- 37
mandum Choro, qui modò canit, interdum celebran-
ti reſpondet, & quandoque tacet, quæ omnia, ſunt
plena myſteriis, & cultus Juſtitiæ erit ſilentium. *Eſai.
cap. 32.* & contrafacientes, licèt excuſentur ab onere 38
reſtituendi Diſtributiones, ſeu portiones, illis Miſſis
cantatis aſſignatas, non effugiunt peccatum veniale.
Trullen. ubi ſup. inclinat tamen *Nav. de Orat. cap. 19. n.
578.* Horas Canonicas poſſe omninò inculpatè in di-
cto intervallo recitari ab illis Canonicis, qui aliàs ſunt
occupati in ſtudiis, vel honeſtis Officiis, quoniam ju-
ſta cauſa ſemper intelligitur excepta, ut ante, & poſt 39
alios tradit *Boich. in c. Presbyter, de Celebr. Miſſ.* conſen-
tiuntque omnes, Sacerdotem in Miſſa ſolemni extra
Altare ſedentem, licitè poſſe per ſe, vel cum ſuis
Miniſtris, Horarias Preces dicere; non enim tenetur
attendere ad ea, quæ in Choro concinuntur, quia ip-
ſe univerſa verba Miſſæ, aut ſubmiſsè profert, aut 40
alta voce decantat. *Jacob. de Graff. p. 1. dec. lib. 2. cap.
35. Vega in Sum. tit. de Hor. Can. cap. 527. n. 14. Cajet. V.
Feſtum Arm. eod. V. num. 11. & alii.* Alias tamen con-
fabulationes prorſus evitare debet, ut monet *Nav. in* 41
Com. tit. de Silen. cap. 1. n. 6.

Terminatis Orationibus ſecretis, ac reverſo Diaco-
no ad Altare, Celebrans cantat Præfationem uſque
ad verba *Sanctus &c.* quæ à Canonicis in Choro alter-
natim cum Organo concinuntur uſque ad *Oſanna in ex-
celſis*. Interim Sacerdos legit Canonem Miſſæ, & ad 42
Memento fit applicatio Sacrificii, quæ quomodo, &
pro quibus à Canonico Hebdomadario facienda ſit,
videbimus infra. Cantato à Choro, *Oſanna in excel-
ſis*, elevatur à Celebrante Sacramentum Corporis, &
Sanguinis Domini cum debitis genuflexionibus, ut in
Cærem. c. 3. Ad hanc Sanctiſſimi elevationem omnes
de Choro genuflexi illud adorent, perſonante Orga- 43
no cum omni melodia, & gravitate; poſt depoſitio-
nem Calicis, Canonici in Chorum ſurgunt; & can-
tant *Benedictus, &c. Cærem. Epiſc. p. 2. cap. 8. Craſſ. de* 44
Cærem. lib. 2. c. 3. & Rinald. loc. cit. ubi aſſerit, ſic ſer-
vari Romæ, etiam in Miſſis Defunctorum, in qui-
bus tamen, ac Feriarum, Adventus, Quadrageſimæ,
Quatuor Temporum, & Vigiliarum, Canonici in 45
Choro genuflexi permanent uſque ad *Pax Domini*, &
hic ſurgunt canendo *Agnus Dei*: ita *Arnaud. ubi ſup. tit.
18.* & tradunt *Rubr. Miſſalis*, Juxta quas Sacerdos pro-
ſequitur Miſſam Conventualem, & cum pervenerit
ad ſecundam Orationem, ante Communionem, oſcu-
latur Altare, quod Chriſtum ſignificat, ut ex eo pa- 46
cem accipiat, & præbeat Miniſtris, unus quorum
Presbyter aſſiſtens, vel Subdiaconus, Pacem diſtri-
buit per Chorum; de modo eam dandi, & recipien-
di conſulatur *Cærem. Epiſc. lib. 1. c. 23.* Hoc admonen-
dum duxi, quòd per hujuſmodi Pacis oſculum oſten-
ditur, Canonicos inter ſe eſſe in vinculo veræ, & per-
fectæ Pacis colligatos, neutiquam de illis, qui loquun- 47
tur Pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordi-
bus eorum, ut ait Pſalmographus *Pſ. 27.* nec de iis,
qui (ut inquit quædam *gloſ.*) aliud habent in ore,
aliud in corde, quos evitandos traditur *in c. Quidam,
de Apoſt.* & his conducunt verba D. Auguſtini, relata
*cauſ. 2. quæſt. 7. Non omnis qui dicit, Pax vobis, quaſi
columba audiendus eſt.*

Poſt datam Pacem in Choro Dignitatibus, & Ca-
nonicis per Aſſiſtentem, ſeu Subdiaconum Canonicum,
datur à Capellanis cæteris de Choro, quòd ſi Subdia-
conus non erit Canonicus, iſte omnibus præbeat Pa- 48
cem,

cem, ut dictum eſt ſupra de thuriſicatione. Datur
etiam Pax Domino loci, & ejus Filiis, non cum oſcu-
49 lo, ſed cum inſtrumento: ita determinavit *S. R. C.*
in Calagurit. 5. Julii 1614. Mos erat antiquitus, ut in
his Miſſis, non tantum Clerici Clericos, ſed & laici
laicos, & fœminæ fœminas oſcularentur, ſumpto pri-
mo oſculo à Celebrante, ut oſtendit *Gratian. diſcept.*
for. c. 412. *n.* 18. Ad præſens verò, cum creverit ma-
50 litia, ſecularibus datur Pax à Miniſtro Altaris me-
dia Sacra Imagine, nullatenus facta reverentia, aut
capitis inclinatione, niſi poſt Pacem datam.

Dum Celebrans ſumit Sacramentum, cantatur à
Choro *Poſt communio*, deindè à Sacerdote *Collecta*,
quibus peractis, per Diaconum dicitur *Ite Miſſa eſt*,
51 hoc eſt, ite in Pace, quia Miſſa eſt abſoluta: cæ-
terùm antequam populus diſcedat, illicò Celebrans
ei impertitur benedictionem, qua non recepta, nul-
52 lus ab Eccleſia egredi præſumat, ut habetur *de con-*
ſecr. diſt. 1. *c. Miſſas*. Non datur autem in Miſſis De-
functorum, quia benedictio habet ſolemnitatem, quæ
53 non eſt admiſcenda luctui, ut inquit *Durand. l. c. lib.*
4. *c.* 31. hæc benedictio, quæ datur in fine Miſſæ,
etſi ſolemniter cantatæ, eſt duplex, videlicet ſimplex,
& ſolemnis: Prima fit unico Crucis ſigno, tam à
Canonicis, quàm à Dignitatibus; Altera fit cum
verbis, *Sit nomen Domini benedictum*, &c. ter manu
54 dextera producto Crucis ſigno, & hæc competit dum-
taxat Epiſcopis de Jure, & Abbatibus ex privilegio.
cap. Abbates, *lib.* 6. *de privil. Bertach. in Repert. V. Bene-*
dictio, & *Macign. de Hor. Can. c.* 82. *n.* 10. *Chaſſaing. l. c.*
tract. 7. *c.* 24. *prop.* 1. Dignitates, ac alii inferiores,
hoc privilegio minimè lætantes, ter in Miſſis, etiam
55 cantatis ſolemniter, cum inſinuatis verbis *Sit nomen*,
&c. Populum benedicentes, in irregularitatem incur-
runt: ita *Majol. l. c. c.* 13. *n.* 2. Dixi in cantatis, nam
in privatis, neque fruentes uſu Pontificalium poſſunt
56 facere trinam Crucis productionem. *S. C.* 3. *Februar.*
1660. Canonicus, ſive Dignitas celebrans Miſſam con-
ventualem in præſentia ſui Epiſcopi, non debet in
57 fine Miſſæ ſolitam benedictionem Populo elargiri, ni-
ſi facta priùs Epiſcopo capitis inclinatione ſtatim poſt
dictum *Benedicat vos omnipotens Deus*, quaſi expectans
ab Epiſcopo benedici, quo annuente, vel non con-
tradicente, proſequitur benedictionem, *c. Denique* 25.
diſt. 1. *c. Ecce diſt.* 95. *Abb. in c. volentes*, *de off. leg. Gui-*
do Papa ibidem n. ult. Inter celebrandum plures occur-
rere poſſunt caſus, & defectus, quos cum ſuis reme-
diis quiſque videre poterit in *Rub. Miſſalis*: ſequen-
tes, quia in praxi hic evenerunt, adnotare cenſui,
nempè ſi Celebrans facta conſecratione, meminerit
aliquid comediſſe, debet Miſſæ Sacrificium perficere,
quoniam præceptum de integritate Sacrificii eſt de Ju-
re Divino, & magis obligat, quàm præceptum de
58 conficiendo Sacramento ſtomacho jejuno, quod eſt de
Jure Eccleſiaſtico: ita *Azor. tom.* 1. *lib.* 10. *c.* 33. *qu.* 3.
Si verò id veniat in mentem ante conſecrationem,
59 debet Sacrum omittere, ſi hoc efficere valet abſque
ſcandalo. *Averſ. loc. cit. ſect.* 9. *q.* 8. & *quamplures alii*.
Sed quia ſcandalum in tali eventu ferè nunquam evi-
60 tari poteſt, ut ſentit D. Bonaventura apud *Trullen.*
de Sacram. lib. 3. *cap.* 6. *d.* 4. *num.* 12. arbitrantur alii,
61 ceptam Miſſam ſemper eſſe perficiendam, quam opi-
nionem probabilem exiſtimant *Angel. Sot. Reginald.* &
cæteri relati per *Bonac. de Sacram. d.* 4. *q.* 5. *part.* 1. *nu.*
16. *in fin.* Ratio eſt, quia præceptum Eccleſiæ cum
62 rigore non obligat. *Paſqual. dec.* 343. *nu.* 2. Sacerdos,
inchoata Miſſa, recordans alicujus mortalis peccati
non Confeſſi, non debet relinquere Miſſam, nec te-
netur vocari facere Confeſſarium, ut eum audiat,
63 quia Populus de hoc admiraretur, & cum tali admi-
ratione ferè ſemper eſt conjuncta infamia. *Vidal. l. c.*
fol. 84. *Eſcob. tr.* 1. *exam.* 11. *c.* 4. *de Miſſ. ex parte*, &
Suarez l. c. diſp. 66. *ſect.* 4. & *Henriq. in Sum. lib.* 8. *cap.*
46. *num* 1. qui tamen omnes intelligunt, dummodo
faciat quantum in ſe eſt pro eliciendo actum contritio-
nis: Immò ſi ante Miſſam præmiſerit confeſſionem,
& aliquod mortale fuerit oblitus confiteri, cujus in-
tra Sacrum reminiſcitur, non tenetur conteri, ſed
64 tantùm poſtea confiteri, nam peccatum jam fuit vir-
tualiter remiſſum. *Dian. p.* 1. *Mor. tract.* 4. *reſol.* 48. &
ſequuntur DD. penes *Henriq. loc. cit. ſtatim cit. lit.* K,

Dum in ſumptione Calicis Sanguis ceciderit ſuper bar-
bam Celebrantis, illa in ea parte poſt lotionem eſt abra- 65
denda ſecundum *Raguc. de Miſſa q.* 82. & *alios*; quo-
rum opinio non eſt uſu recepta, ut inquit *Bonac. l.* 66
c. q. ult. p. 10. *n. eod.* & ſatis erit tali caſu ter repetita
lotione barbam purgare, ad tradita per *Trullen. l. c.* 67
c. 8. *d.* 23. *n.* 16. & *Dian. p.* 10. *tr.* 12. *reſol.* 10.

Quid agendum ſi Sanguis effundatur ſuper Corpo-
rale, aut Altaris Tobaleam, &c. docent Rubricæ Miſ- 68
ſalis: & quod pœnæ latæ in *c. Per negligentiam*, *de*
conſecr. diſt. 2. jam non ſunt in uſu, *Bonart. de Sacriſ.* 69
Miſſ. lib. 3. *c.* 8. *n.* 9 Videte *Tol. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 6.

Si contingat, Collegiatæ Præpoſitum, Rem Sacram
Solemniter cum Mitra, & Baculo facientem, gravi
morbo corripi in Altari, ita ut Sacrificium perfice-
re nequeat, & id accidat ante conſecrationem, nul- 70
lus alius Sacerdos Miſſam proſequi debet. *gloſſ. in c.*
ult. de conſecr. diſt. 6. *D. Ant. p.* 13. *tit.* 13. *c.* 6. *§.* 3. *Tab.*
V. Miſſa, *n.* 11. Sed ſi fuerit Conventualis, ab initio 71
reſumitur per aliquem Canonicum; At verò ſi ca-
ſus occurrat poſt conſecrationem, ante perceptionem
Sacramenti, quivis Sacerdos jejunus, ſi reperiatur,
ſin autem; non jejunus, Sacrum more ſolito abſol-
vit, reſumendo à loco, ubi dictus Præpoſitus deſe- 72
cit. *gl. in c. Nihil* 7. *q.* 1. *Sylv. in Sum. V. Altare §.* 3. *Arm. V.*
Miſſa, *n.* 11. Ratio eſt, quia Pontificalia non ſpectant
ad ſubſtantiam, ſed ad majorem Solemnitatem Sa- 73
crificii. *Henriq. loc. cit. lib.* 9. *c. ult.* Hinc eſt quòd Ab-
bas, ſuſpenſus à Pontificalibus, non intelligitur ſu-
ſpenſus à celebratione Miſſæ juxta ritum communem 74
cap. Tranſmiſſam, *de elect. Ricc. in Prax. loc. cit. reſolut.*
433. *num.* 1.

ARGUMENTUM.

De obligatione recitandi in Cathedralibus, & Col-
legiatis, Officia Beatæ Mariæ, ac Defunctorum,
& à quo tempore ceperit uſus ea recitandi in Ec-
cleſia; quiſque illorum Author fuerit. Et de ho-
ra, qua recitanda ſunt in Eccleſiis publicè Divi-
na Officia.

SUMMMARIUM.

1 *Uſus recitandi Officium parvum B. Mariæ eſt antiquiſ-*
ſimus, aliis autumantibus tempore Urbani II. &
aliis tempore Gregor. II. Summ. Pont. fuiſſe intro-
ductum.
2 *Canoniſtæ plerique tenent, Clericos obligatos eſſe ad*
dictam recitationem, aliqui verò credunt, nulla le-
ge teneri.
3 *S. Pius V. decrevit non teneri, niſi eos, qui obli-*
gati ſunt ad hujuſmodi recitationem ex Statuto,
aut conſuetudine.
4 *Uſus recitandi Officium Mortuorum in Eccleſia eſt an-*
tiquiſſimus.
5 *Clerici ſecundum D. Thomam non tenentur ex præce-*
pto ad illud recitandum, ſed tantùm ſi Statuto, vel
conſuetudine hoc cautum fuerit n. 6.
7 *In Eccleſiis, in quibus non adeſt conſuetudo, vel Sta-*
tutum, non poſſunt cogi Canonici ad illud reci-
tandum.
8 *Quod procedit etiam in Officio parvo B. M. V. &*
Pſalmis Pœnitentialibus, & Gradualibus, & n. 9.
10 *Canonici in actu fundationis Collegiatæ poſſunt, vel*
ſe obligare, vel ſe eximere à dicta recitatione.
11 *Afferuntur Decreta S. Cong. Rituum circa dictam re-*
citationem, & n. 12.
13 *Bulla Pii V. ſupradicta ſolùm procedit favore illorum,*
qui recitant Officium juxta Breviarium Romanum,
non autem eorum, qui illud recitant juxta Brevia-
rium Benedictinum.
14 *Horæ Canonicæ debito tempore debent recitari, tam*
privatim, quàm publicè.
15 *In quibus horis debeat recitari Officium tam priva-*
tim, quàm publicè, & n. 16. & n. 19.
17 *Matutinum quando debeat incboari, & an tolerari*
poſſit circa Solis ortum in locis, ubi aer eſt rigidus.
18 *Conſuetudo Eccleſiæ Metropolitanæ, & finitimarum*
Civitatum, attendi debet in hac materia.
20 *Sac. Congregatio ſolet indulgere, ut Matutinum reci-*
tare

tari poſſit poſt Solis ortum, vel ſub Solis ortu &
num. 21.
22 *Abſque legitima cauſa non debent Clerici tardè ſurgere ad Matutinas Preces recitandas.*
23 *En quibus cauſis poſſint in Eccleſia Horæ Canonicæ anticipari, vel differri.*

ANIMADVERSIONES.

PRæter recitationem Horarum Canonicarum, ferè in omnibus Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, ſtatutis diebus juxta Breviarii Romani Rubricas recitantur Officia B. Mariæ Virginis, & Defunctorum; Quare hic adnotabimus, quæ ad eandem recitationem attinet.

Atque in primis notandum, uſum recitandi Officium B. Mariæ eſſe antiquiſſimum, & illud, ut aliqui ferunt, fuiſſe inſtitutum ab Urbano II. ad im-
1 plorandam Divinam opem, cum Sacrum Bellum mediraretur, ut obſervat *Card. Baron. anno* 1056. licèt antiquiorem fuiſſe hujuſmodi uſum in Cœnobiis Italiæ confirmat ex *Petr. Dam. Epiſt. lib. 6. epiſt. 29. num. 32. & lib. de Hor. Canon. c. 12. Card. Bon. de Divin. Pſalmod. c. 12.* & Auctorem fuiſſe Gregor. II. Papam circa annum 720. noſtræ ſalutis, quem ſequitur *Thomaſin. de Beneſic. p. 1. lib. 2. c. 76. n. 8. tom. 1.*

Fuit autem prædictus mos recitandi Officium B. Mariæ adeo in Eccleſia receptus, ut Canoniſtæ in duas fuerint partes diviſi, aliis opinantibus ad eam nulla lege teneri Clericos, qui alioquin ad Horas
2 Canonicas tenentur, aliis ex adverſo ad eam teneri cenſentibus, ut videre eſt apud *Fagnan. in lib. 3. p. 2. pag. 297. & ſeq.* Sed quæſtionem diremit S. Pius V. qui in quadam ſua Conſtitutione, incipien. *Quod à nobis*
3 *§. 9. de die 9. Julii* 1578. decrevit, nullo crimine obſtringi qui dictam recitationem omitterent, niſi lege, vel Statuto, ad id eſſent obligati.

Officii verò Mortuorum recitationem in Eccleſia
4 eſſe pariter antiquiſſimam, illudque compoſitum, ſive digeſtum fuiſſe à quodam Alamario tradit *Thomaſi. loc. cit. n. 9.* qui ſubdit *Petr. Damian.* de eodem facere
5 mentionem *lib. 3. Epiſt. 10. & lib. 6. epiſt. 30.* ad illius verò recitationem nullo præcepto Clericos teneri, diffinit S. Thomas, niſi legibus, vel peculiaribus Eccleſiarum Statutis diverſimodè cautum fuerit, licèt
6 hoc Canoniſtæ in controverſiam deduxerint, ut ait idem *Thomaſin. ubi ſupra d. n. 9. verſ. Synodus.*

In illis igitur Eccleſiis, in quibus non adeſt Statutum, vel conſuetudo recitandi dictum Officium B. Ma-
7 riæ, ac Defunctorum, non poſſunt Canonici, ut diximus, ad illud recitandum compelli, ſtante prædicta Piana Conſtitutione, ut notarunt etiam *Fagnan. in c. Presbyter, nu. 30. de celebr. Miſſar. Monet. de Diſtrib. p. 2. q. 3. n. 4. verſ. ſervanda,* noſter *Cecoper. lib. 2. nu. 187.*
8 *juxta primam impreſſ.* ubi idem firmat de Pſalmis Pœnitentialibus, & Gradualibus, idemque ait *Gavan. in Theſaur. Sacr. Rit. ſect. 9. de Appendic. Breviar. c. 1. de Offic. B. M. V. n. 5. ibi — In Choro ſi adeſt conſuetudo recitandi hoc Officium, obligat adhuc, cum Pius V. eam potiùs confirmaverit in Bulla Breviarii cap. 2. de Offic. Defunctor. num. 18.* Si verò non adſit conſuetudo legitimè intro-
9 ducta, vel Statutum, nulla adeſt obligatio recitandi tam privatim, quàm publicè, videlicet in Choro, tam Officium B. M. quàm Defunctorum, item Pſalmos Pœnitentiales, & Graduales. *Emanuel. Rodriq. Quæſt. Can. tom. 1. qu. 42. art. 14.* Undè in primordiis
10 Collegiatæ poteſt Capitulum, vel ſe obligare per Statutum ad dictas Preces fundendas, vel à dicta recitatione ſe eximere, ut advertit *Caramuel. in Reg. D. Benedict. diſp. 100. n. 3. ibi — eſt in poteſtate Capituli in Collegiatæ primordiis ad dictum parvum penſum Marianum per Statuta ſe obligare, vel immune reddere* Hinc eſt, quod propoſito dubio in S. C. Concilii in *Sueſſana* 18.
11 Auguſti 1708. an in Eccleſia Sueſſana recitandi ſint Pſalmi Graduales, Pœnitentiales, & Officium B. M. Virginis, & Defunctorum in diebus aſſignatis à Rubricis Breviarii, in caſu propoſito eadem S. C. reſpondit ad formam Bullæ Pii V. & antea idem reſpondit S. C. Rit. 28. Januarii 1606. in *Sueſſana* tenoris ſequentis — *Epiſcopus Sueſſæ S. R. Congregationi expoſuit, ſuos Canonicos non ſolere Veſperas cantare, niſi Dominicis, & aliis, feſtivis diebus, ſive Officium de Feria, ſive de aliquo Feſto, etiam duplici, celebretur, ſimpliciter Veſperas ſine cantu recitare, nec unquam in Choro Officium Defunctorum, Pſalmos Graduales, ſeu Pœnitentiales dicere in illis diebus, in quibus juxta Rubricas Breviarii aſſignantur. Et propterea petiit, an talem conſuetudinem tolerare debeat.*

Eadem Sacra Congregatio, quoad Veſperas, & Of-
ficium, ſatis eſſe, ſi Canonici illud recitent alta, cla- 12
ra, & intelligibili, & diſtincta voce. Quo verò ad Officium Defunctorum, Pſalmos Graduales, & Pœnitentiales, ſervandam eſſe Conſtitutionem Pii Papæ V. ſuper Breviario, reſpondit, & declaravit. Quæ autem dicta ſunt de facultate omittendi Officium B. M. Virginis, & Defunctorum, abſque reatu culpæ, propter dictam Pianam Conſtitutionem, intelligendum
venit, quatenus recitetur Officium juxta Breviarium 13
Romanum, quia illud recitantes juxta Breviarium Benedictinum, ad dicta Officia tenentur, ut bene probat *Fagnan. in c. Presbyter à n. 30. ad fin. de celebr. Miſſar.* quia ex præcepto tenebantur ad recitationem dictorum Officiorum, cum dicta Piana Conſtitutio non ademerit conſuetudines, vel obligationes illa recitandi.

Hic non eſt omittendum, quòd in recitatione publica Divini Officii in Cathedralibus, præter alia, quæ paſſim adnotavimus, obſervanda eſt hora, ut
nempè prolatio Horarum Canonicarum debito tempo- 14
re fiat, cum hæc obligatio adſtringat etiam Clericos, privatim officium recitantes, ad *Text. in clem. 1. de celebr. Miſſ. & in cap. 1. ubi Innoc. & Hoſtien. eod. tit.* ita ut variare non liceat, niſi legitima de cauſa; quæ autem
ſint horæ determinatæ pro recta Officii Divini reci- 15
tatione, habetur apud *Nav. in Tract. de Oration. & Hor.*
Can. c. 3. & pro Eccleſiis Cathedralibus, & Collegia- 16
tis, videnda eſt Tabella horaria, impreſſa apud *Criſpin. in Tract. de Viſit. Paſtoral. p. 2. q. 20. n. 11.* pro illis accomodatiſſima, quæque approbata fuit per *Sac. Epiſcopor. & Regular. Congregationem.*

Videtur tamen toleranda conſuetudo, quæ in ali-
quibus viget Eccleſiis, quòd Matutinum, quod in- 17
choari deberet media nocte, & ante Solis ortum compleri, juxta *Textum in c. Presbyter, de celeb. Miſſ. ibique Fagnan. num. 2.* recitetur circa Solis ortum, maximè quando in loco aer eſt rigidus, & quando concurrit
uſus Metropolitanæ, & aliarum Civitatum finitima- 18
rum, qui in hac materia pro lege ſervandus eſt, *c. ad Apoſtolicæ, de decim. Can. de iis diſt. 12. Rot. dec. 786. n. 6. p. 18. tom. 2. & in Leodien. ſeu Aquiſgran. Decanatus 20. Junii 1707. §. Tum etiam, cor. bon. mem. Cardin. Caprara.* Etenim non eſt adeo uniformiter ſtatuta hora
recitationis Divini Officii, ut ex cauſa non poſſit eſ- 19
ſe in aliqua Eccleſia diverſa, ut patet ex *Text. in c. Presbyter, de celebr. Miſſ.* & ibi *Innoc. n. 2. & in fin.* ibi — *horas competentes credimus illas, quibus meliùs creditur, Populum acceſſurum ad officium audiendum — Sylveſter in Summ. §. Hora, n. 10.* ibi — *dicendæ ſunt Horæ temporibus propriis ſecundum morem patriæ —* Undè *Sac. Congreg. Concil. in Trojana Tabellæ horariæ 14. Febr.* 1699.
cum Epiſcopus immutaſſet per uſum conſuetudinem 20
recitandi Matutinum per integram horam poſt Solis ortum, demandando, quòd recitaretur per mediam horam ante ſolis ortum, cenſuit, attenta qualitate loci, & aeris, ſervandum eſſe ſolitum, & tolerantiam. Sicuti Canonicis Eccleſiæ Piſtorien. indulſerat, ut idem Matutinum recitari poſſet ſub ortu ſolis, ut
ex decreto ſequentis tenoris. *Sacr. Rituum Congr. cau-* 21
ſa iterum propoſita, non obſtantibus in contrarium adductis, cenſuit concedi poſſe, ut utroque anni tempore ſub ortu Solis Horæ matutinæ recitentur 7. Junii 1625.

Ceſſante verò aliqua legitima cauſa, turpe eſt, ut
ad Matutinas Preces fundendas tardè ſurgant Cleri- 22
ci, & vix ad diurnum concentum avium, ut habetur *in capit. dolentes 9. de celebrat.* & obſervat *Navarr. de Oration. d. capit. 3. verſic. decimo infertur numer.* 53.

Poſſunt pariter Horæ Canonicæ in Eccleſia aliquando cani hora anticipata, aut poſtpoſita, veluti quia habendæ ſint Proceſſiones ſolemnes, aut Concio inſignis, Principis adventus, aut ſimiles
cauſæ occurrant, quod tamen intelligendum eſt, 23
dummodo fiat cum auctoritate Superioris, veluti Epiſco-

Digitized by Google

piſcopi, ſive Decaoi Eccleſiæ, ot notat idem *Nav. ibid. num.* 57.

Jo. Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

In Altari, in quo celebravit Epiſcopus, non licet aliis inferioribus eadem die Sacrificare. Canonici Miſſam privatam celebrantes, vel auſcultanres Sacramentales Confeſſiones tempore Divinorum Officiorum, an, & quando poſſint lucrari Diſtributiones Chori. An Præbendæ vacanti poſſit adjungi novum onus de conſenſu patroni. Canonicur habens ex ſundatione onos celebrationis Miſſæ, an dc tempore infirmitatis reneatur per alium Sacerdotem celebrare. Et de facultate quieſcendi à celebratione ſemel in hebdomada, quando onus Miſſæ eſt quotidiannm.

SUMMMARIUM.

1 *In Altari, in quo Epiſcopus Miſſam cantavit, non licet aliis inferioribus eadem die ſacrificare.*

2 *Quod non procedit quoad Altare, ubi alia Dignitas, more Epiſcoporum, celebravit, niſi alias conſuetudine ſervetur.*

3 *In Eccleſia Compoſtellana ad Altare, ubi jacet Corpus S. Jacobi Apoſtoli, ex Indulto Apoſtolico ſoli Canonici illius Eccleſiæ celebrant.*

4 *Et ſoli Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Senenſis cantant Miſſam ad Altare B. Virginis.*

5 *In quacunque Eccleſia, dum Miſſa Capitularis canitur, non ſunt dicendæ Miſſæ planæ, ſaltem ante elevationem Sanctiſſimæ Hoſtiæ.*

6 *Dum Horæ Canonicæ recitantur in Choro, non debent exire Miſſæ privatæ ad Altare majus.*

7 *Declara, ſi Chorus exiſtat ante Altare majus*, & numer. 8.

9 *Utrum, & quando Canonici, tempore, quo cantantur in Choro Horæ Canonicæ, celebrantes ex devotione, ſeu etiam ex obligatione alicujus ſimplicis Capellaniæ in quovis Altari ſuæ Eccleſiæ, lucrentur Diſtributiones*, & n. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.

16 *Canonici, ex Ordinatione Sacriſtiæ Præfecti, celebrantes Miſſam planam, ſeu cantatam in aliena Eccleſia, occaſione alicujus feſtivitatis celebrandæ, ad quam convocatum fuit Capitulum, gaudent Diſtributionibus, ac ſi Divinis Officiis in propria Eccleſia intereſſent.*

17 *An habeantur pro intereſſentibus in Choro, & lucrentur Diſtributiones Canonici, qui in ſua Eccleſia, tempore Divinorum, privatum Sacrum faciunt, pro adimplendo onere, eorum Præbendæ annexo;* & n. 18. 19. 20. & 21.

22 *Nullum Jus reſiſtit, poſſe à Papa, vel Epiſcopo, annecti Præbendæ onus Miſſæ planæ, data ejus vacatione.*

23 *Sicuti etiam Jus habet Superior Eccleſiaſticus Præbendæ vacanti imponendi onus audiendi Confeſſiones in eadem Eccleſia.*

24 *Et talis Canonicus, dum audit Confeſſiones juxta munus ſuum, lucratur Diſtributiones.*

25 *Poteſt etiam Patronus in fundatione, vel vacatione Præbendæ, eidem imponere, de conſenſu Papæ, vel Epiſcopi, hujuſmodi onus.*

26 *Si verò onus, Præbendæ annexum, eſſet nimis grave, attenta tenuitate redituum, & ad juſtitiam eſt reducendum.*

27 *Canonicus acceptans Præbendam, cum onere quotidie, vel ter in hebdomada Miſſam planam celebrandi, ſi tractu temporis redditus non ſufficiant ad victum, tenetur onus implere, donec à S. Pontifice reductionem obtineat.*

28 *Olim Epiſcopus facultatem habebat Miſſarum onera reducendi; modò autem nec in reductione Miſſarum legatarum poteſt ſe intromittere.*

29 *Supplicatio pro tali reductione datur in Dataria; deinde ſignatur à Papa, vel à S. Conc. Congregatione.*

30 *Refertur conceſſio, facta à Papa Urbano VIII. PP. S. Franciſci de Paula Genuæ, reducendi Legata perpetua Miſſarum tenuia ad rationem ſcutorum quinquaginta monetæ Romanæ pro qualibet Miſſa quotidiana.*

31 *Canonicus obligatus ad Miſſam quotidianam celebrandam, ſi ex ſua Præbenda tot percipit, quantum ei ſufficiat pro honeſta ſubſtentatione, non tenetur tempore infirmitatis alium Sacerdotem ſubſtituere.*

32 *Præbenda non eſt principaliter inſtituta pro Miſſis privatis.*

33 *Capellani tempore, quo ægrotant, obligantur celebrare per alium etiamſi pro danda ſtipe ſubſtituto omnes fructus erogari deberent*, & n. 34.

35 *Epicheja eſt licita emendatio Legis contra ejus verba, non tamen contra mentem Legiſlatoris.*

36 *Ex dicta Epicheja Capellanus infirmus per aliquod tempus non tenetur alium ſubſtituere, & quantum extendatur.*

37 *Prædicta procedunt quoad Capellaniam Eccleſiaſticam; non verò reſpectu alicujus Legati Miſſarum; cui tenetur Sacerdos infirmus per alium ſatisfacere*

38 *Canonici, & Capellani, auctoritate Eccleſiaſtica inſtituti, cum onere quotidie celebrandi, habent in ſingulas hebdomadas diem unum, à celebratione immunem, & quare.*

39 *Non licet quempiam obligare ad quotidie celebrandum per ſe, & de ratione.*

40 *Si quis die, quo eſſet exemptus à celebratione, vellet nihilominus celebrare, teneretur Sacrificium applicare juxta mentem Fundatoris, ſeu Teſtatoris.*

Solummodò quater in anno licet applicare pro ſe, vel amico eod. num. 40.

41 *Quando obligatio celebrandi eſt per ſe, vel per alium, eſt licita, & omninò adimplenda.*

Obligatio celebrandi diebus Feſtis Miſſam, extenditur etiam ad dies feſtos, noviter inſtitutos; & è converſo.

Valet argumentum de diminutione ad augumentum, & è converſo eodem n. 42.

43 *Qui quater, vel quinque in hebdomada tenetur celebrare Miſſam, ſuæ obligationi ſatisfacit, eam celebrando diebus ferialibus.*

TITULUS XI.

QUamvis in Altari, obi Epiſcopus Miſſam can-
tavit, non liceat aliis inferiorihur eadem die 1
ſacrificare: *c. fin. de conſecr. diſt. 1. Bauc. ubi ſu-
pra q. 93.* In Altari tamen, in quo alia Dignitas mo-
re Epiſcoporum ſolemniter celebravit, qnilibet Sacer-
dos poteſt Sacrum facere, niſi aliàs ex conſuetudi- 2
ne ſervetur, quam non improbat *Raguc. in tr. de Miſſ.
q. 36.* Ex indulto Apoſtolico ſoli Canonici Eccleſiæ 3
Compoſtellanæ celebrant ad Altare, uhi jacet Cor-
pus S. Jacohi Apoſtoli, uti ſcribit *Compoſtell. in cap.
Cum acceſſiſſent, n. 6. de conſt.* & Soli Canonici Metro-
politanæ Eccleſiæ Senenſis cantant Miſſam ad Alta- 4
re B. Virginis, ut tefert *Ugell. de Epiſc. Ital. tom. 3.
fol. 634.* In quacunque Eccleſia, dum Miſſa Capitu-
laris canitur, oon ſunt dicendæ Miſſæ planæ, ſal-
tem ante elevationem Sacratiſſimæ Hoſtiæ, ita di- 5
ſponitur in noſtris Conſtitutionihur Synodalibus, &
docet *Gavan. in Man. Epiſc. V. Functiones, n.* 20. Atque
dum Horæ Canonicæ recitantur in Choro, non de- 6
bent cxire Miſſæ privatæ ad Altare majus, ita de-
crevit S. R. C. in *Oſcen.* 2. *Maji* 1620. Quod explican-
dum puto, exiſtente Choro anre Altare majus, ut 7
ſupponitur à *Cærem. lib. 2. cap.* 30. Aliàs non videtur
pſallentibus onerofum ibidem non clamoroſa, ſed de- 8
preſſa voce Sacrum fieri, tam per Caoonicos, quàm
per alios Sacerdotes. Ambigi qnidem poteſt, num
Canonici in quovis Altari ſuæ Eccleſiæ, oh acceptam
ſtipem, vel ex devotione privatim celebrantes, quo
tempore io Choro cantantur Horæ Canonicæ, vel 9
Miſſa Conventualis, potiantur Diſtributionihus, pro-
ut ſi cum aliis pſallerent, & de his non poſſe parti-
cipare tenent *Abb. in cap. Cùm olim, nu. 3. de re jud. &
conſ. p. 1. conſ. 70. Zipæus lib. 3. tit. de Cler. non reſid. nu.
31. Gonzal. loc. cit. in proœm. §. 3. n. 18. Galett. V. Diſtri-
butiones. Quarant. in Sum. Bull. eod. ver. Marchin. de Sa-
cram. Ord. tract. 3. p. 2. c. 35. n. 6. Vulp. loc. cit. c. 13. nu.*
13.

Digitized by Google

13. & ſequuntur *Felin in d. cap. cum olim n. 5. Armill. in Summ. V. Canonicus, n. 5. & alii*, licèt quis eorum celebret ex obligatione alicujus ſimplicis Capellaniæ,
10 quam poſſidet una cum Canonicatu; & ita declaravit *S. C. C. in una Mediolanen.* Ratio eſt, quia bujuſmodi Miſſam planam celebrat, non ut Canonicus, ſed ut Capellanus: Nec valet contraria conſuetudo ſe-
11 cundum *Covar. Var. Reſol. lib. 3. c. 13. n. 5.* Alii tamen ſentiunt tolerabilem eſſe conſuetudinem Eccleſiæ, in
12 qua Canonicus celebrans in aurora participat de Diſtributionibus illius diei, etiamſi in Choro aliud ſervitium non præſtet. *Vrvian. de Jur. Patr. lib. 15. cap. 3. n. 166.* & ita diffiniſſe Rotam, tradit *Grat. Diſcept. for. cap. 80.* opinanturque alii poſſe ex juſta cauſa conſuetudinem induci, quòd Canonici, ut ſupra, tempore
13 Divinorum celebrantes, lucrentur Diſtributiones, nam totum eſt Divinus cultus; ita *Garz. de Ben. p. 3. c. 2. §. 1. n. 441. Barbat. de Diviſ. Fruct. p. 1. c. 16. num. 6. Hoyed. de Incompat. Ben. p. 1. c. 1. n. 10. Zypæus loc. cit. l. 3. tit. de Cler. non reſid. n. 3. Antonell. loc. cit. lib. 3. cap. 16. n. 25. Trullen. in Decal. lib. 1. cap. 8. dub. 12. & in Opuſc. dub. 4. num. 18. Monet. de Diſtrib. part. 1. quæſt. 11. num. 52. & Sanctarell. Var. lib. 1. quæſt. 7. nu. 10.* Dixi ex juſta cauſa, quam eſſe cenſeo, ſi, his celebrantibus, adhuc in Choro remaneant tot Canonici, quot debi-
14 ta cum ſolemnitate Officia perſolvant, & ſacrificantes ſint multi, qui maximè hyemis tempore nequeunt unus poſt alium extra tempus Divinorum Miſſam dicere, niſi catervatim dicantur, de quo Populus non reportaret commodum audiendi Sacrum eo Divinorum intervallo, & ſic Divinus cultus diminutionem pateretur, ut obſervant *Vrvian. loc. cit. c. 3. nu. 83. & Rcc. p. 4. dec. 113. per tot.*

Secluſa conſuetudine, Canonici, qui tempore Divinorum Miſſam privatam celebrant ad ſatisfacien-
15 dum Capellaniæ, quam habent in titulum, vel uti mercenarii, aut devotionis ergo, perdunt Diſtributiones, niſi id efficiant jubente Præpoſito, vel Sacriſtiæ Præfecto, ita à S. C. diffinitum dicunt *Piaſec. in Prax. part. 2. cap. 33. num. 25. & Pyrr. Corrad. ubi ſupra lib. 5. cap. 6. num. 15.* Canonici, juſſi à Sacriſtiæ Præfecto, progredientes Miſſam planam, vel cantatam in aliena Eccleſia celebrare, occaſione alicujus Feſti-
16 vitatis celebrandæ, ad quam convocatum fuit Capitulum, gaudent Diſtributionibus aſſignatis Horis Canonicis, & Miſſis, quæ tempore bujus abſentiæ in eorum Collegiatis celebrantur, ita tenet *Laym. loc. ſtatim cit. c. 7. n. 3.*

Inſurgit dubitato; Numquid, ſepoſita ante dicta conſuetudine, ac Præfecti juſſione, debeantur Diſtributiones illis Canonicis, qui tempore Divinorum Sacrum in ſua Eccleſia privatim faciunt, pro adimplendo bujuſmodi onere, eorum Præbendis annexo: & videtur negativè reſpondendum, tum ob declaratio-
17 nem S. C. mox allatam, tum quia de Jure Communi Canonicali Præbendæ per ſe non ineſt onus Miſſæ planæ, ſed tantùm cantatæ: *Abb. in cap. Conſtitutus, num. 3. de conceſſ. Præb. in cap. Dilectus, de teſt. & ſuper cap. 2. de inſtit. Monet. de Diſtr. part. 2. quæſt. 19. num. 1.* Nec ad aliud videtur ordinata, niſi pro ſtipendio can-
18 tantium in Choro Horarias Preces, & Miſſam majorem. *Beja part. 1. caſ. 35. Suarez tom. 3 quæſt. 83. diſp. 88. ſect. 1. & Fraxinell. de Oblig. Sacerd. ſect. 3. prænot. 2.* Neque inſertur obligatio Miſſæ privatæ ex eo, quòd in Bulla erectionis legitur, Canonicatus, & Præbendas eſſe inſtitutas, unam ad Altare Sancti Antonii,
19 & unam ad Altare Sancti Caroli, & ejuſmodi, quia id ſic ponitur, nè ſeparata eorum bona confundantur. *Gavant. in Man. V. Capitulum, nu. 27.* Quibus minimè refragantibus, doctus, ac diù Romæ verſatus *Campanilius* in ſuo *diverſ. Jur. Canon. libro, rubr. 7. cap. 6. num. 27.* affirmat, Canonicos in ſua Eccleſia Miſſas planas, eorum Canonicatui, & Præbendæ anne-
20 xas, tempore Divinorom celebrantes, haberi pro intereſſentibus in Choro, & lucrari Diſtributiones; Ratio eſt, quia tali actu exequuntur munus ſuum, quod nulli debet eſſe damnoſum. *cap. Pervenit, de fidejuſſ.* ſicut Canonicus abſens occaſione ſervitii, ejus Canonicatui annexi, eas ſibi acquirit: ita declaravit *Sac. Congr. Epiſc. & Reg. ſub die 24. Novemb. 1617.* Nec obſtat S. R. C. Decretum, ſuperiùs ex adverſo adductum,
quia loquitur de celebrantibus ex devotione, vel ex
obligatione Capellaniæ, quam retinent Canonici in ti- 21
tulum, ſejunctam à Canonicali Præbenda. Minus urget, non ineſſe de Jure Præbendæ onus Miſſæ planæ, quod concedimus, ſed nullum Jus reſiſtit, poſſe
annecti à Papa, vel Epiſcopo, dum contingit eam 22
vacare. *cap. Eleuterius 18. quæſt. 2. cap. Significatum, de Præb. Jo: Andr. & Anchar. ibid. num. 1. & in cap. Jacobus, num. ult. de ſimon. Boich. in cap. Quia, num. 5. de Magiſtr. Caſtr. Pal. part. 3. diſp. 3. num. 7. Azor. Mor. p. 2. lib. 6. cap. 24. quæſt. 5. Sylv. V. Simon. n. 17. & Daoyz loc. cit. V. Epiſcopus, n. 109.*
Præterea, jus eſt Superiori Eccleſiaſtico Præbendæ 23
vacanti imponere onus auſcultandi Confeſſiones in eadem Eccleſia. *Rebuff. conſ. 41. n. 25. Gordon. Mor. l. 8. qu. 7. num. 16. Homob. in Com. loc. cit. tract. 14. quæſt. 1. reſ. 4.* & dum Confeſſiones juxta munus ſuum audit,
lucriſacit Diſtributiones, ut obſervat *Ciarlin. controv.* 24
tom. 1. cap. 69. num. 4. & tom. 2. cap. 192. nu. 19. quod quidem onus Miſſarum, Confeſſionis, & ſimilium, de conſenſu Papæ, vel Epiſcopi, poteſt etiam patronus Præbendæ, in fundatione, vel vacatione, ei-
dem Præbendæ imponere, non autem Canonico, & 25
ſic tranſit idem onus ad quoſcunque ea deindè conferatur. *cap. Significatum, de Præb. Abb. in cap. Tua nos, de ſimon. Fillиuc. lib. 3. tract. 41. cap. 3. nu. 11. Mar. Ant. Var. lib. 1. reſ. 1. num. 5. Caſtr. Pal. part. 3. diſc. 3. punct. 3. num. 7.* Conſiderandi ſunt autem Præbendæ redditus, & aliæ ſervitutes, ad quas Canonicus tenetur, ut advertunt *Farinac. dec. 416. num. 4. part. 1. & Seraphin. dec. 942. num. 11.* etenim improportionata Miſ-
ſarum annexio tenui Præbendæ, à patrono, etiam 26
de aſſenſu Epiſcopi, injuncta, reputatur injuſta, atque venit emendanda, ad juſtitiamque reducenda, ita docent *Suarez de Simon. lib. 4. cap. 39. num. 17. Monet. de Com. ult. vol. c. 11. nu. 345.* & ante eos docuit *Ant. de Butr. ſuper d. cap. Significatum.*
Canonicus, acceptans Præbendam cum pondere quotidie, vel ter in hebdomada Miſſas planas celebrandi, ſi ex proceſſu temporis dos conſtituta non ſufficiat pro ejus victu, quia ſtabilia aſſignata effecta ſunt
ſterilia, vel ob alias cauſas, tenetur Miſſas ſuæ Præ- 27
bendæ annexas celebrare, donec à Summo Pontifice reductionem obtineat, ita ſentiunt *Marchin. loc. c. cap. 19. num. 26. Dian. part. 10. tract. 14. reſol. 38. & Trullen. de Sacram. lib. 3. cap. 7. dub. 9. num. 8.* Olim jus erat
Epiſcopo hujuſmodi Miſſarum authoramentum mo- 28
derare; modo, etiam pro reductione Miſſarum legatarum, non poteſt ſe intromittere. *Squillan. de Privil. Cler. cap. 4. num. 32.* quod procedit etiam de conſenſu Fundatoris Beneficii. *Verruell QQ. Mor. tract. 3. quæſt. 55. num. 3.* ſed datur ſupplicatio in Dataria, deindè
ſignatur gratia à Papa, vel à S. Conc. Congreg. & 29
ſciendum, quòd Urbanus VIII. de anno 1626. conceſſit Fratribus Sancti Franciſci de Paula Genuæ, ut legata perpetua Miſſarum tenuja reducerentur ad
rationem quinquaginta ſcutorum monetæ Romæ pro 30
qualibet Miſſa quotidiana, ita referunt *Polac. loc. cit. fol. 473. & March. de Sacram. Ordin. part. 2. tract. 3. cap. 20. in fin.*
Canonicus, ad Miſſam planam celebrandam obnoxius ex vinculo annexo ſuæ Præbendæ, ex qua vix
percipit honeſtam ſubſtentationem, non tenetur in 31
tempore infirmitatis, quantumvis diuturnæ, alium Sacerdotem ad immolandum ſubſtituere. *Barb. ſuper cap. Significatum; de Præb.* Ratio eſt, tum quia Canonicus debet vivere fructibus ſuæ Præbendæ, quæ, ut proditum eſt ſupra *Lib. 1.* ei non confertur ob re-
ſidentiam actu, ſed ſub obligatione reſidendi, ſi fie- 32
ri poſſit, atque non eſt principaliter inſtituta pro Miſſis privatis, ut notat *Piaſec. in Prax. Epiſc. part. 2. c. 32. & Caſtr. Pal. part. 2. tract. 13. quæſt. 1. punct. 6. n. 25.* Secus dicendum, ſi Sacrum privatim facere eſſent adſtricti ratione alicujus Capellaniæ ſeparatæ à Cano-
nicatu, nam tunc conſiderantur ut Capellani, qui 33
ægroti obligantur celebrare facere per alium, etiamſi ferè omnes Capellaniæ fructus inſumerentur pro danda ſtipe ſubſtituto. *gloſ. in d. cap. Significatum.* Ratio eſt, quia redditus Capellaniæ dantur ſolum pro
celebrandis Miſſis, & non ſunt principaliter funda- 34
tæ pro victu Capellani, prout Præbendæ Canonicales.

les. *Coninck de Sacram. quæſt.* 83. *art.* 1. *diſc.* 1. *num.*
1. *Genuen. QQ. Eccleſ. q.* 30. *n.* 4. *Fraxinell. loc. cit. ſect.*
4. *concl.* 4. *§.* 13. *Graff.* 2. *p. conſ.* 1. *diff.* 2. *n.* 6. *de Præb.*
& facit, quòd datum ob cauſam, illa ceſſante, re-
petitur, vulgatis Juribus. Nihilominus datur Epi-
cheja, quæ ex *Vidal. ubi ſupra fol.* 457. *num.* 133. eſt
35 licita emendatio legis contra ejus verba, non tamen
contra mentem Legiſlatoris, eximens Capellanum in-
firmum à dicto Miſſarum onere, ut puta per dies octo,
ſecundum *Petr. Nav. de Reſt. lib.* 2. *c.* 10. & alios apud
Lezzan. V. Miſſa, num. 40. vel per dies quindecim, ad
tradit per *Dian. Mor. part.* 1. *tr.* 13. *reſ.* 15. *Buſſemb. in*
36 *Med. lib.* 6. *tract.* 3. *cap.* 3. *q.* 12. Aut per menſem, ut
poſt alios, tenet *Em. Lug. loc. cit. diſp.* 21. *ſect.* 1. *num.*
48. ſive per bimeſtre, prout ſentiunt *Peyer. tom.* 2. *c.*
1. *num.* 24. *Zacch. de Salar. & Mer. quæſt.* 8. *num.* 34. &
alii apud *Vidal. loc. cit. in addit. inq.* 50. *num.* 32. ſed ad-
vertendum, quòd præfati DD. loquuntur de inſtitu-
37 tis ad Capellaniam Eccleſiaſticam, aliter enim dicen-
dum de Sacerdote, habente legatum Miſſarum ei re-
lictum, is quippè tempore infirmitatis tenetur per
alium ſatisfacere oneri Miſſarum impoſito à teſtato-
re, cujus voluntatem eſſe ſervandam, in puncto tra-
dit *Molfeſ. in Summ. Moral. tractat.* 6. *tit. de Benef. cap.*
1. *numer.* 79.
38 Canonici, necnon Capellani, auctoritate Eccleſia-
ſtica inſtituti cum pondere quotidie celebrandi, ha-
bent ſingulis hebdomadis diem unum immunem à ce-
lebratione cauſa majoris præparationis, & devotionis
adipiſcendæ. *Laym. lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 3. *num.* 6. *Say. in*
Flor. lib. tit. de Præb. dec. 6. *Gbil. loc. c. V. Miſſæ celebratio,*
num. 26. *Nav. lib.* 3. *conſ.* 6. *nu.* 2. *de celebr. Miſſ. Candid.*
loc. cit. tit. de Benef. diſq. 18. *Nald. in Summ. V. Miſſa,*
num. 1. & patet *ex d. cap. Significatum*, ubi Capitulum
injunxit certæ Præbendæ vacanti onus Miſſæ quoti-
dianæ, & Papa reſcripſit, ut Canonicus inſtituendus
celebraret quanto frequentiùs poſſet, ſalva honeſta-
te, ita adnotavit *Abb. antiq. ſuper d. cap. Significatum.*
39 ex quibus colligunt DD. non licere, quempiam ob-
ligare ad quotidie per ſe celebrandum, quia non ſem-
per Sacerdos eſt præparatus ad tantum Sacrificium.
Dec. ſuper ſæpiùs allegato c. Significatum. Abb. ibid. nu. 4.
Vanc. in Diſcipl. Cler. lib. 3. *tit. de Miſſ. Conſal. in Annot.*
ad lib. 4. *Revel. S. Birgitt.* Et propterea quivis obliga-
tus ad Miſſam quotidianam, ex conſuetudine univer-
ſali ſolet eximi ſingulo die cujuslibet ſeptimanæ: quòd
40 ſi eo quoque exemptionis die vellet Sacrum facere,
remanet adſtrictus Sacrificium applicare juxta mentem
Fundatoris, ſive Teſtatoris. *Bonart. de Sacrif. Miſſ.*
lib. cap. 7. *num.* 16. & alii, qui ſolummodo quatuor
in anno poſſe applicari concedunt pro ſe, vel ami-
co. Immò ſi in documentis eſſet, ut ſupra, obliga-
41 tus ad quotidie Sacrificandum per ſe, vel alium ob-
ligatio eſſet licita, & omninò adimplenda, quoniam
non eſt in perſonam Sacerdotis, ſed in ipſam Miſ-
ſam, ut conſiderant *Nav. in Man. c.* 25. *nu.* 154. *Fra-*
xinell. loc. cit. ſect. 5. *n.* 8. *Bejn p.* 1. *caſ.* 3. *Moron. reſp.* 7.
n. 29. Obligati ad dicendam Miſſam diebus Feſtis de
præcepto, tenentur celebrare etiam in ſimilibus Fe-
ſtis, noviter inſtitutis, ad tradita per *Genuen. QQ.*
42 *Pract. Eccleſ. q.* 568. & è converſo iiſdem Feſtivitati-
bus diminutus, prout factum fuit ab Urbano VIII.
de anno 1643. in his à celebrando eximuntur; con-
trariorum enim eadem eſt diſciplina, *c.* 2. *de conſuet.*
& adſpirat *l. ſi ex toto ff. de leg.* 1. ubi legitur, valere
argumentum de diminutione ad augumentum, & è
43 contra. Qui quater, vel quinque in hebdomada ſunt
obnoxii ad celebrandam Miſſam, ſuæ obligationi re-
ſpondent, Sacris operando diebus ferialibus, ita diſ-
finitum dicit *Bonac. de Sacram. diſp.* 4. *quæſt. ult. par.* 7.
§. 5. *num.* 5

A R G U M E N T U M.

Examinantur tres quæſtiones, Prima, an Epiſcopus poſſit adjungere Beneficiatis onus, quòd in fundatione adjectum non fuit: Secunda, an Beneficiatus, ſive Capellanus infirmus, teneatur per alium celebrare: Tertia, quando liceat Capellano, habenti onus quotidianæ celebrationis, vacare ab eadem celebratione.

S U M M M A R I U M.

1 *Epiſcopus non poteſt regulariter ordinaria authoritate adjungere novum onus Beneficiatis, ſive Capellanis, & afferuntur* Decreta S. Congr. Concil. n. 2.

3 *Eadem Sacr. Congregatio ſolet indulgere, ut Capellania, ad nutum amovibilis, reddatur perpetua ad effectum, ut Clericus ad eam nominatus poſſit ad ejus titulum promoveri ad Ordines Sacros.*

4 *Confirmatur concluſio poſita ſub* n. 1.

5 *Epiſcopus non poteſt cogere obtinentes Beneficia ſimplicia in Parochialibus ad deſerviendum Eccleſiæ per ſe, vel per ſubſtitutum.*

6 *Canonicus abſens cauſa ſtudii non tenetur deſervire Eccleſiæ per ſubſtitutum.*

7 *Epiſcopus non poteſt adjungere Beneficio onus celebrationis Miſſæ aliquando in hebdomada, ſi non conſtet de obligatione.*

8 *Nec etiam poteſt hoc facere Viſitator Apoſtolicus, niſi ſuper hoc habeat ſpeciales facultates.*

9 *Explicatur* Text. in c. ſignificatum, de Præben.

10 *Apoſtolica authoritas ſi intervenit in aliquo actu, ſignum eſt, quòd idem actus non erat validus abſque illa.*

11 *Præceptum Teſtatoris celebrandi quotidie per ſe ipſum, ſtrictè ſumptum, eſſet nimis oneroſum, & illicitum.*

12 *Hujuſmodi præceptum obligat ad celebrandum quam frequentiùs poterit, ſalva honeſtate, & devotione.*

13 *Affertur dictum Sancti Auguſtini circa quotidianam celebrationem Miſſæ.*

14 *Capellanus ſi non habet onus celebrandi per ſe, ideoque poſſit celebrare per ſubſtitutum, non excuſatur à celebrando ex cauſa honeſtatis, & devotionis.*

15 Paſqualig. de Sacrific. Miſſæ quæſt. 1121. num. 6. *credit, quòd facultas celebrandi per alium non adimat Capellano libertatem vacandi quandoque à celebratione.*

16 *Affertur ſuper hac materia reſolutio* Sac. Congreg. Concil. & n. 18.

17 *An diebus quibus Capellani licitè vacant à celebratione Miſſæ, poſſint pro ſe applicare, vel eleemoſynam accipere.*

19 *Vacatio licita ex cauſa ſupradicta eſt pro una die qualibet hebdomada, dummodò Capellanus non celebret eadem die, neque pro ſe, neque pro aliis, & affertur reſolutio* S. C. Concilii.

20 Paſquulig. d. tract. *credit, quòd ex legitima cauſa poſſit Capellanus pluries in Hebdomada vacare à celebratione.*

21 *Capellanus ea die, qua legitimè vacat à celebratione Miſſæ, non tenetur per alium ſupplere.*

22 *Præſumitur, Teſtatorem ſe conformaſſe diſpoſitioni Juris Communis.*

23 *Capellanus ex legitima cauſa poteſt aliquando celebrare in alia Capella, vel Eccleſia, non deſtinata à Fundatore.*

24 *Si Teſtator expreſsè voluerit, quòd Capellanus in caſu impedimenti teneatur per alium celebrare, non eſt licita vacatio, & alii afferuntur caſus, in quibus non licet Capellanus ceſſare à celebratione*, num. 25. & 26.

27 *Qualis infirmitas excuſet Capellanum à celebratione Miſſæ.*

28 *Aſſeruntur plures caſus, in quibus ratione infirmitatis Capellanus excuſatur à celebratione, & diſtinguitur qualitas Capellaniæ ad prædictum effectum.*

29 *Capellanus Capellaniæ, quæ non confertur in titulum, æquiparatur ſervo*, & n. 31.

30 *Servus de tempore infirmitatis debet ali à Domino per aliquot dies.*

31 *Capellanus, qui non habet Capellaniam in titulum, per quantum tempus excuſari debeat à celebratione ratione infirmitatis.*

32 *Capellanus in titulum excuſatur à celebratione de tempore infirmitatis, & facit fructus ſuos, ubi declaratur.*

33 *Canonicus infirmus lucratur Diſtributiones de tempore infirmitatis, licet non deſerviat per ſubſtitutum.*

34 *Qualis infirmitas excuſet à dicta celebratione.*

35 *Peritis in arte ſtandum eſt.*

ANI-

ANIMADVERSIONES.

TRes ſunt quæſtiones, quas io antecedenti Titu-
lo tetigit *Ceccoperius*, fuſiùs explicandæ. Pri-
ma nempè, an Epiſcopus poſſit Beneficiatis adjunge-
re novum onus, quod per Fundatorem non fuit in
erectione Beneficii, ſeu Capellaniæ adjectum.
Secunda, an, & quando Canonicus, habens onus
ex fundatione celebrationis Miſſæ, impeditus infirmi-
tate teneatur per alium ſupplere.
Tertia, an, & quando, habenti onus quotidianæ ce-
lebrationis Miſſæ liceat aliquando quieſcere à dicta ce-
lebratione.
Quatenus pertinet ad primam, certum eſt, regula-
riter non poſſe Epiſcopum ordinaria auctoritate impone-
re onus, quod in fundatione non continetur, præſer-
tim Beneficiis ſimplicibus, ſive Capellaniis, ut cen-
ſuit *Sac. Cong. Concil. in Firmana 5. Febr.* 1628. *& in*
Burgi S. Sepulcri 13. Februarii 1638. Hinc eſt, quòd
x propoſito in eadem *Sac. Cong. dubio in Piſauren. Ca-*
pellaniarum 17. Maji 1653. An Capellanis Capellania-
rum de Jurepatr. Laicorum, in Eccleſia Cathedrali ere-
ctarum, poſſint ab Epiſcopo deſignari dies, & horæ,
in quibus celebrent Miſſas ex obligatione earundem Ca-
pellaniarum celebrandas, reſpondit, Epiſcopum non
n poſſe cogere hujuſmodi Capellanos, ut Miſſas cele-
brent, vel celebrare faciant certis diebus, & horis.
Solet tamen Sac. Congr. Concilii indulgere, ut
Capellania amovibilis, ſive manualis, fiat perpetua,
adhoc ut Clericus nominatus poſſit ad Sacros Ordines
promoveri, cum conditione, quòd poſt obitum Capel-
lani Capellania redeat ad primævum ſtatum manualita-
3 tis, ut in *Fugubina 19. Julii* 1692. quia in hoc caſu
non adiicitur novum onus, nec alteratur ſubſtantia Ca-
pellaniæ, ſaltem perpetuò.
Prædicta enim prohibitio adjungendi novum onus Be-
neficiatis, patet ex *Text. in cap. cum Dilectus, de conſue-*
tud. & in cap. Prohibemus, de cenſib. & ex Concil. Trid. ca.
5. ſeſſ. 25. de refor. & ex mente ejuſdem *Sac. Congr.*
Conc. Fagnan. in cap. Significatum, num. 1. & ſeqq. de
4 *Præbend.* Undè, ut ait idem *Author ſub num.* 4. cum
bo. me. Card. *Borromæus*, vellet cogere obtinentes
5 ſimplicia Beneficia in Parochialibus, ut per ſe, vel
ſubſtitutos deſervirent, cum *cap. 3. ſeſſ.* 21. præſuppo-
nat, omnia Beneficia deſtinata eſſe ad Cultum Divi-
num, & Eccleſiaſtica munia obeunda, *jux. cap. fin.*
de reſi. lib. 6. Sacra Congr. ab eo conſulta reſpondit, non
eſſe cogendos ad aliud, quàm ad dicendas Horas Ca-
nonicas, nec teneri, ſi Beneficia ſimplicia ſint, de-
ſervire per ſe, nec per ſubſtitutum, exemplo Cano-
nici, qui cum non teneatur reſidere cauſa ſtudii, non
tenetur etiam ad ponendum ſubſtitutum. *Abb. in cap.*
6 *licet, de Præbend.* Rurſus cum Epiſcopus Aſculanus
impoſuiſſet onus cuidam Prioratui, quod erat in ſta-
tu Beneficii ſimplicis, pro Miſſis bis in hebdomada
celebrandis in Cathedrali Eccleſia; Idque quia, licèt
dictus Prioratus actu Eccleſiam non haberet, cum
tamen haberet redditus, & adeſſent veſtigia veteris
Eccleſiæ, non erat veriſimile, illum ſine onere Miſ-
ſarum celebrandarum erectum fuiſſe, S. C. Conſulta,
an id potuiſſet Epiſcopus, reſpondit nullum onus no-
vum imponendum ex conjecturis veriſimilibus: Sed
nec Viſitatorem Apoſtolicum, cui ſpecialis facultas
7 attributa non fuerit, potuiſſe onerare Beneficium ſim-
8 plex novo onere celebrationis Miſſarum.
Nec præmiſſis refragatur diſpoſitio *Text. in cap. ſi-*
gnificatum 11. *de Præben.* ex quo videtur argui poſſe,
quòd Prælatus inferior, & Capitulum, poſſint Præ-
bendæ vacanti, ad illorum collationem pertinenti,
novum onus Miſſarum adjungere, idque obſervat *Gloſſ.*
Butr. & Imol. nu. 4. quia ex eodem *Text.* contrarium
9 potius inferri poteſt, cum in eo Pontifex non decla-
raverit validam impoſitionem oneris factam à Præ-
poſito, & Capitulo, ſed illam modificando confirma-
verit, ac proindè patet, quòd illa non ſubſiſtebat,
10 nam opus fuit Apoſtolica confirmatione, & auctori-
tate, argumento *Text. in cap. cum quidem, de pact.*
& c. 1. & 2. de confirmat. util. vel inutil. & optimè obſervat
Fagnan. in d. c. ſignificatum n. 2.
Quatenus ſpectat ad ſecundam quæſtionem, pro ejus
reſolutione diſtinguendum eſt, quòd, aut Capellanus
habet onus quotidianum celebrationis Miſſæ, impoſi-
tum à Teſtatore, illudque per ſe ipſum implendum eſt,
& in hoc caſu, cum hoc præceptum fundationis, ſtri- 11
ctè ſumptum, ſit nimis oneroſum, ac proinde etiam il-
licitum, quia multoties præberet Sacerdoti occaſionem
peccandi, temperandum eſt, & intelligendum, ut non
obliget ad celebrandum, niſi quanto frequentiùs po-
terit ſalva honeſtate, & devotione, ut probat opti- 12
mus *Textus in cap. ſignificatum, de Præben.* ibique *Fa-*
gnan. num. 9. & benè declarat *Paſqualig. de Sacrif.*
Miſſ. quæſt. 1117. *num.* 8. *tom.* 2. ſubdens, quòd o-
nus, & obligatio, quæ imponitur alicui perſonæ, præ-
ſumitur impoſitum fuiſse ſecundum moralem poſſibi-
litatem. Undè *S. Auguſtin.* relatus *in Can. ſufficit diſt. 1.*
de conſecrat. celebrantem quotidie, nec laudat, nec 13
vituperat. Aut Capellanus ex fundatione, vel Sta-
tuto, non habet onus perſonale injunctum, ſed tan-
tummodo cautum fuit, ut quotidie Miſsam celebret,
nec additum fuit per ſe ipſum, & tunc cum poſſit per
ſubſtitutum onus adimplere, nihil impedit, quomi-
nus celebratio Miſsæ quotidie abſque intermiſſione im-
pleatur, ceſsante motivo ſupra ponderato honeſtatis, &
devotionis, ut benè diſtinguit idem *Fagnan. loc. cit.* 14
num. 10. & plenè confirmat *Paſqualig. de Sacrif. Miſſ.*
quæſt. 1121. *per tot.* quamvis ipſe *ſub num. 6. & ſeq.* cre-
dat, quòd facultas celebrandi per alium non adimat
Capellano illam utendi indulgentia Juris vacandi à ce- 15
lebratione, juxta inferiùs dicenda.
Quod confirmatur ſequenti declaratione *Sacr. Con-*
gregat. Concil. in Collen. 18. Septembris 1683. relata *in*
Synodo Piſana ſub Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. meo Archie-
piſcopo Franciſco de Froſinis Patritio Piſtorien. in addit.
part. 2. p. 257. Modernus Epiſcopus Collenſis Diœceſin
viſitando comperiit, non ſine maximo conſcientiarum
periculo plures irrepſiſse abuſus in adimplendo men-
tem eorum, qui Miſsas celebrari mandarunt. Ad eos
ergo tollendos diſcutiendum, & reſolvendum videtur.
I. An Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Capel- 16
læ, Legati, aut Stipendii, celebrare quotidie Miſ-
ſam per ſe ipſos, poſſint aliquando à celebratione
vacare, & quatenus *Affirmativè*.
II. Quando, & quoties à dicta celebratione vaca-
re poſſint?
III. An diebus licitæ vacationis poſſint Miſsas pro 17
ſe ipſis, vel aliis, præterquam pro Fundatoribus,
celebrare? Et quatenus *affirmativè*?
IV. An pro aliis celebrando, poſſint ſtipendium
pro hujuſmodi celebratione percipere?
V. An illis diebus, quibus licitè vacant à cele- 18
bratione, teneantur Miſsam ab aliis celebrari face-
re juxta intentionem Fundatorum?
VI. An Sacerdotes, ut ſupra obligati celebrare Miſ-
ſam quotidie, abſque tamen onere celebrandi per ſe
ipſos, poſſint aliquando à celebratione vacare.
Sacra Congregatio ad I. & II. reſpondit *affirmativè*,
concurrente aliqua rationabili cauſa.
Ad III. IV. & VI. *negativè*.
Ad V. diſtulit reſolutionem.
Vacationem licitam ratione honeſtatis, ſive devo-
tionis, eſse pro una die in qualibet hebdomada, de-
claravit eadem *Sacra Congregat. in alia Collen.* 15. *No-*
vembris 1698. emanata in caſu, in quo in fundatione 19
cautum fuerat, quòd Capellanus deberet omnibus ho-
ris, & temporibus, Divina Officia ſolemniter, & de-
votè celebrare, reſpondendo, Capellanum teneri ad
applicationem, & ſolùm poſse vacare à celebratio-
ne Miſsæ una die pro qualibet Hebdomada, ex cau-
ſa tamen honeſtatis, ſive infirmitatis, dummodò di-
cta die non celebret neque pro ſe, neque pro aliis.
Paſqualig. verò in d. q. 1117. *n.* 10. credit, non ſolùm poſ-
ſe Capellanum vacare ſemel in hebdomada, ſed etiam
aliquando bis, ſi adſit rationabilis cauſa, qualis eſset
defectus devotionis, conſideratus *in relat. c. Significatum*,
aut aliquod infortunium, aut arduum negotium, quod
afferret notabilem diſtractionem quinimmo ſi diſtractio
perduraret per plures dies, illamque adhibita debita
diligentia vincere non poſset, cenſet ex ratione cita-
ti *Textus*, ei eſse licitum à celebratione ceſsare du-
rante eodem impedimento.
Poſito autem, quòd Capellanus poſſit vacare à ce-

lebratione Miſſæ aliquando per hebdomadam, ut ſupra dictum eſt, quæritur, an teneatur per alium ſupplere, & reſolvendum eſt *negativè*, quando ex juſta, & rationabili cauſa non celebrat, ut pluribus relatis firmat idem *Paſqualig. quæſt.* 1120. *per tot.* & ratio eſt,
21 quia mens Teſtatoris, obligantis Capellanum ad quotidianam celebrationem, cenſetur conformis diſpoſitioni Juris, nempè *d. Text. in cap. Significatum*, juxta quod ſatisfacit ſuæ obligationi, celebrando quàm frequentiùs poteſt, ſalva honeſtate, & devotione, cum præſumatur Teſtatorem ſuam diſpoſitionem ac-
22 comodaſſe diſpoſitioni Juris communis, juxta regulam, de qua *Jaſon in l. Cauſas num. 6. C. de tranſact. Dec. conſ.* 582. *num.* 2. *Gozzadin. conſ.* 101. *num.* 10. idemque confirmat aliis adductis *quæſt.* 1122. *num.* 5.

Et ex præmiſſis etiam infert *d. quæſt.* 1117. *num.* 13. quòd Capellanus, obligatus celebrare quotidie in certa
23 Capella, vel Eccleſia, poſſit aliquando in alia celebrare, ex cauſa præſertim devotionis, ut probat *Gloſſ. in d. c. Significatum V. voluptatis, de Præben.*

Sunt tamen prædicta intelligenda in caſibus, quibus agatur de Capellania perpetua, in qua ipſi Capellano fuit à Teſtatore injuncta quotidiana celebratio Miſſæ, abſque eo quod Teſtator adjecerit, quòd in caſu im-
24 pedimenti teneatur Capellanus ad ſupplendam per alium, ut advertit idem *Paſqualig. dicta quæſt.* 1120. *num.* 1. ac item quando Teſtator habuit reſpectum ad Eccleſiam, in qua pro commoditate Populi ordinavit celebrationem Miſſæ, deſtinando præcipuè horam, & tempus celebrationis, accomodatam ejuſ-
25 dem Populi commodo, ac denique quando agitur de obligatione potius reali, quàm perſonali, veluti cum
26 Teſtator gravavit hæredem quotidianæ celebrationis Miſſæ, non injungendo onus Capellano, nam tali caſu Capellanus electus ab hærede, ſive etiam deſignatus à Teſtatore, cum ſit manualis, & amovibilis, non habet facultatem vacandi, cum non intret diſpoſitio ſæpe relati *Text. in cap. Significatum*, ut monet idem *Paſqualig. d. q.* 1122. *n.* 4.

Quatenus denique ſpectat ad cauſam infirmitatis, certum eſt, quòd ex eadem cauſa, ex interpretatione dicti Textus, licita eſt ceſſatio à celebratione, in Capellano tamen perpetuo, cui licita eſſet ex ſupra dictis vacatio aliquando in hebdomada abſque onere ſupplendi per alium, cum limitationibus tamen hìc recenſendis, ac primo, quod infirmitas talis exiſtat, ut eum reddat inhabilem ad celebrandum ſine notabili ſalutis incommodo: ſecundo, quod infirmitas ſit
27 parvorum dierum, ſive ſit continua, ſive diſcontinua, nam ſi eſſet longa, tenetur ſupplere, ut tradunt communiter DD. ut videre eſt apud eundem *Paſqualig. quæſt.* 1123. *num.* 3.

Pro ſtatuendo autem, quando licita ſit vacatio à celebratione Miſſæ ratione infirmitatis, abſque onere ſupplendi per alium, diſtinguendi ſunt ſequentes caſus, ſecundum *Paſqualig. dicta quæſt.* 1123. *num.* 4. aut enim agitur de onere quotidianæ celebrationis Miſſarum, demandato per teſtatorem hæredibus, aut
28 aliis Executoribus Teſtamentariis, & in hoc caſu, licèt hæredes, ſive Executores, deputaverint Capellanum, cum Miſſæ conſiderentur tanquam manuales non poteſt excuſari à celebratione propter infirmitatem, ſed ſupplere debet per alium, quamvis credat ipſe *Paſqualig. loc. cit.* quòd ſi hujuſmodi Capellanus infirmitate detentus per quatuor, aut quinque dies prætermitteret celebrationem, poſſet Executor, interpretando benignè mentem Teſtatoris, illum excuſare à ſupplenda per alium omiſſione Miſſarum. Seu agitur de Capellania perpetua, non tamen collativa in titulum Beneficii, quo caſu Capellanus æquiparatur ſervo, qui addicit ſervitium ſuum ad celebrandum, ut obſervat *Gloſſ. in cap. Significatum, de Præ-
29 bend.* & recipit ſalarium pro præſtatione ſervitii, tamen eodem modo, quo Servus infirmus debet ali per aliquot dies à domino, juxta *Gloſſ. in l. arboribus §. De illa ff. de uſufruct. Bartol. in l. Si cum dotem §. Si autem ff. ſoluto matrim. Abbas in cap.* 1. *de Cleric. ægrotant.* ita poterit hujuſmodi Capellanus per ali-
30 quot dies infirmitatis recipere ſtipendium, licèt Miſſas non ſuppleat. *Paſqualig. ibidem loc. cit. numer.* 5.

Quot autem debeant eſſe iſti dies, variant inter ſe DD. & videtur ſecundum *Paſqualig. ſub n.* 6. pro praxi obſervandum, quòd aut infirmitas contingit in primo anno ſui ſervitii, & tunc ad decem, aut octo dies, extendi poſſe tolerantiam; Si verò eo elapſo, poſ- 31
ſe extendi uſque ad menſem, ut etiam definitum fuit in *Concil. Mediolanen.* 7. *tit. de Miſſ.* Si autem per plures annos inſerviſſet diligenter, majori etiam tempore excuſari poſſet.

Si tandem Capellania ſit collativa in titulum, tunc Capellanus abſolutus eſt ab onere ſupplendi per alium durante infirmitate, & facit fructus ſuos, niſi aliter 32
Fundator expreſsè, vel tacitè diſpoſuerit, & dummodo Capellanus per ſe ipſum inſervire ſolitus ſit, & non per ſubſtitutum, nam in hoc caſu non excuſatur, quia non verificatur impedimentum legitimum celebrationis, eodem modo, quo dicimus de Canonico reſpectu perceptionis Diſtributionum pro tempo- 33
re infirmitatis, qui eas non lucratur, ſi non ſit ſolitus intereſſe tempore ſanitatis, cum infirmitas non ſit vera cauſa abſentiæ. *Abbas in cap. Ad audientiam, de Cleric. non reſid. Felin. in cap. Apoſtolicæ, de except. num.* 12. *cum concordan.* ut benè, ac doctè diſtinguit, & confirmat idem *Paſqualig. dicta q.* 1123. à *num.* 7. *ad fin.*

Ea autem infirmitas excuſat Capellanum à cele-
bratione Miſſæ, quæ ſecundum prudens judicium red- 34
dat impoſſibilem celebrationem, ac proindè non ſufficit quæcunque infirmitas, ſed talis eſſe debet, ut ex celebratione grave damnum ſanitatis timeretur, ad quam judicandam ſtandum erit judicio prudentis, & periti Medici, juxta regulam, quam habemus in qualibet materia, quod Peritis in arte ſtandum eſt, ad *Text. in cap. Infirmitatis, de frigid. & maleficiat. Paſqualig. d. tract. quæſt.* 1125. *per tot.* ubi ſingulares caſus enumerat, à celebratione regulariter excuſantes, ad quem, nè longius evagemur, Lectorem remittimus.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

An Epiſcopus poſſit pro majori commoditate Populi ordinare, ut Capellani alicujus Eccleſiæ certis horis Miſſas celebrent, & quid ſi Fundator Capellaniæ in erectione demandaverit, nè Epiſcopus ſe intromittat in viſitatione Capellaniæ. Ad quem ſpectet providere Sacram Supellectilem, & alia ad Sacrum Myſterium opportuna; ac de Operariis Eccleſiarum circa onus providendi dicta Supellectilia, ac de illarum cuſtodia tenenda ab Eccleſiaſticis perſonis.

S U M M A R I U M.

1 *Canonici, & alii quicunque, debent exire ad Sacrum faciendum, juxta ordinationem Tabellæ, in Sacriſtia affixæ, vel ad mandatum Sacriſtiæ Præfecti, vel alterius, ad quem ſpectet.*

2 *Amplia, etiamſi Capellæ ſint de Jurepatronatus Laicorum*

3 *Relictis tribus Miſſis in qualibet hebdomada abſque determinatione dierum, poteſt Sacriſtiæ Præfectus dies, & horas determinare pro ſervitio, & commodo Eccleſiæ.*

4 *Si Miſſæ debitis horis non celebrentur, debet Epiſcopus in actu Viſitationis providere, ut prima Miſſa ſummo mane, cæteræ verò debito intervallo uſque ad meridiem, præſertim diebus Feſtis, ad Populi commodum celebrentur.*

5 *Prima Miſſa ante Solis ortum celebranda eſt pro Ruſticis, in qua Curatus diebus Feſtis explicare debet partes eſſentiales Doctrinæ Chriſtianæ.*

6 *Declaratur concluſio, quòd Epiſcopus non poſſit novum onus imponere Capellaniæ de Jurepatronatus Laicorum, ut procedat de majori Miſſarum numero; non verò de norma ordinatè celebrandi*, & n. 7. & 8.

9 *Quamvis poſſint Fundatores in limine fundationis Capellaniarum apponere conditiones ſibi viſas; non tamen licet pactum apponere, quòd Capellani valeant*

leant

leant temporibus, & horis ſibi benè viſis celebrare, & n. 10.
11 *Quod multò magis procedit in legato pio Miſſarum.*
12 *Poſſet tamen Teſtator in conſtitutione hujuſmodi Capellaniæ Laicalis, ſeu Legati pii, prohibere, nè Epiſcopus, vel alius Superior Eccleſiaſticus, ullo modo ſe in ejus proviſione intromittat, vel viſitet, vel in Præbendam erigat,* & n.13.
14 *Bona aſſignata pro hujuſmodi Capellania ſunt exempta à labe ſimoniaca.*
15 *Et poſſunt in Emphytêuſim perpetuam concedi, permutari, & vendi, in utilitatem ipſius Capellaniæ, abſque Superioris Eccleſiaſtici licentia.*
16 *Non poteſt tamen fieri, quòd Epiſcopus, tanquam executor ultimarum voluntatum, facultatem non habeat curandi, ut Legatum pium impleatur, & Miſſæ ordinatæ celebrentur.*
17 *Capellanus Officiaturæ, tam Secularis, quàm Eccleſiaſticæ, habet onus providendi neceſſaria pro Miſſarum celebratione.*
18 *Declara, ſi competentes habeat redditus.*
19 *Quòd ſi non habeat, poterit Epiſcopus, ſub pœna privationis Juriſpatronatus, obſtringere Patronum, ut ſuppeditet neceſſaria.*
20 *Affertur exemplum Salomonis, qui ædificans Templum providit de luminaribus, Miniſtris, & aliis, ad ſervitium Templi neceſſariis.*
21 *In Parochialibus cura providendi neceſſaria ad Miſſæ celebrationem ſpectat ad Curatum; & poteſt ad id ab Epiſcopo compelli.*
22 *Intellige pro ſui ſervitio, non aliorum Sacerdotum.*
23 *Et ſi habeat ſufficientes redditus, ultra victum; aliàs tenentur Parochiani,* & n.24.
25 *In Cathedralibus ad quem ſpectet prædicta, & Indumenta Pontificalia providere.*
26 *Quis teneatur pariter ad dictas expenſas in Eccleſia Collegiata.*
27 *Quid, ſi in eadem Eccleſia adſint fructus ſeparati pro Fabrica.*
28 *Sacra Indumenta non debent ſtare ſub dominio Operariorum, ſed Capituli, & Parochi.*
29 *Operarii deputantur ab Epiſcopo, tanquam puri miniſtri, cum obligatione reddendi rationem eorum adminiſtrationis ipſi Epiſcopo, vel iis, quos deputaverit; niſi aliud ex privilegio, ſeu fundatione ſervandum ſit.*
30 *Non eſt in facultate Operariorum fructus fabricæ, etiam pro ſervitio Eccleſiæ, expendere.*
31 *Sed ſunt expendendi pro indigentiis Eccleſiæ, prout Epiſcopus meliùs judicabit.*
32 *Operarii non poſſunt de Jure communi diſponere de redditibus Operæ inconſulto Parocho,* & n.34.
33 *Et contraria conſuetudo non valet.*
35 *Domini temporales conſtituti ſunt à Jure rerum Eccleſiæ Patroni, ſed quoad protectionem, & defenſionem, non quoad gubernationem, & dominium,* & n. 36.
37 *Præſcribi non poteſt à Laicis Jus ponendi Sedilia in certo loco Eccleſiæ.*
38 *Indumenta Sacerdotalia quando dicantur Sacra.*
39 *Quando effecta ſunt talia, deſinunt eſſe ejus, qui ea donavit.*
40 *Indumenta Sacra non poſſunt Operarii in propria domo retinere.*
41 *Sed cuſtodienda ſunt in Sacriſtia per Perſonas Eccleſiaſticas.*
42 *Et eximuntur à diſpoſitione, & poteſtate Laicorum.*
43 *Operarii circa Sacra paramenta dicuntur habere Jus providentiale; Jus autem miniſteriale ſpectat ad Clericos Eccleſiæ.*
44 *Canonici Cathedralium, vel Collegiatarum, ſunt principaliter de corpore Eccleſiæ, ipſamque repræſentant.*

TITULUS XII.

QUamvis, ut ſupra tetigimus, Canonici, Miſ-
ſam in ſua Eccleſia tempore Divinorum legentes,
ſint participes Diſtributionum, prout alii in Choro pſal-
1 lentes, hi tamen, prout quicunque alii, qualitercun-
que ad Sacrificandum obligati, tenentur exire ad Miſ-
ſam debitis horis, & temporibus opportunis, juxta or-
dinationem Tabellæ in Sacriſtia pendentis, vel ad
mandatum Sacriſtiæ Præfecti, ſive alterius, ad quem
juxta conſuetudinem Eccleſiæ pertineat eas diſponere
pro Populi commoditate, perſonarumque concurſu.
Caſtald. loc. cit. lib. 1. ſect. 5. num. 6. Gavan. in Man. V.
Miſſa, num. 31. Ciarl. tom. 1. cont. for. cap. 38. num. 2. &
latè *Paſqual. dec.* 430. ubi *num. 1.* inquit, Et ſi Capel-
laniæ ſint de Jure Patronatus Laicorum; ita reſolutum
fuit à *Sac. Congr. in una Januenſi*, quam refert *Nicol.*
loc. cit. V. Capellanus, num. 3. Quòd ſi relictæ fuerunt
tres Miſſæ, abſque determinatione dierum in quali- 2
bet hebdomada, poſſe Sacriſtiæ Præfectum determi-
nare dies, & horas, quibus dicantur, ſi ita requi-
rat commodum, & ſervitium ipſius Eccleſiæ. Non 3
inſequentibus dictæ Tabellæ diſpoſitionem, ſive Præ- 4
fecti juſſionem, Epiſcopi ſunt partes in actu Viſitatio-
nis providere, ut prima Miſſa ſummo mane, & dein-
dè cæteræ debitò intervallo uſque ad meridiem, præ-
ſertim diebus Feſtis, celebrentur ad Populi commo-
dum, ita docent *Jacob de Graff. 2. part. dec. lib. 2. cap.*
27. num. 68. Faſc. de Viſit. lib. 1. cap. 1. & cap. 2.
num. 2. faciunt *cap. Neceſſe, de conſecr. diſt. 1.* adno-
tata per *Tamb. de Jur. Abbatiſſ. tit. 4. form. 55. & ſeq.*
Explica, quòd prima Miſſa celebranda eſt ante Solis 5
ortum pro ruſticis, in qua Curatus diebus Feſtis expla-
nare tenetur partes eſſentiales Doctrinæ Chriſtianæ, ita
declaravit *Sacr. Congr.* apud *Nicol. V. Miſſa, n. 3.*

Nec obſtat, non poſſe Epiſcopum Capellaniæ Juriſ-
patronatus Laicorum novum onus imponere, prout de- 6
claravit *Sac. Cong.* teſtibus *Galett. V. Beneficium, & No-*
var. part. 1. gravam. 1. num. 9. Quia hoc intelligitur de
majori Miſſarum onere, ut ait *Antonell. loc. cit. lib. 3.*
cap. 6. num. 77. Non profectò de norma ordinatè ce- 7
lebrandi Miſſas, jam impoſitas in fundatione, quod
non eſt novum onus, cum ſit impoſitum ab ipſo Ju-
re, cui Fundator Beneficii præſumitur ſe voluiſſe
conformare, ad tradita per *Afflict. dec. 44. num. 10. De-* 8
cian. conſ. 18. n. 20. vol. 1. Campanil. rubr. 7. c. 6. n. 10. Rot. di-
verſ. part. 1. dec. 640. n. 7. & in individuo docet *Cevall. loc. cit.*
q. 693. n. 7.

Et licèt Epiſcopus ſe gratum oſtendere debeat Fun-
datoribus, dum in limine volunt eorum Capellaniis 9
imponere conditiones, exiſtentes etiam contra Jus po- 10
ſitivum, nè retrahantur à dotandis Altaribus, ut in-
quiunt *Abb. ſuper cap. Nullus, de Jurepatr. Farinac. dec.*
231. num. 2. part. 2. in Poſth. Buratt. dec. 233. num. 14.
tom. 1. & alii. Nihilominus puto, eos non poſſe pa-
ctum apponere, quòd Capellani valeant temporibus,
& horis ſibi benè viſis, liberè ſacrificare; etenim non
poteſt diſponere contra Divinum Cultum, & ſervi-
tium Sanctæ Eccleſiæ, ut obſervant *Jo: Bertach. in*
tract. de Epiſc. quæſt. 46. num. 1. tom. 4. Ant. de Pret. in
in Clyp. Paſt. cap. 1. Paſqual. dec. 429. num. 5. & 440.
n. 2. Multò fortiùs affirmare non vereor in erectione
Capellaniæ Secularis, ſive, ut propriis terminis lo-
quar, in Miſſarum memoria, ſeu Legatis piis, quæ
fieri ſolent abſque ulla Superioris Eccleſiaſtici auctori- 11
tate, relinquendo alicui, nominando à tali viro, vel
muliere, nonnulla ſtabilia cum onere celebrandi, vel
celebrari faciendi tot Miſſas in Capella alicujus Eccle-
ſiæ, de qua diſpoſitione tractant *Zabarell. in Clem. 1. de*
off. Vic. Bero conſ. 153. num. 50. vol. 1. Bald. conſ. 18. lib. 2.
Rebuff. conſ. 4. num. 1. Laym. loc. cit. lib. 4. cap. 4. & Nald. V.
Capellania, n. 7. non poſſe per Teſtatores liberos reddi à
dictæ Tabellæ diſpoſitione.

Non inficior tamen, poſſe Teſtatorem in inſtitutio-
ne hujuſmodi Capellaniæ, ſeu Miſſarum memoriæ,
expreſsè prohibere, nè Epiſcopus, vel alius Eccleſia- 12
ſticus, in proviſione ipſius Secularis Capellaniæ ſe in-
tromittat, nec eam viſitet, vel in Canonicalem Præben-
dam erigat, ut notant *Cordub. in tract. de Caſ. Conſc. quæſt.* 13
33. Garc. de Ben. part. 1. cap. 3. num. 105. & Fragoſ. lib.
10. diſp. 21. §. 4. num. 3. tom. 2. Ratio eſt, quia hujuſ-
modi bona aſſignata, ſemper remanent merè tempora-
lia. *Abb. conſ. 47. part. 2. Barb. de Jur. Eccl. lib. 3. cap. 5. num.*
6. & de Pot. Epiſc. alleg. 57. exempta à ſimoniaca labe, 14
ad tradita per *Caputaq. dec. 356. num. 6. part. 2.* &
ideò poſſe in emphyteuſim perpetuam concedi, per-
mutari, & vendi in utilitatem ipſius Capellaniæ,
abſque alia Superioris Eccleſiaſtici licentia, tradunt
Bonac. tom. 2. in tr. de feud. diſp. 3. quæſt. 8. punct.
4. num. 21. & Ricc. in Prax. part. 1. tit. de reb. Eccl. non

alien, reſ.78. Sed unu poteſt adimi ab Epiſcopo facul-
tas curandi, ut Miſſæ legatæ executinni demanden-
16 tur, & ſimul celebrentur ordinatè, ut ſupra. *Monet
de Com.ult. vol. cap. 10. quæſt. 6. num. 557. Novar. pri-
vil. 57. n.4.* Ultra dictæ Tabellæ obſervantiam, Ca-
pellano, tam Secularis, quàm Eccleſiaſticæ Capella-
niæ, ineſt obligatio providendi de neceſſariis ad Miſſa-
17 rum celebrationem, nam qui ob ſtipendium obligatur
ad aliquid agendum, tenetur id propriis expenſis effi-
cere. *Abb. conſ.89. num.7. part. 2.Ricc. loc.cit. part. 4.
reſ.97. num. 4. & Moron. ubi ſupra reſp. 51. n.7.* Ea-
plica, ſi competentes babeat redditus, ut innuunt *gloſ.
18 in cap. Quicunque 16. quæſt.7. & Vivian. de Jurepatr.
lib. 2. cap. 4. num.3.* Quibus ſi careat, poterit Epiſco-
pua præceptum facere Patrono, ut provideat, ſub pœ-
19 na privationis Juriſpatronatus. *Abb.conſ.116. n.2.part.
2.Sperell.dec. 68. n.11.* Pro quo facit exemplum Salo-
monis, qui ædificans Templum, providit de Lumina-
20 ribus, Miniſtris, & aliis ad ſervitium Templi neceſſa-
riis. *Reg. cap.6.*

In Parocbialibus hujuſmodi cura proſpiciendi neceſ-
ſaria ad Miſſæ celebrationem ſpectat ad Curatum;
hinc eſt, quòd cuilibet Parochiali aſſignatur Manſus,
21 hoc eſt, certa terra, ex qua percipitur frumentum,
& vinum ad conficiendam Euchariſtiam, ut notat
gloſ. 1. in cap. Secundum 23. quæſt. 8. poteſtque Paro-
chus ab Epiſcopo adſtringi ad paranda alia neceſſa-
ria ad Sacrificium. *Jo: à Capiſtr. in cap. Ut quiſque, de
22 vit. & hon.Cler.Ant.de Butr.in cap. Propoſuiſti, num. 6. de
fil. preſ.* Intellige pro ſui ſervitio, non aliorum in ſua
Eccleſia celebrantium. *Barb.de Pot. Par. cap. 11.* quod
etiam limita, ſi ultra ſufficientem victum, habeat
in redditibus, qui computantur uſque ad centum ſcu-
23 ta illarum partium, ita declaravit *S. C. apud Nald.
V. pecuniæ, num. 1. & V. penſio num. 10.* Aliàs te-
nentur Parochiani conſulere Parocho, ut deſumitur
24 ex *Barb. alleg. 76. num. 16.* In Cathedralibus, ſun-
datis de bonis Eccleſiæ, Capitulum eſt obnoxium de
ſupradictis providere, & ad Epiſcopum ſpectant ſum-
25 ptus pro ſnis Indumentis Pontificalibus. *Gavan. V.
Fanct. Epiſc. num. 17. in addit.* In Collegiata, fun-
data à Laicis, ad ipſos pertinent omnia, quæ innui-
mus, providere, nt colligitur ex DD. ſupra citatis.
Cæterùm ſi in eadem Eccleſia, ultra redditus Capi-
tuli, & Curati, exiſtant fructus ſeparati pro Fabri-
26 ca, ad ipſos Operarios Seculares, qui iiſdem fructibus
præficiuntur, ſpectat præparare Hoſtias, Vinum,
Lumina, & Paramenta pro Divinis Officiis, & Miſ-
ſis, quæ celebrantur in eadem Collegiata, & Paro-
27 chiali, niſi alia ſit Eccleſiarum conſuetudo, quam in
hoc attendendam inquiunt *Piaſec. in Prax. cap.3.num.22.
part.2.Sperell.dec.68.n.9.tom.1.* & ita à *Sac.Rot.Rom.* deci-
ſum tefert *Genuen.in Prax.Neap.c.91.in fin.*

Hic opportunè videndum: An hujuſmodi Sacra Pa-
ramenta remanere debeant ſub dominio eorundem Ope-
rariorum, vel potiùs Capituli, & Parochi: & non
recedens à dictis oretenur, non dubito conſiſtere debe-
re ſub cuſtodia, & adminiſtratione Eccleſiaſticorum.
28 Nam hi, ut minus graventur, & non abſtrahantur
à Divinis, ex gratia Epiſcopi eliguntur Operarii Lai-
ci, quibus committitur reddituum Fabricæ cura, non
cum ſuperioritate, aut dominio, ſed tanquam puris
miniſtris, ita ex parte docet *Dec. conſ. 148. num. 3. &
549. num. 5. Lotther. de Re Ben. lib. 2. quæſt. 10. num. 53.
part. 1.* & ex parte *Abb. in cap. 1. de Eccleſ. ædif. & cap.
2. de Judic. n.11. Felyn. in cap. Decernimus, eod.tit.Mart.
de Juriſd part. 4. cap. 158. num. ult.* Sed cum obligatione
reddendi rationem Superioribus Eccleſiaſticis de exactis
ut docent DD. *mox cit.* niſi bona Operæ eſſent legata
cum expreſſa cautione, ut adminiſtrentur pro ſervi-
tio Eccleſiæ ad arbitrium Operariorum, vel ex privi-
legio fuerint exempta à prædicta redditione, de quo
ſi non conſtat, præſumuntur eſſe bona Ecclecaſtica,
29 *Ludoviſ. dec. 113. num. 4. Laym. lib. 4. tract. 9. cap.
8. num. 1. Maſcard.de Prob. concl.206. nu. 6.* & ſic non
eſt in hujuſmodi Operariorum arbitratu fructus Operæ
30 etiam pro ſervitio Eccleſiæ expendere. *Ant.de Butr.in
d. cap. Decernimus, n. 6. Daoyz. in Repert. V. Fabrica,
& V.Laici*, ſed ſunt expendendi pro Fabrica, vel Pa-
ramentis, prout melius Epiſcopus judicabit, ut ex
31 *Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 9. & ſeſſ. 24. cap. 3. de ref.*
tradunt *Monet. de Com.ult.vol. cap. 3. num. 81. Garc.de
Ben. part.3. cap.2. num. 198. Dor. de Nob. diſp. 49. num.
33. & in addit.ibid. num. 56.* ubi refert *S. C. C. die 10.
Jun. 1637.* ita determinare contra Operarios Sanctæ
Mariæ de Caſtro Camajoris Luc. Diœceſis. Et quia 32
Epiſcopi non poſſunt eſſe præſentes in omnibus locis,
ſolent in Conſtitutionibus Synodalibus ſtatuere Ope-
rarins non poſſe de iiſdem redditibus diſponere incon-
ſulto Parocho, quod eſt ſecundum Jus commune, nt
ſentiunt *Jo: And. in cap. unic. de Judic. Dec. in d. cap.
Decernimus num.92.* & latè *Mart. de Juriſd. part. 3. caſ.
158. per tot.* & contrariam conſuetudinem non vale- 33
re firmat *Ripa de Oblat. reſp. 66. nu. 12.* Ratio eſt,
quia ſi Operarii de his redditibus Eccleſiaſticis liberè
diſponere valerent, magna oriretur confuſio: aliquando
enim uno modo mandaret Prælatus, alio modo dicti Lai-
ci, maximè, ut conſideravit *Layman.loc.cit.tract.9.c.8. n.* 34
1. ad juſſum Dominorum temporalium, qui licèt con-
ſtituti ſint à Jure rerum Eccleſiæ Patroni. *cap. Prin-
cipes, & ibi gloſ. cum cap. ſeq.23. quæſt. 1. & cap.Di-
ligenti, de for. compet.* boc intelligitur, quo ad prote-
ctionem, & defenſionem, non quo ad gubernatio- 35
nem, & dominium, quod ab his, nec poteſt præſcri-
bi. *Azor. Mor. tom.1. lib. 1. cap. 14. Eſcob. loc. cit.* 36
tract. 1. exam. 6. cap. 5. circa fin. Veluti à Laicis præ-
ſcribi neqnit Jus ponendi Sedilia in certo loco Ec-
cleſiæ. *Samuel. ubi ſupra tract. 2. controv. 3. con. 8.
num. 45. Dian. Mor. part. 10. tract. 16. reſ. 62.* Inſu-
per advertendum, Sacerdotalia veſtimenta eo ipſo,
quòd ad ſacrum uſum ſunt oblata, & à Superio-
re Eccleſiaſtico benedicta, dicuntur Sacra. *Boſt. in* 37
*Summ. §. Quis, num. 3. de Copell. Monach. Negaſan.
quæſt. 235. num. 5.* ac ſtatim deſinunt eſſe ejus, qui
donavit, nt benè obſervat *Bellett. Diſq. Cler. loc. cit.* 38
tit. 6. §. 9. num.2. atque nequeunt dicti Operarii hu- 39
juſmodi Indumenta Sacra in propria domo retinere.
Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. caſ. 232. num. 1. & ita
decrevit Viſitator Apoſtolicus, miſſus à Summo Pon- 40
tifice anno 1580. pro viſitanda hac Diœceſi; ſed cu-
ſtodienda ſunt in Sacriſtia per perſonas Eccleſiaſticas. 41
*cap. Regenda, cap. Decretum 10. quæſt. 1. Abb. antiq. in
cap. Ut ſciant, nu. 1. de off. Sacriſt. Fuſc. de Viſit. lib.1.
cap. 23. num. 5. Card. Paleott. in Archiepiſc. Bonon. fol.
473.* ubi eximuntur à diſpoſitione, ordinatione, & po-
teſtate Laicorum. *Innoc. in cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ,
numer. 5. de conſtitut. Abb. in cap. Super eo, de Paroch. Mar-
ch. dec. 336. num. 4. part. 2. Urſell.loc. cit. conſ. 38. n.
23. Rodoan. de Reb. Eccl. non alien. §. Facit, quæſt.3.
Ferro QQ.Mor. part.1.quæſt.4.num.1. & ſeq.* Officium O- 42
perariorum verſatur circa Eccleſiæ Fabricam, quæ
diſtinguitur à Sacris Paramentis, quorum dicuntur ha-
bere Jus providentiale: Jus autem miniſteriale ſpe-
ctat ad Clericos; qui ſunt de Corpore ipſius Eccle-
ſiæ, ac in ea habent titulum, & reſidentiam. *Bero.* 43
*in Rubr. de reb. Eccleſ. non alien. num.18. Prax. Neap. cap.
23.num.2.Azor.Mor. part.2. lib. 3. cap.1. Ferrett. conſ.309.
num. 1.vol.1.Lancellott. Inſtit. Can lib. 2. tit. de pecul. Cler.
§.Quid, num. 27. Ricc. loc.cit.part.4.reſol.138. num.2.&
Gratian.Diſcept.For.cap. 298. nu. 58.* Et certum eſt, Ca-
nonicos in Cathedralibus, vel Collegiatis, principali-
ter eſſe de corpore illius Eccleſiæ, ipſamque repræ- 44
ſentare. *gloſ. in cap. Ego Ludovicus 63. diſt. Decian. conſ.
14.n.4.vol. 2. Marcheſ.part.1.§.1.n.4.de Com. Capell. Graſſ.
dec.4.tit.de bis q. F.A.M.P.*

A R G U M E N T U M.

Diſcutitur an Operarii Laici Eccleſiarum babeant fa-
cultatem retinendi cuſtodiam Reliquiarum, & Sacra-
rum Supellectilium, & quando prædicti Operari ad ali-
quos effectus cenſeri debeant Perſonæ Eccleſiaſticæ.

S U M M A R I U M.

1 *Jus retinendi cuſtodiam Reliquiarum, & Sacrarum
Supellectilium, adſiſtit favore Rectoris Eccleſiæ.*
2 *Laici ſunt incapaces exercendi aliquod Jus in Eccleſia.*
3 *Nec valent ſe ingerere in adminiſtratione rerum Sacra-
rum, & Spiritualium.*
4 *Laicis non ſuffragatur conſuetudo, quoad adminiſtratio-
nem rerum Sacrarum, ſed tenentur oſtendere titulū n.5.*

6 *Cla-*

Google

6 *Claves Reliquiarum in Eccleſiis Regularium debent cu-
ſtodiri apud Regulares, non autem apud Laicos
Dominos Capellarum, in quibus retinentur;* de
clara num. 7.
8 *Laici, cujus adminiſtrationis rerum Eccleſiaſticarum
ſint capaces.*
9 *Laici prædicti ſunt capaces retentionis Clavium Sacra-
rum Imaginum, & Reliquiarum per modum ſim-
plicis cuſtodiæ.*
10 *Si non adſit conſuetudo, non debet permitti iiſdem Lai-
cis retentio dictarum Clavium, & in quibus caſibus
poſſit permitti* n. 11.
12 *Rector Eccleſiæ non poteſt conſentire ut Laici retineant
dictas Claves, quia læditur libertas Eccleſiæ.*
13 *Immò nec Epiſcopus, niſi adeſſet aliqua juſta cauſa*
num. 14.
15 *Reliquiæ, quæ cuſtodiuntur per Laicos, poſſunt vi-
ſitari ab Ordinario, etiamſi exiſtant in Eccleſiis
Regularium.*
16 *Adminiſtratio bonorum temporalium Eccleſiæ, & Obla-
tionum, poteſt ſtare apud Laicos ex antiqua conſuetu-
dine.*
17 *Declara, dummodò percipiant, & cuſtodiant tanquam
nudi miniſtri, non autem tanquam habentes aliquam
authoritatem.*
18 *Oblationes, quæ fiunt in Confraternitatibus Laicorum,
poſſunt ex conſuetudine adminiſtrari apud ipſos Con-
fratres, dummodò nihil ſibi applicent.*
19 *Eleemoſynæ factæ Imagini, vel Oratorio, pertinent ad
Parochum, intra cujus Parochiæ fines eſt ſitum dictum
Oratorium, ubi declaratur.*
20 *Oblationes, factæ Imagini exiſtenti in Eccleſia Cathe-
drali, non pertinent ad Epiſcopum; ſed ad exer-
centem Curam animarum.*
21 *Adminiſtratores Laici Oblationum, ſive Legati Pii, non
obſtante qualibet conſuetudine, tenentur rationem
reddere Epiſcopo, etiamſi in fundatione contrarium
cautum fuerit* n. 22. & 23.
24 *Diſpoſitio Teſtatoris non poteſt pervertere generalem legis
ordinationem, nec ſtandum eſt ejus irrationabili ju-
dicio.*
25 *Quando Epiſcopus eſt excluſus in fundatione à reviſione
computorum Operis Pii, non debet ſe intromittere, niſi
in caſu, quo Adminiſtratores fuerint negligentes.*
26 *Quando dicatur Locus Pius, vel Eccleſiaſticus.*
27 *Juſpatronatus, competens Confraternitatibus Laicorum,
reputatur laicale, & non Eccleſiaſticum.*
28 *Niſi clarè doceatur de contrario, nempè quod fuerit fun-
datum de Bonis Eccleſiaſticis, ſive relictum intuitu
Eccleſiæ.*
29 *Eo magis cenſetur ſimpliciter laicale, ſi adſit ulti-
mus ſtatus, & agatur de excludendis reſervationi-
bus Apoſtolicis.*
30 *Citantur Authoritates pro dijudicanda qualitate Patrona-
tus Eccleſiaſtici, ſive laicalis competentis dictis Con-
fraternitatibus Laicorum.*

ANIMADVERSIONES.

AN Operarii Laici Eccleſiarum habeant faculta-
tem retinendi cuſtodiam Sacrarum Supellecti-
lium, & Claves Sacrarum Reliquiarum, vel Ima-
ginum, ſæpè diſputari contingit; ſicuti, an ad aliquos
reſpectus iidem Operarii cenſendi ſint Perſonæ Eccleſia-
ſticæ: undè de his breviter hìc nonnulla adnotabimus.

Et reſpectu primæ quæſtionis, Jus adſiſtit contra hu-
juſmodi Operarios, ſive alias laicas Perſonas, licèt
dignitate fulgentes, favore Rectoris Eccleſiæ, ex fir-
matis *per Rot. dec. 482. num. 37. part. 4. tom. 2. rec.* cum
1 Laici ex diſpoſitione Sacrorum Canonum ſint incapa-
ces exercendi aliquod jus in Eccleſia, ut docent *Azor.
Inſtit. Moral. part. 1. lib. 5. cap. 14. quæſt. 16. in fin.
Belleti. Diſquiſit. Cler. part. 1. §. 3. de Favor. Cler.
perſonal. num. 8.* neque ſeſe ingerere valent in admi-
niſtratione rerum Sacrarum, & Spiritualium, quales
2 ſunt Corpora, & Reliquiæ Sanctorum. *Barboſ. in
Collect. cap. Sacroſancta, num. 2. de elect. & elect. pot.*
3 *tom. 1. Ricc. in Prax. reſol. 6. num. 4. part. 1. Pignatell. con-
ſult. 59. num. 1. & 2. tom. 10.* Quod adeo verum eſſe
ait idem *Pignatell. d. conſult. 59. num. 4.* ut ſtante
tali incapacitate Laicorum, non ſuffragetur eis præ-

ſcriptio, ſive conſuetudo, tanquam circa rem, de na- 4
tura ſua per Laicos imperſcriptibilem, & ſequitur *Bel-
lett. loc. cit. num. 9.* ſubdens, quòd Laicus adminiſtrans
Spiritualia, ſemper præſumitur in mala fide; ideoque
compellendus eſt ad oſtendendum titulum, cum aliàs
eidem nulla temporis præſcriptio, quantumvis imme-
morabilis, ſuffragetur, juxta regulam, de qua *Bald.* 5
in l. ſuper ſolum 4. Cod. de long. temp. præſcript. & meliùs
Pignatell. ibidem num. 7. Et hinc eſt, quod Sac. Con-
gregatio Epiſc. & Reg. *in Auximana ſub die* 20. *Ja-
nuarii* 1697. cenſuit, Claves Reliquiarum, quæ ſunt
in Eccleſiis Regularium, non debere remanere apud
Seculares, licèt dominos Capellarum, in quibus cu- 6
ſtodiuntur.

Hoc tamen ita accipiendum eſt, ut procedat in ea
Juriſdictione circa eaſdem Sacra. Reliquias, quæ im-
portaret liberam facultatem aperiendi, & claudendi
Arcam Reliquiarum, ita ut ab eorum arbitrio pende-
ſet; ſecus autem quando Laici ex conſuetudine cla-
ves retinerent per modum ſimplicis cuſtodiæ, & aſſi-
ſtentiæ, cujus, etiam reſpectu rerum Eccleſiaſtica-
rum, ſunt capaces Laici, ut plenè habetur apud *An-
dreol. contr. 381. num. 1. & per tot. De Luc. de Præemi-
nent. diſc. 40. & in Miſcellan. Eccleſ. diſc. 35. num. 10.
ubi ſub num. 11.* benè diſtinguit triplicem ſpeciem ad-
miniſtrationis Locorum Eccleſiaſticorum, quòd ſcili- 8
cet alia eſt authorizabilis, & iſta eſt ſolius Epiſco-
pi: alia miniſterialis, atque iſta ſpectat ad Perſonas
Eccleſiaſticas: & alia denique providentialis, vel ſo-
licitudinis, quæ etiam apud Laicos eſſe poteſt, jux-
ta *Archidiacon. in Can. benè 17. quæſt. 7.* cum aliis
apud *Genuen. in Prax. Archiep. Neap. cap. 41. num. 2.
& ſeqq.*

Ac proindè eum retentio dictarum Clavium per mo-
dum ſimplicis cuſtodiæ pertineat ad adminiſtrationem
œconomicam, poſſunt ejus eſſe capaces Laici, ut paſ-
ſim probant exempla plurium inſignium Civitatum, 9
ut præſertim advertit *d. Card. de Luc. in d. num. 10.*
& declaravit *Sac. Congr. Epiſc. in Civit. Caſtell.* 1696.
ut teſtatur *Monacell. in Formular. Eccleſ. part. 1. tit.
5. formul. 16. num. 39.* Verùm ſi Laici nunquam 10
habuiſſent hanc præeminentiam retinendi prædictas
Claves, non eſſet eis concedenda, licèt eſſent Pa-
troni, ſive Benefactores Eccleſiæ, niſi fuiſſemus in
limine fundationis, veluti ſi Laici Reliquiam inſi-
gnem donarent, vel conſtruerent aliquam Capellam
pro cuſtodiendis eiſdem Reliquiis, cum reſervatione
ejuſdem facultatis, itaut Rector Eccleſiæ, præſcin-
dendo à prædictis caſibus, aut ſimilibus, nequaquam
poſſet conſentire, ut Laici prædictas Claves retinerent, 11
cum ex tali conceſſione lædatur libertas Eccleſiæ, &
quædam ei ſervitus imponatur, cum Rector ampliùs eaſ-
dem Sacras Reliquias venerationi Fidelium exponere
non poſſit abſque ipſorum Laicorum, Claves retinen-
tium, aſſenſu, & beneplacito, ut benè advertit *d. Mo-
naccell. ubi ſup. n. 41.* Quinimmò nec Epiſcopus poſſet
hujuſmodi ſervitutem Eccleſiæ imponere, cum con- 12
ceſſio Clavium rerum Eccleſiæ involvat Jurium diſ-
membrationem, ut dicit *Rot. cor. Merlin. dec. 728. n.
8. & 12.* maximè invito Eccleſiæ Rectore, cujus
Jura in alios transferre non valet Epiſcopus. *Hoſtien. &
cæteri DD. in cap. de Xenodoch. & de Relig. Domib.* quod 13
tamen videtur admittendum, ſi Epiſcopus nullam
juſtam, & rationabilem cauſam haberet concedendi
Laicis Claves Reliquiarum; quia ea concurrente,
poſſet cogere Eccleſiæ Rectorem ad admittendos Lai-
cos in conſortium cuſtodiæ earundem Sacrarum Reli-
quiarum, vel Imaginum, tradendo eis unam ex dua-
bus clavibus, remanente una apud eundem Rectorem, 14
ut advertit idem *Monacell. ubi ſup. num. 43. uſque ad
48.* & conferuntur deducta per eundem *Card. de Luc.
d. diſc. 35. in Miſcell. Eccleſiaſt.*

Licèt autem hujuſmodi Reliquiarum cuſtodia ex an-
tiqua conſuetudine pertineret ad Laicos, & expenſæ
pro earum ornatu, & manutentione Capellarum,
in quibus aſſervantur, fiant per eoſdem Laicos, ni- 15
hilominus ab Ordinariis viſitari poſſunt, licèt in Ec-
cleſiis Regularium exiſtant, ut decrevit *Sacra Con-
gregat. Concil. in Firmana 5. Junii 1700. per d. Monacell.
relat. ubi ſup. n. 49.*

Hoc autem, quod dictum eſt de Juriſdictione pro-

videntiali, ſive per modum cuſtodiæ circa Sacras
Imagines, vel Reliquias, procedit etiam reſpectu
adminiſtrationis temporalis, tam Sacræ Supellectilis,
quàm bonorum temporalium Eccleſiæ, & etiam Oblá-
tionum, & Eleemoſynarum, quarum cura, & admini-
ſtratio œconomica poteſt eſſe penes Laicos, ſtante an-
16 tiquiſſima conſuetudine, ut plenè habetur apud *Fa-
gnan. in cap. Paſtoralis, num. 21, & ſeqq. de his quæ ſiunt à
Prælatis, &c. De Luc. in Miſcell. Eccleſ. d. diſc. 35. n. 12. &*
13. dummodo Laici prædictos redditus, & Oblatio-
17 nes percipiant, & cuſtodiant, tanquam nudi miniſtri,
& quodammodo ex mandato, & permiſſione Rectoris
Eccleſiæ, & non tanquam habentes aliquam autho-
ritatem, alioquin jure proprio hoc non poſſuns,
quia eſſet tractare jura Eccleſiæ propria authoritate,
contra *Text. in cap. Decernimus, de judic.* & benè
advertit *Fagnan. in cap. Paſtoralis, de his quæ ſiunt à
Prælat. num. 19. & ſeqq. Pignatell. d. conſult. 59. num.*
24. qui ſubdit, quòd ſalvari poteſt conſuetudo reci-
18 piendi Oblationes in Confraternitatibus Laicorum,
dummodo nihil ſibi applicent, ſed in pios uſu totum
diſtribuant; cæterùm regulare eſt, quòd hujuſmodi
Oblationes, & Eleemoſynæ, etiam factæ Imagini,
19 vel Oratorio ſito intra limites alicujus Parochiæ,
pertineant ad Parochum, niſi præſumi poſſint factæ
ad alium effectum, vel alium certum uſum ab offe-
rentibus, quo caſu nihilominus illorum adminiſtratio
ſpectat ad ipſum Parochum, etiamſi ageretur de Ob-
lationibus factis Sacræ Imagini, exiſtenti in Eccle-
20 ſia Cathedrali, quæ non quæruntur Epiſcopo, ſed
Archipresbytero Curam animarum ibi exercenti.
Rot dec. 37. num. 5. part. 5. recen. Fagnan. ubi ſup. num.
26. ubi plenè habetur doctrina pertinentiæ, & admi-
niſtrationis ſimilium Oblationum.

In caſu autem, quo adminiſtratio Eleemoſynarum,
Oblationum, ſive aliorum redditnum Eccleſiæ, ſive
etiam alicujus Pii relicti, ad Laicos aliquo modo per-
tineat, poteſt Epiſcopus illos cogere ad reddendam
rationem prædictæ adminiſtrationis, non obſtante qua-
libet contraria conſuetudine, juxta diſpoſitionem *Conc.
Trid. in cap. 8. & 9. ſeſſ. 24. de ref.* tam occaſione
Viſitationis, quàm extra eandem Viſitationem; quin-
21 imò etiamſi in limine fundationis Pii Loci, vel à
Teſtatore ſit vetitum, nè Epiſcopus ſeſe intromittat
in dicta redditione rationis, ac computorum reviſio-
ne, adhuc Epiſcopus poteſt ſupplere negligentiam
Executorum, ſive aliorum Adminiſtratorum, illoſ-
que cogere ad implementum piorum Operum, ad
22 quæ juxta Statuta, vel teſtamentarias diſpoſitiones
tenentur, juxta *Text. in cap. tua nos, de teſtamen. ibi-
que Fagnan. num. 16.* ubi refert ſic deciſum à *Sac. Con-
gregat. Concil.* prout nuper cenſuit *in Civitatis Plebis
10. Decembris* 1695. in caſu, quo verbis prægnanti-
bus in Teſtamento inhibitus fuerat Epiſcopus ſeſe
ingerere in executione piæ voluntatis, etiam per mo-
dum conſilii, & exhortationis, ut habetur apud *Mo-
nacell. part. 1. tit. 1. formul. 14. ſub num.* 3. ubi addit ratio-
nem, quia privata diſpoſitio Teſtatoris non valet
23 pervertere generalem Legis ordinationem, nec ſtan-
dum eſt irrationabili Teſtatoris diſpoſitioni, per quam
ſua voluntas primaria redderetur irrita, & neglectum
Pium opus, ab eo primariò intentum, *numer.* 4. Eſt
24 tamen verùm, quòd in hoc caſu Epiſcopus abſtine-
re deberet ab hujuſmodi ingerentia, quando ſcilicet
non conſtaret de negligentia Executorum, vel quan-
25 do redditur contra mentem Teſtatorum non expen-
derentur.

Tranſeundo ad aliam quæſtionem, tunc Opera, ſeu
Confraternitas, vel alius Locus, dicitur ſimpliciter
Pius, non autem Eccleſiaſticus, quando à Laicis con-
ſtituta fuerunt ex bonis, ac rebus, per ipſos quæſi-
26 tis, aut legatis pio Loco factis, ut ait *De Luc. in
Miſcell. Eccleſ. diſc. 35. num.* 15. Undè etiam Juſpatro-
natus, competens hujuſmodi Confraternitatibus, re-
27 putatur Laicale, cum deſumat qualitatem ab ipſis
perſonis, ex quibus Confraternitas conſtatur, quæ à
Laicis nullo reſpectu diſtinguuntur, nec habenda eſt
ratio Eccleſiæ, in qua Confraternitas fuit erecta, &
à qua opera pietatis exerceri ſolent, ut cenſuit *Rot. in
Leodien. Beneficii 28. Junii* 1702. *§. Non obſtat cor.
Molines.* Non relevante, quòd potueris Juſpatronatus
relinqui à fundatore intuitu Eccleſiæ, vel etiam fue-
rit fundatum de Bonis Eccleſiaſticis, & proindè cen-
ſeri debeat Eccleſiaſticum, quia hoc non præſumi-
tur, niſi de contrario clarè doceatur. *Rot. deciſ.* 273.
num. 3. part. 3. & dec. 657. num. 8. 9. part. 4. tom. 3. 28
rec. & in d. Leodien. d. §. Non obſtat, in fin. maximè ſi
Confraternitas habeat pro ſe ultimum ſtatum, tan-
quam de laicali, quo caſu præſumptio magis incale-
ſcit ejus favore pro excludendis reſervationibus Apo- 29
ſtolicis. *Lotter. de Re Benefic. lib. 10. c. 10. n. 58. Rot. dec.
1334. n. 7. cor. Seraphin. & in d. deciſ. 482. n. 27. part. 4. tom. 2.
& in eadem Leodien. §. final.*

Verùm pro pleniori notitia dictæ quæſtionis, in ca-
ſu recurrendum eſt pro dijudicanda utraque qualitate, 30
ad *dec. in Romana Beneficiatus Sancti Laurentii in Damaſo
22. Maji* 1623. *coram Coccin. & 7. Februarii* 1628.
cor. Duran. in quibus articulus fuit diligenter exami-
natus.

Jo: Jacobus Scarſantonius.

ARGUMENTUM.

In Eccleſia Parochiali Jus adminiſtrandi Sacram Su-
pellectilem ſpectat ad Parochum, & quid ſi Paro-
chialis erigatur in Collegiatam. De officio Sacri-
ſtæ. Non poteſt accipi novum onus, ſive nova E-
leemoſyna, niſi modico tempore poſſit ſatisfieri. An
pro Miſſa Conventuali poſſit accipi Eleemoſyna,
latè diſcutitur.

SUMMARIUM.

1 *In ſimplici Parochiali cura cuſtodiendi Sacram Supel-
lectilem reſidet penes Rectorem Eccleſiæ.*
2 *Eccleſia Parochiali in Collegiatam erecta, Jus miniſte-
riale circa Indumenta Sacra, quod reſidebat apud
Plebanum, transfertur in Capitulum.*
3 *Conceſſo uno, cenſentur conceſſa omnia, quæ id ſunt
neceſſaria.*
4 *Adminiſtratio Sacrorum Veſtimentorum inter Capitulares
eſt individua; exercitium verò eſt dividuum.*
5 *Quando Sacriſta non datur in titulum perpetuum,
deputatur unus ex Canonicis ſub nomine Sacriſtiæ
Præfecti.*
6 *Ad Capitulum ſpectat etiam Clericum Sacris initiatum
deputare in Subſacriſtam, & quam ſit ejus officium.*
7 *Si à Laicis deputetur Subſacriſta, non poteſt tamen ab
illis removeri, ſed id ſpectat ad Epiſcopum.*
8 *Laici non debent Eccleſiaſticis imperare.*
9 *In eadem Eccleſia duplex eſſe poteſt Sacriſtia, altera
pro Canonicis, altera pro Capellanis.*
10 *Unus tamen debet eſſe principalis Sacriſta, qui in utra-
que imperet,* & n. 11.
12 *Ubi duo ſunt propter unum, ibi tantum unum.*
13 *Non tolerantur duæ Sacriſtiæ, ubi duo Sacriſtæ, æqua-
liter imperent.*
14 *Capellani, & alii ſimplices Sacerdotes, nondum Sa-
cris Veſtibus induti, cedere debent locum pro egreſſu
ab Altare Canonicis.*
15 *Et in hoc Subſacriſta ſequi debet directionem Præfecti
Sacriſtiæ.*
16 *Canonicis aſſignantur Paramenta meliora, quàm Ca-
pellanis.*
17 *Et pulchriora præparanda Canonico hebdomadario
quam aliis Canonicis.*
18 *Non poteſt accipi à Sacerdotibus onus celebrandi Miſ-
ſas, niſi eis modico tempore ſatisfacere valeant.*
19 *Quod modicum tempus eſt duorum menſium ad ſummum.*
20 *His diebus, quibus tenentur Capellani Sacrum facere
ratione Beneficii, ſeu Capellæ, non poſſunt novas E-
leemoſynas accipere.*
21 *An Canonici pro celebratione, & applicatione, Miſ-
ſæ Conventualis poſſint manuale ſtipendium accipere,*
& n. 29. 31. 32. 33. & 38.
22 *Miſſa Conventualis eſt intrinſecè conjuncta Capitulo.*
23 *Stipendium non poteſt dari pro Sacrificio, ſed pro la-
bore extrinſeco,* & n. 24.
25 *Pro unica Miſſa prohibetur duplicatæ ſtipis rece-
ptio.*
26 *Obligatus ratione Capellaniæ celebrare, tenetur Sa-
criſ-*

Digitized by Google

*crificium applicare pro Fundatore, licèt non con-
ſtet de tali obligatione*, & n.40. & 41.
27 *Idem dicendum de Canonicis, quoad. Miſſam Con-
ventualem.*
28 *Obligatus ad Sacrificandum ob ſolam præſentiam, ne-
quit ſtipem ab alio accipere, & pro eo Sacrificium
applicare* Contrarium n. 44. & 45.
30 *Opus, in quo nulli ſit injuria, juſtum eſt, ac licitum.*
34 *Non eſt inducenda obligatio, ubi de Jure non adeſt*
35 *Stipendium Miſſæ non poteſt percipi pro labore intrinſe-
co, niſi ratione itineris faciendi ad celebrandam.*
36 *Dictum ſtipendium accipitur pro ſubſtentatione, ſi non
toli, ſaltem partiali Celebrantis*, & n.37.
39 *Modicum & nihil æquiparantur.*
42 *Canonicatus inſtituuntur principaliter ad Dei cultum,
Eccleſiæ venerationem, & Populi commoditatem.*
43 *Taxatio excludit omne aliud, quod in ea non conti-
netur.*
46 *Amplia concluſionem* ſub n.29.& ſeqq.*poſitam, etiam
ſi obſtet conſuetudo, in contrarium introducta per
Anteceſſores Canonicos.*
47 *Factum ex errore, vel ignorantia, nullam inducit
obligationem.*
48 *Error impedit conſenſum.*

TITULUS XIII.

PRæfatum Jus cuſtodiendi Sacram Supellectilem
reſidet apud Rectorem in ſimlici Parochiali,
tantamque adminiſtrationem circa Paramenta retinet
2 Parochus in ſua Parochiali Eccleſia, quantam Ca-
pitulum in Collegiata. *Abb. in cap. 1. n. 28. de dol.
& contum. & in c. Potuit, num. 14. de loc. & condu.
Mar.Ant.Var.lib.1.reſ.112.c.45.Decian.ubi ſupra.*
Hinc eſt, quòd dum hæc Eccleſia erat tantummodo
Parochialis, adminiſtratio Sacrarum Supellectilium
remanebat apud Plebanum, nunc autem cum ab eo
2 fuerit ſublatum munus, & onus cantandi Miſſas,
Veſperas, & alia Divina Officia, & translatum in
Capitulum, conſequenter, Jus miniſteriale circa Indu-
menta Sacra fuit tranſmiſſum in Canonicos, *Lancel-
3 lot loc.cit. tit. de provis. §. Juriſpatronatus. Seraph. part.
1. deciſ. 639. num. 4. & Genuen. in Prax. Neap. cap.
47. in fin.* Ratio eſt, quia conceſſo uno, conceſſa cen-
ſentur omnia, quæ ad id ſunt neceſſaria. *l. 2. de Ju-
riſd.omn Jud.Abb.conſ. 89.part.2.* Hæc Sacrorum Veſti-
mentorum adminiſtratio inter Capitulares eſt indivi-
4 dua, exercitium verò eſt dividuum; ſiquidem in
Eccleſiis ſingula officia ſingulis ſunt committenda
perſonis. *c. Cum ſingula, de Præb. in 6.* Quamobrem
de Jure communi, & uſu omnium Cathedralium,
& Collegiatarum, in quibus Sacriſta non datur in ti-
5 tulum perpetuum, quia tunc venit nomine Dignita-
tis, ad tradita per *Hoſt. in Summ. lib. 5. tit. de pœn. &
remiſs. num. 27.* deputatur ad tempus unus Canoni-
cus ſub nomine Sacriſtiæ Præfecti; *Fuſc. loc. cit. lib.
2. cap. 13. num. 2.* Ad Capitulum ſpectat etiam Cleri-
cum Sacris initiatum deputare, qui Subſacriſta nuncupa-
6 tur, qui Sacram Supellectilem benè cuſtodiat, & ſoli-
citè diſtribuat juxta mandatum Canonici Sacriſtæ: vi-
dete *Seraph. dec. 639. n.8.* & quamvis apud nos con-
ſuetum ſit Subſacriſtam ab Operariis eligi, non ta-
7 men his licet eum in officio conſtitutum expellere, ſed
id ſpectat ad Epiſcopum. *Innoc. in c. Cum Venerabilis, n.
ult. de elect. Bellamer. in cap. ult. de exempt. n. 21. Seraph. dec.
645. num. 3. Barb. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 26. num. ult.
8 Ricc. dec. 198. part. 2. & in Prax. part. 4. reſ. 139. num. 5.*
Ratio eſt, quia non debent Laici imperare Eccleſia-
ſticis. *Vivian. in cap. Quæ, tit. de conſt. Sperell. part.
1. deciſ. 14. numer. eodem.* Idem Sacriſta minor to-
to tempore, quo Miſſæ, & Divina Officia cele-
brantur, abeſſe non debet à Sacriſtia, quæ licèt in
eadem Eccleſia, duplex eſſe poteſt, nempè altera
pro Canonicis, altera pro Capellanis, maximè ſi
9 ſint contiguæ, prout ab antiquo tempore fuit in uſu in
Eccleſia Bellunenſi, *teſte Card. Zabarell. conſ. 63. num. 4.*
unus tamen debet eſſe principalis Subſacriſta, qui per
plures Miniſtros imperet in utraque *gloſ. in c. Nunc diſt. 21.*
10 & ſic binæ illæ materiales Sacriſtiæ formaliter ſunt
una, ut conſiderat *Rot. apud Coccin. dec. 238. num. 4.*
11 Namque ubi duo ſunt propter unum, ibi tantùm
unum. *Jaſon. in l. quo minus ff. de flum. num. 20. Bald.
conſ. 92. num. 2. vol. 4.* Duas autem Sacriſtias, in qui-
bus duo Sacriſtæ æqualiter, & principaliter imperent, 12
ſcilicet quiſque in ſua, nullatenus tolerantur, cum
id repugnet bono regimini Eccleſiæ. *cap. unic. de offic.* 13
Sacriſt. Quandoquidem in celebratione Miſſarum, &
earum exitu, jurgia, diſſentiones, & confuſiones ve-
riſimiliter orirentur, & debitus non ſervaretur ordo
neceſſarius. Hic advertendum, quòd Capellani, &
alii ſimplices Presbyteri, nondum Sacris Veſtibus in-
duti, cedere debent locum in priori exitu ad Miſ- 14
ſam Canonicis, licèt hi poſterius ingreſſi fuerint Sa-
criſtiam eorum Collegiatæ, ad tradita per *Novar. de
Grav. tom. 2. grav. 143. num. ult.* facit illud vulga-
tum; *Majori cede*; & in hoc Subſacriſta ſequi debet
directionem Præfecti majoris Sacriſtiæ. *Paſqualig. dec.* 15
430. n. 3. Paramenta meliora aſſignantur Canonicis,
quàm Capellanis. *Caſtald. in Prax. Cærem. lib. 1. ſect.* 16
8. cap. 1. num. 3. & ſect. 3. cap. 4. num. 5. & pul-
chriora præparanda, quàm aliis Canonicis, Hebdo-
madario Canonico pro cantanda Miſſa Conventuali.
Videant autem Sacerdores, nè manualem ſtipem ar- 17
cipiant pro celebrandis Miſſis, niſi eis modico tempo-
re ſatisfacere valeant; ita ſub gravinribus pœnis præ-
cipitur in ſæpiùs allegato Decreto Urbani VIII. *de* 18
celebr. Miſs. quod modicum tempus DD. explicant
duorum menſium ad ſummum, ita *Emin. de Lug. loc.
cit. num. 43. Marchin. ubi ſupra part. 2. cap. 31. nu.* 19
5. Averſ. loc. cit. ſect. 18. quæſt. 11. Et ſciant omnes,
quibus diebus tenentur Sacrum facere ratione Bene-
ficii, ſeu Capellæ, Legati, aut Salarii, non poſſe 20
novas eleemoſynas accipere, & eadem Miſſa utrique
obligationi ſatisfacere; ita habetur in dicto Decreto,
ubique recepto, quo attento, apud nos emerſit non
levis dubitatio: An Canonici pro celebratione, &
applicatione Miſſæ Conventualis poſſint manuale,
ſive annuum ſtipendium accipere; de hac re biparti- 21
tam invenio DD. opinionem: Negativam amplexi
ſunt *Ricc. part. 3. dec. 13. Rague. in Veſ. Diſcipl. quæſt.
83. num. 4. Bonac. de Sacram. diſput. 4. quæſt. ultim.
part. 6. §. 2. num. 7. Barb. de Offic. & Pot. Paroch.
cap. 11. nu. 11. Coninck de Sacram. ubi ſupra nu. 199. Ghi-
lin. V. Miſſæ celebratio, num. 22. Zambell. eod. V. num. 3.
Gavan. in Com. ad Rubr. Miſſ. in add. col. 1. pag. 156. Arnaud.
l.c. tit. de Miſs. oner. n. 3. Polac. ubi ſupra p. 1. cærem. 17. num. 9.*
& alii penes *Bordon. l.c. reſ. 25. n. 32.* & moventur nonnulli
ad ita opinandum.
Primò, quia Miſſa conventualis eſt intrinſece con- 22
juncta, & incorporata Capitulo, *ex text. in cap. Cum
creatura, de celebr. Miſs.* Undè Canonicus, per gy-
rum eandem Miſſam decantans, non poteſt præjudi-
care fundationi Collegiatæ, applicando meritum ipſius
Miſſæ ei, qui dedit novam ſtipem, quòd eſſet rem
duobus obligare, etiam contra diſpoſitionem *text. in l.
qui duobus ff. ad L. Cornel. de falſ.* & ita fuit declaratum in
Synod. Piſtorien. 14. Maji 1641.
Secundò, Miſſa non eſt venalis, & ſtipendium non
poteſt dari pro ipſo Sacrificio, quod eſſet aperta ſimo- 23
nia. *gloſ. in cap. Judices quæſt. 1.* & *D.Thom. 2. 2. quæſt.
10. art. 3. ad ſecundam*, ſed pro labore extrinſeco,
qui eſt precio æſtimabilis, ut cum aliis notat *Rodriq.
in Summ. tom. 1. cap. 252. num. 4.* Et quia aperta 24
res eſt, Canonicos teneri, & obligatos eſſe id ope-
ris, & laboris quotidie ſubire in cantanda Miſſa
Capitulari, nequeunt aliud ſtipendium accipere, ſtan-
te dicto Decreto, in quo prohibetur duplicatæ ſtipis 25
receptio pro unica Miſſa, ita poſt *Gavan.* quem alle-
gant, inquiunt *Bonart. de Sacrif. Miſſ. lib. 3. cap. 7.
num. 15. & Zacchias de Salar. loc. cit. quæſt. 85.
numer. 22.*
Tertiò, obligatus ratione Capellaniæ, tenetur pro
ejus Fundatore Sacrificii valorem applicare, quam- 26
vis ex tabulis non conſtet de tali obligatione. *Bo-
nac. loc. cit. punct. 7. §. 2. num. 13. Dian. part. 9. reſ. 68. tract.
8.* & plerique omnes Summiſtæ, tam antiqui, quàm
novi: Idem dicendum de Canonicis quo ad Miſſam
Conventualem, cum ipſam celebrent ex obligatione 27
ratione Præbendæ Canonicalis, quam poſſident, ut di-
ctum eſt ſuperiùs.
Quartò, & ultimo, quod magis ſtringere videtur; ob-
ligatus ad Sacrificandum in aliqua Eccleſia ad Divinum

Cultum tantùm, vel ut vulgò dicitur *con la ſola pre-*
ſenza, ad commoditatem Populi, nequit ſtipem à
28 perſona particulari accipere, ut ſecundum hujus in-
tentionem applicet Sacrificium, ita ſuadent ea, quæ
ſupra tetigi, & Decretum Sacræ Congregationis,
quod in hunc ſenſum explicat *Gavan. in Com. ad Rubr.*
Miſſ. reſ. 80. & in eadem opinione perſiſtit *part.* 15
tract. 8. *reſ.* 67. addendo, *Sac. Congregationem ſub die*
6. Feb. 1627. reſpondiſſe Epiſcopo Tragarienſi, *Sa-*
cerdotes nulla alia obligatione, quàm pro ornata Eccleſia
celebrantes, non poſſe aliud ſtipendium recipere: ex quo
conſequitur, Canonicis, etiamſi ſolummodo eſſent ob-
ligati Miſſam Conventualem canere ad ſolemnitatem
Divinorum, & ſuæ Eccleſiæ decorem, non eſſe lici-
tum, novam ſtipem ſumere pro applicatione Sacrifi-
cii ejuſdem Miſſæ Capitularis.

Affirmativam autem partem multi non minoris au-
ctoritatis, & numeri DD. ſequuntur, poſſe Canoni-
cos, citra omnem culpam; accipere ſtipem pro appli-
29 catione Sacrificii Miſſæ Conventualis ad certam pecu-
liaris perſonæ intentionem, quorum ſententiam ſatis
probabilem, & tutam exiſtimavi, & ideò id apud
nos in more poſitum fuit: Ratio potiſſima eſt, quia
opus, in quo nulli fit injuria, juſtum, & licitum
ſemper reputatur *Inſtit. de Juſt. & Jur. §. Juris pre-*
30 *cepta*; At Canonici Miſſam de die decantantes omninò
ſatisfaciunt oneri, quòd habent, quoniam in fundatio-
ne nulla fit mentio applicationis Sacrificii ejuſdem Miſ-
ſæ, ſed solùm eam cum cantu celebrandi; & aliud eſt,
Canonicos teneri ad quotidie cantandum majus Sacrum,
& aliud eſt obnoxios eſſe valorem pro Fundatoribus
Collegiatæ applicare, ut conſiderant *Ricc. in Prax*
31 *part.* 4. *deciſ.* 201. *& Rodric. QQ. Reg. tom.* 3. *qu.*
7. *art.* 8. cumque diverſæ ſint obligationes, una ex
altera non infertur, nec una impedit aliam, ut in-
quiunt *Lezzan. in Summ. tom.* 4. *V. Miſſa num.* 21,
Marchin. loc. cit. tract. 3. *punct.* 2. *cap.* 27. *n.* 7. *& c.* 30.
n. 4. Et ſic Canonici præfatæ Miſſæ fructum integrè ap-
32 plicantes ad mentem manualem eleemoſynam tribuen-
tium his pariter benè reſpondent, & nulla fides, nul-
la juſtitia violatur. *Corduv. in Annot. ad Sorb. V. Monia-*
nales, in fin. Suarez. tom. 3. *diſp.* 86. *ſect.* 1. *Peyr. tom.* 3.
de Priv. Minim. cap. 1. *nu.* 20. *Coaſſin. loc. cit. tract.* 8. *c.* 1
prop. 11. *Bordon. in Miſcell. dec.* 224. *Homob. in Com.*
tom. 1. *tract.* 4. *quæſt.* 121. *& in conſult. tom.* 2. *part.* 5. *re-*
ſol. 63. *Alph. de Leon. de Off. & Pot. Confeſſ. part.* 3. *num.* 32.
Buſemb. ubi ſupra diſc. 1. *circa fin. Averſ. de Sacrif. Miſſ.*
loc. cit. quæſt. 5. *ſect.* 17. *fol.* 296. *Moron. tom.* 1. *reſp.*
93. *num.* 15. *Tambur. de Sacrif. Miſſ. lib.* ... *cap.* 1. *§.*
3. *n.* 14. *Dicaſtill. de Sacramen. tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 4.
dub. 23. *n.* 436. & alii, qui ante, ac poſt dictum De-
cretum ſcripſerunt.

Nec urgent pro parte negativa adducta; quando-
quidem ad primum, negatur dictum *c. Cum creatura*,
aut aliam univerſalem Conſtitutionem, adſtringere Ca-
33 nonicos ad Miſſam Capitulare applicandam pro certa
intentione, ita *Caſtr. Pal. part.* 4. *tract.* 53. *diſp. unic. punct.*
12. *num.* 3. *& alii*, à quibus in hoc non diſſentit
34 *Dian. Mor. part.* 5. *tract.* 13. *reſ.* 31. *in Miſcell.* Ideò non eſt in-
ducenda obligatio ſine Jure, ad id expreſſe obligante,
leg. quicquid ff. de V. oblig.

Ad ſecundum, dico, manuale ſtipendium, quòd à
Fidelibus præbetur pro celebratione Miſſæ Conven-
tualis, non percipi à Canonicis pro labore, quod fieri
nequit. Etiam ab aliis non obligatis ad celebrandum.
Etenim cum hujuſmodi labor ſit intrinſecus Sacrificio
Miſſæ, non poteſt ab eo dividi, nec per ſe prætio
35 temporali æſtimari, niſi Sacerdos longiùs debeat pro-
ficiſci ad Sacrificandum, ut obſervat *Coninck de Sa-*
cram. quæſt. 83. *diſp.* 11. *n.* 196. ſed dictum ſtipendium re-
cipitur pro applicatione, non tanquam pretium Sacri-
ficii, quod eſſet ſimonia, ſed ad Miniſtrorum Ec-
cleſiæ ſubſtentationem, ſi non totalem, ſaltem par-
tialem, ut notant *Rodriq. in Summ. tom.* 2. *cap.* 58. *num.* 6,
Bein part. 1. *caſ.* 25. *num.* 4. & latè *Lugo de Sacram. Eu-*
36 *chari. diſp.* 21. *ſect.* 1. *n.* 13. & conceſſo, prout dicunt alii,
laborem, quem ſubeunt Canonici in memorata Miſ-
ſa, poſſe dividi, id non impedit, eos pro applica-
tione Sacrificii ſibi liberi recipere ſtipem, non quaſi
detur, & re ipſa ſit operi Spirituali æquivalens;
37 hoc enim erroneum eſſet dicere, quia Spiritualia
nullo pacto compenſari poſſunt cum temporali; ſed
datur, atque recipitur quaſi aliquid longè minus & vi-
lius ſuo opere, in ſubſtentationem, ut eruditè tradit 38
Cornel. à Lap. in Com. 1. *Epiſt. ad Tim. cap.* 5. ſicque
percipientes ſtipem pro Conventualis applicatione, u-
num, non duo ſtipendia accipere dicuntur, ut poſt a-
lios conſiderat *Paſqual. cent.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 2. Neque
obſiſtit, penes nos Canonico Miſſam Capitolarem
decantanti, ac ſingulis aliis in Choro reſpondentibus,
eſſe aſſignatam obuli medietatem, hoc eſt tres qua-
drantes, quia modicum, & nihilum omni prædica- 39
mento æquiparantur, ut inquit *Leoncill. ubi ſupra pri-*
vil. 69. *numer.* 6. & in ſimili caſu declaravit *Sacra*
Congregatio Conc. die 28. *Julii* 1589. ultra quod illa
tenuiſſima portio non tribuitur pro onere cantandi, &
applicandi Sacrum, ſed ut Canonici eſſent diligentio-
res ad Divinis intereſſendum, ut fusè diximus ſupe-
riùs Lib. II.

Ad tertium reſpondeo, non valere argumentum, aut
conſequentiam de Capellanis ad Canonicos circa obli-
gationem applicandi Sacrificium, illis enim non licet no-
vam ſtipem recipere pro Miſſa, quam ſunt obligati ce- 40
lebrare, & eam ſimul applicare pro Fundatoribus, quia
hi regulariter magis inſpicere ſolent ad propriam uti-
litatem, quàm ad decorem Eccleſiæ, & commodum
Populi. *Gotin. ubi ſupra, & Graff.* 2. *part. Conſ. lib.*
3. *conſ.* 3. *num.* 4. *tit. de celebr. Miſſ.* & in dubio
præſumitur Teſtatorem voluiſſe obligare Capellanum 41
ad id, quod ſibi utilius eſt, nempè ad ei applicandum
valorem Sacrificii. *cap. Nos quidem, de teſt.* & in ter-
minis *Trullen, de Sacram. loc. cit. cap.* 8. *diſc.* 9. *n.* 12. *Palao*
l. c. part. 13. *n.* 1. *Bordon. in Miſcell. dec.* 90.

Canonicatus verò inſtituuntur principaliter, & regu-
lariter cum ſolo onere cantandi Miſſam de die ad Dei
cultum, Eccleſiæ venerationem, & Populi commodi- 42
tatem, *Filliuc, tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 173. *Buſemb. loc.*
cit. cap. 3. *diſc.* 1. Beneficia autem tantùm obligant ad
Officia, propter quæ conferuntur, ut communiter tra-
dunt DD. Nec obſtat in dicto Decreto de *celebr. Miſſ.*
prohiberi novæ ſtipis receptionem ab iis, qui tenentur
celebrare ratione Beneficii, Capellæ, Legati, aut Sa- 43
larii, quia Canonici non comprehenduntur ſub his titu-
lis; Immò hæc verba nobis favent, namque taxatio
excludit omne aliud, quod in taxatione non continetur.
Felyn. in c. Contingit, de fid. inſtrum. Menoch. conſ. 362. *n.* 36.
& Socc. Jun. lib. 2. *conſ.* 53.

Denique nullum obſtaculum facit, quòd dicunt *Ga-*
vant. & alii, in inſinuato Decreto eſſe vetitum manua-
les eleemoſynas ſumi, etiam ab obligatis ad celebran-
dum ad Divinum Cultum tantùm, habentibus Sacrifi- 44
cium liberum; ſiquidem talis non eſt ſenſus Decreti, ne-
que mens Sacræ Congregationis. *Emin. Lugo de Sa-*
cram. Euch. diſp. 21. *ſect.* 1. *num.* 50. *&* 23. ubi ſatis pro-
bat, Decretum Sacr. Conc. loqui, quando ex utroque
ſtipendio Sacerdotes ſunt obligati ad celebrandum, &
applicandum: idem ſentit *Paſqual. cent.* 1. *quæſt.* 78.
nu. 4. & ita interpretatum fuit à P. Læta è Socie-
tate Jeſu in publicis moralis Theologiæ lectionibus,
Romæ habitis anno 1648. ut vidi in ejus manuſcri-
ptis.

Nec demùm à dictis pro ſententia affirmativa deter-
ret alia *Sacr. C.* declaratio, quam ſub fide aliorum *part.*
11. refert *Diana*; ſcilicet etiam eos, qui expreſſè ſunt
exempti ab applicando Sacrificio, ſed dumtaxat tenen-
tur celebrare ad commodum Populi, non poſſe ſuſci-
pere novam portionem pro applicatione ejuſdem Sa-
crificii ſibi liberi; cui objectioni reſpondeo, non con-
ſtare authenticè de hujuſmodi declaratione, ut idem
Diana inibi fatetur, & veriſimilius eſt non reperiri,
quia Emin. *Lugo*, unus ex Patribus ejuſdem Congreg. 45
oppoſitum poſt eam non ſcripſiſſet, ubi ſupra; &
ideò ipſe *Diana*, ut refert *Bonart. de Sacrif. Miſſ. loc.*
cit. num. 15. noſtram ſententiam probabilem dicit,
quàm nos valdè probabiliorem ſuperiùs diximus, pro-
ut dicimus: dato ſine veri præjudicio, dictam De-
clarationem fuiſſe emanatam à S. C. ut aſſert *Dian.*
ex aliis, dici poteſt non fuiſſe acceptatam in multis
locis, ut teſtatur *Turrian. apud Em. Lugo loc. prox.*
cit. & Lezzan. ubi ſupra.

Præterea ſi in aliqua Collegiata fuiſſet ſolitum non
aſſumere eleemoſynas pro applicatione Miſſæ Capitu-
laris,

46 ſaris, puto, modernos Canonicos non eſſe obnoxios
ſervare uſum, quem in hoc ſui Anteceſſores introdu-
xerunt, arbitrantes, ita de Jure procedere. *Moron.*
ubi ſupra num. 21. Ratio eſt, quia factum ex errore,
vel ignorantia, nullam inducit obligationem, tam in
47 foro fori, quàm in foro Poli. *l. ſi per errorem ff. de*
Juriſd. omn. Jud. Duran. dec. 40. *nu.* 19. *Surd. conſ.* 419.
num. 43. *Cravett. conſ.* 257. *nu.* 2. *Caramuel. loc. cit. diſc.*
103. *reſol.* 6. *num.* 1354. & eſt communis Civiliſtarum,
& Canoniſtarum opinio. Ratio eſt, quia error impe-
dit conſenſum, & nunquam quis obligatur ex actu,
48 quem ex ignorantia facit *Roland. part.* 1. *conſ.* 13. *nu.*
22. *Monet. de Com. cap.* 9. *num.* 557. Ultra conſuetum
calamo non peperci in hac quæſtione, quia cum ſit
quotidiana, pleniùs erat tractanda, ex *Scacc. de Jud.*
quæſt. 1. *num.* 2.

A R G U M E N T U M.

Quid ſervare debeant Loca Pia in acceptatione onerum perpetuorum Miſſarum. An Epiſcopus facultatem habeat reducendi numerum Miſſarum in limine acceptationis. An peti poſſit reductio, ubi onera Miſſarum acceptata ſint per actum inter vivos. Afferuntur nonnulla Decreta S. Congregationis, ad materiam taxationis eleemoſynæ Miſſarum, tam manualium, quàm perpetuarum.

S U M M A R I U M.

1 *Capitula, ſeu alia Loca Pia, non poſſunt acceptare legata perpetua Miſſarum, abſque licentia Epiſcopi, ſub pæna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ.*

2 *Et poſt obtentam dictam licentiam, tenentur ſub eadem pœna pecuniam, pro dictis Legatis deſtinatam, deponere apud Locum tutum, ſeu perſonam idoneam, ad effectum illam inveſtiendi in Bonis immobilibus fructiferis, cum expreſſione oneris, illis annexi.*

3 *Quod Decretum procedit etiam in acceptatione hæreditatis, oneratæ perpetua celebratione Miſſarum.*

4 *Pecuniæ, oblatæ ad dictum effectum, inveſtiri debent in bonis ſtabilibus, non autem in cenſibus.*

5 *Limita quando ageretur de modicis ſummis, relictis in ipſis cenſibus.*

6 *Quid inquirere debeat Ordinarius in concedendis ſimilibus licentiis.*

7 *Ad quam rationem taxari debet eleemoſyna pro dictis Miſſis.*

8 *Tempore quo pecuniæ, ſic inveſtitæ, remanerent infructiferæ, ſine culpa adminiſtratoris Loci Pii, qui onus acceptavit, ceſſat obligatio celebrationis Miſſarum,* & n. 12.

9 *Idem eſt, ſi fructus, ſive redditus Legati Pii, factis debitis diligentiis, exigi, aut percipi non potuerunt, aut ſine culpa Adminiſtratorum perierunt,* & num. 11.

10 *Similiter, ſi dictæ pecuniæ furto ſublatæ fuerint, ſine ſpe recuperationis.*

13 *Quatenus aliquis Locus Pius ſimile onus acceptaſſet ſine licentia Ordinarii, adhuc obligatio eſſet valida, & de ratione.*

14 *Hujuſmodi licentia non requiritur in acceptatione oneris temporalis, & quando dicatur tale.*

15 *An Epiſcopus, non obſtante decreto Urbani VIII. poſſit in limine acceptationis reducere numerum Miſſarum.*

16 *An poſt acceptationem oneris Miſſarum, factam per actum inter vivos, locus ſit earundem reductioni, ob imminutionem redditnum exinde ſecutam, & è converſo,* & n. 18. 19. & 20.

17 *Re perempta, remanet quis obligatus ex obligatione perſonali.*

21 *Quæ ſoleant eſſe cauſæ, pro obtinenda reductione onerum, quæ ſint acceptata per actum inter vivos,* & n. 22. & 23.

24 *Licèt à Sacra Congregatione ſoleat rejici inſtantia pro reductione Miſſarum, quando onus fuit acceptatum per actum inter vivos, adhuc remanet remedium pro reſciſſione contractus,* & n. 26.

25 *Contractus, habentes tractum ſucceſſivum, continent in ventre conditionem — rebus ſic ſtantibus.*

27 *Quando res tractu temporis redditur iniqua, officio Judicis eſt ad juſtitiam reducenda.*

28 *Ad quam rationem fiat à Sacra Congregatione reductio eleemoſynæ Miſſarum, in caſu decrementi redituum; & quid potiſſimum inſpiciatur in hoc caſu.*

29 *Reductio Miſſarum debetur Loco Pio, etiamſi in limine acceptationis conventum fuerit de ea non petenda.*

30 *An Regulares teneantur inviti recipere onera Miſſarum in ſuis Eccleſiis, per Presbyteros Seculares dicendarum; & an pariter poſſit ad id cogi Parochus, quando Miſſæ celebrandæ ſunt per Regulares in propria ejuſdem Parochi Eccleſia, quando non concurrat legitima cauſa, remiſſivè.*

31 *Quanta eſſe debeat eleemoſyna pro Miſſis, tam manualibus, quàm, perpetuis,* & n. 32.

33 *Unus, & idem Sacerdos, an poſſidere poſſit plura Beneficia, ſeu Capellanias, ſi onera Miſſarum integre implere non poſſit; & alteri Sacerdoti celebrationem earundem Miſſarum committere pro eleemoſyna minori, quàm ipſe conſequatur, & quando.*

34 *Sacerdos poteſt Miſſas perpetuas alicujus Capellaniæ ad celebrandum ſe offerre pro minori eleemoſyna, quàm conſueverit aſſignari.*

ANIMADVERSIONES.

CUm frequenter Capitula Cathedralium, & Col-
legiatarum, reperiantur onerata, tum vigore
piorum Legatorum, tum Contractuum inter vivos, per-
petua celebratione Miſſarum, ad quarum ſatisfactio-
nem aliquando impares ſunt redditus aſſignati, hic ad-
dere placet ea, quæ obſervari oportet in eorundem
onerum acceptatione, ac illorum moderatione. Et qua-
tenus ſpectat ad primam partem, notandum eſt, quod
attento generali Decreto ſan. mem. Urbani VIII. re-
lato inter ſuas Conſtitutiones in *Bullar. nov. tom.* 4.
conſt. 45. non poſſunt Capitula, ſive alia Loca Pia,
hujuſmodi Legata, ſive onera, per actum inter vivos
accipere abſque præcedenti licentia Epiſcopi, ſive ejus 1
Vicarii Generalis, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Ec-
cleſiæ, ut ſtatuitur in *§. Ad hæc* 7. & poſt obtentam
prædictam licentiam, gratis, & in ſcriptis conceden-
dam, tenentur pecuniam oblatam, vel pretium mo-
bilium, ſibi conſignatorum pro perpetuo adimplemen-
to Miſſarum, ſtatim deponere penes Ædem Sacram, 2
vel perſonam fide, & facultatibus idoneam, ad effe-
ctum eandem pecuniam quamprimum inveſtiendi in
bonis immobilibus fructiferis, cum expreſſa mentio-
ne oneris, quod illis annexum reperitur, ſub eadem
pœna interdicti, ipſo facto incurrenda. Quod Decre-
tum procedere etiam in acceptatione hæreditatis, one-
ratæ perpetua celebratione Miſſarum, ita ut etiam in
hoc caſu ſit neceſſaria prædicta licentia, decrevit *S.* 3
Cong. Conc. in Piſtorien. 16. *Martii* 1641. *ad.* 2. *dub.*

Pecuniæ verò relictæ, ſive conſignatæ, cum præ-
dicto onere, debent vigore ejuſdem Decreti inveſtiri
in bonis ſtabilibus, non autem in cenſibus, ut ad- 4
vertit *De Luc. de Donat. diſc.* 24. *n.* 6. ſolumque permit-
ti poſſet inveſtimentum in cenſibus, quando agere- 5
tur de modicis ſummis, relictis, ſive conſignatis in
ipſis cenſibus, ut cenſuit eadem *S. Cong. in Signina* 2.
Decembris 1645. in Decreto ſequentis tenoris *Sacra*
&c. cenſuit, modicas ſummas à Teſtatoribus relictas in cen-
ſibus, poſſe permitti inveſtiri in aliis cenſibus abſque con-
traventione Decreti, ſuper celebratione Miſſarum editi; re-
currendum tamen ad S. Congr. in caſibus particularibus.

In conceſſione prædictæ licentiæ debet Ordinarius
ſedulò inquirere, an adſit occaſio tuti, & fructiferi
inveſtimenti, & an fructus ex inveſtimento perci- 6
piendi, deductis oneribus, & expenſis, adæquent elee-
moſynam Miſſarum celebrandarum, pro locorum con-
ſuetudine taxari, vel conveniri ſolitam in duplo, vel
etiam triplo pluris, quàm ſint eleemoſynæ Miſſarum
manualium, ut advertit *De Luc. d. diſc.* 24. *num.* 9. &
diſc. 25. *n.* 9. *in Adnot. ad Conc.* & quod taxari debeat ad
rationem Juliorum duorum pro qualibet Miſſa in li- 7
mine acceptationis ex mente *S. Congr. Concil.* dixit *Rot.*
in Hydruntina erectionis Collegiatæ ſuper negocio principali
1. *Junii* 1696. *§. Nec Juriſdictionis, &* 29. *Aprilis* 1696.
coram bon. mem. Pio.

De tempore autem, quo pecuniæ deſtinatæ pro per-
petua

Digitized by Google

petua celebratione Miſſarum remanent infructiferæ ſi-
ne culpa Adminiſtratorum Loci Pii, qui acceptavit,
8 ceſſat obligatio celebrationis ipſarum, ut decrevit ea-
dem *Sacr. Congr. in Monopolitana 8. Auguſti* 1705. & ali-
bi, ut refert *Monacell. ad form. 9. tit. 6. num. 1. par. 1.*
Idemque dicendum eſt quando fructus, ſive redditus
9 Legati Pii, factis debitis diligentiis exigi, aut per-
cipi non potuerit, aut ſine culpa Adminiſtratorum
perierunt. *Ricc. in Prax. For. Eccleſ. part. 4. reſol. 105.*
*Capon. diſcept. 115. cap. 2. nu. 9. Chreſpin. de Viſitat. Pa-
ſtoral. part. 4. §. 18. numer. 12. Monacell. ubi ſupra nu-
mer. 2.* & ita pariter cenſuit *eadem Sacr. Congreg.* in ca-
ſu, quo pecuniæ deſtinatæ pro dicta celebratione fur-
10 to ſublatæ fuerunt abſque ſpe recuperationis, *in Ni-
cien. 23. Martii* 1667. in qua reſpondit, dandum eſſe
11 decretum *in Patavina 20. Julii* 1641. tenoris ut infra
*Sac. &c. cenſuit oretenus inſinuandum Procuratori Gene-
rali Religionis Carthuſianorum, Monachos ſupraſcriptos
non teneri ad celebrationem Miſſæ, ſi factis diligentiis fru-
ctus Locorum Montium relictorum exigere non poſſunt*; Ac
pariter idem cenſuit in caſu, quo eædem pecuniæ fa-
12 ctis debitis diligentiis non potuerunt implicari in fun-
dos fructiferos, ut in *Melevitana celebrationis Miſſarum
4. Maji* 1697.

Cæterùm ſi Locus Pius, prætermiſſa impetratione
requiſitæ licentiæ Ordinarii, onus acceptaſſet, licèt
13 illius Adminiſtratores incurrent pœnas præcitati De-
creti, obligatio eſſet nihilominus valida, & obliga-
ret ad implementum, quia idem Decretum non con-
tinet clauſulam irritantem, ut declaraſſe eandem *S.
Congreg.* refert *Pignatell. conſult. 22. circa finem tom. 4.
Monacell. ubi ſup. n. 4.*

Quod dictum eſt de neceſſitate prædictæ licentiæ,
limitandum eſt in acceptatione oneris temporalis, ve-
luti pro triginta, vel quadraginta, vel etiam quin-
14 quaginta annis, cum perpetuum non dicatur, quod
non attingit metam annorum centum. *Thuſc. l. T. con-
cluſ. 38. n. 2. ad 5.* & in his terminis firmat *Paſſer. de
Stat. Hom. tom. 2. q. 187. art. 4. n. 1235.*

Cenſent aliqui, quòd non obſtante prædicto Decre-
to Urbani VIII. auferente ab Ordinariis facultatem
reducendi onera Miſſarum, poſſe eoſdem Ordinarios
earum numerum reducere in limine acceptationis, ta-
xando earum eleemoſynam ad rationem perpetuæ
15 juxta morem regionis, quando redditus deſtinati non
ſunt ſufficientes pro oneribus relictis, innixi verbis
ipſius Decreti, per quæ injungitur Ordinariis ſedula
inquiſitio, an redditus coæquent onera, ibi — *Ubi de
licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingu-
lis caſibus præcipuam rationem habeant, ut redditus, qui
Eccleſiis, & Locis Piis relinquuntur, omnino reſpondeant
oneribus injunctis ſecundum morem cujaſcumque Civitatis,
intelligantque, ſi in re tanti momenti deſides, aut negli-
gentes fuerint, in noviſſimo die, ſe hujus prætermiſſi mu-
neris rationem eſſe reddituros* — Ac proindè apparet e-
lecta eorum induſtria pro præſcribendis tot Miſſis,
quæ redditibus reſpondeant; Et ita ſentiunt *Dian. Re-
ſol. Moral. part. 6. tract. 6. reſol. 10. Nicol. Lucubrat. Ca-
non. lib. 3. tit. 41. numer. 10. verſic. deindè, de celebrat.
Miſſar. Tondut. Quæſt. Benefic. tom. 2. part. 3. cap. 162.
num. 3.* Attamen licèt hæc opinio videatur ſatis fun-
data, aliquam tamen habet difficultatem, quia con-
trarium ſenſiſſe videtur eadem *Sac. Congregat. Con-
cil. in Aprutina Capellaniarum 29. Novembris* 1704. in
qua propoſitis dubiis, *an reductio numeri Miſſarum,
facta ab Epiſcopo in limine fundationis, ſuſtineatur &
quatenus negativè; Secundò, an ſit confirmanda, ſeu de
novo concedenda?* Reſpondit *ad primum, negativè in
caſu; ad ſecundum, ut ad proximum*, Et quamvis re-
propoſita eadem Cauſa ſub *die 2. Maij* 1705. receſſerit
à deciſis, reſcribendo, reductionem numeri Miſſa-
rum faciendam eſſe ad manualem, implicitè decla-
ravit, non ſubſiſtere eandem reductionem factam ab
Epiſcopo; Undè etiam *Monacell. dicta formul. 9. nu-
mer. 8.* licèt adhæreat relatæ opinioni, nihilominus
ſuam ſententiam ſubjicit cenſuræ ejuſdem Sac. Con-
gregationis.

Gravis eſt quæſtio, an poſt acceptationem oneris,
factam per actum inter vivos, ſit locus reductioni
16 Miſſarum ob ſequutam imminutionem redditus, vel
potius teneantur hæredes ad ſupplendum, & regula
favet hæredibus contra Locum Pium, qui perceptis bo-
nis, ſive pecuniis, ex conventione ſe obligavit ad
perpetuum implementum oneris Miſſarum, ex natura
contractuum correſpectivorum, in quibus propter dam-
num poſtea contingens non eſt locus reductioni, ſive
reſciſſioni ipſius contractus, cum damnum ſit ſeque-
la dominii, quemadmodum quodcunque notabile au-
gumentum, quod tractu temporis reciperent bona aſ-
ſignata, cedit commodo ipſius Loci Pii abſque obli-
gatione augendi onus ſuſceptum, *Mantic. dec. 242. n.
1. Buratt. dec. 550. nu. 10. De Luc. Miſcellan. Eccleſ. diſc.
33. nu. 5. Pignatell. conſult. 69. num. 2. tom. 3. Tamburin.
Meth. celebrat. Miſſar. lib. 3. c. 1. de Stip. Miſſar. §. 2. n.
11. Bordon. reſol. 25. num. 41. & 43. Paſqualig. de Sacrif.
Miſſ. lib. 2. quæſt. 1174. num. 2. & 3. Peregrin. conſ. 222.
num. 1. tom. 4. & conſil. 69. num. 2. tom. 6. Fagnan. in cap.
ſignificatum, numer. 29. & ſeqq. de Præben. Fraxinell. de
Oblig. Sacerd. ſect. 4. numer. 27. Theſaur. de Pœn. Eccleſ.
V. Miſſa, cap. 1.* Et ratio eſt, quia re perempta, re-
manet quis obligatus propter obligationem perſona- 17
lem. *Caſtill. Controv. cap. 14. lib. 2. Rot. deciſ. 408. num.
20. part. 20. recent.* Undè etiam Sacr. Congreg. Con-
cilii ſolet paſſim rejicere inſtantias ſibi factas pro mo-
deratione ſimilium onerum, acceptatorum per actum 18
inter vivos, ut in caſu diminutionis redituum in me-
diate, reſpondit, *in Aſſiſien. 23. Aprilis* 1701. in De-
creto ſequentis tenoris. *Sacr. &c. audita relatione Epi-
ſcopi Aſſiſien. inſtantiam rejecit, & Oratores adeant, ſuos
Judices*, idemque cenſuit *in Mediolanen. 9. Aprilis, &
in Viterbien. 5. Martii, & in Placentina 15. Maij ejuſ-
dem anni* 1701. *& in Baren. 18. Novembris* 1702. &
Partibus acerrimè informantibus *in Neapolitana 27. Ja-
nuar.* 1703. declaravit, quandam reductionem, ob-
tentam ab eadem Sac. Congregatione uſque de anno
1639. non comprehendere onus acceptatum per con-
tractum; Propoſito enim dubio; *an reductio Suffragio-
rum, à Sac. Congregatione uſque ab anno 1639. conceſ-
ſa, comprehendat etiam onus injunctum in contractu per
quond. Paulum de Ruggeriis, & quatenus negativè, an ſit
locus novæ conceſſioni, ſive reductioni in gratia &c.* re-
ſpondit *negative ad utrumque*.

Hæc autem ſententia non eſt tamen adeò indefini-
tè amplectenda, ut ab ea recedi non valeat, cum im-
mutatis circumſtantiis, rebuſque in ſtatu de tempore 19
acceptationis oneris non permanentibus, locus eſſe poſ-
ſit moderationi, maximè ſi ultra decrementum reddi-
tuum, concurrat augumentum eleemoſynarum Miſſa-
rum, ut loquendo in ſpecie de piis oneribus conven-
tionalibus, tradunt *Paſqualig. de Sacr. Nov. Leg. quæſt.
1075. n. 4. Rot. dec. 55. coram Merl.* & generaliter *The-
ſaur. dec. 120. per tot. & dec. 339. pariter per tot. Calvin.
de Æquit. lib. 1. cap. 82. num. 10. Gobius conſult. 6. n. 16.
41. & ſeq.* Cum enim publicè interſit, quòd Eccleſia,
ſive Locus Pius, etiam in limine contractus ſervetur
indemnis, quodque privatorum conventionibus con-
ditionem ſuam deteriorem non faciat in præjudicium
Divini Cultus, ut advertit idem *Paſqualig. ubi ſupra
n. 2. & Navarr. in Tract. de Fin. Human. Act. n. 25.* ſequi-
tur, quòd ipſius indemnitati conſulere oportet cum
proportionata onerum reductione ad menſuram reddi- 20
tuum *Tiraquell. de Privileg. Piæ Cauſ. privileg. 26. in fin.
Olea de Ceſſion. Jur. tit. 4. quæſt. 5. num. 31. in fin. Rot. pe-
nes Poſth. de Maaut. deciſ. 642. & coram Merlin. d. deciſ.
55. utrobiq. num. 1.*

Cauſæ verò pro obtinenda dicta reductione one-
rum ſuſceptorum per actus inter vivos eſſe ſolent, 21
ſi Eccleſia etiam de præterito non recepit commodum
ex reditu ſibi aſſignato, qui etiam de tempore acce-
ptationis ſolummodo æquabat expenſas neceſſarias pro
ipſorum onerum implemento, ita ut non intret con-
ſideratio compenſationis damni de præſenti, cum lu-
cro de præterito, ubi obſervat *Lara de Anniv. & Ca-
pell. lib. 1. cap. 25. num. 15.* cum in hoc caſu æquitas
non patiatur, quòd imminutis redditibus, ſemper Ec-
cleſia remaneat in damno, & tractu temporis traba-
tur in ruinam. *Lara ibidem numer. 15. ad 17. Paſqual.
d. Tract. quæſt. 1076. numer. 2. & 3.* & in his terminis
procedit allegata *dec. 55. coram Merlin.* in qua deciſum
fuit, locum eſſe moderationi Miſſarum, quia Locus
Pius onus aſſumpſerat cum aſſignatione redditus ta-
xativè, abſque ulla ſpe commodum reportandi ab
augu-

augumento, quod tractu temporis recipere potuiſſet, cum adimpleto onere Miſſarum, reliquum expendendum eſſet in aliud Opus Pium volitum à Fundatore, ideoque recurrebat ratio inſiouata, quòd æquitas
23 non patitur, ut qui non eſt io caſu reportandi commodum, debeat in perpetuum ſubjacere damno, ut declarando eandem deciſionem *De Luc. d. diſc. 33. numer. 7.* Hinc oupertimè de anno 1713. *Sacr. Congreg. Concil. in Piſtorien. Reductionis onerum*, moderationem Miſſarum indulſit Operæ Sanctæ Mariæ Humilitatis, licèt ageretur de oblationibus acceptatis per contractum, quia ex continuatione ſupportationis eurundem onerum valdè læſa remanebat, oon tantùm ex decremento reddituum, ſed etiam quia poſt acceptationem aucta fuerat duplo pluris eleemoſyna manualis Miſſarum.

Et quamvis eadem Sacra Congregatio ſoleat rejicere inſtantias reductionis Miſſarum, quando oblatio fuit acceptata per contractum, ut patet ea ſupra allatis reſolutionibus, oibilominus per hoc non tollit remedium de Jure competens pro obtinenda coram ſuis Judicibus, reſciſſione contractus acceptationis,
24 ratione læſionis, quæ vel à principio, vel decurſu temporis ioterveneri, ut non obſcurè deprehenditur, ea ſupra relato Decreto io *Aſſiſien. 23. Aprilis* 1701. in quo rejecta inſtantia reductionis, reſcripſit, quòd Oratores adeant ſuos Judices. Siquidem, poſito quòd, in contractibus oon ſint pacta expreſſa, quæ reſiſtant moderationi, poteſt à Loco Pio valdè læſo iotentari remedium moderationis, ſive reſciſſionis contractus, cum hujuſmodi contractus tractum ſucceſſivum
25 habentes contineant io ſe virtualiter conditionem, rebus in eodem ſtatu remanentibus, juxta *Text. in l. continuus ſ. Cum quis ff. de V. obligat. cum concordant. Caſtell. controv. lib. 4. cap. 59. numer. 16. & ſeqq. Larrea allegat. fiſcal. 32. à num. 8. ad plur. ſeqq.* quæ implicita conditio, quæ ineſt de Jure dictis contractibus, operatur, ut verificata immutatione ſtatus antiqui, &
26 redacta conventione ad iniquitatem, ad termioos æquitatis, mediante congrua, & proportionata moderatione, ad menſuram reddituum reducenda ſit officio Judicis, ut in bis terminis *Paſqualig. d. tract. quæſt.*
27 *5176. num. 3. & 4.* & regulariter io cæteris cootractibus *Rot. cor. Cerr. dec. 593. n. 2. & ſeqq. & dec. 663. n. 27. & ſeq. p. 18. rec.*

Illud advertendum, quòd juxta ſtylum dictæ Sacræ Congregationis reductio Miſſarum in caſu decrementi reddituum ſit ad rationem eleemoſynæ manualis, non autem perpetuæ, ut in *d. Piſtorien.* & alibi paſſim, ad
28 differentiam caſus, quo in limioe acceptationis redditus ſint impares oneribus ſuſſereodis; nam tunc reductio ſit ad rationem eleemoſynæ perpetuæ juxta ſtylum locorum, ut io *Nullius Sublacen. 27. Junii* 1697. deletis priùs Feſtivitatibus, Miſſis cantatis, aliiſque piis operibus injunctis à Teſtatoribus, reſpiciendo ad majus ſuffragium animarum eorundem, quod eiſi m provenit ea majori numero Miſſarum.

Item notandum, quòd licèt in limine acceptationis caotum fuerit, quòd Locus Pius in quocunque caſu non poſſit petere reductionem, nihilominus ſi ſit
29 valdè læſus, moderantur onera Miſſarum, & pactum habetur pro non adjecto, tanquam contrario Decreto Urbani VIII. de celebratione Miſſarum, ut cenſuit *d. Sacr. Congreg. in Bononien. Reductionis Miſſarum 25. Aprilis 1700. & 5. Junii, & 25. Sepeembris ejuſdem anni.*

Denique notandum, quòd Regulares non tenentur inviti recipere fundationes Miſſarum perpetuarum in
30 eorum Eccleſiis, adimplendarum per Presbyteros Seculares, & pariformiter quòd Parochus, ſive Rector Eccleſiæ, non poteſt cogi ad acceptandam fundationem in ſua Eccleſia, quando celebratio Miſſarum facienda eſt per Regulares: ſed an ſine legitima cauſa hoc fieri poſſit, diſcutitur per *Rot. in Majoric. Fundationis Capellaniæ 24. Novembris 1704. cor. Omaa.*

Pro pleniori notitia materiæ, præſertim taxationis eleemoſynæ perpetuæ, ſive manualis, hic ſubnectimus reſolutionem *Sac. Congr. Concil. in Aprutina 15. Novembris* 1698.

Epiſcopus ſupplicavit pro reſolotione iofraſcriptorum dubiorum.

I. Quanta eſſe debeat eleemoſyna manualis Miſſarum manualium? 31

II. Quanta eſſe debeat pro perpetuis noo taxatis à Fundatoribus? 32

III. An Sacerdos poſſit poſſidere plura Beneficia, vel Capellanias, quarum onera ab ipſo ſatisfieri integrè nequeant, & an Sacerdos poſſit celebrationem com- 33
mittere alteri Sacerdoti pro eleemoſyoa inter eos conventa, reteoto ſibi quod remaoet ex fructibus Capellaniæ, ſive Beneficii?

IV. An Sacerdos Miſſas perpetuas alicujus Capellaoiæ pro minori eleemoſyna poſſit celebrare ſe offer- 34
re, quam conſuevit aſſignari, & quatenus *negativè*.

V. Io quas pœnas incurrat Sacerdos, Miſſas pro minori eleemoſyna celebrans?

Sac. &c. Ad *primum*, & *ſecundum* cenſuit, attendendam eſſe conſuetudinem loci, ſeu legem Synodalem, ſi adſit, ſin minus, ſtatuendam eſſe per Epiſcopum eleemoſynam competentem ſuo arbitrio. Ad *tertium* reſpondit *affirmativè*, dummodo aliter in ſuodatione cautum non ſit. Ad *quartum* ibidem *affirmativè*. Ad quiotum ſatis proviſum io præcedentibus.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

In Eccleſia Collegiata, quæ eſt etiam Parocbialis, an debeat celebrari, ultra Miſſam Conventualem, etiam Miſſa Parochialis diebus Feſtis; & an Parochus poſſit accipere eleemoſynam pro Miſſa Parochiali. De fructu Sacrificii Miſsæ, & qualis poſſit per Sacerdotem applicari, & qualis intentio pro applicatiooe ſit neceſsaria.

S U M M A R I U M.

1 *Simplici Parochiali Eccleſia in Collegiatam erecta, ſi illius Caput remaneat Parochus, ut prius, tenetur diebus Dominicis, & Feſtis, Miſſam privatam celebrare*, & n. 2.

3 *Neque à tali onere eximitur, celebrando in aliis Eccleſiis, ſeu Oratoriis ejuſdem Parochiæ, non obſtante conſuetudine in contrarium*, & n. 4.

5 *Parochi, habentes Curam animarum numeroſam, tenentur unum, vel duos Sacerdotes conducere, qui debitis boris diebus Feſtis celebrent, ut totus Populus Miſſam audiat.*

6 *Servanda eſt à Parocho conſuetudo celebrandi per ſe, vel per alium, etiam diebus Ferialibus, & Profeſtis.*

7 *Immò etiam ceſſante conſuetudine, Epiſcopus id præcipere debet.*

8 *Neque ſatisfacerent huic obligationi, ſi tenerentur ibidem celebrare ratione alterius Capellaniæ.*

9 *Licèt poſſint recipere manualem ſtipem pro illa Miſſa, quam ſummo mane celebrant.*

10 *Quinimmò Parochus poteſt etiam diebus Feſtis Sacrificium applicare, juxta intentionem dantis eleemoſynam.*

11 *Obligatus ex voto ad dicendam Miſſam aliquam, poteſt ſtipem accipere pro applicatione.*

12 *Parochi in Solemnitatibus, ſaltem ex charitate, offerre debent Sacrificium pro Ovibus ſuis.*

13 *Idem dicendum, quoad Dignitates, vel Canonicatus, quibus animarum Cura ſit annexa.*

14 *Quando in Collegiata, etiam ſimplici, teneantur Canonici Miſſam applicare.*

15 *Juxta nonnullorum opinionem quicunque Sacerdotes in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum tenentur generaliter Sacrificium applicare pro omnibus Fidelibus Defunctis.*

16 *Ii verò, qui ipſa die non habent onus celebrandi, poſſunt liberè pro Defuncto, quem maluerint, applicare.*

17 *Valor, ſeu fructus Sacrifici Miſſæ eſt triplex, generalis, ſpecialis, & medius.*

18 *Quibus competat fructus generalis.*

19 *Specialis debetur ipſi Sacerdoti.*

20 *Medius verò iis, pro quibus celebrat.*

21 *Quando Sacrificium applicetur pro vivis, & pro quibus.*

22 *Iſte*

22 *Iſte valor Miſſæ eſt infinitus, extenſivè; intenſivè verò finitus*, & n. 23.
24 *Quis ſit Diſpenſator valoris, tam generalis, quàm ſpecialis*.
25 *Fructus, qui competit ipſi Sacerdoti, creſcit juxta majorem Celebrantis diſpoſitionem; & in quas cauſas applicetur*; & n. 26.
27 *An hæc portio ſpecialis poſſit aliis cedi*, & num. 28. & 29.
30 *Medius autem fructus eſt finitus, tam intenſivè, quàm extenſivè*.
31 *Quantus ſit, Deus novit*.
32 *Sacrificium pro pluribus oblatum, non prodeſt ſingulis, ac ſi pro uno ſolo fieret oblatio*.
33 *Dum valor medius in Miſſa alteri applicatur, neceſſe non eſt Sacerdotem in gratia exiſtere, cum proveniat ex opere operato*.
34 *Fructus Sacrificii item diſtinguitur in meritorium, impetratorium, & ſatisfactorium*.
35 *Qui percipiant fructum meritorium, & qualis ſit*.
36 *Peccata venialia, etiam actu comitantia ſuſceptionem Euchariſtiæ, non impediant augumentum gratiæ, nec remiſſionem aliorum venialium; ſed ſolùm impediunt remiſſionem illius culpæ venialis, cui actualem affectum habent Celebrantes*.
37 *Quando Celebrans recipere poſſit primam gratiam*.
38 *Qualis ſit fructus impetratorius, & qualis ſatisfactorius*, & n. 39.
40 *An Sacerdos, obligatus celebrare juxta particularem vivorum intentionem, poſſit aliis partem fructus impetratorii applicare*, & n. 41.
42 *Celebrans ad intentionem Amici, non adſtringitur Collectas dicere pro illo, cui media pars Sacrificii applicatur, ſed poteſt eas recitare pro ſe, vel pro aliis* & num. 43.
44 *Miſſæ valor, quoad ſatisfactionem, applicatur de condigno non ſolùm vivis, ſed etiam Animabus Purgatorii; & quando id fiat*, & n. 45.
46 *Commendata Deo in* Memento *anima, pro qua Sacerdos celebrat, poterit ipſe etiam pro aliis obſecrare, & pro quibus*.
47 *Si Defunctus, pro quo Sacerdos celebrat, ſit incapax recipiendi fructum Miſſæ, poteſt applicare ſub conditione, quòd Sacrificium, proſit Animabus ſibi benè viſis*.
48 *Celebrans pro Defunctis ſuam obligationem implet, applicando illis fructum ſatisfactorium, etiamſi vivis reliquos fructus applicet; non poteſt tamen novam ſtipem accipere*.
49 *Si is, pro quo celebratur Miſſa, in peccato mortali exiſtat, quia non eſt capax gratiæ, aut ſatisfactionis, liberum eſt Sacerdoti Sacrificium applicare cum conditione, quòd eo caſu fructus meritorius, & ſatisfactorius ſibi, vel aliis proſit*.
50 *Secus verò quoad fructum impetratorium, qui abſolutè pro viventibus eſt applicandus, & quare*.
51 *Applicatio Sacrificii poteſt fieri non ſolùm in* Memento, *ſed etiam per Collectas expreſſas, & per intentionem animi ante Miſſam*, & n. 52.
53 *Sufficit actualis, vel virtualis intentio*.
54 *Poſſet etiam Canonicus applicare Miſſam illi, cui Sacriſta applicaverit; quando id agere debeat*.
55 *Sacrificium Miſſæ completur conſumptione*.
56 *Sacriſta non poteſt applicare Miſſas, celebrandas per Canonicos, iis, qui daturi ſunt ſtipem*.
57 *Sacerdos, obligatus tres Miſſas in hebdomada dicere, poteſt illas anticipatè celebrare, dummodo non obſtet Teſtatoris diſpoſitio*.

T I T U L U S XIV.

EX præmiſſis ſuccedit alia dubitatio, numquid Abbas hujus Collegiatæ, cui adhuc remanet Cura
1 animarum, ut prius quando erat ſimplex Parochus,
ſit liber à celebranda privata Miſſa ſingulis diebus Feſtis; & negativè reſponderunt nonnulli, ea ratione permoti, quia ante Collegiatæ erectionem uti Plebanus tenebatur dumtaxat ad decantandam Miſſam majorem in Dominicis, & Feſtis, in quod onus modò ſuffectum fuit Capitulum, ut dictum fuit ſuperiùs cum *Poſſev. de Off. Cur. cap. 2. num. 1.* cui doctrinæ jam ſubſcripſi, & denuò ſubſcribo quoad cantatam, non verò quoad privatam Miſſam, à cujus celebratione idem Abbas, ceſſante legitimo impedimento, non ſubducitur, cum ſit onus, quod ceſſare non poteſt in eo, qui eſt Parochus, ut deducitur ex *Theſ. For. Eccleſ. part. 1. cap. 3. num. 35.* & ratio eſt, quoniam ad dicendam Miſſam diebus Feſtis tenetur, non ſolùm ob
commoditatem Populi, ſed etiam ob decus Eccleſiæ, 2
& Ovium ſibi commiſſarum ædificationem. *Suarez tom. 3. diſp. 80. ſect. 2.* ideoque idem Abbas diebus Feſtis, quibus ſolemniter non celebrat, Sacrum privatim facere debet in ſua Collegiata Parochiali, & non
ſufficit celebrare in aliis Eccleſiis, ſive Oratoriis, 3
etiam ejuſdem Parochiæ. *Barb. de Off. & Pot. Paroch. c.*
11. nu. 3. & 5. & declaravit Sac. Congr. non obſtante 4
conſuetudine in contrarium, ut refert *Moron. loc. cit. reſp. 93. nu. 5.* addens, animarum Curatores, qui habent Populum numeroſum, teneri, & ab Epiſcopo poſ-
ſe compelli ad ſibi adjungendum unum, vel duos Sa- 5
cerdotes, qui diebus Feſtis debitis horis in eadem Parochiali celebrent, ut totus Populus audiat Miſſam. Præterea ſervanda eſt à Parocho conſuetudo celebran-
di, vel celebrari facere etiam diebus Ferialibus, & 6.
profeſtis, ut inquiunt DD. *Suarez tom. 3. diſp. 86. ſect. 1. Poſſev. de Offic. Cur. cap. 2. numer.* 4. Hinc hujus Eccleſiæ Parochus, qui ante Collegiatam ab immemorabili, & poſt erectionem uſque ad hæc tempora conſuevit mercede conducere duos Capellanos, qui, ultra exercitium Curæ, ſinguli ſua hebdomada primam Miſſam ſummo mane ad commoditatem Artificum celebrent, nullatenus poteſt ſe ab hoc onere eximere. Immò, ſepoſita conſuetudine, Epiſcopus id man- 7
dare debet, ut allegatis Juribus, inquit *Ric. in Prax. part. 4. reſ. 366. nu. 6.* Neque hi Capellani huic obligationi reſpondere valent, ſi inibi ſint obnoxii celebrare ratione alterius Capellaniæ, namque ſic diminueretur Divinus Cultus, cum duo Sacra ſint pera- 8
genda, & fiat tantummodo unum, ut benè conſiderat doctus *Moron. loc. cit. reſp. 68. nu. 24.* & favet *Paſqual. dec. 429. nu. 4.* licèt poſſint percipere manualem
eleemoſynam pro illa Miſſa, quam ſummo mane di- 9
cunt, ut populus audiat. *Homob. & Marchin. loc. ſtatim cit.* & alii, quos refert, & ſequitur *Lezzan. in Summ. tom. 4. V. Miſſam n. 21.*

Quinimmò Parochus etiam diebus Feſtis poteſt ſua
Sacrificia facere ad peculiarem intentionem ſtipem 10
porrigentis. *Averſan. ubi ſupra, Card. Lugo loc. cit diſt. 21. ſect. 1. Nald. V. Parochus, num. 18. Caſtr. Pal. loc. cit. nu. 13. Eſcob. loc. cit. exam. 11. cap. 2. in fin.* & in hanc ſententiam inclinat *Nicol. loc. cit. de Sacram. lib.* 3. Ubi à fortiori inquit, obligatum ex voto ad dicendam ali-
quam Miſſam, poſſe ſtipem accipere pro applicatio- 11
ne, excipe Solemnitates; quibus ſaltem ex charita-
te offerre debet pro Ovibus ſuis. *Trullen. de Sacram.* 12
lib. 3. cap. 7. diſc. 9. num. 8. Marchant. loc. cit. & alii.
Idem ſequitur de poſſidentibus Dignitates, vel Ca- 13
nonicatus, quibus animarum Cura ſit annexa. Inſuper in Collegiata, etiam ſimplici, Canonici obligantur applicare Miſſam, quam ex novis Rubricis Miſſalis
innuimus ſingulis menſibus decantandam, nec non 14
ſolemne Sacrificium Miſſæ funebris in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum; ita DD. *mox cit.* Dicunt alii, quoſcunque Sacerdotes eadem die ad Miſſam planam obligatos, debere Sacrificii valorem generaliter applicare pro Animabus omnium
Fidelium exiſtentium in Purgatorio, ita *Dian. Mor.* 15
part. 4. tract. 4. reſ. 86. Fraxinell. ubi ſupra. Qui verò ipſa die non habent onus celebrandi, poſſunt liberè
pro Defuncto, quem maluerint, celebrare, & ap- 16
plicare. *Averſ. ubi ſupra ſect. 18. Baſemb. loc. cit. cap. 3. d. num.* 2. Non eſt ommittendum hic adnotare, fru-
ctum, ſive valorem iſtius Sacrificii, in triplicem por- 17
tionem diſtingui, videlicet generalem, ſpecialem, & medium.

Generalis competit omnibus Fidelibus, maximè iis, 18
de quibus fit mentio in Canone. Specialis debetur
ipſi Sacerdoti Sacrum operanti. Medius applicatur à 19
Sacerdote ſibi, vel aliis, pro quibus Sacrum pera-
git ex titulo Capellæ, Legati, ſtipis acceptæ, aut 20
alterius obligationis, tam Vivis, quàm Defunctis. *Scot. Quodlib. 20. art. 1. Sot. de Juſt. & Jur. lib. 9. q. 2. art. 2.*

art. 2. *Card. Tol. lib.* 1. *cap.* 8. *in fin.* Sacrificii Miſſæ ap-
plicatio pro Vivis fit in primo *Memento*, in quo Ce-
lebrans, demiſſo aliquantulum capite, intendere de-
21 bet univerſis Chriſti Fidelibus prodeſſe, præſertim
Summo Pontifici, Epiſcopo Domicilij, ac Miſſæ in-
tereſſentibus. DD. apud *Dian. Mor. p.* 1. *tract.* 14. *reſ.*
47. quos ſequitur *Graff.* 1. *p. conſ. tit. de celebr. Miſſ. conſ.*
5. a. 18. Hæc portio eſt infinita extenſivè, quia cre-
22 ſcit ad ratam circumſtantium, & uniuſcujuſque devo-
tionem. *Victor. in Summ. tit. de Euch. conſ.* 91. *Fraxinell.*
23 *loc cit. ſect.* 6. *art.* 5. Sed quia cujuſque devotio eſt fi-
nita, iſte valor Miſſæ communis eſt finitus, intenſi-
vè producendo limitatum effectum. *Viguer. de Sacram.*
Euch. num. 195. *lit. H. in fin. Azor. Suarez*, & alii ſtatim
24 *cit.* Atque CHRISTUS Summus Sacerdos eſt Diſpen-
ſator, tam hujus generalis portionis, quàm ſpecialis,
quæ, ut innuimus, competit ipſi Sacerdoti, & licèt
25 ſit finita, creſcit juxta majorem Celebrantis diſpoſi-
tionem. *Suarez loc. cit. ſect.* 12. *art.* 2. *Val. loc. cit. §.* 25.
& applicatur pro ſuis propriis neceſſitatibus ſpiritua-
26 libus, & corporalibus, ac pro remiſſione peccatorum
ſuorum, ſi ſit in gratia. Hanc portionem poteſt aliis
27 cedere, tradunt *Mirand. ubi ſupra p.* 1. *art.* 17. *Henriq.*
in Summ. lib. 9. *c.* 21 *§.* 8. *n.* 7. *lit. O.* Alii tenent, id
non poſſe fieri, quia hujuſmodi fructus eſt perſona-
28 lis. Videte *Filiuc. p.* 2. *tract.* 5. *c.* 3. *n.* 80. Puto abſo-
lutè dicendum, non licere Sacerdotem partem ſibi de-
29 bitam aliis applicare propter acceptam pitantiam. *Phi-
liarc. tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *V. Concludamus. Rodriq.
in Summ. p.* 1. *c.* 250. *n.* 2. & alii quamplures apud *Bo-
nac. de Sacram. diſc.* 4. *q. ult. p.* 8 *n.* 16. ratio redditur à
Tol. lib. 2. *c.* 8. *n.* 4. Media autem portio, quæ per Sa-
30 cerdotem applicatur, ut ſupra, eſt finita, tam inten-
ſivè, quàm extenſivè, ut ex ſaniori DD. placito re-
ſolvit *Val. tom.* 4. *diſc.* 6. *q.* 11. *punct.* 1. Quantum ve-
31 rò ſit, Deus novit, ut inquit *Azor. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.*
21. *q.* 1. Undè pro pluribus offerens non prodeſt ſin-
32 gulis, ac ſi pro uno ſolo fieret oblatio; finitum por-
rò oblatione finiti conſumitur, & ſi in plures divi-
datur, minus contingit, quàm ſi uni ſoli daretur, ut
poſt quamplures obſervant *Bonart. loc. cit. c.* 6. *Tol. lib.*
2. *c.* 2. In Sacerdote non requiritur ſtatus gratiæ, dum
ab eo in Miſſa iſte valor medius alteri applicatur,
33 namque provenit ex opere operato, hoc eſt ex vir-
tute ipſius operis ex ſe, ex inſtitutione ipſius Chriſti,
& effectum ſuum operatur abſque merito ipſius ope-
rantis: quod adnotavit *Viguer. loc. cit. num.* 164. *verſ.*
13. *& Covar. de ſent. excom. p.* 1. *§.* 5. *n.* 6.

Prænarrati fructus Miſſæ ſinguli pariter triſariam
34 diſtinguuntur, ſcilicet in Meritorium, Impetratorium,
Satisfactorium.

Primò in Meritorium, quia dicentes, vel audien-
tes Miſſam, aut ad eam eleemoſynis cooperantes,
35 meritum, hoc eſt gradum gratiæ ſibi acquirunt. *In-
noc. III. de Myſt. Miſſ. c.* 7. *Sot. in* 4. *diſc.* 13. *q.* 2. *art.* 1.
Fragoſ. ubi ſupra §. 8. *n.* 14. quo gradu, ſive augumen-
to gratiæ remanent expertes mortali noxa ſauciati,
non tamen, qui habent ſolùm venialia: hæc enim:
vel actu comitantia ipſam ſuſceptionem Euchariſtiæ,
36 non impediunt gratiæ augumentum, neque remiſſio-
nem aliorum venialium, ſed non recipiunt remiſſio-
nem illius venialis culpæ, cui adhuc actualem affe-
ctum habent. *Alenſ.* 4. *p. q.* 41. *D. Thom. p.* 3. *qu.* 79.
art. 5. Juxta hæc eſt valdè notandum, interdum poſ-
ſe Celebrantem primam gratiam recipere, quod eve-
37 nit, dum quis memor læthalis criminis, ex cauſa de-
bet Sacrum facere, & quia caret copia Confeſſarii de
illo mortali dolet; exiſtimans illum dolorem eſſe con-
tritionem, licèt non ſit; tunc ſumens Sacramentum
recipit primam gratiam: ita pluribus citatis docet *Fa-
gundez de Præcept. Eccleſ. lib.* 4. *c.* 2. *nu.* 9. alios ſimiles
caſus affert *Marchin. loc. cit.*

Secundò dividitur in Impetratorium, cum per ſe hoc
opulentiſſimum Sacrificium ſit ſufficiens ad impetran-
38 dum omnes virtutes, & bona temporalia, quatenus
ſufficiant ad vitam æternam. *Bellarm. loc. cit. de Miſſ.
lib.* 1. *cap.* 19. Quod multiplicitas Collectarum ad di-
verſas res à Domino obtinendas in Miſſali ordinata
demonſtrat, & in Canone dicitur, *Pro quibus tibi offe-
rimus, vel qui tibi offerunt*, item *Pro ſpe ſalutis, & in-
columitatis ſuæ.*

Tertiò in Satisfactorium, quia Miſſæ Sacrificium
delet peccata venialia, & certam pœnam debitam pro 39
culpis mortalibus, per pœnitentiam non dimiſſam,
ut tradunt *D. Thom. p.* 2. *qu.* 59. *art.* 5. *Val. tom.* 4. *diſp.*
6. *quæſt.* 11. *p.* 1. *Filiuc. de Euch. cap.* 3. *num.* 6. *in addit.*
Homob. in Com. loc. cit. tract. 8. *cap.* 5. *quæſt.* 23. *Oſor. in
Serm. de Miſſ. fol.* 48. *& alii*, ac impetrat auxilium ad
donum contritionis. *Fagundez de Præcept. Eccl. lib.* 4.
cap. 2. *num.* 13

Sacerdos obligatus pro certa Vivorum intentione ſa-
crificare, tenetur Miſſæ valorem Meritorium, & Sa-
tisfactorium, quo ad mediam partem, pro eis appli-
care, ob rationem, quam ſuperius tetigimus. Quo ve-
rò ad impetratorium, in dubium revocari poteſt: An
Miſſa magis proſit oranti pro uno, quàm pro pluri-
bus: cui cum diſtinctione reſpondeo: Aut impetra-
tio boni, quod petimus à Deo per iſtud Sacrificium, 40
prætenditur uti debitum ex juſtitia, & opere operato,
concedendum ei, pro quo poſtulatur; aut prætenditur
ex mera liberalitate Divina; ſi primum: debet pro
obtinenda gratia à Deo, totam fructum impetratorium
illius mediæ portionis applicare. *Philiarc. loc. cit. p.* 1.
lib. 2. *c.* 14. *verſ.* 3.

Si verò à Celebrante intendatur impetratio boni ex
mera liberalitate Dei, certum eſſe, etiam in Miſſa,
quæ dicitur ex obligatione pro impetranda à Deo ali-
qua gratia, poſſe Celebrantem pro pluribus cujuſvis 41
generis bona petere, cum optimus Deus ſemper ſit
paratus ad noſtras preces audiendas, ſive ſolas, ſive
cum aliis conjunctas, nec diminuitur, licèt in plures
extendatur. *Bard. loc. cit. p.* 9. *tract.* 3. *c.* 5. *n.* 17.

Et ideò obnoxius ad intentionem Amici ſacrum fa-
cere, non adſtringitur Collectas Miſſæ dicere pro eo,
cui mediæ partis applicatio eſt Deo offerenda, ſed
eſt in liberrate Celebrantis eas recitare tam pro ſe,
quàm pro aliis. *Marchin loc. cit. de Miſſ. tract.* 2. *quæſt.* 42
2. *num. ult. Bauc. loc. cit. fol.* 327. *& Conimb de Sacr.
quæſt.* 83. *art.* 1. *dub.* 10. *n.* 195. Quemadmodum poteſt
in *Memento* orare pro quibus libuerit: Ratio eſt,
quia Orationes proveniunt ex opere operantis, & fru- 43
ctus medius applicandus, ut ſupra, pendet ex opere
operato. *Nav. in Man. cap.* 25. *num.* 79. *& de Orat. c.*
20. *a.* 67. *Sot. in* 4. *diſp.* 13. *quæſt.* 2. *art.* 6. *Henriq. loc. cit.
cap.* 18. *lit. C.* Miſſæ valor, quoad Satisfactionem,
non ſolùm applicatur Vivis de condigno, ſed etiam 44
Defunctis exiſtentibus in Purgatorio. *Nav. conſ.* 21.
de privil. in antiq. Covar. tom. 1. *tit. de ſent. excom. part.*
1. *§.* 5. *n.* 5. & conſtat *ex Conc. Trid. ſeſſ.* 22. *cap.* 2. Id-
que fit à Celebrante in ſecundo *Memento*, oculis in-
tentis ad Sanctiſſimum ſuper Altare, commendando
Deo illius Defuncti animam, pro quo Sacrum ope- 45
ratur, & ſimul applicando Sacrificium in ordine ad
remiſſionem pœnæ, ut advertit *Graff. lib.* 3. *conſ.* 15.
num. 14. *de cel. Miſſ. tom.* 1. *& Dian. part.* 10. *tract.* 12.
reſ. 27.

Quibus peractis, poterit Altiſſimum obſecrare pro
Patre, & Matre, Conſanguineis, & cæteris Defun-
ctis, ut dictum eſt de viventibus in primo *Memento*.
Deindè optimè faciet Deum obſecrando pro anima-
bus Mortuorum neminem habentibus, qui earum ſpe- 46
cialiter recordetur, nec non pro anima, quæ eſt pro-
ximior in exitu pœnarum Purgatorii, iſta enim in Pa-
radiſo retribuet, ut conſiderat *Molin. de Miſſ. loc. cit.
tract.* 6. *in fin.*

Cum autem poſſit eſſe, quòd Defunctus, pro quo
Celebrans tenetur Miſſæ fructum expiatorium confer-
re, ſit incapax, aut ſit in Paradiſo, applicare poteſt 47
ſub conditione, ut ſi hujuſmodi fructus non egeat, va-
dat in Beneficium animarum, ſibi benè viſarum. *Sua-
rez. loc. cit. diſp.* 79. *ſect.* 11. *Trullen. ubi ſupra, dub.* 6.
num. 12.

Et quia in qualibet Miſſa ſunt tres valores, Cele-
brans pro Defunctis, applicando mortuo fructum ſatiſ-
factorium, complet obligationem ſuam, etiamſi vivis 48
applicet reliquos fructus, quos ſuperiùs innuimus, non
tamen poteſt pro horum applicatione novam ſtipem ac-
cipere, ita colligitur *ex DD. ſupra cit.* & in puncto tradit
Rodriq. in Summ. tom. 1. *c.* 252. *con.* 7.

In Miſſis etiam, quæ pro vivis celebrantur, quo- 49
niam poteſt eſſe, ut dicantur pro aliquo mortali noxa in-
quinato, qui ob id non eſt capax Gratiæ, aut ſatisfactio-
nis,

nis, ut obſervant *Valen. tom. 4. diſp. 7. q. 4. p. 3. Roa*
ubi ſupra cap. 18. liberum erit Sacerdoti ſub conditione
applicare, ut hæ ad ſe revertantur, vel aliis, ſi is,
pro quo tenetur offerre, obicem ponat. *Suarez loc. c.*
Abſolutè verò valor Miſſæ, quoad impetrationem,
applicandus eſt viventibus, pro quibus fit Sacrum,
50 nam & in mortali exiſtentibus ſemper valet ad im-
petranda auxilia, ſaltem ſufficientia ad donum contri-
tionis, vel ſaltem attritionis, niſi reſiſtatur. *Fagun-*
dez loc. c. l. 4. c. 2. n. 13. & favet *Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2.*
& tradita per *Bonart. de Sacrif. Miſſæ lib. 3. c. 5. n. 4.*
Applicatio Sacrificii non tantùm fit reſpectivè in
Memento, ſed & fieri poteſt duobus aliis modis, vi-
51 delicet per expreſſas Collectas: *Sayr. in Flor. tit. de ce-*
lebr. Miſſ. lib. 3. dec. 6. Cherub. in Comp. Bull. tom. 3. conſt.
29. ſchol. 2. Clem. VIII. & per inteotionem aoimi ante
52 Miſſam. *Nav. lib. 3. de celeb. Miſſ. conſ. 6. num. 1. & de*
Orat. c. 17. n. ult. & ſufficit actualis, vel virtualis inten-
53 tio, etiam ſi antea facta fuerit, dummodo poſtea non
fuerit revocata, ita ex parte *Bordon. Conſ. Reg. par. 2.*
reſp. 64. n. 36. & ex parte *Eſcob.* cum aliis *loc. cit. exam.*
13. c. ult. nu. 96. Efficax etiam eſſet illa actio, quam
facit Canonicus, applicaodo inſinuato temporis ſpatio
54 fructum Miſſæ illi, cui Sacriſtia applicaverit: dummo-
do iſte ante Conſecrationem, & Oblationem, & Con-
ſumationem id egerit. *Molfeſ. p. 1. tr. 3 cap. 4. tit. de*
55 *Sacrif. Miſſ.* completur enim Miſſæ Sacrificium Con-
ſumptione, *Bord. loc. cit. p. 4. tract. 3. c. 1. n. 41.*
At verò idem Sacriſtiæ Præfectus, fortaſſe non ha-
bens manuales eleemoſynas pro Miſſis, non poterit
56 eas celebrare facere per Canonicos Eccleſiæ, applican-
do iis, qui daturi ſunt ſtipem. *Lezzan. Ricc. Barb. Fi-*
liuc. loc. cit. & fuit determinatum à *S. Cong. die 15. No-*
vembris 1605. relatore *Cened. QQ. Can. q. 28. num. 3.* &
denuò *16. Junii 1635.* teſte *Leoncill. loc. cit. privil. 258.*
Fas verùm eſſet Sacerdoti, tres Miſſas ex Legato io
bebdomada celebrare obnoxio, eas quandoque aotici-
57 pate dicere, quia ſic non ſuſpenditur Sacramenti ef-
fectus, & nulli fit injuria, dummodo aliud à Teſta-
tore non fuerit expreſsè diſpoſitum; ita cum aliis te-
nent *Ric. in Prax. p. 3. reſp. 338. Eſcob. loc. prox. cit. Ro-*
driq. in Sum. tom. 1. c. 252. n. 8. Vega lib. 6. caſ. 59.
Sciendum poſtremò pro coronide, ex hoc opulentiſ-
ſimo, & veoerandiſſimo Sacrificio, ultra eos, quos
retigimus, quamplures alios provenire fructus: hunc
ſolum non reticeo, quòd in ipſo eſt depicta tota vita
Chriſti, totaque ejus Paſſio continetur, ut colligitur
ex Collecta ſecreta, quam recitat Eccleſia bis verbis,
quotieſcunque hujus Hoſtiæ commemoratio celebratur, toties
opus noſtræ Redemptionis exercetur.
Conſideret ergo Celebrans, quanta animi puritate,
ſubmiſſione, ac devotione accedere debeat ad tantum
Miniſterium, in quo manibus contrectat, & ore man-
ducat Corpus Chriſti mundiſſimum, ex puriſſimo Vir-
ginis Sanguine formatum, & Verbo Divino bypoſta-
ticè unitum, & agnoſcens propriam utilitatem, &
miſeriam, Oratione præparatoria à Deo humiliter pe-
tat, ut Oleo ſuæ Miſericordiæ impleat Vaſa vacua,
ut fecit Viduæ Sareptæ 4. *Reg.* 4. & quaota cum ma-
jori charitate, ac diſpoſitione, Sacrum faciet, tantò
ampliores gratiæ gradus recipier à Chriſto Primario
Sacerdote offerente, ut tradunt *DD. ſupra citati.*

A R G U M E N T U M.

Traditur regula, quando legatum, factum pro cele-
bratione Miſſarum, ſtet taxativè, ſeu potiùs de-
monſtrativè; & ejus effectus, pro excluſione, vel
incluſione obligatioois bæredis ad ſupplendum:
quando proſit compoſitio, à R. Fabrica Sancti Pe-
tri obtenta.

S U M M A R I U M.

1 *Quando Teſtator incipit ab aſſignatione reddituum*
pro implemento Legati Pii, & poſt onus injunxit;
tunc diſpoſitio ſtat taxativè, & bæredes non tenen-
tur ſupplere, ſecus in caſu contrario, & affertur
ratio, & n. 2. & 9.
3 *Idem eſt, etſi Teſtator poſt aſſignationem fundi, à qua*
incipit, annuum illius redditum expreſſerit.
4 *Regulare eſt, quòd quando certa ſpecies legatur, ta-*
xativè relicta cenſeatur.
5 *Maximè, ſi taxatio facta eſt in eadem oratione, in*
qua injunctum eſt onus.
6 *Et tali caſu diminutio reddituum, ſeu rei peremptio,*
non pertinet ad bæredes Teſtatoris, ſed ad illum,
cui certa ſpecies eſt aſſignata.
7 *Fundator Eccleſiæ, ſive Beneficii, poſt factam aſſigna-*
tionem fundi à principio, non tenentur, ille per-
empto, ſive diminutis redditibus, ad ſupplendum.
8 *Stante aſſignatione taxativa, nihil operatur favor Piæ*
Cauſæ.
10 *Quando Teſtator incepit ab onere, licèt poſtea taxa-*
verit emolumentum, dandum Capellano, bæres te-
netur ad ſupplendum.
11 *Obligatus celebrare facere aliquas Miſſas in perpetuum,*
ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi dederit Sacerdotibus,
ſive Secularibus, ſive Regularibus, eleemoſynam
manualem.
12 *Amplia, etiamſi Teſtator, relictis ad hunc effectum fru-*
ctibus Bonorum, taxaverit Eleemoſynam ultra ma-
nualem.
13 *Compoſitio obtenta à R. Fabrica Sancti Petri pro Miſ-*
ſis non celebratis, quando non ſuffragetur.

A N I M A D V E R S I O N E S.

JAM diximus in ſuperiori Animadverſione de acce-
ptatione, ac moderatione onerum Miſſarum, hic
videndum occurrit, an, & quando hæredes Teſta-
torum, ſive piorum Oblatorum, teneantur ſupplere
redditus neceſſarios pro implemeoto eorundem volun-
tatis, tractu temporis immiontos; & pro regula ſta-
tuendum eſt, quòd aut verba Teſtatoris in aſſignatio-
ne reddituum ſunt demonſtrativè prolata, ita ut in-
ceperit ab aſſignatione, & poſtea onus injunxerit; &
tuoc hæredes ad ſupplendum non teneotur; ſecus ve- 1
rò io caſu contrario, nempè quando priùs onus ex-
preſſerit, & ſucceſſivè aſſignationem fecerit, & cum
hac regula paſſim procedit *S. C. Concilii*, & ſignanter
in Bononien. 25. Septembris 1700. & in Urbinat. 29. Julii
1696. & ratio eſt, quia quatenus Teſtator priùs ex-
preſſerit onus, & poſtea aſſignaverit redditus pro eo-
dem implendo, cenſetur omnino voluiſſe illius im-
plementum, & demonſtrative addidiſſe quantitatem,
ſive redditum deſtinatum pro illius implemento. Quan- 2
do verò incepit ab aſſignatione, cenſetur voluiſſe tan-
tummodo fundum tradere, & ad illius menſuram ſu-
ſtinenda eſſe onera injuncta, neque ſe obligare ad
ſupplementum in caſu diminutionis. *Gloſ. in l. talis*
ſcriptura in V. comparendum ff. de legib. 1. Cyriac. con-
trov. 336. n. 7. & ſeq. Caſtill. Controv. Jur. lib. 4. c. 54.
num. 25. cum plur. ſeqq. & in terminis legati quanti-
tatis, quam Teſtator habebat ſuper portione cujuſ-
dam Feudi, *Morot. reſp. 5. De Luc. ad Franc. deciſ. 722.*
num. 2. cum aliis plenè relatis in Algaren. legatorum 16.
Januar. 1696. §. Hujus igitur, cor. Eminentiſs. de la Tre-
moill. dicitur enim legatum taxativum, cum Teſtator
incepit ab aſſignatione fundi, ſive pecuniæ, licèt ex- 3
preſſerit annuum illius redditum; & in hoc caſu di-
citur non reſpexiſſe numerum, ſive quantitatem in
genere, ſed corpus, ſeu certam ſpeciem legatam. *Rot.*
in d. Algaren. loc. cit. Et regulare eſt, quòd quando cer-
ta ſpecies legatur, taxativè relicta cenſetur, quia tunc 4
ſubſtantia, cauſa, & ſtatus legati idipſum eſt, quod
legatur, & res ipſa, quæ eſt in legato. *Cujac. lib. 4.*
Quæſt. Papin. lib. 18. fol. 508. lit. A. & B. Rot. ibidem
§. Cum autem, maximè ſi Teſtator, una, eademque
oratione complexus eſt quantitatem legatam, & lo-
cum, ſive Corpus, unde ſolvi debet legatum, cum 5
ſemper dicatur taxativum, & ſubſtantia legati ab il-
lius executione non dicatur diſtincta. *Felin. in c. ſuper*
literis 20. n. 4. de reſcript. Hodiern. ad Surd. deciſ. 337.
Cyriac. contr. 336. num. 10. Roſa conſult. 61. numer. 1.
& ſeq. Rot. cor. Merlin. dec. 436. nu. 38. & in d. Al-
garen. legatorum §. Cum autem, cor. Eminent. de la Tre-
moille. Ac per conſequens cum ſpecies fuerit aſſigna- 6
ta, ſive relicta, illius peremptio, ſive deterioratio,
non pertinent ad donantem, ſive ad hæredes Te-
ſtatoris, ſed ad illum, cui eadem ſpecies aſſignata
reperitur. *Cazman. de Eviction. q. 30. n. 74. & ſeq. Pe-*
gnattell.

gnatell. conſult. 720.*num.*2.*& ſeq. tom.*9.*Palma alleg.*181.
& 182.*n.*1.*& ſeqq. & Rot.dec.*283.*nu.*24. *part.*7.*dec.*62.
*n.*9. *par.* 11. *rec. & coram Cerro dec.*433. *& in Romana*
Locorum Montium 21. *Martii* 1694.§.*Abſque eo quod*, *cor.*
Benincaſa.

Eodem modo, quo Fundator Eccleſiæ, ſive Bene-
ficii, poſtquam à principio aſſignavit fundum ſufficien-
tem, non poteſt cogi, dimioutis redditibus, ſive fun-
7 do perempto, ad ſupplendum, ſive novam dotem tra-
dendam, ſed decrementum ſuperveniens cedit damno
Eccleſiæ, ſive Beneficii. *Paſqualig. de Sacrif.Novæ Le-*
*gis tom.*2.*tit. de legat.pro celebrat.Miſſ.quæſt.*1026.*num.*3.
*Lotter.de Re Benef.l.*2.*quæſt.* 14.*num.*12. *Palm.alleg.* 182.
*num.*2. *Rot.cor.Cerr.d.dec.* 433. *& in recen.dec.* 68. *nu.* 7.
8 *& ſeq.part.* 11. Neque in hoc caſu operatur favot piæ
cauſæ; nam cum permiſſio, ſive aſſignatio ſit taxati-
va, itaut noluerit Teſtator aliud legare, quàm fundum,
ſive quantitatem traditam, favor piæ cauſæ nequit
extendere obligationem. *Roſa conſult.*61. *nu.*4. *De Luc.*
de Legat.diſc. 24.*n.*4. *& ſeq. Palm.d. alleg.*182. *n.*1.*& dec.*
57. *per tot.*& generaliter *Rot.dec.*488. *part.*19.*rec.* Et ita
reſolvit *Sacr.Congr.Conc. in Romana de anno* 1709. in cu-
jus caſu quidam, pius Oblator obligaverat ſuos hære-
des ad tradendum Capitulo S. Mariæ Trans Tyberim
pro celebratione Miſſarum, aliorumque onerum, tot
Loca Montium, aſcendentium ad redditum anouum
ſcutorum quinquaginta quinque, ac proindè cum poſt
aſſignationem factam ab ejus hæredibus, & accepta-
tionem ipſius Capituli, ſecuta eſset diminutio dicti red-
ditus propter extractiones ipſorum Locorum, cenſuit
eadem Sacra Congregatio, hæredes non teneri ad ſup-
plendum, cum jam ſuæ ſatisfecerint obligationi, ut
9 in reſponſione ad primum dubium; & inſuper io re-
ſponſione ad ſecundum dubium, cenſuit, non eſse lo-
cum reductioni oneris injuncti propter rationem in al-
tera ſuperiori adnotatione inſinuatam, nempè quia a-
gebatur de obligatione ſuſcepta per actum inter vivos:
& io caſu conſimili, io quo Teſtator dixerat -- *laſcio*
al Cappellano, acciò celebri ogni giorno in perpetuo, l'entra-
te di pigione ec. -- reſpondit, hæredes non teneri ad
ſupplendum *in Urbinaten.*29.*Junii* 1697.

Cæterùm, ut diximus, ſi Teſtator incepit ab onere,
licet taxaverit poſtea emolumentum dandum Capel-
lano, pro celebratione Miſsæ, hæres tenetur ad ſup- 10
plendum, ut decrevit *Sacra Congregatio Concilii in Cle-*
*men.*17. *Auguſti* 1617. in cujus caſu dixerat Teſtator --
laſcio, che in rimedio dell' anima mia perpetuamente ſia
fatta celebrare una Meſſa quotidiana all'Altare, con l'ele-
moſina al celebrante di Scudi 60. -- & eadem Sacra Con-
gregatio reſpondit, hæredem teneri ad ſupplendum
pro celebratione Miſsæ quotidianæ.

Advertendum eſt circa hanc materiam primò, quòd
obligatus ex aliquo legato ad celebrare faciendum a-
liquas Miſſas in perpetuum in aliqua Eccleſia, ſatiſ- 11
facit ſuæ obligationi dando Præsbyteris, ſive Regu-
laribus ejuſdem Eccleſiæ, eleemoſynam manualem,
cum tali caſu eis non ſit debita eleemoſyna ad ratio-
nem perpetuæ, quæ, ut alibi dictum eſt, io majori
ſumma taxatur, ut cenſuit eadem *Sacra Congregatio*
27. *Junii* 1699. Quod procedit etiamſi Teſtatot relictis
bonis cum onere celebrare faciendi tot Miſsas ad ra-
tam fructuum percipiendorum, taxaverit eleemoſy- 12
nam ultra manualem; nam etiam in hoc caſu poteſt
hæres ſibi retinere quod ſupereſt ultra dictam eleemo-
ſynam manualem, ut pariter cenſuit *eadem Sacra Con-*
gregatio in Sancti Severini 18. *Julii* 1699.

Secundo, quòd compoſitio obtenta à R. Fabrica
Sancti Petri pro Miſſis non celebratis nequaquam ſuſ-
fragatur, quando Epiſcopus, ſive Executores judi- 13
cialiter convenerunt hæredem, ſive aliter obliga-
tum, pro adimplemento Miſſarum prætermiſſarum,
ut decrvit *Sacra Congregat. in Venafrana* 22. *Martii* 1698.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

LIBRI TERTII FINIS.

DE MUNERE, AC POTESTATE CANONICORUM MAXIME IN CAPITULO

LIBER QUARTUS, ET ULTIMUS.

ARGUMENTUM.

Quid ſignificet nomen Capituli, & de Capitulo Canonicorum, eorumque capite, nempè Epiſcopo, ſive Prælato inferiori. Et an iſti veniant appellatione Capituli, & de illius convocatione: & ad quem ſpectet illius convocatio; & quomodo providendum, ſi ille, qui tenetur convocare, renuerit; & an Epiſcopus poſſit cogere Canonicos ſe convocare in ejus Epiſcopali Palatio pro agendo de aliquo Servitio Eccleſiæ, aut ipſe in Capitulo intervenire. Et an poſſit prohibere, nè ſe congregent, vel illos arctare ad ſibi revelandum ea, quæ in Capitulis geſta fuerunt.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum quandoque accipitur pro brevi lectione.*
2 *Interdum ponitur pro eo, quod in Statuto unam materiam ab alia diſtinguit.*
3 *Nonnumquam accipitur pro parvo capite.*
4 *Aliquando pro volumine Statutorum.*
5 *Similiter deſignat locum, in quo Canonici congregantur ad res Capitulares peragendas.*
6 *Sæpiùs verò intelligitur pro ipſis Canonicis congregatis.*
7 *In quo ſenſu hic accipiatur hoc vocabulum Capitulum*
8 *Quomodo definiatur Capitulum, remiſſivè.*
9 *Caput principale Capituli, eſt Epiſcopus, vel alius Prælatus, habens Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*
10 *Caput numerale, ſeu in ordine, eſt prima Dignitas Collegiatæ, omnino Epiſcopo ſubjectæ.*
11 *Iſtud caput Collegiatæ venit ſub nomine Capituli*, & num. 25.
12 *Canonici non dicuntur membra hujuſmodi capitis.*
13 *Præfatum Caput eſt membrum nobilius ipſius Capituli.*
14 *Et idcirco in Eccleſia Collegiata habet majorem adminiſtrationem, & digniora Spiritualia exercet.*
15 *Non eſt de eſſentia Capituli habere iſtud Caput in ordine, ſed ſufficit, quòd illud habeat in potentia*, & num. 16.
17 *Deſuncto Capite, major de Capitulo illius locum ſupplet.*
18 *In his Eccleſiis Epiſcopus ſemper eſt Prælatus Principalis.*
19 *Epiſcopus, ſive alius Prælatus, habens Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non venit ſub nomine Capituli, nec dicitur de Capitulo, neque in eo habet vocem*, & n. 20. 21. 22.
23 *Quando Præpoſitus alicujus Collegiatæ Juriſdictionem externam exercens, veniat ſub nomine Capituli*, & num. 24.
26 *Limitatur concluſio poſita* ſub n. 19. *quando Epiſcopus, vel Prælatus principalis, eſſent ſimul ejuſdem Eccleſiæ Canonici.*
27 *Capitulum dividitur in ordinarium, & extraordinarium, & quando, & quomodo utrumque convocetur*, & n. 28.
29 *An enuncianda ſint prius negotia, per Capitulum pertractanda*, & n. 30.
31 *Quando omnes Capitulares ſunt præſentes, poſſunt congregari etiam abſque prævia convocatione, per campanæ pulſationem, aut aliud nuncium*, & num. 32.
33 *Ad Epiſcopum ſpectat convocare Capitulum, ſi illi interveniat ut Epiſcopus.*
34 *Et poteſt id agere, quoties reſolvendum eſt aliquid, reſpiciens Epiſcopalem Dignitatem, vel Eccleſiæ Servitium.*
35 *Si pro Servitio Eccleſiæ vellet Epiſcopus alloqui aliquos Canonicos, tenentur hi vocati accedere ad Palatium Epiſcopi.*
36 *Secus ſi habeas controverſiam cum Capitulo, quia tunc debet adire locum conſuetum.*
37 *Idem dicendum de Prælato principali nullius Diœceſis, à Capitulo ſegregato.*
38 *Epiſcopus interveniens Capitulo ut Canonicus Eccleſiæ, convocat Capitulum extraordinarium, eique præſidet, quemadmodum ordinario.*
39 *Limita, quando alia Dignitas Cathedralis ſolet ex conſuetudine Capitulum congregare.*
40 *In Collegiatis Prima Dignitas coadunat Capitulum extraordinarium.*
41 *Eaque abſente, vel Capitulum congregare negligente, eadem poteſtas transfunditur in ſecundam Dignitatem, vel Canonicum digniorem.*
42 *Limita, niſi hæc facultas alteri de Jure ſpeciali, vel conſuetudine competat*, & n. 43.
44 *Hujuſmodi Statutum dicitur rationabile, & quare.*
45 *Canonicus Camerarius, durante ejus officio, reputatur major cæteris Concanonicis.*
46 *Dignitates, quæ ſunt de gremio Capituli, tenentur officium Camerariatus, & alia onera Capitularia ſubire, ſicuti Canonici.*
47 *Capitulum coadunandum eſt, ſemper, & quandocunque per Capitulares inſtatur.*
48 *Etiamſi per unum tantum Canonicum fiat inſtantia, qui negotium non leve proponere cupiat.*
49 *Quid ſi ii, ad quos ſpectat, neglexerint, vel recuſaverint Capitulum congregare*, & n. 50.
51 *Expirante termino præfixo ad expeditionem alicujus actus, minor pars poteſt monere majorem, ut conveniat ad Capitulum; eaque renuente, negotium expedire.*
52 *Non poteſt Epiſcopus prohibere Canonicis, nè ſe capitulariter congregent, neve cogere, ut ſibi patefaciant, quæ ibi velint proponere.*
53 *Neque tenentur Canonici in negotiis Capitularibus Epiſcopum admittere in Capitulo.*
54 *Multoque minùs id prætendere valet Vicarius Foraneus in Collegiatis Diœceſis.*
55 *An pro quolibet negotio, & qualibet hora poſſit congregari Capitulum à Prima Dignitate, ſeu ab alio, ad quem ſpectat.*
56 *Capitulum non eſt celebrandum tempore Divinorum Officiorum.*
57 *Intellige, niſi urgens neceſſitas id expoſcat.*
58 *Contrarium facientes perdunt Diſtributiones.*
59 *Diebus Feſtis de præcepto Capitulum coadunari non congruit.*
60 *Declara, niſi ex urgenti cauſa differri non poſſit.*
61 *Si dies Capituli ordinarii in diem Feſtum incidat, transfertur in ſequentem diem profeſtum.*
62 *Tempus opportunius pro celebrando Capitulo videtur eſſe poſt Veſperas, & Completorium.*
63 *Qui locus deputandus ſit pro Capitulo.*

TI-

Digitized by Google

TITULUS I.

VOcabulum, ſive nomen *Capitu-*
lum, variam, multiplicemque
1 habet ſignificationem: Quan-
doque ſtat pro brevi Lectione,
ex Sacro eloquio deſumpta,
quæ legitur in ſingulis horis
Conanicis, prout adnotarunt
Carol. Macign. de Hor. Can. c. 41.
num. 2. & Card. Bellarm. de Bon.
Oper. l. 1. c. 14. Interdum poni-
2 tur pro Statuto ſub una rubrica; ut unam materiam
ab alia diſtinguat. *cap. Quod in dubiis, de ſent. excom.*
Rot. Rom. p. 1. diverſ. dec. 227. n. 2. Nonnuoquam accipitur
diminutivè, quaſi parvum Caput. *Ant. de Butr. ſuper*
3 *c. Capitulum, de reſcript.* Aliquando pro Volumine Sta-
tutorum, ut in *Auth. Caſſa C. de Sacroſ. Eccleſ. ubi Ca-*
4 *pitulu 1. Statuta.* Aliàs deſignat locum conſuetum, in
quo Canonici congregantur, & res Capitulares for-
5 mantur. *cap. in cauſis, de elect. Abb. antiq. in cap. Congre-*
gato, eod. tit. num. 2. Bald. in c. cum M. de conſt. Sæpiùs
verò intelligitur pro Conventu, ſive collectione ipſo-
6 rum Canonicorum, videlicet pro his congregatis. *cap.*
5. in fin. diſt. 15. Daoyz. in Repert. Jur. Can. V. Capitulum,
n. 1. Graff. tit. de Præb. l. 3. conſ. 4. num. 10. tom. 2. Azor.
Inſt. Mor. part. 2. lib. 3. cap. 37. in quæſt. 1. ac Brancat.
in Epit. Sac. Can. V. Capitulum. In quem ſenſum nos hìc
7 accipimus, dum explanare intendimus, quid agere va-
leant, vel nequeant Canonici, maximè in Capitulo.
Dixi maximè io Capitulo; nam, & aliquid dieere
oportet de his, qoæ extra ſacere poſſunt.

Ad clariorem dicendorum cogoitionem, & intelli-
gentiam, revocanda eſt ad memoriam definitio Capi-
8 tuli, quam innuimus ſupra *l. 1. n. 58.* & inveſtigandum;
nunquid ſub nomine Capituli veniat Caput. Ad quod
reſpondeo, hujuſmodi Caput duplex eſſe, nempè prin-
9 cipale, & numerale. Principale eſt Epiſcopus, ſive
alius Prælatus, habens Territorium, & Juriſdictionem
qoaſi Epiſcopalem. *gloſ. in Clem. 1. de reb. Eccl. non alien.*
Felyn. in cap. Cum olim, num. 18. de præſcript. Numerale
eſt Prima Dignitas Collegiatæ, omninò Epiſcopo ſub-
10 jectæ, quòd cum ſit Caput in ordine, & unitum Ca-
11 pitulo, venit ſub nomine Capituli. *Franc. Marc. dec.*
12 *39. n. 4.* Et Caoonici non dicuntur membra hujuſce-
modi Capitis; ut obſervant *Gemin. in cap. Statutum,*
de elect. Jo: Andr. ſuper cap. cum M. de conſt. Carol. Baſſ.
de Canc. c. 2. & congruunt tradita per *Decium conſ. 194.*
num. 7. Vivian. in cap. Novit. de bis q. f. à Prælat. Rot. de dol.
& contum. dec. 11. in antiq. Præſatum tamen Caput ou-
merale, ſive in ordine, eſt membum nobilius ipſius
13 Capituli; ita docent *text. cap. inter, & ibi gloſ. 1. de*
elect. Hoſt. in cap. Poſt electionem, de conceſſ. Præb. Abb. ibid.
& in cap. Dilecti, de major. Dec. in c. Eam te, de reſcript.
Felyn. in proœm. Decretal. num. 14. Farinac. dec. 465. n.
2. part. 1. & Coccin. dec. 282. num. 2. Idcircò in Eccleſia
Collegiata habet majorem adminiſtrationem, atque
14 in ea digniora Spiritualia exercet, ut conſiderat *Rot.*
apud Caputaq. dec. 219. num. 3. part. 1. Non eſt de eſſen-
tia Capituli hujuſmodi caput in ordine, ut poſt alios
15 tradit *Franc. Marc. dec. 801. n. 1. & dec. 1027. n. 4.* ſed ſuf-
ficit, quod illud habeat in poteotia, ut ioquit *Merlin.*
16 *controv. For. c. 6. n. 20.* Undè eo deſuncto, vel abſente,
remanet Capitulum, & antiquior Canooicus, hoc eſt
17 major de Capitulo, reſtat caput: *Jo: Andr. in c. 1. tit. Nè*
Sed. vac. aliq. innov. Abb. ſuper c. Poſcitur, de his quæ fiunt à
m. p. Cap. Rom. conſ. 436. & Nicol. de Mil. l. c. V. Canonicus, n.
46. & in his Eccleſiis Epiſcopus ſemper eſt Prælatus
18 principalis. *Oldrad. conſ. 67. n. 3. Grat. l. c. c. 865. n. 35.*

Epiſcopus, ſive Prælatus, gaudens Juriſdictione
quaſi Epiſcopali, licèt tam ille in Cathedrali, quàm
iſte in Collegiata, ſemper ſit Caput priocipale Capi-
19 tuli, ut innuimus; nihilominus regulariter non veniunt
nomine Capituli, nec dicuntur eſſe de Capitulo, ne-
que habent vocem in negotiis Capitularibus. *gloſ. in*
Clem. Ut hi, de ætat. & qualit. Ant. de Butr. in c. ex parte,
n. 4. de reſcript. Dec. in cap. Significatum, num. 1. de Præb.
& in cap. Nullus num. 11. de elect. & Selv. de Benef. part. 2.
20 *quæſt. 22. num. 9.* Ratio eſt, quia ſunt contradiſtincti,
& ſegregati à Capitulo. *Abb. in d. cap. Poſt electionem.*
Barb. ibid. num. ult. Em. Sa V. Prælatus, num. 3. Afflict. dec.
265. num. 20. Verall. dec. 153. num. 3. part. 1. Coccin. dec.
293. Marta Dig. nov. part. 6. tit. Abbas, num. 12. & ſuade-
tur ex diverſitate titulorum, io Corpore Juris exiſten-
tium, ubi alius eſt titulus, De his, quæ fiunt à pro-
prio Prælato, & alius De his, quæ fiunt à majori par- 21
te Capituli, ut notat *Abb. in 2. part. proœm. Decret. n. 21.*
Quod optimo Jure factum fuit, nè principalis Prælati
nomen ſuprimeretur à Capitulo, & extinctum rema- 22
neret: prout conſiderant *Abb. in c. Poſtulaſti, n. 12. de con-*
ceſſ. Præb. & Gonzal. loc. cit. gloſſ. 45. n. 57.

Si tamen accidat, quòd Summus Pontiſex diſmem-
brato ab aliquo Epiſcopatu aliquo Territorio, princi-
palem Oppidi Eccleſiam ia Collegiatam erigat, confe-
rendo eaternam Juriſdictionem Præpoſito, qui cum aliis 23
Dignitatibus, & Canonicis ſimul Capitulum faciat,
& in eo vocem habeat in omnibus actibus Capitulariter
expediendis: tunc idem Præpoſitus comprehenditur, &
venit ſub nomine Capituli; quamvis habeat Juriſdi-
ctionem in Capitulares, uti ſingulos extra Capitulum,
nullam tamen retinet Juriſdictionem in Canonicos Ca-
pitulariter adunatos; ita reſolutum fuit à *Rot. in una*
Piſcien. 14. Januarii 1658. coram D. Albergato. Nec officit,
quòd legatur in Bulla erectionis ſepatatè Præpoſitus,
& Capitulum, quia ut ait *Rota in alia Piſcien. 24. Mar-*
tii 1659. id fit ratione Dignitatis, & præeminentiæ 24
Perſonæ; prout etiam in literis miſſivis communibus
omoibus Canonicis, ac Præpoſito exempto, qui ſit de
Capitulo, ſcribitur à tergo, *Præpoſito, & Capitulo Ec-*
cleſiæ, &c. ut inquit *Jo: And. in proœm. Decret.* Licèt ſatis
eſſet ſcribere dumtaxat *Capitulo &c.* Et à fortiori in his
terminis ſufficit in Eccleſia, Epiſcopo ſubjecta, nomina-
re dumtaxat Capitulum, cujus nomioe omoi dubio pro-
cul comprehenditur ejus Caput numerale, quamvis con- 25
gruè poſſit ſcribi honoris gratia Abbati, & Canoni-
cis: ut deſumitur ex traditis per *Rebuff. conſ. 42. nu. 2.*

Epiſcopus, vel Prælatus principalis diviſus à Capi-
tulo, (licèt, ut diximus, non veoiant ejus nomine,) 26
includuotur tamen, ſi ſimul eſſent ejuſdem Eccleſiæ
reſpectivè Canonici, ut poſt alios adnotavit *Franc. Pa-*
vin. de Off. & Pot. Cap. Sed. Vac. præl. 3. Capitulum eſt no-
men collectivum, & quandoque vocatur Cœtus, Col-
legium, Congregatio, Conventus, Fraternitas, So-
cietas, ſed ut plurimum Canonicorum collectio, & ſic
Capitulum. Diſtinguitur in ordinarium, & extraordi-
narium: Ordinarium ſingulis menſibus, vel hebdo-
madis, juxta Statuta, vel Eccleſiarum conſuetudinem, 27
ad ſonum Campanæ congregari ſolet. *Pavin. l. c. præl. 2.*
n. 2. Bald. conſ. 83. vol. 1. Bertach. de Epiſ. p. 3. n. 10. Capitu- 28
lum extraordinarium fit ſecundum negotia, quæ uti-
liter tractanda occurrunt per Canonicos, qui ad id de
mandato ejus, ad quem ſpectat, convocantur per ali-
quem Clericum, vel citantur per Nuncium. *gloſ. Su-*
per cap. Si de Capitulo, tit. de conceſſ. Præb. Calder. conſ.
2. & 3. de conſt. & bonum erit per eundem Clericum 29
enunciare negotium pertractandum, niſi ſit de ſecretis:
ita inquit *Garc. de Ben. part. 3. c. 2. n. 574.* At mihi me- 30
lius videtur negotia Capitularia io una Congregatio-
ne proponere, & reſolutionem in altera diſſerre; tem-
pore eoim indigemus, ut valeamus cuncta rimari. *c.*
Ponderet. diſt. 50. Gavan. in Man. V. Capitulum, n. 24. Cobell.
loc. cit. c. 31. n. 166. videndus.

In eventu, quo omnes Capitulares eſſent congre-
gati abſque dicta Campanæ pulſatione, aut alia con-
vocatione, adhuc poſſent res Capituli capitulariter tra- 31
ctare, vel reſolvere; namque ex his omiſſis nemo læ-
ditur. *Dec. videndus conſ. 129. n. 1. & Purpurat. conſ. 410.*
n. 3. p. 2. & alii. Siquidem ſolemnitas, ut ſupra, ſolùm 32
attenditur, quando non omnes & ſinguli ſunt præſen-
tes in loco Capitulari. *Innoc. ſuper c. Cum nobis, nu. 3.*
de Elect. Felyn. c. Cum certum, n. 1. de maior. Card. Tuſc. lit.
V. concluſ. 256. n. 6. Angel. conſ. 45. in fin. V. de forma. Quæ- 33
res ad quem ſpectat convocare Capitulum, & reſpon-
deo: ſi Epiſcopus interveniat Capitulo ut Epiſcopus,
ad ipſum pertinet Capituli convocatio. *Innoc. ſuper c.*
5. de major & obed. Bott. de Synod. part. 1. n. 21. & poteſt id
agere quotieſcunqoe venit reſolvendum aliquid reſpi- 34
ciens Epiſcopalem Dignitatem, vel Eccleſiæ ſervi-
tium: *Abb. in c. Venerabili, de cenſib. in fin. Ricc. p. 4. dec.*
286. n. ult. Nald. V. Epiſcopus, n. 19. & determinavit *S.*
Epiſc. & Regul. Congr. 30. Julii 1617.

23 *Quid, ſi Caput Capituli renueret illud congregare.*
24 *Quomodo fieri debeat iſta convocatio.*
25 *Convocator non tenetur notum facere Capitularibus, quid in Capitulo agendum ſit.*
26 *Liberum eſt Capitularibus, audita materia propoſita ad deliberandum, dilationem petere ad maturiùs reſpondendum.*
27 *Circa quod, ſi alteretur ſtylus, & conſuetudo, vel Statutum, poſſunt Capitulares actum irritare.*
28 *Facultatem congregandi Capitulum habet etiam Epiſcopus*, & n.30.
29 *Super quibus negotiis Epiſcopus convocare poſſit Capitulum*, & n.31.
32 *Aliter dicendum eſſet, quando ex conſuetudine, vel Jure ſpeciali Epiſcopus jus haberet interveniendi in omnibus Capitulis.*
Si tamen ageretur de ſuo, vel ſuorum privato intereſſe, facta convocatione, exire deberet de Capitulo eadem num. 32.
33 *Epiſcopo tamen non competit jus votandi.*
34 *Niſi eſſet ſimul Canonicus.*
35 *Quando Epiſcopus vult aliquid proponere in Capitulo, tenetur accedere ad Aulam Capitularem, niſi contraria adeſſet conſuetudo.*
36 *Dum intervenit in Capitulo, habere debet præſidentiam, tam in ſeſſione, quàm in cæteris rebus.*
37 *Vicarius Generalis Epiſcopi facultatem non habet convocandi, & interveniendi in Capitulo, niſi ſit Canonicus.*
38 *Secus, ſi contraria adeſſet conſuetudo.*
39 *Vel quando ageretur de rebus, in quibus de Jure requiritur conſenſus, ſive conſilium Capituli.*
40 *Vicarius poſſet intervenire in Capitulo ad ſedandas factiones, & tumultus.*
41 *In caſu, quo Epiſcopus poteſt intervenire in Capitulo, certiorari debet de convocatione facienda.*
42 *Epiſcopus cogere poteſt Capitulum ad exhibitionem Librorum, in quibus adnotantur Reſolutiones Capitulares.*
43 *Idque procedit etiam quoad Vicarium Capitularem, & reſpectu eorum, quæ concernunt particularia negocia Capituli.*
44 *Canonici omnes tenentur ſubire Officia Capitularia, ad quæ eliguntur.*
45 *Nec ab iis acceptandis eximi poteſt etiam Vicarius Capitularis.*
46 *In Congregationibus Capitularibus priùs agendum eſt de iis, quæ concernunt cultum Divinum, & Eccleſiæ, & Chori ſervitium, ac demum de temporalibus negotiis.*
47 *Ab iis pariter arcendæ ſunt clamoſæ, & contentioſæ confabulationes.*
48 *Prædictæ Congregationes habendæ non ſunt tempore Divinorum Officiorum, niſi urgeat neceſſitas.*
49 *Itemque Congregationes particulares Commiſſariorum Capituli pro revidendis computis, nec pariter ex eadem cauſa occupandi Beneficiati.*
50 *Nec etiam Epiſcopus poteſt exigere redditionem rationum à Capitularibus eodem tempore Divinorum Officiorum.*

ANIMADVERSIONES.

LIcèt aliqua obiter adnotata ſint circa convocationem Capituli, ad hoc ut actus Capitulares validitatem obtineant, hic plenius pertractabimus de hujuſmodi convocatione, ac poteſtate Capitulum convocandi.

Ac primo præmittimus, convocationem fieri debere regulariter in loco ſolito, quamvis Collegiales, majorem partem Collegii conſtituentes, valeant etiam ſine cauſa mutare locum, dummodo id non fiat in fraudem, & notificetur aliis de Collegio, & locus alio-
2 quin ſit honeſtus, & tutus ad illum pateat acceſſus, & non ſit clandeſtinus, ut etiam in terminis electionis Canonicæ, quæ fieri ſolet regulariter in Eccleſiis, docet *Fagn. in cap. Quia propter, numer.* 68. *& ſeq. de elect. & in cap. Cum ex injuncto num.* 20. *de nov. oper. nunciat. Tambur. de Jur. Abb. tit.* 1. *diſput.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 33. *Paſſerin. de Elect. Capit.* 12. *numer.* 11. *De Luc. de Regul. diſc.* 53. *Rev. Petr. ad Conſt.* 1. *Leon. ſect.* 2. *num.* 21. *pag.* 58. *tom.* 1. Et ratio eſt, quia ubi ſunt Capitulares legitimè congregati dicitur adeſſe Capitulum, 2
& validè expletur actus Capitularis. *Rot. poſt Tamburin de Abbat. dec.* 31. *num.* 8. *& in rec. dec.* 36. *part.* 6. & alioquin in Jure non eſt præfinitus locus, in quo Capitulum ſe congregare debeat pro ſubſtantia actus Capitularis, ideo nulla exiſtente cauſa, poteſt per majorem partem mutari, ſicuti per Capitulum, in majori parte coadunatum, poteſt limitari tempus à Statuto, vel Jure præfixum ad electionem, vel alium actum 3
gerendum. *Gloſſ. in capit. Cum nobis* 19. *V. revocare de elect. ubi Abb. num.* 9. *verſic. ſed hæc cauſa. Anchar. num.* 4. *ad fin. & Imol. ſub numer.* 11. *Petr. loc. cit. verſ. Ego autem.*

Limitanda tamen eſt hæc generalis aſſertio, quando agitur de intereſſe alterius perſonæ, quæ non ſit de Ca- 4
pitulo, & habeat jus in eo interveniendi, vel quòd illud congregetur in aliquo peculiari loco, quo caſu mutatio ſoliti loci non eſt permiſſa; undè cum Capitulum Turritanum ſolitum eſſet congregari in Aula Palatii Archiepiſcopalis, cenſuit *Sac. Cong. Concil. ſub die* 20. *Novembris* 1650. ſervandam eſſe conſuetudinem, nec eidem Capitulo licere alibi ſe coadunare, & iterum ſub *die* 14. *Junii* 1651. in qua reſpondit, locum Aulæ Archiepiſcopalis non eſſe immutandum, ſed quando agendum de intereſſe privato ipſius Archiepiſcopi, ipſum, & ejus Vicarium abſtinere ab intereſſentia in Capitulo.

Item limitanda quoties mutatio fieri prætenderetur à Præſidente Capituli, vel à minori ejus parte; quia 5
ab his non poteſt alterari ſolitum, niſi adeſſet legitima cauſa, ut advertit idem *Petr. ad d. Conſt. Leon. ſect.* 2. *n.* 21. *verſ. Ego tamen, in fine.*

Excepto caſu electionis Canonicæ, nempè Prælati, quam decet fieri in Eccleſia. *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.* 6
1. *cap.* 19. *n.* 118. Locus pro cogendo Capitulo meliùs accomodatus eſt, vel Sacriſtia, vel alter intra ambitum Eccleſiæ, non autem Chorus, qui eſt locus oratio- 7
nis, ut advertit *Rot. dec.* 363. *num. fin. part.* 18. *rec.* Si tamen adeſſet conſuetudo ſaltem decennalis, & fieret ſine ſtrepitu, & ſcandalo, in Eccleſia omnino vitandis, poſſent etiam in Choro fieri actus Capitulares. 8
Innocent. in c. cum ex injuncto, num. 2. *verſ. unde videtur, de Nov. oper. nunc. Rot. dec.* 770. *num. fin. part.* 18. *tom.* 2. *recen.*

Quatenus pertinet ad auctoritatem convocandi Capitulum, ea reſidet potiſſimum apud majorem, ſeu 9
digniorem de ipſo Capitulo. *Innoc. & Hoſtienſ. in cap.* 1. *de majorit. & obed. Fagnan. in cap. ut Abbates, de ætat. & qualit. Sacra Congregatio Rit. in Neapolitana* 24. *Januarii* 1698. *ad* 5. Quod procedit etiamſi Dignior non ſit in Sacris Ordinibus conſtitutus, nec votum habeat, quia nihilominus ad illum ſpectat convocatio, & præſidentia in Capitulo, & literas Capitulares aperire. *Ni-* 10
col. Lucubrat. Canonic. l. 1. *tit.* 14. *de ætat. & qualit. Monacell. Formular. tit.* 2. *formul.* 4. *n.* 24. *tom.* 1. & relatis noviſſimis reſolutionibus *Sacræ Congregationis Concilii, Petr. ad Conſtit. Leonis Magni ſect.* 2. *num.* 46. ac proponere Reſolutiones Capitulares, & Vota Canonicorum exqui- 11
rere, ut cenſuit *Sacra Congregatio Concilii in Camerinen.* 27. *Januarii* 1691. *lib.* 41. *Decret. fol.* 44. *ter.* ibi *Sacra &c. cenſuit, Primam Dignitatem, poſt factam propoſitionem ſuper negociis à Capitulo decidendis, poſſe quidem animi ſui ſenſum immediatè proferre, ſed priùs quàm proprium ſuffragium, ſeu votum extradat, teneri audire conſultationes aliorum Canonicorum.*

Poteſt tamen hujuſmodi Jus convocandi Capitulum ſpectare ad Decanum, vel alium de Capitulo, Statuto, vel conſuetudine, ut evenit in Eccleſia Lucana, in 12
qua convocatio, & præſidentia in Capitulo, ſpectat ad Canonicum nuncupatum interiorem Sacriſtam, & admittunt Canoniſtæ in *d. c.* 1. *de majorit. & obed. & Fagnan. in c. Poſtulaſtis, de conceſſ. Præb. & in d. c. ut Abbates, a.* 27. *cum aliis in Gerunden. Juriſdictionis.* 14. *Junii* 1702. *§. Deinde, cor. Emin. Priolo*, & conceſſa facultate convocandi, neceſſariò ſequitur facultas præſidendi, & 13
alia juxta præmiſſa gerendi. *Barboſ. d. c.* 35. *n.* 1. *& ſeq. Rot. in d. Gerunden. ſuper dub. Juris præſidendi in Capitulo, eadem die* 14. *Junii* 1702. *cor. eod.*

Habent autem Capitula Cathedralium, ſive Collegiatarum, ad differentiam Clericorum inferiorum, etiamſi ſint Beneficiati, qui Collegium non conſtituunt, Jus

ſeſe congregandi abſque alicujus licentia, ac negotia
capitularia expediendi, juxta ſancita per Concilium
Tridentinum ſeſſ. 25. c. 6. de reform. ibiq. Barboſ. num. 42.
& planè Frances de Eccl. Cathedral. cap. 22. à num. 66.
ad 71. Rot. dec. 112. n. 8. 9. & 10. part. 7. recen. & re-
ſolvit Sacr. Congregatio Concilii in Brunduſina 17. Januar.
1684. ſcribens Archiepiſcopo dictæ Eccleſiæ, ibi --
la Sacra Congregazione ha riſolato, che il Capitolo ſia li-
bero di congregarſi quando vuole, purchè non ſia in pregiu-
dizio del culto Divino, onde non ſi puole obbligare à diman-
dar licentia -- idemque fuit definitum in una Guzu-
len. 9. Maji 1637. ibi -- Congregatio Concilii cenſuit, poſſe
Canonicos convocare Capitulum abſque Epiſcopo ſine illius
licentia, niſi agatur de rebus Menſæ Epiſcopalis.

Et ratio eſt, quia licentia Epiſcopi requiritur in
caſu dumtaxat, quo velint ſe congregare perſonæ Ec-
15 cleſiaſticæ, quæ Collegium non conſtituunt, ut per
Gloſſ. in cap. Dilectam V. Inobeatis, de exceſſib. Prælat. &
benè probat Rot. dec. 112. n. 5. & 6. part. 7. rec. Quod
tamen intelligendum eſt, quatenus non adeſſet contra-
16 ria conſuetudo, ut Capitulum requireret Epiſcopi li-
centiam, ut nuper cenſuit Sacra Congregatio in Melevi-
tana Synodi 2. Julii 1707. in qua reſpondit, ſuſtineri
Synodalem Conſtitutionem, per quam ſtatuebatur,
quòd Capitula congregarentur de Epiſcopi licentia,
juxta morem: Quando autem Capitulum eſt ſolitum
17 congregari abſque dicta licentia, non poteſt Epiſcopus
hujuſmodi conſuetudinem immutare, ut ex decretis
relatis à Barboſ. de Canonic. cap. 35. num. 4. & Pignatell.
conſult. 154. num. 1. & ſeqq. tom. 4. Petra ad d. Conſtit. Leo-
nis Magni ſect. 2. num. 48. tom. 2. Sicuti quando conſue-
tudo aſſiſtit Epiſcopo, non poteſt idem prætendere,
18 ut Capitulum ſe declaret de quibus negotiis agendum
ſit, ut firmant Barboſ. & Pignatell. loc. cit. Cæterum
non obſtantibus prædictis, non prohibetur Epiſcopus
ex aliqua gravi, & rationabili cauſa aliquando ſu-
ſpendere, vel prohibere convocationem Capituli. Cri-
ſpin. de Viſit. part. 2. §. 30. num. 3. & 4. Pignatell. conſult.
154. n. 6. tom. 4. & relatis reſolutionibus Sac. Congrega-
tionis Epiſcoporum in Rhegien. 4. Junii 1704. & Sac. Con-
greg. Concilii in Lauretana 6. Februarii 1700. Monacell. in
Formular. Eccleſ. formul. 4. tit. 2. n. 25. t. 1.

Quamvis, ut diximus, convocatio Capituli ſpectet
ad illius Caput, ſive ad alium juxta conſuetudinem,
attamen non eſt reſrænatum arbitrium Capituli illud
20 convocandi. Abb. in cap. cum à nobis, num. 5. de elect. &
probat Text. in c. 1. de his. quæ fiunt à major. part. Capit.
hoc tamen procedit, ſi omnes de Capitulo conveniant,
21 ad Text. in c. bonæ 36. ubi Gonzal. n. 7. de elect. nam ma-
jor pars poterit ſolùm cogere Caput Capituli ad con-
vocationem faciendam mandato Superioris legitimi.
Abb. ubi ſup. num. 4. verſ. ex hoc. Petr. ad Conſt. Leon. Magn.
ſect. 2. nu. 46. Rot. in Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo
2. Julii 1700. coram dell' Olmo. Si autem Caput Ca-
pituli renueret illud congregare ſine juſta cauſa, facta
eidem debita requiſitione pro parte Capituli, convo-
23 catio fieri poteſt à ſequenti in gradu, cum attenta
contumacia illius, qui debet congregare, devolvatur
Jus ad ſequentem. Petra ubi ſup. n. 47. Rot. in d. Gerunden.
14. Junii 1702. coram Priol. & ita reſpondit Sacr. Congre-
gatio Concilii in Piſtorien. 12. Junii 1715. quæ inferiùs ha-
bebitur per extenſum relata.

Iſta convocatio fieri debet reſpectu præſentium per
24 Campanæ pulſationem, ſive alio modo, juxta ſolitum.
Gonzal. in cap. unic. num. 9. de Syndic. Paſſerin. cap. 10. num.
49. de elect. Pignatell. conſult. 43. num. 1. Rot. dec. 1247. num.
1. cor. Seraphin. ac debet publicari dies, hora & lo-
cus, & certiorari Capitulares præſentes per diem ante
Gloſ. in cap. ſi de Capitulo, de conceſſ. Præb. Calderin. con-
ſil. 2. & 3. conſtit. & citat. Ceccoper. lib. 4. num. 7. & 8. Pe-
tra ubi ſup. num. 47. Rot. cor. Puteo dec. 245. lib. 3. Quan-
do autem, & quomodo convocandi ſint abſentes, alibi
notatum fuit. Non tenetur tamen Convocator notum
facere Capitularibus, quid in Capitulo ſit agendum,
25 ut declaravit Sac. Congregatio Concil. in Lunen. Sarza-
nen. 12. Martii 1655. ad 4. quia Capitularibus liberum
eſt, audita materia propoſita ad deliberandum per Ca-
26 put Capituli, dilationem petere ad conſultiùs reſpon-
dendum, ut advertit idem Petra loc. cit. n. 45. & circa hoc
eſt advertendum, quòd attendendus eſt ſtylus, & con-
27 ſuetudo ſive Statutum, quo alterato, ſemper Capitula-
res poſſunt actum irritare. Paſſerin. d. c. 10. nu. 49. & alii
ſupra relat.

Facultatem congregandi Capitulum habet etiam Epi- 28
ſcopus juxta præſcriptum Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap.
6. de ref. ibi -- quòd ſi aliquid Canonicis ad deliberandum
proponant, nec de re, ad ſuum, vel ſuorum commodum
ſpectante agatur. Epiſcopi ipſi Capitulum convocent, &
Vota exquirant, & juxta ea concludant. Barboſ. ibid. n.
43. & 46. cum aliis in Hiſpalen. Juris præſidendi in Capi-
tulo 2. Julii 1700. §. Fortiùs, cor. dell' Olmo. Undè E-
piſcopus non poteſt convocare Capitulum pro nego-
ciis, & actibus Capitularibus, ac reſpicientibus ad-
miniſtrationem illius bonorum, ſed tantùm quoad ea, 29
quæ concernunt Dignitatem Epiſcopalem, ut diſtin-
guit idem Concilium loc. cit. ibi -- cæteris autem in rebus,
Capituli Juriſdictio, & poteſtas, ſi qua ei competit, &
bonorum adminiſtratio ſalva, & intacta omnino relinqua-
tur. Barboſ. de Pot. Epiſ. alleg. 73. n. 17. verſ. ſi Epiſcopus,
& reſolvit Sac. Cong. Concil. in Pharen. 13. Novembris
1649. ſol. 4. -- Primò quæritur, an Epiſcopo liceat
propria auctoritate Capitulum convocare abſque alia
requiſitione illius, ad quem ſpectare prætenditur con-
vocatio. Secundò, an Epiſcopus negotia in Capitu-
lo propoſita, & non reſoluta ob varietatem Voto-
rum, poſſit decidere, & terminare -- Sacra &c. ad
primum, reſpondit affirmativè, dummodo non agatur de 30
ſuo, vel ſuorum commodo privato. Ad ſecundum, Epiſco-
pum non poſſe; Siquidem Epiſcopus in rebus pertinen- 31
tibus ad Capitulum nullum habet Votum. Rot. dec. 37.
n. 1. & dec. 156. nu. 18. p. 12. rec. Quod tamen limitatur,
quando ex conſuetudine, vel ex Jure ſpeciali, Epiſco- 32
pus jus haberet interveniendi in omnibus Capitulis,
quia eſſet ſervanda, excepto caſu, quo agendum eſſet
de ſuo, vel ſuorum privato intereſſe, quia in hoc caſu,
facta convocatione, deberet exire de Capitulo, Pe-
tra ad d. Conſtit. Leon. Magn. ſect. 2. n. 58. Rot. in Gerunden.
Juriſdictionis ſuper exhibitione Reſolutionum Capitularium
12. Junii 1703. §. Pro utroque, cor. Emin. Priol. & in
d. Hiſpalen. 2. Julii 1700. §. Similiter, cor. dell' Olmo. 33
Non tamen in dicto caſu Epiſcopo competeret Jus vo-
tandi, cum hoc ſolùm ſpectet ad Capitulares, ut cen-
ſuit ead. Sac. Cong. relata à Petr. loc. cit. num. 59. & di-
xit Rot. in d. Hiſpalen. §. Prout, niſi Epiſcopus eſſet ſi-
mul Canonicus, quia tunc tanquam pars Capituli poſ- 34
ſet unicum tantùm Votum præſtare. Rot. dec. 278. n. 1.
& 2. & dec. 156. n. 17. & ſeq. p. 12. rec.

Quoties verò Epiſcopus vult aliquid proponere in
Capitulo, tenetur accedere ad ſolitam Aulam Capitu-
larem, nec poteſt cogere Canonicos ad accedendum ad 35
ſuum Palatium, niſi contraria adeſſet conſuetudo, ut
advertit Fagnan. in cap. cum ex injuncto, numer. 18. de
nov. oper. nunciat. Dum vero intervenit in Capitulo in
ſequelam facultatis convocandi, debetur eidem præſi-
dentia, tam in ſeſſione, quàm in cæteris, veluti te- 36
nere campanulam, moderari horologium, vota recipe-
re, ac negotia proponere, cum Epiſcopo ubique pri-
mus honor debeatur. Barboſ. de Canonic. c. 35. n. 1. & ſeq.
& plenè dixit Rot. in d. Gerunden. Juris præſidendi in Ca-
pitulo 14. Junii 1702. coram dell' Olmo. Petra ubi ſupra,
n. 62. & 63.

Vicarius Generalis Epiſcopi non habet facultatem
convocandi, & interveniendi in Capitulo, niſi ſit Ca- 37
nonicus, maximè ſi agatur de Capitulo exempto, ut
ſtatuit Sac. Concil. Trid. d. ſeſſ. 25. cap. 6. de ref. Fagnan.
in d. cap. cum ex injuncto, num. 27. de nunciat. nov. oper.
& cenſuit etiam Sac. Congr. in Amerina 24. Januarii 1632.
lib. 14. Decret. fol. 558. ibi -- Sacra &c. reſpondit, Ca-
nonicos non teneri, ſi nolint, in Capitulo admittere Vicarium
Epiſcopi: quòd ſi aliquis abuſus in convocatione Capitu-
li irrepſerit, poſſe Epiſcopum talem abuſum corrigere, ſed
non propterea Capituli convocationem ullo modo impedire.
Quod tamen intelligendum eſt, dummodo non adeſſet 38
contraria conſuetudo admittendi in Capitulo ipſum
Vicarium, ut docent Sbroz. de Vicar. quæſt. 30. num.
25. Barboſ. de Canonic. capit. 35. num. 7. Pignatell. con-
ſult. 154. n. 6. tom. 4. latè Petra ubi ſupra num. 52. & ſeqq.
vel niſi ageretur de rebus, in quibus de jure requiritur
conſenſus, ſive conſilium Capituli, nam tunc etiam Vi-
carius poſſet convocare Capitulum non exemptum, ut 39
diſtinguit idem Petra ubi ſupra, num. 52. Quòd autem
Vicarius poſſit intervenire in Capitulo ad ſedandas
factio-

40 factiones, & tumultus, nè oriantur ſcandala, ideo-
que ſolam aſſiſtentiam præſtare, abſque eo, quòd ſuſ-
fragium ferat, tradunt *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *adnot.*
54. §. 2. *num.* 15. *Monacell. Formular. in formul.* 4.*tit.* 2.
*n.*26.*verſ. Poteſt tamen. part.* 5.

Notandum, quòd cum Epiſcopus; juxta præmiſſa,
41 poſſit intervenire in Capitulo, debeat certiorari de con-
vocatione facienda, ut reſolvit *Sac. Congreg. Concil. in
Aprutin. Juris convocandi Capitulum* 31. *Julii* 1694. in qua
reſpondit, *convocationem ſpectare ad Capitulum: Capitulum
verò teneri certiorare Epiſcopum de convocatione tantùm*,
& in nova audientia 25. *Auguſti* ejuſdem anni, *ſtetit
in deciſis, præterquam in Capitulis ſtatuto tempore deſi-
gnandis*, quia juxta Conſtitutiones Synodales Capitu-
lum ſtatis diebus convocari debebat.

Ac item quòd Epiſcopus poteſt cogere Capitulum
ad ſibi exhibendos Libros, in quibus adnotantur Re-
42 ſolutiones Capitulares, & ratio eſt, quia Epiſcopi cu-
ra eſſe debet, nè fiant Reſolutiones Jusi contrariæ.
Fermoſin. de Capitul. Sed Vac. tract. 3. *quæſt.* 6. *n.* 15. cum cæ-
teris latè relatis *in d. Gerunden. Juriſdictionis ſuper exhi-
bitione Reſolutionum Capitularium* 12. *Junii* 1702. *cor. Emin.
Priol.* Quod ampliatur etiam ad Vicarium Capitularem,
& etiam reſpectu Reſolutionum, quæ concernunt par-
43 ticularia negotia Capituli, in quibus, ut dictum eſt,
regulariter nec Epiſcopus, neque Vicarius, poſſunt,
intervenire, nt notat idem *Petra ad d. Conſtit. Leon.
Magn. ſect.* 2. *n.* 55. *tom.* 1.

Tandem notandum, quòd omnes Canonici tenentur,
& cogi poſſunt ad ſubeunda Officia, & munia Capitu-
laria, ad quæ fuerint electi, nec ab acceptatione exi-
44 mi poſſunt etiam renunciando Voci activæ, & paſſi-
væ, nt cenſuit *Sac. Congre. Concil. in Nullius, ſeu Ter-
libten.* 14. *Januarii* s690. *l.* 40. *fol.* 76. ita ut nec eximi
45 poſſit ab iis acceptandis etiam Vicarius Capitularis,
nt eadem *Sac. Congregatio* ſeſpondit in *Cozzulan.* 29. *Mar-
tii* 1652. *lib.* 19. *Decret. fol.* 210. *Sacra &c. cenſuit,
Archidiaconum, qui Officium Vicarii Capitularis exercet,
teneri Officium Procuratoris, ſeu Oeconomi Capitularis ac-
ceptare, & exercere, quando eſt electus, prout tenentur
alii Canonici electi.*

Sequitur ſeſolutio *Sac. Cong. Concil. ſupra allegat. ſub
num.* 23.

PISTORIEN.

In cauſa inter Præpoſitum ex una, & Archipresbyterum, ac nonnullos Canonicos Eccleſiæ Piſtorien. ex altera per S. D. N. Sacræ Congregationi vivæ vocis oraculo commiſſa, quoad numerum intereſſe debentium in Capitulis.

Eadem Sacra Congregatio Illuſtriſſimo D. meo D. Cardinali Bandino referente, prævia validatione Capitulorum huc uſque congregatorum, de quibus controvertebatur, cenſuit, ac declaravit, Conſtitutionem ſub *Rubr. XII.* quæ incipit - - *Item quandocunque contingat* -- aliàs renovatam *die* 31. *Jlis* 1576. tenoris, ut infra, ita formam circa numerum intereſſe debentium in Capitulis præſcribere, ut pro ſpecifico adimplemento, duæ partes Capitularium, reſidentium in Civitate, intervenire, & intereſſe debeant, ad hoc ut negotia, ad Capitulum ſpectantia, explicare legitimè poſſint. Ut autem faciliùs Capitula congregentur. Sacra Congregatio ſtatuit ulteriùs, ſingulos contumaces, præter amiſſionem Diſtributionis illius diei juxta Conſtitutionem ſub *Rubr. XI.* quæ incipit, *Item quod Capitulum*, tenoris infraſcripti, Scutum unum illius monetæ pro qualibet vice ſtatim ſolvere debere in manibus Camerarii, quod præſentibus accreſcat, & remitti, aut compenſari nullo modo à quoquam poſſit, ſed à Camerario exigi omninò, aut retineri debeat. Illi verò habeantur dumtaxat pro contumacibus, qui legitimè de more vocati, non interfuerunt Capitulo, niſi ex cauſa infirmitatis, ſuper qua ſtetur juramento ipſorum, vel carcerationis, aut excommunicationis, ſeu ſuſpenſionis, impediti fuerint, firmis remanentibus quoad reliqua præfatis, & quibuſcunque aliis dictæ Eccleſiæ, ſeu Capituli Conſtitutionibus. Datum Romæ die 12. Junii s615. *Conſtitutiones*, de quibus ſupra fit mentio, ſunt hæ. Conſtitutio ſub *Rubr. XI. Quòd qui non venerit ad Capitulum, perdat Diſtributiones illius diei, niſi fuerit legitimè impeditus.* Item quòd Capitulum teneatur habere unum, vel duos Nuncios, per Capitulum deputandos, qui, quum oportuerit, ad mandatum illius, ad quem ſpectaverit, Canonicos in Civitate Piſtorii exiſtentes debeant convocare, & Canonici, qui legitimè vocati noluerint venire, & non fuerint legitimè impediti, amittant Diſtributiones illius diei. niſi ille, qui impeditum ſe dixerit, de dicto impedimento fidem fecerit per ſuum juramentum -- *Conſt. ſub Rubr. XII. Quòd Capitulum habeat Notarium, & quomodo partita inter Canonicos debeant obſervari* - - Item quandocunque contingat Capitulum dictæ Eccleſiæ congregari, teneatur habere Notarium, qui debeat intereſſe, vocatis vocandis per illum, ad quem ſpectabit ipſius Capituli convocatio: qui Notarius, habeat, & debeat ſcribere propoſitas per quemcunque fient; ita quòd primus proponat Præpoſitus, ſecundus Archipresbyter, tertius antiquior Canonicus, & ſic ſucceſſive uſque ad ultimum: dummodò antiquior in receptione ſemper præcedat, & per quem, & per quos ex Canonicis obtinebitur ipſa propoſita, & non fiat aliter quàm per fabas nigras, & albas, & hinc ſcribatur partitum, & recolligantus per Camerarium fabæ nigræ, albæ, & ſcribatur, quot fuerint albæ *del non*, & nigræ *del ſi*, & quòd tunc obtinebitur per partitum præſcriptum. Omne autem partitum ponatur ad fabas nigras, & albas: niſi illud, quòd oporteat per vocem exprimere; quæ verò deliberata fuerint, & obtenta per duas partes intereſſentium Capitulo, dummodò interſint duæ partes reſidentium in Civitate, illa obtineant firmitatem, & executioni mandentur. Quod intelligi volumus obtineri per duas partes Capitulo intereſſentium in his tantum, quæ ad temporalia pertinent. In Spiritualibus verò, quod per majorem partem intereſſentium deliberatum fuerit, & obtentum, vires intendimus, & volumus plenariè obtinere, & ſi contrafecerit aliquis, vel aliqui ſupraſcriptorum, ſit irritum, & inane, & nullius valoris, & nihilominus quilibet, qui contrafecerit, incurrat pœnam ſolid. 20. applicandorum dictæ Sacriſtiæ; ita tamen quòd contra præſentes ſupraſcriptas, & infraſcriptas Conſtitutiones nihil poſſit innovari. In Regiſtro actorum dicti Capituli DD. Canonicorum inter alia a c. 6. apparent infraſcripta videlicet. *Martedì à dì* 31. *Luglio* 1576. Congregato, & ſolemniter adunato Reverendo Capitulo, & Canonicis prædictis in numero ſufficienti in ſolita Audientia, abſentibus tamen D. Bartholomæo Decano, D. Manfredo dal Gallo, & D. Nicolao de Zelonibus, attento, quòd multoties Canonici, quamvis citati, & requiſiti ad Capitulum prædictum juxta formam Conſtitutionum illius, negligunt ſe congregare, & negocia Capituli non expediantur in damnum, & dedecus Capituli, & contra formam dictarum Conſtitutionum: ideo volentes providere bnjuſmodi inconvenientiis, & ſuſcitare obſervantiam Conſtitutionum dicti Capituli, quæ circa prædicta diſpoſuerunt; ideo ſervatis ſervandis, per eorum partitum, ſolemniter obtentum per fabas novem nigras, duabus albis in contrarium non obſtantibus, adhærendo diſpoſitioni Conſtitutionum prædictarum, eamque ſequendo, voluerunt, & declaraverunt, quòd quandocunque debebit congregari dictum Capitulum, R. D. Præpoſitus illius, ſeu ille ex Canonicis, ad quem ex forma Conſtitutionum ſpectabit, & pertinebit dicta Congregatio, debeat facere intimare dictam Congregationem faciendam dictis RR. DD. Canonicis, & eorum cuilibet perſonaliter, vel ad domum ſolitæ habitationis, & eos ad dictam Congregationem ſolemniter vocare, ſaltem una die pro alia, ſalvo quòd pro negotiis urgentibus debeat, & poſſit intimare, & eos vocare in Choro, quando aderunt pro Congregatione facienda finito officio, & ſic intimati, & vocati teneantur congregari, & qui non congregabitur, amittat omnes Diſtributiones illius diei Congregationis juxta formam Conſtitutionum: niſi ille, qui non congregabitur, probaverit legitimum impedimentum: propter quod ſe non congregaverit, quod probare debeat ſaltem per ejus juramentum, ſimiliter juxta formam Conſtitutionum, declarando, quòd per prædicta non intendunt, nec volunt aliquid diſponere præter, vel extra Conſtitutiones dicti Capituli, ſed

earum obſervantiam prætermiſſam ſuſcitare, & prædicta omni meliori modo &c,

In quorum fidem &c,

A. Mar. Car. Gallus

Loco ✠ Sigilli

V. Theatin. Secret. &c.

Non eſt hìc omittendum, quòd in Congregationibus Capitularibus priùs, & ante omnia pertractari oportet de iis, quæ concernunt celebrationem Divini Officii, ac de correctione delinquentium in Eccleſiæ ſervitio, ac demum de privatis rebus, ac temporalibus negotiis, cum nihil juſtius, ac rationabilius ſit, quàm negotia majoris ponderis, videlicet quæ ad Divinum Cultum pertinent, præſerri negotiis minoris momenti, ut
46 ſunt temporalia, prout rectè monet *Van. Eſpen. in Jus Canonic. p. 1. tit. 7. c. 5. num.* 9. 10. & 11. & hoc ſtatutum etiam fuit in Synodo Bituricenſi de anno 1564. *tit.* 34. *can.* 9. ibi -- *Convenientes ad Capitula, primùm tractent de celebratione Divini Officii, & quoſcunque defectus delinquentium corrigant, tum de temporalibus negotiis ſtatuant* -- & in Synodo Tholoſana anni 1590. *p.* 1. *capit.* 2. §. 7. ibi -- *in Comitii ſodalitiis, & Capitule, de iis primùm, quæ ad Divinum Cultum ſpectabunt, tum de juſta morum reformatione, delictorum debita animadverſione, demum de privatis rebus, temporalibuſque negotiis agant* -- Et prohibendo etiam clamoſas confabulationes, idem ſtatuit Concilium Avenionen. anni 1594. *tit.* 33. ibi --
47 *In Capitulo clamoſas, & contentioſas confabulationes evitabunt, & de iis, quæ ad Eccleſiæ Cultum, & ad pietatem promovendam ſpectant, demum de Bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratione tractabunt* -- ut hæc omnia habentur relata *loc. ſupra cit.*

Item pariter notandum, quòd hujuſmodi Capitulares Congregationes haberi non debent tempore Divinorum Officiorum, niſi urgeat neceſſitas, ut ſtatuit etiam *S. Carolus in Concil. Mediolanen.* 1 *part.* 2. *cap.* 38. ac reſolvit Sacra Congregatio Concilii apud *Garz. de Benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 559. in qua ad primum reſpondit, *Con-*
48 *gregationes hujuſmodi Capitulares habendas non eſſe eo tempore, quo Divina celebrantur Officia, niſi cauſa aliqua urgens eas ad aliud tempus non pateretur differri; quod ſi hæ Congregationes abſque cauſa prædicta tempore celebrationis Divinorum habitæ fuerint, Canonicum jure ab his, ut Choro interſit, poſſe abeſſe, nec propterea eſſe mulctandum.*

Ex quo etiam infertur, non licere fieri Congregationes particulares Commiſſariorum Capituli, nec occupari Beneficiatos in negotiis, & rebus Eccleſiæ, quæ aliàs commodè fieri poſſunt, dum Divina Officia celebrantur, quamvis oporteret aliàs eis conſtituere aliquod ſtipendium, ſeu ſalarium, ut not *Garz. loc. proxi-*
49 *mè cit.* ſicuti pariter non eſſe licitum facere rationes, & computa bonorum, & redditúum Menſæ, vel Fabricæ, dum Divina celebrantur, ut reſpondit Sac. Congregatio Concilii apud *Garz. l. c. n.* 568. his verbis -- *Sacra &c. cenſuit, neque Epiſcopum, neque Capitulum, de-*
50 *bere exigere rationum redditionem tempore, quo recitantur Horæ Canonicæ, & Divina celebrantur.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum non eſt celebrandum extra proprium locum aſſignatum.*
2 *Locus non eſt de ſubſtantia Capituli.*
3 *Si ob aliquod impedimentum Capitulum haberi non poteſt in loco ſolito, poteſt celebrari in alio loco commodo, & honeſto.*
4 *Quid ſi Capitulum non fuerit citatum ad locum inſolitum.*
5 *Ille locus dicitur Capitularis, in quo Canonici coadunantur ad tractanda negotia Eccleſiæ, vel Capituli.*
6 *Si verò congregentur pro aliis cauſis; non conſtituunt Capitulum.*
7 *Capitulum eſt quoddam Corpus, carens anima, lingua, & manu.*
8 *Undè nihil poteſt agere, niſi per ſua membra.*
9 *Omnes Canonici præſentes in loco, ubi ſita eſt Eccleſia Cathedralis, vel Collegiata, ſunt vocandi ad Capitulum extraordinarium.*
10 *Si aliqui ex vocatis non convenerint ad Capitulum, cæteri illud conſtituunt, & valent geſta ab eis, etiamſi eſſent minores duabus partibus ex tribus,* & n. 11. & 12.
13 *Contrarium procedit de Capitulo ordinario, ad quod Canonici accedunt, non intimati, aut citati.*
14 *In Conſiliis Laicorum, ad hoc, ut facta teneant, requiritur præſentia duarum partium Univerſitatis.*
15 *Ad Capitulum extraordinarium Collegiatæ conſtituendum, quando requirantur duæ partes Collegialium.*
16 *Ex Canonicis, legitimè ad Capitulum citatis, multis non comparentibus, non ſolùm major pars, ſed tres tantùm Canonici intereſſentes poſſunt actum explere,* & n. 17. & 18.
19 *Quinimò tali caſu duo, vel unus poteſt eligere, & coram Scriba, & Teſtibus, nominare quem voluerit.*
20 *Quamvis Capitum ab initio per unum inſtitui nequeat.*
21 *Si tamen ad unum redigatur, in illo Jura, & Privilegia Capituli reſident.*
22 *Idque procedit etiam in caſu, quo omnes Canonici eſſent voce privati, vel ſuſpenſi, interdicti, aut excommunicati, vel mortui, præter unum.*
23 *Capitulum non diſſolvitur, niſi per mortem omnium Capitularium.*
24 *Vel auctoritate Papæ, ob delictum ſingulorum.*
25 *Secus, ſi Eccleſia deſtrueretur ab hoſtibus.*
26 *Concluſio poſita* ſub num. 10. *procedit etiam, quando Canonici comparuerint, ſed ingreſſi Capitulum, ſubitò exierint.*
27 *Aliter dicendum de Capitulo Ordinario, in quo ſi major diſcedat è loco, non poſſunt cæteri propoſita negotia reſolvere,* & n. 28.
29 *At ſi minor pars recedat, poſſunt reliqui ad negotia expedienda procedere.*
30 *An, & quando ad Capitula extraordinaria non vocatis cunctis, qui exiſtunt in loco, ubi ſita eſt Eccleſia, valeant actus, ab aliis expleti.*
31 *Res declaratur exemplo.*
32 *Saltem duæ partes ex tribus neceſſe eſt, ut congregentur.*
33 *Tertia verò pars non vocata poteſt dare de nullitate rebus, à duabus partibus geſtis.*
34 *Immò tale Jus competit cuivis Canonico vocando, & non accerſito.*
35 *In actibus Collegialibus plus valet contemptus, unius, quàm contradictio multorum, qui venerint ad Capitulum vocati,* & n. 36.
37 *Dicitur contemptus, etiam ille Canonicus, qui fuit vocatus, ſed non expectatus, vel in Capitulo ſine juſta cauſa non admiſſus.*
38 *Capitularis contemptus poteſt acta, à Capitulo reſoluta, abſque ejus præſentia, ratificare.*
39 *Immò ſi ſpatio ſex menſium à die ſcientiæ actis à Capitulo geſtis non contradixerit, cenſetur approbaſſe.*

ARGUMENTUM.

Capitulum eſt regulariter celebrandum in loco ſolito. Si omnes fuerint vocati, & aliqui intervenire neglexerint, in his, qui legitimè congregati fuerint, reſidet totum Jus Capituli, etiamſi eſſent minùs, quàm duæ partes ex tribus. De differentia Capituli ordinarii, ac extraordinarii, circa numerum neceſſarium ad validitatem actorum. Quid operetur, ſi unus Capitularis fuerit contemptus, ſcilicèt non vocatus. Canonici abſentes quando ſint ſpecialiter vocandi, & expectandi.

40 *Ca-*

40 *Canonicus neglectus non poteſt unam partem electionis approbare, & alteram reprobare.*

41 *Exceptio contemptus non poteſt, niſi ab ipſomet Canonico neglecto, deduci.*

42 *Si Canonicus neglectus intra ſex menſes moriatur, non poteſt ejus ſucceſſor deſpectionem proſequi.*

43 *Si aliquis Canonicus ſe declaret nolle intereſſe Capitulo extraordinario, non eſt de neceſſitate ad id citandus.*

44 *Quando Canonici impediti debeant citari, ut conſtituant Procuratorem.*

45 *Capitulares vocati, ſi tempore præfixo ad locum Capituli non accedant, non ſunt ampliùs expectandi.*

46 *Quod procedit etiam de ipſo Decano.*

47 *Conveniens tamen eſt, ut paululum expectetur Capituli Caput, vel major Canonicorum pars, & quando.*

48 *Canonici non reſidentes in loco, veniunt ſub nomine abſentium.*

49 *Et hi non ſunt neceſſariò vocandi ad Capitula extraordinaria, niſi in tribus caſibus, & qui ſint*, & n. 50. 52. 54. & 55.

51 *Electio primæ Dignitatis Collegiatæ de Jure novo reſervatur S. Pontifici.*

53 *Volens Capitulum ceſſare à Divinis ex legitima cauſa de licentia Epiſcopi, tenetur illam per publicam Inſtrumentum exprimere.*

56 *Conſuetudine introduci poteſt, ut abſentes nullis unquam caſibus ad Capitula extraordinaria vocentur.*

57 *Ita è converſo Statuto, aut conſuetudini vocandi in rebus gravibus abſentes, ſtandum eſt.*

58 *Hujuſmodi conſuetudo commendatur, & quare*, & num. 59.

60 *Plus vident oculi, quàm oculus.*

61 *Qui Conſiliarii à Principibus ſint eligendi.*

62 *Si occurrat citari abſentes, ubi non ſunt neceſſariò vocandi, valida ſunt acta Capituli, etiam aliquibus eorum non expectatis.*

63 *Reficiendæ tamen ſunt à Capitulo expenſæ, & damna, venientibus tempore ſtatuto.*

64 *Canonicos abſentes à loco vocare, ſi opus ſit eos interpellare, dici non debet de ſubſtantia, ſed de juſtitia.*

65 *Impedito Capitularibus à Domino loci ingreſſu in Civitatem, minor pars tenetur accedere ad locum tutum pro majori parte.*

66 *Canonici negantes, ſe ad Capitulum extraordinarium vocatos eſſe; non reputantur citati, niſi doceatur de citatione.*

67 *De qua re ſtandum eſt Nuncio jurato.*

68 *Si ignoretur locus, ubi degant Canonici abſentes, vocantur per edictum in Eccleſia.*

69 *Prætendentibus, formam ſubſtantialem vocandi ad Capitulum non eſſe ſervatam, incumbit onus probandi.*

T I T U L U S   II.

1 CApitulum non eſt celebrandum extra proprium lo-
cum aſſignatum ex *Decreto S. R. C. ſub die 7. Octo-
bris* 1606. Veruntamen, quia locus certus non eſt de
2 ſubſtantia Capituli, *cap. Quod ſicut, de elect. c. Cum ter-
ra, eod. tit.* & ibi *gloſ. Raud. conſ. 37. n. 19. lib. 1.* ſequi-
tur, quòd ſi in loco ſolito non potuerit ob cauſam con-
3 gregari, fieri poterit in alio loco commodo, & honeſto
jam indicto. *Urſell. concluſ. 85. n. 7. Rot. p. 7. diverſ. dec. 36.
num. 6.* At ſi Capitulum non fuerit citatum ad locum
ſolitum, non poterit niſi in conſueto celebrari, niſi om-
4 nes ſint præſentes, & uno abſente, diſpoſita non te-
nent. *Bald. in cap. cum M. de conſt. n. 1.* Cæterùm ubi-
cunque omnes, & ſinguli Canonici coadunantur ad tra-
5 ctanda negotia Eccleſiæ, vel Capituli, ille locus di-
citur Capitularis; prout advertit *Ant. de Butr. in c. Fo-
ras, de V. ſignif.* Si verò congregentur pro aliis cauſis,
6 non conſtituunt Capitulum; ut benè obſervant *Zaba-
rell. in Clem. & principalis, de reſcript. & Alex. conſ. 75.
nu. 2. lib. 4.* Capitulum eſt nomen Juris, & quoddam
7 Corpus carens anima, manu, & lingua, ut notat *Ol-
drad. conſ. 65. n. 7.* ideò nihil agere poteſt, niſi per ſua
8 membra, Capitulariter congregata; *c. Nullus 64. diſt.
Archid. ſuper cap. Illud 63. dist. Bellamer. in cap. conſulti,*

num. 8. de procur. & Ant. de Petr. in Clyp. Poſt. cap. 3. 2.
14. ubi dicit, membra Capituli eſſe Canonicos, in eo
vocem habentes; qui omnes, & ſinguli præſentes in
Civitate, vel loco, ubi ſita eſt Eccleſia Cathedra- 9
lis, vel Collegiata, convocandi ſunt ad Capitula ex-
traordinaria de mandato: ut ſupra conſentiunt *Jo:
Andr. in cap. Præſentium, de teſt. Dec. in d. cap. cum omnes
n. 42. Card. Tuſc. lit. C. con. 89.* Quòd ſi nonulli ex cano-
nicè vocatis tempore præfixo non acceſſerint ad locum
Capitularem, cæteri conſtituunt Capitulum, & ge-
ſta ab his valent, ac ſi acta fuiſſent ab omnibus etiam- 10
ſi qui convenerunt, eſſent in minori numero duarum
partium ex tribus. *Innoc. in c... de major. & obed. Imol.
in c. cum certum, n. 3. eod. tit. Boich. in c. cum nobis, n.
ult. de elect. Abb. in cap. cauſis, num. 8. eod. tit. & in d.
cap. cum omnes, n. 3. Fely. ibid. Boer. dec. 111. part. 1.
Gratian. diſcept. for. c. 593. n. 4. Sylv. in Summ. V. Statu-
tum, quæſt. 2. & V. electio 1. quæſt. 6. Villagut. de Reb. Eccl.
non alien. part. 1. c. 38. num. 39. Put. lib. 3. dec. 283. Bu-
ratt. dec. 359. num. ult. in annot. & dec. 573. num eod.
part. 2. Rot. p. 6. diverſ. dec. 36. n. 5.* Ratio eſt, quia
convocatio, facta per habentem auctoritatem, com- 11
parere renuentes conſtituit in contumacia, hoc eſt, vo-
luntaria inobedientia, & utì contumaces habentur pro
illa vice quo ad illum actum, ac ſi non eſſent de Ca-
pitulo. *Cobell. l. cit. c. 31. nu. 139.* & valet quod faciunt 12
reliqui Capitulares, qui venerunt. *gloſ. in cap. cum cu-
pientes, de elect. in 6 §. Quod ſi V. comparere, & in Clem.
Nè Romani §. Porrò, eod. tit. Innoc. in c. 2. n. 4. de dilat. &
in c. 1. de major. & obed. Bero. in d. c. cum omnes, n. 92.
Natta conſ. 168. n. 7. Caputaq. deciſ. 64. n. 2. p. 1. Ang. in Summ.
V. Statutum, n. 13. Fum. V. Electio, n. 19. Merlin. dec. 591.
n. 8. Gomeſ. de Lit. Grat. fol. 93.*

Huic autem doctrinæ non obſtat, quòd *Ant. de Butr.
in c. cum nobis, 2. 3. de elect. Rague. de Voc. quæſt. 12. 2. 4.
Monet. de Comm. Ult. vol. c. 7. quæſt. 4. n. 297.* & quamplu-
res alii tradunt, opus eſſe ad conſtituendum Capitu-
lum, & expediendum actum, quòd adveniant, &
ſint præſentes in loco Capitulari duæ partes ex tri- 13
bus Canonicorum reſidentium, & habentium vocem
in Capitulo; quia dicti DD. loquuntur de Capitulo
ordinario, ad quod accedunt non intimati, aut cita-
ti, & propterea excuſantur à contumacia, de qua
ſuperiùs effati ſumus.

Minùs refragatur in Conſiliis Laicorum requiri præ-
ſentiam duarum partium Univerſitatis, ad hoc ut fa- 14
cta teneant, ita Juriſtæ paſſim, & ex Canoniſtis *Abb. c.
Prudentiam, n. 8. de off. & pot. Jud. del. & alibi, Calder.
conſ. 11. de Jurepatr. Dec. conſ. 466. n. 12.* Ad Capitu-
lum etiam extraordinarium Collegiatæ, abſente, vel
renuente Præpoſito, vel eo ad quem de Jure ſpectat
coadunare Capitulum, ſi major pars convocat mino- 15
rem, aut Collegium per ſe congregetur, neceſſe eſt
duas Collegialium partes intereſſe in loco Capituli pro
conſtituenda minori parte in contumacia, ut poſt alios
docet *Villagut. loc. cit. c. 38. n. 30.* Cæterùm Canonicis ſe-
cundum modum citandum citatis juſſu Præfecti, vel
alterius, ad quem ex diſpoſitione Statuti attinet, & 16
multis non comparentibus in ſolito, vel deſignato loco,
non ſolùm major pars, ſed tres tantùm Canonici, qui
convocati comparuerant, poſſunt explere actum. *Nat.
l. 1. conſ. 6. n. 1. tit. de Elect. Vidal. ubi ſupra inquiſ. 50. n. 76.* 17
Siquidem ternarius numerus facit Capitulum. *gloſ. in
Clem. Quod circa, de elect.* & in ipſos præſentes tranſ-
funditur poteſtas Capituli. *c. Potuit, de locat. & cond.* 18
Quinimò duo, vel unus, aliis convocatis, & in ter-
mino non venientibus, poſſunt, & poteſt eligere,
& actum explere, nominando coram Scriba, & teſti- 19
bus, quem voluerit. *gloſ. Zabarell. Abb. ſuper Clem. 1.
de ætat. & qual. Jo: Andr. in cap. Nulla, nu. 8. de con-
ceſſ. præb. Card. Tuſc. lit. V. concl. 256. Peyrin. tom. 3. in ad-
dit. ad c. 13. n. 11.* & alii apud *Dian. part. 10. tract.* 20
13. reſol. 33. Et quamvis Capitulum ab initio per
unum inſtitui nequat: *Everard. l. c. ab Ethymologia. Ma-
ſcard. de Prob. concl. 584. n. 9.* ſi tamen ad unum redigatur,
adhuc poteſt nomen retinere, non quia unus ſit Capi-
tulum, ſed quia Privilegia, & Jura Capituli, devo- 21
lutivè reſident in illo uno, qui eo caſu pro pluribus
conſideratur, *Bald. in Rubr. de elect. & Franc. Valente in
Concord. Jur. part. 1. not. 22. ſect. 4. num. 2.* non tamen po-
teſt ſuffragari. *Vidal. loc. cit. Rodriq. in Summ. cap. 102.*

Idipſum procedit, omnibus Canonicis voce privatis,
22 vel ſuſpenſis, aut interdictis, ſive excommunicatis,
vel mortuis, præter unum, ut obſervant *Ant. de Butr.*
in cap. Gratum, n. 27. de Pot. Præl. Abb. in cap. Nullus,
juncta gloſ. de elect. Dec. ibid. Azor. p. 2. Mor. l. 3. cap. 37.
23 *quæſt. 5.* Siquidem non diſſolvitur Capitulum, niſi per
mortem omnium Capitularium; ut notant *Bald. in*
cap. Nullus, num. 4. de elect. Fuſc. de Viſit. lib. 2. cap.
1. n. 2. vel auctoritate Papæ ob delictum ſingulorum,
24 quo caſu deſinunt eſſe, & habere nomen Capitula-
rium; ut cum aliis notat *Mantiſſ. de Jur. Burg. nu. 834.*
Secus dicendum ſi Eccleſia deſtrueretur ab hoſtibus.
25 *Mantiſſ. ibid.* Quod ſuperius dictum eſt de citatis ad
Capitulum extraordinarium per Caput ejuſdem Capi-
tuli, & non convenientibus, babet locum, etiam ſi
26 introgreſſi, illico de loco Capitulari exierint, cum &
hi habeantur pro renunciantibus Juri ſuo. *gloſ. in Clem.*
Quod circa, de elect. Raguc. l. c. quæſt. 13. n. 3. Sperell. dec. 182.
n. 44. p. 2. Aliter perbibendum de Capitulo ordinario,
in ſufficienti numero coadunato, nempè præſentia dua-
27 rum partium, à quo ſi maior pars diſcedat, non poſ-
ſunt cæteri propoſita negotia reſolvere. *Ant. de Butr. in*
cap. Bonæ, num. 31. de Pot. Prælat. Franc. Viv. dec. 41. n.
7. lib. 2. Ratio eſt, quoniam per receſſum duarum par-
28 tium revocatur Capitulum ordinarium, & declaratur
negotium non eſſe tunc determinandum. *Archid. in c.*
Si fortè, dist. 65. Oldrad. ubi ſupra, conſ. 122. Villa-
gut. loc. cit. cap. 39. num. 3. At ſi de eodem loco minor
pars afferat pedem, poterunt morantes continuare Ca-
29 pitulum, & propoſita explere. ita *DD.* ſtatim alle-
gati.

Ad Capitula extraordinaria, non convocatis cun-
ctis, qoi exiſtunt in loco, ubi ſita eſt Eccleſia, actus
Capitulares nullius remanent vigoris, niſi ſaltem duæ
30 partes vocandorum fuerint in Capitulo, & qui non
fuerint vocati non reclament. *Archid. in c. Si quis, diſt.*
79. Abb. in c. cum inter, num. 9. de elect. Dec. in ſæpiùs
allegato cap. cum omnes, num. 41. Sperell. dec. 182. n. 47.
Explicemus exemplo; Sunt viginti quatuor habentes
vocem, qui poſſunt, & volunt Capitulo extraordina-
rio intereſſe, ex quibus coadunantur quindecim, non
31 vocatis, aut citatis novem, tunc acta remanent ipſo
jure nulla, & nequeunt convalidari ab iis, qui non
fuerunt intimati, namque neceſſarium erat aggregari ſal-
32 tem duas partes, nempè ſexdecim. *Ripa in cap. Non.*
num. 7. de elect. Abb. in cap. Bonæ col. 2. eod. tit. Sigiſm.
à Bon. l. cit. diſt. 10. n. 11. Garc. de Ben. part. 3. cap. 2. nu.
572. in addit. Si verò ſexdecim, ex iiſdem vigintiqua-
tuor fuerint Capitulariter adunati, non accerſitis octo,
33 tertia pars non vocata poterit facere caſſari quicquid
fuerit concluſum à duabus partibus. *cap. Quod ſicut*,
de elect. Boich. ibid. num. 2. Navarr. QQ. For. part. 1. quæſt.
34 *38. num. 13.* Immò quivis Canonicus vocandus, &
non accerſitus, poterit tanquam contemptus reſcindi
facere totum id, quod à ceteris omnibus de Capitulo
fuerit reſolutum. *Abb. ſuper d. cap. Quod ſicut, num. 9.*
35 Siquidem in actibus Collegii plus nocet contemptus
unius, quàm contradictio multorum, qui vocati vene-
runt ad Capitulum: *Ant. de Butr. ſuper eod. cap. 23. &*
Abb. ubi ſupra. Ratio eſt, quia iſte contemptus eſt
36 contra juſtitiam, cum ſine cauſa ablatum ſit jus con-
tempti, qui ſi fuiſſet præſens, forſitan traxiſſet alios
in ſuam ſententiam, ut ex *cap. 1. de his quæ fiunt à*
m. part. advertit *Vivian. ſuper cap. Bonæ el 2. de elect.*
Atque dicitur contemptus etiam ille Canonicus, qui
37 fuit vocatus, ſed non expectatus juxta ſolitum, vel
in Capitulum abſque cauſa non admiſſus. *Buratt. dec.*
225. num. 3. part. 1. Advertendum eſt autem, quòd
ſicut contemptus habet jus, ut ſupra, agendi pro con-
temptu, ita idem neglectus poteſt acta Capituli, abſque
38 ejus præſentia tractata, & concluſa à majori parte Ca-
pitularium, ratificare, & convalidare, ac ſi reſoluta
fuiſſent eo aſſiſtente. *Seln. de Ben. part. 3. quæſt. 67. nu.*
ult. Sigiſm. à Bon. loc. cit. & in Summ. V. Electio 1. num. 6.
Puriter ſi ſpatio ſex menſium, à die ſcientiæ actorum,
39 in Capitulo non contradixerit, videtur tacitè omnia
comprobare, ut notat *Petr. de Ancbar. in rubr. de his quæ*
fiunt à Præl. & fuit deciſum à *Rot. part. 7. diverſ. deciſ.*
107. num. 22.

Ad hæc notandum, quòd Canonicus contemptus non
40 poteſt unam partem alicujus electionis approbare, &
alteram reprobare: ita concludit *Fran. Marc. part. 1. dec.*
380. neque hujuſmodi contemptus poteſt deduci, ni- 41
ſi ab ipſomet Canonico neglecto, ut docent *Jo: And.*
in d. c. Sicut, n. 16. Abb. in d. c. In Geneſi, num. 10. Barb.
de Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 19. n. 116. & Vot. 78. num. 12. Pro-
pter quod, ſi ante ſex menſes Canonicus neglectus
moriatur, nullum jus competit ſucceſſori in Canonicatu 42
dictam deſpectionem proſequendi, tam in electioni-
bus, quàm in aliis actibus. *Bald. in cap. Quod ſicut, n.*
5. de elect. Imol. ibidem, num. 5. Neceſſaria eſt vocatio
Canonicorum ad Capitulum extraordinarium in dictis
caſibus; ſi tamen aliquis Capitularis dixerit ſe nolle 43
hujuſmodi Capitulo intereſſe, non eſt de neceſſitate
ad id citandus, cum præſumatur eſſe ejuſdem animi.
Bald. in cap. Eccleſia, num. 2. de elect. Ber. Grev. conſ. 54.
n. 5. Non ſunt vocandi Canonici ab Epiſcopo relega-
ti; qui verò non accedunt ad locum ob timorem ini-
micorum potentium, debent citari, ut conſtituant pro- 44
curatorem. *Cobell. ubi ſupra cap. 31. num. 142.* Collegia-
les vocati, ſi tempore præfixo ad locum Capituli non
accedant, de rigore Juris non ſunt ampliùs expectan- 45
di. *cap. cum nobis, ubi Abb. num. 9. de elect. Em. Sa V. Ele-*
ctio, num. 4. Quod procedit, vel de ipſo Decano, ut
ait *Alag. ſuper cap. cum inter. d. tit.* conveniens verò eſt 46
paululum expectare Capituli Caput, aut notabilem
Canonicorum partem, quando veriſimiliter credi po-
teſt fuiſſe legitima cauſa impeditos, ſive quòd brevi 47
comparebunt, ut informat *Sigiſm. loc. cit. cap. 1. diſt. 13.*
num. 7. Canonici abſentes, ſub quorum nomine ve- 48
niunt non reſidentes in loco, ubi eſt Eccleſia, *Dec.*
in d. cap. cum omnes, n. 41. Foller. in Prax. Crim. cap. 49
9. nu. 16. non ſunt neceſſariò accerſendi ad Capitula
extraordinaria, niſi in tribus caſibus.

Primò in electione primæ Dignitatis Collegiatæ. 50
cap. Quia propter, de elect. Intellige de Jure antiquo,
nam de Jure novo hæc inſtitutio, & electio reſerva- 51
tur Summo Pontifici. *Seraph. dec. 129. n. 3. Buratt. dec.*
172. n. 30. tom. 1.

Secundò in ceſſatione à Divinis, quam de licentia 52
Epiſcopi ex legitima cauſa Capitulum, vellet impo-
nere. *cap. Irrefragabilis, de off. Ordin. Ancbar. Imol. ſuper*
cap. Si Canonici, eodem tit. & Card. Tolet. ſuæ Inſtr. lib. 1.
cap. 56. n. 2. Atque tenetur Capitulum exprimere cau- 53
ſam per publicum inſtumentum. *Brancat. loc. cit. V.*
Canonici.

Tertiò in collatione Præbendarum, & Beneficiorum,
quarum, vel quorum collatio ſpectat ad Capitulum. 54
cap. Cum in Eccleſiis, de Præb. in 6. Genuen. QQ. Eccleſ.
quæſt. 571. num. 2. & Rot. dec. 26. tit. de Præb. in Nov.
Exceptis memoratis caſibus, non eſt de neceſſitate ab-
ſentium citatio. *gloſ. in cap. 2. de teſt. in 6. Danz. loc. cit.* 55
V. Canonicus: niſi alia ſit Eccleſiarum conſuetudo, quæ
ſicut introducere poteſt, quòd etiam in dictis tribus
caſibus non vocentur abſentes: *Bero. in cap. cum om-* 56
nes, nu. 87. de conſt. S. Antonin. loc. cit. part. 3. tit. 25.
c. 1. §. 1. Sylv. in Summ. V. Electio 1. num. 6. ita ſtatur
Statuto confirmato, & conſuetudini introductæ, quòd 57
convocentur abſentes ad Capitulum in cunctis factis
gravibus, dum id commodè fieri poſſit. *gloſ. in cap. co-*
ram, de elect. Ant. de Butr. ſuper ead. cap. nu. ult. Quam
conſuetudinem ſatis commendant *Felyn. in d. cap. cum* 58
omnes. Nald. in Summ. V. abeſſe, & alii: & jure merito,
nam conſilia plurimorum ſunt majoris auctoritatis: *c.* 59
Prudentiam, de off. deleg. V. illu Abb. conſ. 25. n. 1. part.
2. Ratio rationis eſt, quia veritas per plures meliùs in- 60
venitur, cum magis videant oculi, quàm oculus, ut
ajunt *Compoſt. in d. cap. Quia propter, nu. 35. Dec. conſ.*
615. n. 5. ex quibus infert *Card. Tuſc. lit. C. concl. 764.*
n. 3. Principes non errare ob plures Conſiliarios ſapien- 61
tes, quos apud ſe retinent. Quod utinam obſervarent
omnes, eligendo peritos, qui ſint de Verona, non de
Placentia, ut monet *Jo: And. in cap. Quanto, de jurejur.*
& Moſcon. loc. cit. c. 3.

Occurrente citari abſentes in caſibus non neceſſario 62
vocandis, ſuſtinentur peracta à Capitulo, aliquibus
eorum non expectatis. *Jo: And. in cap. cum ex injuncto,*
numer. 5. de nov. oper. nunc. His tamen ſancito tempore
venientibus, à Capitulo ſunt reficiendæ expenſæ, & 63
damna, ut notant *Petr. de Anch. de reg. jur. in 6. reg. ac-*
ceſſorium. Urſell. loc. cit. conſ. 1. n. 75. Vivian. ſuper cap.
cum inter, de elect. Vocatio Canonicorum abſentium 64
à loco,

à loco, quos interpellare opus eſt, adhuc non eſt di-
cendu de ſubſtantia, ſed de juſtitia: *Oldrad. conſil.* 188.
num. 5. & notat *Anton. de Butr. in cap. Quod ſicut, num.*
23. *de elect. Lezan. in Summ. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 8. Cæ-
terùm eſſet de eſſentia, dum Capitularium majori par-
ti à Domino loci impediretur ingreſſus in Civitatem,
65 ubi ſit Capitulum, quo caſu minor pars gravatur acce-
dere ad locum tutum pro majori parte. *Jo: And. loc.*
prox. cit. aliiq. cum eo. Canonici, tam abſentes à loco
ſuæ reſidentiæ, quàm præſentes, negantes ſe ad Ca-
pitulum extraordinarium interpellatos fuiſſe, non re-
putantur citati, niſi conſtet de citatione, *gloſ. in cap.*
67 *Quod ſicut, ubi Abb. num.* 8. *de elect. Bald. ibid. numer.* 5.
de quo ſtandum eſt Nuncio jurato. *gloſ. in d. cap. V. Vo-*
68 *catos*. Si ignoretur, ubi degant Canonici abſentes, vo-
cantur per edictum in Eccleſia, ut docet *gloſ. in eod. c.*
69 *Quod ſicut*, & prætendentibus non fuiſſe ſervatam for-
mam ſubſtantialem vocandi ad Capitulum, incumbit
onus probandi, ſi acta improbare voluerint. *Put. dec.*
375. *num.* 1. *lib.* 2. Rationem ponit *Dec. in cap. in præ-*
ſentia, tit. de prob.

ARGUMENTUM.

Pro validitate actuum Capitularium, vel Collegialium, quando neceſſarius ſit conſenſus omnium, vel ſufficiat majoris partis. An, & quando major pars attendi debeat reſpectu totius Capituli, ſeu ſolùm reſpectu præſentium.

SUMMARIUM.

1 *Pro agendis negociis, ad Univerſitatem ſpectantibus, omnes de Capitulo vocari debent.*
2 *Quod procedit, etiam quando ageretur de Capitulo, quod duabus Eccleſiis deſerviret,* & n. 3.
4 *In iis, quæ tangunt intereſſe univerſale Capituli, non ſufficit conſenſus ſingulorum Canonicorum extra Capitulum, etiam per ſcripturam præſtitus; ſed requiritur conſenſus omnium capitulariter coadunatorum.*
5 *Quando agitur de actu merè voluntario, non ſufficit conſenſus majoris partis Capitularium, ſed requiritur conſenſus omnium,* & n. 25.
6 *Potiſſimùm, ſi omnes tangit in particulari.*
7 *In electione, in qua major pars vellet admittere extraneum, ſeu alias non admittendum ad votum ferendum, ſufficit diſſenſus minoris partis, immò & unius tantùm.*
Ita pariter Compromiſſum unius contradictione impeditur, eodem n. 7.
8 *Idem dicendum, quando major pars Canonicorum vellet renunciare alicui Privilegio, vel aliquid agere contra Conſtitutionem; ſeu laudabiles conſuetudines.*
9 *Intellige, quatenus poſt oppoſitionem minor pars non acquieſcat, quia ſi acquieſceret, cenſeretur actum approbare.*
Ob id, ſi aliquis Capitularis non fuerit vocatus ad electionem, ſive alium actum, tunc ille infirmatur, quando oppoſitum fuit de contemptu, & oppoſitionem Capitularis proſecutus eſt; ſecus ſi neglexit opponere, vel oppoſitionem ipſam proſequi, eodem num. 9.
10 *Ejus enim conſenſus cum non requiratur de forma, ſed ratione præjudicii, poteſt etiam poſt actum intervenire.*
11 *Talis actus impugnari non poteſt, niſi ab iis, qui fuerunt ſpreti.*
12 *Maximè ſi concurrat obſervantia, quæ eſt implicita ratificatio.*
13 *Ad hoc, ut abſentes Capitulares dare non valeant de nullitate deliberationis captæ per præſentes, neceſſe eſt, quòd fuerint legitimè vocati.*
14 *In negocio, quod omnes ſingulariter tangit, tunc præſentes non præjudicant abſentibus, quando tangit intereſſe omnium, non uti Collegiatorum, ſed uti ſingulorum.*
15 *Secus vero, ſi actus ad Collegium pertineat, & ab eodem ſit faciendus.*
16 *In actibus, qui competunt Capitularibus uti ſingulis, requiritur ſingulorum conſenſus.*
17 *Quando aliquid dicitur competere pluribus uti ſingulis, & afferuntur exempla,* & numer. 18. 19. & 20.
21 *Ad hunc autem effectum neceſſe eſt, ut actus ſpectet ad ſingulos primariò, & non conſecutivè,* & numer. 22.
23 *Quando dicatur, quid ad aliquem primariò ſpectare.*
24 *In actibus verò, qui ſpectant ad plures uti univerſos, neceſſarius non eſt conſenſus omnium, ſed tantùm majoris partis Capitularium, ſimul congregatorum.*
26 *Tranſactio inita à Capitulo ſuper Jure conferendi Beneficia cum Epiſcopo, dicitur actus voluntarius, qui non valet abſque conſenſu totius Capituli.*
27 *Datur alterum ſimile exemplum, remiſſivè.*
28 *Sunt & actus Capitulares neceſſarii; & qui ſint,* & num. 31. & 32.
29 *Actus utiles Capitulo, ſeu Collegio, æquiparantur neceſſariis.*
30 *In dictis actibus neceſſariis ſufficit conſenſus majoris partis, non attento diſſenſu minoris.*
33 *Major pars, cujus conſenſus intervenire debet in actibus Collegialibus, dicitur reſpectu intereſſentium.*
34 *De abſentibus, legitimè vocatis, & intervenire non curantibus, ratio haberi non debet.*
35 *Incapaces ferendi ſuffragium ob interdictum, vel excommunicationem, non ſunt conſiderandi.*
36 *In gerendis actibus, qui intra terminum, à Jure præfixum, explendi ſunt, major pars attenditur ſolùm reſpectu præſentium.*
37 *Inſtante termino, prædicta minor pars poteſt majorem convocare, eaque renuente, actum explere.*
38 *Idem procedit, ſi tempus non ſit à Jure, ſed potiùs de facto præfixum, & datur exemplum.*
39 *Contra vero, ſi actus commodè protrahi poſſit ad aliud tempus, quia tunc non poteſt fieri, niſi duæ ex tribus partibus totius Capituli interveniant.*
40 *Secus quando quis vigore Statuti, vel conſuetudinis, habet Jus convocandi Capitulum, cum tunc renuentes intervenire cenſeantur renunciaſſe juri ſuo.*
41 *Ad dirimendas controverſias, quæ ſuper præmiſſis oriri poſſent, attendenda ſunt Statuta, vel conſuetudines, etiam Juris cenſuræ contrariæ.*
42 *Quamvis videatur habenda potiùs ratio ſanioris partis, quàm majoris; præſumi tamen debet favore majoris partis, niſi manifeſtè conſtet in contrarium, & quare.*

ANIMADVERSIONES.

FRequens eſt inter Capitulares quæſtio, quandonam
juxta Canonum Sacrorum cenſuram majoris par-
tis Capitularium conſenſus ſufficiat ad faciendas vali-
das deliberationes, vel quando requiratur omnium.
Undè pro clariori hujuſmodi quæſtionis definitione pri-
mò præmittere oportet, quòd in agendis negotiis, ad
Univerſitatem, ſive Collegium ſpectantibus, omnes 1
de Univerſitate, & Collegio vocari debent, itaut om-
nibus non interpellatis, reſolutiones captæ nullæ ſint,
& invalidæ, ut docent *Bartol. in l. omnes populi, numer.*
56. *ff. de Juſt. & Jur.,* & *in l. nullam, numer.* 8. *ff.*
quod cujuſque univerſ. nom. Tranchedin. conſult. 3. *nu-*
mer. 6. *Carol. Anton. de Luc. de Apoſtol. & Reg. aſſenſ. quæſt.*
185. *num.* 3. *Rot. dec.* 295. *num.* 206. *part.* 6. *rec. & deciſ.*
567. *nu.* 1. *cor. Emerix Jun.* Et in terminis Capituli Ca-
nonicorum *gloſſ. in Can. factum eſt, quæſt.* 1. *in V. quæ tunc,*
gloſſ. penult. de his, quæ vi, met. cauſ. Fagnan. in c. quum
ex injuncto, num. 52. *de nov. oper. nunciat. Ricc. Dec. Cur.*
Archiep. Neapol. part. 4. *dec.* 99. *num.* 1. *Rot. dec.* 450. *nu.*
14. *coram Cerro*; & defectum inducit ad *text. in cap. bonæ*
mem. il 2. *ubi Abb. num.* 1. & 4. & *in capit. in Geneſi, §.*
Nos his, de elect. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 34. *num.*
52. *de Regular. diſc.* 53. *num.* 5. *Rot. in Illerden. Juris vo-*
tandi ſuper attentatis 27. *Junii* 1704. *§. Nullitas, cor R.*
P. D. Scotto.

Quin etiam hoc procedit, ſi ageretur de Capitulo,
quod licèt unicum duabus deſerviat Eccleſiis, ut eſt in
Capitulo Giennen. quod deſervit non ſolùm Eccleſiæ 2
Cathedralis Giennen. ſed etiam alteri pariter Cathedra-
lis Beacen. ut patet ex Deciſionibus, nuperrimè ema-
natis in *Giennen. Juris mutandi ſuper reſtitutione in inte-*

grum

grum 26. Aprilis 1700. cor. bon. mem. Muto, & clariùs
in ead. Giennen. Juris mutandi 1704. coram R. P. D. Priolo,
ubi refertur hiſtoria dictarum duarum Eccleſiarum in
3 §. 1. Nam etſi, ut diximus, agatur de Capitulo, dua-
bus Eccleſiis diſtinctis deſerviente, neceſſaria tamen
eſt in actibus, & negotiis, præſertim gravibus, con-
vocatio omnium. Gloſſ. in Canon. & temporis qualitas 16.
quæſt. 1. in V. unire. Petr. de Peruſ. in tract. de union. Ec-
cleſ. cap. 1. num. 4. inter Tract. Magn. tom. 15. part. 1. fol.
235. Turriecll. eod. tr. cap. 3. num. 6. Frances de Eccl. Ca-
thedr. cap. 8. num. 142. Rot. in rec. deciſ. 37. num. 4. part.
50. recent. & in Giennen. &c. Juris mutandi 11. Februarii
1704. §. Agnoſcentes, cor. Priolo.

Ac item præmittere oportet, quòd in iis, quæ tan-
gunt intereſſe univerſale Capituli, & non Canonicos
4 tanquam ſingulos, non ſufficit conſenſus ſingulorum
Canonicorum extra Capitulum, etiam per ſcripturam
præſtitus, ſed requiritur conſenſus eorundem, legiti-
mè, & Capitulariter coadunatorum, quia non aliàs,
quàm dum ſunt coadunati, Capitulum repræſentant.
Innoc. in cap. eam te, num. 9. de reſcript. Federic. de Sen.
conſil. 61. num. 9. Ciarlin. controv. lib. 2. cap. 213. num. 28.
Garz. de Benef. part. 12. cap. 2. num. 174. Barboſ. de Can.
cap. 13. num. 3. Tranchedin. conſult. 3. num. 5. Rot. deciſ.
193. num. 5. cor. Cavaler. & dec. 573. num. 6. cor. Buratt.
& dec. 115. num. 5. cor. Ottobon.

His præhabitis, tunc non ſufficit conſenſus majo-
ris partis Capitularium, quando agitur de actu merè
5 voluntario, ſed requiritur omnium, ut communiter do-
cent Canoniſtæ in cap. quum omnes, de conſtit. & ibi gloſſ.
in V. conſtitutum. Innoc. num. 3. Bellamer. numer. 5. & 8.
Bald. num. 16. Abb. numer. 5. Felin. num. 18. verſ. decimo
fallit. Gonzal. num. 16. Tranched. conſult. 5. num. 7. Lot-
ther. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 13. numer. 16. Fermoſin. de
Poteſt. Cap. Sed. Vacan. tr. 3. quæſt. 1. num. 9. Pignatell. con-
ſult. 122. num. 9. tom. 9. Rot. dec. 708. num. 3. coram Se-
raphin. & dec. 245. num. 24. part. 16. rec. & in Gerundtn.
Capparum coram Pio poſt Antonell. de Jur. & Oner. Cleric.
dec. 41. & in Romana Immiſſionis 26. Martii 1696. §. Li-
cet, coram Emin. dela Tremoille.

Potiſſimùm ſi omnes tangit in particulari, ex regu-
6 la, quòd quicquid omnes tangit, ab omnibus debet
approbari, ut relati Canoniſtæ tradunt in d. cap. quum
omnes, & Rot. coram Coccin. deciſ. 307. n. 3. coram Cerr.
deciſ. 450. num. 5. dec. 139. num. 5. part. 14. & dec. 244.
nu. 20. & 25. part. 16. & in dicta Romana Immiſſionis. §.
Et demum, cum ſeq. coram Emin. dela Tremoille, & in d.
Giennen. Juris mutandi. §. Subdebant, in fin. coram R.
P. D. Priol.

Et exemplum eſt in electione, in qua, etiamſi ma-
jor pars vellet admittere extraneum, vel alioquin non
7 admittendum, ad votandum, diſſenſus minoris partis
ſufficeret, immò unius, qui diſcreparet, quum ex hoc
diminuatur cujuſque poteſtas, ſicuti eſt in Compromiſ-
ſo, quod impeditur per unius contradictionem. Butr.
in capit. quia propter, num. 40. de elect. Lambertin. de Ju-
repatr. lib. 2. quæſt. 2. sect. 17. Lavor. Elucubrat. var. ti-
tul. 4. cap. 19. num. 31. Campanil. Diverſ. Jur. Canon. rubr.
7. capit. 6. numer. 62. Paſſerin. de elect. capit. 22. quæſt. 4.
numer. 19.

Item cum eodem ſuppoſito proceditur, quando major
pars Canonicorum vellet renunciare alicui privilegio,
8 ſeu exemptioni, vel aliquid agere contra Conſtitutio-
nes, & laudabiles conſuetudines, ex quo magnum Ec-
cleſiæ, vel ipſius Capituli præjudicium ſequeretur;
nam in hoc caſu major pars non trahit ad ſe mino-
rem, ſed minor, quum habeat juſtam cauſam contra-
dicendi, poteſt impedire, nè actus fiant, & violentur
Jura, & privilegia, & laudabiles Capituli conſuetudi-
nes, ut Gloſſ. in d. cap. quum omnes in V. conſtitutum de
conſtit. ibiq. Innoc. ſub num. 2. & in cap. antecedentibus,
de privileg. Felin. in d. cap. quum omnes, ſub n. 18. ibi --
Fallit ſecundò prædicta regula, ſi illi de Capitulo vellent
aliquid facere contra privilegium, vel conſuetas conſtitutio-
nes ſuas, quia unus ſolus poteſt contradicere -- & concor-
dant Barboſ. ibid. num. 5. Fagnan. n. 8. & 9. Panormitan.
in cap. veniens, de præſcript. -- ibi -- Eo namque caſu mi-
nor pars habet juſtam contradicendi cauſam, & ea ratio-
ne unus ſolus poteſt contradicere, nè actus fiat -- Pariſ.
conſ. 90. numer. 19. lib. 4. Chokier. de Juriſd. in Exempt.
tom. 1. part. 3. quæſt. 26. num. 1. Valboa in Prælect. ad tit.
lib. 2. Decret. tom. 2. tit. de probat. cap. 5. ſub num. 44. fol.
181. Creſp. de Valdaur. obſervat. 112. num. 11. verſ. quanto
ſi aliquid agatur: noſter Ceccoper. lib. 4. num. 188. Anto-
nell. de Regimin. Eccleſ. lib. ultim. §. 1. ſub num. 9. Rot.
deciſ. 244. numer. 27. part. 16. recent. & in d. Romana
Immiſſionis. §. Ut etiam, & §. ſeq. coram Eminentiſſ.
dela Tremoille.

Licèt enim, ut diximus, quando agitur de intereſ-
ſe particulari, tangente ſingulos de Capitulo, vel de
immutandis laudabilibus conſuetudinibus, vel renun-
ciandi alicui exemptioni, ſeu privilegio, requiratur
omnium Capitularium conſenſus; hoc tamen intelli-
gendum eſt, quatenus verè minor pars reclamet, &
opponat contra actum geſtum poſt oppoſitionem, &
proſequatur oppoſitionem, & contradictionem; quia ſi
acquieſcat, cenſetur eundem actum approbaſſe per ac- 9
quieſcentiam, quum idem ſit expreſsè, ac tacitè ac-
quieſcendo approbare, prout ſequitur, quando aliquis
de Capitulo fuit contemptus, & non fuit vocatus ad
electionem, vel alium actum Capitularem, quòd ſi op-
ponat de contemptu, illumque proſequatur, utique
actus infirmandus eſt, ſecus verò ſi neglexit opponere,
vel proſequi ipſam oppoſitionem, ad text. in cap. quod
ſicut, ubi gloſſ. in V. conſentire, ibiq. Ancharan. Jo: Andr.
& cæteris relat. Fagnan. numer. 32. Lottber. de Re Benef.
lib. 1. quæſt. 17. num. 5. Rot. dec. 70. num. 4. coram Ubago,
& dec. 205. num. 13. & 15. coram Priol. Nam illius ac-
quieſcentia præſupponit approbationem, & confirma-
tionem actus pro bono pacis. Gloſſ. in cap. quum in Eccle-
ſiis, in figuratione caſus de præb. in 6. Rot. coram Buratt.
dec. 351. num. 4. 5. & coram Coccin. dec. 2021. num. 88.
& eſt optimus text. in d. cap. quod ſicut, & benè ibi Butr.
num. 25. Tamburin de Jur. Abb. diſput. 5. quæſt. 3. numer.
33. Lottber. ubi ſupra num. 90. Adden. ad Buratt. dec. 758.
numer. 10. Rot. in Giennen. Juris mutandi 27. Martii 1705.
§. Sed dato etiam, coram Priol.

Cumque hujuſmodi conſenſus Capitularis, qui fuit
contemptus, non ſit de forma, ſed requiratur ratione
præjudicii, & intereſſe particularis, ideo poteſt etiam
ex poſt intervenire, & non contemporaneè cum actu 10
Capitulari, & ob id conſenſus præſumptus, & reſul-
tans à patientia, & acquieſcientia ſubſecuta, ſufficit,
nè actus retractari debeat. Innoc. in cap. dudum, ſub nu-
mer. 3. de reb. Eccl. non alien. Calderin. conſil. 1. num. 2. ad
fin. de conſtit. Lottber. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 13.
& optimè Rot. dec. 7. num. 14. & ſeq. & dec. 106. num.
17. cor. Cerro.

Et in ſequelam præmiſſorum ſequitur etiam quòd
actus geſtus ut ſupra, non poteſt impugnari ex defe-
ctu contemptus, vel alio, niſi ab iis, qui fuerunt ſpre- 11
ti, vel ſeſe oppoſuerunt; nam ſi illi poſtea acquieve-
runt, non poteſt actus retractari per eos, qui fuerunt
præſentes, vel deliberationem fecerunt, quia hujuſ-
modi exceptio reſpicit perſonas eorum, qui fuerunt con-
tempti. Innoc. in cap. in Geneſi num. 8. ibique Abb. num. 1.
de elect. Calderin. d. conſ. 1. num. 2. de conſtit. Rot. d. deciſ.
133. num. 10. & ſeqq. part. 2. diverſ. & dec. 74. num. 31.
part. 16. rec. & dec. 85. numer. 10. coram Celſ. Et multo
magis ſi obſervantia intervenerit, quæ eſt implicita, 12
& patentiſſima ratificatio. Rot. in d. Giennen. Juris mu-
tandi §. Non tamen admiſerunt, in fin. coram R. P. D.
Priolo.

Pro cujus quæſtionis clariori intelligentia adverten-
dum eſt, quòd quando etiam poteſtas Capituli manet
in illis, qui coadunantur, ex quo agatur de negocio,
quod non influat in particulare præjudicium ſingulo-
rum, nec omnium requiratur conſenſus: adhuc ad ef-
fectum, ut abſentes non poſſint dare de nullitate deli-
berationis factæ per præſentes, neceſſe eſt, quòd qui
non interfuerunt, fuerint legitimè vocati, ac certiora-
ti de materia proponenda in Capitulo, ſi agatur de re 13
gravi, extraordinaria, quia tunc non intereſſentes ſe
remiſiſſe cenſentur ad reſolutionem capiendam per con-
vocatos, ut Rot. in dicta Giennen. Juris mutandi 18. Fe-
bruarii 1704. §. Subdebant, coram Priol. cum aliis in-
fra allegan.

Illud etiam advertendum pro recta applicatione præ-
allati principii -- quod omnes ſingulariter tangit, ab om-
nibus debet approbari, quòd illud procedit cum hac diſtin-
ctione, quod aut actus Capitularis tangit intereſſe om- 14
nium, non ut Collegiatorum, ſed tanquam ſingulo-
rum,

rum, & in tali caſu omnes in eo conſentire tenentur,
etſi Capitulo non interveniant, itaut conſenſus illo-
rum, qui præſentes fuerunt, abſentibus præjudicare
nequeat, & ſic intelligitur *text. in d. cap. quum omnes de
conſtit. & gloſſ. in d. cap. conſtitutum*, & ſequuntur *Lavor.
Var. Elucubr. tit. 4. cap. 17. num. 13. Mant. dec. 388. num.
4.* aut agitur de actu, ad Collegium pertinente, & ab
15 eodem faciendo, & in hoc caſu Capitulum dicitur le-
gitimè convocatum mediante conſueto modo convocan-
di per ſonum Campanæ, ſive per Nuncium Capitula-
rem, itaut actus expletus per intereſſentes ſuſtinea-
tur, licèt aliqui ex Capitularibus non interfuerint.
*Gloſſ. ubi ſup. in d. V. conſtitutum. Put. dec. 283. & deciſ.
293. lib. 3. Redoan. de* Reb. *Eccleſ. non alien. fol. 164. nu-
mer. 51. & ſeq.* & hanc eſſe veriorem, & magis com-
munem firmat *Felin. in d. cap. quum omnes n. 14. in fin. &
n. 22. de conſtit.* & optimè *Rota in d. Giennen. §. Non ta-
men, coram* R. P. D. *Priolo*.

Iterum tamen ſubdiſtinguere oportet recenſendo a-
ctus, qui per Capitulares expleri ſolent, iiſque parti-
cularem regulam applicando. Aliqui enim ſunt actus,
16 qui competunt Capitularibus, uti ſingulis, & in iis re-
quiritur, ut dictum eſt, ſingulorum conſenſus ex regu-
la præallata, quod omnes tangit &c. *Barb. de Can. &
Dignit. cap. 38. num. 13. Fagnan. in cap. quum in cunctis,
num. 7. in fin. de his, quæ fiunt à major. part. Capituli*. Ali-
quid autem dicitur competere pluribus uti ſingulis,
quando omnes componunt univerſitatem, & eo nomi-
17 ne res ad eos pertineat, ſed unuſquiſque habet in eo
ſuum particulare intereſſe; *Fagnan. ibid. nu. 14.* ut eſt
exemplum in Jure paſcendi in bonis Communitatis, in
cujus locatione, tanquam impediente ſingulis uſum ſi-
18 bi competentem pro paſcendis ſuis gregibus, neceſſa-
rius eſt omnium conſenſus, itaut unius tantùm diſſen-
ſus poſſit impedire actum. *Surd. conſ. 65. num. 7. lib. 1.
Fagnan. ubi ſupra, num. 9. Capyc. dec. 151. per tot.* quia li-
cèt Jus paſcendi penes totam Communitatem reſideat;
nihilominus Juris effectus in ſingulorum perſonas de fa-
19 cto reſunditur, quum ſingulorum armenta paſcuis, ac
nemorum uſu fruantur, ut advertitur *in d. dec. 151. nu-
mer. 5.* & ponderatum fuit *per Rot. in Viterbien. uſus
Paſcuorum 15. Martii 1700. §. Quo verò, & ſeq. co-
ram Muto*.

Aliud exemplum magis noſtro propoſito accomoda-
tum deſumitur ex mutatione turni, juxta quod Cano-
nici ſoleant conferre Beneficia, ſive Canonicatus, ad
20 ſuam collationem ſpectantes. Licèt enim Jus confe-
rendum ſit penes Capitulum, conſtituto turno, exer-
citium reſpicit Canonicos uti ſingulos, & propterea in
hujuſmodi exercitii mutatione requirendus eſt omnium
conſenſus, & firmari poteſt regula, quòd dicatur ali-
quod Jus ſpectare ad Capitulares uti ſingulos, quoties
dictum Jus, quamvis competat Capitulo, exercitium
tamen vigore antiquæ conſuetudinis, vel Statuti, per-
tinet ad ſingulos de ipſo Capitulo, ut plenè firmavit
Rot. coram Cerro dec. 472. ferè per tot. Ad hoc verò, ut
procedat dicta regula, eſt etiam notandum, quòd ne-
21 ceſſe eſt, quòd actus ſpectet ad ſingulos primariò, &
non ſecundariò, ſeu conſecutivè, ut notat *Barboſ. in
Collect. cap. quam omnes, de conſtit. num. 7. Adden. ad Bu-
ratt. dec. 573. Cavaler. dec. 134. num. 5. Cerr. deciſ. 517.
num. 4. Petr. ad Conſtit. Apoſt. Leonis Magni ſect. 2. num. 27.
22 & ſeq. tom. 1.* Quum ratio præjudicii, quod in aliquem
ſecundariò, & indirectè reſultat, in conſideratione re-
gulariter habenda non ſit, *cap. quamvis, in fin. ibique
Geminian. num. 11. de pact. in 6. Tiraquell. loco ſup. cit.*;
tunc autem cenſetur primariò ad aliquem ſpectare,
23 quando quis in particulari immediatè commodum, ſi-
ve præjudicium experitur, ut plenè docet *Tiraquell. in
tr. Res inter alios acta in princ. n. 10. 11.*

Altera ſpecies actuum Capitularium ſunt ii, qui com-
petunt pluribus, uti univerſis, & in ipſis explendis non
24 eſt neceſſarius omnium conſenſus, ſed tantùm majo-
ris partis Capitularium inſimul congregatorum, ut ex-
plicat *Rot. coram Cerro d. deciſ. 472.* & latiùs *dec. 517.
num. 7. & ſeqq.* & plenè in *Giennen. Juris mutandi 11. Fe-
bruarii 1704. §. Non tamen, coram Priolo*.

Tertia ſpecies actuum Capitularium ſunt ii, qui di-
cuntur voluntarii, videlicet qui ad ſolum Canonicorum
libitum peraguntur, & hujuſmodi actus, ſive compe-
25 tant pluribus uti univerſis, ſive uti ſingulis, expleri
non poſſunt, niſi interveniente omnium conſenſu. *Ad-
den. ad Buratt. d. dec. 573. Rot. dec. 245. nu. 24. part. 16
rec. & in Romana Immiſſionis 26. Martii 1696. §. Licèt,
& §. Et demum, cum ſeqq. coram Eminen. de la Tremoil-
le*. Et hujus naturæ cenſetur tranſactio inita à Capitu- 26
lo ſuper Jure conferendi Beneficia cum Epiſcopo, ut
cenſuit *Rot. deciſ. 244. num. 24. & 27. part. 16. rec.* in
qua declarata fuit irrita ſimilis tranſactio ex defectu
conſenſus totius Capituli, & de nullitate alterius tran- 27
ſactionis eodem capite, agit *Rot. cor. Cerro deciſ. 430.
num. 12.* & de donatione *Rocc. de off. tit. de donat. §. 5.
num. 138.*

Quartam ſpeciem actuum Capitularium conſtituunt
actus neceſſarii, & hi ſunt, quos Capitulum, ſive Col-
legium, non ex mera ſua voluntate, ſed potiùs ex 28
munere, & obligatione perficit, ut ſunt alienationes,
& electiones, juxta *gloſſ. in d. c. quum omnes, in V. con-
ſtitutum, de conſtit.* Item actus utiles Univerſitati, ſive 29
Collegio, qui neceſſariis æquiparantur. *Gratian. diſcept.
720. num. 17. & ſeqq.* & in his ſufficit conſenſus majoris 30
partis, non attento diſſenſu minoris. *Adden. ad Buratt.
d. dec. 573. Gratian. d. diſcept. 721. num. 18. & ſeq. Rot.
dec. 261. num. 14. coram Bich.* & in terminis alienatio-
nis *dec. 887. num. 2. coram Merlin.* Ad actus neceſſarios
referuntur etiam ii, in quibus juxta ſolitum aliquod de-
terminatur, etiamſi ſpectaret ad plures uti ſingulos, ut 31
probat *Felin. in d. cap. quum in cunctis, num. 15. Adden.
ad Buratt. l. cit.* Item quando agitur de impoſitionibus
Collectarum pro ſolvendis debitis Univerſitatis, ſive 32
pro alia publica cauſa. *Felin. l. cit. numer. 18.* latè *Fran-
ciſcus Marcus, dec. 490. ferè per tot.*

Denique ſupereſt hìc adnotare, quænam cenſeatur
major pars, cujus in actibus Collegialibus neceſſarius
eſt conſenſus; an videlicet eſſe debeat major pars reſpe-
ctu totius Collegii, an reſpectu intervenientium: & 33
pro regula ſtatuendum videtur, ſufficere majorem par-
tem reſpectu intervenientium. *Mant. de Tacit. lib. 4. tit.
7. num. 10.* quum de abſentibus legitimè convocatis, & 34
ſe congregare non curantibus, ratio haberi non de-
beat. *Lambert. de Jurepatr. lib. 2. part. 3. quæſt. 4. art. 2.
num. 8. Rot. coram Celſ. deciſ. 83. num 9. & ſeqq.* Sed pro
meliori reſolutione hujus quæſtionis notandum eſt, quòd
ſi aliqui ex Capitularibus ſint incapaces ferendi ſuffra-
gium, puta ob interdictum, vel excommunicationem,
horum non eſt habenda ratio in computanda majori par-
te, quum illorum poteſtas tranſeat, & conſolidetur eo 35
ipſo in reliquos capaces, etiamſi duo, aut unus reman-
ſerit. *De Luc. de Præem. diſc. 17. numer. 7. & alibi*, &
firmavit *Rot. in Majoricen. Beneficii 29. Martii 1700. co-
ram Muto*.

Item advertendum ad actum, qui debet in Capitu-
lo peragi; nam ſi ad Eum explendum de Jure eſt præ-
fixus terminus, ut contingit in Electionibus, & Præ-
ſentationibus, in hoc caſu, antequam præfixum tem-
pus labatur, præſentes, non curatis abſentibus, vel 36
intereſse non curantibus, validè ad actum deveniunt,
& major pars conſideratur reſpectu tamen præſentium.
*Rot. dec. 439. num. 6. & dec. 477. num. 39. part. 19. tom.
2. rec.* & inſtante termino prædicto, etiam minor pars
Capituli poteſt convocare majorem, & illa renuente ſe 37
coadunare, & actum explere. *Fagnan. in c. ex injuncto,
num. 50. de nov. oper. nunciat.* Idemque procedit, ſi tem-
pus non ſit à Jure, ſed potiùs de facto præfixum, ut
contingit in locationibus bonorum Eccleſiæ, ſeu Capi- 38
tuli, vel aliis negotiis, in quibus ſi actus protrahere-
tur, id vergeret in damnum ipſius Eccleſiæ. *Reveren-
diſſ. Petr. ad Conſtit. Apoſt. ad Conſtit. præfati Leonis Magni
ſect. 2. num. 34. tom. 1.* Si verò actus commodè protrahi
poteſt in aliud tempus, tunc major pars conſiderari de-
bet reſpectu totius Capituli, ſeu Collegii, itaut ſi non 39
interveniant duæ ex tribus partibus, illud componen-
tibus, actus validè fieri nequeat, ſed debeat expecta-
ri, quòd prædictus numerus compleatur, juxta *text. in
l. nulli, & l. res quæ ff. quod cujuſq. Univerſit. nom. Roland.
conſ. 90. num. 7. & ſeq. lib. 1. Carberan. conſ. 63. num. 21.
Roman. conſ. 184. num. 24. Trentacinq. Var. reſol. lib. 1. tit.
quod cujuſq. Univerſit. nom. reſol. 1. num. 3. Gratian. diſcept.
933. numer. 4.* ubi, quòd duæ ex tribus partibus om-
nino venire debent, nec ſufficit quòd omnes vocati
fuerint. *Amendol. ad Franc. dec. 2. num. 20. Tranchedin.
reſol. 3. num. 4. De Marin. ad Reverter. dec. 128. numer. 5.
in fin.*

in fin. Anguian. de Legib. lib. 2. concl. 4. num. 31. De Luc. de Apoſt. Reg. Aſſenſ. quæſt. 183. num. 3. verſ. ſecundum quod duæ partes. Rot. dec. 887. num. 9. coram Merlin. & deciſ. 731. num. 16. coram Dunoz. Junior. & in propriis terminis Capituli, egregiè *Gonzal. in cap. 1. num. 5. in fin. de his, quæ fiunt à major. part. c. tom. 3. fol. 172.* ibi — *Quare dum negotium tractatur in Capitulo, ad minus duæ partes adeſſe debent, non quia exigatur, ut duæ partes idem decernant, ſed ut in decernendo adſint duæ partes, quæ faciunt Capitulum, & Conſilium publicum — Pirhyng. in Jus Canon. lib. 1. tit. 6. ſect. 4. num. 193. fol. 234. Rot. dec. 133. num. 7. part. 5. rec. tom. 1. Fagnan. in d. cap. ex injuncto, num. 49. Rot. in Recanaten. Beneficii 9. Martii 1701. §. Conſtito, & §. ſeq. coram R. P. D. Lancetta.*

Quod tamen intelligendum eſt, quoties Collegium, ſive Univerſitas, non habet aliquem, penes quem reſideat Jus convocandi ipſum Collegium, quia ſi adſit aliquis, qui vigore Statuti, ſive conſuetudinis, habet hoc Jus, tunc vocatis juxta morem vocandis, actus validè conficitur ab intereſſentibus, etiamſi duas partes
40 totius Collegii non compleant, quia poteſtas totius Collegii conſolidatur in intereſſentibus, quando ſunt vocati ab habente poteſtatem, & abſentes, legitimè convocati, renuendo ſe congregare, cenſentur ſuo Juri renunciaſſe, ad *tent. in cap. quum à nobis, de Elect. Fagnan. in d. capit. quum ex injuncto loc. cit. Rot. coram Puteo dec. 283. lib. 3. & in d. Recanaten. Beneficii coram Lancett. & in Giennen. Juris nutondi 11. Februarii 1704. §. Ulterius, coram Eminentiſſimo Priolo.*

Non eſt tamen prætereundum, quòd pro dirimendis controverſiis, quæ ſuper præmiſſis contingere poſſunt, multum conferunt Statuta, vel conſuetudines diù obſervatæ, quæ attendendæ ſunt, etiamſi contraria eſ-
41 ſet Juris cenſura, ut advertit *Paſſerin. de Elect. cap. 12. per tot.*

Ac tandem, quòd licèt magna ſit controverſia, an tunc cenſeatur majos pars conſenſiſſe in aliquam deliberationem, quando minor, quæ eſt ſanior, & merito, & auctoritate prævalet, diſſentit; tamen quamvis videatur habenda ratio potiùs ſanioris, quàm majoris partis, ad *tent. in capit. quum in cunctis; de his quæ fiunt à major. part. cap. Menoch. conſ. 96. num. 12. Barb. de Canon. cap. 38. num. 4.* quum determinare, quæ ſit ſanior pars, admodum difficile exiſtat in praxi, & multa parere poſſit ſcandala, receptum eſt, quòd præſumi debeat favo-
42 re majoris partis; niſi manifeſtè conſtaret de irrationabilitate conſenſus ejuſdem, & dicta irrationabilitas à minori parte juſtificaretur. *Fagnan in d. capit. quum in cunctis, num. 7.* cum cæteris adductis *per Rot. dec. 439. n. 6. & 7. part. 19. rec.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

Ad Capitulum ſunt convocandi ſolùm qui habent vocem; & quibus competat hujuſmodi vox; & an Canonico illam non habenti ſit permittendum intereſſe Capitularibus Congregationibus. Canonicus diſpenſatus ſuper ætate ad obtinendum Canonicatum, an ſit diſpenſatus etiam quoad vocem in Capitulo; ac de Canonicis Coadjutoribus, & Supernumerariis admiſſis cum plenitudine Juris Canonicalis. Quando prima Dignitas Capituli non eſt in Sacris, & non habet vocem, tamen præſidere poteſt in Capitulo: Ac de iis, qui poſſunt puniri à Capitulo privatione vocis, & qui ob irregularitatem, excommunicationem, & ſimilia, non ſunt convocandi. An, & quando admittendus ſit in Capitulo ad votandum Procurator abſentis, vel infirmi: Et an extraneæ perſonæ poſſint in Capitulum admitti.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit vox, quam Canonicus habere dicitur in Capitulo.*
2 *Hujuſmodi vox competit tantùm in Sacris Ordinibus conſtitutis.*
3 *Neque ſuffragatur ad hunc effectum conſenſus aliorum Canonicorum.*
4 *Nec valet contraria conſuetudo.*
5 *Et Epiſcopus non poteſt in hoc diſpenſare.*
6 *Cuilibet Canonico, licèt in minoribus tantum conſtituto, conceditur ſtallum in Choro, locus in Capitulo, & in eo vox in habitu.*
7 *Et poſſeſſione Canonicatus adepta, dicitur de Capitulo, & verus Canonicus.*
8 *Canonicis, non in Sacris conſtitutis, permittitur, ut Capitulis aſſiſtant, ut addiſcant, quæ ſunt muneris Canonicorum.*
9 *Ad hunc eundem effectum in aliquibus Collegiatis etiam Sacerdotes per biennium non habent votum in Capitulo, & quare.*
10 *Qui carent voce activa in Capitulo, ob defectum Ordinis, non carent tamen paſſiva.*
11 *Si Canonicus in Minoribus admittatur ad votandum in Capitulo, non ideo actus eſt nullus, & de ratione.*
12 *Diſpenſatus ſuper ætate, ut Sacros Ordines recipiat, ſtatim atque eſt ordinatus, acquirit Jus votandi in Capitulo,* & num. 13.
14 *Quid de eo, qui aſſumptus eſt ad Præbendam Diaconalem?*
15 *Coadjutores, initiati Sacro Ordine, annexo Præbendæ eorum Principalium, gaudent voce activa, & paſſiva in Capitulo.*
16 *Hoc tamen Jus non exercent, volentibus Capitulo intereſſe, & votum dare Coadjutis.*
17 *Quando Canonici ſupranumerarii convocari debeant ad Capitulum, ibique vocem habeant.*
18 *Prælatus exemptus, Eccleſiæ Collegiatæ caput, habet præſidentiam, & vocem in Capitulo, etſi non fuerit in Sacris conſtitutus, & de ratione,* & numer. 19.
20 *Non ita tamen judicandum de Præpoſito, Epiſcopo prorſus ſubjecto, qui non habet vocem in Capitulo, uſque dum non ſit Sacris initiatus.*
21 *Sed jus tantùm habet Capitulum convocandi, & in eo præſidendi.*
22 *Aliæ verò Dignitates hac prærogativa non gaudent, nec vocem habent in Capitulo, etiamſi ſint in Sacris,* & num. 23.
24 *Quando prædicta Dignitates vocem habeant in Capitulo,* & num. 25.
26 *Qui Dignitatem, & Canonicatum obtinet, ſecundum aliquot, duplicem vocem habet in Capitulo.*
27 *Ubi duo Jura reſident apud eandem perſonam, duplicem illa gerit figuram.*
28 *Probabilior eſt contraria Sententia.*
29 *Stipendia duplicata dantur ſolùm ratione duplicis operæ, diverſis temporibus præſtitæ.*
30 *Diſtributiones ſunt aſſignatæ Horis Canonicis, quibus æquè interſunt Dignitates, ac Canonici.*
31 *Idem dicendum de emolumentis, provenientibus ex Anniverſariis, & Feſtis.*
Ubi eſt eadem ratio, ibi idem Jus eſt ſtatuendum eodem num.
32 *Epiſcopus, qui ſimul eſt Canonicus, unicum tantùm ſuffragium habet in Capitulo.*
33 *Et ut Canonicus poteſt ſemper intereſſe Capitulis.*
34 *Si procul ſit à Civitate, non eſt convocandus ad Capitulum.*
35 *Sed ſi non ſit ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, nulla vox ei competit in actibus Capitularibus.*
36 *Canonici poſſunt puniri privatione loci, & Capituli, vel ſuſpenſione vocis.*
37 *Sed ita puniti non cenſentur immunes ab iis, quæ ſunt oneris.*
38 *Canonici ſuſpenſi, privati dicuntur voce in Capitulo.*
39 *Nec quis poteſt electionem de ſe factam acceptare.*
40 *Idem eſt, quoad Canonicos interdictos, & irregulares.*
41 *Canonici excommunicati denunciati, amittunt vocem in Capitulo, & ad illud non convocantur.*
42 *Et ſi ſcienter fuerint admiſſi ad dandum votum, actus Capitulares vitiantur.*
43 *Quid de Canonicis, quos in majorem excommunicationem incidiſſe conſtat, ſed non ſunt denunciati,* & num. 44. & 45.
46 *Eos admittentes non peccant, neque ab aliis geſta irritantur.*

47 *Immò valet talis Canonici vox, ſi ut perſona publica ſe gerat.*

48 *Canonici, minori excommunicatione palam innodati, non repellantur à Capitulo, nec à votando,* & numer. 49.

50 *Ipſe tamen ſic excommunicatus non poteſt eligi.*

51 *Dignitates, & Canonici, propter infirmitatem, aut aliud impedimentum, intereſſe non valentes, poſſunt procuratorem conſtituere; & quid ſervandum in mandato faciendo,* & n. 52. & 53.

54 *Tenentur tamen ſubrogare aliquem, qui ſit de eodem Capitulo, & Sacris Ordinibus inſignitus, & de ratione,* & num. 55.

56 *An procurator electus à Canonico poſſit, ſuam vocem dare uni, & aliam procuratorio nomine alteri, & quando,* & n. 57. 58. 59. & 60.

61 *Canonicus legitimè impeditus poteſt per literas, ſigillo munitas, Præſidenti Capituli mentem ſuam, circa electionem aliquam faciendam, aperire; vel mandatum alicui Capitulari facere de tali perſona eligenda.*

62 *Vel ad infirmum accedat, qui recipit voces in Capitulo.*

63 *Quod tamen fieri nequit Jure novo* Conc. Trid. *in electionibus Regularium, aliiſque, in quibus electio de forma facienda eſt per vota ſecreta.*

64 *Dicens ſuo procuratori, ſi ego præſens eſſem, votum darem ad favorem talis, non facit contra formam voti ſecreti.*

65 *Unus Canonicus poteſt à pluribus conſtitui procurator, etiam per literas, authentico ſigillo conſtituentium munitas,* & num. 66.

67 *Si nullus de Capitulo vellet mandatum acceptare, non poterit deputari extraneus, niſi de conſenſu majoris partis Capituli, ad dandum votum conſultivum; omnium verò vocalium ad ferendum votum deciſivum,* & n. 68.

69 *Nemini de Capitulo licet laicum admittere ad ſuppeditandum votum deciſivum, ſed tantùm conſultivum.*

70 *Seculares nobiles, ex privilegio Apoſtolico, quandoque recipiuntur inter Canonicos, & intereſſunt Capitulis, ſed ibi nullam vocem habent.*

TITULUS III.

EX Canonicis, tam abſentibus, quàm reſidentibus,
non convocantur ad Capitulum, niſi, ut diximus, qui in eo habent vocem, quæ multipliciter ſumi-
1 tur à Scriptoribus, ſed in caſu propoſito, vox eſt votum Canonicorum, capitulariter prolatum, aut proferendum, explicans animi mentem aſſentiendo, vel diſſentiendo circa ea, quæ in Capitulo proponuntur. *Horat. Barbat. de Diviſ. Fruct. part. 1. cap. 16. num. 51.* & ante eum docuerunt *Frecc. de Subinfeud. lib. 1. diſc. 1. num.*
2 19. *& DD. in rubr. extr. de elect.* Hujuſmodi vox competit tantummodo Canonicis, in Sacris Ordinibus conſtitutis. *Clem. ut hi, tit. de ætat. & qualit. ordin. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de ref.* & non exiſtentes in Sacris nequeunt
3 ab aliis Canonicis admitti ad dandam vocem in electionibus, & actis Capitularibus. *Boich. ſuper d. cap. Quod ſicut, numer. 4. Nav. conſ. 7. de Cler. non reſid. Say. in Flor. dec. 24. eod. tit.* & cenſuit *Sacr. Congr. ad dictum cap. Conc.*
4 Nec valet contraria conſuetudo. *Tamburin. de Jur. Abb. tom. 1. diſp. 5. quæſt. 8. numer. 8. Gavan. in Man. V. Capitu-*
5 *lum num. 11. in addit.* Neque Epiſcopus poteſt in hoc diſpenſare: *Azor. l. cit. lib. 6. capit. 6. quæſt. 1. Homob. de Stat. part. 1. c. 9.*

At verò, quia cuilibet Canonico, & ſi minorum tantùm Clerico, in poſſeſſione ſui Canonicatus exiſtenti,
6 conceditur ſtallum Chori, locus in Capitulo, necnon vox in eo habitu, licèt non actu, uſquequò ſit Sacris initiatus. *Innoc. ſuper cap. In literis, de reſt. ſpoliat. Monet. l. cit. part. 2. quæſt. 20. num. 12.* & propterea dicta poſ-
7 ſeſſione aſſecuta, ſtatim dicitur de Capitulo, & verus Canonicus. *Zabarel. ſuper d. V. clem. Ut hi. Caval. deciſ. 109. num. 55.* Eidem Canonico non in Sacris, de conſenſu Capituli permittitur, ut aſſiſtat Capitulis, ad ef-
8 fectum addiſcendi, quæ ſunt muneris Canonicorum. *Ragne. de voc. quæſt. 22. numer. 4. Gavan. l. ſtat. cit. numer. 54.*

In aliquibus Collegiatis integro biennio Canonici etiam Sacerdotes arcentur à votando in negotiis Capitu- 9
li, ut interim diſcant, quæ illis poſtmodum ſunt peragenda; quod laudatur in *Theat. Vit. Hum. V. Silentium.* Carentes voce activa ob defectum Ordinis, hoc eſt Jure votandi ſuper aliquo actu, in Capitulo faciendo, non
privantur paſſiva, id eſt, Jure patiendi vocem de ſe ip- 10
ſo in eodem Capitulo: ita probabiliùs arbitrantur *Caſtr. Pal. part. 2. tr. 13. diſp. 5. part. 6. num. 13. Piaſec. in Prax. part. 2. c. 3. n. 7. & Garz. de Benef. part. 3. c. 4. num. 5. in addit. Ricc. in prax. part. 2. reſ. 488. num. 4.* contra *Nav. conſ. 6. de V. ſignif. & Leſſ. l. cit. c. 34. dub. 29. num. 105.* exiſtimantes, in dicta prohibitione utramque vocem eſſe comprehenſam, & ſequitur *Molfiſ. tr. 6. c. 16. num.*
34. Concordant omnes, quòd ſi præfatus Canonicus non 11
in Sacris admittatur ad vocem activam, non idcircò remanent irrita geſta à Capitulo: Ratio eſt, quia utile per inutile non vitiatur in actibus Capitularibus. *Felin. in c. cum ſuper, de off. deleg.*

Canonicus diſpenſatus à Summo Pontifice ſuper æta-
te, ut poſſit ad Sacros Ordines ordinari, ſtatim atque 12
Sacris initiatur, cenſetur etiam gratiatus in danda voce in Capitulo. *Abb. in d. c. Pro illorum, num. 3. Roman.*
conſil. 325. Ratio eſt, quia non erat expers vocis ob de- 13
fectum ætatis, ſed ratione Ordinis. *Sanchez de Matrim. lib. 8. dub. 1. n. 23.* & ſuadetur ex textu plano ſtatim *alleg. Clem. Ut hi,* ubi habetur, non ſolùm carere voce in Capitulo Canonicum, qui non eſt in Sacris, ſed & eos,
quibus non deeſt Subdiaconatus, & ſunt inſtituti ad 14
Præbendam Diaconalem, ut notat *Brancat. in Epit. Canon. V. Vox.* Coadjutores Canonicorum initiati Sacro
Ordine, quem poſtulat eorum principalium Præben- 15
da, lætantur voce activa, & paſſiva in Capitulo, ut tradunt *Vivian. loc. cit. lib. 1. cap. 1. num. 91. Filliuc. part. 2. tract. 23. numer. 177. Penia dec. 307. numer. 3. part. 1.*
Silent tamen, dum ipſorum Coadjuti Capitulo inte- 16
reſſe vellent, & dare votum: ita *Farinac. deciſ. 410. num. ultim. part. 2. in poſth. Garz. ubi ſup. part. 4. capit. 5. num. 107.*

Canonici Supranumerarii cum plenitudine Juris Canonicalis recepti, convocantur ad Capitulum, ibique
habent vocem, quando tractatur de condendis Statutis, 17
& Decretis omnes obligantibus, ac in aliis caſibus, prout ſolent inſeri in eorum Bullis, & nequeunt Canonici ordinarii eorum poteſtatem limitare, ut advertit *Caſtr. Pal. part. 1. tr. 13. diſc. 1. punct. 10. nu. 43.* Prælatus exemptus, & Collegiatæ Eccleſiæ Caput principale, quamvis, ut adnotavimus ſupra, non dicatur de Capitulo, in eodem tamen ſemper habet Præſidentiam,
& vocem, etſi nondum ſit in Sacris Ordinibus con- 18
ſtitutus. *Abb. ſuper. d. Clem. n. 5. Barb. in Clem. cum Eccleſiæ, n. 12. de ætat. & qual. Lotther. l. cit. lib. 1. quæſt. 15. numer. 42.* Indecorum quippe eſſet, & Eccleſiæ damnoſum, Prælatum externa Juriſdictione lætantem, ob de-
fectum Ordinis vocem in Capitulo non tenere: ita *gloſſ.* 19
in d. Clem. ut hi. Quæ non applicantur in Præpoſito Collegiatæ, Epiſcopo prorſus ſubjectæ; nam licèt iſte ſit
prima Dignitas, & Caput, remanet privatus voce in 20
Capitulo, quoad uſque ſit Sacris initiatus. *Dec. in cap. Significatum, de Præb. num. 4. Garz. l. cit. part. 3. cap. 4. num. 26.* Retinet tantummodò Jus convocandi Capitulum, & in eo proponendi, ac reſolvendi juxta deciſio-
nem factam per majorem partem Capitularium, quia 21
cum iſti actus ſint Juriſdictionis, non Ordinis, ſemper ad primam Dignitatem ſpectant. *Gratian. diſcept. for. c. 482. n. 17. Marſil. lib. 2. tit. de Præb. fol. 137.* Aliæ verò, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Dignitates, hujuſmodi majoritate non gaudent, immò quan-
tumvis in Sacris exiſtant, ac locum in Choro retineant, 22
nullam habent vocem in Capitulo. *Selv. de Benef. part. 2. quæſt. 17. num. 20. Jo. Bertachin. de Epiſc. part. 3. num. 1. Robuff. conſ. 42. num. 5. Fragoſ. l. cit. lib. 1. dec. 8. nu-*
mer. 26. Seraph. dec. 98. num. 1. Penia dec. 36. numer. 6. 23
part. 1. Ratio eſt, quia vox pendet à Canonia, ut informant *Abb. in c. Scriptum, de elect. Rub. Singul. V. Capitulum, num. 4. Giennen. in Prax. c. 69. num. 20.* In duo-
bus tamen caſibus memoratæ Dignitates voce in Ca- 24
pitulo fruuntur: Primo, ſi his ſit annexa Præbenda
Canonicalis: Secundo, ex præſcripta conſuetudine. 25
Franc. Marc. dec. 139. num. n. part. 2. aut ſaltem poſſeſſione decennali. *Dec. ſuper c. Quanto, de reſcript. Boerar. loc.*

rar. loc. de tanquam, Rot. part. 2. diver. dec. 4. nu. 8. Qui-
hus caſibus ſunt convocandæ ad Capitulum modo, quo
26 dictum eſt de Canonicis; quin ſecundum aliquos, qui
Dignitatem, & Canonicatum obtinent, duplicem vo-
cem gerunt in Capitulo: ita Hoyed. de Incompat. cap. 12.
num. 5. part. 1. Covar. Var. lib. 3. cap. 14. num. 6. Nald. V.
Canonicus, num. 1. Barboſ. ſuper c. Diverſis, n. 2. de Cler.
27 Coniug. & c. Clericus, n. 3. de Præb. Ubi enim duo Jura
accedunt eidem perſonæ, cenſenda eſt illa perſona Jure
duorum: c. cum olim, de ſen. & Re Jud. ubi Abb. quæ uti-
que negant. Petr. de Anchar. in c. cum non liceat, num. 1.
de præſcript. Imol. in c. cum olim, de ſent. & Re Jud. Trul-
len. in Decal. lib. 1. c. 8. dub. 5. n. 2. & cæteri apud San-
28 chez part. 1. conſ. lib. 2. dub. 106. Quorum ſententia eſt
probabilior; Ideoque licèt in Bulla hujus Collegiatæ
ex gratia fuerint conceſſæ duæ voces Abbati, in ea ta-
men Summus Pontifex mandat, Diſtributiones eſſe
29 æqualiter repartiendas inter Abbatem, & Canonicos.
Ratio adduci poteſt, quia ſtipendia duplicata dantur
dumtaxat ratione duplicis operæ, diverſis temporibus
præſtitæ; ad tradita per Filiuc. part. 3. tr. 41. c. 6. num.
30 56. At Diſtributiones ſunt aſſignatæ Horis Canonicis,
quod ſervitium eſt unicum, & non magis inſervit Di-
gnitas, quam ſimplex Canonicus, ut notant Ricc. loc.
cit. part. 3. reſp. 467. & Trullen. l. cit. Idem dicendum de
31 proventibus, provenientibus ex Anniverſariis, & Fe-
ſtis; quia ubi eſt eadem ratio, idem Jus conſtituit opor-
tet, c. Translatio, de conſt. Vivian. ſuper c. unic. de Cler.
non reſid. Nec his obſtant, quæ dicuntur infra num. 195.
32 nam fit differentia, dum honorarium ſeparatè datur ad
eorum manus. Epiſcopus quiſque, qui ſimul eſt Cano-
nicus, unicum tantùm ſuffragium retinet in Capitulo.
Selv. ubi ſupra part. 2. quæſt. 17. num. 3. Grat. diſcept. for. c.
33 106. n. 9. & ut Canonicus poteſt ſemper intereſſe Ca-
pitulis. c. Ex litteris, de prob. & ibi Innoc. Veruntamen
34 non convocatur ad Capitulum, ſi fortè ſit procul à Ci-
vitate. Rot. part. 3. diverſ. dec. 783. n. 6.

Quòd ſi Epiſcopus non ſit ejuſdem Eccleſiæ Canoni-
35 cus, nulla ei competit vox in actibus Capitularibus.
Abb. in proœm. Decret. 1. part. num. 21. Sbroz. de Off. Vic.
part. 2. lib. 3. num. 21. & alii penes Lotther. l. cit. quæſt. 15.
36 num. 38. Accidit nonnunquam, habentes vocem in Ca-
pitulo, ibi privari loco, & Capitulo; vel puniri ſu-
ſpenſione vocis ob incongrua ab iiſdem perpetrata, ut
ex Clem. mox cit. notant Curtell. l. cit. part. 3. n. 23. Sigiſm.
à Bon. ubi ſupra diſc. 107. num. 2. & Garz. de Beneſ. part.
3. can. 2. num. 526. Qui ita expertes non intelliguntur
37 privati in his, quæ ſunt oneris. Ricciull. de Jur. perſon.
lib. 2. c. 30. num. 14. Canonici ſuſpenſi ſunt privati vo-
38 ce in actibus Capitularibus. gloſſ. in c. cum dilectus, &
ibi Abb. num. 20. de conſuet. Felyn. in c. Apoſtolicæ, de ex-
39 cept. Nec quis poteſt electionem de ſe factam accepta-
re: ita Sorb. in Comp. Privil. Mend. V. ingredi, numer. 7.
40 idem ſequitur de Canonicis interdictis, aut irregulari-
bus. Azor. part. 2. lib. 6. c. 14. quæſt. 8. Rodriq. & alii,
quos citat, & ſequitur Caſtr. Pal. part. 2. tit. de Ben. diſp.
1. part. 10. tr. 13.

Canonici, majoris excommunicationis vinculo irre-
titi, ſi fuerint denunciati, aut publici Clericorum per-
41 cuſſores, qui nulla queant tergiverſatione celari, ſunt
omni voce deſtituti, & non convocantur ad Capitu-
lum. Compoſtellan. in c. Dilectus, num. 2. de conſuet. Quod
ſi tales fuerint ſcienter ad dandum ſuffragium admiſſi,
42 vitiantur actus Capitulares. Compoſtell. ibid. Imol. ſuper
ſæpius allegata Clem. Ut hi, & Raguc. de Voc. quæſt. 20. in
fin. Immò Canonici, quos conſtat in majorem excom-
municationem incidiſſe, quamvis non ſint publicati,
43 aut manifeſti Clericorum percuſſores, Capitulo deſti-
tuuntur, ex c. Cum ab homine, de ſent. excom. & c. Poſtu-
44 laſtis, cum ſeq. de Cler. excom. Nec tenet electio de his
facta; c. conſtitutus, de appell. & poſſunt à cæteris Ca-
45 pitularibus repelli, nè intrent in Capitulum; verun-
tamen eos admittentes non peccant, neque ea propter
46 ab aliis acta irrita remanent, c. cum inter, de elect. Mol-
ſeſ. l. cit. tr. 6. c. 16. num. 74. Petr. de Anchar. in Rubr. Nè
Sed. Vac. aliq. inno. Immò valet ejus vox, ſi faciat ut per-
47 ſona publica. Rod. in Summ. c. 105. in fin. Canonici, mi-
nori excommunicatione palam innodati, non arcentur
48 à Capitulo, nec à facultate porrigendi ſuffragia. Jo:
Andr. in Rubr. de elect. Oldrad. conſ. 259. Sylv. V. Electio 1.
num 5. Siquidem minor excommunicatio excludit à par-
ticipatione Sacramentorum, non à communione Fide- 49
lium. c. Si celebrat, extr. de Cler. excom. ipſe tamen ſic
excommunicatus non poteſt eligi. Molſeſ. ubi ſupra nu- 50
mer. 73.

Dignitates, & Canonici, voce in Capitulo gauden-
tes, qui ob diſtantiam, infirmitatem, vel aliud im-
pedimentum, intereſſe non valent, poſſunt, & ſi in 51
loco reſidentiæ exiſtant, Procuratorem conſtituere ad
eorum nomine votandum, non ſolùm in electionibus
ad Canonicatus, Beneficia, & Officia, ſed & pro re-
ſolvendis certis negotiis Capitularibus, pro quibus con-
vocandi ſunt, quotieſcunque fit Capitulum extraordi-
narium, modo ſuperiùs inſinuato, ita docent gloſſ. in
c. Quia propter, de elect. V. commodè, Abb. ibid. & Ad-
den. ad Jo: Andr. ſuper eodem c. n. 70. & ſequuntur Lez-
zan. in Summ. part. 2. c. 15. n. 8. Raguc. l. cit. quæſt. 22.
n. 3. Daoyz. in Repert. V. abſenſ. Azor. mor. part. 2. l. 6. c.
15. quæſt. 7. Debent verò eidem ſuo Procuratori ſpecia- 52
le mandatum præbere ad jurandum in animam ſuam de
abſentia à Civitate, vel loco, quòd ſint taliter, & ta-
li modo impediti, ut tradunt Alagon. in c. Si quis, de elect.
in 6. & Seraph. de Privil. Juram. privil. 35. in princ. Aliàs
Procuratori non creditur ſuper dictis obſtaculis Canoni- 53
corum. Barboſ. de Jur. Eccleſ. Univ. lib. 1. c. 19. n. 110.
Atque in omni caſu tenentur ſubrogare aliquem, qui
ſit de eodem Capitulo, & Sacris Ordinibus decora- 54
tus. Dec. in c. Conſtitutus 1. num. 7. de appell. Barboſ. l. cit.
c. 16. n. 13. Laym. lib. 4. tr. 2. c. 12. n. 4. Ricc. in Prax.
part. 4. reſ. 41. n. 4. intereſt enim Collegii, nè ejus ſe- 55
creta pateant extraneis. Abb. in d. c. Conſtitutus, numer.
7. Felyn. in c. Cum omnes, n. 15. d. conſ. Applicatur Ec-
cleſiaſt. c. 18. ubi legitur, Coram extraneo non eſſe 56
ineundum conſilium.

Procurator electus à Concanonico ad eligendum,
cum ſic penes eum ſint duæ voces, non poterit in ele-
ctionibus, quæ fiunt per vota ſecreta, ſuam vocem da-
re uni, & aliam procuratorio nomine alteri. Dec. in c.
Quamvis num. 2. de off. deleg. Everard. l. de tanquam. Grat.
diſcept. for. c. 211. num. 11. Siquidem electio fit nomine
ejus, cui commiſſa eſt, & non committentis, ut no- 57
tant Inn. ſuper c. In cauſis, de elect. & Bertac. l. cit. c. 59.
Et quoniam tenetur eligere meliorem Grat. ubi ſupra n. 58
11. Et cum quis non habeat niſi unum dictamen ratio-
nis; quem magis idoneum judicat pro parte ſua debet, 59
& ſentire pro Amico, qui ei concredidit vocem ſuam,
ita conſiderant Abb. in c. Cum olim. numer. 9. de re jud. &
Vener. in Exam. lib. 4. c. 20. numer. 1. Poteſt tamen dari
caſus, quòd merita duorum eligendorum ſint omninò
æqualia, & ſic idem Procurator remaneat perplexus,
neſciens quem ex his duobus eligat, quo eventu in con- 60
ſcientia poſſet vota dividere, & uni voto ſuo favere, &
alteri procuratorio nomine: ita Sigiſm. à Bonon. l. c. diſc.
24. num. 8. Guttier. ubi ſupra lib. 1. cap. 4. & Sylv. V. Ele-
ctio 1. num. 16.

Canonicus abſens, vel reſidens, ſed infirmus, po-
teſt per litteras ſigillatas Præſidenti Capituli mentem 61
ſuam circa aliquam electionem ſignificare, vel manda-
tum alicui Capitulari dare de certa perſona eligenda,
qui ſic poterit unum nomine Principalis, alium pro-
prio eligere, ut expreſsè habetur in cap. Si quis §. Por-
rò, de elect. in 6. & advertunt Vener. ubi ſupra, & Vi-
vian. ſuper d. cap. vel ad infirmum ad hoc accedat, qui
in Capitulo recipit voces. Molſeſ. l. cit. tract. 6. cap 36. 62
numer. 84. quod tamen ex Jure novo Concil. Trid. ſeſſ. 25.
capit. 6. modo fieri non poteſt in electionibus Regula-
rium, quæ per ſuffragia ſecreta celebrantur, prout de- 63
claravit Sacra Congregatio apud Garz. de Beneſ. part.
5. cap. 4. num. 200. Barb. ſuper d. capit. Si quis, & Mol-
ſeſ. ubi ſupra numer. 150. ubi advertit, quòd in his, &
aliis caſibus, quibus de ſubſtantiali forma Juris com-
munis electiones faciendæ ſint per vota ſecreta, ſi non
ſervetur forma actus eſt nullus: ita Suarez de Leg. lib.
5. c. 31. num. 5. Non venit autem contra formam im-
peditus, ut ſupra, dicens ſuo Procuratori, cui liberè
commiſit vices ſuas, ego ſi præſens eſſem, votum 64
meum darem ad favorem talis, quia adhuc ſuffra-
gium, quod dabit Procurator, erit ſecretum, ut effi-
caci ratione probat Caſtr. Pal. part. 2. tract. 13. diſc. 3.
punct. 4. numer. 8. Unus Canonicus poteſt à pluribus 65
deputari ad ferendum ſuffragium, ut ſupra Abb. in ca-
pit. Scriptum, num. 5. de elect. & poteſt conſtitui Pro-
cura-

66 curator per literas privatas, authentico ſigillo con-
ſtituentium ſigillatas: *Abb. in cap. Bonæ numer. 24. de
pot. Prel.*
Adnotandum eſt, quòd ſi nullus de Capitulo vellet
67 eſſe Procurator, non poterit deputari extraneus ad dan-
dam vocem. *Alagon. ſuper d. c. Si quis*, niſi major pars
Capituli conſentiat, prout etiam ad dandum votum
conſultivum. *Topat. l. cit. tit. 84. cap. 5. Villagut. l. cit.
numer. 12.* ut autem poſſit ferre votum deciſivum re-
68 quiritur conſenſus omnium vocalium. *Marc. dec. 1037.
numer. 1. part. 1. Genuen. Pract. Quæſt. 617. numer. 1.*
Advertendum etiam, univerſis, & ſingulis de Capi-
tulo haud licere admittere Laicum ad ſuppeditandum
69 votum déciſivum, ſed tantùm conſultivum, quia jus
præbendi vocem in Capitulo eſt Jus Spirituale, quod
non cadit in Laicum. *Abb. ſuper capit. Sacroſancta, nu-
mer. 2. de elect.* Hinc eſt, quòd nonnulli ſeculares No-
biles, vigore Privilegii ſibi à Papa conceſſi, recipiun-
70 tur in Canonicos, acquirendo jus intereſſendi Capitu-
lis, in quibus tamen nulla utuntur voce, ut obſervant
*Compoſtell. in c. cum M. nu. 7. de conſt. & Boſſ. de for. com-
pet. nu. 126.*

A R G U M E N T U M.

De viſitatione Diœceſis, per Epiſcopum ſingulis annis facienda, deque ſucceſſiva obligatione Synodum cogendi. An, & quando teneatur Epiſcopus in Statutis Synodalibus condendis ſequi conſilium Capituli. An neceſſaria ſit in eorum publicatione Clerici approbatio, cum aliis ad materiam.

S U M M A R I U M.

1 *Epiſcopus tenetur ſingulis annis Diœceſim viſitare, & ſucceſſivè Synodum celebrare.*

2 *Ad indicendam, & cogendam Synodum non requiritur conſilium, nedum conſenſus Capituli*, & numer. 3. & 5.

4 *Epiſcopus negligens convocare Synodum incurrit pœnam ſuſpenſionis.*

6 *Solus Epiſcopus jus habet Statuta Synodalia condendi.*

7 *Neque hujus Juriſdictionis particeps eſſe prætendere poteſt Capitulum.*

8 *Prædicta tamen Statuta, & Conſtitutiones Synodales faciendæ ſunt cum conſilio Capituli, ſeu ab eo deputatorum ad aſſiſtendum Synodo, maximè in rebus gravibus, & arduis.*

9 *Alioquin decreta Synodalia, abſque conſilio Capituli facta, non valerent.*

10 *Præſcriptio non requirendi conſilium Capituli, utì irrationabilis, non eſt ſervanda.*

11 *Non tenetur tamen Epiſcopus conſilium Capituli ſequi, ſed tantùm requirere, niſi in quibuſdam cauſis in Jure expreſſis.*

12 *Quæ ſint cauſæ arduæ, & graves, in quibus neceſſarius eſt Capituli conſenſus, remiſſivè*, & numer. 20.

13 *Epiſcopus, nullo requiſito Capituli conſenſu, diſpenſat ab obſervantia Synodalium Conſtitutionum.*

14 *Poteſt Epiſcopus Statuta Synodalia condere independenter à conſenſu, ſeu approbatione Cleri, requiſito ſolùm Conſilio Capituli; non obſtante forma Pontificalis Romani, quod præſcribit, Conſtitutiones, in Synodo duplicandas, comprobari debere à Patribus congregatis per verbum* placet.

15 *Et Epiſcopi Conſtitutiones validæ ſunt, etiamſi tota diſſentiat Synodus.*

16 *Nec eorum publicatio per quamcunque appellationem impediri valet.*

17 *Subſcriptio Synodalium Conſtitutionum ſpectat ſolummodo ad Epiſcopum.*

18 *Non obſtante, quòd conditæ ſint in cauſis gravibus.*

19 *Declaratur* Rot. in Barbaſtren. Juriſdictionis 7. Julii 1595. cor. Pamphil.

21 *Vicarius Generalis in Synodo præcedit Canonicos, & Dignitates Cathedralis, non indutas Sacris Veſtibus*, & num. 23.

22 *Et ita etiam Deputatos Capituli.*

24 *Quis ordo ſedendi ſervandus ſit in Synodo, remiſſivè.*

25 *Capitulum, Sede vacante, poteſt, immò debet ſingulis annis Synodum congregare.*

26 *Talis autem Synodi congregatio fieri debet per Vicarium Capitularem, quod dicendum eſt etiam de examine faciendo pro collatione Parochialium* eod. numer. 26.

A N I M A D V E R S I O N E S.

AD Titulum octavum hujus Libri actum fuit de
Ordinibus Sacris ſuſcipiendis per proviſos de Di-
gnitatibus, ſeu Canonicatibus, unde ne de hac materia
iterum ſermonem haberemus, hic de Synodalibus Sta-
tutis agendum exiſtimavimus, in quorum editione Ca-
pituli conſilium requiritur, & de aliis concernentibus
jura, & præeminentias ipſius Capituli.
Sacroſanctum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 2.
& 3. de reform.* ad reformandam Eccleſiaſticam diſci-
plinam, omnibus Epiſcopis præcipuè impoſuit, ut ſin-
gulis annis Diœceſim viſitent; & ut Viſitationis fru-
ctus ad perfectionem perducant, ad moderandos ſcili- 1
cet mores, corrigendos exceſſus, controverſias com-
ponendas, & pravos abuſus extirpandos, Synodum
Diœceſanam celebrent, ut ex mente ejuſdem Conci-
lii advertunt *Leo. in Theſaur. For. Eccleſ. part. 1. c. 9. nu.
13. Barb. de Off. & Poteſt. Epiſc. allegat. 93. num. 2. part. 3.
Pax Jordan. Lucubrat. diverſ. tom. 2. lib. 8. tit. 2. n. 9.* Ve-
rùm quia Epiſcopus in condendis Synodalibus Statutis
requirere debet ſui Capituli conſilium, quando, & quo-
modo, & ad quem effectum illud requirere debeat, pau-
lò accuratiùs hic adnotabimus.
Ac primò præmittendum eſt, Epiſcopum, nedum
ſine conſenſu ſui Capituli, verùm etiam ſine conſilio, 2
poſſe indicere, & cogere Synodum Diœceſanam, ad
*Text. in can. quando. diſt. 38. & canon. Abb. 18. quæſt. 2.
Gloſſ. in Summ. diſt. 17. in V. Generalia, in fine, ibique Re-
petentes omnes. Præpoſit. in can. Epiſcopus, in princ. diſt.
18. Azor. Inſtitut. Moral. part. 3. lib. 3. c. 47. in princ. Gra-
tian. diſcept. 655. num. 42. Fermoſin. de Poteſt. Capitul. lib. 2.
quæſt. 1. num. 3. Daniel. de Nobilib. diſput. Jur. Select. diſput.
30. num. 101. Pignatell. conſult. 3. numer. 1. tom. 7. Barb.
de Jur. Eccl. part. 1. c. 32. num. 23. in fin. & de Canonic. c.
42. numer. 23. in fin.* Et hoc competere Epiſcopis etiam 3
ex mente ipſius Concilii, notant *Azor. part. 2. lib. 3. c.
47. quæſt. 5. Ugolin. de Offic. & Poteſt. Epiſc. c. 47. in princ.
& num. 4. Piaſec. in Praxi Epiſc. part. 2. c. 2. art. 1. num.
1. Pax Jordan. tom. 2. lib. 8. tit. 2. numer. 7. Maſſobr. de Sy-
nod. Diœceſ. cap. 2. num. 3.* Quod, ultra alias rationes,
clarum eſt, quia ex diſpoſitione *Text. in cap. cum olim,
de accuſationibus*, innovata per Concilium *d. capit. 2.
ſeſſ. 24.* Epiſcopus negligens convocare Synodum, ſu-
bjacet pœnæ ſuſpenſionis: Undè grande abſurdum ſo- 4
ret, quòd id, quod ſub pœna Epiſcopis imponitur,
penderet à ſuorum Capitulorum conſenſu, & ita plu- 5
riès cenſuit *Sacr. Congregat. Concilii in Oriolen. 17. Maii*
1599. in qua reſpondit -- *licere Epiſcopo, ad eumque per-
tinere, cogere Synodum Diœceſanam abſque conſenſu, &
conſilio Capituli: Et in Fulginaten. de anno 1639. lib. 16.
Decret. pag. 150.* ibi -- *Secundo, an Epiſcopus poſſit Syno-
dum Diœceſanam conſuetis temporibus congregare non requiſi-
to aſſenſu, vel conſilio Capituli* -- reſpondit -- *ad ſecun-
dum, poſſe non requiſito aſſenſu, vel conſilio Capituli* -- Et
nuper *in Hiſpalen. Synodi 26. Novembris 1699. ad primum
dubium.*
Major difficultas occurrit quoad condendum Statu-
ta, & Conſtitutiones, maximè de rebus gravibus, &
arduis, in eadem Synodo: Et quamvis Epiſcopus ſo-
lus, excluſo Capitulo, Juriſdictionem habeat meri im- 6
perii, & poteſtatem convocandi Synodum, & in eo
condendi Statuta, ut probat *Lotther. de Re Benef. lib. 1.
quæſt. 21. num. 42. & 89.* ideoque ejuſdem Juriſdictio-
nis fieri nequeant particeps Capitulum, nè ſcindatur 7
Jus Monarchicum, quod eſt penes Epiſcopum, quod
ſequeretur, ſi Jus ſtatuendi penderet etiam à Capituli
conſenſu, *Suarez. de Legib. lib. 4. c. 5. dub. 2.* plenè *Lot-
ter. l. cit. num. 93. & 109. verſ. ex his igitur*: Attamen ci-
tra controverſiam Statuta, & Conſtitutiones Synoda-
les faciendæ ſunt cum conſilio Capituli, ſeu deputato- 8
rum ab eo ad aſſiſtendum Synodo, ad hoc ut Capitu-
lum, ſive ejus Deputati, poſſint Epiſcopo inſinuare,
& allegare cauſas, & rationes, ex quibus Epiſcopus
mo-

mnveri poſſit, ut meliùs ad actus gerendi expeditionem
deveniat, ut poſt antiquiores notant Botteus de Synod.
part. 3. mim. 137. & ſeq. Maſſobr. eod. tract. c. 4. dub. 76.
Pax Jordan. d. lib. 8. tit. 1. ſub num. 19. Ciarlin. capit. 61.
num. 11. Pignatell. conſult. 187. ſeu 180. nn. 6. tom. 1. Tondut.
Reſol. Benef. c. 11. num. 2. & num. 3. lib. 1. Paſſerin.
in c. ut animarum §. Statuto. num. 314. verſ. quod in edendis,
de conſtitut. in 6. & pluriès cenſuit Sacr. Congregatio
Concilii, & ſignanter in Bononsen. Synodi 17. Februarii,
& 16. Martii 1680. Alioquin non requiſito conſilio Ca-
9 pituli, Decreta Synodalia non valerent, argum. Text.
in c. quanto, de his, quæ fiunt à Prælatis. Gavant. in Prax.
Diœceſan. Synod. c. 6. adnot. ſ. 3. num. 1. Maſſobr. eod. tract.
c. 4. dub. 75. numer. 4. Et quamvis Ancaran. in repet. c.
s. de conſtit. firmet, quòd Epiſcopus non teneatur re-
10 quirere dictum conſilium, ſi adſit præſcriptio illud
non requirendi, tamen, cum hæc conſuetudo ſit ir-
rationabilis, ſervanda non eſſet, ut ex Hoſtienſ. in eo-
dem capit. 2. firmant Maſſobr. & Gavant. in locis proxi-
mè citat.

Licèt autem inter Canoniſtas magna olim fuerit con-
troverſia, an Epiſcopus in hoc caſu teneatur ſequi con-
ſilium ſui Capituli, ita ut ad validitatem actus requi-
ratur etiam ejus conſenſus; hodie tamen communis eſt
11 opinio, quòd non teneatur ſequi conſilium, ſed tan-
tum illud requirere. Botteus ubi ſup. numer. 137. Maſſobr.
d. dub. 76. num. 4. Pax. Jordan. d. tit. 1. num. 18. Ugolin.
d. tract. part. 2. cap. 47. num. 7. Paſſerin. l. cit. numer. 114.
Oliva de For. Eccl. part. 2. quæſt. 43. numer. 77. Fermoſin.
in Rubr. de conſtit. quæſt. 9. num. 6. & ſeqq. Cardin. De Luc.
de Juriſd. diſc. 36. num. 3. & plenè Lotter. lib. 1. quæſt. 21.
à numer. 87. ad 110. & ſepe cenſuit eadem Sacr. Congreg.
Concilii in d. Orelien. 17. Maii 1599. & in Venetiarum 27.
Aprilis 1592. & in d. Hiſpalen. 26. Novembris 1699. ad ſe-
cundum, in qua propoſito dubio, an Archiepiſcopus, ſine
ſui Capituli conſenſu, poſſit in Diœceſana Synodo condere Sta-
tuta de rebus arduis, & gravibus, — reſpondit affirmati-
vè — debere tamen Archiepiſcopum requirere conſilium Capitu-
li, licèt de Jure non teneatur ſequi, niſi in quibuſdam caſi-
bus, in Jure expreſſis.

Quæ autem ſint res arduæ, & graves, in quibus ex-
12 pediendis neceſſarius eſt Capituli conſenſus, referunt
inter cæteros Piaſec. in Prax. Epiſc. part. 2. c. 2. art. 2. n.
9. Pax Jord. tom. 2. lib. 8. à num. 21. ad 27. Maſſobr. in tr.
de Synod. Diœceſ. c. 4. dub. 75. de quibus cauſis fuſiùs ali-
bi tractabimus.

Ideo ex ſupra inſinuata ratione, quòd ſolus Epiſco-
pus ſua ordinaria authoritate condit Synodales Conſti-
tutiones, quòdque Capitulum non habet in iis, niſi vo-
13 tum conſultivum, ſequitur, quòd idem Epiſcopus,
nullo requiſito Capituli conſenſu, etiam ſine cauſa di-
ſpenſat ab obſervantia Statuti Synodalis, ut advertunt
Navarr. in Summ. c. 25. num. 74. Azor. Inſtit. moral. part. 1.
lib. 5. c. 15. quæſt. 3. Suarez de Legib. c. 15. num. 8. San-
chez. de matrim. lib. 8. diſp. 17. num. 33. Pontius eod. tract.
c. 5. numer. 3. & 4. Maſſobr. de Synod. capit. 4. dub. 95. nu-
mer. 2. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſc. alleg. 34. numer. 3.
part. 2.

Nec relevare, quòd ex forma Pontificalis Romani,
Conſtitutiones, quæ in Synodo publicantur, debeant
à Patribus congregatis comprobari per verbum placet,
declaravit Sacr. Congreg. Conc. in d. Venetiarum 27. Apri-
lis 1592. in litteris datis Reverendiſſimo Patriarchæ ſe-
quentis tenoris -- Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Pa-
trum, qui Trident. Concilio interpretando à SS. D. N. præ-
fecti ſunt, per libellam, Ampl. Tuæ nomine porrectum,
14 conſulta, reſpondit, eandem Ampl. Tuam in Synodo Diœ-
ceſana facere poſſe Conſtitutiones, abſque conſenſu, & ap-
probatione Cleri: debere tamen requirere conſilium Capitu-
li, licèt illud non teneatur ſequi, niſi in caſibus à Jure ex-
preſſis: non obſtante, quòd ex forma Romani Pontificalis
in celebranda Diœceſana, & Provinciali Synodo expreſsè
habeatur, ut Conſtitutiones, in Synodo publicandæ, à Pa-
tribus, per verbum Placet, confirmentur, cui Congrega-
tionis Sententiæ Ampl. Tua inhærens, in ſuam Synodum pe-
ragendam noviter incumbat, & benè valeat in Domino,
quem, ut illi in hujuſmodi Paſtoralibus, ac ſalutaribus mu-
niis, ſua gratia ſemper adſit, ex animo rogamus. Romæ die
27. Aprilis 1592.

Nam etiam tota diſſentiente Synodo validæ ſunt
15 Conſtitutiones Epiſcopi, & condi, & publicari poſ-
ſunt, ut notant Maſſobr. d. tract. c. 4. dub. 76. numer. 1.
Leo in Theſaur. For. Eccl. c. 9. num. 11. Ciarlin. contr. for.
c. 61. num. 15. & ſeq. tom. 1. & impediri non valet pu-
blicatio earundem per quamcunque appellationem, ut 16
cenſuit eadem Sacr. Congreg. in citata Oriolen. in qua
propoſitis inter cætera infraſcriptis dubiis 17. An cele-
bratio Synodi Diœceſanæ impediri, vel retardari poſſit intui-
tu cujuſcunque appellationis? 18. An appellatio à Decretis,
& Conſtitutionibus Synodalibus, impediat, & retardet exe-
cutionem dictorum Decretorum, vel ſolùm ſuffragetur quoad
effectum devolutivum.

Die 27. Martii 1632. Sacra &c. reſpondit ad 17. Ce-
lebrationem Diœceſanæ Synodi impediri, vel retardari ne-
quaquam poſſe, etiam prætextu cujuſcunque appellationis.
Ad 18. Per appellationem à Decretis, & Conſtitutioni-
bus Synodalibus, quæ fuerunt à Sede Apoſtolica confir-
matæ, non poſſe illorum executionem impediri, nec retar-
dari.

Ita reperitur in Regeſto authographo Decretorum
ejuſdem Sacræ Congregationis l. 14. fol. 599. 600. ter.
& 601. In fidem &c. hac die 28. Maii 1689.
Ita eſt. A. Altovitus S. C. C. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Hinc eſt, quòd deputati à Capitulo non poſſunt præ-
tendere jus ſubſcribendi Conſtitutiones Synodales, cum
hoc ſpectet ſolummodò ad Epiſcopum, qui earundem 17
Conſtitutionum eſt conditor, & legiſlator; Deputati
verò ſunt tantummodò conſiliarii, non autem conju-
dices, ut patet ex ſupra relatis Authoritatibus. Qui-
bus addimus Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 17. n. 33.
Pont. de matrim. lib. 8. c. 5. n. 3. Tondut. Quæſt. Benef.
lib. 1. c. 11. num. 3. Maſſobr. de Synod. c. 4. dub. 95. nu-
mer. 2. Neque facienda videtur ulla diſtinctio inter Con-
ſtitutiones, quæ concernant cauſas graves, ſive ar-
duas, ſive leviores: quia præſcindendo à caſibus, in 18
quibus tenetur Epiſcopus requirere conſenſum Capitu-
li, poteſt circa reliqua ſtatuere, adhibito ſolùm ip-
ſius Capituli conſilio. Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt.
21. num. 109. & ſeqq. Fermoſin. in Rubr. de conſtitut. quæſt.
9. num. 12. Et licèt Rot. in Barbaſtren. Juriſdictionis 7. Ju-
nii 1595. coram Pamphil. firmaverit, quòd Epiſcopus
in arduis teneatur ſequi conſilium Capituli; attamen, 19
vel non eſt ſequenda ejus opinio, quia poſtea Rota exa-
minato eodem articulo in deciſion. 9. part. 1. recent. ab-
ſtinuit ab illo decidendo, etiamſi eſſet bis repropoſita
Cauſa, ut notatur poſt eandem Deciſionem; vel in-
telligenda eſt, quòd res arduæ intelligantur illæ, de 20
quibus Jura expreſsè, ut ſupra, diſponunt, Abbas in
capit. novit. numer 7. de his quæ fiunt à Prælat. ſine con-
ſenſu Capituli. Lotter. d. quæſt. 21. numer. 102. & ſeq.
Fermoſin. ubi ſupra eodem numer. 12. Quod remanet in-
dubitatum propter relatas Reſolutiones dictæ Sacræ
Congregationis, quæ indefinitè firmant, quòd Epiſ-
copus poſſit edere Conſtitutiones Synodales abſque
conſenſu Capituli, præterquàm in caſibus in Jure ex-
preſſis.

Illud notandum, quòd Vicarius Generalis in Syno-
do, ut etiam alibi notavimus, præcedit Canonicos, 21
& Dignitates Cathedralis non indutos Sacris veſtibus,
ut decrevit Sacr. Congreg. Rit. 28. Novembris 1595. ut
teſtatur Jacob. Gall. conſ. 62. num. 13. qui eandem Re-
ſolutionem refert ſequentis tenoris -- Vicarium Gene-
ralem, tam præſente, quàm abſente Epiſcopo, præcedere
debere Canonicos, & Dignitates Eccleſiæ Cathedralis, etiam
in Synodo -- qui pariter num. 11. ait ita deciſum ab hac
Sacra Congregatione, & approbatum à ſan. mem. Cle-
mente VIII. & teſtatur Ricc. in Prax. For. Eccl. tit. de
præced. dec. 582. num. 1. & ſeq. ubi in fin. dec. ait, hanc
eſſe veriorem opinionem, & alias Reſolutiones cumu-
lat Barb. dec. Apoſtol. collect. 714. num. 12. & ſequuntur
Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib. 2. quæſt. 25. numer. 8. & ſeq.
Fagnan. in c. ad hæc, num. 28. & 29. de præb. & latiſſi-
mè Maſſobr. de Synod. c. 4. dub. 6. à num. 11. ad 51. &
ſignanter d. num. 11. 36. & 42. & ita etiam ab hac Sa-
cra Congregatione deciſum fuit in una Foſſanen. 19. Se-
ptembris 1637. ibi.

Poſ-

Foſſanen.

Epiſcopus.
Die 19. Septembris 1637. Sacra &c. reſpondit, ad quartum, *Vicarium in Synodo locam habere ante Dignitates, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis.*

Si igitur Vicarius in Synodo præcedit totum Capitulum, eo magis debet præcedere ejus Deputatos, ex
22 regula, Si vinco vincentem te, multo magis vinco te, de qua *Surd.conſil.125.n.14. & conſ.138.n.18. & 19. Barboſ. axiom.226. n.1.* & quod Vicario ſit debita indubiè talis præcedentia in Synodo, quicquid quamplures DD. in contrarium ſenſerint, & tam præſente, quàm abſente Epiſcopo, patet ex plenè firmatis per *Rot.in Hiſpalen.Juris ſedendi in Synodo 21. Junii 1697.*
23 *per tot.cor.Muto.* Qualis autem ordo ſedendi in Synodo
24 ſervandus ſit, diligenter declaratur per *Maſſobr. d.tract. de Synod. cap. 3. dub. 6. per tot.* ad quem lectorem remittimus.

Tandem non eſt omittendum, quòd Capitulum Cathedralis, Sede Vacante, poteſt, immò deberet ſingules annis Synodum congregare, ut notant *Bottæus de*
25 *Synod.part.1. qu.6.n.40.Pavoa. de Poteſt. Capit. part. 1. quæſt. 7. verſ. ex præmiſſis, & quæſt. 10. ead. part. 1.* Quòd tamen eſt intelligendum, ut congregatio Synodi fieri debeat per Vicarium Capitularem, prout de-
26 claravit *Sacr. Congreg. in Toletana*, ut refert *Garz. de Benefic.part.9. c. 2. n.8. & Maſſobr. d. tract. cap.2. dub.* 4. ibi -- *obſervanda in Examinibus faciendis pro collatione Parochialium Sede Epiſcopali vacante: in primis Capitulum nullam ſibi in hiſce omnibus authoritatem vindicabit, ſed conſtituet Vicarium intra octo dies poſt mortem Epiſcopi, prout mandat Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 16.* & inferiùs ait 6. *Curabit idem Vicarius, ut ſingulis annis in Diœceſana Synodo probentur Examinatores ſaltem ſex, quibus &c.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

Omnes, qui habent vocem in Capitulo, debent in illo intervenire, tam ſi ſit ordinarium, quàm extraordinarium. Et quinam ſint ab intereſſentia excuſandi. In principio Capituli debet præmitti oratio. Canonici debent intervenire in Capitulo cum habitu Chorali, etſi aliqui ſint Prothonotarii. Prima Sedes cui debeatur, & qualis eſſe debeat illa Epiſcopi, quando in eo intervenit. Vicarius Epiſcopi, qui ſit Canonicus, an poſſit cogi exire de Capitulo, quando agitur de re ſpectante ad Epiſcopum. Item an alter Canonicus, quando agitur de re ad ſe ſpectante. De modo, & ordine loquendi, ac proponendi in Capitulo. Non intervenientes in Capitulo, vel ab eo recedentes, ſunt multandi, & quomodo. Primo agendum eſt in Capitulo de rebus, ad Cultum Divinum ſpectantibus.

S U M M A R I U M.

1 *Omnes, & ſinguli Canonici, habentes vocem in Capitulo, tenentur accedere ad Capitula, tam ordinaria, quàm extraordinaria,* & n.2. & 3.
4 *Nec à culpa excuſatur non accedens, ut effugiat altercationes, eo quia ſit bilioſus.*
5 *Idque maximè procedit, ſi ſit prima Dignitates, & Caput.*
6 *Alias non interveniens abſque juſta cauſa, à Capitulo approbanda, multatur.*
7 *Quando liceat Capitularibus dies abſentiæ, qui illis dantur à* Sac. Conc. Trid. *aſſumere etiam diebus, quibus Capitulum celebratur.*
8 *Quando excuſetur in foro conſcientiæ Canonicus, Capitulo non interveniens,* & n.9.
10 *Et quando excuſetur in utroque foro.*
11 *In Capitulis, tam ordinariis, quàm extraordinariis, exordium rerum gerendarum ſumi debet à precatione Divina.*
12 *Canonicus Prothonotarius Apoſtolicus, accedens ad Capitulum, indutus eſſe non debet habitu Prælatitio, ſed Canonicali, & ibi manere juxta ſuum locum, & de ratione,* & n.13. & 14.
15 *Quæ Sedes competat in Capitulo illius Præſidenti; quæque Epiſcopo, qui intervenit eidem, uti Canonicus.*
16 *Ubi verò idem Epiſcopus ſedere debeat, quando intervenit uti Epiſcopus in caſibus, quibus Jus habet convocandi Capitulum.*
17 *In hoc caſu nullam vocem habet in Capitulo; ſed propoſitis negotiis, quæ ſibi expedientia videantur, exire debet à Capitulo,* & n. 18.
19 *Canonicus, qui ſit etiam Vicarius Generalis Epiſcopi, ſedet in loco ſibi debito, uti Canonico.*
20 *Quod multo magis procedit in Collegiatis Diœceſis, reſpectu Vicarii Foranei.*
21 *Prædicti Vicarii, invitis Canonicis, nequeunt intereſſe Capitulo, dum ibi agitur de re ſpectante ad Epiſcopum,* & n.22.
23 *Tum Præpoſitus Capituli, quàm alii Canonici, propoſito aliquo negotio, quod proprium, vel ſuorum commodum reſpiciat, debent à loco Capitulari ſe abſentare, donec fuerit diſcuſſum.*
24 *Coadjutor quando non teneatur egredi è Capitulo, dum agitur de aliquo negotio ſui Coadjuti, & è converſo.*
25 *Canonici, ordinem turbantes in dandis ſuffragiis, vel dicendis ſententiis, privantur voce pro illo, & ſequenti Capitulo.*
26 *An Canonici antiquiores præferantur junioribus, vel contra, in loquendo, & votis tam ſecretis, quàm publicis proferendis,* & n.27.28. 29.& 30.
31 *Non interveniente prima Dignitate in Capitulo, Canonicus antiquior habet primam vocem, & quare,* & n. 32.
33 *S. Jacobus minor, ita appellatur, quòd electus fuit Apoſtolus poſt alterum Jacobum, minorem ætate; licèt ipſe eſſet annis longævus.*
34 *Si oriatur aliqua controverſia inter Capitulares ſuper loco digniori, & prioritate votandi in Capitulo, ad quem ſpectet deciſio litis,* & n.35.
36 *Quid ſi de hoc, vel de alia aliqua re diſponeret Statutum Eccleſiæ,* & n.37.
38 *In materia Præcedentiæ, attenditur conſuetudo, & quanto tempore ea acquiratur.*
39 *Canonici, non intervenientes Capitulo abſque cauſa, ab eodem Capitulo approbanda, multandi ſunt.*
40 *Ad quem ſpectet Jus exigendi multam,* & n.41.& 42.
43 *Quid agendum, quando pœna, non intereſentibus Capitulo impoſita, negligeretur, quia eſſet levis,* & n.44.
45 *Capitulares, recedentes à Capitulo, eo nondum terminato, abſque licentia, eadem pœna puniuntur,* & n.47.& 48.
46 *Non veniſſe dicitur, qui venit, & abſque licentia diſcedit.*
49 *Non dicitur receſſiſſe, qui juſta cauſa è Capitulo egreditur, brevi reverſurus.*
50 *Petita tamen priùs venia, quæ in hoc caſu, & aliis ſimilibus, ſi fuerit injuſtè denegata, conceſſa ipſo Jure videtur.*
51 *Canonicus, incepto Capitulo admittendus eſt ad reliquos actus gerendos.*
52 *Qui ſalutatis aliis Capitularibus ad locum ſuum ſe conferre debet; & ſine mora à majore Capituli certiorari debet ſuper rebus, quæ tunc tractantur; non verò ſuper jam diſcuſſis, & reſolutis.*
53 *Congruum erit de actibus jam geſtis illum admonere.*
54 *Ad primum Caput Capituli ſpectat negotia proponere, & deindè idem Jus ad alios per ordinem devolvitur.*
55 *Uno loquente, alter ſilere debet; nec in aurem proximioris Collegæ ſubmiſſa voce loquatur.*
56 *Quibus de rebus agendum ſit in Capitulo.*

T I T U L U S IV.

OMnes, & ſinguli, quibus non deeſt vox in Capitulo, ſunt obſtricti ad ordinaria, & extraordinaria Capitula accedere. *Abb.in c.1.de his, quæ fiunt à m. p.c.Bonac.de Diſtr.diſp.1.qu.1.punct.2.n. 5.* & determinavit
Fragoſ.lib. 3. dub. 8. num.30.tom.2. Nam Capitula ce- 1
lebrare eſt neceſſarium ad rectum Eccleſiæ gubernium; ita omnes: & obligatio, quæ reſidet apud to-
tum Capitulum, ineſt etiam ſingulis membris, ut no- 2
tant *Sot.de Juſt. & Jur.lib. 10. quæſt.3. art. 4. Caſtr. Pal. de Hor. Can. diſp. 3. punct.9.§.4.Bordon.part.1. reſp.30.nu.1.*

Aliorſum ſi fas erit uni Canonico abeſſe, licebit & alte-
ri, & ſic omnibus; nec facit dicere, quòd uno non
3 comparente, cæteri ſuppleant; etenim quantum in ſe
eſt, non efficitur Capitulum, & ipſe non reſpondet of-
ficio ſuo. Neque à culpa excuſatur non conveniens,
ut evitet altercationes, cognoſcens ſe biloſum eſſe,
ac facilè in excandeſcentiam devenire; *Garc. de Ben. p.*
4 *2. cap. 2. num. 42. & Homob. in conſultat. punct. 3. reſp. 11.*
Præſertim prima Dignitas, & Caput Collegiatæ, cu-
jus præſentia eſt magis neceſſaria in Capitulo; ut con-
ſiderat *Gabr. loc. cit. V. Conſilium, num. 2.* aliàs ab-
ſque juſta cauſa, à Capitulo approbanda, non interve-
5 niens, multatur. *Rot. in una Piſcien. 14. Januarii 1658.*
6 Inſuper eſt adnotandum, quòd licet liberum ſit quibuſ-
cunque Capitularibus dies abſentiæ, à Sacro Concilio
Tridentino irrogatos, deſumere etiam diebus, quibus
habetur Capitulum, ut conſentiunt omnes; nihilomi-
nus, teſtibus *Trullen. in Decal. l. 1. c. 7. diſp. 30. n. 9. & Caſtr.
Pal. de Ben. tract. 3. diſp. 3. punct. 9. §. 4.* id limitandum eſt,
7 dum ex tali abſentia non ſequatur grave damnum Capi-
tuli, quod non curans dicitur ingratus, ut notat *Genuen.
loc. cit. q. 240.* Excuſandus videtur in foro conſcientiæ
Canonicus non interveniens pro illa vice Capitulo,
prævidens præſentiam ſuam nil profuturam, eo quia
proceditur ex abrupto, ſine modo, lege, & ratione,
8 ob arrogantiam, & ignorantiam aliquorum, majorem
partem Capituli conſtituentium. *Homob. in Com. part.
3. reſ. 3. q. 11. tract. 14. Frag. Bonac. Garc.* locis ſtatim
citatis, & clarè *Gutier. Can. QQ. lib. 2. cap. 11. num.
87.* & ſequitur *Pyrr. Corrad. ubi ſupra lib. 5. cap. 6. n. 17.*
9 Dummodò evidentiſſimum ſit ſuam præſentiam nil ad-
jumenti allaturam, ſed ſolùm ſibi odium excitaturam,
& admoneat Epiſcopum, ut his malis provideat, prout
monitus tenetur; ita *Abb. in cap. Dilecti, num. 1. de
maior. & obed.* Conſideratè dixi in foro conſcientiæ:
nam in foro fori Canonici reſidentes, inſinuatis im-
pedimentis non detenti, ſunt obnoxii comparere, &
ſuffragia reddere, ut videbimus infra. Limita niſi ab-
ſint, ſcientes Capitulum non fuiſſe legitimè congrega-
tum, & conſequenter ejus acta fore invalida, & nulla,
10 quo eventu in utroque foro excuſantur. *Abb. Dec. Fe-
lyn.* & alii Scribentes ſuper *d. c. Omnes, de conſt.* Ca-
pitulum tam Ordinarium, quàm extraordinarium, à
Divina precatione ſumat exordium juxta adnotata
in cap. In nomine Domini 23. diſt. Sapientes Gentilium
ajebant.

A Jove principium nobis, hinc optimus orſus.

Propter quod cunctis Capitularibus in loco ſolito con-
gregatis, ſtata ibi fiat oratio, qua completa, Dignita-
11 tes, & Canonici, habitu chorali induti, debent ibi-
dem ordinatè ſedere, & modeſtè commorari, prout in
Choro; ex traditis per *gloſ. in c. fin. de conſuet. in 6.*

Canonicus Prothonotarius Titularis tenetur ad Capi-
tula accedere non Prælatitio, ſed Chorali habitu veſti-
tus, & ibi manere juxta ſuam receptionem ad Canoni-
catum, ita declaravit S.R.C. teſte *Gavan. in Man. V. Capi-
12 tulum, n. ult. in addit.* Hujus Decreti rationem fuiſſe pu-
to, quia ex habitus diverſitate poſſet generari ſcanda-
lum inter Canonicos æquales, ut innuit *gloſ. in cap. Deus,
de vit. & hon.* Tum quia Prothonotarii dignitas, cum ſit
13 extranea à Capitulo, non debet nocumentum afferre
14 Capitularibus, ita *Ant. de Prat. in Clyp. Paſt. c. 5. n. 5. Moron.
loc. cit. n. 20.*

Prima Sedes in Capitulo competit Præſidenti Capitu-
li, etſi adeſſet Epiſcopus, ut Canonicus, qui tamen,
ob culmen ſuæ Dignitatis, ſedet in Capitulo poſt Præ-
ſidentem, non attento, ipſum in receptione Canonica-
lis Præbendæ eſſe aliis Canonicis poſteriorem. *gloſ. in c.
2. de Præb. Ant. de But. in cap. Poſtulaſti de conceſſ. Præb. Mar-
ta vot. 101. n. 3. Scacc. de Appell. q. 8. n. 60. Put. dec.*
15 *204. num. 8. lib. 3.* Si verò Epiſcopus interveniat
Capitulo, non ut Canonicus, ſed ut Epiſcopus in
caſibus, quibus habet Jus coadunandi Capitulum,
ſedet in prima Sede Capituli, quæ debet eſſe pulchrior,
& ornatior cæteris, ut monet *Vener. de Exam. loc. cit. cap.
29. num. 38.* Et quoniam in hoc eventu nulla vox conve-
niat Epiſcopo, *Vanc. in Diſcipl. Eccleſ. lib. 2. fol. 89.* expoſi-
16 tis ab eodem, quæ ſibi libuerit, exire tenetur de Capi-
17 tulo, ut Canonici liberiùs ſuper explicatis colloquantur.
18 *Vener. ubi ſupra*, & declaravit Sacra Congregatio, rela-
tore *Galett. in Summ. V. Epiſcopus*.

Canonicus, & idem Epiſcopi Vicarius Generalis,
in Capitulo, & Congregationibus Capitularibus ſedet
in loco ſibi debito ut Canonico, nullo habito reſpectu ad 19
Officium Vicariatus, quod retinet. *Abb. conſil. 21. part.
1. Felyn. in cap. ex literis, de prob. Grat. loc. cit. cap. 106. n.
2. Capyc. dec. 27. nu. 27.* Quod multo magis procedit in 20
Collegiatis Diœceſis de Vicario Foraneo, eodemque
Canonico; reluctantibuſque Canonicis reſpectivè, ne-
queunt prædicti Vicarii intereſſe Capitulo, dum in 21
eo tractatur de re ſpectante ad Epiſcopum: *Barb. de* 22
Can. & Dign. cap. 42. num. 12. Quia eo ipſo, quòd
ſuſpectus redditur Epiſcopus, conſequenter ſunt ſuſ-
pecti ejus Officiales, ut notat *Ant. Capyc. dec. 137. nu.
20.* Quandocunque Præpoſitus Capituli, vel alius,
qui illud adunavit, in medium ponit aliquid reſolven-
dum, quod reſpicit proprium, vel ſuorum commodum,
petitione porrecta, exeat de Capitulo ob rationem,
quam diximus de Epiſcopo. Similiter Canonici, de quo-
rum ſpeciali intereſſe in Capitulo eſt agendum, propo-
ſito negotio, debent ſe à loco Capitulari retrahere, do-
nec res fuerit diſcuſſa, ita fuit Decretum à Sacra Con-
gregatione, teſte *Gavan. ubi ſupra, nu. 18.* Coadjutor Ca- 23
nonici non eſt cogendus, ut egrediatur de Capitulo,
dum agitur de negotio ſui Coadjuti, de quo ille lu-
crum reportare non poteſt; immò tali caſu poteſt cir-
ca id ſuum ſuffragium ferre; prout vice verſa, ſi tan-
tummodo agatur de facto ſui Coadjutoris, poterit in-
tereſſe Coadjutus, ad tradita per *Innoc. cap. fin. de pro-
cur. Oldrad. conſ. 44. Gavan. loc. cit. V. Coadjutor, nu.
27. in addit.* licèt *Caſtr. Pal. loc. cit. diſp. 1. punct. 10. n.
23.* contrarium teneat. Canonici, qui in dandis ſuf-
fragiis, vel dicendis ſententiis in Capitulo, ordine 24
conturbato loquuntur, digni ſunt jure dandi vocem
privari, tam in illo, quàm in ſequenti Capitulo, ut
elicitur ex traditis per *Caſtald. de Cærem. lib. 1. ſect. 7. cap.* 25
3. num. 5

Ad Capitulares juniores ſpectat in Capitulo primò
loqui, ne ipſi à majorum ſententia declinare formi-
dent, iuxta tradita per *Nicol. de Lyr. ſuper Exod.* quem re- 26
fert *Afflict. dec. 1. nu. 6.* & ut validiora argumenta in fine
reſerventur, ut docet *Cicer. in Rethor.* & ita ſervatur
in *Rota Rom.* ab Auditoribus, teſte *Cobell. loc. cit. c.* 27
31. n. 151. ſed praxis ferè in omnibus Eccleſiis eſt
in contrarium; nam Canonici antiquiores junioribus
præferuntur in loquendo, reſpondendo, & votis, tam
ſecretis, quàm publicis proferendis; & conſultius vi- 28
detur, quia iſti priùs fando minores attrahunt in ſuam
ſententiam, quæ utilior, & ſanior præſumitur. *gloſ. in
cap. placuit. 16. diſt. Abb. in c. Auditis, de elect. Roman. ſin-
gul. 81. Rolan. conſ. 47. num. 7. vol. 2. Gramm. dec. 64. num. 33.
Maran. in proœm. ſuæ Prax. num. 8.* Addo, quòd pri- 29
mam vocem habere in Capitulo eſt maximi honoris
ſignum, *cap. Quia tua 50. diſt. Præpoſ. in cap. Epi-
ſcopus 17. diſt.* Qui propterea ſubjungit, quòd in Ca-
pitulo priùs loquuntur digniores, & antiquiores, quo-
rum nomine intelliguntur non ætate majoris, ſed digni-
tate, & antiquitate Canonicatus receptionis. *Card. Turr.* 30
*ſuper c. Lex. diſp. 2. num. 7. Jacob. Ben. privil. 10. nu. 7.
Ferrett. conſ. 240. num. 1. vol. 2. Rot. dec. 2. num. 10. de conſu.*
Undè non interveniente prima, & unica Dignitate in
Capitulo, Canonicus antiquior habet primam vocem.
Marc. dec. 1023. num. 1. part. 1. & hoc ob ejus ma- 31
jora onera, & ſervitia, Eccleſiæ præſtita. *cap. Mira-
mur 61. diſt. Pyrr. loc. cit. lib. 9. c. 3. n. 8.* Habemus exemplum 32
Sancti Jacobi minoris, qui erat ætate longævus, ſed
quoniam fuit electus Apoſtolus poſt alterum Jacobum
minorem annis, ille dicitur Junior, & Minor Apo-
ſtolus, & poſt fatur in Symbolo Apoſtolorum, ut ob-
ſervant *Genuen. Pract. QQ. Eccleſ. q. 301. & 612. & Afflict.
loc. cit. dec. 1. n. 7.* Si aliqua controverſia de digniori loco,
aut de priùs votando in Capitulo contigerit, Ca- 33
pitulum congregatum nullum habet intereſſe in tali 34
cauſa, quia Jus præeminentiæ competit Canonicis
particularibus, & non reſpicit Collegium, cujus pro-
fectò non intereſt, an unus, vel alter Canonicus præ-
cedat. *Abb. in c. Ex literis, de prob. Dec. ibid. Marc. deciſ.
202. num. 2.* Itaque litis deciſio petenda eſt ab Epi-
ſcopo, qui reſolvet eundem ordinem ſervandum, pro-
ut quiſque ibi ſedet. *gloſ. in c. Placuit 16. diſt. Præpoſ.* 35
ubi ſupra. Ricc. dec. 131. num. 16. part. 1. Quòd ſi de præ-
dictis aliquid Eccleſiæ Statutum diſponeret, Capitu-
lum

lum debet contendentes admonere de obſervantia Sta-
tuti, ut docet *Farinac. dec.401.n.2. part.2. in poſth.* &
omnes obedire tenentur Capitulo, non ſolùm in hoc ca-
ſu, ſed in quibuſcunque aliis, in quibus Statutum ali-
quid mandat, aut vetat. *Hoſt. in cap.1. num.8. de his,
quæ fiunt à m. p. Cap.* Idem ſequitur de conſuetudine,
37 quæ magis attenditur, quàm Statutum, & in mate-
ria præcedentiæ alter Canonicus cum alio eam acquirit
38 decem annorum ſpatio. *Gram.deciſ.64.n.34.* Capitulares
obligati, qui non intervenerint Capitulo abſque juſta
cauſa, ab ipſomet Capitulo approbanda, mulctandi
39 ſunt ad formam Statutorum. *Abb. in cap. cum cauſa,
num.7. de off. Jud. deleg.* & declaravit S. C. C. apud
Garc.de Ben.part.3. c.2.n.424. Cæterùm quia Jus exigen-
40 di mulctam competit Collegiatæ Præpoſito: *Goffred. in
Rubr. Jur.Can.tit. de pœnis, num.9.* non poterit Canoni-
cus antiquior, aut alius, qui in ejus defectum con-
gregavit Capitulum, eandem certam mulctam exigere,
ita *Villagut.de Reb.Eccl.non alien.loc.cit. cap.118.n.5.* & de-
41 ciſum refert *Mart.Digeſt.Nov.lib.6.tit. Capitulum, cap. 9.*
Siquidem iſti ſubrogati retinent ſolummodo majorita-
tem, quam diximus, in honore convocandi Capitu-
lum, & ibi dandi primum ſuffragium, ut poſt alios
42 conſideravit *Ragnc. de Voc. qu. 15. in fin.* Quando pœ-
43 na per Statutum impoſita non proficiſcentibus ad Capi-
tulum negligeretur à Canonicis, quia eſſet levis, atque
tractari debet de notabili Eccleſiæ, vel Capituli inte-
reſſe, Capitulum, facto verbo cum Epiſcopo, gra-
viores pœnas injungere debet. *Abb.* in ſæpiùs allegato
cap. Quia propter. Namque Præpoſitus Collegiatæ
44 Epiſcopo ſubjectæ addere per ſe non poterit mulctas.
Gomeſ.Gimon. & Staphil.ubi ſupra fol. 93.

Collegiales, qui Capitulo nondum terminato abſ-
45 que debita licentia recedunt, eadem pœna puniuntur,
qua per Statutum afficiuntur ii, qui non accedunt ad
Capitulum. *gloſ.in c.Cupientes, de elect.in 6. §. Quod ſi.
Dec.in cap. 1. de jud.* Quia non veniſſe dicitur, qui ve-
nit, & illicentiatus diſcedit: *Jo: And.in c.Adhæc, nu.
4. de ſen. & re jud. Abb. in cap. Cum nobis, num. 10. de*
46 *elect.* tum quia iſte remanet contumax: *Fely. in cap. 1.
de judic.nu.21.* & magis attenditur contumacia ſic rece-
47 dentis, quàm non comparentis: *cap. Conſuluit, de off.*
48 *deleg. cap. Per calumniam, de pœnis,* & obſervat *Boer.
in ſuis Singul. tit. de contum.* Non dicitur autem receſſiſſe
qui, juſta impellente cauſa, ex Capitulo egreditur con-
feſtim reverſurus, ut ſentiunt *Port. conſ. 84. num.19. &*
49 *Ludoviſ. dec.70. num.5.* Petita priùs venia; qua inju-
ſtè, prout in aliis caſibus, denegata, videtur ipſo
jure conceſſa: ita *Quintanad. loc. cit. tract. 7. ſingul.
32. num. 3.*

Canonicus, penes quem vox in Capitulo non deeſt,
eoque incepto adveniens, admittendus eſt ad reliqua
pertractanda, & reſolvenda. *c.Eccleſia veſtra, tit.de elect.*
50 *& Scribentes ſuper eod.cap.* Iſte, omnibus aliis Capitulari-
bus ex ordine ſalutatis, ad ſuum locum ſe conferat,
51 & ſine mora à majori de Capitulo certioretur de his,
quæ tunc temporis tractantur, ſuper quibus ille ad-
huc ſenſum ſuum aperire poterit, non verò ſuper
52 jam diſcuſſis, & concluſis, cum tranſierint in rem
53 judicatam, ut notat *Pariſ. conſ.22. n. 40. part.4.* Con-
54 gruum tamen erit, de actis eum admonere. Ad Caput
Capituli primum pertinet quæcunque vult proponere,
poſt quem idem efficere fas, juſque eſt cuilibet Capitu-
lari per ordinem, ut poſt alios docet *Villagut.loc.cit. cap.*
55 *125. num.13.* Non debet eſſe inter Canonicos con-
gregatos fœminilis quædam abuſio, ut undique aer
reſonet, ſed cum modeſtia uno loquente, cæteri ſileant:
nec quis in aurem proximioris Collegæ ſubmiſſa voce
loquatur, quoniam hujuſcemodi ſermones redduntur
ſuſpecti, ut tradit *Petr. de Anchar. in ſæpiùs cit. cap.
Cum omnes.* Non eſt tractandum in Capitulo de re-
bus inanibus; *Nunquam ſede cum Concilio vanitatis,*
dicit Regius Pſaltes *Pſal. 25.* ſed primo agendum eſt
de Divini Cultus propagatione. de Chori defectibus,
ejuſque diſciplina, Statutorum, ac laudabilium con-
ſuetudinum obſervantia; deindè de iis, quæ rerum
56 temporalium Eccleſiæ, & Capituli ampliationem,
utilitatem, ac defenſionem reſpiciunt, cum ſine his
Capitulum conſiſtere nequeat, ut *ex c. Capitulum 1.
q.3.* notat *Genuen.loc. prox. cit.q.546.*

A R G U M E N T U M.

Agitur de Jure viſitandi, quod competit Epiſcopo, omnes Eccleſias ſuæ Diœceſis, & exigendi rationem adminiſtrationis Piorum Operum, etiam à Capitulo. An viſitationem, & computorum reviſionem teneatur facere per ſe ipſum, vel valeat etiam per alios explere, & quibus pœnis procedere contra contumaces, ſeu munere ſuo non ſatisfacientes.

S U M M A R I U M.

1 *Epiſcopus ampliſſimam facultatem habet omnes Eccleſias ſuæ Diœceſis, & præſertim Cathedralem, viſitandi,* & n.2. & 3.

4 *Et hæc poteſtas quoad Cathedralem tranſit in neceſſitatem, & eſt de præcepto.*

5 *Et ab ipſa Eccleſia Cathedrali initium ſumi debet Viſitationis.*

6 *Jus Epiſcopo competens viſitandi Eccleſias ſuæ Diœceſis eſt impræſcriptibile,* & n. 7.8. & 10.

9 *In materia facultativa, non datur præſcriptio, nec per mille annos, ob negligentiam Anteceſſorum, niſi ſimul detur prohibitio cum acquieſcentia.*

11 *Capitula, quæ fruuntur privilegio Adjunctorum, prætendere non poſſunt, ut Epiſcopi in viſitatione Cathedralis, ſive Capituli, illos adhibeant,* & num. 12. & 13.

14 *Neque ad id ſuffragatur Canonicis conſuetudo immemorabilis in contrarium.*

15 *Eadem facultas, quam habet Epiſcopus, viſitandi Eccleſiam Cathedralem, competit etiam quoad Capellas annexas.*

16 *Item quoad adminiſtrationem redditVum, tam Canonicorum, quam Beneficiatorum, & Fabricæ Eccleſiæ, non adhibitis Canonicis Adjunctis.*

17 *Ad revidendas dictas Adminiſtrationes, non tenetur Epiſcopus accedere ad Aulam Capitularem, ſed poteſt ſibi referri facere libros ad ſuum Palatium Epiſcopale.*

18 *Et ſi Canonici renuant, poteſt contra illos procedere, etiam per cenſuras.*

19 *Nec tenetur Epiſcopus reviſioni computorum per ſe attendere, ſed valet id per perſonas, ſibi viſas, explere.*

20 *Referuntur plura* Sacr. Cong. Conc. *Decreta ad materiam Viſitationis,* & n. 26.

21 *Non poteſt Epiſcopus librorum exhibitionem petere indefinitè, ſed tantùm eorum, quos revidendos ſuſcepit; nec alios tranſportare facere, niſi inceptam reviſionem adminiſtrationis abſolverit.*

22 *Si Capitulum eſſet negligens in retinendis libris Adminiſtrationum, poteſt Epiſcopus illud cogere opportunis remediis, etiam Miniſtros, & Officiales removendo.*

23 *Afferuntur nonnulla* Sac.Cong.Conc. *Decreta ad materiam reviſionis rationum.*

24 *Epiſcopus cogere poteſt Capitulares ad ſe ſubiiciendum Viſitationi perſonali, etiam cum cenſuris.*

25 *Epiſcopus viſitans Cathedralem, & etiam Civitatem, non poteſt petere procurationem.*

27 *Quoties Capitulum habet Jus viſitandi Eccleſiam Cathedralem, poteſt Epiſcopus illi tempus præfigere, intra quod ſuam Viſitationem debeat complere.*

28 *Idem dicendum quoad omnes alios inferiores, hoc Jus habentes.*

29 *Sede vacante, Jus viſitandi tranſit in Capitulum.*

30 *Quam procurationem exigere valeat Capitulum occaſione Viſitationis, & quot perſonas ſecum ducere.*

ANIMADVERSIONES.

QUia plures poſſunt emergere difficultates occaſione Viſitationis Eccleſiarum Cathedralium, quæ fiunt ab Epiſcopis, ſive Capitula ſint exempta ab ipſorum Epiſcoporum juriſdictione, ſive ejuſdem plenè

ſubjecta; idcircò magis notatu digna ad hanc mate-
riam hìc adjungimus.
Et primò permittimus, Epiſcopum omni Jure ha-
bere ampliſſimam poteſtatem viſitandi Eccleſias, ac
perſonas, ejus curæ concreditas, & præ cæteris ipſam
1 ſuam Sponſam, videlicet Eccleſiam Cathedralem, ex
diſpoſitione Sacrorum Canonum, de qua in can. Epiſco-
pum 10. q. 1. c. conquerente, de offic. Ordin. & c. 1. §. ult. de
cenſib. & Sacr. Concil. Triden. cap. 4. ſeſſ. 6. & c. 6. ſeſſ. 25. de
reform. quam tanquam ad invicem unitam, & conjun-
ctam, intelligi debere, advertit Spad. conſ. 155. nu. 2. &
2 24. tom. 1. & loquendo de Cathedrali, tanquam de
capite, notant Saravia de Adjunct. cap. 24. num. 16.
3 Piaſec. in Prax. part. 2. cap. 3. num. 5. Barboſ. ad Conc.
d. cap. 6. ſeſſ. 25. num. 4. & 17. Fagnan. in cap. ut jux-
ta, de offic. Ordin. n. 23. Pax Jord. Var. Lucubr. lib. 7. tit. 1. nu.
107. Quinimò hæc Epiſcoporum poteſtas viſitandi
præ cæteris eorum Cathedralem Eccleſiam, tranſit
4 in neceſſitatem, ad Text. in c. Romana, ubi Scribentes
de cenſib. in 6. gloſ. in Clem Attendentes V. debeant, ubi etiam
dicit, hanc Viſitationem eſſe de præcepto. Soccin. de
Viſitation. n. 4. quæſt. 6. & 7. Tuſc. de Viſitat. lib. 1. cap.
2. nu. 11. & 12. Baya in Prax. Eccleſ. part. 1. lib. 2. cap. 1.
num. 1. Rot. deciſ. 57. & dec. 440. num. 1. part. 1. rec. Et quòd
5 eadem Viſitatio ab ipſa Cathedrali initiari debeat tan-
quam à capite, probat Text. in d. cap. Romana, de cen-
ſib. in 6. Soccin. d. tract. quæſt. 6. verſ. unde primo, &
quæſt. 8. num. 10. Fuſc. eod. tract. lib. 1. cap. 15. num.
1. & ſeqq. Gavant. in Manual. V. Viſitatio, n. 9. Ugolin.
de Poteſt. Epiſc. c. 49. n. 6. Pax Jordan. d. tit. 1. n. 108. &
ipſum Pontificale in Rubr. de Viſitat.
Hinc eſt, quòd Epiſcopo obſtare nequit conſuetudo,
ſive potiùs deſuetudo, qua conſtet Eccleſiam Cathe-
6 dralem à longiſſimo tempore, ſive nunquam fuiſſe vi-
ſitatam, quia attento Jure communi, libertas à Viſi-
tatione eſt imperſcriptibilis, ad Text. in cap. cum ex of-
ficii 16. de præſcript. ibi — neque contra Viſitationem
ipſam poteſt aliquo modo præſcribi, ubi — gloſ. in V. Viſi-
tationem, & Abb. antiquus n. 4. Panormit. n. 3. Felin. num. 9.
Barboſ. num. 2. & 4. Innocent. in cap. Venerabili, num.
6. Kocebier. de Juriſdict. in Exemptos part. 4. quæſt. 23.
num. 4. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 2. n. 50. Cardi-
nal. de Albic. poſt Cardin. De Luc. de Juriſdict. diſc. 95. n.
91. Roſ. de Reſid. Epiſc. cap. 4. ſect. 6. num. 19. & 31.
Rot. cor. Merlin. dec. 101. num. 3. & 4. Et quidem du-
plici ratione, altera nempè, quia jus viſitandi publi-
cum ſit authoritate, & utilitate, & propterea nulla
præſcriptione, ſive conſuetudine tolli poteſt in perni-
ciem animarum, & Eccleſiarum, eo quia tali pacto
7 impediretur obedientia Paſtori, Eccleſiis reformatio,
ac ovibus directio, & correctio, ut advertunt præci-
puè Barboſ. in c. cum ex officii 16. num. 6. de præſcript.
& de Pot. Epiſc. alleg. 73. num. 2. Fagnan. in c. cum ve-
nerabilis, n. 23. de cenſibus. Capell. Tholoſan. quæſt. 333.
Altera, quòd Viſitatio reducitur ad materiam faculta-
tivam, nempè dependentem à voluntate Epiſcopi,
8 ubi non uſus, & negligentia Anteceſſorum nullate-
nus præjudicat Succeſſoribus, & Juribus Paſtoralibus,
ideoque eſſe imperſcriptibilem, etiamſi adeſſet lapſus
mille annorum, tuetur Pariſ. conſ. 9. num. 13. & 14.
lib. 4. niſi probaretur inſimul prohibitio cum aequie-
9 ſcientia, ut eſt regulare in omnibus facultativis. Bar-
boſ. d. alleg. 73. ſub n. 2. Lotter. d. q. 2. n. 50. Merlin. d. dec.
101. num. 2.
Quæ fortiùs procedunt de Jure novo Sacri Concil.
Trident. d. cap. 4. ſeſſ. 6. & c. 6. ſeſſ. 25. de ref. in qui-
bus expreſsè irritantur omnes contrariæ conſuetudines,
10 etiam immemorabiles. Gallemart. ad Concil. d. c. 6. nu.
29. & 30. Garz. de Benefic. part. 3. cap. 2. n. 223. ubi
quòd ita cenſuit Sacra Congregatio Concilii in una Con-
chen. anni 1593. Barboſ. d. alleg. 73. n. 4. Gonzal. ad Reg.
8. gloſſ. 25. n. 13. Rot. Diverſ. dec. 709. n. 21. verſic. præte-
rea, & dec. 725. n. 4. part. 4. Quapropter, ut alibi obi-
ter notatum fuit, Capitula exempta, quæ fruuntur
privilegio Adjunctorum, prætendere non poſſunt,
11 quòd Epiſcopi illos adhibere debeant in Viſitatione
Cathedralis, ſive Capituli, ſed per ſe ſoli poſſunt di-
ctam Viſitationem explere, cum in d. c. 6. ſeſſ. 25. litera-
liter ſancitum fuerit, quòd Capitula, & Cathedrales,
nullis exemptionibus, & conſuetudinibus tueri ſe va-
leant, quominus viſitari poſſint à ſuis Epiſcopis per ſe ipſos
ſolos, vel illis, quibus ſibi videbitur, adjunctis. Et de
Viſitatione Capitulorum tradunt Barboſ. ad d. cap. 4.
ſeſſ. 6. num. 17. & d. alleg. 73. num. 4. Fagnan. in d. c. 12
cum venerabilis, à num. 4. de cenſib. & in c. ut juxta,
à num. 37. de offic. Ordinar. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. q.
25. ſub num. 57. Sarav. de Adjunct. quæſt. 25. per tot. & de
illa Eccleſiarum Cathedralium, idem Barboſ. loc. cit.
num. 17. & d. alleg. 73. à num. 25. Sarav. d. tract. cap. 24.
num. 16. Fagnan. in d. cap. ut juxta, ſub num. 37. ubi ait,
quòd in Viſitatione Cathedralis major eſt ratio, ut
Epiſcopus ſolus viſitet, quia de ea, tanquam de ſua 13
Sponſa, majorem tenetur habere notitiam, nec conve-
nit Capitulares ſuſpectos in ea adhiberi, & ita ſæpiùs
reſcripſit dicta Sacra Congregatio, ut apud Fagnan. in d.
cap. ut juxta, apud Barboſ. ad Concil. d. cap. 4. n. 17.
& clariùs in Conchen. 23. Novembris 1647. regiſt. in lib.
18. Decret. pag. 445. ubi ponitur tale dubium — Se-
cundo, an Epiſcopus, ſive ejus Vicarius, vel alius Vi-
ſitator Generalis, teneatur, dum viſitat Eccleſiam Cathe-
dralem, & perſonas Capitulares, adhibere Adjunctos Conju-
dices, à Capitulo quotannis eligendos, vel potiùs ſoli poſ-
ſint per ſe ipſos in concernentibus Viſitationem procedere, In-
formationes ſumere, corrigere, ac punire, nulla tamen
ſervata forma judicii, ſeu proceſſu compilato — Sacra
&c. reſpondit — poſſe in Viſitatione abſque Adjunctis Con-
judicibus Eccleſiam Cathedralem, & Capitulares viſita-
re, eiſque pœnas imponere extraordinarias quæ magis mo-
rum correptionem, quàm punitionem reſpiciant, non au-
tem extra Viſitationem, quando contra Capitulares ad pœ-
nas extraordinarias procederet: & in Gadicen. Juris viſi-
tandi de anno 1585. in qua cenſuit, Epiſcopum in Viſi-
tatione Capituli poſſe ſolùm crimen aliquod corrige-
re, & punire, non tamen pœna ordinaria, ſed ea,
quæ magis emendationem morum reſpiciat.
Et quòd neque ſuffragetur immemorabilis, reſpon-
dit in alia Aſtoricen. in qua cum fuiſſet propoſitum du-
bium ſub his verbis — Cum Epiſcopus Aſtoricen. à tem-
pore immemorabili conſuevisſet adhibere duos Adjunctos à
Capitulo in Viſitatione, fuit dubitatum, an hujuſmodi con-
ſuetudo eſſet ſublata per Caput quartum ſeſſ. 6. & cap.
6. ſeſſ. 25. — Sacra &c. cenſuit, hujuſmodi conſue- 14
tudinem eſſe ſublatam, ut advertit etiam Sarav. de
Adjunct. qu. 24. n. 6. quo tamen non obſtante, ubi inter E-
piſcopum & Capitulum inita eſſet aliqua concordia,
confirmata à S. Sede Apoſtolica, hæc attendenda eſſet,
prout Lucæ ſervator, Epiſcopo viſitare volente. Rot.
in Lucana Viſitationis 12. Maji 1631. coram Dunozet. Junior.
Danel. de Nobilib. diſput. 49. n. 2. & nos ſupra notavimus
ad tit. 12. n. 41. 42.
Ex prædictis autem Reſolutionibus Sacræ Congre-
gationis patet, quòd Epiſcopi in Viſitatione poſſint
viſitare, & corrigere ſine Adjunctis Capitulares, cum
pœnis tamen extraordinariis, quæ magis correctionem
morum, quàm punitionem reſpiciunt, & non per viam
judicialem.
Hæc eadem poteſtas viſitandi, quam habent Epi-
ſcopi in Capitula, & Cathedrales, ad præſcriptum
Juris communis, & Sacri Concilii Tridentini, proce- 15
dit etiam quoad Cappellas, ſive Eccleſias, eidem Ca-
thedrali annexas, quæ ſequuntur naturam principalis.
Farinacc ad Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 6. de ref. verſic. ſed Epiſco-
pi. Barboſ. ibid. num. 17. Sarav. d. c. 24. n. 16. Item quoad ad-
miniſtrationem redditruum, non tantùm Canonicorum, 16
ſed & Beneficiatorum, & Fabricæ Eccleſiæ, ut cen-
ſuit eadem Sac. Congregatio in Segobricen. die . . Januarii
1590. lib. 6. Decret. fol. 89. in qua propoſitis du-
biis.
X. An Epiſcopus poſſit in viſitatione exigere rationes
ſuarum adminiſtrationum à Capitulo, ſaltem earum, qua-
rum commodum non ad Canonicos tantum, ſed & ad
Beneficiatos, & Miniſtros Eccleſiæ ſpectat; item, an
hujuſmodi rationum exactio poſſit fieri per ipſum Epiſco-
pum tantùm, & non una cum duobus Canonicis Adjun-
ctis.
XI. An etiam poſſit Epiſcopus ſolus viſitare Fabricam Ec-
cleſiæ Cathedralis, & rationes ejus exigere.
Sacra &c. cenſuit, ad decimum, Epiſcopum ſolum, vel
bis, quibus ſibi videbitur, Adjunctis, poſſe Capitulares, &
bona, verumque, & bonorum adminiſtrationem viſitare. Ad
undecimum, idem poſſe.
Illud etiam obſervandum eſt, quòd Epiſcopus
poteſt

poteſt occaſione dictæ Viſitationis ſibi facere deſerri
Libros Capitulares, in quibus apparent adminiſtratio-
nes, tam reddituum Capituli, quàm aliorum Piorum
Operum, eiſdem incumbentium, ad proprium Palatium,
17 abſque eo quòd teneatur ipſe accedere ad Aulam Capi-
tularem ad revidendos Libros dictarum Adminiſtratio-
num, ut plenè decrevit *Rota in Hiſpalen. Viſitationis* 30.
Aprilis 1700. *&* 25. *Novembris* 1701. *cor. Molines*; ita ut,
ſi Canonici renuerent obtemperare mandatis Epiſcopi,
demandantis traoſportationem Librorum ad ſuum E-
18 piſcopale Palatium, poſſet contra eos etiam per cenſu-
ras procedere. Poſita enim poteſtate Epiſcoporum viſi-
tandi, & corrigendi Capitulum, ejuſque Miniſtros, in
omnibus iis, quæ concernunt adminiſtrationem Piorum
Operum, requiritur per conſequens, quòd iidem poſ-
ſint contra inobedientes fulminare cenſuras, ut cæteris
relatis *Rot. in d. Hiſpalen. anni* 1700. *§. Cæterùm, & ſeq.*
& in Gerunden. Juriſdictionis ſuper exhibitione Reſolutio-
num Capitularium 12. *Junii* 1702. *§. Fundamentum, &*
plur. ſeqq. coram Eminentiſſ. Priolo: ſicuti pariter non
19 teneotur Epiſcopi pro ſe incumbere dictæ reviſioni
Computorum, ſed etiam poſſunt id explere per per-
ſonas ſibi benè viſas, & etiam in hoc caſu demandare
eandem aſportationem Librorum ad ſuum Epiſcopale
Palatium, ut plenè firmavit eadem *Rota in d. Hiſpalen.*
25. *Novembris* 1701. *§. His poſitis ferè uſque ad fin.*

Et præmiſſa confirmantur ſequentibus Reſolutioni-
20 bus *Sacr. Congregationis Concilii in Urgellen. Viſitationis* 5.
Septembris 1705. in qua propoſitis ſequeotibus dubiis,
nimirum.

I. An poſſit Epiſcopus ſine Adjunctis Capituli viſitare Cathe-
dralem Urgellen. illiuſque Capitulum, Dignitates, Canonicos
& alias perſonas dictæ Cathedralis Eccleſiæ?

II. An poſſit Epiſcopus viſitare Parochieles, ſitas intra
Clauſtrum, & ambitum ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis?

III. An poſſit viſitare Cappellam B. M. de Pietate, ſitam
in Clauſtro ejuſdem Eccleſiæ.

IV. An Capitulum teneatur in actu Viſitationis reddere ratio-
nem adminiſtrationum, quæ incumbunt Capitulo Eccleſiæ
Cathedralis?

V. An contra recuſantes, contumaces, & inobedientes,
procedere poſſit per Cenſuras Eccleſiaſticas.

VI. An teneatur Capitulum deferre Libros Adminiſtratio-
num ad Palatium Epiſcopale ad hoc, ut Epiſcopus rationes
ſuſcipere valeat in caſu &c.

Sacra &c. reſpondit. Ad primum, ſecundum tertium,
quartum, & quintum affirmativè.

Ad ſextum affirmativè *ad formam Cauſæ Hiſpalen. &*
ampliùs in omnibus.

Non tamen Epiſcopus poteſt petere exhibitionem
indefinitam Librorum Capituli, ſed eorum tantùm,
qui reſpiciunt Adminiſtrationem, quam viſitandam ſu-
ſcipit, adeout petere nequeat tranſportationem alioram,
niſi inceptam abſolverit, ut firmavit *Rot. in d. Hiſpalen.*
21 *Viſitationis de die* 25. *Novembris* 1701. *§. fin. cor. Molines*,
quæ eſt contemporanea cum altera ſub *eodem die ſu-*
pra allegat. Quòd ſi Capitulum eſſet negligens in reti-
nendis Libris Adminiſtrationum, poſſet Epiſcopus il-
22 lud cogere opportunis remediis, ac etiam Miniſtros,
& Officiales removere, uti cenſuit *Sac. Cong. Particula-*
ris in Alben. Sacr. Rituum de die 19. *Septembris* 1710. in
reſponſiooibus ad ſequentia dubia.

XXXIV. *An Capitulum teneatur retinere Librum, in*
quo diſtinctè adnotentur omnes Reſolutiones Capitulares, &
alium, in quo adnotentur omnes Contractus ſtipulati, ſive ſti-
23 *pulandi, nec non alium, in quo ſimiliter adnotentur introi-*
tus, & exitus proventuum Maſſæ Capitularis?

XXXV. *An Capitulum teneatur exhibere dictos Libros to-*
ties, quoties illi videbitur.

XXXVI. *An Epiſcopus poſſit exigere redditionem rationis*
proventuum Capitularium à Capitulo, ejuſque Miniſtris?

XXXVII. *An Epiſcopus in caſu negligentiæ Capituli poſ-*
ſit eidem injungere exactionem reddituum, ac reparationem,
& reſpectivè culturam Bonorum, tam urbanorum, quàm
ruſticorum?

XXXVIII. *An Epiſcopus poſſit inhibere Capitulo nè eligat*
in Miniſtros, qui de anteacta adminiſtratione rationem non
reddiderunt?

XXXIX *An poſſit Epiſcopus ex legitima cauſa Oeconomos,*
alioſque Capituli Miniſtros removere?

XXXX. *An Scripturæ, reſpicientes Præbendas, Bona*
Capitularium, & Commune intereſſe ejuſdem Eccleſiæ, ſer-
vandæ ſint in Archivio Capituli ſub pluribus clavibus, & non
penes particulares poſſeſſores?

Sacra &c. reſpondit ad 34. affirmativè. *Ad* 35. affirma-
tivè *ex rationabili cauſa. Ad* 36. 37. 38. 39. *&* 40. *pariter*
reſpondit affirmativè.

Quoad hanc Viſitationem eſt etiam obſervandum,
quòd Epiſcopus cogere poteſt etiam cum cenſuris Capi-
tulares ad ſe ſubiiciendum Viſitatioui perſonali, ut 24
ſcripſit *Sac. Cong. Concilii in Aprutina* 18. *Julii* 1705. in
qua propoſito dubio. An ſit cogendum Capitulum ad ſe
ſubiiciendum Viſitationi perſonali, ab Epiſcopo indi-
ctæ, & ſub quibus pœnis? prodiit reſcriptum *affirmati-*
vè, & ſub pœnis etiam cenſurarum.

Item quòd Epiſcopus viſitans Cathedralem, & et-
iam Civitatem, non poteſt exigere procurationem à 25
perſonis, & Locis, quæ viſitat, ut cenſuit *ead. Sac.*
Congr. in Aliphana 18. *Julii* 1705. ſed ſolùm eam po-
teſt exigere, quando viſitat Diœceſim.

Quanto autem tempore liceat Epiſcopo retioere Viſi-
tationem apertam, tam in Cathedrali, quàm in tota 26
Diœceſi, patet ex ſequentibus Reſolutionibus *Sac. Con-*
gregationis; ac primo *in Turritana* 15. *Novembris* 1704.
in qua propoſita fuerunt infraſcripta dubia.

V. An Archiepiſcopo liceat integro anno retinere apertam
Viſitationem, tam in ipſa Cathedrali, quam in tota Diœ-
ceſi? & quatenus negativè.

VI. An, & infra quantum tempus debeat Viſitationem ex-
plere?

VII. An procedente Archiepiſcopo de tempore Viſitatio-
nis cum fabricatione Proceſſus ad inſtantiam Partis, vel
Promotoris Fiſcalis, liceat ab ejus Decretis, ſeu Sententiis
appellare ad Delegatum Apoſtolicum Judicem Appellationum
in Regno Sardiniæ?

Sacra &c. reſpondit ad quintum negativè, *& ſerve-*
tur forma Concilii.

Ad ſextum arbitrio, & conſcientia Ordinarii ad for-
mam Concilii.

Ad ſeptimum affirmativè

Et in Juvennacen. 23. *Januarii* 1706. in qua dubi-
tatum fuit, an Viſitatio durare deberet arbitrio Viſita-
toris, ſeu potiùs præſcribendum eſſet certum, & deter-
minatum tempus, & prodiit reſponſum *affirmativè*, quoad
primam partem ad formam Concilii, *negativè* quoad ſe-
cundam.

Denique notandum, quòd quoties Capitulum habet
Jus viſitandi Eccleſiam Cathedralem juxta ea, quæ
alibi animadvertimus, ad formam *Sac. Concilii c.* 3. *ſeſſ.* 27
24. *de ref.* poteſt Epiſcopus eidem Capitulo præfigere
tempus, intra quod teneatur ſuam Viſitationem com-
plere, ſicuti hoc idem poteſt imponere omnibus in-
ferioribus hoc jus habentibus, ut pluries declaravit *d.*
Sac. Congregatio, ut teſtatur *Pax Jordan. Lucubrat. tom.* 2.
lib. 7. *tit.* 1. *num.* 42. *&* 56. *Nicol. in Floſc. V. Viſitatio, nu.* 3.
in fin. Pignatell. conſult. 146. *num.* 14. *in fin. tom.* 9.
Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. *c.* 3. *n.* 3. *de ref. & de Pot. Epiſc. alleg.* 28
73. *n.* 30. *& de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 13. *in fin.*

Sede verò vacante jus viſitandi tranſit in ipſum
Capitulum, & Viſitationem poteſt proſequi in illa
parte Diœceſis, quæ non fuit ab Epiſcopo viſitata, & 29
elapſo anno à die ultimæ Viſitationis, per Epiſcopum
factæ, novam Viſitationem poteſt inchoare, ut decre-
vit eadem Sacra Congregatio in ſequent. Decretis.

Corduben. 23. *Auguſti* 1636.

Ulterius eadem Sac. Congregatio cenſuit, Capitulum Se-
de Vacante Viſitationem Diœceſis proſequi poſſe in illa tan-
tùm parte Diœceſis, adhuc ab Epiſcopo prædefuncto non
viſitata ad inſtar ejuſdem Epiſcopi, & aliàs juxta præ-
ſcriptum ejuſdem Sac. Concilii.

Pampilonen. 13. *Aprilis* 1631.

Sacra &c. cenſuit Capitulum poſt lapſum annum à
die ultimæ Viſitationis, per Epiſcopum factæ, non expe-
ctato termino, poſſe, Sede Epiſcopali vacante, viſitare
Loca, quæ Epiſcopus vivens viſitare poſſet.

Non poteſt tamen idem Capitulum, ſeu Viſitator
ab eo deputatus, exigere procurationem taxatam pro
Epiſcopo, ſed ad ſummum dimidiam, neque ſecum du-

cere duos Canonicos, ſed tantùm unum Notarium, & unum famulum, ut reſcripſit eadem *Sacr. Congreg.* 17. *Auguſti* 1697. *lib.* 47. *Decret. fol.* 404.

Jo: Jacobus Scarſantonius.

A R G U M E N T U M.

In electionibus, aliiſque negotiis ordinandis, requiruntur vota majoris partis Capitularium, & aliquando de conſuetudine duarum ex tribus partibus, ac de modo computandi vota Capitularium. Quando vota debeant eſſe ſecreta, vel publica; Et an votum alicujus perſonæ dignioris, ſeu magis literatæ, prævaleat alteri inferioris Dignitatis, vel literaturæ. An Canonicus poſſit ſe eximere à reddendo voto in actibus Capitularibus. Reddentes votum contra juſtitiam tenentur ad damna, & quando. Per contradictionem, vel oppoſitionem contra ea, quæ à majori parte decreta ſunt, non impeditur executio.

S U M M A R I U M.

1 *In electionibus, ac aliis rebus, quæ ſpectant ad commune jus Capituli, dari debent vota à Canonicis, legitimè, & capitulariter coadunatis.*

2 *Et regulariter attenditur, quod à majori parte Collegialium in loco Capitulari reſolvitur,* & n. 3.

4 *Quæ major pars conſtituitur per unum ſuffragium, ultra dimidiam.*

5 *De conſuetudine in aliquibus Cathedralibus, & Collegiatis, requiruntur vota duarum ex tribus partibus.*

6 *In majori parte ineſt minor.*

7 *Hanc conſuetudinem non ſuſtineri tenent nonnulli.*

8 *Alii contrarium exiſtimant.*

9 *Quomodo probari debeat talis conſuetudo.*

10 *Major pars intelligitur, reſpectu aliarum partium minorum, in Capitulo præſentium; reſque declaratur exemplo,* & n. 11.

12 *In aliquibus Collegiis fit comparatio partis ad partem ex conſuetudine immemorabili; hoc autem non eſt ſecundum Jus,* & n. 13.

14 *Etiamſi cum eodem majori numero concurrat Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ.*

15 *Qui jus non habet in actibus Capitularibus, niſi pro ſuo unico voto, vel pro duobus, ſi tali privilegio gaudet.*

16 *Quo caſu binas voces idem Præpoſitus non poteſt dividere,* & n. 17.

18 *Quid ſignificet iſta dictio* VOX, *in caſu, de quo agitur.*

19 *Geſta à majori parte Capituli, licèt non dicantur peracta in plena concordia, à cæteris tamen Canonicis ſunt exequenda,* & n. 20. & 21. *ubi exemplificatur.*

22 *Statutum, diſponens, quòd actus Capitulares non valeant, niſi conſentientibus omnibus, eſt nullum.*

23 *Vel eſt intelligendum de conſenſu majoris partis.*

24 *Nec valet conſuetudo, quòd conſentiant omnes Capitulares, & quare,* & n. 25.

26 *In omnibus Capitulis regulariter aliquis reperitur, qui aliis contradicit.*

27 *Unde excuſatur à culpa, qui dicat, in tali Collegio exiſtere unum cervicoſæ opinionis, & quando.*

28 *Quomodo intelligatur in hoc caſu illud axioma, quòd unuſquiſque præſumitur pacificus,* & n. 29.

30 *In Capitulis aliquando voces dantur per ſecreta ſuffragia; aliquando per aperta; & quid ſervandum tam in uno, quàm in altero caſu.*

31 *Quot ſint ea, quæ reddunt potentiorem vocem unius Capitularis, quàm alterius,* & n. 32. 33. 34. 37. & 38.

35 *Qualitas, quæ in abſtracto non recipit magis, nec minus, recipit tamen in concreto,* & n. 36. *ubi exemplificatur in Canonico.*

39 *An ſint audienda vota minùs peritorum, & quando aliis debeant acquieſcere.*

40 *In Capitulis ſimplicitas columbina debet eſſe mixta cum ſerpentina.*

41 *Sicuti in Principe miſericordia abſque juſtitia, ſtultitia eſt.*

42 *An criminoſum ſit, quòd Canonici cordati ſint in Capitularibus proviſionibus inter ſe diſcordes, & quando,* & n. 43.

44 *Affertur exemplum contentionis inter Angelos Iſraelitarum, & Perſarum, an captivi Hebræi eſſent ſuæ Patriæ reſtituendi.*

45 *Interdum filius diſſidere poteſt à patris ſententia abſque culpa.*

46 *Tali caſu, ſi ſeculares ex contentione Canonicorum ſumerent ſcandalum, eſſet merè paſſivum, & non curandum.*

47 *Quæ in Sacris functionibus prætermitti poſſint, ad tollendas altercationes; quæ verò non,* & n. 48.

49 *In Capitulo, legitimè congregato, taciturnitas habetur pro expreſſo conſenſu, & quare,* & n. 50.

51 *Refertur dictum Ferdinandi Imperatoris, ſe odiſſe in Conciliis canes mutos, & amare, qui ſincerè, & liberè, modeſtè tamen, loquuntur.*

52 *Canonici, qui nè aliquem Capitularium contriſtent, in alterius ſententiam, quam alioquin minimè probant, feruntur, dicuntur pedarii, & quare.*

53 *In Capitulo debet quiſque proprium ſenſum patefacere, & votum ferre, vi ſui muneris,* & n. 56. & 57.

54 *Quando procedat illa Juris regula, quòd unuſquiſque poteſt ſuo Juri renunciare, & quando non,* & n. 55.

58 *Canonicus ſe eximens abſque juſta cauſa à votando, peccat graviter, vel leviter, juxta qualitatem materiæ.*

59 *Et tenetur ad damna, quæ inde ſequuntur.*

60 *Canonicus videns non poſſe vincere in re juſta per vota aperta, tenetur petere partitum, per ſecreta ſuffragia, & de ratione,* & n. 61.

62 *Quid, ſi nec per vota ſecreta poſſit victoriam reportare.*

63 *Canonici ferentes votum iniuſtum, non ſolùm peccant, ſed etiam tenentur, ad reſtitutionem damni illati, & quando,* & num. 64. & 65.

66 *Quid agendum ſit, quando dubitatur, an aliquod negotium ſit utile Capitulo, necne.*

67 *Quando jus ſit Prælato unum, vel duos Canonicos renitentes compellendi, ut votis aliorum Capitularium ſe ſubſcribant.*

68 *Quid, ſi contradicentium referat, de eorum diſſidio conſtare.*

69 *Si major pars abſolutè vult ad aliquod officium eligere dignum, omiſſo digniori; tenetur minor pars cum illa concurrere.*

70 *Contrarium dicendum eſt in iis, quæ concernunt Divinum Cultum, animarum ſalutem, vel damnum Jurium Eccleſiæ, vel Capituli.*

71 *Tali caſu contradicens non tenetur cauſam probare ſuæ oppoſitionis coram Capitulo, ſed coram Epiſcopo, & de ratione,* & n. 72.

73 *Quando Epiſcopus intervenit Capitulo, quomodo ad ipſum facienda ſit appellatio,* & n. 74.

75 *Comprobata injuſtitia majoris partis, hæc ſuccumbet, licèt numero ſuperior.*

76 *Interim tamen præſumitur juſtitia actus, geſti à majori parte.*

77 *Nec per appellationem impeditur executio eorum, quæ à majori parte Capituli reſoluta ſunt.*

78 *In iis, quæ fiunt per vota aperta, & viva voce, attenditur ſanior pars; ubi verò vota dantur ſecretò, conſideratur major, vel minor numerus.*

79 *Et in hoc ſecundo caſu nulla eſt differentia voti inter Capitulares, & de ratione,* & n. 80.

81 *Ubi concurrit major numerus Capitularium, præſumitur major zelus, & prudentius conſilium, niſi contrarium probetur.*

82 *Votantibus, qui dicant pro, vel contra, ſuffragium tuliſſe, non creditur,* & n. 38.

T I T U L U S V.

IN electionibus, ac aliis rebus diſponendis, explicandis, vel ordinandis circa ea, quæ ſpectant ad commune Jus Capituli, requiruntur vota præſtita à Canonicis legitimè convocatis, & Capitulariter adunatis. *gloſſ. in d. c. cum omnes, & c.* 1. *de reb. Eccl. non alien. Innoc. in cap. In Geneſi, de elect. num.* 7. *Ripa ibid. n.* 7. *Dec. conſ.* 437. *Farinac. dec.* 382. *part.* 2. *Buratt. dec.* 359. *n.* 5. Atque regulariter attenditur, quod reſolvitur à majori parte Collegialium in loco Capitulari. *gloſ. fin. extr. de his, quæ fiunt à majori parte cap. Ancbar.* 1 2

char.

char. in c. cum in cunctis, n. 1. de his quæ fiunt. à Præl. Abb. in c. Licet, n. 14. de elect. Monet. de Comm. Ult. Vol. cap. 7. n. 397. Caputaq. dec. 203. part. 3. & quod major pars Vocalium facit, & decernit. ab omnibus de Capitulo factum, & decretum interpretativè dicitur, &
3 reputatur, ac plenum habet vigorem. c. Duobus, de reſcript. in 6. & ibi gloſ. in c. Eccleſia, n. 9. de elect. in c. Paſtoralis, de reſcript. in cap. Ex parte, de conceſſ. Præb. & conſ. 57. n. 1. part. 2. Rodriq. QQ. Reg. tom. 5. q. 4. Aſflict. dec. 5. Ricc. dec. 172. n. 9. part. 4. Marta ubi ſupra tit. Capitulum, c. 2. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 17. q. 3. n. 10. Cavall. dec. 315. n. 3. quæ major pars conſtituitur per unum
4 ſuffragium ultra dimidiam partem: Buratt. part. 3. dec. 225. numer. 2. deciſ. 259. numer. 4. & deciſ. 809. numer. 10. Et quamvis in nonnullis Cathedralibus, & Collegiatis, propoſita in Capitulo vincantur tantummodo per duas partes trium, id procedit de
5 conſuetudine, non de Jure communi, prout reſolutum fuit à Rot. Rom. coram D. Carillo 7. Aprilis 1642. in una Suffragiorum Collegiatæ Camajoris, quam refert Diana part. 7. primæ editionis in fin. ubi ſubjungitur, his non adverſari, ejuſdem Collegii Reſolutiones ut plurimum cum duobus tertiis fuiſſe peractas, etenim in majori parte ineſt minor. cap. 1. ubi latiſſimè Canoniſtæ de arbitr. in 6. Seraph. dec. 267. num. 4. & alii
6 Immò non ſubſtineri conſuetudinem, ut duæ partes ad minus debeant concordare, tenent Card. Tuſc. lit. D. concl. 454. num. 5. & Franc. dec. 1. num. 31. con-
7 tra alios, exiſtimantes, hujuſmodi conſuetudinem eſſe validam, quibus ſi adhærere velis, probandum eſſet,
8 dictas Reſolutiones, factas cum minori numero duarum partium ex tribus, fuiſſe reputatas, & habitas
9 nullas, & irritas, aliter actus remanerent æquivoci, cum fortaſſe accidere potuerit, ut retroactis temporibus duæ partes ſemper fuerint concordes, & ſic nulla hinc deſumi poſſet conſuetudinis probatio. Dec. in cap. Præſentia, num. 58. de prob. Dixi in rebus Capituli ſufficere majorem partem regulariter, quandoque enim requiruntur univerſi, aliquando minor pars ſufficit, interdum non omnes, & ſinguli ſatis, ut explicabimus infra: At communiter loquendo, major pars Capituli intelligitur de majori parte reſpe-
10 ctu, & comparatione aliarum partium minorum, in Capitulo præſentium. cap. Eccleſia 1. de elect. Gemin. in c. Si cui, n. 2. eod. tit. in 6. Abb. in c. fin. de Jurepatr. Sylv. V. Electio, n. 15. Zerol. loc. cit. V. Capitulum §. 13.

Explicemus exemplo: Si ex duodecim Canonicis, Capitulariter congregatis, eveniat, quinque ex eis in
11 unum conſentire, quatuor in alterum, & tres in alium, electus à quinque, dicitur electus à majori parte dictarum trium, non à majori parte Capituli, quoniam quinque ex duodecim non ſunt major pars, ſed ſeptem, prout advertunt gloſ. in d. cap. Si cui, Bald. in d. c. Eccleſia, Daoyz. V. Canonicus n. 12. Buratt. dec. 809. num. 10. & deciſ. 573. par 3. in annot. In aliquibus Collegiis fit comparatio partis ad partem, ex præſcripta, & immemorabili conſuetudine, quæ non improbatur à Franc. Zepæo lib. 3. tit. de his quæ fiunt à majori parte cap. At de Jure certè non eſt ratum, neque firmum, quod major numerus, non reſpectu totius, ſed minoris partis, ſtatuerit, quamvis, cum eodem majori numero
12 concurrat Præpoſitus Collegiatæ, etiam exemptæ,
13 qui ſit de Capitulo, in eoque habeat vocem. gloſ. in cap. 6. diſt. 19. V. plures. Sayr. in Flor. loc. cit. dec. 1. tit. 1. lib. 3. & Rota in una Piſcien 14. Januarii 1630. Ratio eſt, quia
14 in actibus Capitularibus, tanquam pars homogenea,
15 unum corpus cum aliis perſonis Capituli conſtituit, & ſic non habet jus, niſi pro ſuo unico voto, vel duobus, ſi tali privilegio gaudeat, quo caſu binas voces non poteſt dividere. Vivian. ſup. cap. Si quis §. Porrò de
16 elect. ſed tenetur adhærere uni, ac pro una, & eadem
17 re eas dare: ita docent Abb in cap. Olim, de re jud. Fely. ibid. Additionator Abb. ſuper cap. Eccleſia veſtra, de elect. num. 2. Roman. ſingular. 78. Nald. in Summ. V. Canonicus. Galeæ. eod. V. Senabr. de Probat. cap. 3. num. 56. Vox de qua loquimur, idem ſonat, quod votum, ſenſus, ſententia, ſuffragium, quæ in Capitulo dantur, vel
18 proferuntur, explicando conſenſum, aut diſſenſum circa, ea, quæ proponuntur, & à majori parte Capitularium reſoluta, dicuntur provenire concorditer à toto Capitulo. cap. In cauſis, & cap. cum Olim

de elect. gloſ. in c. Periculum §. Idem, eodem tit. Alex. conſ. 48. num. 3. lib. 7. Verùm, ſi minor pars à majori diſcordat, decreta non poſſunt dici peracta in plena con- 19
cordia, ſed tantùm concorditer, ut notavimus. Imol. in c. Licet, num. 3. de elect. Gratian. dec. 183. numer. 12. Bertach. l. cit. V. concorditer. Nihilominus, diſpoſita à majori parte Capituli ſunt à cæteris Capitularibus exe- 20
cutioni demandanda Tambur. de Jure Abbatiſſ. diſp. 6. quæſt. 5. numer. ult. Dec. de reg. utr. jur. lib. 4. reg. 52. & dictum eſt ſuperiùs; & ideò Canonicus, qui non conſentit ceſſationi à Divinis, non poteſt in ipſamet Eccleſia celebrare, cum obſervare teneatur quod major 21
pars determinavit, ut obſervat Imol. in cap. Certum, de major. & obed. Statutum Eccleſiæ, diſponens Capitula- 22
res Reſolutiones non eſſe attendendas, niſi omnibus Canonicis conſentientibus, eſt irritum, & nullum. gloſ. d. c. Si forte. Alex. conſ. 224. num. 2. lib. 6. Gratian. diſc. for. c. 894. num. 15. Maſſobr. de Synod. c. 4. dub. 52. num. 1. Vel hujuſmodi Statutum interpretandum eſt de conſenſu majoris partis Capituli, ut benè obſervat Gra- 23
tian. dec. 183. num. 11. Nec etiam valet conſuetudo, quòd in actibus Capitularibus conſentiant omnes Capitulares, quia eſſet Eccleſiæ oneroſa, ſiquidem impe- 24
diret, ut multæ res communes infectæ remanerent, ut poſt alios ſcribit Zipæus lib. 3. tit. de his quæ fiunt à Majori parte c. ſequuntur Abb. 2. part. conſ. 37. gloſ. in c. 1. ne Sed vac. & Paſqual. dec. 426. num. 5. dicentes eſſe valdè difficile, ut cuncti de Capitulo ſint ejuſdem ſenſus, & maximè in re communi homines ſunt faciles ad di- 25
ſcordiam. Vivian. in c. 1. de his quæ fiunt à majori part. c.
In omnibus Capituli ordinariè reperitur aliquis ſpiritus 26
contradictionis, diſcrepans à voluntate, ac judicio cæterorum, prout obſervant Ant. de Pret. in Clyp. Paſt. c. 3. num. 23. Pavin. l. cit. part. 2. quæſt. 10. Bonac. de Hora Can. dub. 1. quæſt. 3. punct. 5. numer. 20. Quapropter dicens in tali Collegio reperiri unum ſui capitis, ſive cervicoſæ opinionis excuſatur à culpa, niſi manifeſtet nomen perſonæ, ut conſiderat Ant. de Eſcob. tract. 5. 27
exam. 10. capit. 4. Nec contrariatur illud vulgare axioma, unuſquiſque præſumitur pacificus, quod deſumi- 28
tur ex c. Sancimus 5. quæſt. 7. & notat Maſcard. de Prob. concl. 864. numer. 29. nam interpretatur de iſto, vel illo ſingulariter conſiderato, non in pluribus ſimul col- 29
lectis, ita reſpondent Ant. de Butr. in capit. Cum Oſius num. 8. de elect. Abb. in capit. 2. eodem tit. num. 3. & DD. mox citati.

In reſolvendis negotiis, vel decernendis rebus pertinentibus ad Capitulum, aliquando voces porriguntur per ſecreta, aliquando per aperta ſuffragia. Quando priori modo dantur, ſemper attenditur major pars, nulla habita ratione vocalium; prout infra videbimus. Dum autem vota proferuntur palam, hoc eſt, viva 30
voce, ac apertè quiſque ſuum dicit ſenſum, tunc copulativè conſideratur major, & ſanior pars, capit. 1. cum ſeq. de his quæ fiunt majori part. capit. Alagon. ibid. Abb. in cap. Eccleſia, num. 7. de Elect. Rotch. de Curte l. cit. §. Jus, n. 26. Sylv. V. Electio 2. n. 6. & Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 85. n. 4. Quatuor reddunt potentiorem vocem unius Capitularis, quàm alterius.

Primò major auctoritas, ut ſi Canonicus eſſet etiam Epiſcopus; gloſ. in cap. In Canonicis 19. diſt. Abb. in capit. 31
Poſtulaſtis, num. 14. de conceſſ. Præb. Grat. diſcept. for. capit. 106. nu. 3.

Secundò, ſi ſententiam proferens eſſet prima Collegiatæ Dignitas, & Caput: ita Abb. in c. Dudum, num. 32
3. de elect. & in c. Quæſivit, num. 3. de his quæ fiunt à majori part. cap.

Tertiò, ponderoſior cenſetur vox Canonici litterati, vel antiquioris, ob ejus experientiam, quæ eſt veritatis legitima probatio, & efficax rerum magiſtra: 33
cap. Quam ſit, de elect. in 6. Zabarell. in Clem. cum Eccleſia, num. 3. de ætat. & qual. Bald. conſ. 136. num. 2. lib. 2. & Bertach. in repert. V. antiquitas. Faciunt illud Job. cap. 12. In multo tempore adeſt prudentia, & illud vulgatum, deſumptum ex l. 1. ff. de ventr. inſpic. Experto crede Ruberto, & Plato dixit, experientiam eſſe tertium oculum, ut refert Pena in præfat. dec. num. 52.

Quartò, & ultimo, quemadmodum, ut ſupra diximus, in quolibet Collegio reperitur aliquis imperitus contradictor, ita nullum Collegium eſt adeò deſperatum, in quò nemo ex decem ſit ſana mente, ac 34

ſcientia præditus, *Cicerone in lib. 3. de leg.* auctore &
ſequitur *Urſell. loc. cit. V. Alienatio concl. 85. num. 231.*
Hujuſmodi Canonici vox ratione majoris peririæ,
(quia remanet magis inſtructus in his, quæ ſunt de
jure,) reputatur ſanior, & magis æſtimanda, quàm
cæterorum, qui non ſunt tali doctrina præditi. *Abb. in
d. c. Eccleſia, & in c. Dudum, de elect. Daoyz loc. cit. V.
Canonicus, nu. 3. Jacob. de Graff. conſ. 1. eod. tit. diff. 7. num. 3.
tom. 2. Rodoan. loc. cit. tit. de Reb. Eccl. non alien. quæſt. 38. num.
11. & Pariſ. de Reſign. lib. 5. q. 3.* ubi ait, inter Canoni-
cum litteratum, & indoctum, eſſe differentiam, ſicut
inter mortuum, & vivum. Et quamvis ad mentem A-
35 riſtotelis, qualitas conſiderata in abſtracto non reci-
piat magis, & minus, tamen in concreto, quatenus
aliquis participat de ea, illud quale recipit magis, &
minus, ac parit majoritatem, ut bene advertit *Leonell.
de Praced. q. 5. art. 1.* Sic Canonia, licèt non recipiat ma-
gis, & minus, cum omnes Canonici in ea ſint pares,
& æquales, nil ſecius reſpectu dictarum qualitatum al-
ter dici poteſt magis Canonicens altero, ex traditis per
36 *Lanceil. in Inſtit. Jur. Can. lib. 1. tit. de elect. §. Quod ſi V. de
auctoritate. Leonell. loc. cit. q. 9. art. 14. Maſcard. de Probat. concl.
998. n. 12.* Et propterea in palam reſolvendis rebus Capi-
37 tuli potentior eſt vox ſapientis, quam minus periti.
Marcabrun. conſ. 16. num. 76. & ſeq. Aliàs nihil eſſet
38 inæqualius, quàm ubi impar eſt ſcientia, ibi ſit par
jus; ut notat *Abb.* in ſupra allegatis *cap. Eccleſia &
c. Quæſivit.*

Aperta vota vel minus peritorum Canonicorum ſunt
libenter audienda. Facit verſus, *Sæpè etenim eſt olitor
verba opportuna locutus.* Vide de hoc exempla, quæ re-
fert *Corn. à Lap. in Com. ſuper Exod. c. 18.* Quando verò à
doctis eorum dicta reprobantur, debent illi acquieſce-
re, aliàs non excuſantur ob ſimplicitatem columbi-
nam, quæ in Capitulis debet eſſe miſta cum ſerpenti-
39 na: *cap. Petrus diſt. 89. & cap. Fratrem. d. 80. Botch.
40 ſuper c. Veritatis num. 5. de jurejur. Valent. loc. cit. part. 1.
not. 10. num. 4.* Veluti miſericordia in Principe, alte-
41 ra ſorore Juſtitia deſtituta, eſt ſtultitia, ut inquit D.
Chryſoſtomus.

Quamvis rixæ, lites, & controverſiæ ſæpiùs à de-
bilioribus veniant, juxta illud.

A minore rota ſunt ſemper jurgia mota.

Aliquando tamen contingit, Canonicos cordatos inter ſe
42 diſſidere in diſpoſitionibus, ſeu proviſionibus Capitula-
ribus, ut refert *Hoſt. in c. Paſtoralis, num. 1. de reſcript.*
quod non eſt crimini tribuendum dummodo opinio-
num diverſitas charitatem non ſeparet, ut ajunt D.
43 *Antonin. in Summ. part. 4. tit. 7. c. 8. §. 1. Homob. in Com.
punct. 3. tract. 14. q. 17. c. 3.* Et ſuadetur hæc doctrina ex
contentione, quàm Sacra Eloquia narrant fuiſſe in-
ter Angelos Iſraelitarum, & Perſarum, an Hebræi
captivi eſſent ſuæ Patriæ reſtituendi: & in hoc utri-
que Angeli Domini Divinam Gloriam, & illorum
ſalutem intuebantur, ut notat *Zipæus loc. cit. tit. de
44 his, quæ ſunt à majori part. Cap. & in l. 151. §. Si quis
ff. de cond. cauſ.* habetur, Filium interdum abſque
45 culpa non reſidere cum ſententia Patris; atque in
46 Libris Reſolutionum Moralium quot varias cernimus
Scriptorum opininnes, quæ non improbantur? ita non
repugnante jure, vel æquitate, in primordiis hujus
Collegiatæ nonnullas habuerunt contentiones inter ſe
Canonici, circa eorum munus in Choro, & Altari,
ex quibus deſumpta fuit occaſio diligentiùs ſtudendi in
iis, quæ proprium reſpiciunt officium: & laudabiliter
factum fuerit bellum, ut rebus benè compoſitis habea-
tur pax, *cap. Niſi bella 23. q. 1. & cap. Noli. ibidem.*
Nec ab his abſtinendum videtur, eo quia Seculares
ſumant ſcandalum, audiendo Capitulares, ut ſupra,
contendere, nam eſt ſcandalum merè paſſivum, quod
oritur ex infirmitate, & ignnrantia; vel malitia, ex
Pan. de Nob. loc. cit. diſc. 1. n. 5. Marc. diſc. 1391. nu. 2. part. 1.
& juxta illud.

Curandum ſemper placeas doctiſque, boniſque.
Summa quidem laus eſt diſplicuiſſe malis.

Poſſuntque Canonici uti dicto *D. Auguſt.* relato in De-
creto *Gratian. 11. q. 3. can. 51.* his verbis *Sentiat de Auguſtino
quicquid libet, ſola in oculis Dei conſcientia non me ac-
cuſet.*

Non inficior, quaſdam cæremonias laudabiles, ſed
47 non præceptas, quæ ſine culpa in Divinis Officiis re-
linqui poſſunt, prætermittendas eſſe cauſa pacis, &
ad tollendas altercationes reluctantium, ex traditis
per *Hoſt. in Summ. tit. de renunc. num. 8. Abb. in rubr. de
treg. & pac. Poſt. ubi ſupra obſerv. 75. num. 8.* & in præ-
ciſis terminis monet *Molan. de Hor. Can. lib. 2. cap. 6.*
pro modico enim congruum eſt quòd non contenda-
tur: *gloſ. in c. Requiſitis, de teſt. V. decens.* At verò ſi aga-
tur de re tendente ad inobſervantiam Rubricarum Miſ-
ſalis, Breviarii, vel Cæremonialis, aut de damno Ec-
cleſiæ, & Capituli, quilibet Canonicus expreſſe con-
tradicere debet, non obſtantibus conflictionibus, quæ
ob id eveniunt, aliàs eadem culpa involvitur, ac ſi 48
viva voce adſtipularetur. *Abb. in c. Dilectus el 2. de ſimon.
Ricc. dec. 227. part. 3. Garc. de Ben. part. 4. cap. n. num. 556.
in addit.*

Et licèt in multis tacens non dicatur conſentire,
ut notant *Joan. And. in reg. qui tacet: & Felyn. in c.
Nonne, de præſumpt.* nihilominus, taciturnitas Cano-
nici in his, quæ in Capitulo legitimè congregato ge-
runtur, habetur pro expreſſo conſenſu. *gloſ. fin. in c.
Sine 12. q. 2. Accbill. dec. 4. n. eod. tit. ut lit. pend. Marc.
dec. 662. n. 2. part. 1. Angel. in Summ. V. conſenſus, nu. 2.
Burſatt. conſ. 284. num. 51. lib. 3. Paſqual. cent. 2. q. 195.
num. 2.* Ratio eſt, quia Canonici convocantur ad a-
ctus Capitulares, ut conſentiant, vel diſſentiant, ap- 50
probent, vel improbent. *Innoc. in cap. 1. n. 4. de his
quæ ſunt à Prel. Abb. in cap. Veſtra n. 6. de loc. & cond.
Seraph. part. 1. de 708. n. 3. Duran. part. 1. dec. 285. nu. 46.*
Conſonat, quod ſcribit *Gemeus* in vita Auguſtiſſimi
Imperatoris Ferdinandi, hujus nominis Secundi, (ne-
mini quidem ſuorum Antenatorum bonitate, ac pietate
ſecundi) ipſum Cæſarem ſemel dixiſſe ſe odiſſe in Con-
ciliis Canes mutos, & amare, qui ſincerè, liberè, mo-
deſtè tamen, enunciant quicquid ſentiunt. Canonici, 52
qui nè aliquem Capitulariter contriſtent, in alterius
ſententiam, quam de cætero minimè probant, ſe ar-
ripi ſinunt, poſſunt nuncupati Canonici pedarii, ſic
dicti ab illis Senatoribus, qui in Senatu ſententiam
non dicebant, ſed ab alio prolatam comprobabant; mo-
ventes ſe è loco, ibant in locum ejus, cui deferebant,
& ita pedibus, non voce, ſuum promebant ſuffragium:
ut videre eſt apud *Cicer. ad Att. lib. 1. & notat Cobell. loc. cit.
c. 31. num. 163.*

In Capitulo debet quiſque ibidem habens vocem,
proprium ſenſum pateſacere: nec urget dicere, hu-
juſmodi votum eſſe Canonici honorificentiam, ad tra- 53
dita per *Abb. in c. cum veniſſent, num. 2. de reſt. in integr.
Rodriq. in Summ. c. 102. n. 7. Gram. dec. 64. num. 29.*
atque unumquemque favori, & privilegio ſuo poſſe 54
renunciare. *c. Apoſtolica, de reg. Jur. & cap. Si de terra,
tit. de privil.* Nam reſpondetur, hoc procedere, quan-
do favor, ſive privilegium, fuerunt introducta tantum-
modo in favorem repudiantis, non autem quando ſi- 55
mul reſpiciunt utilitatem publicam. *l. jus Apoſtolicum
ff. de pactis, cap. Si diligenti, de for. compet. & ibi
gloſ. Hoſt. Abb. Alagon.* & ſequitur *Rot. part. 6. diverſ. dec. 91.
nu. 31.* Cæterum Vocalatus eſt honor, & onus Ca-
pitularibus principaliter injunctum, ut eo communi
bono Capituli, Eccleſiæ, ac Miniſtrorum proſpicia- 56
tur. Et proindè quivis Præbendatus non poteſt ſe exi-
mere à votando in actibus Capitularibus, quando opus
eſt. *Felyn. in cap. Eam te, n. 3. de reſcript. Arm. in Summ.
V. Electio, & Emmentiſſ. Lugo de juſt. & jur. diſp.
19. ſect. 1. n. 66.* ſed devincitur ſuum ſuffragium ſpe- 57
cialiter ferre; & cogi debet ad votandum, ejuſque ra-
tionem oſtendere; quia tale officium tribuitur cum hoc
pondere; ita *Sacr. Congreg.* penes *Nicol. in Flor. V. Vox,
num. 5. Lezan. in Summ. part. n. c. 15. numer. 17. Graff.
dec. 127. num. 18. lib. 2. Sigiſm. à Bonon. l. cit. dub. 15.
num. 3.* aliter peccat graviter, vel leviter juxta quali-
tatem materiæ propoſitæ, ac reſolvendæ: *Fum. in Sum.* 58
*V. Conſenſus, nu. 2. Sylv. eod. V. num. 3. Valer. de Diff. utr.
For. V. Suffragium, num. 1.* & inſuper tenetur ad dam-
na, quæ ex omiſſione ſui voti, vel ſermonis reticentia, 59
conſecuta ſunt. *Innoc. in c. 1. de his quæ ſunt à majori part.
c. Abb. ibid. Nald. in Summ. V. renunciare n. 9. & Marc. dec.
508. n. 1. part. 1.*

Et advertendum, quòd Canonicus, videns non poſ-
ſe victoriam reportare per vota aperta de re juſta
propoſita, tenetur petere partitum per ſecreta ſuffra-
gia, quia correſpectivæ ſunt obligationes, vocem, 60

& ra-

Digitized by Google

& rationem proferre, & petere partitum; & quod
de altero affi mnatur, pariter ſequitur de altero. *cap.*
Preterea, *de off. deleg. Scac. de Appell. quaeſt.* 17. *limit.* 21.
num. 75. *Surd. dec.* 199. *num.* 13. Nec valet dicere, ſe
ſuum votum, tam loquendo, quàm ſecretè ballottan-
do, vanum exiſtimare, cum majorem partem Capi-
tuli perſpiciat paratam quovis modo velle ſuperio-
61 rem diſcedere, quoniam confidere debet, quòd Do-
minus, qui illuminat abſcondita tenebrarum, eos per-
ducet in viam Veritatis, quæ omnia vincere ſolet.

At verò, ſi poſt enunciatas rationes, & adhibita ſe-
creta ſuffragia, non poterit prælus uti ſecundis; pro
tunc acquieſcat, ſi major pars vicerit partitum voci-
62 bus mortuis, hoc eſt lupinis: & peccatum erit illo-
rum tantùm, quia recta nolunt, non eorum, qui cer-
tarunt pro juſtitia, dummodo intus corde ſint pacifi-
co. *Card. Turrecr. ſuper cap. Litigioſus*, *diſt.* 90. *D. Anto-
nin. in Summ. loc. cit. part.* 4. *tit.* 7. *c.* 8. Canonici ſuum
votum pro injuſta reſolutione præbentes, non ſolùm
peccant, ſed tenentur ad compenſandum damnum il-
63 latum, & ſi probabiliter ſibi perſuaderent majorem par-
tem Capituli, cui in eo caſu ſtatur, ſuo voto ſuffra-
gaturam; veruntamen injuſtum ferentes ſuffragium,
poſtquam per priora publica vota majoris partis rem
viderint obtentam, licèt ſic peccent, non tenentur ad
64 reſtitutionem, cum damnum efficaciter non attulerint,
ut accidere poteſt in ſuperiori caſu, prout conſiderant
Caiet. in Summ. V. Reſtitutio. *Molin. de Reſtit. tom.* 2. *diſp.*
752. n. 4. *Leſſ. de Juſt. & Jur. l.* 2. *c.* 13. *dub.* 3. *num.* 12. *&*
Galett. in Summ. V. damnum. Si verò vota ſecretò ferau-
tur, non videntur à reſtitutione eximi ſequentes in di-
cto caſu ſententiam majoris partis, quæ voluntatem
ſuam eis inſinuavit, & priùs ballottavit; ſiquidem
non propterea ſunt certi, vota dictæ majoris partis e-
65 miſſa fuiſſe pro illa re injuſta; ſæpiùs enim, ut expe-
rientia ſatis conſtat, voce mortua, hoc eſt fabis, qui-
bus liberè votum datur, fit contrarium ejus, quòd
viva voce quis pollicitus fuit, ut benè obſervat *Sayr.
in Clau. reg. l.* 10. *c.* 10. *n.* 6.

In reſolvendo aliquo negotio Capitulari, de quo ſit
dubium, an ſit utile Capitulo, poteſt quis, immò de-
bet, ſua opinione prolata, majoris partis voluntati
66 aſſentiri, & non garrire, dum vota dantur publicè,
ita docet *Azor. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quaeſt.* 17. quinimmò
jus eſt Prælato compellere unum, vel duos Canoni-
67 cos renitentes, ut votis cæterorum Capitularium ſub-
ſcribant, ut evitentur inconvenientia, quæ ob hujuſ-
modi publicum aſſenſum, & diſſenſum accidere poſ-
ſunt, ut colligitur ex *Rodriq. in Summ. tom.* 1. *c.* 202.
n. 5. ita in Cauſa ſibi delegata decidiſſe teſtatur *Ricc.
part.* 3. *dec.* 237. cui ad ſtipulantur *Filiuc. loc. cit. tr.* 21.
cap. 2. *num.* 24. *& Zambell. V. Electior. num.* 13. Verum
eſt, quòd ſi contradicentium referat de eorum diſſi-
68 dio conſtare, fieri poterit mentio ſeorſim de ipſorum
contradictione, ut tradit *Valer. de Differ. utroq. For. V.
Suffragium diff.* 2.

Ad hæc ſi major pars abſolutè vult ad aliquod Of-
ficium eligere dignum, prætermiſſo digniori, minor
pars non ſolùm poterit, ſed tenebitur cum majori nu-
69 mero concurrere, ut talis electio pacificè fiat, ita ad
notavit *Vega in Summ. tit. de Elect. caſ.* 96. Cæterùm ſi
Capitulares electiones, reſolutiones, & ſimilia eſſent
contra Divinum Cultum, ſive ſalutem animarum, vel
in damnum jurium Eccleſiæ, & Capituli, (cum in
his, ut diximus, quando vota dantur palam, conſi-
70 deretur major, & ſanior pars copulativè) minor pars,
ac quavis ex iſta poteſt, & debet ſe opponere majori
numero Capitularium, quia in his caſibus non dicitur
major pars, cum non ſit ſanior. *Dec. in c. Licet*, *de
elect. Franc. dec.* 2. *nu.* 5. & ſufficit ſola contradictio;
71 non enim tenetur coram Capitulo, ſed coram Epiſco-
po producere, & probare cauſam ſuæ oppoſitionis cir-
ca id, *gloſ. in cap.* 1. *de his quæ fiunt à majori parte cap.
Graff. in addit ad* 1. *part. deciſ. lib.* 2. *cap.* 27. *numer.* 25.
72 Ratio eſt quia, quæ fiunt in Capitulo, non fiunt ju-
dicialiter, ut advertit *Vener. loc. cit. c.* 30. *num.* 9. A'
prædictis, per publica ſuffragia geſtis in Capitulo, ubi
Epiſcopus fortaſſe præſideret, uti Prælatus, appella-
73 tur ad ipſum, exprimendo literis, quæ minor pars
objicere intendit, *c. Dilectus de appell. Scacc. eod. tit. loc.
mox allegato quaeſt.* 8. *num.* 60. Quod ſi idem Prælatus
in Capitulo adſit ut Canonicus, eo caſu appellatur ad
eundem, aliter conſideratum, dum ut Canonicus fue- 74
rit contrariæ opinionis. *Bero. in rubr. de appell. nu.* 78.
Abb. in cap. in collatione, *eod. tit.* Atque comprobata in-
juſtitia majoris partis, hæc ipſa ſuccumbet, & mi-
nor pars uti ſanior, licèt numero valde inferior, de- 75
clarabitur major. *Hoſt. in Summ. in rubr. de his quæ fiunt
à majori part. cap. Sylv. in Summ. V. Majeſtas*, *num. ult.* &
cæteri mox relati. Interim tamen negotii juſtitia,
& rectitudo præſumitur, ubi concurrit major pars nu- 76
mero. *Imol. in cap. Ex noſcitur*, *num.* 15. *de inſtit. Lan-
cellott. ubi ſup. §. Si eligentium V. opponere*. *Dazyt. loc.
cit. V. major pars*, *& Grat. diſcept. for. cap.* 721. *nu.* 17.
Atque per contradictionem, ſive appellationem, non
impeditur executio eorum, quæ à majori parte Capi-
tuli decreta, & ordinata ſunt, ut conſtat ex textu 77
plano *cap.* 1. *de his quæ fiunt à majori parte capit.* & tra-
dunt *Ragac. de Voc. quaeſt.* 7. *numer.* 7. *Gennen. pract. QQ.
Eccleſ. quaeſt.* 544. *& Seraph. deciſ.* 708. *numer.* 3. De di-
cta ſaniori parte, ut ſupra innuimus, habetur ratio
in votis, quæ apertè, & viva voce dantur, quando
enim porriguntur ſecretò, nullatenus conſideratur ſa- 78
nior, ſed dumtaxat attenditur major, vel minor ſuf-
fragiorum numerus, ita præter DD. cit. docent *Ricc.
in Prax. part.* 4. *reſol.* 400. *numer.* 4. *Cardin. Tuſc. lit. M.
conſ.* 17. *num.* 7. *Bordon. Conſ. Reg. part.* 2. *reſol.* 61. *num.*
60. *Mantic. in dec.* 115. *numer.* 7. & tantum valet vox
Epiſcopi Canonici, quàm ultimi Capitularis, & tam
vox primæ Dignitatis Collegiatæ Capitis, quàm ſim-
plicis Canonici, atque tam Sapientis, vel antiquio- 79
ris, quàm minus periti, & moderni, habentium vo-
cem in Capitulo. *Petr. de Anchar. in cap. Poſtulaſti*, *num.*
8. *de conceſſ. Prebend. Ferrett. in cap. cum omnes*, *nu.* 13.
de conſtit.

Ratio evidens eſt, quia dum funduntur vota ſecre-
tè, ſciri, vel dignoſci non poteſt, quis contulerit af- 80
firmativum, vel negativum, ut ante, & poſt alios con-
ſideravit *Abb. in d. c. Eccleſia*, *nu.* 7. ſed ubi concurrit 81
major numerus illorum de Capitulo, præſumitur etiam
major zelus, & prudentius conſilium, niſi contrarium
probetur, ut notat *Vivian. ſuper cap.* 1. *de his quæ fiunt à
majori parte capit. & alibi*. Quòd ſi nonnulli affirment, 82
ſuum votum tuliſſe pro, vel contra, nil juvat, quia
teſtibus ſingularibus in ſuo dicto non creditur; *Innoc.
in cap.* 2. *de arbitr. Abb. in cap. Licet de prob. Pariſ. conſ.* 24.
vol. 3. Oportet enim teſtes eſſe conteſtes, quales exi-
ſtere non poſſunt in hoc caſu, in quo quilibet de per 73
ſe clam emittit fabam in Urnam, ut adnotavit *Alex.
conſ.* 192. *num.* 12. *lib.* 6.

A R G U M E N T U M.

Redditus Maſſæ, conflatæ ex piis Fidelium Oblatio-
nibus, quam, ultra Maſſam communem Diſtribu-
tionum quotidianarum ut plurimum habent Eccle-
ſiæ Cathedrales, & Collegiatæ, erogari non debent,
niſi in uſus, à Teſtatoribus deſtinatos. Idem dicen-
dum de augumento ejuſdem Maſſæ, quod reſulta-
ret ex Oblationibus, quæ fieri ſolent à Canonicis
in eorum ingreſſu; vel ex media Annata, quæ in
aliquibus Eccleſiis, per Canonicos, noviter provi-
ſos perſolvitur. Sicuti pariter, de Subſidiis dota-
libus, pauperibus Puellis relictis, Eleemoſynis,
aliiſque ſimilibus.

S U M M A R I U M.

1 *Redditus, à Teſtatoribus deſtinati pro eleemoſynis Miſ-
ſarum, vel celebrandis Anniverſariis, vel pro certo
ſervitio, & aſſiſtentia Divinis Officiis, non poſſunt
in alium uſum converti*; & n. 2. & 3.
4 *Neque valent Canonici condere Statutum, quo ex Maſ-
ſa communi augeatur eleemoſyna, pro celebrandis
Miſſis Canonicalibus*.
5 *Illa pars ſolummodo remanet ad diſpoſitionem Capi-
tularium, quam amittunt non intereſſentes Divinis
Officiis, quando certa ſtatuta eſt pro illis diſtributio.*
6 *Similiter redditus, qui ſolent pro manutentione Fa-
bricæ Eccleſiæ, ac Sacræ Supellectilis expendi, non
poſſunt Adminiſtratores ſibimetipſis applicare*.
7 *Amplia, etiamſi agatur de augumento, proveniente ex*
Obla-

Oblationibus , quæ à Canonicis , noviter proviſis , in eorum ingreſſu fieri ſolent .
8 *Quæ Oblationes in tantum permittuntur , in quantum in communem utilitatem Eccleſiæ cedant ; aliàs ſimoniam redolerent .*
9 *Nec aliter ſtatuendum de media Annata , quæ à noviter proviſis de Canonicatibus , vel Portionibus , in quibuſdam Eccleſiis perſolvitur ; non obſtante quacunque contraria conſuetudine* , & n.10.
11 *Legata pro dotandis pauperibus Puellis , Eleemoſynarum , & ſimilium relicta , non poſſunt in alios uſus applicari , abſque expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia.*
12 *Quid faciendum , quando non adſunt tot Puellæ , quæ hujuſmodi Subſidium conſequi valeant , vel aliter mens Teſtatoris non poſſit impleri ?*
13 *Pecuniæ , augumentata ex inveſtimento reſidui redditumm , detractis annualibus expenſis , poſſunt quidem expendi in communes Eccleſiæ neceſſitates , nonnutem particulares Capituli , & Canonicorum .*
14 *Ex particularibus factis circumſtantiis reſiduales pecuniæ Maſſæ communis inter Canonicos poſſunt diſtribui .*
15 *De cætero regulariter id , quod ſupereſt , factis omnibus expenſis , reſervandum eſt pro futuris Eccleſiæ indigentiis .*
16 *Quinimmò pecuniæ , quæ ſuperſunt , impletis oneribus , implicari debent , reſervata in Arca communi aliqua quantitate , quæ veriſimiliter pro extraordinariis indigentiis ſupplere valeat* , & n.18.
17 *Adinſtar Tutoris , qui tenetur inveſtire pecunias pupillares .*
19 *Non exiſtentibus fructibus Maſſæ , deſtinatæ pro Eccleſiæ neceſſitatibus , vel illis , ad ſupportanda ejuſdem Eccleſiæ onera , inſufficientibus , Canonici ſupplere debent de fructibus ſuarum Præbendarum .*
20 *Refertur per extenſum* Bulla Alex. VII. *qua Capitulis Baſilicarum , & Collegiatarum de Urbe præſcribitur norma , ſervanda pro recta Bonorum earundem Eccleſiarum adminiſtratione .*
21 *Ratio adminiſtrationis Maſſæ Capellanorum , quæ retinetur per Capitulum , non debet reddi ipſis Capellanis , ſed Epiſcopo , & affertur reſolutio* Sac. Congregationis Concilii .
22 *An Canonici poſſint convertere in propriam utilitatem laudemia , maximè ſi prædia pertineant ad Maſſam communem Diſtributionum cum Capellanis .*
23 *Ad Capitulum privativè ſpectat adminiſtratio Anniverſariorum , Oblationum , & ſimilium .*
24 *Etiamſi Beneficiati habeant intereſſe in prædictis Anniverſariis , ſive Oblationibus &c.*
25 *Capitulum poteſt ſtatuere circa diviſionem emolumentorum Anniverſariorum , dummodo non alteretur mens Teſtatorum .*
26 *Fallit prædicta regula ſtante Statuto , vel conſuetudine in contrarium .*

ANIMADVERSIONES.

PRæter Maſſam communem Diſtributionum quotidianarum , ſolent ut plurimum Collegiatæ , &
Cathedrales Eccleſiæ habere aliam Maſſam , conflatam ex piis Oblationibus , deſtinatam , tam pro manutentione Cultus Divini , quàm pro Diſtributionibus
Anniverſariorum , & adimplemento Piorum Legatorum , undè non erit abs re , de recta adminiſtratione
hujuſmodi Maſſæ diſſerere , ut innoteſcat , in quibus uſibus rectè impendantur redditus ejuſdem Maſſæ .

Quatenus pertinet ad eam partem reddituum , quæ
ex piis Teſtantium diſpoſitionibus provenit , & eſt deſtinata , vel pro eleemoſynis Miſſarum , vel pro Diſtributionibus , aſſignatis pro celebratione Anniverſa-
1 riorum , vel pro certo ſervitio , & aſſiſtentia Divinis
Officiis ; hæc in illum præciſum uſum implicanda
eſt , nec ad libitum Capitularium poteſt in diverſum
converti , aut diminui emolumentum , illud applicando alteri uſui , veluti pro aſſiſtentia in Congregationibus , & actibus Capitularibus , quia juxta *Text. in*
2 *Clem. quia contingit , de Relig. Domib.* quæ ad certum uſum
largitione ſunt deſtinata Fidelium , ad alium uſum converti non debent , & tradunt *Navarr. conſ. 55. n. 6. de reb. Eccleſ. non alien. Gab. conſil. 183. num. 8. lib. 2. Rot.*
dec. 539. num. 2. cor. Rembold. & in terminis redditus ,
aſſignati pro certo ſervitio Eccleſiæ *Rot. coram Gre-* 3
gor. dec. 154. num. 5. & coram Coccin. dec. 1986. nu. 54.
Cum neque valeant Canonici concedere Statutum ,
quo ex Maſſa communi pinguior ſolito extrahatur eleemoſyna pro celebrandis Miſſis Canonicalibus ; ut re- 4
ſolvit *Rota in Seguntina Præeminentiarum 21. Februarii & 9. Junii cor. Hervault .*

Illaque pars ſolummodò remaneret ad impinguandam Maſſam Capitularem , & ad Capitularium diſpoſitionem , quam amittunt non intereſſentes dictis Officiis , quando certa eſt ſtatuta quota , veluti in ſaculis,
& ſimilibus , & etiam in pecunia taxata in certa , &
invariabili quantitate , pro quolibet ex intereſſentibus ; nam hoc modo excluſum remaneret jus accre- 5
ſcendi , quòd regulariter locum habet in illis redditibus , qui deſtinati ſunt pro Diſtributionibus , ſine alia
determinatione , nam totum repartitur inter ſervientes , cum partes non intereſſentium aliis intereſſentibus accreſcant . *Gloſ. in Clem. 1. ut ii §. illi verò V. pars dimidia , de ætat. & qualit. & in Clem. 2. V. ſuſpenſus , de vit. & honeſt. Cler. Felin. in c. Apoſtolicæ , n. 12. de except. Bellon. de Jur. Accreſcen. c. 6. q. 47. nu. 7. Capon. diſcept. 523. n. 54. & ſeq. Rota dec. 102. n. 53. & 14. cor. Bich.*

Reſpectu verò partis dictorum redditum , quæ particularem deſtinationem non habet , ſed in his , quæ
Divinum Cultum concernunt , veluti manutentionem
Fabricæ Eccleſiæ , ac Sacræ Supellectilis , expendi
conſueverunt , non poſſunt per Capitulares expendi ,
& applicari , niſi in dictum uſum , vel alium , qui concernat Eccleſiæ neceſſitatem , vel utilitatem ; non au- 6
tem pro augendis Diſtributionibus , & in privatam Canonicorum utilitatem , cum ea , quæ in genere relinquuntur Loco Pio , non expreſſo uſu , non poſſint applicari ipſiſmet Adminiſtratoribus , etſi ſint Perſonæ Eccleſiaſticæ , juxta notabilem *Text. in cap. 3. de præben. ibi — ratio nulla permittit , ut propriis cujuſquam uſibus applicetur , quod pro communi utilitate datum eſſe cognoſcitur — Bald. in l. ſi quis §. In omnibus , num. 19. C. de Epiſc. & Cler. & in l. id quod pauperibus 24. num. 34. C. eod. tit. Gratian. diſc. 481. nu. 53. Sperell. dec. 153. n. 24. Capon. diſcept. 396. n. 36. & ſeqq.*

Et hoc procedit etiamſi Maſſa impinguata eſſet illis oblationibus , quæ fieri ſolent à Canonicis , novi-
ter proviſis , in eorum ingreſſu , & adeptione poſſeſſio- 7
nis Canonicatus , quod eatenus per Sacros Canones permittitur , ac toleratur , ut apud *Barboſ. ad Conc. ſeſſ. 24. cap. 4. num. 11. Panimoll. dec. 35. adnot. 1. nu. 26. & 27. Rot. in Neldeſinen. Fructuum Canonicalium 29. Januarii 1703. §. Similiter , coram R. P. D. Kaunitz , cum aliis in Diſcurſu R. P. D. Anſaldi in Gerunden. Ferialis 20. Junii 1704. §. Tertio tandem* , quatenus dictæ oblationes nul-
latenus cedant in privatam Canonicorum utilitatem , 8
ſed in pios uſus convertantur , ac communibus Eccleſiæ neceſſitatibus cum eiſdem ſuccurratur , cum alioquin ſimoniacam pravitatem redoleret dicta oblatio,
quæ in particulare commodum redundaret , ut ſtatuit *Conc. Trid. in ſeſſ. 24. cap. 14. de reformat. S. Pius V. in conſt. 104.* & communiter tradunt DD. inter quos *Pariſ. de Confiden. quæſt. 38. numer. 26. & ſeqq. Gutierez Canon. Quæſt. lib. 5. c. 29. nu. 26. & ſeqq. & num. 31. Monet. de Diſtrib. Quotid. p. 2. q. 18. nu. 54. & 55. Garz. de Benefic. p. 8. c. 1. n. 83. & ſeqq.*

Idem pariter locum habet , ſi in dictam Maſſam conflueret media annata , quæ in quibuſdam Eccleſiis à
Proviſis de Canonicatibus , vel Portionibus , perſolvitur , ad inſtar mediæ Annatæ , quæ ſolvitur Cancellariæ Apoſtolicæ , occaſione Proviſionum , quæ in ea expediuntur juxta ſuas Regulas , per ea , quæ adnotavit
R. P. D. Anſald. in d. diſcurſ. in Gerunden. Ferialis §. Prout ,
nam hujuſmodi redditus , proveniens à ſolutione dictæ 9
mediæ Annatæ , non poteſt converti in ſingulorum Canonicorum privatam utilitatem , ſed tantùm permittitur pro ſubveniendo communibus neceſſitatibus Capituli , & indigentiis Sacriſtiæ , ut latæ *Lotter. de Re Benef. l. 3. quæſt. 20. n. 6. & ſeqq.* nam aliàs eſſet contra diſpoſita per Sacrum Concilium , & Pianam Conſtitu-
tionem ſupra allegatam , quæ non ſolùm vetant di- 10
ctam applicationem , ſed ulteriùs abrogant quamcumque contrariam conſuetudinem , ut advertunt *Garz. de Benefic. p. 8. c. 1. n. 90. Barb. ad Conc. d. c. 14. num. 5. & 7.*

Digitized by Google

& 7. & de Canon. cap. 15. num. 26. Pariſ. de Confiden. q. 38. num. 29.

Quatenus pertinet ad eos redditus, qui certum, ac
deſtinatum uſum habent ex Teſtantium judicio, ve-
luti ſubſidia Pauperum Puellarum, Eleemoſynarum,
11 ſimilium, claré patet, non poſſe in alium uſum con-
verti, & multo minùs in privatam Canonicorum uti-
litatem, ſine expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia. *Monet.
de Commut. ult. volunt. c. 5. q. 2. concluſ. 1. num. 86. Rot.
coram Burat. dec. 360. n. 2. ibid. adden. nu. 1 n. in Gerund.
Eleemoſynæ Panis ſuper bo. Jure 20. Martii 1703. §. Si-
cuti, cor. Priolo & in Cæſarauguſt. Portionis 2. Julii 1703.
§. Licitum autem, coram Muto.* Quòd ſi non poſſet im-
pleri mens Teſtatoris, vel quia non adeſſent tot Puel-
læ, quæ ad ſubſidia aſpirarent, vel alius uſus deſti-
12 natus non poſſet impleri, adhuc non poſſent Canoni-
ci ſibi appropriare dictos redditus, ſed reſervandi eſ-
ſent pro annis futuris, vel in alium ſimilem uſum
per Epiſcopum deberent applicari *ad Text. in cap. nos
quidem 3. de teſtam. ibique Gonzal. Albergat. inter Conſil.
Bartol. 58. lib. 2. Gratian. diſcept. 359. num. 24. & ſeqq.*
undè de his oblationibus, in certam cauſam deſtina-
tis, neque in privatam, neque in communem utili-
tatem, Capitulum diſponere poteſt.

De redditibus autem, conſtatis, vel ex implicatio-
ne pecuniarum ſupetexcedentium annuales expenſas,
& illo augumento, quod ſenſim Maſſa accepit, di-
ſponere poſſunt Capitulares in communes Eccleſiæ ne-
ceſſitates, veluti pro ſubſtinendis litibus communibus,
aliiſque oneribus, univerſum ſtatum Eccleſiæ reſpi-
cientibus, & conferentibus ad totius Corporis hono-
rificentiam, & in ſubventionem aliarum neceſſitatum,
13 aliarumque adminiſtrationum ipſius Eccleſiæ; non
tamen in litibus, pro Capituli, & Canonicorum par-
ticulari utilitate; quas ſumptibus propriis convenit
ſubſtineri, ſicuti particulare eſt commodum, ut in
terminis ſimilis Maſſæ Eccleſiæ Gerunden. ſub nomi-
ne *Ferialis*, explicitè reſolvit *Rot. in Gerunden. Feria-
lis 25. Junii 1700. 15. Junii 1703. & 3. Auguſti 1704.
cor. bon. mem. Lancet.* in qua reſolutum fuit ex particu-
14 laribus facti circumſtantiis, quòd reſiduum fructum
dictæ Maſſæ, completis plenè, perfecteque omnibus
expenſis communibus, reſpicientibus tam lites, & ne-
gotia, quàm onera Eccleſiæ, eſſet inter Canonicos di-
ſtribuendum. Cætetùm regulariter quod ſupereſt in
quolibet anno, ſupportatis oneribus prædicti, debet
reſervari pro futuris indigentiis aliorum annorum, cum
15 omnium annorum indigentiæ non ſint æquales, &
ſæpè contingat, ut indigentia extraordinaria unius an-
ni abſorbeat redditus plurium annorum; ita ut ad con-
ſulendum Eccleſiæ neceſſitati, opus ſit, ut conſerven-
tur, & accumulentur fructus recollecti in tempore mi-
noris indigentiæ, *ad Text. in can. vobis 12. q. 2. ubi Gloſ.
Geminian. & alii in cap. final. de teſtam. Barboſ. de Epiſc. p.
3. alleg. 86. n. 24. Paſſerin. de Stat. Homin. tom. 2. quæſt.
22. punct. 3. num. 28. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 20.
n. 65. & ſeqq. Antonell. de Jur. & Oner. Cler. lib. 2. part. 6.
cap. 17. ſub num. 13. Panimoll. dec. 5. annot. 4. n. 47. cum
aliis in d. diſcurſu. R. P. D. Anſald. in d. Gerunden. Ferialis
§. de plano.*

Quinimmò quoties ſumma eſt conſiderabilis, quæ
excedit onera Maſſæ, debet inveſtiri, reſervata in ar-
ca communi aliqua quantitate, quæ veriſimile pro ex-
16 traordinariis indigentiis neceſſaria foret, & non po-
teſt in uſus extraneos, ac voluntarias expenſas im-
plicari, non concernentes Eccleſiæ utilitatem, ſeu de-
corem; eodem modo, quo Tutor tenetur inveſtire
17 pecunias pupillares, *ad Text. in Auth. noviſſima C. de ad-
miniſtr. tutor. Card. de Luc. de Uſur. diſc. 6. n. 30. & ſeq.
de Fideic. diſc. 191. n. 11.* & patificando terminos Ec-
18 cleſiæ cum Pupillis, habetur apud *Urceol. conſult. fo-
renſ. 84. num. 14. Capon. diſcept. 134. art. 1. n. 44. tom. 3.
Antonell. de Regimin. Eccleſ. part. 1. lib. 1. cap. 3. num. 20.
& ſeqq. De Luc. in Miſcellanen Eccleſ diſc. 37. num. 13.
Zaul. ad Stat. Faven. lib. 3. rubr. 6. num. 53. R. P. D. An-
ſald. in d. diſcurſ. in Gerunden. Ferialis §. 11. & 12.* Cæ-
terùm ſi fructus Maſſæ prædictæ, deſtinatæ pro Ec-
cleſiæ neceſſitatibus, non eſſent ſatis ad illis ſuccur-
19 rendum, vel nulli eſſent ad hoc deſtinati redditus pro
ſupportandis oneribus Eccleſiæ, tenerentur ſupplere
Canonici de fructibus Præbendarum. *Fuſc. de Viſitat.
lib. 1. cap. 10. num. 15. Bellet. Diſquiſit. Cleric. part. 1. tit.
de Cler. debit. §. 13. num. 16. Barboſ. de Epiſc. alleg. 64.
num. 4. part. 3. Frances de Eccleſ. Cath. cap. 13. num. 35.
& ſeqq.*

Quoniam verò ſupra actum eſt de recta adminiſtra-
tione Maſſæ Capitularis, congruum duxi hìc ſubne-
ctere normam præſcriptam à *Sa. Me. Alexander VII.* Ca-
pitulis Baſilicarum, & Collegiatarum de Urbe pro 20
recta adminiſtratione bonorum, ad eaſdem pertinen-
tium, quæ eſt *Conſtitutio* 36. inter ſuas in novo *Bull.*
ſequentis tenoris.

Alexander Papa VII. ad perpetuam rei memoriam.

Pro commiſſa nobis divinitùs &c. §. 1. *De Venerabi-
lium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ac dile-
ctorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper negotiis
Viſitationis Apoſtolicæ Eccleſiarum, & aliorum Locorum
Piorum dictæ Urbis, à nobis inſtitutæ, deputatorum conſi-
lio, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium mandamus,
& præcipimus, ut in ſingulis Baſilicis, ac aliis Eccleſiis
Collegiatis, & Secularibus ejuſdem Urbis, tempore qui-
dem æſtivo bis in menſe; extra tempus æſtivum verò, ſin-
gulis hebdomadis, ſtatuta die, & hora, poſt celebratam
Miſſam Conventualem, ſi ante meridiem, ſeu poſt exple-
tum Officium, ſi poſt meridiem, omnes Canonici reſpecti-
vè interſint Capitulo, ſub pœna unius puncti pro quolibet
abſente, quòd accreſcat intereſſentibus, ultra id, quod
quandoque dari ſolet pro hujuſmodi præſentia. ibique tam
Camerarii, Fabricerii, & Exactores, quàm alii Admi-
niſtratores bonorum Capituli, communicent cæteris negotia,
quæ ſint alicujus momenti, ad ipſam Oeconomiam ſpectan-
tia. Referant Villici ſuper eorum miniſterio, illiſque ab-
ſentibus, legantur eorum literæ, & ipſi, ſi opus fuerit,
vocentur ad Urbem. Audiantur Procuratores ſuper ſtatu Li-
tium, & Cauſarum. Ratiocinator exhibeat folium dati,
& accepti, ac crediti, & debita cum Depoſitario, nec
non notulam pecuniarum exigendarum, æriſque alieni per-
ſolvendi: quæ Canonicis audientibus à Secretario legan-
tur, ut omnes ſint informati, ac invigilent bonorum admi-
niſtrationi, creditorum celeri exactioni, ac debitorum, ſuis
temporibus, ſolutioni. Negotia majoris momenti nonniſi à
Capitulo, & per ſecreta ſuffragia ſemper deliberentur,
ſub pœna nullitatis, aliiſque gravioribus, noſtro, & pro
tempore Romani Pontificis arbitrio imponendis. Acta ſin-
gulorum Capitulorum diligenter per Secretarium deſcribantur
in Libro, ad hoc deſignato, & in Archivium ſingulis an-
nis reponantur.*

De Electionibus faciendis §. 2.

*Electiones Officialium quorumcunque fiant ſemper per ſe-
cretum ſcrutinium in Aula Capitulari, & non niſi ad an-
num, nec prorogari poſſint, niſi ob legitimam cauſam, &
per vota ſecreta. Adminiſtratores verò bonorum, reddi-
tuum, ſeu pecuniarum Eccleſiæ, quovis nomine appellen-
tur, poſt annum confirmari non poſſint, niſi prius exhibita
ratione dati, & accepti, & non ultra trieunium. Porro
nemini Canonicorum, aut Beneficiatorum liceat, officium,
ad quod Capitulariter electi fuerint, recuſare, aut illius
exercitium differre, præter quàm ob legitimum impedimen-
tum, ab eodem Capitulo per vota ſecreta approbandum,
ſub pœna privationis omnium fructuum, Diſtributionum, &
emolumentorum quorumcunque eorum Canonicatus, & Præ-
bendæ, ac Beneficii reſpectivè per ſex menſes: quibus eo
ipſo privati cenſeantur, illaque accreſcant iis, qui in eo-
rum locum, & officium ſubrogati fuerint, quocunque re-
curſu, & appellatione poſtpoſitis.*

*§. 3. Camerarii, Fabricerii, aliique Adminiſtratores,
debeant frequenter facere computa eorum œconomiæ, &
in fine cujuslibet anni rationem reddere generalem Syndi-
cis, ad id deputatis, totique Capitulo: quam ſi non red-
diderint per totum menſem Januarii anni ſequentis, tam
Camerarii, Fabricerii, & Adminiſtratores ſupradicti,
quàm Syndici, ſi non inſtiterint, & negligentes fuerint
in reviſione computorum, amittant Diſtributiones trium
menſium; & ulteriùs, donec adimpleverint Diſtributio-
nes prædictæ cedant eo ipſo in utilitatem Sacriſtiæ, te-
neanturque Sacriſtani, ſub pœna ſolvendi de proprio, age-
re coram ſuis Judicibus pro ſolutione pœnæ prædictæ.
Quòd ſi novi Camerarii menſatas non retinuerint ad præ-*

ſcri-

53 *An idem procedat in Officiis Sacriſtæ, vel Magiſtri Chori.*
54 *Saltem erit illicitum hujuſmodi pactum, & de ratione.*
55 *Ambientes non ſunt proponendi ad Officia Eccleſiæ.*
56 *Multoque minùs poteſt quis ſeipſum proponere.*
57 *Præſidente Capituli delinquente in recipiendis votis, & ſimilibus, poteſt major pars Capituli alium deputare.*
58 *Liberum eſt cuique de Capitulo Reſolutiones Capitures in proprio libro deſcribere.*
59 *Canonicus ſuo loco votum proferre nolens, ante votorum publicationem pœnitere poteſt.*
60 *Similiter is, qui ſuum ſuffragium Præſidenti jam indicavit, variare poteſt, & à primo ſuffragio recedere, & de ratione*, & n. 61.
62 *Secus votis jam publicatis.*
63 *Immò etiam ante publicationem indecens eſt Capitularem abſque cauſa retractare quod dixit.*
64 *Si vota pro aliquo negotio expediendo ſint paria, neutrum intelligitur obtentum.*
65 *In electionibus ad Beneficia, & officia, ſi vota ſint paria, & electio fiat palam viva voce, quid agendum*, & n. 70. & 71.
66 *Quid, ſi electio fiat per vota ſecreta*, & n. 67.
68 *Quando in electionibus licitus ſit uſus ſortium*, & n. 69. & 72.
73 *An facta jam vocum diviſione, ſi major pars Capituli opponat, ſe per ſua vota ſecreta non eligiſſe eum, quem Præſidens publicavit, ſed alium, deveniatur ad novam electionem, & quando*, & n. 74.
75 *Secus verò ſi tantum minor pars reclamet.*
76 *Electo aliquo ad Præbendam, ſeu Officium Capituli, à majori parte Capitularium, poteſt minor pars adhærere majori etiam extra Capitulum.*
77 *Non ita dicendum de majori parte Capituli, quæ extra illud non poteſt minori adhærere, & quare.*
78 *Electionis à majori parte factæ, ſi aliqui dicant de nullitate, ad quid teneantur oppoſitores.*
79 *Electores ſuam electionem impugnare non poſſunt, & quare*, & n. 80.
81 *Limita, quando ante confirmationem clarè appareret de oppoſita nullitate.*
82 *Poſt confirmationem quando quis audiatur.*
83 *Electus intra menſem conſentire debet, aliàs privatur Jure quæſito.*
84 *Et conſentiens electioni non poteſt renunciare, niſi ex nova cauſa.*

TITULUS VI.

1 ELectiones ad Præbendas Canonicales, & Beneficia, efficì ſolent per tacita ſuffragia. *Abb. antiq. in c. ex parte, n. 1. de off. deleg. Fel. in cap. conſuluit, eod. tit. Bero. conſ.* 101. *n.* 14. *vol.* 2. Electio eſt alicujus per-
2 ſonæ à ſocietate facta vocatio: *Abb. in rub. de poſtulat.*
3 *n.* 2. Dicitur electio, quia fit à pluribus de pluribus, & eligere eſt ex pluribus colligere unum, qui melior ſit. *Hoſt. in Sum. tit. de elect. Molfeſ. tract.* 6. *c.* 10. *n.* 31.
4 Siquidem quando ad unum tantum pertinet eligere, potiùs dicitur collatio, quæ eſt libera aſſignatio Canonicatus, & Præbendæ vacantis. *cap. De multa, tit. de Præb. Rebuff. in Prax. loc. cit. de Collat. Bertacch. V. Collatio*, & differt ab inſtitutione, quæ eſt collatio non libera Beneficii, facta ab Epiſcopo alicui præſenta-
5 to per Patronum hujuſmodi jus habentem. *Abb. in c.* 2. *tit. nè Sed. vac. Puteus deciſ.* 500. *nu.* 3. *p.* 3. Præſentatio verò eſt quædam exhibitio Perſonæ, Canonicè peracta. *Abb. in cap. Frequentibus, de inſtit. & in cap. ex*
6 *noſcitur, de his, quæ fiunt à Prel.* Ad electionem reducitur Poſtulatio, quæ eſt actus Canonicus, per quem ex gratia petitur à Superiore, ut certa perſona ad-
7 mittatur ad Prælationem, non obſtante defectu, quem habet. *Bald. in rubric. de poſtulat.* quod in Eccleſiis
8 Italiæ receſſit ab Aula, & ſæpè accipitur pro electione, ad quam devenitur tribus modis.
Primò per inſpirationem, videlicet, nullo præce-
9 dente tractu, proclamatur aliquis, ut habetur 61. *diſt.* & notat *Peyrin. tom.* 3. *in addit. c.* 7. *n.* 17. quod non po-
10 teſt fieri, dum electio fieri debet per tacita ſuffragia. *Sigiſm. à Bon. loc. cit. diſt.* 31. *n.* 14.
11 Secundò per compromiſſum; ſcilicet ubi committitur alicui Compromiſſario Clerico poteſtas eligendi ad illud munus perſonam idoneam, ita *Alagon. in cap. cum dilectus, de elect.* Quæ commiſſio facienda eſt per omnes, & ſingulos Capitulares. *Abb. in c. in cauſis, n.* 3. 12
de elect. Jo: And. ibid. Atque uno recuſante, non valet 13
electio. *Ricc. in Prax. p.* 2. *reſ.* 489. *num.* 5. Ratio eſt, quia cujuslibet intereſt ſingulariter eligere per ſe, ut 14
inquit *Peyrin. loc. modò cit.*
Tertiò electio fit per ſcrutinium, in qua ſufficit major pars Vocalium, & ad eam deveniri poteſt tribus 15
ſequentibus uſitatis modis.
Primò per ſuffragia vivæ vocis, apertè notificando ſuum ſenſum.
Secundò, per Schedulas ab Electoribus ſcriptas, ſubſcriptas, ac ſigillatas, itaut foris non appareant nomina eligentium, expreſſo tantùm nomine ejus, quem volunt eligere, & alterato caractere, nè Scriptores agnoſcantur: videte *Molfeſ. tr.* 6. *cap.* 16. *n.* 50. Deindè Schedulæ ponuntur in Buſſula, ex qua à tribus Deputatis extrahuntur, & facta diligenti inquiſitione, publicatur electus à majori parte vocalium, & Schedulæ comburuntur. *Sylv. in Summ. v. Electio* 2. *n.* 7. *Vivian. in d. c. Quia.*
Tertiò Electiones, & maximè Capitulares Reſolutiones, ſecretò efficiuntur per ballottationes, hoc pacto; In patenti loco Capituli exponuntur duæ Urnæ, 16
ſive Buſſulæ, in altera foris apparet *ſic*, & in altera *non*; & Cathedralis, ſive Collegiatæ prima Dignitas, vel alius juxta conſuetudinem, vel diſpoſitionem Statutorum Eccleſiarum, nominat N. ad Canonicatum, Beneficium, Officium, aut Miniſterium, vel proponit aliquod negotium peragendum: quòd ſi in Capitu- 17
lo fuerit Epiſcopus, ut Canonicus, eidem à Proponente priùs caput inclinatur, ut monet *Abb. in d. c. Poſtulaſti, n.* 8. & ſtatim per vota ſecreta à Collegialibus reſpondetur calculis, ſeu pilis, lupinis, ſive fabis albis, & nigris, ſibi priùs à Syndico Capituli conſignatis, quæ debent eſſe omninò uniformes, nè dignoſci poſſit, quis affirmaverit, quive negaverit, & ſic qui propoſita amplecti voluerint, Pilam albam immittunt in Buſſulam poſitam à dextris, & nigram in Urnam poſitam à 18
ſiniſtris, & è contrario, qui rem propoſitam noluerint, nigram in eam à dextris, & albam in Urnam ſiniſtrorſum collocatam deponunt, quo facto, is ad quem ſpectat, primò extrahat fabas in Buſſula dextrorſum locatas, hiſque palam enumeratis, per ſe, ſive per Capituli Secretarium, enunciet albas, & nigras, atque idem obſervet de calculis exiſtentibus in Urna ad ſiniſtram: Si in prima Buſſula Pilæ albæ fuerint in majori numero, habetur res propoſita pro obtenta, & admiſſa, uti canonicè concluſa à majori parte Capituli, cui ſtandum eſt. *Moſcon. loc. cit. lib.* 1. *fol.* 55.
Si verò Pilæ nigræ in eadem fuerint majoris numeri, intelligatur, rem propoſitam eſſe rejectam, de qua in illo Capitulo nil ampliùs loquendum. Quod 19
ſi ab aliquibus Canonicis in eandem Urnam intromiſſæ fuerint eorum fabæ albæ, ac nigræ, hoc quidem eſſet ac ſi ab eis votum non fuiſſet porrectum, & valida remaneret electio, ſive reſolutio, dummodo appareat de votis majoris partis: *c. Quod nobis, de elect. ubi Abb. Maſſobr. in Prax. hab. Conc. reg.* 4. *dub.* 6. *nu. ult. Rodriq. QQ. Reg. q.* 51. *art.* 13. *tom.* 1. *Summ. cap.* 102. *num.* 7.
Quod mox dictum fuit, habendam pro admiſſam rem, quando apparet per fabas albas de majori numero vocalium; explica id procedere de negotiis Capitularibus, & Officiis; in electionibus enim ad Canonicatus, & Beneficia, poſt unum, ut ſupra propoſitum, & ballotatum in eodem Capitulo, proponitur 20
alter, & deinde alias. *c. Sciam, de elect. in* 6. & qui pluribus ſuffragiis, ultra majorem partem, dignatus fuerit, habetur pro electo. *Feder. de Sen. conſ.* 33. *Pet. de Anchar. in c. In Eccleſia, n.* 7. *de inſtit. Paſqual. loc. cit. quæſt.* 125.
Avertendum, quòd licèt præfatæ electiones, necnon Capitulares reſolutiones, à Statutis Eccleſiæ rectè præcipiantur fieri ſecretis ſuffragiis, nil ſecius ſi de communi omnium Canonicorum conſenſu præſtentur palam viva voce, non idcirco redduntur nullæ. *Innoc. in cap. Si verò, nu.* 2. *de ſent. excom. Rot. part.* 1. *diverſ. dec.* 75. *n.* 62. Ratio eſt, quia non fit contra jus commune.

mune. cap. Quia propter, de elect. quod olim opus erat
ſervari à Canonicis Cathedralis, & Collegiatæ, dum
illi Epiſcopum, hi ſuum Præpoſitum per vota ſecre-
ta eligebant. Numquam verò fuit neceſſe ſervare for-
24 mam dicti cap. In electionibus aliarum Dignitatum,
Canonicatuum, & Beneficiorum inferiorum, aut quo-
rumcunque Officiorum, vel in Reſolutionibus Capitu-
laribus. Staphil. in tract. de Lit. Grat. fol. 554. n. 6. gloſ.
in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. Bald. ſuper eod. c. Quia
propter. Sylv. in Summ. V. Electio 2. n. 2. Quinimò ſuſti-
25 nentur antedictæ Reſolutiones palam factæ à Canoni-
cis, quamvis Statutum loquatur eas nullatenus fieri,
niſi per vota ſecreta. Bald. conſ. 351. n. 9. lib. 5. Alex.
conſ. 41. n. 13. lib. 5. Sperell. dec. 161. n. 6. tom. 2. Pellez-
zar. in tract. de Monial. c. 50. q. 99. n. 92. quorum ſenten-
tiæ adhæret Dian. part. 9. tract. 8. reſol. 23. Multa certè
26 fieri prohibentur, quæ facta tenent. cap. Biduum 2.
quæſt. 6. Daoyz. loc. cit. V. Decretum. Secus dicendum,
quando adeſſet clauſula irritans &c. & Statutum eſſet
à Papa confirmatum, vel ita eſſet diſpoſitum à Jure
27 communi. Alicubi Præpoſitus Capituli in electioni-
bus ad Beneficia, & Officia Capitularia, recipere ſo-
let vota, quæ à Canonicis capitulariter congregatis
ſubmiſſa voce ad aures ejuſdem Superintendentis inſi-
28 nuanda ſunt, ſigillatim dicendo: Nomino N. talem ad Ca-
29 nonicatum, Beneficium, aut Officium, & non debet di-
cere; eligo talem. c. In Geneſi, de elect. Hoſt. in c. Gra-
tæ, de præb. Ratio eſt, quia Canonici non dicuntur eli-
30 gere, ſed coeligere, ut advertit Innoc. in c. Irrefraga-
bili, de off. ord. Juri verò congruum eſſet dicere, Ego
31 nomine Capituli eligo N. Petr. à Mon. de Monar. tit. de Præ-
ced. num. 5. & Bertacb. loc. cit. V. Electio. Præfatus Su-
perintendens nomen, & cognomen N. in Beneficia-
tum, ſive Officialem petiti, in libereulo conſcribat,
trahendo uſque ad folii extremitatem lineam rectam;
32 quam tot apiculis interſecabit, quot idem N. vocem
eligentium ſimul pronunciatus fuerit, prout notant
Barb. ſuper d. c. Quia Sylv. loc. cit. num. 7. Vener. loc. c. c.
29. num. 44. Idem vota ſecreta recipiens, ante alia,
proprium votum deſcribere debet in eodem folio, alio-
quin ſi poſtremò id faceret, adhærendo uni ex duo-
33 bus nominatis, paria ſuffragia habentibus, ipſe per ſe
eligeret, quod eſt contra jura, quæ ſtatuunt, nemi-
nem ſe eligere per poſſe. Molfeſ. l. c. Voces in Capi-
tulo porrigendæ ſunt unico contextu. Marc. l. c. deciſ.
34 690. Quibus omnibus porrectis, numerantur à Præſi-
35 dente, atque nullo actu contrario intermiſſo, ut inquit
gloſ. in d. c. In Geneſi, ab eodem, vel Capituli Secreta-
rio publicantur in communi, non expreſſis nominibus
Electorum. Goffred. l. c. tit. de elect. atque incipiendo ab
36 iis, qui pauciora vota habuerunt, dicatur, talis ſuffra-
37 gatus fuit tot votis; N. tot ſuffragiis, &c. ita docent
Sayr. in Flor. tit. de elect. dec. 3. Jacob. de Graff. eod. tit. p. 1.
conſ. 3. num. 8. Et qui erit ſuperior in votis, publicatur
electus à Capituli Præſidente, his verbis; Ego nomine
Capituli eligo N. ad tale Beneficium, ſive Officium: &
non debet dicere Ego Abbas, & Capitulum eligimus;
Ratio datur à Vivian. in cap. Sicut, de elect. pot. His
peractis, folium, ubi deſcripta fuerunt vota, ſtatim
38 in fruſta ſcinditur. Paſqual. cent. 1. quæſt. 45. num. 3. &
39 hoc, ut vota remaneant ſecreta, quæ non deſinunt
eſſe talia, licèt data ſint coram dicto Præſide, & No-
40 tario, ac duobus aſſiſtentibus, ita Novarr. in Sing.
tit. de elect. conſ. 1. num. 2. Zipeus loc. cit. eod. tit. lib. 1. n.
9. Gallett. in Summ. V. Abbatiſſa. Moſcon. loc. cit. part. 4.
cap. 3. lib. 1.

In memoratis caſibus, ſi quis Capitularis votum ſuum
palam dare auſus fuerit, non ſolùm venit arguendus
à Capituli Præfecto, ſed pro illa vice in pœnam à
41 dando ſecreto ſuffragio eſt repellendus: ad tradita per
Garc. de Beneſ. part. 5. cap. 4. num. 194. Non ſolùm vo-
ta, quæ ſecretò in electionibus enunciari ſolent, ſed
& ea, quæ viva voce publicè dantur, ferenda ſunt
42 pura, certa, & abſoluta, non alternativa, conditio-
nalia, aut inutilia Sigiſm. à Bon. de Elect. p. 1. c. 4. dub.
27. Rodriq. in Summ. cap. 102. num. 7. Gallett. in Summ.
v. Electio, in fin. Votum incertum dicitur, ſi quis di-
43 cat; conſentio in Joannem, vel Petrum, aut in eum,
cui Franciſcus ſuum votum dederit. Archid. in c. In electio-
nibus, nu. 2. d. tit. Alternativum eſt, ſi dicatur, No-
44 mino Petrum, aut Paulum, aut copulativè Petrum,

& Paulum, ut notat Anchar. in cap. Tua, de Præb. Con-
ditionatum appellatur, dum quis fatur ſic: Nomine
Capituli eligo Antonium, ſi tali Canonico placuerit,
vel ſi Præpoſitus voluerit, vel ſi ille conſenſerit. Le- 45
zan. loc. cit. n. 16. Fum. V. Electio, n. 29. Inutile nuncu-
patur, dum quis ſuum Votum præbet alicui, quem
incapacem Jura, vel Eccleſiæ Statuta reddunt; & quo-
niam pro infectis habentur, quæ contra jus fiunt, c. 46
Quæ contra, de reg. jur. & paria ſunt non facere, & inu-
tiliter facere, Surd. conſ. 28. num. 89. Ideo inſinuatis
Votis ſuffragantes malè faciunt, & nihil operantur, 47
& reputantur, ac ſi non darent, vel eſſent abſentes,
& nollent ad Capitulum venire vocati, ita DD. mox
cit. Poteſt tamen dici: eligo N. ſi eſt capax. Ratio 48
redditur à Vivian. in c. eod. tit. Is, ad quem ſpectat vo-
ta recipere, Vocales admoneat, ut ſine fraude, ac li-
tigio, ſua vota porrigant, ſicut Judex curare debet,
nè judicium reddatur nullum. Hoſt. c. in electionibus, in 49
6. n. 6. Barb. ibid. Quòd ſi inutilia ſuffragia recipiantur,
non augent, neque minuunt numerum: gloſ. in c. 2. de 50
elect. in 6. Compoſtell. in cap. ult. eod. tit. Calder. conſ. 7. de
transl. & dantes hujuſmodi vota peccant, quia faciunt 51
contra debitum proprii muneris, ac rectam rationem,
requirentem, ut quivis de Capitulo cooperetur bonæ
electioni, ut benè obſervat Paſqual. loc. ſtatim cit. qu.
17. nu. 3. Canonicus non poteſt abſque labe Simoniæ
alicui ſuffragari ex pacto, cum Collega inito, quòd
iſte ſuum dabit votum in alia ſimili electione ad Præ-
bendam, vel Beneficium alteri, cui idem maluerit, 52
ita tenent Sylv. in Summ. V. Simonia, qu. 1. Arm. eod. V.
n. 42. Rodoan. eod. tit. p. 2. c. 34. Sanctor. loc. cit. cap. 15.
Idem alii affirmant procedere in Officiis Sacriſtæ, vel
Magiſtri Chori, quia ſunt Spiritualia, ita Bonac. de 53
Simon. quæſt. 3. propoſ. 5. nu. 3. & ſeq. Lezzan. ubi ſupra
n. 28. quibus non aſſentiuntur alii, quia Jura loquun-
tur de Beneficiis, non de inſinuatis Officiis. Hoc cer-
tum, hujuſmodi pactum, etiam in dictis Officiis, eſ- 54
ſe illicitum, quoniam invertitur debitus ordo liberè
faciendi eaſdem electiones, & ideò malè faciunt, qui
pro ſe, vel alio quæritant vota, ut eligantur ad cer-
ta Officia Eccleſiæ Collegiatæ, ut notat Vega loc. cit.
caſ. 4. & iſti nequaquam ſunt proponendi, quia locus
regiminis ambientibus eſt denegandus: cap. in ſcriptu- 55
ris 8. q. 1. & ibi gloſ. Et multò magis non poteſt quis ſe
ipſum proponere in Officialem Eccleſiæ, vel Capitu- 56
li, ut elicitur ex c. cum port. tit. de elect.

Præſide Capituli delinquente inter recipienda, vel
exquirenda vota, aut deſcribendas Capitulares reſolu-
tiones, major pars Capituli poterit alium ad ejus offi- 57
cium deputare. Barb. in Vot. Dec. Canon. vot. 46. nu. 185.
& vot. 34. num. 93. Atque liberum eſt cuique de Ca-
pitulo, ad omnem bonum effectum, Reſolutiones, à
majori parte Capituli geſtas, in proprio libro deſcribe- 58
re; non obſtante, quòd fuerint notatæ in communi
Libro, ita tenet Vener. de Exam. Epiſc. lib. 4. cap. 29.
num. 17.

Canonicus, qui ſuo loco, quem ſuperiùs deſigna-
vimus, votum ſuum enunciare noluerit, de quo an-
te votorum publicationem pœnitet, poterit ad votan-
dum admitti, juxta tradita per Alagon. in d. c. Eccleſia, 59
ſimiliter qui jam ſecretò ſuum ſuffragium Præſidenti
indicavit, poteſt ante votorum publicationem denuo 60
dare votum, & variare, recedendo à primo ſuffragio,
ut ſentiunt Bertacb. de Epiſc. part. 3. num. 35. Armill. V.
Elect., n. 29. Mirand. in Man. Prœl. tom. 2. q. 22. art. 34.
Ratio eſt, quia nullum jus acquiritur nominatio, niſi
poſt inſinuatam publicationem. gloſ. in cap. ſicut, de 61
Elect. Publicatis autem votis à Præſidente, nequit va-
riare, quia functus eſt officio ſuo. cap. Publicato de 62
elect. Brancat. in Epit. Sac. Can. V. Electores. Immò ante
dictam publicationem non decet Canonicum retracta-
re quod dixit, abſque urgenti, quod poſtea emergat. 63
c. Nulli, eod. tit. Inconſtantia enim reprobatur in Ec-
cleſiaſticis. Genuen. Pract. QQ. Eccl. q. 221. n. 2.

Si in propoſitione facta in Capitulo pro condendo
aliquo Decreto, vel reſolvendo negotio Capitulari,
contingat paria eſſe vota prolata, neutrum intelligi-
tur eſſe obtentum. Sigiſm. à Bon. l. c. dub. 38. in fin. Ve-
ner. ubi ſupra n. 79. In electionibus autem ad Beneficia 64
& Officia, quæ ſpectant ad Capitulum, quando inter
duos propoſitos tot ſunt vota contraria, quot favo-
rabi-

rabilia, & electio ſit palam viva voce, quemadmo-
65 dum, ut diximus ſupra *n. 69.* conſideratur ſanioritas
ſuffragatorum, ſic attendenda eſt qualitas ejuſdem ele-
cti, qui ſuum competitorem præcedit in meritis, ita
reſolutum fuit à *Rot. in una Præpoſituræ die* 29. *Junii*
1650. Verùm ſi electio fiat per vota ſecreta, quia ut
66 dictum eſt, in his non poteſt dignoſci pars ſanior,
nec etiam ſunt à Capitularibus diſcutienda merita ele-
ctorum, quoniam cauſaret inimicitias, tumultus, con-
tentiones, & lites, ut advertit *Lotther. de Re Ben. lib.*
3. *c.* 17. *n.* 43. tali eventu non improbabiliter arbitran-
67 tur nonnulli DD. eos, qui habuerant paria vota, bis,
aut ter repetita, extrahendos eſſe per ſortes, quorum
68 uſus, quamvis in electionibus, & Officiis Eccleſiaſti-
cis ſit interdictus, *cap. fin. de ſortileg. ubi Canoniſtæ, &*
ſequuntur Summiſtæ V. elect. Nihilominus in caſu propo-
69 ſito cenſetur licitus, quia agitur de perſonis, quas di-
gnas eſſe palam conſtat. *gloſ. in cap. duobus, extra de*
reſcript. Barb. ſuper cap. Cleros diſt. 21. & ſequitur *Borel.*
in tract. de Compromiſſ. §. 2. *num.* 343. *cum aliis, per eum*
relatis. Alii veriùs, judicio meo, loquuntur cum di-
ſtinctione, dicentes, ſi paribus votis Capitularibus
70 electi prætendant, non eſſe pares in meritis, hæc vi-
denda, & examinanda ſunt, non à Capitulo, ſed ab
Epiſcopo, *ex gloſ. in cap. duobus, de reſcript. in* 6. & ip-
ſe non poterit liberè gratificari cui voluerit, ſed te-
71 nebitur adjudicare Officium, ſive Beneficium electi-
vum, potiora merita habenti, quæ conſiſtunt in mo-
ribus, ſcientia, ætate, & Ordine Sacro, ut videre
eſt apud *Abb. in c.* 2. *de elect. & Card. Tuſc. lit. M. concl.*
17. *num.* 5.

Cæterùm ſi in his pares appareant, ut erant Mat-
thias, & Barnabas, pro ultimo remedio adhibentur
ſortes de mandato Epiſcopi, ad quem ſpectat hoc ju-
72 dicium, quia eſt actus juriſdictionis, ut ſatis totam
concluſionem probat, omninò videndus *Caſtr. Pal. par.*
2. *tract.* 13. *diſp.* 3. *punct.* 4. *n.* 10. Atteſtando inſuper ta-
lem eſſe uſum, & conſuetudinem quamplurium Ec-
73 cleſiarum. Si antequam recurſus fiat ad Epiſcopum,
facta jam vocum diviſione, major pars Canonicorum
opponat, ſe per ſua vota ſecreta non elegiſſe eum,
quem Præſidens publicavit pluribus votis coelectum,
ſed alium, ſuſpenditur actus. *c. cum olim, extr. de elect.*
74 & denuò devenitur ad novam electionem per perſo-
nam omnibus, & ſingulis vocalibus confidentem, ut
docet *Tamburin. de Jur. Abbatiſſ. quæſt.* 10. *n.* 3. & ita in
caſu electionis Abbatiſſæ *Sac. Congr.* declaraſſe refert
Pelizzar. ubi ſupra, nu. 109. ſecùs dicendum, ſi minor
75 tantùm pars Capituli, poſt factam votorum publica-
tionem, reclamet. *Goffred. in rubr. de reg. jur. tit. de elect.*
num. 32. Dum minor pars aliquem elegit ad Præben-
dam, ſive ad Officium Capituli, & major pars alte-
76 rum, publicatione facta ſuffragiorum, minor pars po-
terit reſidere, ac adhærere majori, etiam extra Capi-
tulum, ut docet *Goffred. ubi ſupra*, aliter ſequitur de
majori parte, quæ extra Capitulum non poteſt conſen-
77 tire electioni factæ à minori numero vocalium, quia
horum electio ab initio fuit invalida: *Marc. dec.* 1034.
78 *num.* 5. Electione à majori parte capitulariter facta, ſi
aliqui dixerint de nullitate, & electus neget, oppo-
nentes tenentur jurare, ſe credere objecta eſſe vera,
& poſſe ea probare, *c.* 25. *de elect. Vivian. ſuper eod. cap.*
& Maſcard. de Prob. concluſ. 190. *lib.* 4. *n.* 97. Electores
79 autem ſuam electionem impugnare non poterunt, *c.*
cum non ignores, de prob. quia contra factum proprium
80 venire non licet, ad tradita per *Rot. p.* 6. *diverſ. deciſ.*
339. *n.* 14. Limita, niſi facta publicatione in Capitu-
81 lo, ante confirmationem clarè appareat, electum eſ-
ſe ineptum. *Goffred. loc. cit. n.* 34. Poſt confirmationem
82 verò nullus opponens auditur, niſi in caſu, quo ele-
ctio de jure eſſet nulla, *cit. c. Si quando, de elect. num.*
6. *Rot. loc. modo cit. n.* 10. Electus, juxta juris formam,
83 debet intra menſem conſentire, aliàs privatur jure
quæſito, & poteſtas redit ad Electores. *Brancat. loc. c.*
V. Electus, & conſentiens electioni, non poteſt renun-
ciare, niſi ex nova cauſa. *cap. Nulla de elect.*

ARGUMENTUM.

Agitur de materia Optionis, ad quem ſpectet, & in-
tra quem terminum expleri debeat, & ſuper qui-
bus Præbendis, ſeu Beneficiis cadat. An, & quan-
do reſervatio excludat Optionem, quoad domos Ca-
nonicales. Quando tale Jus Optionis competat Co-
adjutis, & alia ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *Traditur definitio Optionis.*
2 *Debetur Canonico anteriori in poſſeſſione*, & n. 3.
4 *Competit, non ratione muneris, ſed longioris ſervitii.*
5 *Nec uti Canonico, ſed uti antiquiori.*
6 *Jus optandi ſpectat ad antiquiorem in ſervitio Eccle-*
ſiæ, qui poſtea in Sacerdotio fuerit conſtitutus, niſi
obſtet ſpeciale Statutum.
7 *Cardinalis, qui ſit antiquior in Diaconatu, optat Ti-*
tulum vacantem ſupra Cardinales Presbyteros.
8 *In optione, cum non mutetur titulus, pro obtinenda*
collatione non requiritur auctoritas Ordinarii.
9 *Optio vacantis Præbendæ debet fieri de Jure communi*
intra viginti dies à die vacationis, ſeu potiùs illius
veriſimilis notitiæ.
10 *Elapſo termino, ab Jure communi, vel Statuto præ-*
fixo, optio eſt nulla.
11 *Ignorantia craſſa, & affectata vacationis non admit-*
titur ad excuſandum Canonicum, qui optionem tem-
pore congruo facere neglexit.
12 *Canonico antiquiore optare negligente, vel recuſante,*
jus optionis devolvitur ad Canonicum antiquiorem,
immediatè ſequentem.
13 *Negligentiam optandi non excuſat ignorantia Juris.*
14 *Vigore Statuti poteſt admitti Jus optandi, & dan-*
tur exempla.
15 *Amoto aliquo Canonico per Capitulum ab Jure optan-*
di, ſi facto Capituli acquieſcat, non poteſt illius
jus à tertio allegari, nec opponi de nullitate, vel
injuſtitia amotionis.
16 *Materia optionis eſt facultativa, & pendet à volun-*
tate habentis intereſſe.
17 *Optio, ante factum hominis, dicitur jus ad rem, non in re.*
18 *Optio requirit actum Capitularem, ſtante Statuto, vel*
conſuetudine, id requirente.
19 *Ita ut ſi Statutum expoſcat præſentia, abſentes ne-*
queant optare per Procuratorem.
20 *Quando Canonicus, exiſtens in Turno, habeat facul-*
tatem nominandi ad Præbendam vacantem per Pro-
curatorem.
21 *Et iſte actus neceſſe non eſt ut fiat in Capitulo, ſed*
expleri poteſt etiam extra illud.
22 *Capitulum condere non valet Statuta, concernentia*
Statum univerſalem Eccleſiæ, abſque Epiſcopo, vel
Sedis Apoſtolicæ approbatione.
23 *Poteſt tamen auctoritate propria ſtatuere ſuper facul-*
tate dandi Præbendas vacantes, vel tale Jus op-
tandi determinare, & n. 24.
25 *Conſuetudine introduci poteſt jus optandi.*
26 *Quæ autem requirantur ad hoc, ut talis conſuetudo*
proſit, & n. 27.
28 *Ineffectuatio non infringit conſuetudinem, niſi concur-*
rat prohibitio cum acquieſcentia, & de ratione.
Ex actibus facultativis non inducitur obligatio, eo-
dem num.
29 *Conſuetudo optandi locum habet quoad vacationes per*
obitum tantùm.
30 *Non quoad vacationes per reſignationem.*
31 *Nec pariter ſuffragatur in Beneficiis reſervatis*, &
n. 32. & 44.
32 *Conſuetudo optandi domos Canonicales non operatur,*
ſi Præbenda vacaverit in menſe reſervato, & de
ratione.
33 *Declaratur concluſio, quando Domus Canonicales non*
ſunt annexæ Canonicatui, & n. 34. 35. & 36.
37 *Tali caſu non excluditur optio domus Canonicalis,*
etiamſi in Proviſione Apoſtolica adſit clauſula — cum
annexis, Juribus, & pertinentiis.
Annexio propriè dicitur illa, quæ facit unum individ-
duum per incorporationem, eodem num.

38 Nec

38 *Nec hujuſmodi Juri derogatum cenſetur per gratiam Coadjutoriæ, niſi ſpecialiter fiat derogatio.*

39 *Coadjutus, non obſtante gratia Coadjutoriæ, poteſt aliam Præbendam optare, niſi adſit ſpecialis Papæ derogatio.*

40 *Ubi agitur de Præbendis, annexis ſeparabiliter, & temporaliter Canonicatui, Coadjuti poſſunt illas vacantes optare.*

41 *Ubi autem Præbenda eſt adeo Canonicatui annexa, ut oporteat mutare titulum, tunc non licet Coadjuto talem Præbendam optare.*

42 *Niſi eſſet conſuetudo interpretativa in contrarium, quæ etiam per unicum actum ſufficeret.*

43 *Extenditur concluſio, poſita ſub* n. 31. *etiam ad Beneficia, collata à Cardinali Indultario, tanquam reſervata,* & n. 45. & 46.

47 *Et è converſo limitatur, ubi ſermo eſt non de Præbenda, ſed de ſimplici prædio temporali, quod non cadit ſub reſervatione Apoſtolica.*

ANIMADVERSIONES.

IN pleriſque Cathedralibus, & Collegiatis, adeſt uſus optandi vacantes Præbendas, quapropter aliqua magis notabilia, ut noſtrum fert inſtitutum, circa hanc Optionis materiam hic ſubjungemus.

Ac primò obſervandum offerimus, quòd Optio eſt
1 quoddam jus, cujus vigore Antiquiores Canonici gradatim vacantem Præbendam, quæ reſervata non ſit, propria dimiſſa, intra certum tempus eligere, & conſequi valent, Monet. de Option. c. 1. n. 13. Barboſ. de Canon. c. 30. nu. 1. Caſtrop. Oper. Moral. tom. 2. tract. 13. di-
2 ſput. 2. §. 6. num. 2. Unde ex hac definitione promanat, quòd optio ſit debita Canonico anteriori in poſſeſſione. gloſſ. in c. final. V. Antiquiores, de conſuet. in 6.
3 Rot. dec. 37. num. 1. & dec. 308 n. 2. p. 17. rec. cum ſit quidam fructus, ſive emolumentum poſſeſſionis: gloſ. in cap. cum olim V. Capitulo, verſ. ſed collatio, de majorit. & obed. Rot. d. dec. 37. n. 7. & competat non ratione mu-
4 neris, ſed longioris ſervitii, Eccleſiæ præſtiti. Monet. d. tract. cap. 7. quæſt. 2. num. 36. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 34. num. 4. 9. & num. 100. & d. dec. 37. nu. 6.
5 Ita ut debeatur non uti Canonico, ſed uti antiquiori: Rot. coram Merlin. dec. 746. n. 34. & d. dec. 308. nu. 6. part. 17. ac per conſequens ſi non adſit ſpeciale Sta-
6 tutum, quod præferat Canonicos Sacerdotes, jus optandi ſpectat ad antiquiorem in ſervitio Eccleſiæ, qui poſtea Sacerdorio fuerit inſignitus. Rot. coram Coccin. dec. 500. num. 2. coram Royas dec. 408. num. 8. cor. Celſ. dec. 403. n. 10. & d. dec. 37. n. 4. part. 17. prout ſequi-
7 tur in Cardinalibus, qui optant Titulos ſi ſint antiquiores in Diaconatu ſupra Cardinales Presbyteros. Monet. d. Tract. c. 7. q. 3. 2. 36. & dec. 37. n. 5. & deciſ. 308. n. 3. ead. p. 17. rec.

Item colligitur, quòd per optionem prædia, & bona Cananicatus mutantur, & retinetur prior titulus
8 Canonicalis, ideoque cum non fiat mutatio tituli, non eſt opus authoritate Ordinarii pro obtinenda collatione. Zabarell. conſ. 126. n. 4. Caſſador. dec. 17. nu. 2. & 3. de Præb. Moedan. dec. 1. de conſuet. Pæna dec. 469. n. 1. juxta impreſſ. Venet. Denique ex eadem definitione colligitur, quòd optio vacantis Præbendæ ab antiquiori fieri debeat infra certum tempus, nempè de Jure
9 communi infra viginti dies à die vacationis, ſive potiùs illius veriſimilis notitiæ, ad Text. in c. final. §. ult. de conſuet. in 6. Gonzal. ad Reg. 8. gloſ. 34. nu. 35. Spad. conſ. 42. n. 11. lib. 3. Antonell. de Temp. Legal. lib. 4. c. 28. n. 3. Barboſ. de Canon. c. 30. n. 5. Tondut. Quæſt. Benef. c.
10 110. n. 5. vel in tempore, à Statuto expreſsè præfinito, aliàs nominatio eſt nulla. l. opus alleg. 22. nu. 1. Vivian. de Jurepatr. p. 2. lib. 7. c. 5. n. 1.

Ideo autem diximus, optionem faciendam eſſe intra tempus, à Jure, vel Statuto præfinitum, à die veriſimilis notitiæ, quia ignorantia craſſa, & affecta-
11 ta vacationis non admittitur ad excuſandum Canonicum, qui tempore congruo neglexit optare Præbendam vacantem. Monet. d. tr. c. 6. n. 32. verſic. ſed antequam, juncto n. 33. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 35. n. 5. & 7. Sed eo negligente, vel recuſante, ſtatim jus
12 optionis devolvitur ad Canonicum antiquiorem immediatè ſequentem. gloſ. d. c. final. in figurat. caſus, de conſuetud. in 6. Rot. dec. 791. in 2. nu. final. p. 18. tom. 2. rec. neque allegari poteſt à Canonico antiquiore, qui in termino prædicto non curavit optare per actum poſitivum, ignorantia juris; quia poſita notitia vacationis per obitum Poſſeſſoris, ea non relevat, cum etiam 13
regulariter ignorantia Juris non excuſet in quærendis, ut benè advertit Spad. conſ. 42. n. 11. & 12. tom. 3.

Non ſolùm quis poteſt cadere à Jure optandi propter negligentiam, non explendo actum optionis intra tempus ſtatutum, ſed etiam vigore Statuti Capitularis, 14
veluti quia non intervenit in Capitulo generali, ſive quia erat debitor ipſius Capituli, quia ſicuti tale Jus competit ex Statuto, ita per illud poteſt adimi. Rot. coram Coccin. dec. 1408. n. 1. verſ. neque obſtat. Rot. cor. Danoz. dec. 571. n. 3. Unde Canonicus amotus à ſuo turno, & Jure optandi à Capitulo propter inobſervantiam Statuti, facit locum ſequenti, & quamvis legitimè poſſet ſe excuſare à pœna dictæ amotionis, ſi acquievit facto Capituli, & non reclamavit, non poteſt il- 15
lius Jus à Tertio allegari, & opponi de nullitate, vel injuſtitia amotionis à turno. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gloſ. 43. §. 3. n. 13. quia materia eſt facultativa, 16
& pendet à voluntate habentis intereſſe. Rot. coram Bich. dec. 65. à n. 119. & cor. Cerr. dec. 492. n. 19.

Dubium eſſe poteſt an optio, quæ, ut diximus, requirit factum hominis, ita ut ante illud non dicatur Jus quæſitum in re, ſed tantum ad rem: Spad. 17
conſ. 43. n. 4. tom. 3. debeat fieri per actum Capitularem, vel ſufficiat, quòd ſequatur extra Capitulum: Et pro regula ſtatuendum eſt, quòd tunc neceſſe eſt quòd requirat actum Capitularem, quando juxta Statutum, ſive conſuetudinem, actus optionis fieri de- 18
beat in ipſo Capitulo legitimè congregato, in quo ſaltem major pars Canonicorum interveniat. Gloſ. & DD. in Clem. ut ii, qui, de ætat. & qual. Frideric. de Sen. conſ. 191. verſ. ideo. De Luc. de canon. diſc. 4. nu. 6. Ita ut ſi conſuetudo, vel Statutum diſponat pro præſentibus, abſentes nequeant optare per Procuratorem. Monet. 19
de Option. c. 4. q. 3. n. 31. Gonzal. ad Reg. 8. Canc. gloſ. 34. à n. 89. Paſſer. in c. cum iua 4. n. 27. de conſt. in 6. Maaz. dec. 773. à n. 20. Coccin. adnot. ad dec. 261. à nu. 217. Si verò Statutum, aut conſuetudo, præbeat facultatem optandi etiam per Procuratorem, tunc abſentes erunt capaces optandi, prout ſequitur in caſu, quo Canonicus exiſtens in turno habet facultatem nominandi 20
ad vacantem Præbendam per procuratorem. Pagn. in cap. quia propter n. 62. de elect. quia hujuſmodi actus poſ- 21
ſunt eſſe non Capitulares, & validè extra Capitulum exerceri, ut de nominatione Canonici turnarii firmat Rot. cor. Coccin. dec. 2153. n. 3.

Item dubitari contingit, an valeat Capitulum condere Statutum propria authoritate ſuper facultate dandi Præbendas vacantes, vel tale Jus optandi præſcribere: Et quoad primum, licèt Capitulum non poſſit condere Statuta, quæ reſpiciant ſtatum univerſalem Eccleſiæ, ſine Epiſcopi, vel Sedis Apoſtolicæ appro- 22
batione juxta Gloſſ. in c. Conſtitutionem §. Cæterum, in V. Statutum, de V. ſignificat. De Luc. de can. diſc. 17. n. 19. tamen quamvis ſecus ſenſerit Rot. in terminis Optionis cor. Pænia dec. 35. n. 13. & ſeqq. juxta impreſſ. Venet. nihilominus videtur, quòd hujuſmodi Statum factum à ſolo Capitulo ſubſiſtat, cum reſpiciat honorificentiam Eccleſiæ, ſit juri conſonum, & alliciat Canonicos ad 23
ipſius Eccleſiæ obſequium, utpote competens ratione longioris ſervitii eidem Eccleſiæ præſtiti, ut in terminis Surd. conſ. 38. n. 19. & dixit Rot. dec. 37. n. 2. 12. & 13. dec. 308. n. 2. 5. 9. & 10. p. 17. rec. & quòd Capitulum etiam Sede Vacante poſſit condere hujuſmodi Sta- 24
tutum conſuluit Spad. conſ. 134. n. 5. & ſeqq. tom. 3.

Conſuetudine pariter introduci poteſt Jus optandi juxta Gloſſ. in cap. final. V. conſuetudo in fin. de conſuetud. 25
in 6. Spad. d. conſ. 134. n. 1. Rot. d. dec. 37. loc. cit. Requiritur tamen, quòd interceſſerit tempus quadragin- 26
ta annorum, quodque optiones intra tale tempus ſecutæ, ſuum effectum ſortitæ fuerint. Gigas de Penſionib. quæſt. 63. num. 5. & 7. Barboſ. de canonic. cap. 30. n. 3. & ſeqq. Ventrigl. in Prax. adnot. 6. num. 3. Caſtropal. Oper. Mor. tom. 2. tract. 13. diſp. 2. §. 6. num. 3. cum con- 27
ſuetudo optandi, non effectuata per legitimum tempus, non proſit. Rot. coram Pænia d. dec. 35. n. 2. Quod tamen procederet, quoties ineffectuatio proceſſiſſet à

pro-

Digitized by Google

prohibitione cum acquieſcentia, quia cum Jus optan-
28 di ſit facultativum, ad *Text. in cap. fin. de conſuet. in 6. ibiq. Geminian. Rot. cor. Emerix dec.* 316. *n.* 2. non proba-
ta prohibitione, cenſetur ex urbanitate, vel placito Canonici antiquioris ſecutam non fuiſſe, non vero ex defectu juris, & poteſtatis, quia ex facultativis non inducitur obligatio. *Caſtren. in l. qui luminibus, ſub n.* 2. *ff. de ſerv. urban. præd. Rot. cor. Celſ. dec.* 395. *n.* 10. & in terminis optionis *ead. Rot. dec.* 308. *n.* 11. *& n. final. par.* 17. *& dec.* 596. *num.* 12. *p.* 18. *tom.* 2. *rec. & cor. Emerix Jun. dec.* 275. *n.* 9. *verſic. nec adverſus*.

Hujuſmodi tamen cnnſuetudo optandi ſuffragari non
29 poteſt, niſi quoad vacationes per obitum, ut contra opinionem *Monet. d. tract. cap.* 3. *quæſt.* 5. *n.* 127. reſolvit *Rot. cor. Verall. dec.* 282. *part.* 2. *Pænia dec.* 39. *aliàs* 35.
30 *nu.* 5. Et ſic non procedit in vacatione per reſignationem, ut explificatur in *d. dec. cor. Pænia*, ſicuti neque
31 etiam in Beneficiis reſervatis. *Pænia dec.* 469. *n.* 4. *juxta impreſſ. Venet.* cum juxta terminos Regulæ Octavæ, aliàs Nonæ *de menſibus* exclnſa ſit conſuetudo optandi
32 majores Præbendas, ut advertitur in *dec.* 743. *nu.* 20. *coram Emerix*.

Iſta conſuetudo optandi frequentiùs adeſſe ſolet reſpectu domorum Canonicalium, ac proindè dubitari ſæpè contingit, an juri optandi præjudicet reſervatio, ita ut non procedat, quando agitur de Præbendis vacatis in menſe reſervato, ac proinde providendis à Sede Apoſtolica, & affirmativam favore Proviſi Apoſtolici ſententiam tuentur *Card. conſ.* 16. *Spada conſ.* 43. *n.* 2. *&* 3. *tom.* 3. ea ratione, qnia licèt domus Canonicalis ſeparari poſſit à Canonicatu, & Præbenda, tamen hæc ſeparatio fieri non poteſt in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, & quamvis prædictæ domus uptari ſoleant ſine mutatione titnli, attamen optantur in vim tituli præcedentis, & veniunt in ſequelam tituli collationis, ut obſervat idem *Spad. loc. cit.*

Verùm hæc opinio non videtur tuta, nec ſequen-
33 da in caſu, quo prædictæ domus Canonicales non ſint annexæ Canonicatui, prout præſumitur, itaut qui hujuſmodi annexionem prætendit, illam debeat concludenter probare ad *textum in c. quia ſæpè, verſ. niſi dignati de Præb. in* 6. *Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 19. *n.* 29. *Rot. cor. Emerix d. deciſ.* 743. *n.* 12. Siquidem qnando domus Canonicalis reputata fuit tanqnam quid tem-
34 potale, & à Canonicatu, & Præbenda diſtinctum, non cadit ſub affectione, aut reſervatione, ſed liberè poteſt optari, ex firmatis per *Franc. Marc. dec. Delphin.* 1232. *num.* 5. *Rot. dec.* 385. *num.* 2. *part.* 3. *rec. cor. Cavaler. dec.* 116. *num.* 1. *& cor. Emerin d. dec.* 743. *n.* 2. & pro evidenti argumento, quòd eadem domus non ſit de juribus, & pertinentiis Canonicatus, vel Præ-
35 bendæ, deſervit ipſa conſuetudo optandi, quodque à Cannnico, qui Præbendam poſſidebat, obtenta fuit in vim oprinnis ratione antianitatis, ſive antiquioris ſervitii Eccleſiæ præſtiti, ſine mutatione prioris tituli Canonicatus, ut conſiderat *Rot. dec.* 40. *num.* 2. *& deciſ.* 72. *num.* 5. *cor. Rembold. & cor. Emerix d. dec.* 743. *num.* 13. hoc enim caſu domus cenſetur magis eſſe de
36 juribus, & pertinentiis antianitatis, quàm Canonicatus, & Præbendæ, & ideò per mortem Canonici tranſire debet ad alium Canonicum magis antianum, excluſo etiam Coadjutore. *Monet. de Option. cap.* 3. *qu.* 3. *num.* 47. *verſic. ſi verò Rot. d. dec.* 385. *num.* 3. *part.* 3. *recen. coram Rembold. d. dec.* 40. *n.* 6. *& in Mediolanen. Domus Canonicalis* 27. *Aprilis* 1675. *§. Qua reſponſione, cor. Bevilacqua*.

Quod adeo verum eſt, ut etiamſi in proviſione Apoſtolica adſit clauſula *cum annexis Juribus, & pertinentiis*, non veniat domus Canonicalis, ſolita optari ab
37 Antiquioribus, quia hujuſmodi clauſala non verificatur de illa annexione vaga, & impropria, quæ oritur ex poſſeſſione, quam babuit Anteceſſor vigore optionis, ſed intelligi debet de annexione ſpecifica, quæ reſultat, ex eo quod domus perpetuò, & inſeparabiliter Canonicatui, & Præbendæ unita fuerit, cum annexio propriè dicatur illa, quæ facit unnm individuum per incorporationem; ut cæteris plenè relatis *Rot. in Vicen. Optionis* 2. *Decembris* 1682. *§. Minuſque, & §. ſeq. &* 14. *Maji* 1683. *§. Neque obſtare, cum duobus ſequen. & §. Proindè, coram Card. Matthæjo, & in d. dec.* 743. *n.* 11. *&* 19. *cor. Emerix*. Unde in iſto caſu, quo domus non ſint perpetuò annexæ Præbendis, etiam in terminis
38 gratiæ Coadjutoriæ, non cenſetur derogatum juri optandi bujuſmodi domos Canonicales, niſi in Literis Apoſtolicis contineatur expreſſa derogatio jari optionis cum mentione domus, cum non ſufficiat generalis, utpotè inefficax ad impediendam optionem bujuſmodi rerum temporalium. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancel. gloſ.* 34. *n.* 6. *& ſeq. cum aliis in d. dec.* 743. *n.* 20. *uſque ad fin. cor. Emerix*, & hoc etiam admittere videtur *Spad.* pro contraria ſupra allegatus, *d. conſ.* 43. *num.* 3. *& D. Piton. diſcept. Eccleſ.* 10. *ſub n.* 21. ubi alia adducuntur ad hanc materiam optionis Ædium Canonicalium.

Illud etiam ad hanc materiam advertendum eſt in caſu conſuetudinis, vel Statuti, permittentis optionem Præbendarum, quòd Coadjutus, non obſtante gra-
39 tia Coadjatoriæ, poteſt optare aliam Præbendam, niſi ſpecialiter, & non generaliter Papa derogaverit juri optandi, nè ſequatur abſurdum, quòd gratia conceſſa Coadjuto, cedat in illius damnum, dum privaretur jure, quod antè babebat, ut advertit *Gonzal. ad Reg* 8. *Canc. gloſſ.* 34. *n.* 98. & plenè *Spad. conſ.* 42. *ferè per tot. tom.* 3. Diſtinguendum tamen eſt cum doctiſſimo *D. Piton. diſcept. Eccleſ.* 10. quòd, aut igitur de Præbendis annexis ſeparabiliter, & temporaliter Canonicatui; de qua annexionis ſpecie loquuntur *Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *q.* 19. *nu.* 22. *& ſeqq. Tondut. Quæſt. Benefic.*
40 *cap.* 110. *num.* 29. & boc caſu, cum optio Præbendæ non inducat mutationem titali ſpecialis, ſed conſiſtat in mera temporalitate annexa Canoniæ, poteſt Coadjutus vacantem Præbendam optare ex jure ſuæ Antianitatis, quæ ſubrogarur in locum dimiſſæ, & ſuo tempore tranſit in Coadjutorem, eo modo, quo poſſidens Præbendam Papæ reſervatam, ſive affectam, optare non prohibetur, cum in Præbendam optatam, tanquam ſubrogatam in locum dimiſſæ, tranſeat vinculum reſervationis, ſive affectionis. *Lotter. ubi ſup. n. final. Gonz. ad Reg.* 8. *gloſſ.* 34. *n.* 40. *& ſeqq.* Aut Præbenda eſt adeo inſeparabiliter Canonicatui annexa, ut
41 opporteat mutare titulum, & requiratur Ordinarii auctoritas mediante collatione, ſive inſtitutione, & tunc verius eſt, non licere Coadjuro optare talem Præbendam, ut doctè contra *Garz. de Benefic. p.* 4. *c.* 1. *n.* 130. firmat *D. Piton. d. diſcept.* 10. *n.* 19. niſi adeſſet conſue-
42 tudo interpretativa in contrarium, quæ etiam per unicum actum probata ſufficeret, ut ait *n. ſeq.*

Quæ diximus de optione, quoad Beneficia reſervata, procedunt etiam in caſu, quo collatio fiat à Car-
43 dinalibus Indultariis ob vacationem in menſe reſervatu, vel per aſſecutionem incompatibilis, propter *extrav. ad regim. de Præb.* cum enim tali caſu collatio intelligatur facta auctoritate Papæ *dec.* 2300. *n.* 13. *coram Coccin. Dunozet. Jun. dec.* 483. *n.* 7. *De Luc. de Benef. diſc.* 1. *num.* 7. *Ottobon. dec.* 197. *n.* 15. *ſeqq.* excluditur Optio,
44 quæ non datur in reſervatis. *Paſſeran. in cap. final. num.* 62. *de conſuetud. in* 6. *Rot. dec.* 285. *n.* 2. *part.* 9. *rec. &*
45 *cor. Cerr. dec.* 629. *num.* 26. & in terminis vacationis propter acquiſitionem incompatibilis *Coccin. dec.* 704.
46 *n.* 9. *&* 11. & in terminis collationis factæ ab Indultario *Duran. dec.* 483. *n.* 7.

Coatra verò limitationem accipiunt, ubi non agitur de vera Præbenda, ſed de ſimplici prædio temporali, nihil habente Spiritualitatis, cum non cadat ſub re-
47 ſervatione Apoſtolica, ideo non ſuſpenditur optio propter vacationem in menſe reſervato. *Gonzal. in Reg.* 8. *gloſſ.* 5. *§.* 1. *num.* 25. *& ſeq. Garz. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 457. *Monet. de Option. cap.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 47. *Rot. dec.* 116. *num.* 2. *coram Caval. & cor. Rembold. dec.* 71. *num.* 4.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

Collatio Canonicatuum Eccleſiæ Cathedralis ſolet eſſe ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum, & aliquando ſolet dividi per turnum, & quid in Collegiatis, tam ſubjectis Epiſcopo, quàm inferiori Prælato. Sede Vacante, in Capitulum transfunditur jus conferendi Canonicatus ſimultaneæ collationis. Receptio Canonicorum quomodo fiat, etiam in caſu, quo ſint de Jurepatronatus. Quæ ætas

requiratur in providendis de Canonicatibus in Eccleſiis Cathedralibus.

SUMMARIUM.

1 *Collatio Beneficiorum regulariter competit Epiſcopo in quatuor anni menſibus, & qui ſint.*
2 *Præbendæ verò, & Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, in dictis menſibus ſolent eſſe ſimultaneæ collationis Epiſcopi, & Capituli.*
3 *Ex Laudo, à Papa confirmato, poteſt eſſe alternativa inter Epiſcopum, & Capitulum.*
4 *Epiſcopus habet medietatem vocum, & alteram medietatem Capitulum.*
5 *Ad hoc tamen, ut teneat electio in ſimultaneis proviſionibus, major pars Capituli debet concordare cum Epiſcopo.*
6 *Et majori parte diſcordante, collatio devolvitur ad Archiepiſcopum, eoque negligente, ad Papam.*
7 *Quando Præbenda confertur per alternativam, Capitulo non conferente intra tempus deſignatum, jus conferendi devolvitur ad Epiſcopum, eoque pariter conferre negligente, ad Archiepiſcopum, vel ad Papam.*
8 *In quibus Præbendis non habeat locum tempus ſex menſium.*
9 *Idem jus, quod competit Epiſcopo, circa collationem Canonicatuum, & Præbendarum, competit etiam Præpoſito Collegiatæ, ubi utramque retinet Juriſdictionem.*
10 *Declara, ſi Præpoſitus non ſit de Capitulo.*
11 *In Collegiatis Epiſcopo ſubjectis, omnes Collationes Beneficiorum, ac Præbendarum, ſpectant ad illum in prædictis quatuor menſibus.*
12 *Fieri ſolet in ſimultaneis collationibus, ut collatio vice Capituli ad unum ex Canonicis ſpectet.*
13 *Et iſte Canonicus, etiamſi non fuerit in Sacris, gaudet hoc Turno.*
14 *Contrarium eſt verius, & de ratione.*
15 *Sede vacante, vel Epiſcopo à collatione ſuſpenſo, Capitulum ſubintrat in jus conferendi Canonicatus, & Beneficia ſimultanea.*
16 *E' contra ſi omnes Capitulares ſint majoris excommunicationis vinculo irretiti, ſolus Epiſcopus confere.*
17 *Idem erit ſi Capitulum eligat indignum.*
18 *Si indignus à majori parte Capituli eligatur, dignus verò à minori, nulla erit illa electio, valida autem iſta.*
19 *Immò etiamſi electio fiat ab uno tantum de Capitulo.*
20 *Declara, ſi electio indigni ſcienter facta fuerit, quod judicabit Epiſcopus,* & n.21.
22 *Poſt electionem ad Canonicatum, & Præbendam, petitur ab electo confirmatio ab Epiſcopo, & intra quod tempus.*
23 *Niſi ex privilegio, vel conſuetudine Capitulum liberè conferat.*
24 *Quotuplex ſit receptio Canonicorum, & quomodo fieri debeat,* & n.25.26.27.28.& 29.
30 *Ad Præbendas Canonicales de Jurepatronatus in omnibus anni menſibus Epiſcopus ſolus ad nominationem Patroni inſtituit, intra ſex menſes, ſi Juſpatronatus fuerit Eccleſiaſticum, intra verò quatuor, ſi ſit ſeculare.*
31 *Ubi Juſpatronatus ad Capitulum ſpectat, quomodo debeat fieri coram Epiſcopo præſentatio.*
32 *Capitulum, & Canonici, non poſſunt in præſentando variare, & de ratione,* & n.33.
34 *Ætas pro obtinendo Canonicatu in Collegiatis debet eſſe ſaltem annorum quatuordecim inceptorum.*
35 *Quando præſentandus ad Canonicatum debeat eſſe actu Sacerdos.*
36 *Voluntas Teſtatoris quoad fieri poteſt ſemper eſt ſervanda.*
37 *Electus, nominatus, ſeu præſentatus ad Præbendam Canonicalem, ſi non faciat ſe promoveri intra annum ad Sacrum Ordinem, quem requirit eadem Præbenda, in quas pœnas incurrat, remiſſivè.*
38 *Quæ ætas requiratur ad Canonicatus Cathedralium,* & n.39.
40 *Obtinens Præbendam Canonicalem, durante anno, quo tenetur aſſumere Sacerdotium, licèt non poſſit ſuam hebdomadam explere, lucratur Diſtributiones.*

TITULUS VII.

Collatio, & proviſio Beneficiorum liberæ collationis, regulariter competunt Epiſcopo, in quatuor anni menſibus, nempè Martio, Junio, Septem- 1
bri, & Decembri. Præbendæ verò, & Canonicatus Ec- 2
cleſiæ Cathedralis, in dictis menſibus eſſe ſolent ſimultaneæ collationis Epiſcopi, & Capituli. *Verall. p. 2. dec. 87. numer. 5. Farinac. deciſ. 429. numer. 2. in Poſth. Burrat. dec. 805. nu. 1.* & in aliquibus Cathedralibus ex laudato, à Papa confirmato, conferuntur una vice ab Epiſcopo, abſque conſenſu Capituli, & alia vice à
Capitulo, nullo facto verbo cum Epiſcopo. *Gonzal.* 3
ſuper 8. Reg. Canc. loc. cit. §. 1. n. 2. Put dec. 127. p. 3. Mart. Digeſt. Noviſſ. tom. 6. c. 27. tit. Collatio. Præciſa tali concordia, in ſimultaneis collationibus, quæ ſic dicuntur, quia ſpectant ſimul ad Epiſcopum, & Capitulum, *c. 1. nè Sed. vac. in 6.* licèt Epiſcopus habeat medietatem vocum, ſcilicet tot voces, quot totum Ca-
pitulum, ut notat *Penia p. 1. dec. 492. nu. 3. & Buratt.* 4
deciſ. 809. num. 2. non tenet electio, ſi major pars Ca-
pituli diſcordet cum eodem Epiſcopo, etiamſi duo, 5
vel tres Capitulares, cum ipſo in electione concurrant. *Jo Andr. in cap. penul. de appell. Compoſtell. in cap. cum Eccleſ. num. 3. de elect. Navar. conſ. 1. num. 3. tit. de his, quæ fiunt à majori part. Cap.* In eadem ſimultanea col-
latione, majore parte Capituli diſcordante cum E- 6
piſcopo, collatio Præbendæ vacantis devolvitur ad Archiepiſcopum, & eo negligente ad Papam. *Rain. conſ. 50. n. 8. Vener. de Exam. Epiſc. l. 4. c. 53. n. 9. Filliuc. tom. 3. tract. 41. loc cit. num. 45.* Quòd ſi conferatur Præbenda alternis vicibus, Capitulo ſua vice non conferen-
te intra tempus deſignatum, devolvitur ad Epiſco- 7
pum, quo incurioſo, non fit devolutio ad Capitulum, ſed ad Archiepiſcopum, vel ad Papam. *Barbat. de Div. Fract. part. 1. cap. 16. n. 74. Caſtr. Pal. loc. cit. tract. 13. diſp. 3. punct. 34. dub. 2.* Non obſtat *c. ex parte, de conceſſ. Præb.* diſponens, tempus ſex menſium non habere lo-
cum in Præbendis Canonicalibus; quia intelligitur 8
de illis Eccleſiis, in quibus Præbendæ ſunt indiſtinctæ, & fundatæ de bonis Eccleſiæ. *gloſ. ſuper eodem c. V. diſtinctæ. Senebr. de Præb. cap. 3. Gordon. Mor. lib. 8. quæſt. 2. cap. 2. num. 8. Put. dec. 313. num. 3. part. 3.* Quæ tradidimus ſupra de Canonicatibus, & Præbendis Ca-
thedralis, procedunt de Præbendis Collegiatæ, in qua 9
Præpoſitus utramque retinet Juriſdictionem. *Abb. in c. Cum Vulterrana, nu. 8. de elect. Borell. part. 1. tit. 29. num. 19. Gonzal. loc. cit. gloſſ. 45. num. 77. & Sperell. dec. 52. num. 13. tom. 1.* Explica, ſi Præpoſitus non ſit de
Capitulo, nam exiſtens de Capitulo, ſimultaneam, 10
de qua loquimur, prætendere non poteſt, nam hoc eventu una tantùm vox ei competit, prout aliis Capitularibus. *Abb. in c. Poſtulaſtis, n. 4. de Præb. Barb. de Off. & Pot. Epiſ. alleg. 73. nu. 18.* & fuit deciſum in una *Piſcien. ſub die 14. Martii 1659.*

In Collegiatis, Epiſcopo ſubjectis, in dictis quatuor menſibus omnes collationes Præbendarum, ac Bene-
ficiorum liberæ collationis, ſpectant ad Epiſcopum, 11
ut poſt alios docent *Caſſad. de Præb. dec. 22. num. 2. Merlin. deciſ. 591. num. 8.* Ubi in dictis ſimultaneis collationibus collatio vice Capituli pertinet ad unum Ca-
nonicum per turnum, ut fieri ſolet, *teſte Filiuc. ubi ſu-* 12
pra c. 2. n. 25. iſte Canonicus, vel non in Sacris, gau- 13
det hujuſcemodi turno. *Garc. de Ben. part. 3. cap. 4. n. 30. Gratian. diſcept. for. c. 220. n. 24. Rot. apud Mart. loc. cit. V. Collatio, cap. 113. & apud Caval. deciſ. 104. nu. 5.* quorum ſententiæ meritò contradicunt alii, ea ratione permoti, quòd Canonicus non in Sacris, ad quem
pertinet providere per turnum, retinet talem provi- 14
ſionem loco Capituli, non utì ſingularis Canonicus, ut proviſio accipiatur perindè ac ſi à Capitulo fieret, in quo carens Sacris Ordinibus non habet vocem; ex quo *Rot. Rom.* negotio maturiùs diſcuſſo, receſſit ab jam deciſis, prout teſtatur *Duran. dec. 275. numer. 5. & deciſ. 460.* *Quotieſcumque* collatio, ſive electio, pertinet ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, Sede va-
cante, vel Epiſcopo à collatione ſuſpenſo, major pars 15
Capituli ſubintrat in jus eligendi, & conferendi Canonicatus, & Beneficia ſimultanea. *Clem. Si Beneficia,*

de

de Præb. Petr. de Anchar. in rub. nè Sed. vac. nu. 1. Nald. V. Beneficium, nu. 18. Veluti ſi omnes, & ſinguli de
16 Capitulo ſint majoris excommunicationis vinculo irreriti, Epiſcopus ſolus conſert. *Abb. antiq. in c. Poſtulaſtis n. 1. de conceſſ. Præb. Mart. Ital. de immun. lib. 1. cap. 6. §. 1. num.* 17. Idem ſequitur ſi omnes, & ſin-
17 guli Capitulares eligant indignum: *cap. quamquam, de elect. in* 6. Si vero major pas Capituli eligat indignum, & minor pars dignum, nulla erit electio majoris par-
18 tis, & valebit facta de digno à minori parte; immò
19 ab uno tantùm de Capitulo. *cap. Scriptum, de elect.* Intellige ſi electio majoris partis facta fuerit ſcienter de indigno, quod judicabit Epiſcopus: *gloſſ. in c. cum*
20 *vor, de off. ordin. Selva ubi ſupra, quæſt.* 20. *n.* 2. *Angel. in Summ. V. Capitulum, n.* 4. Si enim ſecuta fuerit ignoranter, eſto minimè ſubſtineatur talis electio, nec etiam ſubſiſtit illa minoris partis, & hoc caſu per Capitulum deveniendum eſt ad novam electionem ſerva-
21 tis ſervandis, ut tradit *Caſtr. Pal. p.* 2. *tract.* 13. *diſt.* 13. *diſp.* 3. *punct.* 4. *n.* 13.

Poſt electionem ad Canonicatum, & Præbendam caoonicè factam à Caonnicis, petitur intra tres menſes confirmatio ab Epiſcopo per eum, qui fuit electus. *Braacat. loc. cit. V. electus.* Niſi ex privilegio, vel con-
22 ſuetudine, Capitulum liberè conferat, quo caſu hu-
23 juſmodi electio habet vim confirmationis, & receptionis in Canonicum. *gloſ. in cap. Cum aliquibus, de reſcript. in* 6. *Boich. in c. Eccleſia, n.* 2. *de Elect. Abb. in cap. Dilectas, num.* 3. *de conceſſ. Præb. Ripa in d. c. cum M. n.*
24 25. *Rot. p.* 6. *diverſ. dec.* 359. *n.* 2. Receptio Canonicorum triplici ſe habet differentia.

Prima eſt, quando Capitulum liberè confert Præbendam Canonicalem ſibi pleno jure ſpectantem, de
25 qua ſtatim effati ſumus; & docet *Rot. dec.* 46. *de Præb. n.* 5. *in noviſ.*

Secunda dicitur juris, & facti, dum Sumus Pontifex mandat Canonicis alicujus Eccleſiæ, ut conferant certo Clerico jus Canoniæ, & fraternitatis, & iſta
26 collatio, & receptio debet fieri ab omnibus Capitularibus præſentibus in loco, vel ſaltem à majori parte Capituli, ut in prima opus eſt ſervare; Ita ante alios docet *Federic. de Sen. conſil.* 29 n.

Tertia conſiſtit in facto, & nullum dat titulum, ſed Papa pleno jure confert Præbendam, ac committit
27 Capitularibus, ut recipiant talem in Canonicum, & Fratrem. *c. Eum qui, tit. de Præb. in* 6. *Daoyz. loc. cit. V. Collatio.* Quæ receptio cum ſit ſolùm quædam exe-
28 cutio, poteſt expediri per Canonicos, etiam non Capitulariter congregatos. *Felyn. in c. Eam te, n.* 13. *de reſcript.* An id poſſit exequi per alios, quàm per Canonicos, videatur infra. Præbendæ Canonicales vacan-
29 tes aliquando ſunt de jurepatronatus, ad quas in omnibus, & ſingulis anni menſibus, Epiſcopus ſolus ad nominationem, ſive præſentationem Patroni inſtituit
30 intra ſex menſes à die vacationis, ſi juſpatronatus fuerit Eccleſiaſticum, & intra quatuor, ſi extiterit ſeculare: *Ant. de Butr. in c.* 3. *de inſtit. Cittad. de Jurepatr. p.* 3. *n.* 3. *Cavaler. dec.* 489. Quandoque ad præfati Juriſpatronatus Eccleſiaſtici Præbendam pertinet præſentatio ad Capitulum, & tunc partes erunt primæ Dignitatis Perſonam idoneam coram Epiſcopo præſentare de con-
31 ſenſu majoris partis vocalium. *cap. Ea noſcitur, de his quæ fiunt à Præl. Mart. Ant. Var. lib.* 1. *reſoll.* 11. *num.* 1. *& Vivian. in cap. Eccleſia, de elect.* Atque non poſſunt
32 Capitulum, & Canonici variare in nominando, prout poſſunt Laici, ad Præbendam Juriſpatronatus Laicorum; quia, ut benè obſervat *Vaſquez de Ben. cap.* 4. *dub.* 4. meliorem præſumuntur habere noti-
33 tiam de præſentandi idoneitate, quæ priùs conſideranda eſt circa ætatem, & hæc in Collegiatis debet eſſe ad minus annorum quatuordecim inceptorum. *Maſ-*
34 *ſobr. in Prax. requiſ.* 10. *dub.* 11. *Zipeus loc. cit. de elect. num.* 10. *Pariſ. de Reſign. lib.* 2. *quæſt.* 1. *Filliuc. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 49. & deciſum fuit à *Rot. Rom. apud Mart. loc. cit. tit. Canonicus, n.* 6. Si tamen Præbenda eſſet de Jurepatronatus Laicorum, & à Fundatore fuerit diſpoſitum, eam conferri Sacerdoti, qui celebret tot Miſſas
35 in qualibet hebdomada, debet præſentari actu Sacerdos: ita *Guttier conſ.* 1. *n.* 11. *& conſ.* 2. *per tot.* ac in individuo docet *Campanil. diver. jur. rub.* 7. *c.* 6. *num.* 10. ubi ſubvertit fundamenta eorum, qui teneot oppoſitum,

innixi verbis *cap. cum in cunctis, de elect. & Conc. Triden. ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *& ſeſſ.* 24. *c.* 12. Nam hæc jura loquuntur de Beneficiis liberæ collationis, non verò de Præbendis Laicorum, qui ita diſpoſuerunt, atque voluntas Teſtatoris, quoad fieri poteſt, ſemper eſt ſer- 36
vanda; *c. Ultima voluntas* 13. *quæſt.* 2. *& in l. in conditionibus ff. de cond. & demonſtr.*

Nec his adverſantur, quæ diximus *l.* 3. Præbendas non eſſe Sacerdotales ob onus celebrandi Miſſas planas eis annexum: ſiquidem ſupponitur non fuiſſe fundatas cum onere ad ipſas Præbendas nominandi Sacerdotem, ut ſequitur in caſu, de quo mox dictum eſt; quòd ſi electus, nominatus, ſive præſentatus non faciat ſe promoveri intra annum ad Sacrum Ordinem, 37
quem requirit ſua Præbenda liberæ collationis, incidit io pœnas, quas ex *Clem. ut hi, de ætat. & qualit. ord.* referunt *gloſ. & Abb. ibidem,* & inouunt *Comitul. Reſp. Mor. l.* 1. *quæſt.* 62. *Moron. loc. cit. reſp.* 97. *num.* 34. *& Vener. l. cit. l.* 4. *c.* 21. *n.* 9. Ad Canonicatus Cathedralium, 38
ubi communiter adeſt ordinum diſtinctio, pari modo requiritur, proviſum de Canonicatu tali ætate vigere, quòd intra annum Sacro Ordine ſuæ Præbendæ annexo initietur. *Ricc. in Prax. p.* 3. *reſ.* 307. *n. ult. Sanchez conſ. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. *dub.* 48. *num.* 3. & ſic ad Præbendam Subdiaconalem viginti unus, ad Diaconatum viginti duo, ad Presbyteralem viginti tres ſufficiunt anni in- 39
cepti; & tempus incipit à die pacificæ poſſeſſionis Canonicatus, ut cavetur *in cap. Commiſſa, de elect. in* 6. & declaravit *Sacr. Cong. Conc.* 17. *Septemb.* 1631. Atque durante anno, quo tenetur aſſumerere Sacerdotium, 40
licèt non poſſit facere ſuam hebdomadam, lucratur Diſtributiones: ita cenſuit eadem *Sac. Congr. in una Cluſina.*

ARGUMENTUM.

De Vicario Capitulari, quomodo, & quando ſit facienda ejus electio, & quas habere debeat qualitates in Vicarium eligendus. Quibus de cauſis jam electus removeri poſſit. Quam Juriſdictionem habeat Capitulum Sede vacante, & alia ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *A quibus tractetur materia poteſtatis Capituli Sede vacante.*
2 *In Capitulum Sede vacante tranſit omnimoda Epiſcopalis Juriſdictio.*
3 *An hoc procedat, etiam quoad Capitula Eccleſiarum Collegiatarum.*
4 *Infra quod tempus teneatur Capitulum poſt mortem Epiſcopi Officialem, ſeu Vicarium ſuum deputare.*
5 *Antequam ſequatur illius electio, Juriſdictio ſpectat ad Capitulares inſolidum.*
6 *Ad Primam Dignitatem quæ ſpectant, recenſentur. Penes illam remanere debent Claves Archivii Epiſcopalis* eod. n. 6.
7 *Etiam in caſu mortis civilis Epiſcopi, Juriſdictio tranſit in Capitulum.*
8 *Item in caſu tranſlationis Epiſcopi ad aliam Eccleſiam, & à quo tempore.*
9 *Ad hoc ut electio Vicarii Capitularis ſit valida, opus eſt, ut ſcientia mortis Epiſcopi, ſive tranſlationis ad aliam Eccleſiam, ſit certa.*
10 *Quid, ſi Epiſcopus in remotis ageret, & interim decederet Vicarius Generalis, nec commodè certiorari poſſet Epiſcopus,* & n. 11
12 *Negligente Capitulo infra terminum præfixum Vicarium Capitularem eligere, ad quem devolvatur electio.*
13 *Poſſet tamen Capitulum re integra moram purgare.*
14 *Jus eligendi Vicarium devolvitur ad Superiorem, in caſu tantùm negligentiæ, non autem nullitatis actus,* & n. 30.
15 *Quem eligere teneatur Metropolitanus, ſeu alius, ad quem devolveretur talis electio.*
16 *Et vicarius ita electus poteſt à deputante ad libitum removeri.*
17 *Quod licitum eſt etiam Capitulo poſt electionem Vicarii, indefinitè factam.*
18 *Si verò fuerit electus ad tempus, eo elapſo, expirat illius Juriſdictio.*

Digitized by Google

19 *Solet tamen* Sacr. Congr. Epiſc. *auctoritatem ſuam interponere, nè Vicarius electus removeatur ſine cauſa, cognoſcenda.*

30 *Vicarius Capitularis ad certum tempus eligi non poteſt, nec cum facultate revocandi ad nutum.*

21 *Niſi adeſſet conſuetudo immemorabilis Vicarium ad tempus conſtituendi.*

22 *In electione Vicarii Capitularis non eſt de neceſſitate ſervanda forma* cap. quia propter, de elect. & num. 23.

Licèt valdè conveniens eſſet illam ſervare, n. 28.

24 *Sufficit, quòd eligatur à majori parte intervenientium, reſpectu tamen totius Capituli, & non aliorum, qui alios elegerunt.*

25 *Etiam computato voto Canonici, in quem cadit electio.*

26 *Licitum non eſt ſeipſum eligere.*

27 *Vota inutilia, ſive nulla, non ſunt in conſideratione habenda.*

29 *Ad validitatem electionis Vicarii Capitularis requiritur conſenſus Canonicorum, collegialiter coadunatorum.*

30 *Item neceſſe eſt, omnes Capitulares, alioquin idoneos, illis volentibus, ad ſcrutinium poni.*

Concurſus ad Parochiales eſt nullus, ſi aliquis fuerit ab Epiſcopo excluſus eodem n. 30. & n. 31.

32 *Si Capitularis rejectus, qui ſit aliàs idoneus, etiam extrajudicialiter reclamaverit, vel appellaverit, electio eſt nulla.*

33 *Quòd ſi poſt reclamationem, vel appellationem, votum ſuum dederit in electione facta, licèt cum proteſtatione non renunctiandi Juri ſuo, illam non invalidat.*

34 *Si de gremio Capituli adeſſet aliquis idoneus, cæteris paribus, eſt præferendus*, & n. 40.

Quomodo intelligenda ſint verba illa — cæteris paribus, eod. n. 34.

35 *Non poſſunt eligi plures Vicarii, niſi concurrat conſuetudo, præſertim immemorabilis.*

36 *In Vicarium Capitularem eligendus debet eſſe doctor; & quatenus in Capitulo exiſtant hanc qualitatem habentes, debet unus ex eis, ſi velit, in Vicarium deputari.*

37 *Invalida eſt electio Doctoris in Theologia, ſi de gremio Capituli ſit aliquis Doctor, ſive Licentiatus, ſaltem in Jure Canonico.*

38 *Declaratur præcedens concluſio*, & n. 39.

41 Sac. Conc. Trid. *loquens de Doctoribus, & Licentiatis, intelligi debet de Doctoribus in publica Univerſitate laureatis.*

42 *Neceſſe tamen eſt, quòd ſint Doctores idonei.*

43 *Quid, ſi in Capitulo adſint quidem Doctores, ſed prorſus imperiti*, & n. 44. & 45.

46 *Quæ debeant concurrere in Vicario eligendo, præter qualitatem Doctoratus.*

47 *Populo invisus non ſolum non debet eligi, ſed electus eſt deponendus.*

48 *An, & quando Parochus poſſit in Vicarium deputari.*

49 *Vicarius facultatem, non habet Tribunal erigendi in loco Diœceſis, ſibi benè viſo, ſed debet illud retinere in Epiſcopio.*

51 *Si aliqui ex Capitularibus eligant indignum, aliqui verò dignum, ſuſtinetur eorum electio, licèt ſint in parvo numero.*

52 *Eligentes indignum peccant graviter, & contra quas virtutes.*

53 *An elector teneatur eligere digniſſimum, & impedire, nè indignus eligatur.*

54 *Si Vicarius electus ſe reddat indignum, poteſt removeri, & quæ ſint Cauſæ legitimæ illum removendi*, & n. 55.

56 *Si Vicarius Capitularis in aliqua cauſa allegetur ſuſpectus, adeundum eſt Capitulum, ut cauſa ſuſpicionis cognita, alium deputet.*

57 *Et cauſam ſuſpicionis debet Capitulum per ſe cognoſcere.*

58 *An, & quando electio Vicarii poſſit fieri à Capitulo cum limitatione facultatum*, & n. 59. 60. & 61.

62 *Non obſtante Deputatione Vicarii, poteſt Capitulum condere Statuta obligantia totam Diœceſim, etiam in futurum*, & n. 63. & 65.

64 *Et etiam Statuta à prædeceſſoribus Epiſcopis condita revocare.*

66 *Quomodo prædicta ſint intelligenda.*

Sicuti non poteſt, abſque ipſo Vicario, Viſitatorem eligere, pro viſitanda Diœceſi, eodem n. 66.

67 *A Vicario Capitulari, remoto ab Officio ob malam adminiſtrationem, poteſt Capitulum rationem exigere, illumque Syndicatui ſubjicere.*

Licèt novus Epiſcopus poſſit, ſi velit, contra eundem iteratò inquirere, eod. n. 67.

68 *Non poteſt tamen Capitulum Syndicatui ſupponere Vicarium Epiſcopi prædefuncti.*

69 *Capitulum Cathedralis, Sede vacante, debet neceſſariò vocari ad Concilium Provinciale, & tunc mittit cum mandato ſpeciali ſuum Vicarium, qui habet Votum Deciſivum.*

Ipſum tamen Capitulum, vocatum ad Concilium Provinciale, Sede plena, habet tantùm Votum Conſultivum, eodem n. 69.

70 *Similiter Capitulum Collegiatarum, quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentium, convocari debet ad hujuſmodi Synodum, ſed habet tantùm Votum Conſultivum.*

71 *Quæ emolumenta conſequi debeat Vicarius Capitularis, & quæ non.*

72 *Nec Capitulum, nec ejus Vicarius, poteſt remittere mulctas, ab Epiſcopo defuncto inflictas.*

ANIMADVERSIONES.

CUM Juriſdictio Capituli nunquam major exiſtat, quàm cum Eccleſia eſt viduata Paſtore; ideo 1 licèt apud alios plenè de poteſtate Capituli ſede vacante agatur, & præſertim à *Fermoſin. in tract. de cap. Sed. vac. & à Pellegrin. Marchett. & Pavin. in tract. de Vicar. Capitular.* non poteſt hìc omitti adnotatio eorum, quæ circa hanc materiam ſpeciali animadverſione ſunt digna.

Ac præmittendum, quòd in Capitulum Sede Vacante tranſit omnimoda ordinaria Epiſcopalis Juriſ- 2 dictio, tam ſi ea ſit contentioſa, quàm voluntaria, exceptis tantùm nonnullis caſibus, in Jure expreſſis, ad *Text. in c. bis quæ c. cum olim, de major. & obed. c. unic. eod. tit. in 6. c. ad abolendam, de hæret. & pæn. in 6.* cum concordan. *Fagnan. in d. c. bis quæ, n. 54. uſque ad 66. de majorit. & obed. Fermoſin. in d. tract. quæſt. 1. per tot. Pellegrin. eod. tract. p. 1. ſect. 4. ſub ſect. 1. n. 1. & ſeqq* & alibi.

Magna fuit quæſtio inter Canoniſtas, an hæc procedant etiam in Capitulis Eccleſiarum Collegiatarum, an ſcilicet illa ſuccedant in Juriſdictione, quam habent eorum Prælati in Eccleſiis, & Capellis ſibi ſubjectis, aliquibus negantibus ex eo, quòd hujuſmodi Prælati inferiores non habent de jure ordinariam Juriſdictionem, ſed vel ex privilegio, vel præſcriptione, exceptis Cardinalibus in eorum Titulis; aliquibus affir- 3 mantibus, quia poteſtas, & Juriſdictio competit dictis Prælatis ratione ipſius Prælaturæ, ideoque eſt tranſmiſſibilis in Capitula Sede vacante, & hæc opinio, quæ eſt *Ablat. in cap. bis, quæ, de majorit. & obed. num. 2.* videtur indubiè ſequenda, cum ita ſervetur communiter in praxi, ut latè diſſerit *Fagnan. in d. cap. bis, quæ à num. 36. ad num.* 44. & reſolvit *Rot. dec.* 346. *part. 1. rec.* Cum verò Capitulum non poſſit per ſe commodè dictam Juriſdictionem exercere, juxta præſcriptum *Sacr. Concilii Triden. in cap. 16. ſeſſ. 24. de ref.* tenetur omnino, infra octo dies à die mortis Epiſcopi, 4 Officialem, ſeu Vicarium ſuum deputare, qui ipſius nomine prædictam Juriſdictionem exerceat; poteſt tamen eandem electionem Vicarii differe uſque ad ultimam diem, & interim per ſe adminiſtrare. *Quaran. in Summ. Cullar. v. Capitulum Sed. Vac. §. 12. Barboſ. de Pot. Ep. part. 3. alleg. 54. num. 163. in fin. Pellegrin. loc. cit. n. 5.* 5 quo tempore Juriſdictio ſpectat ad Capitulares in ſolidum, non autem ad Primam Dignitatem, quæ eſt caput Capituli, ut notat idem *Quarant. ubi ſup. Ricc. dec.* 305. *numer. 3. part. 4.* & ex mente *Sac. Congregationis Concilii Pellegrin. ubi ſup. d. num. 5.* Veruntamen ad dictam Primam Dignitatem ſpectat, Decreta, & Reſolutiones Capituli ſubſcribere, extendendas per Secretarium, ſive Cancellarium Capituli, eidemque Capitu- 6

lo poſt

6 lo poſt obitum Epiſcopi debent conſignari Claves
Archivii Epiſcopalis, eæque remanere non debent pe-
nes Collectorem Epiſcopalem, ut reſpondit *Sac. Con-
gregatio Concil. in Maſſalubren. Viſit. Sacror. Lim. 15. Apri-
lis 1690. l. 40. Decret. fol. 243.*

Non ſolùm autem dicta Juriſdictio tranſit in Capi-
tulum in caſu mortis naturalis, & Civilis Epiſcopi,
7 veluti ſi captus eſſet ab hoſtibus: *Gloſſ. in c. Epiſcopus
51. in V. mortem, de ſupplen. neglig. Prælat. in 6. Sbrozz.
de Vicar. quæſt. 42. Pellegrin. d. tract. part. 1. ſect. 4. ſub
ſect. 6. n. 10.* verùm etiam in caſu Tranſlationis Epiſco-
8 pi ad aliam Eccleſiam, in quo à die certæ ſcientiæ
dictæ Tranſlationis, Epiſcopus ex teſtimonio Secre-
tarii Sacri Collegii tenetur abſtinere ab exercitio ſuæ
Juriſdictionis, tanquàm abſolutus à vinculo prioris
Eccleſiæ, ideoque infra dictum terminum tenetur Vi-
carium conſtituere. *Rot. deciſ. 475. part. 1. rec. Maſſobr.
in Prax. haben. Concurſ. requiſ. 1. dub. 9 Barboſ. ad Concil.
ſeſſ. 24. cap. 18. num. 11.* Ad hoc autem, ut valeat ele-
ctio Vicarii Capitularis, ſcientia mortis, ſive Tranſ-
lationis, debet eſſe certa; alioquin etiamſi caſu mor-
9 tis vel Tanslationis immineret, & licèt ea eſſet etiam
poſtea ſubſecuta, nulla eſſet electio, ad *Text. in cap.
moro il 2. de elect.* & reſolvit *Sac. Congregatio in Nerito-
nen. 24. Maji 1652.*

Quòd ſi contingeret, quòd Epiſcopus in remotis age-
ret, & interim decederit Vicarius Generalis, non poſ-
ſet Capitulum eligere Vicarium Capitularem, ſed ſi
10 commodè non poſſet certiorari Epiſcopus, recurren-
dum eſſe ad Sanctam Sedem, ut alium conſtitueret,
ad *Text. in c. penult. ibique gloſſ. in V. Mortem, de Sup-
plen. neglig. Prælat. in 6.* & cenſuit *Sac. Congregatio E-
piſcoporum in Maſſan. 11. Januarii 1616.* Interim ve-
rò adminiſtratio pertinebit ad primam Dignitatem,
11 quæ ſolet regulariter nuncupari Archidiaconus, qui
eſt Vicarius natus Epiſcopi. *Sbroz. de Vic. lib.
1. quæſt. 2. num. 50. Pellegrin. d. tract. ſect. 1. ſubject. 2.
num. 2.*

Si autem Capitulum negligeret infra dictum termi-
num octo dierum eligere Vicarium Capitularem, ele-
ctio devolveretur ad Metropolitanum, & ſi Capitu-
lum Eccleſiæ Metropolitanæ eſſet negligens in electione
prædicta, vel etiam Capitulum Eccleſiæ exemptæ, vel
12 cum qualitate Nullins, tunc in primo caſu electio Vi-
carii ſpectaret ad antiquiorem ex Epiſcopis Suffraga-
neis, in ſecundo autem ad viciniorem, juxta cenſu-
ram *Conc. Trident. in d. c. 16. ſeſſ. 24. de reform.* Poſſet ta-
men Capitulum moram purgare poſt lapſum dicti ter-
13 mini, ſi res eſſet integra, nimirum ſi Superior non
elegiſſet adhuc Vicarium, juxta opinionem *Garz. de
Beneſic. p. 5. c. 7. n. 7.* Notandum tamen eſt, quòd de-
volutio prædicta electionis Vicarii ad Metropolitanum,
non procedit, niſi in caſu negligentiæ Capituli in non
facienda electione intra octo dies, non verò ſi ex alio
14 defectu nulla extiterit, veluti ſi facta fuiſſet in per-
ſona, quæ non fuerit Doctor, exiſtentibus Doctori-
bus, ſed in hoc caſu Capitulum poſſet devenire ad
novam electionem, ut relatis *Sac. Cong. Decretis*, fir-
mat *Pignattell. conſult. 34. num. 53. in fin., & num. ſeqq.
tom. 8.* Itemque, quòd in caſu dictæ devolutionis ob
negligentiam Capituli, Metropolitanus tenetur elige-
re aliquem de gremio ejuſdem Capituli, ſi adeſt Ido-
neus: Neque poteſt eligere aliquem, qui non ſit de
15 Diœceſi, maximè ſi ſit Parochus, ut plenè *Pignat-
tel. conſult. 4. n. 1. & ſeqq. tom. 7.*

In caſibus verò prædictis, tam Metropolitanus,
quàm antiquior Suffraganeus, vel vicinior, poſſunt
ad eorum libitum Vicarium à ſe deputatum removere;
16 ut ex mente Sacræ Congregationis ait *Barboſ. de Po-
teſt. Epiſc. alleg. 54. n. 571. & de Canonic. cap. 42. num.
47.* Quod etiam licere Capitulo poſt electionem Vi-
17 carii indefinitè factam, docet *Pavin. de Poteſt. Cap. Se-
de Vac. part. 2. quæſt. 10. num. 7. Garz. de Beneſic. in Ad-
dit. ad part. 5. cap. 7. num. 22. Ricc. part. 4. dec. 178. n.
3.* apud quos plures allegantur declarationes Congre-
gationis Sacri Concilii, & cenſuit etiam *in Goren. 16.
Jan. 1644. lib. 57. Secret. fol. 274. Sacra &c. cenſuit,
dandas eſſe declarationes antiquas, quòd Capitulum poſ-
ſit ad libitum amovere Vicarium Capitularem ab ipſo ele-
ctum, & confirmatum, dummodo intra octo dies alium
eligat.* Undè ſi fuerit electus ad tempus, eo elapſo,
expirat ejus Juriſdictio. *Quarant. in Summ. V. Capitu-* 18
*lum, ſub n. 9. Garz. ubi ſup. ſub n. 22. & 37. Pignattell.
conſul. 23. n. 3. tom. 1, Ventrigl. in Prax. p. 2. annot. 15. §.
2. num. 22.*

Verum tamen eſt, quòd Sacra Congregatio Epiſco-
porum ſolet ſuam auctoritatem interponere, præci-
piendo, nè Vicarius electus removeatur ſine cauſa ab 19
ea cognoſcenda, ut advertit idem *Pignattell. loc. cit. n.
5.* & plenè *Fagnan. d. cap. eam olim, num. 69. & ſeqq.*
& pluriès decrevit, quòd Vicarius Capitularis eligi non
poſſit ad certum tempus, nec reſervata facultate re-
vocandi ad nutum, nè metu remotionis ab officio, ſe- 20
gniùs ſuam Juriſdictionem, præſertim in Canonicos,
exerceat, *Pignattell. dicta conſult. 23. ſub nu. 10.* Quod
intelligendum videtur, quoties non adeſſet conſuetu- 21
do immemorabilis conſtituendi Vicarium ad tempus,
prout moris eſt in Capitulo, Piſtorien. ut relatis *Sa-
cr. Congr. Decretis*, tradit *Garz. de Beneſic. part. 5. cap. 7.
num. 39.*

Quatenus pertinet ad electionem Vicarii à Capitulo
faciendam, plura notanda ſunt, tàm quoad modum di-
ctæ electionis, quàm quoad qualitates requiſitas in per- 22
ſona eligenda: & quoad primum, notandum, quòd in
dicta electione non eſt de neceſſitate ſervanda forma
Text. in cap. quia propter, de electione, quia hujuſmodi
forma ſervanda eſt in electione Paſtoris, quando ſci-
licet Eccleſia viduata reperitur: Electio verò Vicarii
Capitularis cenſetur ſimplex deputatio, ut advertunt 23
*Pignattell. conſult. 34. numer. 21. & ſeqq. tom. 8. Garz.
d. cap. 7. numer. 2. De Luc. de Canonic. diſc. 26. num. 4.*
ſed ſufficit, quod à majori parte Canonicorum in ele-
ctione intervenientium fuerit electus, reſpectu tamen 24
totius Capituli & non aliorum, qui alios elegerunt.
*ad Text. in cap. Eccleſia veſtra, de Elect. Paſſerin. de Elect.
cap. 19. num. 21. Rot. cor. Dunozet. dec. 214. num. 2. &
cor. Duran. dec. 232. numer. 2. Pignattell. dicta conſult.
23. numer.* 5. etiam computato Voto Canonici, qui 25
in Vicarium fuit deputatus, ut ultra allegatos cen-
ſuit *Sacra Congregatio in Sulmonen. electionis Vicarii Ca-
pitularis 4. Februarii* 1702. licèt contrarium aſſerat
Pignattell. cum pluribus apud eum relatis *in conſult.
23. n. 9. tom. 5. & conſult. 34. n. 22. tom. 8.* ubi addit
rationem, quòd tam ſi electio fiat per ſcrutinium, 26
quàm per Secreta ſuffragia, nunquam eſt licitum eli-
gere ſe ipſum, juxta *Text. in cap. final. de inſtit. capit.
Camana, & ibi Gloſſ. & DD. de elect.* qui tamen *Pignattell.*
in eadem *conſult. 34. n. 9. & 10.* videtur ſibi contrarius.

Ideoque cum non ſit ſervanda forma dicti *Textus
in cap. quia propter*, ſequitur, quòd non ſint haben-
da in conſideratione Vota inutilia, ſive nulla, ſed 27
iis rejectis, de cæteris habenda ſit ratio, ut notant
Garz. & Cardinal. de Luc. loc. proximè cit. quamvis
videretur, quòd cum agatur de electione perſonæ,
quæ Ordinariam Epiſcopalem Juriſdictionem exerce-
re debet, ideoque de negotio valdè gravi, multum 28
conveniens eſſet, quòd dicta forma ſervaretur, ut ad-
vertunt *Paſſerin. de Elect. cap. 9. quæſt. 8. num. 53. & ſeqq.
Monacell. in Formular. Eccleſ. tit. 1. formul. 2. num. 10.
part. 1.*

Debet tamen Vicarii electio fieri capitulariter à ma-
jori parte Capituli, collegialiter congregati, non ſuf-
fraganta conſenſu omnium Capitularium extra Capi-
tulum, licèt redacto in ſcriptis. *Rot. coram Cavaler.* 29
dec. 193. nu. 5. & in terminis reſolvit *Sacra Congrega-
tio Epiſcoporum 18. Novembris 1625.* teſte *Pignattell. con-
ſult. 23. n. 8. tom. 1.* ſicuti neceſſe eſt. quòd omnes Ca-
pitulares, alioquin idonei, videlicet Doctores, ſive Li-
centiati in utroque Jure, vel ſaltem in Jure Canoni-
co, ſi hoc expoſcant, ad ſcrutinium ponantur. Si 30
enim aliquis, ut ſupra idoneus, reiiceretur à Scrutinio,
electio eſſet nulla, & invalida, eodem modo, quo
Concurſus ad Parochialis eſt nullus, ſi aliquis fuerit
Epiſcopo exclusus. *Garz. de Beneſic. part. 9. capit. 2.
num. 100. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 18. num. 63. de
refor. Rot. cor. Ottbobon. dec. 37. num. 3. & 4.* Rejectio
enim idonei à concurſu habeat vim voluntariæ coar- 31
ctationis ad certum numerum eligendorum, quæ non
eſt licita in electionibus. *Rot. d. dec. 37. n. 8.* Quapro-
pter, cum quilibet de Capitulo, qui ſit Doctor, cen-
ſeatur idoneus ad munus Vicarii Capitularis, ſi fuerit 32
rejectus à Scrutinio, & ipſe etiam extrajudicialiter re-

clamaverit, vel appellaverit, electio remanet nulla.
Pignattell. conſ. 7. num. 3. & per tot. tom. 6. Quòd ſi il-
le, qui reclamavit, & appellavit, poſtea in electio-
ne facta votum ſuum dederit, licèt cum proteſtatione
non renunciandi juri ſuo, cum hæc ſit contraria fa-
33 cto, non invalidat electionem, juxta Theoricam *Bald.
in l non ſolam §. veſtra 17. de nov. oper. nunciat. Pignat-
tell. ubi ſup. n.6.*

Et quatenus pertinet ad alteram partem, perſona
eligenda in Vicarium non eſt de neceſſitate aſſumen-
34 da de gremio Capituli; ſi tamen in eo adeſſet aliquis
idoneus, cæteris paribus, illum eſſe præferendum re-
ſolvunt *Concil. loc. cit. Quarant. in Summ. Bullar. V. Ca-
pitulum Sed. vac. verſ. ſexto dubitatur. Ricc. in dec. part. 4.
dec. 180. Marcell. Vulp. c. 44. num. 25. Barboſ. de Cano-
nic. cap. 42. num. 37. & ad Concil. d. ſeſſ. 24. cap. 16.
num. 5. & Sacra Congregatio in Neritonea. 24. Julii 1643.
lib. 17. Decret. fol. 209.* in ſeq. decreto — *Cum alias hæc
Sacra Congregatio cenſuerit, in Vicarium Capitularem eligi
poſſe etiam aliquem extra Capitulum; ſi tamen quis de
gremio Capituli reperiatur habilis, cæteris paribus eſſe, præ-
ferendum; ideò Canonici Eccleſiæ Cathedralis Neritonea.
ad evitandas in hujuſmodi electione controverſias, ſuppli-
cant declarari quomodo intelligenda ſint verba illa* cæte-
ris paribus, *ita ut ſi in Capitulo adeſſet habilis, eligi
poſſet, etiam ſi aliquis extra Capitulum eſſet magis ido-
neus: Sacra &c. reſpondit, ita eſſe intelligenda, ut ſuf-
ficiat Capitularem habere qualitates à Sacro Concilio re-
quiſitas, ut ſit Doctor, aut Licentiatus in Jure Canonico,
vel aliàs idoneus.*

Non poſſunt etiam eligi plures Vicarii, ſed unus
tantùm, niſi adeſſet conſuetudo, præſertim immemo-
35 rabilis, eligendi duos, vel plures, ut cenſuit eadem
*Sacra Congregatio in Derthuſen. 19. Martii 1639. Sacra
&c. cenſuit dandas eſſe declarationes antiquas*, tenoris
ſequentis, *videlicet. In una Panormitana die 21. Aprilis
1592. Sacra &c. cenſuit ex Decreto ejuſdem Sacri Con-
cilii cap. 16. ſeſſ. 24. de reform. à Capitulo Sede vacante
unum tantùm Vicarium eſſe eligendum; cæterum non eſſe
eo Decreto ſublatam conſuetudinem duos, aut plures eligen-
di, præſertim immemorabilem*; idemque confirmat *Fagnan.*
ex aliis Decretis ejuſdem Sacræ Congregationis *in d.
c. cum olim, n. 68. de maiorit. & obed.*

Ad validitatem electionis Vicarii Capitularis neceſ-
ſaria eſt in eligendo qualitas Doctoratus juxta præſcri-
ptum dicti Sacri Concilii; Et quatenus in Capitulo exi-
ſtant Doctores, qui velint hoc munus ſuſcipere, ne-
36 ceſſariò debet unus ex ipſis in Vicarium Capitularem
eligi, ut cenſuit *Sacra Congregatio Concilii in Vicentina
7. Junii 1636. ad 4. dub.* ibi — *exiſtentibus in Capitulo Do-
ctoribus, neceſſariò unum ex illis eſſe Vicarium Capitula-
rem eligendum, & in Campanien. 4. Aprilis 1637. Sa-
cra &c. cenſuit, deputationem, ſeu confirmationem Vica-
rii non Doctoris in Vicarium Capitularem, exiſtentibus in
in Capitulo Doctoribus, eſſe nullam, & jus deputandi ad
Metropolitanum devolutum*. Quod adeò verum eſt; ut
electio de Doctore in Theologia ſit invalida, ſi in Ca-
37 pitulo extiterit aliquis Doctor, ſive Licentiatus, ſal-
tem in Jure Canonico, ut reſcripſit eadem *Sacra Con-
gregatio in Capuana 19. Januarii 1636.* Juxta ſenten-
tiam tamen *Card. de Luc. in Adnot. ad Concil. diſc. 31. n.
50.* eatenus eſt eligendus Doctor ex gremio Capituli,
quatenus in eodem Capitulo reperiatur competens nu-
merus Doctorum, intra quem electionis libertas com-
modè exercibilis remaneat; alioquin poſſe per Capitu-
38 lum etiam extraneum eligi, tuetur, idemque repetit
d. diſc. 31. ſub n. 20.

Neque poſſe arctari Capitulum ad eligendum ali-
quem de ipſius gremio, ſi adſint in Capitulo ſolùm
39 duo, vel tres Doctores, docent *Emanuel. Quæſt. Regu-
lar. tom. 2. quæſt. 56. art. 4. Peirin. de Privil. Regular. in ad-
ditamen. c. 9. num. 31. Caſtellin. de Elect. c. 3. n. 7. Bar-
boſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 19. n. 233.* quod intelligendum
40 eſt juxta reſolutionem *Sac. Congregationis* ſupra relatæ
in Neritonen. 24. Julii 1643. videlicet, quòd cæteris
paribus, ſit eligendus Canonicus. *Sacrum* verò *Con-
cilium in d. c. 16. ſeſſ. 24. de reform.* loquens de Docto-
ribus, & Licentiatis, intelligendum eſt de Doctoribus,
41 in publica Univerſitate laureatis, ut pariter cenſuit
eadem *Sacra Congregatio in Cortonen. 19. Maji 1637.* &
firmant etiam *Lotter. de Re Benef. l. 3. c. 7. num. 126.
& ſeqq. Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 15. n. 5. & ſeqq.
De Luc. de Præeminent. diſc. 35. nu. 11. Pignattell. conſult.
222. n. 5. tom. 1.* Neceſſe tamen eſt, quòd iſti Doctores
ſint idonei, quia idem eſt non adeſſe Doctores, ac 42
non eſſe doctos, & Doctor ignarus perindè eſt ac nul-
lus. *Felin. in c. Clerici, n. 1. de Judic.* ac proindè ſi in
Capitulo adſint Doctores prorſus imperiti, poteſt Ca- 43
pitulum, iis prætermiſſis, alium idoneum extra gre-
mium eligere, ut cenſuit *Sacra Congregatio relat. apud
Pignattell. conſult. 34. tom. 8. n. 1. & 7.* vel etiam non
Doctorem, ſed alioquin idoneum ex eodem gremio 44
Capituli. *Barboſ. ad Conſil. c. 16. ſeſſ. 24. de reform. n. 12.
Marchett. in Prax. Vic. part. 1. tit. 1. n. 45.* In hoc tamen
caſu eligendus eſſet per ipſum Capitulum Aſſeſſor
Doctor, & eo per Capitulum non electo, poſſet idem- 45
met Vicarius illum eligere. *Marchett. loc. cit. num. 81.
Nicol. in Floſcul. V. Vicarius Capitularis, n. 61. Sbroz. de
Vicar. quæſt. 36. num. 13. Quarant. in Summ. Bullar. V.
Capitulum Sed. vac. num. 3. in fin. Barboſ. de Canonic. cap.
42. num. 52.*

Ultra qualitatem Doctoratus, debet in perſona eli-
genda ad munus Vicariatus ſpectari etiam idoneitas
ad munus prædictum rectè exercendum, videlicet pie-
tas, & prudentia, & in rebus agendis dexteritas,
cumque illius officium regimen Populi habeat anne- 46
xum, & ſpiritualem Eccleſiæ curam, non poteſt ad
illud aſſumi, qui fuerit aliquo crimine notatus, licèt
abſolutionem poſtea obtinuerit ex hactenus deductis,
cum carere debeat omni ſuſpicione mali, & latè *Pi-
gnattell. conſult. 103. n. 1. & ſeqq.* & ferè *per tot. tom. 6.
Pellegrin. de Vic. p. 1. ſect. 4. ſub ſect. 1. n. 15.*

Item ſi eſſet Populo inviſus, nam non ſolùm in hoc
caſu non poſſet eligi, ſed jam electus eſſet deponen-
dus, ut decrevit *Sacra Congregatio Concilii in Neapoli-* 47
tana 26. Januarii 1604. & in Trident. 7. Junii 1622.

Item ſi eſſet Curatus, nam regulariter officium Cu-
rati, & Vicarii non eſt compatibile, undè ſæpè *Sacra
Congregatio Concilii* conſuevit electionem Curati in Vi-
carium reprobare, niſi occurreret paucitas numeri Pa-
rochianorum, & vicinitas Eccleſiæ Parochialis cum 48
Ædibus Epiſcopalibus, ut cenſuit apud *Pignattell. conſ.
4. n. 6. tom. 1.* deberet enim Vicarius Capitularis habi- 49
tare in Epiſcopio, cum non habeat facultatem uti E-
piſcopus tribunal erectum retinendi in loco Diœceſis
ſibi benè viſo, ut notat idem *Pignattell. loc. cit. nu-
mer. 8.*

Eſt etiam advertendum, quòd ſi electio ex aliquo
defectu fuerit nulla, poteſt è Capitulo retractari, &
devenire ad novam electionem, cum, ut ſupra di- 50
ctum eſt, devolutio ad Metropolitanum non habeat
locum, niſi in caſu negligentiæ Capituli in non fa-
cienda electione intra octo dies. *Garz. de Benef. in ad-
dit. ad part. 5. c. 7. num. 22. Pignattell. conſult. 23. nu. 4.
tom. 1.* Quòd ſi aliqui ex Capitularibus eligant indi-
gnum, aliqui verò dignum, licèt hi ſint in parvo nu-
mero, ſuſtinetur horum electio, quia malè eligen- 51
tium jus conſolidatur pro illa vice in benè eligenti-
bus, ad *Tex. in c. dudum 1. & c. Vincltoniaſe, de elect.
ubi DD. Pignattell. conſult. 34. n. 12. tom. 8.*

Et graviter peccare eos, qui Indignum eligunt,
tàm contra Religionem, cum eorum cauſa intraduca- 52
tur intra Dei Domum miniſter indignus, quàm contra
juſtitiam legalem, & contra juſtitiam diſtributivam, &
commutativam, probant *Cajetan. in 2. 2. quæſt. 62. art. 2.
circa reſponſ. ad 4. Card. de Lugo de Juſt. tom. 2. diſput. 34.
n. 40. Navarr. de Reddit. Eccleſ. quæſt. 2. monit. 23. num. 1.
Sanchez l. 2. Opuſc. c. 1. dub. 2. num. 12.* Quinimmò teneri
electorem ſuo ſuffragio eligere digniſſimum, & etiam 53
impedire, nè indignus eligatur, advertit idem *Card.
de Lugo diſput. 35. n. 34.*

Sicuti verò Capitulum debet eligere dignum & ido-
neum ad munus Vicariatatus, ita ſi poſt electionem
Vicarius à ſe electus ſe reddiderit indignum, illum re- 54
vocare poteſt, aliumque deputare, & inter cauſas le-
gitimas removendi Vicarium connumerantur ſequen-
tes, videlicet, ſi aliquid fieri permittat, quod ſit con-
tra libertatem, vel immunitatem Eccleſiæ, cum il-
lam tueri, & conſervare teneatur: *Quarant. in Summ.
Bullar. V. Capitulum Sed. Vac. verſ. prædicta reſtringe. Pax
Jordan. Lucubrat. tom. 2. l. 12. tit. 2. n. 24.*

Item ſi inhibuiſſet ſine cauſa Suffraganeo exercitium
ſuæ

ſuæ juriſdictionis: ſi non reſideret: ſi eſſet debitor Ca-
pituli: ſi pecuniam acciperet pro Dimiſſoriis: ſi eſſet,
55 ut diximus, inviſus Populo, ut omnia, relatis *Sacr.
Congregationis Decreti* comprobat *Pignatell. conſult.* 23.
ſuo n.10 verſ.quapropter, tom.1.

Quòd ſi in aliqua cauſa Vicarius Capitularis tan-
quam ſuſpectus recuſaretur, ipſum Capitulum adeun-
dum eſt, ad hoc, ut cognita cauſa ſuſpicionis alium de-
56 putet, prout facit Epiſcopus in caſu, quo ſuus Vicarius
allegetur ſuſpectus, ut notat *Quarant.l.c.& Pax Jordan.
ubi ſupra. Garz.de Beneſic.p.5.cap.7.num.23.in dub.9.*
Advertendo, quòd in hoc caſu Capitulum non debet
57 eligere Arbitros ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicio-
num, ſed per ſe ipſum debet de iis cognoſcere. *Fa-
gnan.in d.c.cum olim, n.76.de majorit.& obed.*

Hujuſmodi electio Vicarii debere eſſe libera, non au-
tem cum limitatione facultatum, v.g. ut non poſſit
procedere in Cauſis Capitularium ſine Adjunctis, à Ca-
pitulo deputandis, maximè ſi ageretur de Capitulo non
58 exempto, contra quod Epiſcopus liberè procedebat
ad punitionem Capitularium. *Barboſ. de Univ. Jur. Ec-
cleſ.l.1.c.32.num.45.& ſeq. Garz. de Beneſ. in Addit. ad
part.5.c.7.num.23. Pax. Jordan. Lucubrat. tom.2.l.12.
tit.2 n.4.Pignattell.conſult.92.n.10.tom.6.*

Poteſt tamen Capitulum reſervare ſibi ea, quæ con-
cernunt gratiam, veluti facultatem remittendi mulctas,
59 vel eas applicandi Locis Piis, & ſimilia voluntariæ Ju-
riſdictionis, quia non repugnat, quòd hæc per ſe ex-
erceat, licèt ſecus ſit reſpectus eorum, quæ conten-
60 tioſam juriſdictionem concernunt, ut benè diſtinguit
Ventrigl. in Prax. part.2. annot.15.§.2.n.18.& ſeqq. &
in terminis reſervationis prælectionis in Concurſibus
Eccleſiarum vacantium cenſuit *Sacra Congregatio Conci-
61 lii in Bellunen. 18. Novembris 1651. l.19. Decret. fol.155.*
in ſeq. Decreto -- *Sed Epiſcopali Bellunen. vacant, fuit à
Capitulo Eccleſiæ Cathedralis ad præſcriptum Sac. Concil.
cap.16.ſeſſ.24.de reform. conſtitutus Vicarius Capitula-
ris cum facultatibus in Deputatione expreſſis; Cumque bo-
die inter dictum Capitulum, & Vicarium Capitularem du-
bitare contingat; An ex Sacro Concilio electio in Concurſibus
Eccleſiarum Parochialium vacantium ſpectet ad ipſum Ca-
pitulum, An potiùs ad dictum Vicarium, ideo de conſenſu
utriuſque Partis ad evitandas controverſias petitur declara-
tio hujus Sacræ Congregationis.*

*Sacra &c.reſpondit, electionem in concurſibus Eccleſiarum
Parochialium vacantium ſpectare ad Capitulum ob reſervatio-
nem, ſibi factam in deputatione Vicarii Capitularis.*

Ideoque cum per deputationem Vicarii Capitularis
62 non abdicetur ejus Juriſdictio ut notat *Fagnan. in cap.
à Nobis il 1.n.48. de ſent.excomm.* poteſt ipſum Capitulum
condere Statuta ſuper ſtatu Eccleſiæ, obligantia to-
63 tam Diœceſin etiam in tempus futuri Epiſcopi. *Fede-
ric. de Sen.conſ.16. per tot. Præpoſit. in c. Epiſcoporum, n.
2.diſt.18. Fagnan. in c.Cum olim, num.57. de majorit.
& obed.Ventrigl. in Prax. adnot.15.§.2. numer.39. &
46. p.2.* ac etiam Statuta à Prædeceſſoribus Epiſco-
64 pis condita revocare. *Quarant. in Summ. Bullar.V. Ca-
pitulum Sed. Vac. verſ.quarto quæro n.fin. Ventrigl. ubi ſu-
pra n.41.* ita & taliter, ut ſi in Statuto imponat pœ-
nam pro futuro delicto, Statutum ipſum vim ſuam
65 habeat etiam poſtquam Eccleſia plena fuerit. *Fagnan.
in d.c. Cum à Nobis, num.32.Corradin. in Prax. Bene-
ficial. lib.2.c.5.n.222.& ſeqq.* Quod tamen intelligen-
66 dum videtur quod ei liceat cum ſuo Vicario; eodem
modo, quo non poteſt eligere Viſitatorem pro viſitan-
da Diœceſi abſque ipſo Vicario, ut refert deciſum
*Garz. de Beneſic.p.5.c.7.n.23. declarat.7. Fagnan. in d.
c.cum olim, n.75.*

In caſu etiam, quo Vicarius Capitularis propter
malam adminiſtrationem remotus eſſet ab Officio, po-
teſt Capitulum ab illo exigere rationem, & eum Syn-
67 dicatui ſupponere, licèt novus Epiſcopus poſſit, ſi ve-
lit, iteratò contra illum inquirere. *Concil.Trid. ſeſſ.24.
c.16.de reform.Pax Jordan. Lucubrat. tom.2. l.12. tit.2.
num.43.* Quamvis non valeat idem Capitulum Syndi-
catui ſubiicere Vicarium Epiſcopi prædefuncti, ut ſe-
68 quendo reſolutiones Sacræ Congregat. Concilii plenè
firmavit *Rot. in Mindonien. prætenſæ obſervationis Conſti-
tutionis 22. Januarii 1705. §. Addebatur, & per tot.cor.
Eminentiſſ. D. meo Anſaldo Decano.*

Notandum, quòd Capitulum Cathedralis, Sede va-
cante, debet de neceſſe vocari ad Concilium Provin-
ciale, quo caſu cum ſpeciali mandato mittit Vica-
rium Generalem, ſeu alium Capitularem, qui cum 69
repræſentet Cathedram Epiſcopalem, habet Votum
deciſivum, licèt Capitulum vocatum ad Concilium
Provinciale, Sede plena, habeat tantùm conſultivum
*Petr. ad Conſtit. unic. Honor. 21.ſect.1. num.35. pag.472.
tom.1.*

Capitulum verò Collegiatarum, quaſi Epiſcopalem
Juriſdictionem habentium, Sede vacante, pariter de- 70
bet convocari ad hujuſmodi Synodos, ſed in iis habet
tantùm Votùm conſultivum, non autem deciſivum,
ut notat idem *Petra l.c.n.36.*

Denique non eſt omittendum, quòd Vicario Capitu-
lari non licet quidquam recipere pro Sententiis in cau-
ſis Criminalibus, Beneficialibus, & Matrimonialibus,
ut cenſuit *Sacra Congregatio Concilii in Elnen. 28. Martii*
1648. Neque ſibi applicare emolumenta etiam Sigil- 71
li, vel cujuſcunque generis, ex Juriſdictione provenien-
tia, ſed reſervanda ſunt Succeſſori, vel cui ex privi-
legio ſunt deſtinata. *Quarant. in Summ. Bullar. V.Capi-
tulum Sed. vac. verſic. reſtringe 3.* & deber eſſe contentus
Salario, quod Epiſcopus defunctus ſuo Vicario perſol-
vebat, ut reſpondit eadem *Sacra Congregatio in Brundu-
ſina 4. Januarii* 1631. ſequentis tenoris.

*Sacra &c.inhærendo declarationibus aliàs factis, cenſuit,
Vicario Capitulari conſtituendum eſſe Salarium, dari ſolitum
Vicario Generali Epiſcopi*

Neque poteſt tam ipſe, quàm Capitulum, remitte-
re mulctas ab Epiſcopo inflictas, ut cenſuit eadem
Sacr. Congr.in Ripana 18. Aprilis 1654. ibi -- *Quærit E-
piſcopus, An pœnæ, & mulctæ pro delictis etiam gravibus,
ab Epiſcopo Prædeceſſore defuncto non applicatæ Locis Piis,
potuerint, Sede vacante, à Capitulo, ſeu ab illius Vicario,
ad favorem reorum reduci.*

*Sacra &c. reſpondit, hujuſmodi reductiones per Capitu-
lum, ſeu illius Vicarium, fieri non potuiſſe*, licèt contra-
rium ſentiat *Ventrigl. annot.15.§.2.n.42.part.2.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

Ad obtinendas Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis, qualis ætas requiratur. Et quid ſi ſit eiſdem annexa Cura animarum habitualis, vel actualis. De Præbenda Theologali, ac de officio Pœnitentiariæ. Capitulum, an teneatur ad Canonicatus eligere digniorem, ſeu potius ſatis ſit eligere dignum, & quid ſi Præbendæ ſint annexæ Curæ Animarum.

SUMMARIUM.

1 *Ætas viginti duorum annorum neceſſaria, eſt, pro obtinendis Dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus, & quidem completorum,* & n.2.

3 *Ad Canonicatus verò Collegiatarum ſufficiunt quatuordecim incepti.*

4 *An ad obtinendas Dignitates Collegiatarum ſufficiat tadem ætas quatuordecim annorum, vel requirantur viginti duo,* & n.5.& 6.

Verba univerſalia generaliter ſunt intelligenda eod.numer. 6.

7 *In Coadjutoribus Dignitatum, & Canonicatuum, eadem exigitur ætas, & idoneitas, quæ in Coadjutis, & quare.*

8 *Proviſi de Dignitatibus, quibus acceſſoriè unita ſit Eccleſia Curata, ſatis eſt quòd agant annos vigintiduos.*

9 *Eccleſia autem prædicta confertur ad nominationem Dignitatis Vicario perpetuo.*

10 *Qui Vicarius eſt verus Curatus.*

11 *Curam habitualem habens non venit appellatione Curati.*

12 *Secus de Proviſo de Prima Dignitate, quæ habeat perpetuò unitam æquè principaliter Curam animarum; quia iſte debet eſſe vigintiquinque annorum inceptorum.*

13 *Tunc enim taliter Proviſus dicitur habere Curam actualem, & per ipſum exercenda eſt.*

14 *Si Eccleſia Collegiata ſit celebris, conferenda eſt Do-*

ctorali Laurea in publico Studio inſignito.

15 *Archidiaconus Cathedralis computatur inter Dignitates Curam animarum habentes.*

16 *Et ideò attingere debet annum vigeſimum quintum; & requiritur, quòd ſit Doctor in Theologia, vel Jure Canonico.*

17 *Hodie verò, quia ejus juriſdictio eſt extincta, ſufficit, quòd ætatem habeat viginti duorum annorum; nec obligatur Doctoralem gradum aſſumere*, & numer. 18.

19 *An Præbenda Theologalis poſſit dari Decretorum Doctori.*

20 *Ad Præbendam Pœnitentiarii eligi poteſt Theologus, vel Canoniſta, annorum quadraginta.*

21 *Et ejus collatio in quatuor menſibus, quibus gaudet Epiſcopus, ad illum ſpectat, etiamſi Capitulum habeat alternativam.*

22 *Electi ad Dignitates, & Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, ſi animum habeant non recipiendi Sacros Ordines in fine anni, ſibi à Jure permiſſi, peccant mortaliter, & ad reſtitutionem fructuum obligantur, niſi mutata voluntate Ordines Sacros ſuſcipiant.*

23 *Secus eſt de recipientibus Dignitates, & Canonicatus in Eccleſiis, Collegiatis, nullum Ordinem Sacrum annexum habentes, qui plus quàm venialiter non delinquunt.*

24 *Graviter non peccat, qui Ordines minores ſuſcipit, animo, ad majores non aſcendendi; immò etiam eo fine, ut à Laycali Juriſdictione ſe ſubtrahat, vel immunitate à Collectis ſecularibus gaudeat.*

25 *An in electione præferendus ſit qui ſemper vixit bonus; vel malus, jam emendatus, qui per pœnitentiam effectus fuit bonus, & quando*, & n. 26.

27 *Capitulum non obligatur ſub mortali ad Canonicatus, & Dignitatem eligere digniorem, ſed ſatis eſt, ut eligat dignum.*

28 *Aliter eſt de Præbendis, quibus eſt unita Cura animarum, & de Præbendis Theologalibus, & Pœnitentiariis.*

29 *In Regnis Caſtellæ, Navarræ, & Granatæ, iſtæ Præbendæ dantur per Concurſum.*

30 *Leviùs peccant Layci præſentando ad ſimplices Canonicatus perſonas habiles, omiſſis habilioribus, quàm Capitulum, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ.*

31 *Immò ſecundum aliquos nullam culpam committunt.*

32 *Traditur formula præſentationis faciendæ procuratorio nomine ad Præbendam Canonicalem de Jurepatronatus Laycorum.*

33 *In conſtitutione Procuratoris ad præſentandum debet contineri mandatum ad jurandum, nullam in præſentatione intervenisſe ſimoniæ labem, aut aliam illicitam pactionem.*

34 *Facta hujuſmodi præſentatione, & à nominato acceptata, eidem acquiritur Jus ad rem.*

35 *Deindè affigitur Edictum cum termino competenti ad opponendum.*

36 *Eoque elapſo, nullaque oppoſita exceptione relevanti tenetur Epiſcopus Canonicum, à Capitulo electum, confirmare, & præſentatum inſtituere*, & n. 37.

38 *Et per hanc inſtitutionem ſtatim à Canonico acquiritur Jus in re.*

39 *Quid inſpicere debeat Epiſcopus, antequam electus à Capitulo confirmetur, vel præſentatus inſtituatur.*

TITULUS VIII.

AD Dignitates, in Eccleſiis Cathedralibus nanciſcendas neceſſarii ſunt anni vigintiduo: ita decer-
1 nitur in *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24 c. 12.* quos debere eſſe com-
2 pletos, tenent *Leſſ. de Juſt. & Jur. c. 34. n. 108. Vivian. de Jurepatr. l. 6. c. 6. n. 14. Urſell. lit. A. concl. 72. nu. 29.* Ad Canonicatus Collegiatarum ſufficiunt quatuordecim
3 anni incepti. *Filliuc. loc. cit. tract. 41. cap. 5. numer. 49. Maſſobr. dub. 26. req. 10. in Prax. & alii.* Immò ad Col-
4 legiatæ Dignitatem ſatis eſſe eandem ætatem quatuordecim annorum, ſentiunt *Piaſec. in Prax. Epiſc. part. 2. cap. 5. num. 2. Barb. de Offic. & Pot. Epiſc. alleg. 60. n. 67. & de Can. & Dign. c. 13. num. 23.* & alii apud *Squillan. loc. cit.* quos ſequitur *Franc. Valente in Concord. Jur. lib. 2. tit. 1. ſect. 4. num. 1.* ubi refert *Sac. Con. Cong.* ita decidiſſe. Alii verò DD. auctoritate non impares, ac numero plures, aſſeverant, annos vigintiduos eſſe neceſſarios ad obtinendas Dignitates, tam in Cathedrali-
bus, quàm in Collegiatis, quam opinionem defendit 5
Diana Mor. p. 10. tract. 16. reſ. 36. ubi teſtatur *Sac. Conc. Congr.* ita declaraſſe, Et quidem circumſcriptis utriſ-
que *Sac. Conc. Decretis*, pro partibus adductis, potiùs 6
adhærerem huic ultimæ ſententiæ, namque ſi *Conc. Trid. loc. cit.* de ſolis Cathedralibus diſponere voluiſſet, dempto vocabulo præſertim, dixiſſet, in Cathedralibus, &c. Urget & quod inferiùs dicit, requiri annos viginti duos ad Dignitates quaſcunque, quæ verba cum ſint univerſalia, generaliter intelligenda ſunt. *capit. 2. de appell.* In Coadjutoribus Dignitatum & Canonicatuum, eadem exigitur ætas, & idoneitas, quæ ad
ea recipienda eorum proprietariis opus ſunt, quoniam 7
ad ipſorum munus ſubſtituuntur etiam in Miſſis. *Ant. de Butr. in cap. Conſultationibus, numer. 5. de Cler. ægrot. Abb.* ibidem *Azor. loc. cit. lib. 3. cap. 2. quæſt. 6. Quintanad. loc. cit. tract. 1. ſing 42. num. 2.* Proviſi de Digni-
tatibus, quibus acceſſoriè, ac minùs principaliter uni- 8
ta ſit Eccleſia Curata, ſufficit agere annos vigintiduos, prout ſi eſſet ſimplex Dignitas. *Piaſec. in Prax. part. 2. cap. 5. num. 21. Gonzal. loc. cit. gloſ. 9. numer. 4. Homob. de Stat. Vit. Hum. part. 1. cap. 9. Galett. in Summ. V. Canonicus, & Fragoſ. de Reg. lib. 9. diſp. 20. n. 31. tom. 2.* & memorata Eccleſia curata, prævio examine Epi-
ſcopi, confertur Vicario perpetuo ad nominationem 9
Dignitatis prædictæ. *Zipeus lib. 3. num. 10. tit. de Cler. non reſid. Antonell. l. cit. lib. 3. cap. 12. num. 29. & Rot. p. 1. diverſ. dec. 798. num 5.* qui Vicarius eſt verus Curatus, nec de Grege commiſſo primitivo Curato reſpondere tenetur, ut notat *Chaſſaing. de Priv. Reg. part. 2.*
tract. 8. prop. 11. Quia hujuſmodi Dignitates haben- 10
tes, dicuntur retinere dumtaxat habitualem Curam,
quæ non veniat appellatione Curæ animarum. *Barb.* 11
de Appell. utr. jur. app. 63. n. 2. & dantur abſque conſenſu. *Gonzal. loc. cit. gloſ. 5. §. 7. n. 13. Grat. diſcept. for. cap. 273. n. 48. Leſſ. l. 2. c. 34. n. 82.* & declaravit *Sacr. Congr. Conc. apud Marzill. ubi ſup. fol. 12.*

Proviſus autem in Collegiata de Prima Dignitate,
cui Cura animarum non acceſſoriè, ſed æquè princi- 12
paliter ſit perpetuò unita, eſſe debet in ætate annorum vigintiquinque inchoatorum. *Boich. in cap. Univerſitatis, n. 11. de ſent. excomm. Urſell. loc. cit. n. 13. Filliuc. ubi ſupra tom. 3. c. 5. num. 3. Grat. loc. cit. cap. 871. num. 47.* & cenſuit *Sacr. Cong. Conc.* relatore *Farinac. in decl. Conc.*
dec. 16. part. 4. Quo eventu dicitur habere Curam ani- 13
marum actualem, quæ cum ſit inſeparabiliter, & principaliter unita eidem Dignitati, per ipſam exercenda eſt: ita declaravit *Sacr. Congreg.* apud *Barb. in Summ. Apoſt. Dec. collect. 235. num. 1.* eaque Dignitate vacante, licèt ſemper ſit reſervata Papæ, fit concurſus coram Epiſcopo. *Quarant. in Summ. Bullar. verſ. Parochialium Collatio. Garc. de Ben. part. 9. cap. 2. num. 194. & alii.* Quamvis contrarium ſentire videatur *Caſtr. Pal. part. 2. tr. 13. d. 3. punct. 4. num. 9.* Juxta hæc ſi prædicta Eccleſia Collegiata ſit celebris, neceſſariò conferenda
eſt Doctorali laurea in publico Studio inſignito: ut 14
deciſum fuit à *Rot. Rom. part. 2. diverſ. deciſ. 29. num. 8. Benn. de Privil. Doctor. part. 2. priv. 1. num. 6. Nald. V. Doctor. num. 10. Graſſ. de Effect. Cler. in prel. num. 80. Valer. de Diff. utr. Jur. V. Gratia, diff. 3. num. 3.* Archidia-
conus Cathedralis computatur inter Dignitates, Cu- 15
ram animarum habentes. *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 34. dub. 20.* ideò debet non ſolùm attingere vige-
ſimumquintum annum, ſed & eſſe Doctor Sacræ Theo- 16
logiæ, vel Juris Canonici, ut colligitur ex *Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 2.* ſed quia modò ejus juriſdictio extincta apparet, ut obſervat *Guazzin. loc. cit. lib. 2. cap. 9. n. 8.*
ſufficiunt anni vigintiduo prout in aliis Dignitatibus, 17
Curam animarum non retinentibus, atque in eodem
ceſſat obligatio Doctoralem gradum recipiendi. *Maſ-* 18
ſobr. de Synod. dub. 6. cap. 3. num. 64. Nav. in Man. cap. 25. num. 175. Caſtr. Pal. ubi ſupra diſp. 4. punct. 6. numer. 15.

Præbenda Theologalis, de qua in *Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de reform.* tribuenda eſt Theologiæ Magiſtro;
an verò poſſit dari Decretorum Doctori, videatur 19
Ricc. part. 4. deciſ. 101. Profectò ad Pœnitentiarii Præ-
bendam eligi poteſt Theologus, vel Canoniſta, quadra- 20
ginta

ginta annos nati. *Azor. part. 2. Mor. lib. 6. loc. cit. quæſt.*
1. Moron. reſp. 97. numer. 35. atque ejuſdem electio, &
21 collatio in dictis quatuor menſibus ſemper ſpectat ad
Epiſcopum, etiamſi Capitulum habeat alternativam.
Urſell. ubi ſupra concl. 97. num. 28.

Ad Eccleſiæ Cathedralis Dignitates, & Canonica-
tus electi, non intendentes Ordines Sacros, ut ſupra
requiſitos, ſumere, ſed tantùm in poſſeſſionem ad ex-
tremum diem anni ſibi à jure permiſſi remanere, lethali
22 noxa ſe commaculant, atque ad ſtuctuum reſtitutionem
obligantur, niſi mutata voluntate ſuo Ordine initien-
tur. *Sot. de Juſt. & Jur. lib. 10. quæſt. 5. art. 6. Mones. de*
Diſtrib. part. 2. quæſt. 19. numer. 39. Fragoſ. loc. cit. lib. 10.
diſp. 23. §. 3. num. 9. Non ſic dicendum de recipientibus
Dignitates, & Canonicatus in Eccleſiis Collegiatis,
23 quibus non ſit annexus aliquis Ordo ex Sacris; etenim
ſi reſpondeant iis, quæ ſua poſtulat Præbenda, quoad-
uſque eam dimittant, vel renuncient, non ſunt obno-
xii fructus hos interim perceptos reſtituere, neque de-
linquunt plus quàm venialiter; quantumvis habeant
animum ducendi uxorem, vel non clericandi: ita reſol-
vunt *Vaſquez l. cit. c. 3. §. 3. dec. 1. num. 38. Vinc. Cand.*
in Summ. tit. de Beneſ. diſq. 18. art. 20. diſp. 1. Buſemb. in
Medull. lib. 4. diſc. 1. art. 2. Em. Sa V. Beneficium, numer.
38. Graff. dec. lib. 2. c. 97. numer. 55. Lopez Inſtr. part. 2.
c. 106. Homob. in Comm. part. 1. tr. 3. quæſt. 3. & part. 3.
tr. 14. c. 2. quæſt. 10. Quemadmodum ſuſcipiens Ordines
minores animo non aſcendeodi ad majores, quinimmò
24 eo tantùm fine, ut ſe ſubtrahat à Layca Juriſdictione,
vel ut gaudeat immunitate à collectis ſecularibus, gra-
viter non peccat. *Ric. Prax. part. 4. reſol. 459. numer. 4.*
Nav. in Man. c. 25. numer. 108. Filluc. part. 2. tr. 10. c.
4. num. 101. Bon. de Matrim. quæſt. 3. punct. 9. num. 7. Gal-
leit. in Summ. V. ordo. Rodriq. in Summ. tom. 2. cap. 17.
num. 7. Diana part. 1. tr. 6. reſ. 20. Quod idem iterum do-
cuit cum aliis *part. 10. tr. 16. reſol.* 6. Conſiderata æta-
te, de qua effati ſumus, perpendenda eſt eligendi, ſeu
præſentandi vitæ, ac morum honeſtas. Non abludit
ab hoc loco tractare; An, cæteris paribus, præferen-
dus ſit, qui jugiter vixit bonus, vel malus emendatus,
qui per pœnitentiam effectus eſt bonus; & cum diſtin-
25 ctione reſpondeo; Si loquimur de Canonicatu, cui an-
nexa ſit Cura animarum, vel Pœnitentiaria; antepo-
nendus eſt converſus, ut exemplo ſui ſciat aliis com-
pati. *Selv. de Beneſ. loc. cit. quæſt. 2. n.* 39. Quamobrem
ad Papatum electus fuit Petrus, non Joaones, *c. Fide-*
lior. 50. diſt. Rom. ſingul. 205. Secus ad ſimplices Digni-
26 tates, & Canonicatus, ut ſatis docent *Viv. de Jurep. lib.*
12. c. 9. num. 2. & alii.

Et ſciendum, Capitulum non obligari ſub mortali
27 ad hæc eligere digniorem, ſed ſatis eſſe electionem di-
gni. *Vega in Summ. part. 2. cap. 17. caſ. 1. Rodriq. loc. ſta-*
tim cit. tom. 1. cap. 106. nu. 8. & ſequitur *Sanchez. Conſ.*
lib. 2. cap. 5. dub. 2. num. 20. Aliter dicendum de Præ-
bendis, quibus ſit conjuncta Cura animarum, necnon
de Præbendis Theologalibus, & Pœnitentiariis, ob
28 efficacem rationem, quam aſſignant *Leſſ. l. cit. c. 34. diſp.*
14. n. 64. Trulen. in Dec. lib. 7. cap. 11. dub. 8. num. 3. Id-
circò in locis Caſtellæ, Navarræ, & Granatæ, iſtæ
29 dantur per concurſum, ut refert *Bellett. Diſq. Cleric. tit.*
1. §. 4. n. 46. Leviùs peccant Layci præſentando ad ſim-
plices Canonicatus perſooas habiles, prætermiſſis ha-
30 bilioribus, quàm Capitulum, & aliæ perſonæ Eccle-
ſiaſticæ. *Beroia c. Quoniam, num. 102. de Jurepatr. Rot.*
31 *diver. part. 2. dec. 16. num.* 6. Immò ob id in nullam inci-
dunt culpam, ad tradita per *Gratian. diſc. for. c. 251. num.*
46. & Diana Mor. part. 1. tract. 15. reſol. 37. & quia in
hac Collegiata ferè omnes Canonicatus ſunt de Jure-
patronatus Laycorum, operæ pretium duxi deſcribe-
re formulam præſentandi, qua ſæpiùs uſus ſum, ut
Procurator ad id electus.

Coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Epiſco-
po, comparet O. & Procuratorio nomine reverenter
exponit, qualiter D. Antonius, &c. de propriis bonis
olim fundavit Canonicatum, & Præbendam ad Al-
tare Sancti Caroli, ſitum in Inſigni Collegiata Eccle-
ſia Divi Petri Apoſtoli Civitatis Maſſæ, ut patet ex
Literis deſuper expeditis in Curia Epiſcopali Sarzanæ
ſub die &c. quæ Canonicalis Præbenda nuper vaca-
vit, ac modò vacat per obitum admodum Rev. D.
Pauli ultimi ejuſdem Canonicatus, & Præbendæ pa-
cifici poſſeſſoris, extra Romanam Curiam vita fun-
cti ſub die .... menſis Februarii anni 1650. cum-
que ſit, quòd antedictus D. Aotonius, quotieſcunque 32
dicta Caoonicalis Præbenda vacaverit, jus ad eam præ-
ſentandi, & nominandi ſibi, & ſuis hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus reſervaverit, qui ad præſens exiſtunt DD.
NN. veri, ac legitimi Patroni, hique cupientes quan-
to citiùs providere de Canonico ſucceſſore, nè præfa-
ta Eccleſia Collegiata in Divinis detrimentum ullum
patiatur, aotedictus O. uti eorum Procurator, & Pro-
curatorio nomine, præſentavit, & præſentat ad præ-
dictum Canonicatum, & Præbendam, multum R. D.
N. petens, & iſtaas ipſum in Canonicum inſtitui per
Dominationem veſtram Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. ei-
que omnia jura dictæ Canonicalis Præbendæ tradi, &
concedi, jurans, tactis, &c. in animam eorundem Pa-
tronorum, nullam in hoc interveniſſe ſimoniæ labem,
aut illicitam pactionem; ſeu deteſtandam promiſſio-
nem, ſuper quibus, &c. deducens, &c. & prædicta om-
ni meliori modo, &c.

Et advertendum, opus eſſe inſeri in Charta Procu-
ræ in Actis exhibenda, ſpeciale mandatum ad juran- 33
dum, ut ſupra. *Vital. in Clem. unic. de procur.* & ſequi-
tur cum aliis *Covar. tom. 3. pract. QQ. lib. unic. c. 20. n.*
8. ubi de hoc rationem adducit. Facta hujuſmodi præ-
ſentatione, & à nominato acceptata, eidem acquiritur 34
jus ad rem. *Abb. in c. Bertoldus, de re jud. Garz. de Beneſ.*
part. 4. cap. 2. numer. 1. Deindè affigitur Edictum cum
termino competenti ad opponendum. *Marta Digeſt. No-* 35
viſſ. part. 6. tit. Inſtitutio; & nulla relevaoti ſecuta op-
poſitione, ſicut Epiſcopus tenetur Canonicum electum 36
à Capitulo confirmare, ut plenum jus aſſequatur; *Ne-*
guſan. quæſt. 307. numer. 3. Garz. ubi ſupra: ita obligatur 37
præſentatum inſtituere, *c. Poſtquam, de elect.* per quam
inſtitutionem ſtatim à Canonico acquiritur jus in re. 38
Abb. in cap. Lateranenſi, de Præb. Rot. dec. 17. numer. 2.
eodem tit. in noviſ. Antequam electi à Capitulo confir-
mentur, vel præſentati inſtituantur, videre debet E- 39
piſcopus, num ſufficienti ſcientia præditi ſint: *Homob.*
in Comment. part. 1. quæſt. 35. tract. 5. capit. 33. & alii
infra citati.

A R G U M E N T U M.

Qualis ætas requiratur in aſſumendis ad Dignitates, ſive Canonicatus, in Eccleſiis Cathedralibus, ſive Collegiatis; Et quando eiſdem ſit adnexus Ordo Sacer, & de pœnis ſeſe non promoventium ad Ordines requiſitos, tam de Jure, quam ex Fundatione, vel Statuto.

S U M M A R I U M.

1 *In Canonicatibus Eccleſiæ Collegiatæ ſufficit ætas quatuordecim annorum.*

2 *Amplius, etiamſi agatur de Collegiatis Inſignibus.*

3 *Prædicta ætas annorum quatuordecim ſufficit incboata.*

4 *Limita in caſu, quo hujuſmodi Canonicatus, vel Dignitates, habeant ex fundationem, ſive alio titulo, onus canendi Miſſas, Evangelium, aut Epiſtolam.*

5 *Sufficit tamen, quòd obtinens hujuſmodi Canonicatus ſit ea ætate, ut intra annum promoveri poſſit ad Ordinem requiſitum.*

6 *Non dicitur Gratia ſubreptitia, ſi non fuit expreſſum onus Ordinis Sacri adnexi Beneficio, ſi impetrans, ſit conſtitutus in ea ætate, ut infra annum poſſit promoveri ad dictum Ordinem.*

7 *Quando verba Statuti, ſive Fundationis, reſpiciunt actum præſentationis, non ſufficit habilitas ad Ordinem ſuſcipiendum infra annum.*

8 *In hoc caſu non eſt neceſſarius Ordo in actu nominationis, ſed ſufficit adeſſe de tempore præſentationis coram Ordinario.*

9 *Per præſentationem factam coram habente jus inſtituendi, acquiritur jus Præſentato, & ideo tunc requiruntur omnes qualitates volitæ à Fundatione, vel Statuto.*

10 *Quando qualitas Ordinis, ſive alia requiſita per Statutum, ſeu Fundationem ſufficiant habitu, vel requirantur actu, remiſſive.*

11 An

11 *An ætas quatuordecim annorum ſufficiat etiam pro aſſequendis Dignitatibus in Collegiata.*

12 *Reſolvitur* negativè, *quòdque requiratur ætas viginta duorum annorum, & afferuntur plura* Decreta S. Congregationis Concilii.

13 *Quæ ætas requiratur pro obtinendis Dignitatibus, vel Canonicatibus, habentibus adnexum Ordinem Subdiaconatus, Diaconatus, vel Presbyteratus.*

14 *Ætas viginti duorum annorum pro obtinendis Canonicatibus Cathedralis ſufficit incepta.*

15 *Si Epiſcopus ad præſcriptum* Concilii cap. 12. ſeſſ. 23. de reform. *non aſſignaverit Ordines cuicunque Canonicatui, ſufficit in illis aſſequendis ætas viginti duorum annorum.*

16 *Nec prædictis Canonicatibus cenſetur adnexus Ordo Sacer, & affertur* Decretum Sacr. Congregationis.

17 *An non facta dicta diſtributione, ad obtinendos dictos Canonicatus in Cathedrali requirantur anni viginti duo completi.*

18 *Si Canonici habeant ex Statuto onus cantandi Miſſam per Turnum, requiritur pro iis obtinendis ætas viginti quinque annorum inceptorum.*

19 *Eadem ætas requiritur pro obtinendis Canonicatibus Presbyteralibus, tam ex Statuto, quàm ex conſuetudine.*

20 *Item ſi Cura animarum reſidet penes Capitulum, & exercetur per Canonicos, ſecus verò ſi eadem Cura fuerit perpetuò translata in aliquam Dignitatem, ſive Vicarium,* & num. ſequenti.

22 *Collatio Canonicatus, facta non habenti ætatem requiſitam, eſt nulla, & illum obtinens non eſt tutus in conſcientia.*

23 *Amplia, etiamſi deficeret modicum tempus, puta unius diei, vel horæ.*

24 *Et poteſt impetrari à Sede Apoſtolica, tanquam collatus contra formam Concilii.*

25 *Ætas requiſita pro Canonicatibus, & aliis Beneficiis, numeranda eſt à die nativitatis, non Baptiſmatis, & quomodo probetur ætas, remiſſivè.*

26 *Epiſcopus non tenetur deſignare Ordines Sacros Dignitatibus Cathedralis, ſed tantùm Canonicatibus.*

27 *Tempus adſeſe promovendum ad Ordines currit à die habitæ poſſeſſionis.*

28 *Si Beneficium eſſet litigioſum, non curreret dictum tempus, niſi lis fuiſſet affectata.*

29 *Etiam non percipiens fructus Beneficii intra annum tenetur Ordinem ſuſcipere.*

30 *Pœna privationis ob non promotionem ad Ordines non incurritur, niſi poſt factam monitionem.*

31 *Amplia, etiamſi in proviſione Apoſtolica adſit decretum, quòd non ſecuta ſuſceptione Ordinis infra annum, Canonicatus cenſeatur vacare.*

32 *Canonicus diſpenſatus ſuper defectu ætatis cum obligatione ſuſcipiendi Sacros Ordines, cum ad ætatem legitimam pervenerit, ſi dictos Ordines non ſuſceperit, tenetur ad reſtitutionem fructuum, & Diſtributionum, & affertur reſolutio* Sacr. Congreg. Concil.

33 *Si Canonicus non ſit idoneus ad Ordines Sacros ſuſcipiendos, quomodo providendum ſit per Epiſcopum.*

34 *Canonicus, in Sacris non exiſtens, poteſt validè eligi ad officia Capituli.*

35 Sacra Congregatio Concil. *ſolet indulgere, ut proviſus de Canonicatu in Eccleſia, in qua adſit Statutum, excludens Canonicos in Sacris non conſtitutos à perceptione Diſtributionum, poſſit illas nihilominus lucrari.*

36 *Statuta, requirentia ad effectum lucrandi Diſtributiones Ordinum Presbyteratus, non comprehendunt Canonicatus, poſt eadem Statuta erectos, ubi affertur exemplum Archidiaconatus Eccleſiæ Piſtorien.*

37 *Beneficia Parochialia vacant ipſo jure, ob non promotionem ad Sacerdotium infra annum.*

38 *Dignitates, ſive Canonicatus, habentes adnexam Curam animarum, non vacant ipſo jure, ut ſimplices Parochiales, & affertur ratio* num. ſeq.

40 *Licèt Parochus non promotus infra annum ſit ipſo jure privatus Parochiali, attamen eſt citandus, antequam à poſſeſſione amoveatur.*

41 *Recipiens Beneficium Parochiale abſque animo ſeſe promovendi ad Sacerdotium, tenetur ad reſtitutionem fructuum.*

42 *Quod extenditur etiam ad ſuſcipientes cum dicto animo cætera Beneficia.*

43 *Quomodo ſit procedendum ad privationem Dignitatum, ſive Canonicatuum, contra non ſuſcipientes Ordines adnexos, remiſſivè.*

44 *Pœnæ, quas incurrunt Canonici non ſuſcipientes dictos Ordines, ſunt privatio Vocis in Capitulo, & ſubtractio medietatis Diſtributionum quotidianarum,*

45 *Non autem privantur Diſtributionibus manualibus, ſive extraordinariis.*

46 *Pœna ſubtractionis dimidiæ partis Diſtributionum quotidianarum incurritur, etiamſi reliqua pars non ſufficeret ad ſubſtentationem Canonici.*

ANIMADVERSIONES.

HIc opportunè notanda ſunt, quæ peculiari animadverſione ſunt digna circa ætatem, & Ordines Sacros, requiſitos in aſſumendis ad Canonicatus, ſive Dignitates, in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis; & quatenus pertinet ad ætatem, præmittendum eſt, quòd in Canonicatibus Eccleſiæ Collegiatæ ſufficit ætas quatuordecim annorum, ut ſæpè reſolvit
S. Congreg. Conc. teſte *Leon. Theſaur. For. Eccleſ. p. 2. c. 3.* 1
num. 21. Fagn. in c. cum in cunctis, num. 85. de elect. Gratian. diſcept. 482. num. 1. & 9. cum ſeqq. & diſcept. 591. num. 3. & 50. 55. & 52. Gonz. ad Reg. 8. gloſſ. 5. numer. 96. Narbon. de Ætat. art. 14. quæſt. 55. nu. 3. Sperell. dec. 76. num. 18. Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. alleg. 60. num. 71. & de Canon. c. 13. num. 14. Rot. cor. Arguell. deciſ. 34. numer. 34. & 35. & in recent. dec. 766. num. 4. & 5. part. 18. tom. 2. rec.

Quod abſolutè, & indiſtinctè procedit, etiamſi agatur de Canonicatibus Collegiatarum Inſignium, ut pro-
bant *Narbona de ætat. art. 14. quæſt. 55. num. 2. verſ. quod* 2
in Canonicatibus, Garz. de Benef. p. 7. c. 4. num. 39. Gratian. diſcept. 482. num. 12. Sperell. dec. 76. numer. 18. & 19. & ſufficere ætatem quatuordecim annorum ſolum-
modo inchoatam, tradunt *Fagn. in cap. cum in cunctis,* 3
num. 84. de elect. Gratian. d. diſcept. 482. num. 12. Garz. de Benef. p. 7. c. 4. num. 39.

Veruntamen hoc limitandum eſt, ſi hujuſmodi Canonicatus, vel Dignitates in Collegiata, ex fundatione, ſive alio titulo, habeant onus Miſſas, Evange-
lium, aut Epiſtolas cantandi, quo caſu juxta præſcri- 4
ptum *S. Concil. Trid. in c. 4. ſeſſ. 22. de reform.* obtinentes dictos Canonicatus, ſive Dignitates, debent eſſe in ea ætate conſtituti, ut ſaltem infra annum Ordinem requiſitum ſuſcipere valeant, non verò Ordo requiritur
actu de tempore collationis, ſed ſufficit habitu, nem- 5
pè quòd poſſit quis illo intra prædictum tempus inſigniri. *Ricc. diſput. Jur. 190. num. 16.* hinc proindè ſuſtinetur proviſio Apoſtolica de Canonicatu, ſive alio Beneficio, habente onus alicùjus Sacri Ordinis, ſi proviſus ſit in ea ætate conſtitutus, ut illum ſuſcipere valeat, neque propter reticitam hujuſmodi qualitatem, Bene-
ficio annexam, gratia remanet ſubreptitia. *Rot. deciſ.* 6
161. num. 17. & 18. p. 58. rec.

Hoc etiam ſublimitari oportet in caſu, quo qualitas Ordinis ex verbis Fundatoris, ſive Statuti, reſpiceret actum præſentationis, nam tunc non ſufficeret ha-
bilitas ad Ordinem ſuſcipiendum infra annum; ex la- 7
tè deductis per *Fagn. in c. conquerentes, de Cler. non reſid. num. 27. & per ferè per tot. Rot. dec. 550. num. 13. & 14. p. 18. tom. 2. rec. Amyden. de Styl. Datar. lib. 1. c. 15. §. 15. num. 8. & ſeqq.* Quamvis opus non ſit, quòd hujuſmodi, vel alia ſimilis qualitas requiſita per Fundatorem, ſive Statutum, concurrant in actu nominationis, factæ per Canonicum Turnarium, cum ſufficiat adeſſe de tempore, quo ſit actualis Præſentatio coram Su-
periore, ad hoc, ut quis inſtituatur. *Lotter. de Re Be-* 8
nef. lib. 2. quæſt. 47. num. 92. & ſeq. Garz. de Benef. p. 3. c. 159. num. 74. & ſeq. Rot. poſt. Vio. de Jurep. dec. 4. nu. 3. cor. Pen. dec. 2129. num. 37. cor. Coccin. dec. 21. numer. 21. Buratt. dec. 25. num. 6. & dec. 607. numer. 101. p. 5. rec. & in Friſingen. Canonicatus 4. Julii 1692. cor. Molines.
Quia quando ſit coram habente jus inſtituendi, acquiri- 9
tur jus nominato. *Rot. in d. Friſingen. §. Prout,* ideoque

tali

tali caſu requiruntur omnes, qualitates requiſitæ à fun-
datione, vel Statuto, in actu ipſius præſentationis.
Bicb. deciſ. 254. num. 12. Gonz. ad Reg. 8. gloſ. 5. numer.
54. Et generaliter quando qualitates in aſſumendis ad
Canonicatus, vel Beneficia, exigantur de tempore præ-
ſentationis, vel ſufficiat, ut poſtea acquirantur, do-
10 cent Lotter. d. quæſt. 47. numer. 18. Gratian. diſcept. 976.
nu. 18. & ſeqq. Manſ. conſult. 62. & ſeq. conſult. 70. Torr.
de Pact. lib. 2. c. 12. num. 7. Rot. dec. 89. nu. 10. & ſeqq.
p. 11. rec.
Eandem pariter ætatem quatuordecim annorum cen-
ſent aliqui ſufficere pro aſſequendis Dignitatibus in Col-
legiatis, ut apud Ventrigl. part. 2. adnot. 6. §. 1. numer.
14. qui hanc opinionem ait eſſe magis communem, &
11 probabiliorem, quia Concilium ibi loquitur de Digni-
tatibus Cathedralium, undè illius diſpoſitio trahi non
debet ad Dignitates Collegiatarum, ſed de hac ſenten-
12 tia videtur multum dubitandum, tum quia contrarium
ſentiunt Garz. de Beneſ. p. 7. c. 1. num. 59. & 62. Barboſ.
in Summ. Apoſtol. dec. V. Ætas, num. 12. cum aliis relat.
apud eundem Ventrigl. l. cit. & ita reſpondit S. Congreg.
Concil. in N. 25. Maii 1652. Quæritur, an ad obtinendam
Dignitatem in Eccleſia Collegiata, non habentem Curam ani-
marum, requiratur ætas viginti duorum annorum, à S. Con-
greg. Concilii præſcripta in c. 12. verſic. ad cæteras verò Di-
gnitates, ſeſſ. 24. de reform. Sacra &c. reſpondit affirma-
tivè &c. & antea in Taurinen. 21. Aprilis 1583. In qua
eadem Sacra Congregatio cenſuit, Dignitates Eccleſiarum
Collegiatarum comprehendi eodem Decreto Concilii c. 12. ſeſſ.
24. verſ. Ad cæteras autem Dignitates, & clariùs ſub die
23. Junii ejuſdem anni libri 100. Memorialium fol. 9. in
qua cenſuit, Decretum Concil. ſeſſ. 24. c. 12. verſic. Ad
cæteras, comprehendere Dignitates Cathedralium, & Colle-
giatarum Eccleſiarum, neque ad illas adſciſci poſſe eos, qui
viginti duos anno non compleverint. Quod pariter intelli-
gendum eſt, dummodo Dignitati, vel Canonicatui non
immineret Cura animarum, nec per Statutum Ordo Sa-
cer fuerit adnexus, quia in primo caſu requireretur ætas
viginti quinque annorum inceptorum, & in altero ætas
ſufficiens ad ſeſe promovendum infra annum ad Ordi-
nem requiſitum; Undè pro obtinendo Canonicatu, cui
eſt adnexus Ordo Subdiaconatus, ſufficit ætas viginti
annorum completorum, item pro obtinendo Canonica-
13 tu, habente adnexum Ordinem Diaconatus, ſufficit
ætas viginti unius annorum completorum; ac demum
pro obtinendo Canonicatu Presbyterali ſufficit ætas vi-
ginti trium annorum completorum. Campanil. Diverſ.
Canon. rubr. 7. c. 6. num. 26. Garz. de Beneſ. p. 7. c. 4. nu-
14 mer. 21. & ſeq. Ventrigl. d. adnot. 6. num. 15. Et quòd ſuf-
ficiat annus inceptus, declaravit S. Congreg. in Taurinen.
11. Junii 1650. tenoris, ut infra. Archiepiſcopus ſup-
plicat pro declaratione infraſcriptorum dubiorum, An ætas
viginti duorum annorum pro Canonicatibus obtinendis, quo-
rum Præbendæ ſunt Subdiaconales in Eccleſia Cathedra-
li debeat eſſe completa, vel potiùs ſufficiat cepta. Sa-
cra &c. reſpondit, ad primum ſufficere annum 22. in-
ceptum.
In Cathedralibus verò, cum Canonicatus, & Por-
tiones ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 12. de ref. verſ. in omnibus
verò, habere debeant adnexum Ordinem Subdiaconatus,
Diaconatus, vel Presbyterii, ſequitur in conſequen-
tiam, quòd ad illos aſſumendi, debeant habere æta-
tem proportionatam pro ſuſcipiendo Ordine adnexo,
ut ſupra declaratum fuit. Quòd ſi non facta fuerit ad
præſcriptum Concilii in d. c. 12. diſtributio Ordinum
cuicunque Canonicatui, ſeu Portioni, vel alioquin ipſi
non ſit annexus ſpecialiter Ordo Sacer, ſufficit ætas
15 viginti duorum annorum, ut notant Maſsobr. in Prax.
haben. Concur. requiſ. 10. dub. 11. num. 24. Barboſ. de Can.
c. 13. num. 22. Advertendo, quòd non facta tali diſtri-
butione, non cenſetur Canonicatibus adnexus Ordo
16 Sacer, ut reſpondit S. Congr. Conc. in Ipren. 24. Martii
1627. Sacra &c. cenſuit, Canonicatibus non eſſe anne-
xum Ordinem Sacrum, niſi facta diſtributione per Epiſco-
pum juxta Decretum S. Concilii in c. 12. verſic. in omni-
bus, de reform. ut per eadem verba reſpondit etiam in
N. 7. Februarii 1632. & quòd prædicti anni viginti duo
debeant eſſe completi in aſſumendis ad dictas Dignita-
tes, ſeu Canonicatus, tenet Ventrigl. d. adnot. 6. §. 1.
17 num. 16. propter verba Concilii in d. c. 12. quod utitur
formula -- viginti duobus annis non minores -- & hanc
opinionem eſſe magis communem, & in praxi obſer-
vatam teſtatur; qui intelligendus videtur, quatenus
nulla fuerit facta ab Ordinario Ordinum diſtributio, nè
ſit contrarius præallato Decreto S. Congr. Concil. Quod
limitari oportet in caſu, quo juxta Statuta Capituli ſit
diſtributum per Turnum omnibus Canonicis, & Digni-
tatibus, onus cantandi Miſſam Conventualem, quia
in hoc caſu dicitur, Canonicatus habere, onus adne-
xum, quod cum quilibet per ſe adimplere teneatur,
eſt neceſſaria ætas viginti quinque annorum incepto- 18
rum. Barboſ. in Summ. Apoſtol. deciſ. V. Ætas, numer. 16.
cum aliis apud d. Ventrigl. l. cit. num. 17. & cenſuit Sacr.
Congreg. in Auximana 19. Januarii 1649. etiam in caſu,
quo juxta conſuetudinem Canonicatus ſint Presbyte-
rales: Sacra &c. occaſione relationis Status Eccleſiæ
Auximanæ per Eminentiſſimum Epiſcopum exhibi- 19
tæ, cenſuit, conſuetudinem, ut omnes Canonicatus Eccle-
ſiæ Cathedralis Auximanæ ſint Presbyterales, eſſe ſervan-
dam; ad illos autem obtinendos abſque diſpenſatione Apo-
ſtolica requiri ætatem, ut infra tempus à Jure Statutum ob-
tinentes initiari poſſint Ordine Sacerdotali. Itemque quo-
ties Cura animarum reſidet penes Capitulum, & illa
exercetur per unum, aut plures ex Canonicis per heb-
domadas, ſive menſes, juxta electionem, quæ fit ab
eodem Capitulo, quia in hoc caſu quilibet Canoni- 20
cus dici poteſt Curatus, ac proindè habere debet æta-
tem viginti quinque annorum, quod ſecus eſt, ſi Cura
animarum perpetuò commendata, vel tranſlata eſt in
aliquam Dignitatem, vel Canonicatum, cum tunc ſo-
la Dignitas, vel Canonicus, habentes exercitium Cu-
ræ, teneantur habere ætatem prædictam, non verò
cæteri Canonici, licèt penes totum Capitulum reſi-
deat habitualiter Cura animarum, ac multo magis
quando Cura prædicta tranſlata eſt in Vicarium perpe-
tuum, ut obſervat idem Ventrigl. à num. 19. ad 24. & 21
aliis ab eo allegatis.
Notandum eſt, quòd collatio Canonicatus, facta
non habenti ætatem requiſitam, eſt nulla. Pariſ. de Re- 22
ſignat. Benef. lib. 4. quæſt. 9. num. 20. & ſeqq. Garz. de Be-
neſ. p. 7. c. 4. num. 82. Ventrigl. p. 2. adnot. 6. §. 2. numer.
3. quòdque obtinens Beneficium ante legitimam æta-
tem, non ſit tutus in conſcientia, monet Ledeſm. in
Summ. p. 2. tr. 6. c. 27. concl. 17. Quod adeò verum eſt,
ut etiamſi deſit modicum tempus, etiam unius diei, vel
horæ, non poſſit evitari nullitas Collationis, quia in 23
iis, quæ ſunt à Jure determinata, non licet arbitrari.
Garz. l. cit. num. 84. Ventrigl. ubi ſup. numer. 4. Corrad. in
Prax. Diſpenſ. Apoſtolic. lib. 4. c. 1. à num. 17. ad 22. Pani-
moll. dec. 89. adnot. 1. num. 35. Undè Canonicatus colla-
tus non habenti legitimam ætatem, poteſt impetrari à
Sede Apoſtolica, tanquam reſervatus, eo quia collatus
fuit contra formam Concilii Tridentini, cum ex Regu-
la prima Cancellariæ in fine reſerventur Sedi Apoſtoli-
cæ Beneficia omnia, de quibus Ordinarii, vel alii Col-
latores contra Concilii Tridentini Decreta diſpoſua- 24
runt, ut advertit Ventrigl. p. 2. adnot. 2. §. 2. num. 16. &
adnot. 6. §. 2. num. 5. & 7.
Ætas autem requiſita pro Canonicatibus, ſive aliis
Beneficiis, connumeranda eſt, non à die conceptionis, 25
ſed à die nativitatis. Garz. de Beneſic. loc. cit. numer. 89.
Sanch. in Præcept. Decal. lib. 4. c. 35. numer. 4. & ſic non
attenditur dies Baptiſmatis. Barboſ. de Can. c. 13. num.
19. Panimoll. dec. 89. adnot. 1. num. 36. & pluribus rela-
tis idem Ventrigl. part. 2. annot. 6. §. 2. num. 6. ubi ple-
nè de modo probandi ætatem, & in puncto cenſuit
Sacr. Congregatio Concilii in Spoletana 18. Decembris
1626. Sacra &c. reſpondit, ætatem requiſitam à S. Con-
cilio Tridentino computandam eſſe à die Nativitatis, non
Baptiſmi.
Et quoniam ſupra dictum eſt, teneri Epiſcopum
deſignare Ordinem ſingulis Canonicatibus, juxta d. c.
12. Conc. hoc non procedit reſpectu Dignitatum, cum
de iis Concilium non loquatur, ut declaravit Sacra 26
Congregatio in Arben. 19. Decembris 1648. Sacra &c. re-
ſpondit, ex diſpoſitione Sacri Concil. c. 12. ſeſſ. 24. Epiſco-
pum non teneri deſignare, nec diſtribuere ſingulis Dignitatibus
Eccleſiæ Cathedralis Ordinem Sacrum, cum de hujuſmodi
Dignitatibus non loquatur.
Tempus autem ad ſeſe promovendum ad Ordines
Sacros currit ſolummodo à die habitæ poſſeſſionis, dum-
modo per Proviſum non ſteterit quominus antea poſ-
ſeſſio-

27 ſeſſionem acceperit, ut reſpondit eadem S. Congregatio
in N. 13. Septembris 1631. l. 14. Decret. fol. 507. Undè ſi
Beneficium eſſet litigioſum, non curreret tempus præ-
28 dictum, quod tamen probandum eſt ab eo, qui vult evi-
tare privationem. Rebuff. in Prax. Benef. p. 2. de non pro-
motis infra annum, numer. 41. ideoque non evitaret pœ-
nam, qui litem affectatam procuraret. Rebuff. ubi ſupra
n. 42. Van Eſpen. in Jaſ. Eccl. p. 2. tit. 19. c. 3. n. 8. Sicuti
29 ille, qui ex aliquo accidenti fructus non perciperet, cum
nihilominus teneatur Ordinem præſcriptum infra annum
recipere. Rebuff. l. cit. num. 45. quem ſequitur idem Van
Eſpen. num. 10. non tamen incurritur pœna privationis
ea quoquis non fuerit ad Ordinem requiſitum promotus,
30 niſi priùs monitus fuerit, & recuſaverit Ordines ſuſci-
pere. Ventrigl. in Prax. p. 2. adnot. 7. n. 22. Pignatell. con-
ſult. 88. num. 120. tom. 9. Rot. poſt conſ. Farin. deciſ. 179.
num. 9. dec. 255. num. 2. p. 3. rec. & in Lauretana Manu-
tentionis 25. Januarii 1700. §. Objectam, in fin. cor. dell'Ol-
mo. Quod adeo verum eſt, ut hoc procedat etiam in
proviſo de Canonicatu in Cathedrali à Sede Apoſtolica
cum expreſſa conditione ſeſe promovendi ad Ordines Sa-
cros infra annum, aliàs eo ipſo cenſeatur Canonicatus
vacare, quia nihilominus privatio non inducitur, niſi
31 præceſſerit Judicis monitio. Rot. cor. Coccin. deciſ. 2285.
num. 6. & ſeqq. & in d. Lauretana §. Objectum. Verum ta-
men eſt, quòd Canonicus diſpenſatus ſuper defectu æta-
32 tis cum obligatione ſuſcipiendi Sacros Ordines cum pri-
mum ad ætatem legitimam pervenerit, ſi illos non ſu-
ſceperit, tenetur ad fructuum perceptorum, & Diſtri-
butionum reſtitutionem, ut reſolvit S. Congr. Concil. in
Florentina 12. Maii 1697. lib. 47. Decr. fol. 5. licèt agere-
tur de caſu, quo Canonicus non ſuſceperat Ordinem
Subdiaconatus poſt quam ad ætatem 21. annorum perve-
nerat, putans, quòd Concilium præſcribens ætatem
viginti duorum annorum, intelligeretur de annis com-
pletis, non autem inceptis; & denegavit Oratori con-
donationem dictarum Diſtributionum.

Quomodo autem providendum ſit in caſu, quo Ca-
nonicus non ſit idoneus ad ſuſcipiendum Ordinem re-
quiſitum, declaravit S. Congregatio in Mutinen. 13. Se-
ptembris 1653. l. 19. Decret. fol. 277. -- Quæritur, An
Canonicus, qui non ſit idoneus, cogi debeat ad ſuſcipiendos
Ordines Sacros, & quatenus cogi non debeat, in quo punien-
dus erit? Sacra &c. reſpondit, Canonicum non idoneum
33 cogi non debere ad ſuſcipiendos Ordines Sacros, ſed eſſe pri-
vandum voce activa, & paſſiva, & Epiſcopi muneris eſſe,
ut proviſio de Canonicatu illi facta teneat ad præſcriptam
c. 4. ſeſſ. 22.

Licèt autem Canonici in Sacris non conſtituti non
habeant Vocem in Capitulo, attamen poſſunt validè
34 eligi ad officia ipſius Capituli, ut cenſuit S. Congregatio
Concilii in Camerinen. 23. Novembris 1641. Et quatenus
per Statuta Capitularia ante ætatem præſcriptam, vel
Ordinem ſuſceptum, excluderentur à perceptione Di-
ſtributionum, ſolet à Sacra Congregatione Concilii in-
35 dulgeri hujuſmodi facultas pro tempore ſibi bene viſo,
ut in Florentina 3. Jaaii 1690. & in Piſtor. 4. Septembris
1700. in qua non obſtantibus Statutis noſtræ Cathedra-
lis, juxta quæ omnes Canonicatus antiquæ fundatio-
nis participantes, nuncupati ſunt Sacerdotales, indul-
ſit D. Octavio de Sozziſantis Concanonico, & amiciſſi-
mo meo, ut de Canonicatu, non obſtante defectu æta-
tis provideri poſſet, ac lucrari omnes fructus, & Di-
ſtributiones, ita tamen ut cum primum ad ætatem le-
gitimam perveniſſet, teneretur Ordines Sacros ſuſci-
pere, aliàs diſpoſitioni Clem. ut ii de ætat. & qualit. ſub-
jaceret.

Notandum verò eſt, quòd hujuſmodi Statuta, requi-
rentia in aſſumendis ad Canonicatus, vel ad effectum
lucrandi Diſtributiones, aliquem ex Sacris Ordinibus,
non procedunt reſpectu Canonicorum, qui poſſideant
Præbendas erectas poſt editionem eorundem Statuto-
rum, in quibus, vel forma fundationis, vel Jus Com-
mune ſervari debet. Undè Archidiaconatum Eccleſiæ
Piſtorienſis, non obſtantibus Conſtitutionibus Capitu-
laribus à Sede Apoſtolica confirmatis, juxta quas om-
nes Canonicatus ſunt Presbyterales, non requirere di-
ctum Ordinem, ſive ætatem ad ſuſcipiendum Ordinem
36 Presbyterii, ſed tantùm Diaconatus, reſpondit Rot.
dec. 687. n. 6. & 7. p. 3. rec.

Quanquam ſupra dictum fuerit, privationem Cano-
nicatus non induci ipſo facto ob non ſuſceptionem Or-
dinis adnexi, ſeu aliàs requiſiti, hoc non procedit re-
ſpectu Beneficii Parochialis, quia Parochialium Bene-
ficiorum poſſeſſores non promoti infra annum, nulla et-
iam præmiſſa monitione privati remanent eiſdem Bene-
ficiis, ita, & taliter, ut nec ipſius iteratò ea vice poſ-
ſint conferri, juxt. Text. in c. Licèt Can. de elect. in 6. jun- 37
cto Text. in c. commiſſa, eodem tit. in 6. Van Eſpen. in Jus
Eccl. p. 2. tit 19. c. 4. n. 13. Et quamvis dubitari poſſet,
an ſub diſpoſitione prædictorum Canonum comprehen-
derentur etiam Dignitates, ſeu Canonicatus habentes
adnexam Curam animarum, attamen communis opinio
eſt negativa, quia Bonifacius VIII. in cap. Statutum, de
elect. in 6. declaravit, Conſtitutionem Greg. X. in Con- 38
cilio Lugdunenſi in dicto Can. Licèt, ad Collegiatas Ec-
cleſias, etiamſi aliàs Parochiales extiterint, non ex-
tendi, ſed antiqua jura quoad eas eſſe ſervanda, quæ
jura habentur in c. 7. extra de elect. in quo præcipitur, ut
Beneficia, & Dignitates cum Cura animarum obtinen-
tes, tempore à Canonibus præfixo ad Sacerdotium pro-
moveantur, non tamen contra eos pœna privationis in-
fligitur ipſo jure: Undè cum Text. in d. c. licèt ſit pœna-
lis, & loqualis, & loquatur contra obtinentes Benefi-
cia Parochialia, ſtrictè intelligendus venit de Benefi-
ciis, quæ propriè, & ſimpliciter ſunt Parochialia, non 39
autem de iis, quæ ſolummodo habent adnexam Cu-
ram animarum, ut notant Rebuff. in Prax. Benef. tit. de
non promotis num. 30. & 60. Van Eſpen. ubi ſup. d. cap. 3.
num. 14. & 15.

Licèt autem non promotus infra annum à die adeptæ
poſſeſſionis Beneficii Parochialis, ipſo jure privatus cen-
ſeatur, ita ut Beneficium impetrari poſſit tanquam va-
cans, nihilominus antequam à poſſeſſione amoveatur,
citari debet, & audiri, non quidem, ut contra eum fe-
ratur ſententia privationis, quæ jam à Jure lata eſt,
ſed ut conſtet, an ſubeſſe poſſit aliquod legitimum im-
pedimentum, quod eum à pœna privationis eximere va- 40
leat, juxta Text. in c. licèt Epiſcopus, de Præb. in 6. Re-
buff. ubi ſup. num. 2.

Illud advertendum, quòd recipiens Beneficium Pa-
rochiale abſque animo ſeſe promovendi ad Sacerdo-
tium, tenetur reſtituere Eccleſiæ fructus, etiam intra
annum perceptos, niſi mutata voluntate poſtea intra di-
ctum tempus promoveri ſe fecerit, ut ſtatutum fuit per 41
dictum Bonifacium VIII. in d. c. commiſſa, de elect. in 6.
cujus Textus diſpoſitionem habere locum etiam con-
tra eos, qui Beneficia obtinent requirentia Ordinem
Sacrum, licèt non Parochialia, ita ut etiam ii tenean-
tur reſtituere fructus perceptos intra annum, qui ani-
mo ſeſe non promovendi ad Ordines requiſitos eadem 42
Beneficia receperunt, firmat Garz. de Benef. p. 3. c. 4.
num. 37. Pariſ. de Reſign. Benef. lib. 9. quæſt. 10. num. 4.
Van Eſpen. l. cit. num. 20.

Quomodo autem ſit procedendum ad pœnam priva-
tionis contra non ſuſcipientes Ordines adneaos Cano-
nicatibus, ſive Dignitatibus, aliiſque Beneficiis non 43
Parochialibus, latè oſtendit Fagnan. in cap. quærit, de
ætat. & qualit. Ordinandor. Et inter pœnas, quas incur-
runt non ſeſe promoventes, legitimo impedimento ceſ-
ſante, ad Sacros Ordines adnexos Præbendis in Ca-
thedralibus, & Collegiatis juxta ſtatuta in Concilio
Viennen. recenſentur primò, ut Vocem non habeant 44
in Capitulo, ac ſecundò, quòd eis ſubtrahi debeat
media pars Diſtributionum, quæ dantur iis, qui Horis
Canonicis interſunt. Quod intelligendum eſt de iis
Diſtributionibus, quæ dicuntur quotidianæ, non au-
tem de eatraordinariis, quæ dantur pro Funeribus,
ſeu Anniverſariis Defunctorum, ac ſimilibus, quæ la-
to modo ſub Diſtributionum nomine comprehenduntur. 45
Monet. de Diſtrib. Quotid. p. 1. quæſt. 3. n. 12. Panimoll. dec.
89. adnot. 1. nu. 31. Quæ pœna ſubtractionis dimidiæ
partis Diſtributionum incurritur, etiamſi alia dimidia
non ſufficiat ad ſubſtentationem, & licèt non promo- 46
tus interſit Divinis, & Officium recitet. Barb. de Can.
c. 16. n. 13. & ſeqq. Panimoll. ubi ſup. n. 33.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

De idoneitate requiſita ad obtinenda ſimplicia Beneficia, & Canonicatus, ac de examine præmittendo ab Epiſcopo. De poſſeſſione Præbendæ Canonicalis. Quid requiratur ad ejus validitatem; tam ſi ſit liberæ collationis Capituli, quàm ſi ſit de Jurepatronatus, ac de forma ſervanda in traditione dictæ poſſeſſionis.

SUMMARIUM.

1 *Ad Beneficia ſimplicia, ſufficit ſcire legere; major autem ſcientia requiritur ad Canonicatus, & de ratione*, & num. 2.
3 *Et talis ſcientia neceſſaria eſt tempore examinis.*
4 *Et ejuſdem ſcientiæ privatio excludit à Canonicatu.*
5 *Neſcientes benè legere Epiſcopus diſpenſare non valet, ut Canonicatum conſequantur, & affertur ratio*, & num. 6.
7 *Canonici, carentes hujuſmodi literatura, ſunt irregulares.*
8 *Non ſolùm peccat Capitulum conferendo Canonicatum indignis, ſed etiam acceptantes, ſciendo ſe eſſe tales.*
9 *Idem dicendum de eo, qui ſe novit indoctum, & facit ſe promoveri ad Doctoratus gradum.*
10 *Ad Canonicatum, & Præbendam vacantem, cui eſt annexa Cura animarum, ſtrictius adhibetur examen.*
11 *Nec omitti poteſt, licèt notoriè conſtet de idoneitate confirmandi, vel inſtituendi.*
12 *Examen faciendum eſt coram Epiſcopo ab Examinatoribus Synodalibus.*
13 *Quid in Canonicatibus de Jurepatronatus Laycorum?*
14 *Proviſus à Papa de Canonicatu, quando non ſit examinandus ab Epiſcopo*, & num. 15.
16 *Canonicus ſemel examinatus ab Examinatoribus Urbis ad Canonicatum, ibidem adeptum, eo relicto, ſi alibi eligatur ad ſimplicem Præbendam Canonicalem, non eſt denuò examinandus.*
17 *In Curia Epiſcopali Neapolitana, examinatus, & approbatus ad Dignitatem, vel Canonicatum in Metropolitana, non ampliùs examinari debet ad ſimilia in Collegiatis ejuſdem Regni.*
18 *Quod exemplum ab aliis Epiſcopis amplexum fuit.*
19 *Quo tamen ad literaturam, non quoad vitæ, ac morum honeſtatem.*
20 *Poſt hujuſmodi examen, nullum tempus præſcribitur Epiſcopo ad inſtitutionem, ſeu confirmationem Canonici.*
21 *Quod tamen non poteſt ſine cauſa differri, aliàs datur appellatio.*
22 *Poſt hæc requiritur miſſio in Canonicatus, & Præbendæ poſſeſſionem.*
23 *Eam autem regulariter nemo apprehendere poteſt propria auctoritate.*
24 *An, & quando poſſeſſio dari debeat novo Canonico Capitulariter*, & num. 25. 26. & 27.
28 *Poſſeſſio à novo Canonico, non Capitulariter capta, tacitè, ratificata cenſetur, & quomodo.*
29 *Capitulo poſſeſſionem Proviſo dare recuſante, poteſt hic illam particulariter capere.*
30 *Præmiſſa tamen inſtantia de poſſeſſione, necnon proteſtatione de intereſſe, & diſtributionibus.*
31 *Canonicum, ab Ordinario ad Canonicatum inſtitutum ad præſentationem Patronorum Laicorum, ſeu ab eodem proviſum, tenentur Capitulares, lectis Epiſcopi literis, in poſſeſſionem immittere.*
32 *Ad quem actum neceſſe non eſt Canonicos abſentes vocare.*
33 *Immò paucis ex præſentibus, vel majori parte id facere recuſante, poteſt per duos vel etiam unum de Capitulo in poſſeſſionem immitti.*
34 *Quid ſi omnes, & ſinguli id efficere renuant*, & num. 35.
36 *Poſſeſſio Dignitatis, quæ non ſit de Capitulo, opus non eſt quòd Capitulariter ſumatur.*
37 *Immò nec poſſeſſio Primæ Dignitatis, neceſſariò ſumenda eſt Capitulariter.*
38 *Per quos actus capiatur poſſeſſio Dignitatum, ſeu Canonicatuum.*
39 *Poſſeſſio Bonorum, & reddituum Præbendæ Canonicatus, ſeu Dignitatis, venit in ſequelam prædictæ poſſeſſionis.*
40 *Quæ ſolemnitates, & ritus ſint ſervandi in tradenda hac poſſeſſione*, & num. 41.
42 *Quæ inferenda ſint in Inſtrumento, ſuper dicta poſſeſſione per Notarium Capituli conficiendo, in Canonicatibus de Collatione Capituli.*
43 *Antequam Canonicus, in poſſeſſionem inductus, ad Diſtributiones admittatur, ex particularibus plurium Eccleſiarum Statutis, examen Cantus firmi ſubire debet, & quæ ſint partes eorum, qui ad id à Capitulo deputati ſunt.*
44 *Capitulum, & Canonici, ſuper dicto Statuto ſe fundantes, ſunt legitimi contradictores, & poſſunt id etiam ante datam poſſeſſionem opponere.*
45 *Epiſcopus videre debet in Viſitatione, an Canonici admiſſi ſint juxta memoratum Statutum, vel non; & ignaros Cantus Gregoriani privari mandet Diſtributionibus, quouſque illum addiſcant.*
46 *Magis refert, Canonicum ſcire Cantum firmum, quàm linguam latinam.*
47 *Poteſt Epiſcopus Canonicos compellere ad apprehendendum Cantum Gregorianum, etiam fructuum Præbendæ ſubtractione.*
48 *Quod præſtat efficere cum illis, qui hanc ſcientiam addiſcere negligunt.*
49 *Malè meriti egeſtate laborare debent.*

TITULUS IX.

AD Beneficia ſimplicia, ſufficit, quòd ſciant tan- 1
tum legere; ad Canonicatus autem ubi requiri-
tur induſtria, & conſilium, requiritur major ſcientia,
nè ad Capitulum conveniant oves, & boves. *Maſobr.*
l. cit. requiſ. 8. dub. 5. num. 4. Bellett. l. cit. §. 4. nu. 28.
Campaal. rubr. 5. c. 4. anm. 13. & ad minus debent ſci- 2
re benè legere, conſtruere, ac declarare. *gloſ. in Clem.*
1. de conceſs. Præb. Ricc. p. 4. deciſ. 140. num. 3. & Card.
Paleot. in Archiep. Bon. p. 4. tit. de Canon. Atque inſinuata
ſcientia eſt neceſſaria in Canonicando tempore exami- 3
nis, *cap. Si eo tempore, ubi gloſ. de reſcript. in 6.* & ob-
ſervat *Poſt. dec. 542. num. 6.* & prædictorum ignorantia 4
excludit à Canonicatu. *Viv. c. Qualiter, de elect. Archid.*
in c. Statutum, de reſcript. in 6. & Additionator *Abb. ſu-*
per c. in noſtra, eod. tit. Nec Epiſcopus poteſt diſpenſa- 5
re cum neſcientibus benè legere, ut conſequantur Ca-
nonicatum. *Felyn. in cap. Poſtulaſtis, anm. 4. de reſcript.*
Avil. de Cenſ. dub. 4. diſput. 1. p. 7. Rot. dec. 11. de prob. in
antiq. Ratio eſt, quia hujuſmodi literatura eſt de jure 6
Divino in Canonicis. *Pyrr. Corrad. l. cit. lib. 4. c. 2. num.*
64. & ea carentes ſunt irregulares, ut inquit *Zipeus lib.* 7
3. tit. de ordin. Idcircò non ſolùm peccat Capitulum
conferendo Canonicatum indignis, ſed & hi acceptan- 8
tes, noſcendo ſe eſſe tales; *Trott. de Perfect. Cler. capit.*
36. & dixit *gloſ. in Clem. 2. de mag.* ubi hoc idem docet
de eo, qui ſe noſcit indoctum, & facit ſe promoveri
ad Doctoratus gradum; de quibus videantur *Alciat. in* 9
addit. ad Decret. d. tit. lib. 5. Homob. l. cit. p. 2. tr. 11. c.
4. quæſt. 4. reſ. 2. Quando Canonicatui, & Præbendæ
vacanti ineſt principaliter annexa Cura animarum, ſtri- 10
ctius adhibetur examen, *c. Cum illis, tit. de Præb. in 6.*
quod eum in hoc caſu ſit de forma, ex *Concil. Trid. ſeſs.*
24. c. 18. de ref. nullatenus prætermitti poteſt, quam- 11
vis confirmandus, vel inſtituendus reputetur idoneus,
ac notoriè conſtet de ejus idoneitate. *Antonell. de Reg. Ec-*
cleſ. Epiſc. lib. 3. c. 5. num. 4. & determinavit *S. Cong.*
Conc. apud Barb. de Off. & Pot. Epiſc. alleg. 72. num. 120.
Examen coram Epiſcopo faciendum eſt ab Examina-
toribus Synodalibus, ut ſatis probat *Diana Mor. p. 9. tr.* 12
8. in Miſcell. reſol. 26. In ſimplicibus autem Canonica-
tibus de Jurepatronatus Laicorum, non ſolùm, an-
nuente Epiſcopo, fieri poteſt examen ab his, qui non 13
ſunt Examinatores Synodales, ſed ſi Epiſcopo libue-
rit, prætermitti poteſt, dum ad Canonicatum præſen-
tati idoneitas nota ſit, *c. Valdè diſt. 94. clem. Nè Roman.*
de Jurejur. gloſ. in c. Epiſcopus 2. diſt. 24. & in c. de Pe-
tro, diſt. 47. Innoc. in c. Jamdudum, de Præb. Abb. in c.
Fraternitatis, de Cleric. non reſid. Cavall. quæſt. 302. nu-
mer. 17.

14 *mer.* 17. Proviſus à Papa de Canonicatu in forma *di-*
gnum, non examinatur ab Epiſcopo circa literaturam,
ſi ille ſit Sacris initiatus. *Maſſobr. l. cit. requiſ.* 10. *dub.*
4. *Gordon. ubi ſupr. lib.* 8. *quæſt.* 2. *c.* 3. Secus ſi Cano-
15 nicatus fuerit impetratus in forma Commiſſaria. *Rot.*
deciſ. 53. *de conceſſ. Præb. in antiq.* De his clauſulis vi-
deantur *Marta Digeſt. Noviſs. l. cit. tit. Præſentatus*, *c.* 8.
Barboſ. clauſ. 66.

Canonicus ſemel examinatus ab Examinatoribus
Urbis ad Canonicatum ibidem adeptum; eo relicto,
non examinatur denuò, ſi alibi eligatur, vel nomine-
tur ad ſimplicem Præbendam Canonicalem vacantem
16 ita cenſuit *Sacr. Congr. Conc.* teſtibus *Card. Bellarm. in*
Declar. ad Conc. Trid. ſeſſ. 24. *cap.* 12. *Farinac. ibid. Mar-*
zill. ubi ſupra, tit. de Præb. fol. 134. In Curia Epiſcopa-
li Neapolitana examinatum, & approbatum ad Di-
17 gnitatem, vel Canonicatum in Metropolitana, non
ampliùs examinari ad ſimilia in Collegiatis ejuſdem
Regni teſtatur *Ricc. in Prax. part.* 4. *reſol.* 69. *numer.* 5.
18 Quod exemplum ab aliis Epiſcopis laudabiliter fuit
amplexum, ad tradita per *Maſſobr. loc. ſtatim cit. præl.* 3.
dub. 3. *n.* 24. ſubaudi quoad literaturam, non autem circa
19 vitæ, ac morum honeſtatem; etenim illa in dies cre-
ſcit, hæc verò mutatur, & ſæpè in pejus, ut benè
inquit *Caputaq. dec.* 365. *part.* 2. Poſt examen ſupradi-
20 ctum, nullum Epiſcopo à jure præſcribitur tempus con-
firmandi collationem, ſeu faciendi inſtitutionem Ca-
nonici, ut notat *Caſtr. Pal. loc. cit. tit. de Ben. pun.* 5.
num. 8. Quod tamen non poteſt ſine cauſa differre, ſed
21 tenetur quanto citiùs efficere, aliàs Canonicandus ha-
bet jus appellandi ad Superiorem, ita DD. apud *Ricc.*
loc. cit. reſ. 403. Confecta ab Epiſcopo dicta confirmatio-
ne, ſeu inſtitutione, nec non examine circa ſcientiam,
22 & mores, requiritur miſſio in Canonicatus, & Præ-
bendæ poſſeſſionem, quæ eſt complementum juris Spi-
ritualis, ut docet *Sanctor. part.* 2. *de Pæn. cap.* 13. eam-
que regulariter nemini licet propria auctoritate appre-
23 hendere, ut ex *cap. Cum acceſſiſſent, de reſt. ſpoliat.* tra-
dunt *Covar. Var. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 8. & *Nald. V. Cano-*
nicus num. 4. ſed ſi Canonicalis Præbenda exiſtat ele-
ctionis, vel collationis Capituli, poſſeſſio datur per Ca-
24 pitulum legitimè congregatum, vel per alium de ejus
ordine. *Caſsad. dec.* 8. *de conſ. poſs. Buratt. dec.* 522. *nu.*
10. *in addit. Penia dec.* 696. *num.* 1. *part.* 1. *Rot. part.* 2.
diver. dec. 701. *num.* 5. Aliàs non Capitulariter tradita,
25 non eſt conſiderabilis. *gloſ. in cap. Si Capitulo, de con-*
ceſs. præb. in 6. *Mart. loc. cit. tom.* 6. *cap.* 10. *tit. Canoni-*
cus. Farinacc. dec. 701. *num.* 5. *part.* 2. Valet autem,
26 ſi in illa Eccleſia adſit conſuetudo, quòd proviſus di-
ctam poſſeſſionem apprehendat non Capitulariter. *Jo.*
And. Ant. de Butr. in cap. Ex literis, de reſcript. & ſe-
quitur Rot. apud *Buratt. dec.* 249. *n.* 2. quia non eſt ir-
rationabilis; ſiquidem ex collatione jam facta per Ca-
27 pitulum congregatum, & Epiſcopi confirmatione,
plenè adeptus fuit jura Canonicalia, ut conſiderant
Innoc. in cap. cum in jure, de elect. Fely. in capit. cum
ſuper, de accuſ. & *Petr. à B. in Direct. p. part. cap.* 7. *num.*
2. Semota hujuſmodi conſuetudine, interdicta poſſeſ-
ſio, non capta Capitulariter, adhuc ratificatur per pa-
28 tientiam Canonicorum, videlicet admittendo ſine ul-
la contradictione, ut ſupra, proviſum ad omnes actus,
Canonicis tantùm competentes, ut dare vocem in Ca-
pitulo, ſedere in Stallo Chori in habitu Canonicali,
& ſimilibus. *Rot. p.* 1. *diver. dec.* 91. *num* 6. *Poſt. deciſ.*
612. *num.* 5. Si Capitulum poſt electionem à ſe factam,
29 & Epiſcopi confirmationem, actualem poſſeſſionem
proviſo tribuere indebitè recuſaret, huic liceret parti-
culariter eam ſumere. *Penia dec.* 529. *num.* 1. *part.* 2.
Farin. dec. 686. *num.* 2. *in poſth.* Inſtando tamen priùs
Capituli, ut ſe in poſſeſſionem immittat, quia inten-
dit ſervire; & ſimul proteſtando de quolibet intereſ-
ſe, & præſertim de Diſtributionibus, & ſic obtine-
30 bit hæc omnia. *Penia deciſ.* 696. *numer.* 1. *part.* 1. *Put.*
dec. 233. *part.* 1.

Canonicum, ab Ordinario inſtitutum ad Præben-
dam Canonicalem de Jurepatronatus Laicorum, vel
aliàs ab eodem proviſum de alia ſibi omninò ſpectan-
31 te, omnes Capitulares præſentes in Capitulo, viſis,
ac lectis literis Epiſcopi, ibidem præſentatis, in qui-
bus committitur Capitulo, & Canonicis, ut recipiant
talem in Canonicum, & Fratrem, tenentur eum in
poſſeſſionem immittere, *cap. eum, de Præb. in* 6. *Nav.*
conſ. 1. *tit. de dol.* & *contum. Cardin. Tuſc. lit. C. concl.* 47.
ad quem actum non eſt neceſſe convocare Canonicos 32
abſentes. *Ripa in c. Indultum num.* 4. *de reſcript. Gemin.*
conſ. 84. *in fin.* Immò paucis in eo Capitulo præſenti- 33
bus, vel majori parte id facere recuſante, poteſt in poſ-
ſeſſionem immitti per quatuor, duos, vel unum de Ca-
pitulo. *Archid. in c. Si Capitulo, de conceſs. Præb. lib.* 6.
Lotther. l. cit. lib. 3. *quæſt.* 3. *num.* 35. Quòd ſi omnes, &
ſinguli ejuſdem Eccleſiæ Canonici id efficere renuant,
poterit proviſus in poſſeſſionem induci à quolibet Cle- 34
rico, etiam alterius Eccleſiæ, adhibito Notario jux-
ta ſolitum. *Rebuff. conſ.* 36. *num. ult. Caſtr. Pal. ubi ſupr.*
diſp. 2. *punct.* 32. *num.* 4. Ratio eſt, quia tali caſu agi- 35
tur de executione nuda facti; *gloſ. in capit.* 1. *de reb. Ec-*
cleſ. non alien. Villag. l. cit. part. 1. *cap.* 10. *num.* 8. *Raguc.*
de Voc. quæſt. 18. *numer.* 15. & *Rot. apud Buratt. dec.* 522.
num. 21. Poſſeſſio Dignitatis, quæ non ſit de Capitu- 36
lo, non eſt opus, quòd capitulariter deſumatur. *gloſ.*
in Clem. 1. *de reg. utr. jur. V. inibi. Poſt. obſerv.* 30. *num.* 3.
& *dec.* 575. *num.* 5. Quinimmò poſſeſſio primæ Digni-
tatis, quæ fuit proviſa à Papa, non eſt neceſſariò ſu-
menda capitulariter, ita reſolutum fuit à *Rot. in una Pa-*
pien. ſub die 5. *Maii* 1584. & propterea poſſeſſio moder-
ni Abbatis hujus Collegiatæ, cujus proviſio ſpectat ad 37
Summum Pontificem, de mandato Epiſcopi fuit data
per duos Canonicos antiquiores. Poſſeſſio Dignitatum,
& Canonicatuum, ſufficienter capitur per aſſignatio- 38
nem Stalli in Choro, & loci in Capitulo. *Abb. in cap.*
Tranſmiſſum, num. 3. *de elect. Buratt. dec.* 249. *num.* 2. &
Rot. part. 6. *diverſ. dec.* 233. *num.* 4. Qua poſſeſſione ap-
prehenſa, cenſetur capta actualis poſſeſſio omnium bo- 39
norum, redituum, & jurium vacantium, ac pertinen-
tium ad eandem Dignitatem, vel Canonicalem Præben-
dam. *Covar. Var. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 16. *Caſtr. Pal. l. ſta-*
tim cit. num. ult. & *Ludoviſ. dec.* 54.

In tradenda poſſeſſione Dignitatis, vel Canonicatus,
ampliùs ſervandæ ſunt aliæ Solemnitates juxta Statu-
ta, & Eccleſiarum conſuetudines. In nonnullis Col-
legiatis admitti ad poſſeſſionem obtenti Canonicatus cu-
piens, ſuam voluntatem omnibus, & ſingulis Capitu-
laribus pro certa die, & hora prænunciat, hiſque capi-
tulariter ſuo tempore coadunatis, Literas de eo in poſ-
ſeſſionem Canonicalis Præbendæ immittendo, commiſ-
ſionem continentes, præſentat, quibus reverenter ab
eis receptis, & recognitis, ac à Notario Capituli al- 40
ta, & intelligibili voce perlectis, Canonicus ejuſdem
Ordinis junior eundem proviſum ad Altare, ubi ejus
Præbenda fuit inſtituta, perducit, & cornu Altaris
ab utroque latere amplecti, & deoſculari facit, & con-
feſtim deducit in Chorum ad ſedendum aliquantiſper in
ſuo Stallo, exindè ipſum reducit ad locum Capitula-
rem, ibique Choralibus veſtibus miniſterio alicujus Ca-
pellani, vel minoris Clerici indutus, cum omni mode-
ſtia inſtar in fratrem recipi, cui dignior de Capitulo no-
mine proprio, ac omnium Canonicorum hilari vultu re-
ſpondet, ſe æquo animo in ſocium, & fratrem à cunctis
recipi, certam ſpem concipiendo, ejus ſervitium non
parum utilitatis Eccleſiæ, & Capitulo allaturum; ip-
ſum paternè admoneat de neceſſitate ſervandi Statuta,
& laudablies Eccleſiæ conſuetudines, & ſic contentum
eſſe, hoc idem juramento affirmare. Qui novus Cano-
nicus, tactis Evangeliis, Statutorum, & dictarum con-
ſuetudinum obſervantiam expreſſis verbis promptè jura-
bit. *Gemin. in capit. contingit, de jurejur. Molan. de Can. l.*
ſupra cit. His peractis, præfatus Canonicus ex juniori-
bus huic moderno locum ſuum in Capitulo aſſignat; &
poſtquam tantiſper ibi ſederit, de hujuſmodi inſtalla- 41
tione grates debitas Præpoſito, & aliis Capitularibus
reddit, qui, ut animorum conjunctionem oſtendant,
mutuo charitatis amplexu, incipiendo à dignioribus,
novum Canonicum ad oſculum Pacis admittunt, de qui-
bus omnibus ſe rogat antedictus Capituli Notarius; col-
liguntur *Rebuff. in Prax. part.* 1. §. *De miſſ. in poſſeſſ. Rot.*
part. 7. *diverſ. dec.* 33. *num.* 4. & *Caſtald. l. cit.* In Cano-
nicatibus de collatione Capituli, debet poni in eodem
inſtrumento, non ſolùm poſſeſſionem fuiſſe datam ſer- 42
vatis ſervandis, ſed & captam fuiſſe omnibus Canoni-
cis, vel ſaltem in majori parte præſentibus, & ample-
xantibus. *Oldrad. conſ.* 362. *num.* 4. *Buratt. dec.* 522. *nu.*
5. *Rot. p.* 3. *diverſ. dec.* 632. & 646. *num.* 5.

De-

Digitized by Google

Denique Canonicus inductus in poſſeſſionem, ut ſu-
pra, priuſquam admittatur ad Diſtributiones, examinan-
dus eſt circa Cantum firmum, quod examen faciendum
eſt à duobus Canonicis peritis, à Capitulo ſelectis, &
43 deputatis, quorum partes erunt Capitulo Canonicè con-
gregato referre, qualem, & quantam Cantus peritiam
in eo repererint, ut ſic à majori parte Capituli ſecretis
ſuffragiis reſolvatur, an ſit admittendus ad Diſtributio-
nes quotidianas. Ita in pluribus Eccleſiis per Statuta
diſponitur, ut informant *Monet. de Diſtrib. p. 2. quæſt. 19. num. 35. Gavan. in Man. V, Canon. Diſtrib. num. 6. & Trullen. in Decal. lib. 1. c. 8. dub. 2. in fin.*

Capitulum, & Canonici; ſe fundantes in Statuto,
requirente, Canonicum, noviter Præbendam adeptum,
ſcire debere Cantum Gregorianum, & ſuper hoc eſſe
44 examinandum, ſunt legitimi contradictores, & poſ-
ſunt id opponere, etiam ante datam poſſeſſionem, ex
Rot. p. 6. diverſ. dec. 27. num. ultim. & dec. 352. num. 5.
Videat Epiſcopus in Viſitatione; An Canonici fuerint
admiſſi contra formam dicti Statuti, & ignorantes in
45 Cantu firmo, mandet privari Diſtributionibus, quo-
adusque addiſcant, prout benè diſponitur in Conſtitu-
tionibus Cremonen. quæ ſervantur, tam in Civitate,
quàm in Diœceſi: Tam turpe eſt Canonico Cantum
firmum ignorare, quàm literas, ad tradita per *Caſſan in Cath. Glor. Mun. p. 11. conſid. 45.* Immò plus eſſe pon-
46 derandum, ut Canonicus benè cantet, quàm ſciat lin-
guam Latinam, inquit *Staph. l. cit. fol. 44.* Et Epiſco-
pus non ſolùm poteſt Canonicos, neſcientes canere cum
nota, compellere ad comprehendendum Cantum Gre-
47 gorianum amiſſione Diſtributionum, ſed & ſubſtractio-
ne fructuum Præbendæ, ita cenſuit *S. Congr. Conc. ad ſeſſ. 23. c. 18. de reform.* quod præſtat efficere cum his,
48 qui hanc ſcientiam addiſcere negligunt. *Abb. in c. grave, num. 11. de Præb. Ferrar. l. cit. quæſt. 34.* & conſo-
nat *l. bona fides, ff. de poſcit.* dicens, malè meritos ege-
49 ſtate debere laborare.

A R G U M E N T U M.

Agitur de qualitate Magiſterii, quam ex peculiari Eccleſiæ Statuto habere debent aſſumendi ad Dignitates, ſeu Canonicatus. Item de officio Scholaſteriæ, Theologiæ, & Pœnitentiariæ in Cathedrali, ac etiam Collegiatis, ex præſcripto Sacr. Conc. Tridentini inſtituendis.

S U M M A R I U M.

1 *Maximè decet Canonicos eſſe verſatos in Sacra Theologia, & Sacrorum Canonum peritia, & quare.*

2 *Refertur in hoc propoſito* Decretum Concilii Baſileen. & Sacr. Synodi Tridentinæ, & n. 3.

3 *In aſſumendis, tam ad Canonicatus, & Dignitates, quàm ad Epiſcopatum, æquiparatur graduatio in S. Theologia graduationi in Jure Canonico.*

4 *Præciſo particulari Statuto, vel Fundatoris diſpoſitione, obtinentes Canonicatus, ſeu Dignitates, arctari non poſſunt ad ſuſcipiendam lauream Doctoralem, etiamſi agatur de Prima Dignitate.*

5 *In proviſis de Scolaſteriis requiritur hæc qualitas Doctoratus, vel Magiſterii.*

6 *Quid olim erat hujuſmodi munus Scholaſteriæ, & quid ſit hodie in aliquibus Eccleſiis*, & num. 7.

8 *Scholaſterias obtinentes, tenentur per ſe munus ſuum implere, non obſtantibus conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.*

9 *Quæ debeant eſſe partes Canonici Theologi in Cathedrali, ac etiam Collegiata, juxta* Sacr. Concil. Trident. *deputandi.*

10 *Munus ſuum tenetur per ſe, & non per ſubſtitutum, ceſſante legitimo impedimento, implere.*

11 *Licèt debeat eſſe Doctor in Sacra Theologia, videtur tamen idoneus ad Præbendam Theologalem obtinendam etiam Doctor Sacrorum Canonum.*

12 *Maximè quando in Eccleſia conſuetum eſt legere caſus conſcientiæ.*

13 *Ad id tamen non tenetur, ſed ſufficit, quòd doceat Theologiam Scholaſticam.*

14 *Lectionem Sacræ Scripturæ fieri convenit Latino ſermone, & quare.*

15 *Item Canonicus Pœnitentiarius debet eligi, qui ſit Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Jure Canonico, ſi tamen in Civitate, vel Diœceſi habens hanc qualitatem reperiatur.*

16 *Singulare eſt in erectione officii Pœnitentiariæ, ut ad illam Epiſcopus venire poſſit, abſque conſenſu Capituli.*

17 *Gradus autem Doctoratus, qui in dictis officiis, nempè Scholaſteriæ, Theologiæ, & Pœnitentiariæ, non ſufficit quòd ſit per privilegium ſimplex, niſi etiam adſit ſcientia neceſſaria ad munus benè implendum.*

18 *Monentur ii, ad quos ſpectat, ut gradus Academicos, non niſi iis, qui eruditione, aliiſque animi dotibus polleant, concedant.*

ANIMADVERSIONES.

SUpra dictum eſt de Capitulis, habentibus Statuta,
vel conſuetudines, excludentes ab eorum gremio
perſonas, nobilitatis prærogativam non habentes; nunc
agendum de iis, quæ requirunt in aſſumendis ad Ca-
nonicatus, vel Dignitates qualitatem Magiſterii, ſive
Doctoratus. Hujuſmodi Statuta, vel conſuetudines di-
ci poſſunt laudabiles, & Sacris Canonibus valde con-
formes: ſiquidem Canonici ſunt inſtituti in Cathedra-
libus, ut Epiſcopo in regimine Eccleſiæ conſilio, &
opera aſſiſtant, cumque idem regimen primariò Spiri-
tualem animarum profectum, atque directionem con-
cernat, maximè convenit, ut Canonici in Sacra Theo- 1
logia, & Sacrorum Canonum peritia verſati ſint, ut
ſuo muneri ſatisfaciant. Decet namque (ut ait *Synodus Burdigalen. de anno 1624. c. 9.* relata à *Van Eſpen. in Jus Canon. p. 1. tit. 10. ſub num. 1.*) Metropolitanam,
aliaſque Cathedrales Eccleſias, eas perſonas, ita pro-
bitate, ac ſcientia commendatas ad Canonicatus aſſu-
mere, & eligere, ut ex iis corpus Capituli coaleſcens,
Senatus Epiſcoporum, undè conſilium acceerſant, me-
rito dici poſſit, *& in Concilio Baſilean. ſeſſ. 31.* relato pa-
riter ab eodem *Van Eſpen. ubi ſupra numer. 2.* ſtatutum
fuit, ut in qualibet Cathedrali, & Collegiata Eccle- 2
ſia, ultra Præbendam Theologo aſſignandam, tertia
pars Præbendarum conferatur Graduatis, Idemque à
S. Trident. Conc. ſeſſ. 24. c. 12. de reform. exoptatum,
dum idem Concilium hortatur, ut in Provinciis, ubi id
commodè fieri poteſt, Dignitates omnes, & ſaltem di- 3
midia pars Canonicatuum, in Cathedralibus Eccleſiis,
& Collegiatis inſignibus, conferantur tantùm Magi-
ſtris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theo-
logia, vel Jure Canonico.

Ubi autem ſimile Statutum adeſt, eſt omnino ſervandum, cum habeat Juris aſſiſtentiam, quamvis Papa, quando procedit, ex cauſa Reſervationis, eodem non ligetur, juxta alibi adnotata: æquiparantur autem ad effectum, de quo agitur, Graduati in Sacra Theologia Graduatis in Jure Canonico; etenim tam Sacrorum Canonum ſcientia, quæ SS. Patrum mores, & acta repræſentans, Eccleſiæ componendæ, atque ordinandæ rationem continet, & ulteriùs pro litibus, ac controverſiis forenſibus terminandis eſt neceſſaria, quàm Sacræ Theologiæ peritia, quæ peculiariter animarum profectum reſpicit, ſummopere conducunt ad rectam Eccleſiæ gubernationem, unde Concilium Tridentinum prædictos gradus æquiparat, non ſolùm reſpectu aſſumendorum ad Canonicatus, & Dignitates, ſed etiam ad Epiſcopatus.

Quando autem non adeſt tale Statutum, vel non ſit
cautum in fundatione Dignitatis, ſive Canonicatus,
quòd poſſeſſores illorum debeant eſſe graduati in Theo-
logia, ſive in Jure Canonico, non poſſunt illa obti- 4
nentes, vel ad ea electi, arctari ad ſuſcipiendam lau-
ream Doctoralem in aliqua publica Academia, quia
verba prædicti Sacri Concilii ſunt hortatoria, & non
præceptiva, undè eadem Sacra Congregatio Concilii
pluries cenſuit, etiam proviſum de prima Dignitate in
Cathedrali, non teneri ad eandem lauream ſuſcipien-
dam, licèt in Literis proviſionis Apoſtolicæ adeſſet De-
cretum de ea ſuſcipienda infra annum, ut in *Lavellen. 22. Januarii 1697. lib. 47. Decr. fol. 31. ter.* ibi -- *Sacra &c. cenſuit ſi Sanctiſſimo &c. Oratorem, etſi Primam Dignitatem, non teneri ad ſuſceptionem laureæ Doctoralis, &*

facta per Secretarium SS. D. N. relatione, S. Sua benignè annuit, & Sacræ Congregationis ſententiam approbavit die 30. ejuſdem Menſis Januarii 1697. ac idem cenſuit *in Nebben. 27. Julii 1697. lib. 47. fol. 348.*

Qualitas Doctoratus, vel Magiſterii in Sacra Theo-
logia, vel Jure Canonico, requiritur in obtinentibus
5 officia, vel Dignitates, quæ nominantur Scholaſteriæ
juxta diſpoſita per *d. Sacr. Concilium ſeſſ. 23. c. 18. §. Deni-
que de refor.* Olim hujuſmodi munus Scholaſteriæ erat
6 ſimplex officium amovibile arbitrio Superioris, &
illud obtinens tenebatur adoleſcentes Clericos in bonis
moribus, & vitæ ſanctitate erudire, ut advertit *Van.
Eſpen. in Jus Canonic. part. 1. tit. 11. cap. 4. num. 2. &*
3. Verùm poſtmodum io aliquibus Eccleſiis hujuſ-
modi officium in titulum Beneficii, & etiam Digni-
7 tatis conſtitutum fuit, & quia illa obtinentes per alios
ſuo muneri ſatisfaciebant, idem Concilium ſtatuit,
8 ut id per ſe ipſos explere deberent, non obſtantibus
conſuetudinibus, etiam immemorabilibus: Unde Scho-
laſtici tenentur per ſe curam Scholarium habere, &
efformandæ, & inſtituendæ juventuti intendere, ut
etiam advertit idem *Van. Eſpen. loc. cit.*

Etiam Canonicus Theologus, qui conſtitui debet
in qualibet Cathedrali, & etiam in Collegiatis, exi-
ſtentibus in inſigni Oppido, juxta idem *Sacr. Concilium
ſeſſ. 5. c. 1. de ref.* debet eſſe Magiſter, ſive Doctor, tene-
turque in Cathedrali Sacram Scripturam interpretari
9 diebus, & horis, quas Ordinarii deſignaverint, ac
etiam juxta formam præſcribendam ab iiſdem Ordina-
riis, ut cenſuit *Sacr. Congr. Concilii* teſte *Garz. de Benef.
part. 3. c. 7. n. 155.* & ex natura Præbendæ Theologa-
lis tenetur poſſeſſor per ſe, & non per ſubſtitutum,
10 ceſſante legitimo impedimento, dictam Sacram Scri-
pturam perlegere, ut etiam advertit *Van Eſpen. loc. ſupra
cit. num.* 10. ac proindè debet eſſe Doctor in Sacra
Theologia, tum ex mente dicti Sacri Concilii, tum ex
11 *Text. in c. quia nulli §. Sanè de Magiſtr.* videtur tamen
idoneus ad obtinendam Præbendam Theologalem
etiam Sacrorum Canonum Doctor, ut notat *Ventrigl. in
Prax. part. 2. adnot. 12. §. 2. num.* 13. & cenſuit etiam *Sacra
Congr. Concil.* 22. *Martii* 1698. in qua propoſito ſimili
dubio, reſpondit dandum eſſe Decretum aliàs editum
in *Aſten.* 3. *Februarii* 1646. *ten. ſequen.* Quæritur, an
Doctor io Jure Canonico poſſit obtinere Præbendam
Theologalem. *Sacra &c.* reſpondit *Poſſe.* Idemque
cenſuit in *Romana* 30. *Auguſti* 1698. & indubitanter,
12 quando in Eccleſia conſuetum eſt legere caſus con-
ſcientiæ *Ricc. part. 4. dec. 101. per tot.*

Canonicus Theologus ſatisfacit plenè menti Sacri
Concilii, docendo Theologiam Scholaſticam; nec vi-
detur arctari poſſe ad legendam aliam materiam, niſi
ubi eſt conſuetudo docendi caſus conſcientiæ. *Ricc. d.
dec. 101. n. 9. Ventrigl. ibid. n. 27.*

Advertendum eſt, quòd maximè convenit, quòd
14 Lectio Sacræ Scripturæ non fiat vulgari idiomate, ſed
Latino, quia verſio verborum Sacræ Scripturæ eſt
plerumque damnoſa, vel periculoſa, & propter alias
rationes, quas adducit *Ventrigl. loc. cit. n.* 31.

Pariter Canonicus Pœnitentiarius, iostituendus in
qualibet Cathedrali ex præcepto *Concilii in ſeſſ. 24. cap. 8.
de reform.* debet eſſe Doctor, aut Licentiatus in Theo-
logia, vel Jure Canonico, dummodo in Civitate, vel
15 Diœceſi reperiatur habens qualitatem Doctoratus, &
alioquin ſit idoneus ad idem officium, non enim tene-
tur Epiſcopus, vel alius Collator Præbendæ Pœniten-
tiariæ requirere alium extra Diœceſim, *Ventrigl. d. adnot.
12. §. 2. n.* 10.

Hoc eſt ſingulare in erectione officii Pœnitentiariæ,
quòd Epiſcopus poteſt ad illam devenire liberè abſque
conſenſu Capituli, ſervando formam *d. Concilii. Garz.
de Benefic. part. 5. c. 4. n. 138. Ventrigl. d. §. 2. n. 6.*

Cæterùm in prædictis officiis Scholaſteriæ, Theolo-
giæ, ac Pœnitentiariæ, in quibus gradus Doctoratus
requiritur, non ſufficit ſimplex privilegium, ſed opus
eſt, ut gradus ſit cum ſcientia neceſſaria ad munus be-
nè implendum, ut notat idem *Ventrigl. d. §. 2. num. 9.* Un-
dè rectè advertit *Van Eſpen. in Jus Canonic. part. 1. tit. 11. c.
3. nu. 8.* ſolicitos eſſe debere eos, quibus incumbi gra-
dus Academicos conferre, nè aliis illos concedant,
quàm qui eruditionem, aliaſque animi dotes habent,
18 quas gradus ille Academicus, tanquam publicum quod-
dam teſtimonium præfefert, cum gradus prædicti non
requirantur ab Eccleſia in promovendis ad Dignitates,
vel officia, niſi, ut per eos conſtet de illorum doctrina,
& capacitate.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

Canonicus intra bimeſtre à die captæ poſſeſſionis debet emittere profeſſionem Fidei coram Epiſcopo, & Capitulo. Quid in Canonicaribus Collegiatarum? De obligatione Canonicorum circa obſervantiam Statutorum Eccleſiæ; & quando eis ligentur propter juramentum præſtitum in actu adeptionis poſſeſſionis, & de facultate condendi Statuta.

S U M M A R I U M.

1 *Intra quod tempus teneatur novus Canonicus, vel Dignitas, profeſſionem Fidei emittere, & coram quibus.*

2 *Elapſo tempore præſcripto, amittit fructus ſuæ Præbendæ, non facta dicta Fidei profeſſione.*

3 *Quæ accreſcunt Capitulo.*

4 *Nec poſſunt à Canonico retineri, etiamſi ſecuta non fuerit Judicis declaratio.*

5 *Secus quoad Diſtributiones, quas hoc non obſtante lucratur, ſi Choro inſervierit.*

6 *Canonici Cathedralium, etiam exempti, tenentur profeſſionem Fidei emittere denuo, ſi novum Canonicatum aſſequantur.*

7 *Nec elapſo tempore prædicto à tali obligatione liberantur, ſed adhuc ad profeſſionem Fidei tenentur.*

8 *Obligatus aliquid facere intra certum tempus, eo tranſacto, tenetur illud implere quanto citiùs poteſt.*

9 *Hujuſmodi Fidei profeſſio poteſt fieri per Procuratorem cum mandato ſpeciali.*

10 *Ad eam tamen non tenentur Canonici, & Dignitates Collegiatarum, etiam inſignium.*

11 *Niſi illorum Præbendis annexa ſit Cura animarum.*

12 *Ultra Juramentum, præſtitum coram Epiſcopo in Inſtitutionem Canonicatus, ſervandi Statuta, & conſuetudines, tenetur novus Canonicus denuo jurare in actu ſuæ receptionis.*

13 *Et hoc ſecundum Juramentum vinculum addit primo.*

14 *Talis Canonicus tenetur jurare ad mentem Capituli, & de ratione,* & n. 15.

16 *Canonici, licèt juraverint ſervare Statuta, non tenentur tamen ſervare ea, quæ non ſunt in obſervantia.*

17 *Et ea non obſervantes non dicuntur trangreſſores.*

18 *Secus ſi juramentum ſit præſtitum ſuper re particulari, & affertur exemplum.*

19 *Nec tenentur vigore juramenti ſervare Statuta illicita.*

20 *Quando quis peccet jurando ſervare Statuta, quæ ſunt illicita,* & n. 21.

22 *Si in Capitulo emittatur aliquod juramentum apertè illicitum, Canonici incurrunt in pœnam Interdicti, niſi contradicant,* & n. 23.

24 *Statuta, quæ reperiuntur in Libris Capitularibus, ſemper præſumuntur uſu recepta.*

25 *Et neganti incumbit onus probandi.*

26 *Ac præſumuntur eſſe in viridi obſervantia.*

27 *Statutum aliquando partim ſervatur, partim non.*

28 *Et tunc obligat ſolùm ad partem, uſu receptam.*

29 *Juramentum prædictum cadit ſuper Statutis jam editis, non verò edendis.*

30 *Et idem dicendum de juramento emiſſo ſuper conſuetudinibus ſervandis.*

31 *Nec tale juramentum obligat ſub mortali ad obſervantiam rerum minimarum.*

32 *Contravenientes Statutis, aliquam pœnam imponentibus, non peccant, ſi alias materia de ſui natura non ſit prohibita.*

33 *Coadjutor Canonici, poſt mortem Coadjuti tenetur jurare obſervantiam Capitulorum, prout alii Canonici.*

34 Et

Digitized by Google

34 *Et capere poſſeſſionem Canonicatus, & Fidei profeſſionem emittere.*
35 *Canonicus, qui Canonicatui renunciavit, ſi denuo in Canonicum receptus ſit, novum juramentum ſuper obſervantia Statutorum præſtare debet.*
36 *Capitulum, in expediendis rebus Capitularibus, aliquando in plurali, aliquando in ſingulari numero ponitur*, & n. 37.
38 *Et quando utendum uno modo, quando verò altero.*
39 *Capitulum ſignificat idem, quod Canonici, & contra*, & n.40. & 41.
42 *Et tunc comprehenduntur etiam Dignitates.*
43 *Statim facta erectione Capituli, competit Canonicis jus condendi Statuta pro bono ordine, & regimine Capituli, abſque auctoritate Epiſcopi.*
44 *Et circa adminiſtrationem Bonorum Capituli, maſſam groſſam, atque alia*, & n. 45.
46 *Hæc Statuta poſſunt Canonici juramento vallare, & pœnas tranſgreſſoribus inferre.*
47 *Nullum Collegium poteſt aliquid decernere, vel ſtatuere ſine ſuo Capite principali.*
48 *Sed hoc procedit in rebus gravioribus, non autem in minoribus.*
49 *Auctoritatem condendi Statuta habent tam Canonici Cathedralis, quàm Collegiatæ.*
50 *Immò Capitulum Collegiatæ majus jus habet ſimilia Statuta condendi, & quare.*
51 *Hujuſmodi Statuta non obligant ſucceſſores, niſi juraverint ea obſervare.*

TITULUS X.

INtra duorum menſium intervallum, à die, quo quis ſui Canonicatus, vel Dignitatis poſſeſſionem in Cathedrali fuit adeptus, Fidei profeſſionem præſtare tenetur coram Epiſcopo, & deindè coram Capitulo,
1 ita decernitur in *Sacroſancto Concilio Tridentino ſeſſ. 24. c. 12.* aliàs amittit fructus ſuæ Præbendæ. *Leo in Theſ. part. 2. cap. 28. num. 15. Bonac. de Oner. Benef. punct.*
2 8. & accreſcunt Capitulo. *Garc. de Ben. part. 3. c. 3. n. 40.* quos nec in conſcientia poteſt retinere, et-
3 iam ſi minimè fuerit ſecuta Judicis declaratio. *Azor. part. 2. lib. 7. cap. 11. quæſt. 1. Zipæus lib. 3. tit. de Præb. num. 3.* Verum eſt, quòd lucratur Diſtributiones, ſi Choro inſervierit. *Nald. in Summ. V. Profeſſio, n.4.* & cenſuit *Sacr. Congr.* relatore *Campanil. loc. cit. Rubr. 8. c.3. n.18.* Quicunque Canonici Cathedralium, etiam exempti, tenentur, ut ſupra, profiteri, non ſolùm prima vice, ſed iteratò, quando novum Canonicatum aſſecuti fuerint. *Ricciul. de Jur. Perſon. lib. 1. c.12. n.13. & 19. Campanil. loc. mox. cit.* Quòd
4 ſi dictam profeſſionem non emiſerint intra prædictum ſpatium, adhuc ad ipſam coram Epiſcopo, & Capitu-
5 lo peragendam ſunt obnoxii. *Tamb. de Jur. Abb. tom. 1. diſp.8. quæſt. 3. num.15. Cand. loc. cit. de Ben. part. 1. diſq.*
6 *8. quæſt.3. n.15.* Ratio eſt, quia obligatus aliquid fa-
7 cere intra certum terminum, tenetur ad duo; nempè ad agendum intra tempus à jure determinatum, & eo-
8 dem tempore tranſacto, quantò citiùs poteſt. *Abb. in c. Dilecto, de dol & contum. Nav. in Man. c.21. n.45.*

Hujuſmodi Fidei profeſſio poteſt fieri per Procuratorem, habentem ad id ſpeciale mandatum. *Sperell. dec.*
9 *506. n. 39. tom. 2. Buratt. dec.103. n.16.* quidquid alii ſcribant; fatentur verò omnes, ad inſinuatam profeſſionem nullatenus teneri Canonicos, & Dignitates
10 Collegiatarum vel inſignium, & ita declaravit *Sacr. Congr. Conc. apud Valent. loc. cit. part.1. quæſt.4.* Intellige, niſi eorum Præbendis eſſet annexa cura animarum, ita DD. *ſupra citati*. Quamvis Canonicus in inſtitutione
11 Canonicatus coram Epiſcopo juramento ſe obſtrinxerit ad ſervanda Statuta, & conſuetudines; adhuc dum in illius poſſeſſionem immittitur, tenetur idem coram Ca-
12 pitulo jurare juxta Eccleſiæ Statuta. *Imol. in cap. Ex parte, n. 2. de conceſſ. Præb. Rot. part. 7. div. dec. 27. num. ult.* Quod ſecundum juramentum adiicit vincu-
13 lum primo. *Abb. in cap. Cum in Eccleſiis, nu. ult. de maior.* Semperque tenetur jurare ad mentem Capitu-
14 li, quando habet legitimum jus juramentum petendi. *Sot. de Juſt. & Jur. lib. 8. quæſt.2. art. 7.* Ratio eſt, quia
15 Deus accipit juramentum ad mentem illud juridicè præſtantis. *Sylv. V. Juramentum. 4. quæſt. 7. Marchan. loc. cit. tit. 3. quæſt. 4. concluſ. 1.* Canonici, qui medio eorum juramento polliciti ſunt Statutorum obſervationem, non propterea remanent obligati ad ſervanda Statuta, quæ non ſunt in more poſita, vel in deſuetu- 16
dinem abierunt. *Neguſant. quæſt. 240. num. 13. Purpurat. conſ. 453. num. 4. part. 2. Portell. V. Juramentum. Verricell. QQ. Mor. tract. 3. quæſt.2. n.34. Sperell. part.1. dec.15. num.16.* & ea non obſervans, non dicitur Statutorum tranſgreſſor, quoniam non reputantur Statuta, ut obſervant *Sylv. loc. cit. quæſt. 23. & Barb. in* 17
vot. dec. 52. lib. 2. Si verò juramentum ſit ſpecificè emiſſum ſuper re ſingulari, videlicet, non approbaturum ad Diſtributiones; niſi inſtructum in Cantu Gregoriano, & ſimilibus, remanet obſtrictus ad non ſuffragandum 18
ſuo voto ei, qui in dicto Cantu fuerit ignarus, licèt quamplures Canonici id non ſervent, ita tenent *Bero. de conſt. c. Prima, n.8 Marchan. loc. cit. tract. 3. q. 2. con. 1.*

Canonici vigore juramenti, generaliter emiſſi, non tenentur ad ſervanda Statuta, ſi quæ adſint illicita; nam juramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, & ſemper refertur ad licita, & honeſta. *cap. 1. de jurejur in 6. Bellamer. in cap. Cum olim, num. 3. de ar-* 19
bitr. Oldrad. conſ. 259. num. 9. Qui ſic jurarunt neſcientes eſſe illicita, non peccant; ſecus ſi ſciebant ali- 20
qua non eſſe honeſta. *gloſſ. in c. Sicut, de jurejur. Sylv. loc. cit. 4. q. 23.* niſi in ſua mente habeant non ſervatu- 21
ros, niſi licita, ut notat *Amed. de Synod. tit. de juramen. 67.* Et advertendum, Canonicos, in quorum Capitulo emittitur aliquod juramentum apertè illicitum, in pœnam interdicti incurrere, niſi contradicant, aut re- 22
clament, ut poſt alios tradit *Bonac. de Cenſ. Bull. Cæn. diſp. 2. quæſt.3. punct.11. num.5.* Dixi apertè illicitum, quia 23
non tenetur novus Canonicus ſubtiliter inveſtigare Statuti injuſtitiam, ſed cum antiquioribus obſervare, ut docet *Carol. Macign. de Hor. Can. c.64. n.6.*

Statuta, licèt, ut diximus, per inobſervantiam evaneſcant, ſemper tamen præſumuntur uſu recepta, eo quòd reperiuntur inſerta in Libris Capitularibus, qui conſervantur in Capſa Capitulari. *Penia dec. 28. num. 54. part. 5. Farinac. part. 2. dec. 301. Rot. part. 2. diverſ. de-* 24
ciſ. 301. n.2. Et neganti competit probare, quia Statutum, prout lex, ſemper loquitur. *Caputaq. dec. 220. nu. 3. part. 1. & Sperell. loc. cit. dec. 15. n. 18.* Ac præſumuntur eſſe in viridi obſervantia. *Gutter. Can. QQ. lib. 1. cap. 8. n.4. Mantic. dec. 115. num. 2. Valente loc. cit. cap. 6. num. 3.* 25
& in eventu, quòd conſtaret, aliquod Statutum partim ſervari, partim non, ut evenire ſolet *ex gloſ. in cap. Inter cætera 22. quæſt. 4.* obligat ſolùm quoad illam par- 26
tem, quæ eſt uſu recepta. *Card. Tuſc. lit. L. conc. 257. n.* 27
1. & Sayr. in Clav. Reg. lib. 3. cap. 5. n. 15. Juramentum, ut ſupra, præſtitum de ſervandis Statutis, explicatur de jam editis tempore juramenti, non autem de in poſterum à Capitulo edendis. *cap. penult. de jurejur. Mancin. de Juram. part. 4. eff. 177. n. 2. Amed. de Synod. eod. tit. n. 67.* Pariformiter juramentum, emiſſum à Ca- 28
nonico nuper recepto de ſervandis conſuetudinibus, non 29
extenditur ad conſuetudines introducendas, ſed tan- 30
tùm ad introductas, ſi fuerint congruæ, & rationabiles, ut advertunt *Bero. in d. cap. Prima, de conſt. num. 80. & Daoyz. in ſuo Repert. V. Jurans, num. 4.* & dixit *Compoſtell. ſuper d. cap. Omnes.* Ex vi juramenti, ut 31
ſupra, generaliter præſtiti, Canonici non tenentur ſub mortali ad ſervanda Statuta, & conſuetudines de rebus minimis, & colligitur *ex Bonac. de leg. dub. 4. quæſt. 1. part. 16. num. 2. Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 42. diſc. 4. num. 22. Sot. eod. tit. lib. 8. quæſt. 1. art. 7. Marchan. ubi ſupra quæſt. 2. concl. 3. Dian. in Summ. V. Juramentum, num. 13.* Ratio eſt, quia non ſe intendunt obligare ad minima. Inſuper contravenientes Statutis ſub certa pœna indicta, ſi aliàs materia ex ſui natura non ſit prohibita, nullo peccato ſe commaculant; quia 32
ſolummodo adſtringuntur ea ſervare ſub illa pœna. *Bonac. ubi ſupra punct. 16. num. 2. Trullen. loc. cit. dub. 57. Borell. dec. 10. tit. de Perjur. Caſtr. Pal. part. 3. diſp. 2. part. 7. §. 5. num. 6.* Coadiutor Canonici, poſt obitum ſui Coadiuti, tenetur Statutorum obſervantiam iurare, prout alii Canonici, de quibus prælocuti ſumus. *Barb. vot. 46. num. 7. lib. 2. Farinac. part. 1. dec. 594. num. 5. in poſth.* & ſumere poſſeſſionem Canonicatus, & fidei pro- 33
feſſionem emittere, ut poſt alios notat *Squillan. de* 34
Priv. Cleric. cap. 4. num. 79. Canonicus, qui Canoni-

catum renunciavit, & poſtea fuerit denuo in Canonicum receptus, Statutorum obſervantiam novo jura-
35 mento polliceri debet. *cap. Venerabilem, de elect. Nald. in Summ. V. Renunciare, num. 29. Marcheſan. part. 3. §. 2. num. 39. tit. de Com. relax.* Statim atque quivis immiſſus fuerit in veram, & actualem ſui Canonicatus poſſeſſionem, ſi ſit in Sacris, acquirit vocem, & poteſtatem in Capitulo, parem aliis Canonicis antiquiori-
36 bus, circa res capitulares, in quibus expediendis Capitulum aliquando pluralis, aliquando ſingularis numeri
37 ponitur, ut poſt alios docet *Ant. de Prat. in Clyp. Paſt. c. 3. n. 13.* Quòd ſit rectè, etiam quoad regulas grammaticales, juxta illud Virg. Æneid.

Pars in fruſta ſecant; & alibi.

Gens inimica mihi Tyrrenum navigat æquor.

At verò ad proprium, & exactum modum exponendi ſenſus in Capitulo, quando hoc nomen injungitur verbo, ſonanti exercitium ipſius actus, utendum eſt verbo
38 plurali: Explica, Capitulum appellaverunt, in fratrem receperunt, in realem poſſeſſionem immiſerunt, & ejuſmodi. Singularique numero adſcribitur, dum agitur de auctoritate ejuſdem Capituli, ut Capitulum retinet jus eligendi, Beneficia conferendi, Statuta condendi, & ſimilia, ut docent *Innoc. Abb. Felyn. Ant. de Butr. ſuper cap. Capitulum, n. 13. de reſcript.* Et quando dicitur: Capitulum id fecit, vel facere poteſt,
39 idem eſt ac ſi dicatur, Canonici Capitulariter id fecerunt, vel facere poſſunt *Petr. de Anch. in c. Quanto, n. 5. de his, quæ fiunt à part. ſ. conſ. Cap. Oldrad. conſil. 100. Put. dec. 296. num. 1. part. 3.* Similiter, dum agitur
40 de poteſtate, vel aliqua diſpoſitione circa res Capitulares, verbum, Canonici, indefinitè prolatum, idem ſignificat, quod Capitulum, vel omnes de Capitulo. *Genuen. QQ. Eccleſ. q. 403. n. 2. & q. 643.* ut ſi dicatur, Canonici Statutum condiderunt, poſſunt, vel
41 nequeunt ſtatuere, vel aliud eundem ſenſum retinens. *Ripa in cap. cum M. de conſt. Bero. in c. cum omnes., nu. 29.*
42 *de conſt* & favet *Rot. part. 1. diverſ. dec. 270. n. 1.* & comprehendit etiam Dignitates. *cap. 2. de offic. Ord. in 6.*

Capitulum, ſive Collegium, non debet eſſe exlex, ideſt, ſine lege, & propterea Canonicis, capitulariter congregatis, unum corpus myſticum conſtituentibus, à jure communi, ſtatim facta erectione, confertur fa-
43 cultas per ſe liberè condendi quædam Statuta de rebus minoribus, ad bonum ordinem, & regimen Capituli pertinentibus, nullo facto verbo cum Epiſcopo: ita colligitur *ex d. cap. cum omnes, cap. cum acceſſiſſent, de conſt. c. Dilectus, de Cler. non reſ. c. Conſuetudinis, tit. de conſuet. c. Statutam, de hæret. in 6.* & docent *gloſ. in c. cum aliquibus, de reſcript. in 6. & in cap. 1. in V. Statutam, de V. ſignif. lib. 6. Bero. in cap. primo, n. 52. de conſt. Bellamer. in d. cap. cum acceſſiſſent, n. 1. Innoc. ibid. & in c. novit. de his, quæ fiunt à majori part. Cap. Ant. de Butr. in d. cap. cum omnes, n. 2. & in c. conſtituatum, nu. 25. de reſcript. Gemin. in c. 2. n. 1. de verb. ſignif. Gama in c. Licet, de rer. permut. in 6. n. 109. Compoſt. Imol. Dec. Abb. antiq. Abb. Panorm. & Felin. in d. c. cum omnes,* & ſequuntur *Cravett. conſ. 182. num. 15. Ferrett. loc.*
44 *cit. conſ. 286. Purpurat. conſ. 340. num. 1. part. 2. Sylv. in Summ. V. Lex, q. 4. Vulp. loc. cit. c. 44. n. 16. Beſſev. in Summ. V. Cap. n. 2. Suarez. de Leg. d. 4. c. 6. nu. 1. Rub. Singul. V. Capitulum. Marcheſ. part. 1. §. 1. de Commiſſ. appell. num. 158. Valent. in Concor. Jur. part. 2. not. 1. n. 1. Penia dec. 1129. n. 10. part. 2. Ludoviſ. dec. 66. nu. 11. Farinac. dec. 606. n. 1. part. 2. in poſth.*

Ad hujuſmodi juriſdictionem reducitur, Canonicos poſſe per ſe ſtatuere circa adminiſtrationem bonorum Capituli, & menſam groſſam, ac modum bene diſtribuendi diſtributiones, & quomodo ſit conveniendum, & faciendum Capitulum, & quòd certis temporibus & Horis, Canonici, vel non vocati accedant ad locum Capitularem, & ſimilia. *gloſ. in c. 2. de conſuet. & in c. conſtitutionem, de verb. ſignif. Fuſc. de Viſit. lib. 1. c. 15. n. 28. Sanctarell. Var. q. 13. n. 8. Monet. de Diſtr. part. 2. q. 13. num. 25. Buratt. dec. 758. num. 11. in addit. Beſſev. V. Canonicus, num. 4. Gazzin. de Def. Anim. & lib. 2. num. 62. Trullen. in Dec. cap. 8. d. 24. n. 1. Azor. part. 1. Mor. lib. 5. c. 18. & part. 2. lib. 7. cap. 7. queſt. 27.* Poſſuntque Canonici, abſque alia facultate, ſtatuere ſuper diviſione Oblationum, circa ordinationem Chori, & modum diſtribuendi officia inter Capitu-

lares, quando, quo loco, & quomodo debeant con- 45
gregari, quo pacto ibi ſuffragium ferant, quo ordine ſedere, & quas veſtes Chorales deferre debeant in Capitulo. *Marc. deciſ. 801. n. 1. part. 1. Vivian. in cap. cum conſuetudinis, eod. tit. Rota in una Illerden. Statuti 3. Decembris 1593.* Atque iiſdem Canonicis liberum eſt hujuſmodi Statuta, & Ordinationes juramento vallare, ac pœnas contra tranſgreſſores adiicere, dum- 46
modo omnes, & ſinguli Capitulares conſentiant; ita *Petr. de Anchar. in c. cum immò, n. 21. de reſcript. in 6. Boich. in c. Quanto, n. 2. de homicid. Caſtr. Pal. de Leg. tom. 3. diſp. 1. punct. 23. a. 25.*

Nec urget, ſi dicatur, nullum corpus, ſive Collegium, poſſe aliquid decernere, ſine ſuo capite princi- 47
pali, ut deſumitur *ex c. cum eſſes, de conſt. Sylv. in Summ.*
V. Lex. queſt. 4. Nam hoc intelligitur in rebus gravioribus, 48
non in minoribus inſinuatis, & ſimilibus, in quibus Capitulum eſt corpus diſtinctum ab Epiſcopo. *gloſ. in clem. 2. de ſtat. & qual. Suarez. de Leg. lib. 4. c. 6. num. 11.*
Seraph. de Privil. Juram. privil. 52. n. ult. Atque prædicta 49
Capituli, & Canonicorum auctoritas, hujuſmodi Statuta, & Decreta condendi, procedit, tam de Canonicis Collegiatæ, quàm Cathedralis Eccleſiæ. *Abb. & Felyn. in d. cap. cum omnes, & cum acceſſiſſent de conſt. Sylv. ver. Lex, q. 5. Salas loc. cit. diſp. 8. ſect. 17. num. 89. Bonac. de Hor. Can. diſp. 2. q. 5. num. 2. Antonell. loc. cit. lib. 4. cap. ult. nu. 2.* Immò Capitulum Collegiatæ magis poteſt circa præfata leviora diſponere, quàm Canonici Cathedralis, ſtante abſentia Epiſcopi ab Ec-
cleſia Collegiata foranea, ut benè obſervant *Calder.* 50
conſ. 11. de renunc. Suarez loc. cit. c. 6. n. 18.

Hujuſmodi tamen decreta non inducunt perpetuum Statutum in Succeſſores, ſed obligant tantummodo Statuentes, niſi illi in eorum receptione iuraverint obſervare. *Oldrad. conſ. 259. n. 4. Imol. loc. cit. n. 13. Suarez. ubi ſupra n. 11. Bonac. de leg. diſp. 1. q. 1. n. 30. Penia dec. 686. n. 14. part. 1.*

ARGUMENTUM.

De Matricitate, quotuplex ſit, & quos effectus in qualibet ſpecie operetur. An ea ceſſet, quando Eccleſia inferior elevatur ad ſtatum ſuperiorem Eccleſiæ, cui ſubiecta erat; quid, ſi ad ſtatum æqualem?

SUMMARIUM.

1 *Prima ſpecies Matricitatis, & veræ, ac propriæ, ea eſt, quando unica adeſt Eccleſia, quæ alias ſibi ſubiectas, & coadiutrices habet; quo caſu Rector Eccleſiæ principalis jus habet exercendi in aliis Eccleſiis, ſibi ſubordinatis, quaſcunque functiones.*

2 *Altera ſpecies Matricitatis eſt, quando erigitur nova Parochialis Eccleſia intra limites antiquæ, cum illius diſmembratione, vel ob nimiam amplitudinem, vel aliam juſtam cauſam; & hoc caſu Parochus novæ Eccleſiæ nullam dependentiam habet à Parocho antiquæ, exceptis aliquibus, pro quibus illam recognoſcere debet.*

3 *Tertia denique ſpecies Matricitatis ea eſt, quando aliqua Eccleſia ob antiquitatem, vel majorem Dignitatem, alias antecellit; & tunc Rectores aliarum Eccleſiarum nullam à Parocho Eccleſiæ dignioris dependentiam habent, ſed tantùm tenentur ad nonnulla reverentialia, quæ recenſentur.*

4 *Ita ut, niſi adſit lex Synodalis, ſeu antiquiſſima conſuetudo, huiuſmodi Eccleſiarum Rectores cogi non poſſint ad Eccleſiam digniorem accedere pro Oleo Sancto,* & n. 5.

6 *Quæ concurrere debeant ad conſtituendam veram Parochialem independentem ab alia.*

7 *Ex quibus inferri poſſit prima, vel ſecunda ſpecies Matricitatis, & prætendi ſubjectio Eccleſiæ inferioris,* & n. 8.

9 *Plebano intra limites ſuæ Plebaniæ competit præeminentia.*

10 *Dicitur enim, licèt impropriè, in Dignitate conſtitutus.*

11 *Ex ſola tamen qualitate Plebanatus inferri non poteſt ad Matricitatem, immò quandoque nec ad majorem antiquitatem.*

12 Ma-

12 *Matrix aliquo modo poteſt dici Eccleſia, quæ habeat Fontem Baptiſmalem, & redditur ratio*, & numer. 53.

54 *Sed ex hac prærogativa retentionis Fontis Baptiſmalis inducitur tantùm majoritas, non autem aliarum Eccleſiarum ſubjectio.*

55 *Parochus habens ſuum Populum diſtinctum ac ſeperatum cum Territorio, ſuis finibus deſignato, præſumptionem habet per ſe libertatis, & independentiæ.*

16 *Et habet in jure fundatam intentionem liberè exercendi in ſua Eccleſia quaſcunque functiones, primumque locum obtinendi ſupra cæteros*, & n. 19. 20. & 21.

17 *In ſua enim Eccleſia Parochus reputatur Prælatus.*

18 *Et quodammodo Epiſcopus, ac illius vicem gerens.*

22 *Iniis, quæ proprium officium concernunt, nullus, licèt inferior, eſt alteri ſubordinatus.*

23 *Parochus pro munere ſuo obeundo Epiſcopum adire non debet.*

24 *Parocho habenti ſuum Populum, & Parochiam, debetur præcedentia in ſua Eccleſia, non ſolum ſupra Plebanum, ſed etiam ſupra Capitulum Collegiatæ.*

25 *Hujuſmodi præcedentia competit etiam ſimplici Rectori Eccleſiæ, ſeu Oratorii publici ſupra Parochum.*

26 *Si Eccleſia inferior elevetur ad ſtatum Collegiatæ, remanent extincta jura Matricitatis, & ſubjectionis.*

27 *Quod tamen non procedit, quando Eccleſia inferior extollatur ad ſtatum æqualem; & affertur exemplum Eccleſiæ Collegiatæ Praten. in Cathedralem erectæ, & æquè principaliter unitæ Eccleſiæ Cathedrali Piſtorien. ejus antiquæ Matrici.*

28 *Adhuc enim per Eccleſiam inferiorem, effectam æqualem ſuperiori, debetur illi honor reverentialis, ac quædam ſubmiſſio obſequioſa, ob memoriam priſtinæ ſubjectionis.*

29 *Servus, etſi manumiſſus, debet ſemper ſuo Patrono honorem reverentialem*

30 *Quid operetur reverentia, tali caſu per Eccleſiam filialem debita Eccleſiæ Superiori, cui æquatur.*

ANIMADVERSIONES.

CUM ea, quæ in antecedenti titulo tractantur, alibi etiam fuerint ſatis explicata, hic agendum duximus de utili, & frequenti materia præemioentiæ, quæ competit Eccleſiæ Matrici ſuper Filiales, vel Subditas. Ac primùm præmittimus, ad tres ſpecies reduci poſſe Matricitatem. Prima eſt illa, quæ verè, ac propriè, & in ſtricto ſignificatu, Matricitas nuncupatur, eaque eſſe dicitur, quando unica adeſt Eccleſia,
1 quæ cum reliquis ſibi ſubjectis, & coadjutricibus, unam formalem Eccleſiam conſtituit, materialiter tantùm diviſam in ſubordinatis Eccleſiis, erectis pro commodiori exercitio Curæ animarum, ita ut Rector Eccleſiæ principalioris ſit unicus habitualis Parochus, cæteri verò Rectores ſimplices Vicarii in adjutorium Curæ animarum aſſumpti, quo caſu ratione prædictæ habitualis Curæ habet jus exercendi in iiſdem Eccleſiis quaſcunque functiones præeminentiales, & etiam Parochiales, ut de hac ſpecie Matricitatis, ſtrictè ſumptæ, loquuntur *Abb. conſ. 58. part. 1. verſ. poteſt intelligi. Card. in Clement. 2. §. Irritum, quæſt. 3. de elect. Pignatell. conſult. 109. num. 1. tom. 9. Rot. dec. 226. num. 5. & ſeqq. & dec. 258. & dec. 272. num. 3. ferè per tot. part. 1. & dec. 284. n. 10. & ſeqq. part. 54. & dec. 281. nu 1. & ſeqq. part. 55. & dec. 90. n. 1. & ſeqq. & n. 13. part. 16. & dec. 104. part. 17. & dec. 7. n. 10. part. 18. recent. Azor. Inſtit. Moral. part. 2. lib. 2. cap. 21. Barboſ. in cap. ult. num. 5. nè Clerici, vel Monac. Petr. ad Conſtit. 2. Boniſac. IX ſub num. 8. tom. 4.* dum præſupponunt, Plebanos habere curam, & præſidentiam Capellarum, in diſtrictu Plebanatus exiſtentium, & Presbyterorum, in eis Curam animarum exercentium.

Altera ſpecies Matricitatis eſt, quando Eccleſia Parochialis erigitur intra limites antiquæ cum ſeparatione partis Parochiæ ob illius amplitudinem, vel aliam juſtam cauſam, cum deputatione Parochi perpetui, &
2 in hoc caſu reſervatur quidem annuus cenſus ad favorem Matricis, teneturque Parochus novæ Parochiæ ire ad antiquam pro Baptiſmo, Scrutinio, Capitulo, & ſimilibus, ſed in reliquis Parochus novæ nullam habet dependentiam ab illo antiquæ Eccleſiæ, niſi aliud in erectione jure ſpeciali fuiſſet eidem reſervatum, quia eo ipſo, quo facta fuit diſmembratio, & reſpectivè erectio novæ Eccleſiæ cum deputatione Parochi titularis, in eum translatum fuit plenum jus Parochiale abſque ulla dependentia, exercibile in Parochianos, intra limites illi conſtitutos degentes, ut de hac Matricitatis ſpecie loquuntur *Fagna. in cap. ad audientiam il 2. nu. 8. & ſeqq.* & in durioribus terminis, nempè de erectione novæ Parochiæ cum clauſula præſervativa iurium Eccleſiæ Matricis *Rot. dec. 365. num. 13. coram Priolo, & in rec. dec 7. n. 2. part. 18.*

Tertia denique ſpecies Matricitatis, quæ impropriè, & potiùs abuſivè talis nuncupatur, ea eſt, quæ deducitur ab antiquitate, vel majori dignitate alicujus Eccleſiæ reſpectu cæterarum, quæ alioquin ſuum Rectorem perpetuum, Populum, & fines determinatos ſemper habuerunt; undè idem eſt dicere Eccleſia Matrix, quàm Eccleſia major. *Lap. allegat. 15. in princ.* & in hoc caſu Rectores earundem nullam noſcuntur habere dependentiam, ſive ſubjectionem Parocho Eccleſiæ
dignioris, ſed tantummodo tenentur ad nonnulla re- 3
verentialia, nempè ad cedendam præcedentiam Eccleſiæ majori occaſione functionum, ita ut priùs illæ in ea peragantur, quàm in inferioribus, & ſignanter pulſatio Campanarum in die Sabbati majoris Hebdo-
madæ, & ſimiliter, ut illius Rector cæteris Rectoribus 4
præferatur in ſeſſionibus, ac Proceſſionibus, non autem quod ille poſſit ullo modo ſe ingerere in muniis Parochialibus, & anteferri proprio Rectori in ſua Eccleſia, ut benè ad propoſitum *Pignatell. conſ. 109. n. 6. Rot. deciſ. 365. nu. 13. cor. Priol.* ita ut non concurrente lege Synodali, ſive antiquiſſima conſuetudine, hu-
juſmodi Rectores Eccleſiarum inferiorum cogi non poſ- 5
ſint accedere ad Eccleſiam digniorem ad recipienda Olea Sancta, ſed eis licitum ſit immediatè illa recipere ab Eccleſia Cathedrali. *Petr. ad Conſtit. 5. Innoc. IV.
ſect. unic. n. 19. fol. 53. tom. 3. Rot. in Caſalen-Jurium* 6
Parochialium, & Præeminentiarum 6. Junii 1707. §. Hoc denique, coram bo. me. Caſſarell. quum ſolùm probata concludenter Matricitate, poſſint cogi Rectores filiarum Eccleſiarum ad recipienda prædicta Olea Sancta à Matrice. *Petr. ubi ſup ſub d. num. 19. Rot. dec. 524. num. 11. part. 19. tom. 2. rec.*

Quamobrem in caſu, quo aliqua Eccleſia ſit certis limitibus ſeparata, & habeat proprium Rectorem cum titulo collativò, & perpetuo, qui nomine proprio Sacramenta adminiſtret, quæ conſtituunt veram Parochialem independentem, ac verum, & proprium Parochum, juxta notata per DD. *in cap. 2. de Cap. Monac. & per Barboſ. in c. ex parte, il 2. n. 9. de reſcript.* vel non conſtet de fundatione, vel dotatione ipſius Ec-
cleſiæ, prævia diſmembratione partis Parochiæ, & 7
Bonorum Eccleſiæ, quæ jura Matricitatis prætendit, nunquam poteſt inferri, quòd verificetur prima, vel
ſecunda ſpecies Matricitatis, ut plenè *Rota in Gerun-* 8
den. Anniverſariorum 1. Julii 1709. §. Ad hujuſmodi autem effectum, coram R. P. D. Criſpo, ita ut non probatis requiſitis prædictis concludenter, nulla poſſit prætendi per Rectorem Eccleſiæ majoris ſubjectio, ſeu aliqua ſubordinatio Eccleſiæ inferioris. *D. Luc. de Præemin. diſ. 42. num. 12. & 53. Rot. in d. Caſalen. Jurium
Parochialium 6. Junii 1707. coram Caſſarell.* ſolùmque 9
majoritas, & dignioritas Eccleſiæ operatur circa dicta reverentialia, juxta normam conſuetudinis, ſeu Sy-
nodalium Statutorum, hinc proindè Plebano intra li-
mites ſuæ Plebaniæ debetur Præeminentia, ut probat 10
Text. in cap. his, quæ, de majorit. & obed. ubi gloſſ. in fin. figurationis caſus, cum dicatur, licèt impropriè, eſſe in dignitate conſtitutus. *Caſtren conſ. 66. num. 4. lib. 5. Lambertin. de Jure Patron. lib. 1. q. 15. art. 4. Ferr. de Præced q. 6. n. 5. Daniel de Nobilibus diſput. 44. n. 23.*

Non tamen ex qualitate Plebanatus inferri poteſt ad Matricitatem, immò quandoque nec ad majorem anti-
quitatem, ut advertit *Rot. dec. 282 num. 15.* ibi — 11
Etiamſi dicta Eccleſia ſit Plebana, non tamen ſequitur, quòd ſit Matrix, & placebat Dominis conſideratio facta per Informantes pro Rectoribus ex Abb. conſ. 58. n. 1. ubi, quòd poteſt Epiſcopus ex multis Eccleſiis unam, etiam ultimo loco ædificatam, erigere in Plebem, quòd clarè oſtendit differentiam inter Eccleſiam Plebanam, & Matricem.

Matrix tamen aliquo modo dici poteſt Eccleſia, quæ habet Fontem Baptiſmalem, ut deducitur ex *Clem.* 1.
12 *de Sent. Excom.* ubi *gloſſ. in V. Matricem. Tuſch. de Viſit. lib. 2. cap. 2. n. 8. Azzor. Inſtit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 12. quæſt.* 13. appellatur enim Matrix, tanquam aliarum
13 Eccleſiarum mater, quia in ea per Baptiſmum quis renaſcitur. *Daniel de Nobil. d. diſput.* 44. *n.* 43. *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Paroch. cap.* 1. *num.* 5. Sed ex hac Præeminentia retinendi Fontem Baptiſmalem, in quo regenerantur omnes Parochiani Eccleſiarum inferiorum,
14 non elicitur qualitas propriæ ac rigoroſæ Matricitatis, quæ importet ſubjectionem earundem Eccleſiarum, ſed tantummodo majoritas. Undè Parochus, qui habet ſuum Populum diſtinctum, ac ſeparatum, cum Territorio ſuis finibus deſignato, habet præſumptionem pro ſe libertatis, & independentiæ. *Fagnan. in cap. ad audientiam, num.* 10. *de Eccleſ. ædifican. Ma-*
15 *rant. reſponſ.* 21. *n.* 7. *& ſeqq. part.* 4. *Rot. in rec. dec.* 469. *n.* 1. *&* 24. *part.* 19. *in Aretina Jurium Parochialium* 27. *Februarii* 1704. *§. Depulſo, coram Reverendiſſ. P. D. meo Anſald. & in Gerunden. Anniverſariorum* 1. *Julii* 1709. *§. Verum, coram* R. P. D. *Criſpo*, ac proindè habet in Jure fundatam intentionem liberè exercendi in ſua Eccle-
16 ſia omnes Sacras Functiones, primumque locum in eis tenendi ſupra cæteros, qualibet majori Dignitate, ſeu majoritate fulgentes. *Gratian. diſcept. foren.* 298. *nu.* 89. *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Paroch. part.* 1. *c.* 9. *ferè per tot. Marant. Controv. Juris part.* 4. *reſp.* 31. *nu.* 64. *Tranched. conſult.* 99. *num.* 13. *lib.* 1. *Rot. coram Pen. dec.* 261. *num.* 17. *& cum aliis in Pampilonen. Juris ſedendi* 10. *Maji* 1706. *§. Utrumque verò, coram bo. me. Caffarell.* In ſua
17 enim Eccleſia, & Parochia, Curatus reputatur Prælatus, *argum. in cap. in Apib.* 7. *quæſt.* 1. *Abbas in c. decernimus, num.* 16. *de Judic.* & quodammodo Epiſcopus, ac
18 illius viceſgerens, ut præter adductos *Fagnan. in cap. Literæ, num.* 18. *de matrim. contract. contra interdictum Eccleſiæ. VVaugueret in Jus Canonic. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 28. *de Offic. Vicar. cap.* 1. *verſic. Vicarius R. & in d. Pampilonen. Juris ſedendi* 28. *Januarii* 1707. *§. Nuſquam tamen, cor.* R. P. D. *meo Anſaldo*, & in terminis concurſus Plebani cum Rectore ſimplici Parochialis *Pignatell. conſ.* 46. *num.* 6. *tom.* 7. *Sac. Rit. Congr. in Aſculana* 23. *Junii* 1642. *apud Eundem loc. cit.* & in terminis celebrationis Miſſæ Solemnis *Barboſ. de Paroch. cap. num.* 5. *verſ.*
19 *Rector enim*, ibi — *Rector enim intra propriam Eccleſiam debet præcedere omnes alios, majores etiam, & ſuperiores, in dicendis Miſſis Solemnibus, & aliis quibuſcunque,*
20 *concernentibus ipſius Rectoris officium*, & magis præciſè in concurſu Archipresbyteri cum ſimplici Paro-
21 cho Eccleſiæ, ſitæ in Archipresbyteratu, ſive Plebanatu, reſcripſit *Sacr. Rit. Congregat. in Verulana* 2. *Martii* 1642. *ſequen. tenor. &* habetur apud *Pignatell. conſult.* 46. *ſub num.* 6. *tom.* 7. *Exponit Curatus Parochialis Eccleſiæ S. Petri Terræ Banchi; Archipresbyterum S. Angeli eiuſdem loci prætendere functiones facere in propria Eccleſia. Orator ſupplicat declarari, An liceat? Sacr. Congr. reſpondit, non licere, ſed ad proprium Parochum functiones omnes Eccleſiaſticas ſpectare, & pertinere in propria Eccleſia, non obſtante quacunque contraria conſuetudine.* Et ita nuper conſului favore Rectoris Eccleſiæ Sancti Jacobi Caſtri de Cozzilis contra Plebanum Maſſæ Vallis Nebulæ Nullius Piſcien.

Non obſtante, quòd ad ſervandum ordinem Hyerarchiæ Eccleſiaſticæ videretur quòd ſimplex Rector poſtponendus eſſet Plebano intra limites Plebanatus; quia dignitas Plebani reſtringitur ad ea ſolummodo, quæ concernunt ſimplicem præeminentiam, & honorem, non autem extenditur ad ea, quæ tangunt proprium, & particulare cujuſque munus, pro quo exercendo
22 implicat, quòd etiam inferior ſit alteri ſubordinatus, & ab eo dependeat, ad *Text. in cap. cum in Eccleſiis, de majorit. & obed.* & in terminis *Rot. dec.* 226. *num.* 2. *&* 6. *& dec.* 258. *nu.* 1. *& per tot. part.* 1. *& dec.* 281. *num.* 2. *& ſeqq. part.* 2. *rec.* quilibet enim ex ſe proprium munus gerere poteſt independenter ab alio, quamtumvis in ordinè ſuperiori, ut videmus, quòd Archipresbyter pro exercendo ſuo miniſterio licentiam non petit ab Archidiacono, neque Epiſcopus ab Archiepiſcopo, neque ipſe Parochus pro ſuo mu-
23 nere obeundo adire debet Epiſcopum, ut advertunt *Hoſtien. in Rubr. de offic. Vicar. part.* 3. *Rot. cor. Seraphin. dec.* 1204. *num.* 2. *& dict. dec.* 281. *nu.* 3. *part.* 15. *rec.*

Quapropter, quando agitur de Parocho Titulari, habente ſuum Populum, & Parochiam diſtinctam, competit eidem in ſua Eccleſia præcedentia, & prælatio, quoad exercitium Sacrarum Functionum, non ſolùm Plebano, verùm etiam Capitulo Collegiatæ, ad dictam Eccleſiam recedenti. *Barboſ. d. tract. de Paroch. part.* 1. *cap.* 9. *nu.* 5. *Gratian. d. diſcept.* 298. *ferè per tot. idem Barboſ. de Pot. Epiſcop. allegat.* 78. *num.* 38. *Caſſan. Cathal. Glor. Mund. part.* 4. *conſiderat.* 81. *Gon-* 24
zal. ad Reg. 8. *Cancell. gloſſ.* 6. *num.* 101. *& ſeqq.* & latiùs *in Caſſanen. Jurium Parochialium, ſeu Præeminentialium* 6. *Junii* 1707. *cor. bo. me. Caffarell.* ex ratione, quam latè exornat *Rot. in Andrien. Præeminentiarum ſuper bono jure* 2. *Martii* 1711. *§. Placuit, cor.* R. P. D. *Aldrovando*, quia in actibus, qui concernunt alicujus officium, competit ſupra majorem Præcedentia, quod adeo verum eſt, ut hæc Præeminentia faciendi hujuſmodi Functiones Sacras in propria Eccleſia, & canendi Miſſas ſolemnes, non ſolùm competat Parocho in ſua Eccleſia ſupra quemlibet alium, ſed etiam ſimplici Rectori Eccleſiæ, ſive Oratorii publici ſupra 25
Parochum, intra caſus Juriſdictionis limites reperitur ſituata Eccleſia, vel Oratorium, ut paſſim declaravit *Rot. Romana*, ac ſignanter *in Romana Oratorii* 13. *Januarii* 1698. *§. Nullum igitur, & §. Iſta tria, cor. Eminentiſſimo Priolo, & in Civitatis Plebis Jurium Parochialium* 3. *Julii* 1707. *§. Excluſa, cor Rev. Molines Decano, & in eadem* 6. *Junii* 1708. *§. Conſequenter, cor.* R. P. D. *meo Anſaldo*.

Illud eſt notandum ad hanc materiam Matricitatis, quòd ſi Eccleſia inferior elevetur ad ſtatum Collegia- 26
tæ, remaneant extincta jura Matricitatis, & ſubjectionis erga Eccleſiam Matricem, ſive Superiorem, quia cum Eccleſia inferior reddatur ſuperior, ac dignior propter qualitatem Collegiatæ ipſa Matrice, conſiderari ampliùs non poteſt ſtatus priſtinus ſubjectionis. *Piton. diſcept.* 9. *n.* 44. *Rot. coram Seraphin. dec.* 1445. Quod tamen non procedit in caſu, quo Eccleſia inferior ad æqualem ſtatum Matricis elevetur, ut contingit, quando aliqua Eccleſia inferior erigitur in Ca- 27
thedralem, & æquè principaliter unitur Eccleſiæ Cathedrali Matrici, ut eſt caſus Collegiatæ Praten. à *Sa. me. Innocentio X. de anno* 1653. in Cathedralem erectæ, & æquè principaliter unitæ Eccleſiæ Cathedrali Piſtorien. ejus antiquæ Matrici, ex iis, quæ fusè probant *Fagnan. in cap. cum ab Eccleſiarum, à n.* 13. *ad fin. de offic. Ordinar. Gratian. diſcept. forenſ. cap. . . . per tot. tom.* 5. Tunc enim, quando Eccleſia ſubjecta, ſive Filialis, non ſit ſuperior, ſed tantummodo æqualis ipſi Eccleſiæ, cui erat ſubdita, licèt extinguantur jura Matricitatis, & ſubjectionis antiquæ, quia par in parem non habet imperium, attamen ut obſervat *D. Piton.* 28
loc. cit. ſub numer. 11. *&* 44. non amittitur ille honor reverentialis, ac quædam ſubmiſſio obſequioſa ob memoriam priſtinæ ſubjectionis, & reſpectivè ſuperioritatis, debitæ Eccleſiæ Matrici, ſicut videmus in ſervo, qui licèt manumittatur, & liber fiat, tamen ſemper debet Patrono honorem reverentialem in memoriam antiquæ ſervitutis. *l. ſi unus §. Servus ff. de quæſt.* 29
Tiraquell. in tract. ceſſan. cauſ. part. 1. *num.* 106. Quæ reverentia licèt in actibus ipſum ſtatum Cathedralis reſpicientibus nihil operetur, nec ſit conſiderabilis, cum ambæ ſint Cathedrales, tribuit tamen prælationem in competentiis earum particularibus, diſtinctis, 30
& extraneis ab ipſa Cathedralitate, ut eſt quæſtio Prænominationis, & Præcedentiæ unius, & alterius Capituli in Proceſſionibus, ſeſſionibus in Synodo, & ſimilibus, ut in puncto firmat *Fagnan. cap. cum certum, n. . . . . de maiorit. & obed.* & conferunt deducta *per De Luc. de Præeminent. diſc.* 42. *n.* 12. & plenè per ipſum *D. Piton. dicta diſcept.* 9. *ferè per tot*, qui ſcripſit pro Capitulo Pennen. contra Capitulum Hadrien. in Sac. Congregatione Conciſtoriali, in qua fuit propoſitum dubium, an attenta unione æquè principaliter dictarum Eccleſiarum ſub uno Epiſcopo, nominari deberet Eccleſia Pennen. ante Hadrien. quæ ante erectionem in Cathedralem erat de Diœceſi Pennen. ſive inter eas obſervanda eſſet alternativa, & reſolutum favore dictæ Eccleſiæ Pennen. propter rationes ſupra allatas, & fuſiùs per eum extenſas in ea-

dem

dem Diſceptatione; quod Decretum, emanatum, *ſub die 22. Septembris* 1699. eſt ſequentis tenoris — *Sac. Congregatio rebus Conſiſtorialibus præpoſita, diſcuſſo maturè dubio, An, & quæ ex Eccleſiis Pennen. & Hadrion. invicem unitis in præſenti caſu expeditionis Bullarum Epiſcopatus ſit prænominanda, & an inpoſterum ſervanda veniat alternativa*, Cenſuit, ſi SS. D. N. *placuerit, prænominandam eſſe Eccleſiam Pennen. & non eſſe locum alternativæ, & facta relatione, Sanctitas ſua Sac. Congregationis ſententiam benignè probavit.*

Jo: Jacobus Scarſantonius.

A R G U M E N T U M.

Capitulum non poteſt privari facultate ſtatuendi, non tamen poteſt ſtatuere circa ardua, ac graviora ſine conſenſu Epiſcopi, quod latè explicatur. Statutorum ignorantia non poteſt allegari à Canonicis. An conſentiente Epiſcopo poſſint condere Statuta tam præter Jus, quàm contra Jus, quod clarum ſit exemplis.

S U M M A R I U M.

1 *Capitulum non poteſt ab Epiſcopo privari facultate ſtatuendi circa res minores, niſi quando eſſent Eccleſiaſticis Inſtitutis contraria.*

2 *Poſſunt etiam Canonici, abſque Epiſcopo, ſtatuere circa ea, quæ de Jure commum reperiuntur diſpoſita.*

3 *An majus vinculum producat ſimile Statutum, & quale ſit.*

4 *Capitulum, & Canonici non poſſent circa ardua, & graviora, quæ non concernunt ſervitium Eccleſiæ, nova Statuta edere, niſi accedente Epiſcopi conſenſu, & quare,* & n. 5.

6 *Verbum — non poteſt — aliquando ſignificat carentiam omnis facultatis, aliquando accipitur pro — non decet.*

7 *Licentia, quæ in aliquo actu requiritur, non ſufficit quòd ſubſequatur, ſed debet intervenire in ipſo actu.*

8 *Nec pariter ſufficit tacita, ſed debet eſſe expreſſa.*

9 *Conſenſus Epiſcopi in Statutis, quæ conduntur a Canonicis, ſatis eſt quòd poſtea ſuperveniat,* & n. 10.

11 *Immò ſi Epiſcopus præſens ſit in Capitulo, quando conditur aliquod Statutum, & taceat, videtur conſentire, nec opus eſt alia approbatione.*

12 *Idem erit dicendum, ſi Vicarius conſenſerit hujuſmodi Statutis, & quare.*

13 *Quod eſt dicendum pariter de Vicario Foraneo; quoad Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ.*

14 *An, & quo temporis ſpatio Capitulum præſcribat Jus condendi Statuta ſuper gravibus negotiis abſque Epiſcopi conſenſu.*

15 *Quæ dicantur res graviores ad hunc effectum, remiſſivè.*

16 *Capitulum poteſt ſtatuere etiam de rebus gravibus, reſervato conſenſu, & beneplacito Epiſcopi; & quid ſi poſtulatus præſtare recuſet.*

17 *Canonicorum Statuta, ut valida ſiat, requiritur, quòd ſint Capitulariter edita, & in ſcriptis redacta.*

18 *Limita quoad Statuta, & leges Supremi Principis, quæ pro validitate non exigunt neceſſariò ſcripturam.*

19 *Declaratur* tex. in c. 1. de jure jur. in 6.

20 *Statutum tamen jam ſcriptum, ſi poſtea deperdatur, comburatur, ſcindatur, vel deleatur, adhuc tenet, & obligat, ſi per teſtes probari valeat.*

21 *Tranſgreſſor conſuetudinis, ut legis tranſgreſſor, eſt puniendus.*

22 *Conſuetudines Eccleſiæ præſtat in libro deſcribere, & quare.*

23 *Sed non eſt neceſſarium, quia obligant, etiamſi non fuerint ſcriptæ.*

24 *Et ligant etiam ſucceſſores.*

25 *Conſuetudo quando aſſumat vim Statuti.*

26 *Lex undè nomen accipiat.*

27 *In Canonico allegante Statutorum ignorantiam, præſumitur dolus.*

28 *Et Capitulo ſtatui poteſt, non licere Canonicis talem ignorantiam allegare.*

29 *Ad quem finem à Canonicis condenda ſint Statuta,* & num. 30.

31 *S. Pontifex in ſuis Conſtitutionibus ſemper intendit animarum ſalutem.*

32 *Capitulum, etiam de conſenſu Epiſcopi, non poteſt quicquam ſtatuere, quod Juri Pontificio repugnet.*

33 *Nec ipſemet Epiſcopus valet Conſtitutiones facere, Juri Canonico adverſantes.*

34 *Poſſunt verò Canonici, annuente Epiſcopo, contra Sanctiones Synodales, Juri Canonico non contrarias, ſtatuere.*

35 *Valet Capitulum contra Pontificias Conſtitutiones conſuetudinem introducere,* & n. 36. 37. & 39.

38 *Debet tamen conſuetudo introduci ex rationabili cauſa,* & n. 40. & 41.

42 *Ad præſcribendam conſuetudinem contra Jus Canonicum, ultra rationabilem cauſam, requiritur tempus quadraginta annorum.*

43 *Sufficiunt tamen decem anni, ſi lex ab initio non fuit recepta.*

44 *Non ceſſat obligare Statutum, quo Canonici uſi non ſunt, quia caſus non evenit, & de ratione,* & num. 45.

46 *Capitulum poteſt cum cauſa contra ſuæ Eccleſiæ conſuetudinem ſtatuere.*

47 *Et minùs rationabilem conſuetudinem rationabili alia conſuetudine abrogare.*

48 *Multo magis poteſt Capitulum conſuetudinem præter Jus introducere, & quale tempus requiratur.*

49 *Quæ dicatur conſuetudo, ſive Statutum præter Jus.*

50 *Datur hujus rei exemplum.*

51 *Canonici poſſunt, conſentiente Epiſcopo, Statuta rationabilia præter Jus peragere.*

52 *Et ita poſſunt ſtatuere; Canonicos infirmos extra locum reſidentiæ non participare de Diſtributionibus.*

53 *Immò nec infirmos in loco reſidentiæ, qui domo egrediuntur,* & n. 54.

55 *Canonicus abſens ex cauſa, ob quam illi conceduntur Diſtributiones, non tenetur, non exiſtente Statuto, aliquid tribuere Hebdomadam pro ipſo ſupplenti, nec idem ſupplere.*

56 *Canonici, legitimè non impediti, tenentur intervenire Concionibus, quæ in eorum Eccleſia fiunt tempore Quadrageſimæ, ſub pœna amiſſionis Diſtributionum illius dies.*

57 *Poteſt per Capitulum diſponi, quòd recipiendus in Canonicum priùs juret quamdam majorem reſidentiam, quàm ſit à jure ſtatuta.*

58 *Sic tamen jurans poteſt pro utilitate Eccleſiæ ſe abſentare.*

59 *Poteſt etiam Capitulum ſtatuere, quòd infirmi, vel alii à Choro exempti, teneantur celebrare facere Miſſas Conventuales, ad quas quiſque in ſua Hebdomada eſt obligatus.*

60 *Et Canonicos extra numerum non habere vocem in Capitulo.*

T I T U L U S XI.

CApitulum non poteſt ab Epiſcopo privari antedicta
facultate ſtatuendi circa minora, nec jam edita 1
Statuta ſimilia auferre, niſi fuerint Eccleſiaſticis inſtitutis contraria. *Alex. conſ. 19. n. 9. part. 1.* & ſatis probat *Vulpell. in Prax. Judic. cap. 39. num. 12.* De his tamen Decretis, & Ordinationibus bonum erit, ad majorem obligationis nexum, petere ab Epiſcopo ipſorum confirmationem, licèt non ſit de neceſſitate, ita *Suarez. loc. prox. cit.* Poſſunt etiam Canonici abſque ſcitu
Epiſcopi, de per ſe Statutum ferre circa ea, quæ de 2
jure communi reperiuntur diſpoſita, innovando Canonis, ſive Pontificiæ Conſtitutionis ordinationem, ita docent *Zabarell. in cap. ult. num. 18. de conſuet. Jo: And. in cap. fin. de off. Archipresb. Ant. de Butr. in cap. cum dilectus, de conſuet. Abb. in cap. ult. num. 3. de eo, qui furt. Ord. recip. Bott. de Synod. part. 4. num. 4. quæſt. 5.* Et licèt quibuſdam videatur tale Statutum ad nihilum valere, & fruſtra occupare membranam, quia hoc idem
erat de jure communi decretum, nil ſecius arbitror, non 3
eſſe dicendum ſupervacaneum, nec ſuperfluum; namque operatur, primo; Quòd multi neſcientes jus commune, audientes Statutum ſic diſponens, illud addiſcunt.

Secundò plus ſolet compeſcere Statutum, quàm jus cõmune, ſiquidem magis timetur, quod ſpecialiter juſſum

reperitur, gloſ. in c. ex parte, de reſcript. Imol in c. 1. eod. tit, Covar, pract. qq. c. 27. n. 4.

Tertiò producit ſaltem effectum paternæ monitionis, ut inquit Mart. de Juriſdict. part. 4. caſ. 62. n. 15.

Quartò ſi fuerit jurata ejus obſervantia, addit vinculum juramenti. Bott. de Synod. part. 1. conſ. 10. n. 9. & majorem habebit obligationem, ſi inſuper ejus tranſgreſſoribus adiiciatur aliqua pęna pecuniaria, ut in c. à nobis 1. de ſenten. excom. in d. c. cum acceſſiſſent. Bellam. ibi nu. 19. Suarez ubi ſupra.

Quintò, & ultimo, quia, ſublato jure communi, non remanet abrogatum Statutum. Imol. in repet. l. omnes Populi.

Juxta hæc ſummopere adnotandum, Capitulum, & Canonicos, non poſſe circa ardua, & graviora, quæ non concernunt debitum ſuæ Eccleſiæ ſervitium,
4 nova Statuta edere, niſi accedente conſenſu Epiſcopi, tam in veſtibulo Collegiatæ, quàm deindè. Propoſ. ſuper cap. Catholica. diſt. 11. Ant. de Butr. in cap. cum M. de conſt. Innoc. & Hoſt. in cap. cum acceſſiſſent, eod. tit. Abb. in cap. cauſam, num. 7. de elect. in cap. edocere, num. 4. de reſcr. & in cap. requiſiti, de teſt. Marc. dec. 303. n. 1. part. 1. Monet. de Opt. cap. 8. q. 3. Valente in Concord. Jur. loc. cit. num. 11. ubi ſupra. V. Capitulum, nu. 2. Ratio eſt, quia hæc decernenda ſunt ſaniori judicio Epiſcopi, in quo non præſumitur ignorantia juris; cap. lator, diſt. 55. c. niſi. §. Pro defectu, tit. de renunc. ſed habere omni-
5 modam ſcientiam ad gubernationem temporalium, & ſpiritualium omnium Eccleſiarum ſibi ſubjectarum, in quibus eſt caput, c. requiſiſti, de teſt. Compoſtell. ſuper d. c. cum omnes.

Quapropter quando in rebus judicatis non parvi ponderis, inquimus: Capitulum poteſt, vel Canonici poſſunt, ſubaudi, de conſenſu Epiſcopi; quemadmodum, dum dicitur. Capitulum non poteſt; iſtud verbum negativè prolatum privat omni potentia. gloſ. in cap. non
6 poteſt, de reg. jur. in 6. Card. Tuſc. lit. P. concl. 464. etiam de licentia Epiſcopi, ut inſta, licet in aliis diſpoſitionibus quandoque accipiatur pro verbis, non decet, Surd. conſ. 203. nu 44. Quòd ſi Capitulum, & Canonici, hujuſmodi Statuta, quæ de conſenſu Epiſcopi poſſunt condere, abſque ejus ſcitu condiderunt, dicuntur imperfecta, & nullum jus producunt, quia in Statuentibus deeſt auctoritas. Dec. in c. quæ in Eccleſiarum, nu. 4. de conſt. Bal. in c. cauſam, eod. tit. n. 2. Rodriq. qq. reg. tom. 1. q. 10. art. 17.

Iſte Epiſcopi conſenſus, qui dicitur eſſentialis, non exigitur neceſſariò in ipſo actu, veluti licentia, quæ dum in aliis actibus requiritur, non ſufficit ſubſequi,
7 ad tradita per Abb. in cap. Licet. de reg. jur. in 6. num. 3. Archid. in cap. venditionibus 16. quæſt. 1. Bero. in d. cap. cum omnes, n. 46. Rot. part. 3. diverſ. dec. 123. num. 3. ſed debet eſſe expreſſa, & tacita non eſt ſufficiens,
8 Nald. & Galet. V. Licentia. Idemque ſequitur de auctoritate, quæ debet intereſſe ante factum. Monet. de Com. Ult. Vol. loc. cit. cap. 7. quæſt. 4. num. 383. In Statutis verò, quæ fiunt à Canonicis, ſatis eſt poſtea conſenſum præſtari, atque, Epiſcopo ratificante, convaleſcunt Statuta de rebus gravibus peracta, quæ antea nullius
9 erant roboris. Innoc. in d. c. cum conſuetudinis, num. 1. Boich. in cap. Prudentiam, de off. & pot. Jud. num. 14. Zabarell. in clem. 1. de hæret. num. ult. Graſſ. de Eff. Cler. eff. 2. n. 150. Caputaq. dec. 175. n. 2. part. 2. Ciarl. Contr. part. 1. c. 39. n. 25. Atque hujuſmodi confirmatio opera-
10 tur, nè ulterius de actus invaliditate quæratur. c. 1. de conſ. uti. vel inut. Abb. in cap. Quæ, num. 3. de ſent. & re. jud. & addentes ad Dec. in d. cap. cum acceſſiſſent, num. 3.

Immò Epiſcopo præſente in Capitulo, in quo conditum fuit aliquod Statutum, ſi taceat, videtur tacitè
11 conſentire: Nec opus eſt alia approbatione, vel conſenſu, cum ſufficiat tacitus. Buratt. dec. 758. nu. 10. in addit. Carb. de Jur. Eccleſ. unio. ubi ſupra n. 15.

Adhæc, ſi Vicarius Generalis Epiſcopi fuerit conſentiens hujuſmodi Statutis, præſumitur Epiſcopus de his
12 notitiam habere, ac approbare. Farinac. part. 2. dec. 606. num. 1. in poſth. Rub. in Aphor. Epiſc. V. Vicarius, num. 14. Idem ſequitur, ſi Vicarius foraneus notitiam habuerit
13 de quibuſdam ſimilibus Statutis, latis à Canonicis Collegiatæ Diœceſis; etenim, ſtante ſcientia ſui Officialis, Epiſcopus præſumitur de his ſatis informatus. Seraph. deciſ. 1026. num. 3. Rot. part. 1. diverſ. dec. 166. n. 3. & deciſ. 30. num. 4. part. 6. Guttier. part. 2. lib. 3. quæſt. 32. num. 9. Caval. loc. cit. quæſt. 357. nu. 3. clariùs Penia dec. 103. num. ult. part. 1. & dec. 27. n. 31. & conſonant tradita per Maſcard. de Prob. concl. 625. n. 1. Prætera, ſi Capitulum abſque aſſenſu Epiſcopi Statuta, etiam de rebus gravibus, ferre conſueverit, valent, ſi contineant, quæ Epiſcopus comprobare de ju-
re poteſt, & ſciens non impugnet, ac Capitulum id 14
præſcripſerit quadraginta annorum ſpatio; ut tradunt D. Anton. in Summ. part. 1. tit. 18. §. 13. in fin. Neguſan. conſ. 354. num. 13. Io. And. & Boich. in cap. ea no-
ſcitur, num. 3. de his quæ fiunt à major. part. Cap. Caſtr. Pal. 15
de Leg. tract. 3. diſc. 1. particul. 23. §. ult. n. 26. ubi videre eſt, quæ dicantur res graviores.

Capitulum poteſt, ut indicavimus, Statuta, etiam de arduis, condere irrequiſito Epiſcopo, reſervato ejus beneplacito, & conſenſu, quem, ſi poſtulatus, dare in Statutis licitis, & honeſtis recuſaverit, adeundus eſt Archiepiſcopus, qui conſentiat. cap. filii 16. quæſt. 7. Gonzal. ſuper Reg. 8. Cancell. gloſſ. 47. num. 37. &
in eventu, quo Epiſcopus, prout noſter, nulli Archie- 16
piſcopo ſit ſubjectus, recurrendum eſt ad Summum Pontificem pro confirmatione: c. Quæ Eccleſiarum, de conſt. & ibi Dec. num. 14. Ut Canonicorum Statuta valida ſint, non ſolùm debent eſſe capitulariter peracta, & publicata, ſed debent in ſcriptis redacta. Ripa in Rubr. de Conſt. n. 43. Card. Turrecr. in c. lex. diſc. 1. num. 2. Archid. ibid. Sot. de Juſt. & Jur. lib. 3.
part. 1. art. 1. Et quamvis Ant. de Butr. & Imol. ad Ru- 17
bric. de conſt. Abb. ibid. num. 3. & in cap. 1. n. 19. de pot. Præl. Boich. in c. à nobis, num. 17. de ſent. excom. Suarez. de Leg. lib. 3. cap. 15. num. 6. & Bott. de Synod. part. 3. num. 11. & alii ſentiant, ſcripturam non eſſe de ſubſtantia legis, & Statutorum, & ſic poſſe fieri viva voce abſque ſcriptis; Hujuſmodi contrarietas eruditè conciliatur à Fran. Valente in Concord. Jur. part. 2. quæſt. 4. ſect. 4. num. 13. ubi dicitur; In Statutis, & legibus, à
ſupremo Principe conditis, non exigi ſcripturam de ne- 18
ceſſitate, ſecus verò in Statutis, quæ fiunt ab inſinuan-
ti Principis inferioribus, præſertim à Canonicis: nec 19
huic diſtinctionis obſtat cap. 1. de jurejur. in 6. quòd, ut ait Maſcard. de Prob. concl. 221. loquitur de Statutis Canonicorum, & tamen dicit, quòd Canonici jurant Statuta, & conſuetudines ſcripta, & non ſcripta; cui objectioni plenè ſatisfacit idem Valente l. cit. num. 13. probans cum auctoritate DD. verbum ſcripta reſpondere verbo conſuetudines; ibique ſolvit cætera objecta per Maſcard. ubi ſupra. Verum eſt, quòd ſi Statutum jam ſcriptum, poſtea deperditum, vel caſu combuſtum, aut ſciſſum, vel deletum fuerit, adhuc conſer-
vatur ejus obligatio, ſi poſſit probari per teſtes, ut 20
conſentit Valente l. cit. ſed melius erit, quòd hujuſmodi Statutum obliteratum, vel amiſſum, redigatur in ſcriptis, ut ſucceſſores eorum, qui illud tulerunt, plenam habeant notitiam, ut ajunt Bald. in Rub. de conſt. num. 7. Maſſobr. de Synod. c. 4. diſc. 45. num. 3. Et quia
tranſgreſſor conſuetudinis, ut tranſgreſſor legis, eſt 21
puniendus. Vivian. in d. c. cum omnes. Omnes conſuetu-
dines Eccleſiæ bonum etiam erit in libro deſcribere, 22
nè ſit in poteſtate alicujus falſo allegare conſuetudinem. Molfeſ. tr. 9. c. 11. ſed hoc non eſt neceſſarium,
quia obligant, licèt non ſint ſcriptæ, ut cum aliis no- 23
tat Deciſ. in rubr. 1. de conſt. num. 3. Ratio rationis eſt, quia conſuetudo longo tempore inducitur, ac vires acquirit eundo; & ideo faciliùs probari poteſt, quàm
Statutum, quod momento expeditur, & ſtatim obli- 24
gat, & adſtringit ad obſervantiam non ſolùm Canonicos ſtatuentes, ſed & eorum ſucceſſores. Bero. in capit. cognoſcentes, de conſt. numer. 96. Feder. de Sen. conſ. 95. part. 2. Card. Tuſc. lit. C. concl. 240. Conſuetudines ſcriptæ non vocantur Statuta, ſed ſemper remanent in ſua
ſpecie, niſi Statutum mandaret ſervari talem conſue- 25
tudinem; quia tunc aſſumit vim Statuti. cap. 2. de prob. gloſ. ibi. Molfeſ. l. cit. numer. 17. Nè aliquis ex Canonicis noviter receptis poſſit conqueri, ſe realiter non habuiſſe Statutorum notitiam, ſolent in Capitulo bis in anno legi. Lex quidem dicitur à legendo, eo
quòd edatur, ut ſæpiùs legatur, Ita Canoniſtæ in 26
Rubr. de conſtit. Et propterea in Canonico, allegan-
te Statutorum ignorantiam, præſumitur dolus. Ne- 27

guſant.

guſant. loc.cit. qu. 465. num. 156. Villagur. loc.cit. lib. 2.
cap.5. nu. 102. Atque Capitulum poteſt Statuto ra-
tum facere, non licere Capitularibus Statutorum igno-
rantiam allegare in caſu controventionis, nt poſt alios
docet Daoyz loc.cit.V. Statutum, nu. 4. Poſt inſinuatam
28 Statutorum lectionem, Eccleſiæ conſnetudines enun-
ciantur. Statuta non ſunt à Canonicis condenda ad
ſuam propriam utilitatem, ut à laboribus Eccleſiaſti-
cis eximantur, ſed ad Divini honoris augumentum,
communemque Fidelium utilitatem, quod didici à D.
29 Thom. 2. 2. quæſt. 90. num. 4. & à Bald. in c. E. S. M.
num. 5. de conſt. dum à Capitulo electus, hujus Col-
legiatæ Capitula compilavi: & hoc eſt de Natura Le-
gis, & Statuti; alioquin lex non eſſet lex, ſed ſex, nt
inquiunt DD. ſuper c. cum omnes, de conſt. Et quia Snm-
mus Pontifex in ſuis Conſtitutionibus ſemper intendit
30 ſalutem animarum, ut notant Imol. in cap. Cam M. num.
31 8. de conſt. & Duard. de Cenſib. qu. 3. num. 59. tom. 1.
Capitulum, etiam de expreſſo Epiſcopi aſſenſu, non
valet quicquam ſtatuere, quod cum jure Pontificio pu-
32 gnet. c. in ſancta 2. quæſt. 2. ubi Præpoſ. n. 1. Abb. in c. Venerabi-
lis, n. 4. de præb. & Alex. conſ. 59. lib. 1.

Nec ipſe Epiſcopus poteſt Conſtitutiones facere,
jnri Canonico adverſantes. Paul. de Caſtr. conſ. 19. num. 8.
33 Fragoſ. lib. 1. dub. 1. n. 48. tom. 2. Poſſunt verò Canonici,
annuente Epiſcopo, contra Synodicas Sanctiones, Juri
Canonico non contrarias, ſtatuere, & Statutum eſſet
ſervandum Abb. in c. cum olim 2. 5. de conſuet. Maſſobr. in
34 Prax. prælud. 4. 2. 4. Gonzal. loc. cit. gloſ. 9. §. 1. nu. 12. Seraph.
deciſ. 104. 2. 11.

Quamvis, ut tetigimns, Capitulum ſtatuere ne-
queat contra leges Pontificias, poteſt tamen adverſus
eas conſuetudinem introducere Graff. part. 2. conſ. 1. nu. 12.
35 de elect. Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 6. diſt. 14. num. 6.
Bott. loc. cit. part. 3. con. 8. num. 36. Antonell. loc. cit.
lib. 1. cap. 1. num. 26. Sperell. dec. 66. num. 4. tom. 1.
36 nec reſultat, conſuetudinem eſſe majoris auctoritatis,
quàm lex, & Statutum: Cravett. conſ. 278. num. 6. Gemia.
in Rubr. de conſuet. Coccia. dec. 376. num. 5. Quia con-
ſnetudo non ſtatim, ſed paulatim ex bona fide, &
cauſa rationabili, introducitur. Nec conſequitur vires
37 quoad uſque ſit legitimè præſcripta, ut ex cap. fin. de
conſuet. notat Fely. in c. quod ſuper, nu. 3. de major. & obed.
Suarez loc. cit. c. 9. n. eod.

Et licèt Canones maturo conſilio, ac prudentia,
pro bono publico decernantur; nihilominus curſu, &
varietate temporis evenit, nt ceſſet priſtina ratio, &
38 accidat nova cauſa conſuetudinis introducendæ contra
illam Canonicam Conſtitutionem. Ant. de Butr. ſuper
cap. 2. de prob. Trullen. in Dec. lib. 1. capit. 8. diſt. 15.
num. 2 Statutum autem à principio vim habet, &
directè legi adverſatur, & ideo non poteſt à Cano-
nicis contra eam condi. Caſtr. Pal. part. 2. tract. 13. diſt.
39 quæſt. §. 11. num. 5. Rodoan. loc. cit. Simon. cap. 26. nu. 10.
part. 3. Dixi poſſe introduci conſuetudinem contra jus
40 Canonicum ex rationabili cauſa, de qua videatur Gon-
zal. loc. cit. gloſ. 33. numer. 10. & Dian. part. 6. tract. 5. reſol.
1. Si enim abſque legitima ratione fuerit à Capitu-
lo introducta, non valet, nec per longnm tempus
excuſat à culpa cap. Venerabilis de conſuet. Alagon. ibid.
41 Mar. Ant. Var. lib. 2. reſ. 30. num. 15. Alex. conſ. 8. num. 9. lib. 6.
Ad præſcribendam conſuetudinem contra jus Cano-
nicum prætextu rationabilis cauſæ, exigitur tempus
quadraginta annorum, quando lex fuit ab initio re-
42 cepta. cap. conſuetudo 12. diſt. Azor. part. 1. Mor. lib. 5.
c. 18. quæſt. 4. Laym. tract. 4. cap. 3. num. 4. Farinac. dec.
611. num. 3. part. 2. Sufficiunt verò decem anni, ſi
43 Lex, Statutum, aut Conſtitutio, non fuerint ab
initio recepta. Cephal. conſ. 132. lib. 1. Suarez de Leg. lib. 5.
c. ult. Nunqnam tamen evaneſcit Statutum, ſi eo Ca-
nonici non fuerint uſi, eo quia caſus non evenit, ut
advertunt Abb. in c. Joannes, de cler. conjug. Bonac. de Leg.
44 diſt. 1. part. 4. quæſt. 1. num. 48. Sperell. dec. 55. nu.
22. tom. 1. nbi de hoc reddunt rationem, & ſequi-
tur Quintanad. loc. cit. tract. 7. ſingul. 8. num. 9. Qui
concluſionem aliis comprobat rationibus. Capitulum
poteſt cum cauſa contra ſuæ Eccleſiæ conſuetudinem
45 ſtatuere. Bald. in dict. c. cum omnes, n. 17. Bertach. V. Ca-
46 pitulum ſuper quibus. Zipeus lib. 3. tit. de his, quæ
fiunt à majori part. Cap. Intellige de conſenſu Epiſcopi.
Vivian. in d. cap. cum conſuetudines. Maſſobr. de Synod.

cap. 4. diſt. 8. Atque poteſt per ſe conſuetudinem minus
rationabilem conſuetudine rationabili abrogare per 47
plures actus, collegialiter operatos. Abb. in cap. Cum
illorum, de Præb. Caſtr. Pal. part. 5. tit. de conſuetud.
punct. 3. §. 2. Capitulum, & Canonici, qui, nt
dictum eſt, poſſunr inducere conſuetudinem contra 48
jus, multò fortiùs id queunt præter jus, & hæc decem
annorum intervallo inducitur. gloſ. in cap. fin. de conſuet.
in 6. Tarrecr. in cap. mox eſt. diſt. 1. Bero. ſuper. cap. 1.
num. 57. de conſt. Caval. dec. 91. nu. 2. & dicitur conſue-
tudo, ſive ſtatntum præter jus, quæ contra, ant ſecun-
dum jus non ſunt. gloſ in c. 1. de conſuet. in 6. Calder. 49
conſ. 2. num. 2. eod. tit. Ut jus optandi Præbendas fun-
datas de bonis Eccleſiæ, non interdicitur Canonicis,
neque his de jure communi competit, hoc jus poſ- 50
ſunt introducere decem annorum ſpatio. Gonzal. loc. cit.
gloſ. 34. n. 14. & deciſum refert Marta loc. cit. tit. Optio,
capit. 6.

Canonici, conſentiente Epiſcopo, poſsnnt Capitu-
lariter peragere rationabilia Statuta præter jus, ut poſt 51
alios docet Bonac. de Diſtr. diſp. 2. q. 5. part. 1. num. 6.
Undè poſsunt ſtatuere, Canonicos infirmos extra lo-
cum reſidentiæ non participare de diſtributionibus. 52
Maciga. loc. cit. cap. 71. num. 30. Trullen. in Opuſc. dub.
4. n. eod. Immò infirmos in loco reſidentiæ, qni do-
mo egrediuntur. Caſtr. Pal. de Hor. Can. d. 3. pun. 9. §.
13. n. 20. Nec adverſatur c. unic. de cler. non reſid.
Quia non præcipit, ſed permittit dari poſse diſtribu- 53
tiones infirmis, nt ſupra: ita advertit Fragoſ. loc. cit.
lib. 10. diſt. 23. §. 2. num. 16.

At, non exiſtente Statuto, Canonicus abſens ex
cauſa, ex qua conceduntur ei Diſtributiones, non 54
remanet obligatus quicquam tribuere Hebdomadam
ſupplenti pro ipſo, nec ipſe ſupplere, quando revertitur, 55
ita relatore Nicol. in Floſc. V. Hebdomadarius, declaravit
Sacr. Epiſc. & Regular. Congreg.

Capitulnm poteſt, immò deberet ſtatuere, nt Cano-
nonici, legitimè non impediti, interveniant Concio-
nibus, quæ in eorum Eccleſia fiunt in Quadrageſima,
quibus, adempto etiam Statuto, tenentur aſſiſtere ſub 56
pœna amiſſionis Diſtributionum illius diei, ex iterato
Sac. Congr. Decreto apud Nicol. loc. cit. V. Canonicus,
num. 33.

Similiter per Statutum poſsunt diſponere, qnòd ne-
mo recipiatur in Canonicum, niſi prius juret quan-
dam majorem reſidentiam, quàm ſit à jure ſtatuta.
Abb. & Dec. ſuper d. c. Cum omnes. Jo: Andr. in c. ex par- 57
te, de conceſſ. præb. Lotter. de Re Ben. ubi ſupra q. 27. nu.
15. Qui tamen ſic jurans poteſt pro utilitate Eccleſiæ
ſe abſentare, ut notant Caſtr. Pal. part. 3. diſp. 2. pun. 7.
§. 5. num. 21.

Item Capitulum poteſt Statutum edere, quòd Ca-
nonici infirmi, vel alii à Choro exempti, teneantur 58
celebrari facere Miſsas Conventuales; ad quas quiſque
ſua hebdomada eſt obligatus, ut probat Ciarlin. Controv. 59
For. tom. 1. c. 38. n. 28. & 35. Atque Canonicos extra nu- 60
merum non habere vocem in Capitulo. Grat. diſcept. for.
c. 187. n. 10.

A R G U M E N T U M.

De facultate, quam habent Capitula Cathedralium,
& Collegiatarum, condendi Statuta pro eorum re-
gimine, & quando in eis requiratur Superioris au-
ctoritas. De obſervantia eorundem Statutorum, ac
de juramento per Canonicos præſtando in actu rece-
ptionis, & de profeſſione Fidei, per eoſdem fa-
cienda.

S U M M A R I U M.

1 *Quælibet Univerſitas, ſive Collegium, habet jus con-
dendi Statuta circa ea, quæ concernunt ejus par-
ticulare regimen.*
2 *Etiam ſine approbatione, vel confirmatione Superioris.*
3 *Statutum factum à Collegio obligat omnes de eodem
Collegio ad illius obſervantiam, dummodo ſit lici-
tum, & honeſtum.*
4 *Amplia etiam ſi Statutum imponeret pœnam, ſive colle-
ctam iis de Collegio.*
5 *Declara dummodo Collegium eſſet à Superiore approbatũ.*

6 *Capitula Cathedralium, & Collegiatarum, poſſunt condere Statuta reſpicientia temporale intereſſe abſque Epiſcopi confirmatione.*

7 *Item condita Statuta etiam ſine cauſa revocare.*

8 *Licèt Capitula non poſſint ſine Epiſcopi conſenſu revocare antiquas Conſtitutiones, & conſuetudines, hoc procedit reſpectu illarum, quæ reſpiciunt univerſale intereſſe Eccleſiæ, vel commune Epiſcopi.*

9 *Capitula poſſunt immutare Statutum circa diviſionem Turni Collationum, cum reſpiciat ejus privatum intereſſe, ubi affertur ratio.*

10 *Item poſſunt condere Statuta, quæ concernunt utilitatem, ſeu honorificentiam Eccleſiæ, maximè annuente Epiſcopo.*

11 *Item revocare Statuta, Apoſtolica auctoritate confirmata.*

12 *Hujuſmodi Statuta Capituli obligant etiam Beneficiatos, ubi declaratur.*

13 *Capitula non poſſunt condere Statutum, in quo decernatur, ut Canonici non intereſſentes in ſua hebdomada poſſint recuperare Diſtributiones amiſſas, intereſſendo in altera hebdomada.*

14 *Item non poſſunt condere Statuta occaſione electionis, vel ante illam, ſine confirmatione Apoſtolica.*

15 *Juramentum præſtitum à Canonicis ſuper obſervantia Statutorum Capituli, reſtringitur ad licita, & poſſibilia.*

16 *Prædictum juramentum operatur, ut non poſſit allegari contraria conſuetudo, & affertur ratio.*

17 *Non debet præſtari dictum juramentum à Canonicis, niſi priùs lectis, & conſideratis Statutis.*

18 *Expediens eſſet, ut Statuta ſuperflua, & ad uſum non deducibilia, reſecarentur, ut ea, quæ jurantur, ritè obſervarentur.*

19 *Canonici tenentur facere publicam Fidei profeſſionem, alioquin non faciunt fructus ſuos.*

20 *Non tamen tenentur reſtituere Diſtributiones, quas occaſione ſervitii, Eccleſiæ præſtiti, perceperunt.*

21 Sac. Congr. Conc. *ſolet condonare fructus prædictos, amiſſos ob non factam Fidei profeſſionem.*

22 *Statutum conditum à Capitulo, & juramento Canonicorum roboratum, ſi non ſit Eccleſiæ præjudiciale, obligat in vim pacti ejus auctores.*

23 *Concilium Triden. derogans Statutis, præſervat illorum vim reſpectu auctorum.*

24 *Et dicta præſervatio non ſolùm operatur reſpectu Statutorum, factorum ante ipſum Concilium, ſed etiam poſtea editorum.*

25 Sac. Congr. Conc. *ſolet abſolvere Capitulares ab hujuſmodi juramentis præjudicialibus.*

26 *Epiſcopus poteſt pro libito revocare Statuta Synodalia à ſe condita.*

27 *Amplia, etiam ſi Statuti obſervantiam promiſiſſet, & affertur ratio.*

28 *Multo magis poſſunt revocari à Succeſſore Epiſcopo.*

29 *Amplia etiam ſi Statutum fuiſſet à Sede Apoſtolica confirmatum, dummodo tamen confirmatio ad majorem validitatem fuiſſet obtenta, non ex neceſſitate* num. ſeq.

31 *Confirmatio Apoſtolica regulariter non alterat naturam Statuti.*

32 *Sed tantùm convalidat, aliàs eſſet nova diſpoſitio contra naturam confirmationis.*

ANIMADVERSIONES.

PLuries obiter actum fuit de auctoritate Capituli condendi Statuta; hìc pleniùs de eadem facultate agemus, ac item de eorundem obſervantia; & quatenus pertinet ad primum, eſt receptum principium, quòd quælibet Univerſitas, ſive Collegium, poteſt ſtatue-
1 re circa ea, quæ concernunt ejus particulare regimen, ad *Text. in l. final. C. de juriſd. omn. Judic. & l. unic. ff. de Collegiis, & Corporib. illicit. l. omnes populi ff. juſt. & jur.* & qui-
2 dem abſque ulla ſuperioris confirmatione, juxta theoricam *Bartol. in d. l. omnes populi n. 20. verſic. quæro. Curt. Jun. conſ. 349. n. 19. lib. 3. Rot. dec. 103. n. 3. part. 2. diverſ.* Ac proindè dummodo Statutum ſit licitum, & honeſtum, & reſpiciat rerum Collegii adminiſtrationem, ſive politicum gubernium, omnes de Collegio obligat, atque inter eos eſt omnino ſervandum.
Bald. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. Innoc. in c. cum acceſſiſ- 3
ſent, de conſt. Capiblanc. de Baronib. lib. 2. cap. 21. ferè per tot. Surd. conſ. 58. & ferè per tot. lib. 1. Capon. diſcept. 262. concl. 2. n. 1. & concl. 3. n. 15. Concial. ad Stat. Eugub. rubr. 8. num. 1. in addit. n. 14. & 15. Graſſ. de Except. except. 1. num. 13. Cyriac. controv. 504. numer. 36. & 37. & n. 42. & pleniùs *controv. 506. un. 4. & ferè per tot. Gratian. diſcept. 721. num. 22. Rot. dec. 180. num. 36. part. 9. & dec. 112. part. 12. rec. & in Romana Artis Tonſoriæ 18. Junii 1708. §. Eoque certiùs, in fin. coram Reverendiſs. P. D. meo Anſaldo Decano,* etiamſi hujuſmodi Statuta continerent pœnam, vel imponerent Collectam ſolvendam ab illis de Collegio. *Soccin. in c. dilecta, n. 78. de exceſſ. Prælator. Gratian. d. diſcept. 721. nu. 22.*
Capon. d. diſcept. 262. concl. 2. n. 20. Oportet tamen, quòd 4
hujuſmodi Univerſitas, ſive Collegium, fuerit per Principem, ſive Superiorem approbatum, nam alioquin potiùs Conventiculæ nomen ſortiretur, nullumque jus Sta-
tuti condendi haberet, ut diſtinguunt *Berous conſ. 7. nu.* 5
10. Mart. de Juriſdict. part. 4. centur. 1. caſ. 87. nu. 19. Oliva de For. Eccleſ. part. 3. quæſt. 6. num. 8. Sanfelic. dec. 135. num. 10.

Capitula autem Cathedralium, ſive Collegiatarum, tanquam Corpora à Jure approbata, indubiè fruuntur hujuſmodi prærogativa condendi Statuta ſuper concernentibus temporale intereſſe, ac bonorum adminiſtra-
tionem, abſque Epiſcopi conſenſu, & auctoritate, 6
ut plenè *Rot. dec. 76. & dec. 107. part. 7. rec. & in Illerden. Receptionis oſculi Pacis 23. Martii 1703. coram Kaunitz, & 9. Junii 1704. cor. bo. me. Cardin. Caprara;* Ac etiam Statuta jam condita revocandi pro eorum libito, & etiam ſine cauſa, & quando agitur de materia reſpiciente ſolum privatum intereſſe Canonicorum, ad *Text. in cap. Cum M. Ferrarienſis, de conſtit. Caſtropal. Oper. Moral. tom. 1. tract. de leg. diſp. 5. punct. 2. num. 7. Rot. dec. 244. n. 24. & ſeq. part. 16.* & ſequendo noſtrum *Cęccoper. lib. 4. num. 80. in Monaſterien. Canonicatus 18. Martii 1707. §. Eademque reſponſione, cor. Eminentiſs. Scotto.* Et licèt Capitulum non poſſit mutare antiqua Statuta, vel conſuetudines, ſine Epiſcopi conſenſu, juxta *Text. in c. cum conſuetudinis*, hoc intelligendum eſt, quatenus prædictæ antiquæ conſuetudines, ſive Statuta, concernant Statum univerſalem Eccleſiæ, vel tan-
gant commune intereſſe Epiſcopi, & Capituli, ſe- 7
cus verò ſi reſpiciant ſolius Capituli privatum intereſſe, ut diſtinguendo tradunt *Gloſſ. in cap. 2. V. Statutum, de V. ſignificat. in 6. Butr. in d. c. cum conſuetudinis, de conſuetudine, num. 7. & 8. ibique Gonzal. num. 10. Barboſ. de Canonic. cap. 42. num. 15. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 14. numer. 88. Rot. dec. 15. num. 2. & ſeq. cor. Celſ. & in d. Monaſterien. Canonicatus §. Nec relevare.* Hinc
proindè cum Statutum ſuper diviſione Turni Colla- 8
tionum inter Canonicos reſpiciat privatum intereſſe ipſius Capituli, ſeu potiùs ſingulorum, ut dixit *Rot. dec. 473. n. 6. & dec. 518. num. 2. coram Cerr.* & connumeretur inter fructus Canonicatuum, qui pertinent ad
ſingulos Canonicos jure proprio: *Rot. in Hildeſimen. Cano-* 9
nicatuum 3. Julii 1702. §. At redeundo, coram R. P. D. meo Anſald. & in Segobien. Canonicatus 11. Aprilis 1704. §. Altera verò, ſuſtinetur etiam ſine Epiſcopi conſenſu, ut dixit *Rot. in eadem Monaſterien. Canonicatus in d. §. Eademque reſponſione, & §. Nec relevare.* Et agendo de Statuto, quòd antiquior Canonicus poſſit optare vacantem Præbendam, tanquam Juri conforme, *Rot. dec. 37. n. 2. part. 17. recen.*

Statuta verò, quæ concernunt utilitatem, ſeu honorificentiam Eccleſiæ, præſertim annuente Epiſcopo, condere poſſe Capitula, vel antiquis derogare, firmat *Oldrad. conſ. 252. n. 4. Barboſ. de Offic. Epiſc. part. 3. allegat. 93.*
ſub num. 30. Rot. dec. 398. num. 1. & ſeq. part. 11. & d. 10
dec. 37. num. 11. & 12. part. 17. recen. Quod extendunt DD. & ſignanter *Bald. in d. l. omnes Populi, n. 85. ff. de iuſt. & iur. Abb. in d. c. cum acceſſiſſent, de conſtit. num. 8. Felin. num. 12. & 14. & Dec. num. 19. Surd. conſ. 58. num. 22. & Rot. d. dec. 37. num. 13.* etiam ad caſum, quo an-
tiqua Statuta fuiſſent auctoritate Apoſtolica robora- 11
ta, & in terminis Statuti, concernentis ſervitium Eccleſiæ, & Chori *Rot. cor. Millin. dec. 728. num. 4. & 6. in Tarraconen. juris congregandi 4. Julii 1674. §. 1. coram Albergat. in Seguntina Præeminentiarum ſuper præ-*

latio-

Digitized by Google

latione Altarium 17. Maji 1681. §. E contra verò, & ple-
niùs *in Illerdea. Receptionis oſculi Pacis 23. Maji 1703.
coram Kaunitz & 9. Junii 1704. coram bon. mem. Car-
din. Caprara*. Quod pariter validum eſſe, etiam con-
12 tradicentibus Beneficiatis Eccleſiæ, ultra allegatos do-
cent *Barboſ. de Canonic. cap. 42. num. 15. & de Jur. Ec-
cleſ. lib. 1. cap. 22. num. 15. & ſeq. Fagnan. in d. cap. cum
omnes, de conſtit. num. 37. Rot. deciſ. 107. part. 7. rec.
& in d. Illerden. §. Quippe, in fin. coram Kaunitz*, dum-
modo per hujuſmodi Statuta non adſtringerentur Be-
neficiati ad onera ſervilia, & gravia, ut alibi adno-
tatum fuit.
Hoc verò limitari oportet, quòd non valeat Sta-
tutum conditum à Capitulo, per quod Canonici, qui
Diſtributiones amiſerunt non intereſſendo Divinis Of-
ficiis in Hebdomada ſibi tangente, illas recuperare va-
leant intereſſendo in feſtis diebus, in quibus aliàs
13 non tenentur intereſſe, ut cenſuit *Sacra Congregatio
Concilii in Aven. Diſtributionum 25. Septembris 1700. ad
4. dub.*
Quamvis, ut diximus, Capitula poſſint condere
Statuta, antiqua revocando; limitandum tamen eſt,
quoties ageretur de Statutis factis occaſione electio-
14 nis; nam per Conſtitutionem 51. *Innoc. XII. in ſuo
Bullar.* irritantur hujuſmodi Conſtitutiones, ſive Sta-
tuta, facta tàm ante, quàm poſt eandem electionem,
etiamſi fuiſſent juramento roborata, niſi acceſſerit
confirmatio Sedis Apoſtolicæ.
Quatenus pertinet ad obſervantiam Statutorum, ad-
vertendum eſt, quòd juramenta, generaliter præſtita
à noviter proviſis de Canonicatibus in actu illorum
receptionis, de obſervandis Statutis, & conſuetudini-
bus, reſtringi debent ad conſuetudines, & Statuta li-
cita, & poſſibilia, prout confirmando alteram Con-
ſtitutionem *Nicolai III.* ſtatuit idem *Innoc. XII. in d.
Conſtitutione 51.* & quòd non extendatur ad Statuta non
recepta, vel per contrarium uſum abrogata *Sperell.
dec. 15. num. 3. & dec. 110. num. 35. Monacell. Formul.
Eccleſ. p. 1. formul. 13. tit. 2. num. 3.* Operantur verò
hæc juramenta, ut contra Statuta non poſſit allegari
contraria obſervantia, cum promiſſio de illis obſer-
vandis ſe opponat initio contrariæ conſuetudinis, ma-
ximè ſi adeſſet uſus, quòd omnes Capitulares ſingulis
15 annis prædictam obſervantiam jurarent. *Gloſ. in l. cum
de conſuetudine 34. ff. de legib. DD. in cap. final. de con-
ſuetud. Canoniſta in cap. final. de conſuetud. cum aliis apud
Rot. dec. 210. num. 10. p. 17. rec.* Quia quatenus poſſet
dici inchoara contraria conſuetudo; ab iſtis actibus,
16 Statutum approbantibus, interrupta remanet, juxta
*gloſſ. in l. nemo 166. §. Temporalia ff. de regul. jur. Rot. co-
ram Bich. dec. 48. n. 15. cor. Ottobon. dec. 45. n. 7. & 10.
& d. dec. 210. n. 11. p. 17.*
Hoc autem obſervandum eſt circa talia juramenta,
quòd non deberent, ut regulariter evenit, adſtringi
noviter recepti ad ea præſtanda ſine ulla advertentia,
& diſcuſſione, & tanquam pro forma, ſed priùs ab
eis videnda, & conſidaranda forent, ut probè ſciant
17 quid jurejurando promittant, prout ſtatuit *Synod. Co-
lonien. relat. à Van, Eſpen. in Jus Eccleſ. part. 2. tit. 26.
ſub numer. 22.* Sicuti pariter conveniret, ut Statuta
ſuperflua, quæque in uſum nunquam deducuntur, ne-
que deduci poſſunt, omitterentur, & ea ſola conſer-
varentur, quæ utilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ exigit;
18 ac proindè in veritate, judicio, & juſtitia jurarentur;
& ſedulò obſervarentur, ut monet idem *Van. Eſpen.
loc. cit. ſub n. 25.*
Præter juramentum de obſervandis Conſtitutionibus
Capitularibus, tenentur proviſi de Canonicatibus, &
Dignitatibus in Cathedralibus, non ſolum coram E-
piſcopo, ſive illius Vicario, ſed etiam in Capitulo,
facere publicam Fidei profeſſionem, & jurare ſe in Ro-
manæ Eccleſiæ obedientia permanſuros, alioquin non
faciunt fructus ſuos, nec illis ſuffragatur poſſeſſio, ut
cautum eſt in *Concil. Trident. cap. 12. ſeſſ. 24. de reform.*
19 cumque Concilium loquatur de fructibus, receptum
eſt, quòd Canonicus ob non emiſſam Fidei profeſſio-
nem non teneatur reſtituere Diſtributiones, quas ea-
tione intereſſentiæ in Choro lucratus fuit, ut docent
20 *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. in proœm. §. 7. n. 170. Pigna-
tell. conſult. 77. tom. 6*, ſolet tamen à Sacra Congregat.
Concilii condonari reſtitutio fructuum perceptorum,

quando omiſſio profeſſionis Fidei bona fide ſecuta fuit;
ut *in Biſiguanen. 17. Aug. 1630. Sac. &c. attenta Oratoris* 21
*bona fide, illi condonavit omnes fructus hactenus perceptos,
ita tamen, ut aliquid eleemoſynæ arbitrio ſui Confeſſarii
Pauperibus Chriſti elargiatur, & eandem Fidei profeſſio-
nem coram ſuo Ordinario ad Sac. Concilii Triden. præſcri-
ptum iterum emittat.*
Hoc etiam animadverſione dignum eſt, quòd ſi age-
retur de Statuto condito à Capitularibus, & juramen-
to roborato, dummodo non eſſet Eccleſiæ præjudicia-
le, ſed ſolummodo ipſis Capitularibus, licèt non aſ-
ficeret ſucceſſores, tamen tanquam pactum, & con- 22
ventio, ipſos Auctores obligaret, juxta *Text. expreſ-
ſum in cap. per tuas, de arbitr. Fagnan. in cap. cum veniſ-
ſent de Conſtitutionibus, & ſeqq. & n. 37. in fin. Rot. cor.
Cæſar. de Graſſ. dec. 89. n. 6. & ſeqq. coram Seraphin. dec.
205. num. 2. dec. 475. num. 3. & dec. 1008.* Undè *Sacr.
Concilium Trident. in cap. 4. ſeſſ. 6. de ref. & c. 6. ſeſſ. 25.*
& alibi, quamvis deroget privilegiis, concordiis, &
juramentis, ac ſimilibus, attamen decernit, juramen-
ta adſtringere proprios auctores, & ad illa ſervanda
teneri, ut etiam advertunt *Gallemart. ad d. c. 4. verſic.* 23
*Concordiis, & d. capit. 6. ſeſſ. 25. ſub num. 30. verſic.
ſuper interpretatione. Fagnan. in c. venient, n. 2. de Tran-
ſact. & in d. cap. cum veniſſent, num. 28. & ſeqq. & in c.
ſi quis, nu. 36. de confirmat. util. vel inutil. Sarav. de Ad-
junct. quæſt. 24. num. 25. Corrad. in Prax. Beneficiar. lib. 2.
c. 15. n. 134. & ſeq. Garz. de Benefic. p. 3. cap. 2. n. 217.
in fin. Seraphin. dec. 205. per tot. & dec. 460. nu. 6. & 7.*
Et quod præſervatio facta à Concilio juramenti reſpe-
ctu ſuorum auctorum, operetur non ſolùm quoad præ-
terita, nempè acta ante Concilium, ſed etiam indè 24
ſecuta, tradunt *Sarav. d. tract. q. 24. n. 25. Lotter. de Re
Benefic. lib. 2. quæſt. 25. nu. 85. Rot. cor. Cæſar. de Graſſ.
d. dec. 89. num. 3.* Ad effectum autem, ut Canonici,
qui ſimilia Statuta, vel Concordias fecerunt ſibi præ-
judiciales, poſſint illas impugnare, ſolet à Sacra Con-
gregatione Concilii concedi abſolutio ab juramento,
expedienda per Literas Apoſtolicas, ut in *Antuerpien.* 25
4. Aprilis 1693. lib. 43. Decret. fol. 133.
Quoniam verò evenire poteſt, quòd Epiſcopi, ma-
ximè in Synodalibus Conſtitutionibus, aliqua ſtatuant,
quæ concernunt favorem Capituli, dubitari poteſt,
an poſſint ea ad libitum revocare, vel eis potiùs de
neceſſitate ligentur, & negativè talis quæſtio reſol-
venda eſt, juxta puntualem doctrinam *Bald. in l. digna* 26
vox, num. 3. C. de legibus ibi -- *non ergo ligatur Epiſco-
pus proprio Statuto de neceſſitate -- & in Auth. quibuſcun-
que, n. 8. C. de Sacroſ. Eccleſ.* ibi -- *Sicuti per ſententiam
hominis nemo ligat ſe ipſum, ita nec per ſententiam pro-
prii Statuti, cum ſtatuere ſit Juriſdictionis, & Epiſcopus
non habet Juriſdictionem in ſe ipſum, & iſta ratio eſt no-
tabilis* -- concordat -- *Angelus in l. Princeps, num. 1. ff.
de legib.* ibi -- *Epiſcopus non ligatur per Statutum à ſe
conditum, Jo: Andr. in cap. 1. de Conſtit. in 6.* & punctua-
liſſimè *Bero. conſ. 22. n. 36. tom. 1.* ubi quòd poteſt Epi-
ſcopus revocare ad libitum tales Conſtitutiones. *Pax
Jordan. tom. 2. Elucubrat. lib. 8. tit. 1. num. 86. Azor. In-
ſtit. Moral. p. 1. lib. 5. cap. 11. qu. 2. Bonacin. Oper. Moral.
tom. 2. de legib. diſput. 1. quæſt. 1. punct. 6. num. 22. verſic.
Utrum verò Epiſcopus, juncto n. 25.*
Quod videtur intelligendum, etiamſi Epiſcopus Sta-
tuti obſervantiam aliquo modo promiſiſſet, quia ejus
obligatio intelligenda foret de mera obligatione dire-
ctiva, non autem civili, & coactiva, ut latè *Bonac.* 27
*ubi ſup. num. 23. & 25. Caſtropal. Oper. Moral. tom. 1. tit.
de legib. tract. 3. punct. 24. §. 1. num. 3.* ubi allegat ra-
tionem, quia nemo in ſe ipſum poteſt exercere Juriſ-
dictionem, quia non poteſt eſſe ſuperior, & inferior;
plenè *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. alleg. 34. numer. 3. verſ. non
enim Epiſcopus. Seraphin. de Privileg. Jurament. privileg.
146. num. 2. Ugolin. de Offic. Epiſcop. cap. 47. §. 1. num. 3.*
Et extra ullam difficultatem hoc procedit, quando 28
agitur de ſucceſſore, cum Conſtitutiones Synodales
nunquam ſucceſſores afficiant. *Jo: Andr. in c. cui licet,
de reg. jur. in 6. Pax Jord. Elucubr. tom. 2. lib. 8. tit. 1. nu.
86. Barboſ. de Poteſt. Epiſc. d. alleg. 34. num. 3. verſic. quod
facit*, quamvis fuiſſent Apoſtolica auctoritate confir- 29
matæ, niſi ageretur de confirmatione eſſentiali, ni-
mirum quando Epiſcopus ſtatueret circa ea, de quibus
propria auctoritate ſtatuere non poteſt, veluti ſi con-
tra

tra exemptos decerneret, cum in hoc caſu Statutum reputetur per dictam confirmationem Apoſtolicum, ac proindè ſine conſenſu confirmantis revocari non poteſt, & afficit Succeſſores; Secus verò quando confirmatio eſt accidentalis, quæ contingit, quando Conditor legis, ſeu Statuti, habet quidem poteſtatem ſtatuendi, ſed ad majorem Legis, ſeu Statuti auctoritatem, & obſervantiam, petit confirmationem, & tali caſu Statutum non dicitur Papale, ſed remanet Epiſcopale, & ſubjectum revocationi ſine conſenſu confirmantis, nec afficit ſucceſſorem; ita diſtinguendo
30 caſus firmat *Bonac. Oper. Moral. tom. 2. de legib. diſput. 1. quæſt. 2. punct. e. num. 16. Suarez de Legib. lib. 6. cap. 26. nu. 15. Salas eod. tract. diſp. 20. ſect. 3. n. 29.* & eſt theorica originalis *Bart. in l. omnes Populi, num. 33. ff. de juſtit. & jur.* & concordant *Paſſerin. in cap. licet nu. 104. de conſtit. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. diſput. quæſt. 6. num. 7. Rodriquez Quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 68. art. 5.* ea ratione, quòd confirmatio non alterat, nec immu-
31 tat naturam Statuti, regulariter non afficientis ſucceſſores ex defectu poteſtatis, cum par in parem non habeat imperium, ſed ſolummodo conſervat, atque illud convalidat in ea ſpecie, in qua reperit, quia aliàs non eſſet confirmare, & convalidare diſpoſitionem præcedentem, ſed novam, ac diverſam ab eo
32 introducere, contra naturam confirmationis, ut tradunt *Ruin. conſ. 22. num. 16. lib. 3. Surd. conſil. 361. numer. 37. Formoſin. in cap. cum acceſſiſſent quæſt. 1. num. e. de conſtit. Paſſerin. in capit. licèt quæſt. unic. art. 5. nu. 104. eod. tit. in 6. Gregor. deciſ. 267. numer. 1. & deciſ. 229. num. 15. part. 19. rec.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

Capitulum an poſſit ſtatuere, & firmare numerum Canonicorum. An Epiſcopus ordinaria auctoritate poſſit creare, tam in Cathedrali, quàm in Collegiata, Dignitates. In quibus caſibus Epiſcopus teneatur adhibere conſilium Capituli. Epiſcopus poteſt ſolus punire Canonicos, niſi Capitulum ſit exemptum. Quomodo citandum ſit Capitulum; & an ſufficiat citare Syndicum. Et de locatione Bonorum Capituli, ſive Præbendarum particularium.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum, & Canonici poſſunt, interpoſito juramento, certum numerum, Canonicorum & Præbendarum, ſtatuere, & quando.*
2 *Quomodo probetur iſte certus numerus.*
3 *Canonicus admiſſus de mandato Papæ, dicentis -- non obſtante certo numero -- non tollit numerum.*
4 *Capitulum augere poteſt numerum, ſi facultates Eccleſiæ augeantur, & è converſo,* & n. 5.
6 *Prædicta ſunt intelligenda, ut fiant cum conſenſu Epiſcopi.*
7 *Vel niſi adſit Statutum, quia tunc ad Sum. Pontificem eſt recurrendum, tam pro augumento, quàm diminutione.*
8 *Juramentum, præſtitum ſuper aliqua re, intelligitur, quatenus in eodem ſtatu permaneat.*
9 *Epiſcopus, tam in Eccleſia Collegiata, quàm Cathedrali, creare poteſt, abſque auctoritate Apoſtolica, de conſenſu Capituli novam Dignitatem.*
10 *Immò quoad Dignitates, de quibus in Jure ſit mentio, poteſt illas Epiſcopus creare, etiam reluctante Capitulo, & quando.*
11 *Dos in hujuſmodi caſibus aſſignanda, conſiſtere debet non in cenſibus, ſed ſtabilibus, & Locis Montium.*
12 *Extende concluſionem* ſub n. 9. *poſitam, etiam in caſu, quo per novæ Dignitatis creationem, diminuatur honor antiquioris Canonici.*
13 *Si verò nova Dignitas nullam afferat Eccleſiæ utilitatem, creari non poteſt abſque conſenſu Capituli.*
14 *Cum non ſemper expediat plures in Eccleſia augere Miniſtros.*
15 *Non eſt erigendum in Eccleſia novum Altare, dum non eſt utile.*
16 *In pluribus rebus gerendis Epiſcopus tenetur adhibere conſenſum Capituli, & aliquando conſilium.*
17 *Ubi debet petere conſilium, tenetur expectare reſponſum.*
18 *In iis verò, in quibus de Jure debet conſenſum petere, attendenda eſt reſolutio majoris partis.*
19 *Debet Epiſcopus, in ſui ingreſſu, ad requiſitionem Capituli, jurare ſuper obſervantia Statutorum Eccleſiæ, & ſuper quibus.*
20 *Ubi Epiſcopus eſſet negligens, poteſt Capitulum Jura Epiſcopalia in Judicio defendere.*
21 *Et poteſt admonere eumdem Epiſcopum, ſi non reſidet, ut ad Eccleſiam accedat, aliàs conſtituitur in contumacia.*
22 *Sed non poteſt illum ad id citare, & de ratione remiſſivè.*
23 *Epiſcopus punire poteſt Canonicos delinquentes, niſi Capitulum ſit exemptum, & tunc quomodo procedendum.*
24 *Mitiùs tamen procedere debent Epiſcopi cum ſuis Canonicis.*
25 *Capitulum non poteſt ab Epiſcopo excommunicari.*
26 *Licèt poſſit pœna Interdicti puniri, & de ratione diſparitatis.*
27 *Capitulum quando dicatur legitimè citatum.*
28 *Quid ſi nollet congregari.*
29 *Quando ſufficiat citare Syndicum, ſeu Procuratorem Capituli,* & n. 30. & 31.
32 *An, & quando in mandato Procuræ ſufficiat dicere, quòd Capitulum conſtituit ſuum Procuratorem &c. ſeu potius exprimenda ſint nomina omnium vocalium,* & n. 33. 34. & 35.
36 *In alienatione Bonorum ſtabilium requiritur conſenſus omnium in loco reſidentium, ſed ſatis eſt duas partes in Capitulo intervenire.*
37 *Et attenditur mandatum factum à majori parte Capituli.*
38 *Ad quod tempus poſſit Capitulum bona communia, & quivis Canonicus bona ſuæ Præbendæ locare.*
39 *Quomodo valeat Capitulum Bona in emphyteuſim concedere.*
40 *Conſenſus Papæ, ſeu reſpectivè Epiſcopi, in conceſſione emphyteutica Bonorum Eccleſiæ, ſpatio triginta annorum interveniſſe præſumitur.*
41 *Emphyteuta, reſervato conſenſu domini directi, poteſt alteri rem livellariam ſubemphyteuticare.*
42 *Quid operetur in tali contractu clauſula -- non aliter, nec alio modo.*
43 *Dominus directus tenetur præſtare ſuum conſenſum, & quando,* & n. 44.
45 *Bona ſtabilia, non excedentia in proprietate valorem ſcutorum quinquaginta auri de Camera, reputantur exigui valoris.*
46 *Sed videtur attendenda particularis Curiarum Epiſcopalium conſuetudo.*
47 *Ubi de Jure antiquo fiebat examen, pro cognoſcendo, an talis alienatio eſſet expediens, necne; & quid de Jure novo,* & n. 48.
49 *Tunc dicitur Contractus emphyteuſis utilis Eccleſiæ, quando Canon æquat penſionem, quæ priùs locando Bona ad breve tempus percipiebatur.*
50 *Immo etiam facta diminutione ſextæ partis, & de ratione remiſſivè.*
51 *Bona, jam in livellum conceſſa, ſi ad Eccleſiam revertantur, an, & quando poſſint abſque nova licentia concedi,* & n. 52. & 53.
54 *Jus quod competit Capitulo, bona ejuſdem in emphyteuſim concedendi, competit & cuilibet Canonico de per ſe, quoad bona ſuæ Præbendæ diſtinctæ.*
55 *A' novo conductore perſolvitur laudemium domino directo, & ad quam rationem,* & n. 56.

TITULUS XII.

CApitulum, & Canonici, interpoſito etiam juramento, poſſunt ſtatuere certum numerum Canonicorum, & Præbendarum in Eccleſiis, ubi omnia bo- 1
na erant in communi, *cap. cum in Eccleſia, de inſtit. & ibi Petr. de Anchar. Imol. in d. cap. cum omnes, nu. 8.* Iſte autem certus numerus non probatur ex eo, quòd fuerit conſuetudo recipiendi in illa Eccleſia, v. g. decem

2 cem Canonicos, ſed per Statutum juratum. *Abb. in*
c. ex parte, n. 6. de Præb. Laym. lib. 4. tract. 2. c. 16. Rot.
dec. 9. dicto tit. in antiq.

Nec tollitur numerus, ſi Canonici aliquem ultra nu-
3 merum recipiant ad mandatum Papæ, dicentis, non
obſtante certo numero. *Rebuff. conſ.* 146. *Caputaq. dec.*
277. p. 2. Ciarl. p. 2. cap. 32. num. 7. Gimon. de Lit. Grat.
4 *fol. mihi* 194. Capitulum poteſt augere dictum nume-
rum, ſi facultates Eccleſiæ augeantur. *Innoc. in d. c.*
Ad audientiam, num. 3. de reſcript. ac eundem numerum
5 coarctare, ſi præfati redditus conſiderabilem diminu-
tionem paſſi fuerint. *Abb. antiq. in d. cap. ex parte, n.*
2. Compoſtell. in d. cap. Cum acceſſiſſent, num. 3. Mantic.
6 *dec.* 114. *num.* 2. Intellige de conſenſu Epiſcopi. *Vi-*
vian. in cap. ex parte, de conſtit. & niſi adſit Statutum,
7 quia tunc recurrendum eſſet ad Sum. Pontificem, tam
pro augumento, quàm diminutione. *Boich. in cap. ex*
parte, num. 3. de conſt. Ricc. decis. 66. part. 3. Moſcon.
ubi ſupra *fol.* 292. Non obſtat autem juramentum in
caſu antedicto abſque dicta clauſula, quia intelligitur
8 conditio generalis, ſi res in eodem ſtatu permanſe-
rit, *gloſſ. in cap. 2. de reſcript. Seraphin. de Privil. Juram.*
privil. 74. Urſell. lit. A. concl. 89. num. 177. Pluries inter-
rogatus ſui, an in Cathedrali, vel Collegiata Eccle-
ſia, queat Epiſcopus abſque auctoritate Apoſtolica de
9 conſenſu Capituli Dignitatem, ſeu Dignitates crea-
re? Et reſpondi affirmativè; & nè gratis id aſſeruiſ-
ſe videar, ſic ſentiunt *Compoſtell. Jo: Andr. Hoſt. Imol.*
Bellamer. Ant. de Butr. Zabarell. Abb. Fely. in ſæpiùs *alleg.*
cap. Cum acceſſiſſent, de conſtit. & ſequuntur *Boich. ſu-*
per cap. cùm olim, numer. 3. de conſuet. Innoc. in cap. ex
parte, num. 4. de conceſſ. Præbend. Archid. in cap. conſtitu-
tionem, num. 1. de V. ſignif. & in cap. omnes 22. diſt. ubi
Præpoſ. & Card. Turrecr. num. 7. idem tenet *Card. Tuſc.*
lit. D. concl. 422. num. 5. Corneus loc. cit. conſ. 193. num.
19. Selv. de Beneſ. part. 3. quæſt. 4. num. 18. Novar. QQ.
For. part. 1. quæſt. 24. nu. 4. Azor. part. 2. mor. lib. 6. cap.
30. Ghilin. loc. cit. V. Canonici, num. ult. Monet. de Com-
mut. Ult. Vol. cap. 11. num. 328. Mantic. deciſ. 114. nu. 3.
Dian. part. 3. tract. 6. reſ. 38. Homob. in conſult. loc. prox.
cit. Seraph. deciſ. 1495. num. 1. Ricc. part. 3. deciſ. 244.
num. 2. & in Prax. part. 1. reſol. 33. ubi teſtatur ſic pra-
cticari. Et licèt *Barb.* cum aliis *in cap. cum olim, de*
conſuet. numer. 53. contradicat, tamen, revoluto man-
tello, ſtat nobiſcum *de Jur. Ecclеſ. Univerſ. lib. 1. cap.*
21. numer. 5. Quinimmò, reluctante Capitulo, jus eſt
Epiſcopo, Dignitates, de quibus in Jure ſit mentio,
10 creare, ſi aliundè quàm ex redditibus illius Eccle-
ſiæ conſtituatur dos; etenim ſic nullum fit præjudi-
cium Canonicis in ſuis redditibus, & augetur Divi-
nus Cultus, ut conſiderant *Imol. in d. cap. cum olim,*
num. 22. Ant. de Butr. ibidem num. 5. Corn. loc. cit. nu. 19.
Seraph. ubi ſupra, *Sbroz. de Offic. Vic. lib. 2. cap. 35. n.*
5. & Vulpell. in Prax. Judic. cap. 30. numer. 17. Quæ dos
11 non poteſt aſſignari in cenſibus, ſed conſiſtere debet
in ſtabilibus, vel in Montibus, ita à *Sac. Congregat.*
refert deciſum *Nicol. in Flor. V. Canonicus, num.* 4. Nec
12 attenditur, ſi ob novam Dignitatem diminuatur ho-
nor antiquioris Canonici, ut benè obſervat *Gemen.*
loc. cit. quæſt. 507. nu. 4. Verum eſt, quòd ſi hujuſce-
modi Dignitatis creatio nullam afferret utilitatem Ec-
13 cleſiæ, non poteſt inſtitui abſque conſenſu Capituli,
ad tradita per *Rocch. de Curte ubi ſupra V. Capitulum,*
num. ultim. & Garc. de Beneſ. part. 12. capit. 4. numer. 5.
quibus favet *Put. deciſ. 6. n. 6. part.* 3. Non enim ſem-
14 per expedit plures in Eccleſia augere Miniſtros. *Vi-*
vian. ſuper cap. cum tibi, de ætat. & qualit. ordin. & Rot.
div. p. 6. dec. 6. n. 2. Facit, non eſſe erigendum in Ec-
15 cleſia novum Altare, dum non eſt utile: *Abb. in c.*
2. de privil. & alii.

In pluribus rebus gerendis Epiſcopus Capituli con-
16 ſenſum, & aliquando conſilium adhibere tenetur: ut
toto tit. de his, quæ ſiunt à majori parte, & notant *Vener.*
loc. cit. lib. 4. cap. 20. num. 24. Gavan. in Prax. Synod. c.
1. num. 2. In caſibus, quibus conſilium debet petere,
17 tenetur expectare reſponſum; quòd tamen ſequi non
obligatur, niſi in certis caſibus, relatis *in c. cum olim,*
de arbitr. Bellamer. ibidem num. 6. Conſenſum autem in
caſibus, à Jure expreſſis, tenetur Epiſcopus à Capi-
18 tulo poſcere, & efficere juxta majoris partis reſolu-
tionem. *Imol. in cap. Quanto, num. 4. de his, quæ ſiunt*
à majori parte &c. Monet. de Com. loc. cit. cap. 7. quæſt. 4.
num. 401. & Ghilin. V. Conſilium, numer. 1. Capitulum
poteſt requirere Epiſcopum in ejus primo acceſſu, ut
juret ſervare Statuta Eccleſiæ, & ipſe tenetur jurare; 19
non quidem indiſtinctè, ſed ſolùm ea, quæ ſunt Ca-
nonibus, & *Sac. Conc. Trid.* Decretis conformia, vel
aliàs à Sede Apoſtolica confirmata, ita enodavit *Sac.*
Conc. Congregat. in una Orlien. 27. Martii 1632. ad 1. Ca-
pitulum poteſt in Judicio opponere pro juribus Epi-
ſcopatus defendendis, & proſequi, ubi Epiſcopus erit 20
negligens. *Bald. in cap. Dilect. n. 5. de major. Jo: Andr.*
in cap. Dilecta, num. 5. de conſ. util. Ac poteſt Epiſco-
pum non reſidentem admonere, ut veniat ad ſuam Ec-
cleſiam, qui, ſic monitus, non comparens in caſibus
à Jure non permiſſis, conſtituitur in contumacia; 21
Ant. de Butr. in capit. Qualiter numer. 2. de Cler. non reſid.
Imol. ibid. num. 2. Non tamen poteſt eum ad id cita-
re; rationem aſſignat *Vivian. in cap. Qualiter, de cler.* 22
non reſiden.

Canonici delinquentes puniuntur ab Epiſcopo niſi
Capitulum ſit exemptum, quo caſu ad eum ſpectat
eligere duos Canonicos, de quorum aſſenſu Epiſcopus 23
procedit contra culpabiles, ut ex *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c.*
6. de ref. notat *Ricc. collect. 1289. & in Praxi reſ. 586. p.*
4. Mitiùs tamen Epiſcopi agere debent in pœnis cum
ſuis Canonicis. *Moſcon. loc. cit. fol.* 296. Capitulum non 24
poteſt ab Epiſcopo excommunicari. *Imol. in c. Capitu-* 25
lum, de reſcript. Rodriq. in Summ. cap. 78. num. 2. p. 1.
Sicut poteſt pœna interdicti puniri, etiam ſi omnes
Canonici non ſint in culpa. Ratio diſparitatis eſt; quia 26
interdictum pro delicto alterius ferri poteſt, non au-
tem excommunicatio. *cap. non eſt, tit. de ſponſal. Nav.*
conſ. 9. de ſent. excom. Ghilin. loc. cit. Capitulum non ci-
tatur juridicè, niſi quando Canonici ſunt capitulari- 27
ter congregati. *Vulp. in Prax. c. 29. n. 10. Farinac. dec.*
36. n. 4. p. 1. Poſt. dec. 285. n. 2. Quòd ſi nollet congre- 28
gari, citato oſtenditur per Nuncium ſingulis Capitu-
laribus. *gloſ. in cap. Si Capitulum, de conceſſ. Præb. in 6.*
Abb. in c. Bonæ 2. num. 18. de elect. Atque, ut notat *Vil-*
lagut. loc. cit. c. 61. num. 44. In rebus ſpectantibus ad
Capitulum, ſufficit citare Syndicum, ſive Procurato- 29
rem, quem poteſt, immò debet Capitulum habere pro
omnibus ſuis Cauſis, litibus, & negotiis communibus
pluribus, & univerſis *c. cum I. de re jud. gloſſ. in cap. pe-*
nult. de juram. calumn. & Guido Papa ſuper cap. Dilecta, n.
5. de teſt. cogen. Ratio eſt, tum quia actio, vel defen-
ſio per plures ſciſſa, adverſarium notabili incomodo 30
afficeret, *ex l. ancillarum 57. §. ult. ff. de pecul.* Tum
quia ſinguli Canonici non poſſunt in cauſa Capituli ju- 31
ramentum de calumnia præſtare. *cap. Imperator, de ju-*
ram. calumn.

In mandatis procuræ, quamvis melius ſit ponere no-
mina omnium vocalium, dicendo, *N. N. N. capitula-*
riter congregati, qui totum Capitulum repræſentant, & ef- 32
ficiunt, cæterorum abſentia non obſtante, vocatis tamen tam
dictis præſentibus, quàm abſentibus, qui vocari poterunt,
ſponte, &c. fecerunt, & conſtituerunt eorum, & Capi-
tuli Procuratorem, &c. ad &c. NN. Quòd ſi omnes Ca- 33
pitulares fuerint præſentes in loco Capituli, ſcribitur,
N. N. N. N. N. N. integrum, & plenum Capitulum effi-
cientes, & conſtituentes, fecerunt eorum, & Capituli præ-
dicti Procuratorem NN. ad &c. Subſtinetur tamen Procu-
ratorium, ſi ſcribatur, *Capitulum fecit N. ſuum Procu-*
ratorem, &c. Bellam. in cap. Conſulti, de procur. Innoc. in 34
c. 1. de conſt. Anch. inc. Quanto, de his, quæ ſiunt. Intel-
lige, ſi conſtituatur pro rebus communibus, ut univer- 35
ſis, nam in communibus, ut ſingulis, opus eſt expri-
mere nomina ſingulorum. *Villagut. loc. cit. lib. 1. c. 49.*
n. 9. Nonnulli arbitrantur in alienationibus bonorum
ſtabilium, ad Capitulum ſpectantium, requiri conſen- 36
ſum omnium in loco reſidentiæ exiſtentium, ſed ſa-
tis eſſe duas partes in Capitulo intervenire, docent
Put. dec. 283. lib. 3. Urſell. loc. c. conſ. 85. n. 71. & Grat.
in diſcept. for. c. 933. n. 2. & attenditur charta Procuræ
ad alienandum, quam facit major pars Capituli. *Mo-* 37
net. de Commut. ult. vol. c. 7. q. 4. nu. 401. Villagut. ubi ſu-
pra, part. 1. cap. 3.

Capitulum poteſt bona communia, & quivis Cano-
nicus prædia ſuæ Præbendæ diſtinctæ, ad triennium 38
locare, ſed non ultra, neque cum clauſula, quòd tot
ſint locationes, quot triennia. *Mar. Ant. Var. p. 1. c. 2.*
& alii.

& alii. Capitulum poteſt ſua bona ſtabilia per ſe,
vel ſuum Procuratorem in emphyteuſim uſque ad ter-
tiam generationem concedere, cum clauſula reſervato
aſſenſu Papæ in rebus magni valoris, & in bonis par-
39 vi valoris, conſenſu Epiſcopi, & non aliter, nec alio
modo. *Ricc. p. 1. reſ. 78. n. 1. Fulgine tit. de Aliea. q. 1.*
num. 10. cum aliis multis; quorum conſenſus præſumi-
40 tur interveniſſe elapſis triginta annis. *Ricc. dec. 114.*
num. 1. part. 1. & Rot. part. 7. diverſ. deciſ. 94. Quinimò
poteſt deindè emphyteuta rem livellariam ſubemphy-
41 teuticare, reſervato conſenſu domini, cum eadem
clauſula *Non aliter, nec alio modo*, quia iſta conditio-
nem inducit, & præciſè arguit proteſtantis intentio-
42 nem nullum jus tribuendi ante illius expeditionem.
Clar. lib. 4. §. Emphyteuſis, quæſt. 3. num. 5. Bonac. de em-
phyt. diſp. 3. quæſt. 8. punt. 2. num. ult. Rot. part. 6. diverſ.
dec. 203. num. 23. & in recollectis per *Farinac. poſt ſe-*
cund. Vol. Conſ. dec. 43. num. 2. Gram. dec. 255. num. 5.
43 & præfatus dominus tenetur præſtare dictum conſen-
ſum, *juxta cap. Potuit, de loc.* Dummodò ſubemphy-
44 teuticatio non fiat in pauperiorem, vel potentiorem.
Arm. in Summ. V. Emphyteuſis, n. 7. Bona ſtabilia, non
excedentia in proprietate valorem ſcutorum aureorum
45 quinquaginta de Camera, reputantur exigui valoris
ad dictum effectum, ita ſentiunt plures apud *Antonel.*
loc. cit. lib. 1. c. 8. nu. 6. ſed in hoc videtur attendenda
46 Curiarum Epiſcopalium conſuetudo, ut benè obſer-
vat *Genuen. in Prax. c. 30. n. 1.*

De jure antiquo fiebat in Capitulo exactus tracta-
47 tus pro cognoſcendo, an talis alienatio expediret.
Rodoan. loc. cit. quæſt. 24. num. 33. & quæſt. 25. num. 54.
& alii. Hodie id non requiritur de neceſſitate, ſed
48 ſatis eſt ea noſci per Delegatos à Papa, vel Epiſcopo,
ut inquit *Coccin. dec. 334. num. 3.* Atque ab his poteſt
æſtimari evidens Eccleſiæ utilitas, ſi in contractu Li-
vellario perſolvatur tantummodò illa penſio, quæ priùs
49 in locatione ad tempus perſolvebatur, ut obſervat
Theod. Rub. in Singul. tit. de alienat. Eccl. n. 79. Immò &
ſi fiat diminutio ſextæ partis, quæ ſolvebatur in ea-
50 dem locatione; rationem vide apud *Seraph. dec. 1125.*
& Antonell. de Reg. Eccl. Epiſc. lib. 1. c. 4. n. 9. Bona Ca-
pituli jam in livellum, ut ſupra, conceſſa, ſi ob ca-
ducitatem revertantur ad Maſſam, antequam incorpo-
rentur tanquam libera, poterit Capitulum, abſque alia
51 licentia, in emphyteuſim dare, augendo Canonem,
ſi res patitur, non verò generationem; ita advertit
Bonac. & alii apud *Antonell. loc. cit. c. 6. nu. 7.* Tamen
52 in prima quàm ſecunda conceſſione, ſemper adeſſe de-
bet evidens Eccleſiæ utilitas, quam non ſufficit fuiſ-
ſe in prima inveſtitura, ita *Sylv. in Summ. V. Emphy-*
teuſis, num. 1. Prax. Neap. cap. 60. n. 7. Seraph. dec. 415.
Grat. n. 5. Honded. conſ. 51. n. 62. lib. 1. & Bero. conſ. 86.
53 *num. 6. tom. 1.* ubi ait, poſſe in hoc caſu renovare ju-
ſtam penſionem offerenti, licèt alius offerret majorem;
idem jus concedendi in livellum cuilibet competit Ca-
54 nonico de per ſe in bonis ſuæ Præbendæ diſtinctæ;
idque non poteſt ei à Capitulo impediri. *Alex. conſ.*
189. n. 19. lib. 2. Maſſobr. loc. cit. præl. 19. n. 12. In dictis
caſibus à novo conductore emphyteutico perſolvitur
55 domino directo laudemium. *Rota p. 7. diverſ. deciſ. 40.*
n. 5. videlicet ſcuta duo pro centum pretii utilis domi-
56 nii, vel plus, juſta conſuetudinem, ut advertit *No-*
var. loc. cit. gravam. 54. n. 13.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus quando teneatur requirere conſenſum Capituli, & quando conſilium tantùm. Agitur de privilegio Adjunctorum, quod habent Capitula exempta ad formam *Conc. Trid.* quando locum habeat, & quibus de cauſis amittatur, aut ceſſet.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus, etiam in arduis, non tenetur exquirere, niſi conſilium Capituli*, & n. 2.
Solùm in caſibus à Jure expreſſis expectare debet aſſenſum ipſius Capituli eod. n. 2.
3 *Primus caſus eſt, quando agitur de negotiis, particulare intereſſe Capituli tangentibus, & dantur exempla*, & n. 4. & 5.
6 *Secundus eſt, quando ageretur de diminuenda auctoritate Eccleſiæ, & afferuntur pariter exempla*, & numer. 7.
8 *Tertius eſt unio Beneficiorum.*
9 *Quartus eſt, ſi tractetur de alienatione Bonorum Eccleſiæ.*
10 *Vel de illa obliganda, vel alicui oneri ſupponenda.*
11 *Quintus eſt interdictum Eccleſiæ.*
12 *Sextus verſatur circa præjudicium quoad ſubjectionem, vel limitationem conſenſus Capituli.*
13 *Septimus eſt grave delictum, in cujus cognitione debet Epiſcopus procedere cum conſenſu Capituli.*
14 *Secus attento novo Jure* Conc. Tridentini.
Quo tamen ad perſonas Capitulares, ubi Capitulum eſt exemptum, debet Epiſcopus adhibere Adjunctos eodem num. 14.
15 *Octavus caſus eſt creatio Canonicorum ſupra numerum.*
16 *Sunt etiam alii caſus conſimiles, in quibus Epiſcopus tenetur conſenſum Capituli requirere, remiſſivè.*
17 *In aliis caſibus, licèt arduis, non tenetur Epiſcopus dictum conſenſum Capituli exquirere, ſed tantùm conſilium.*
18 *Epiſcopus tenetur conſilium Capituli requirere, ſed non ſequi, principaliter in condendis Statutis Synodalibus.*
19 *Item in indicendis publicis Proceſſionibus.*
20 *Ac proindè indictio Proceſſionum, facta ſine conſilio Capituli, eſt irrita.*
21 *Multo minus id facere poteſt Vicarius, ſive Capitularis, ſive Generalis.*
22 *In quibus Capitulis locum habeat diſpoſitio* Sac. Concil. Tridentini, *quòd Epiſcopus in Cauſis Criminalibus Capitularium procedat cum Adjunctis.*
23 *Epiſcopis de Jure tribuitur libera facultas inquirendi, & puniendi omnium ſuorum Subditorum exceſſus.*
24 *Ad evitandam hanc Epiſcopi ſubjectionem non ſuffragatur Capitulo quæcunque conſuetudo, ſed requiritur immemorabilis, vel ſaltem quadragenaria cum titulo.*
25 *Privilegium Adjunctorum amittit Capitulum, ſi per centenariam negligeret illo uti.*
26 *Item ceſſat, quoties totum Capitulum delinqueret.*
27 *Multoque magis, ubi exceſſus, & crimina commiſſa eſſent in contemptum ipſius Epiſcopi*, & n. 29.
28 *Et eo caſu nec ipſemet Epiſcopus poteſt eſſe Judex pro injuria, ſibi à Capitularibus illata, ſed cognitio cauſæ alteri eſt committenda.*
Ad quem iſto caſu judicium devolvatur, tam de Jure antiquo, quàm novo eod. num. 29. & num. 30. 31. 32. & 34.
33 *In diſcordia Epiſcopi, ſeu alterius Judicis, ab eo deputati, eligendus eſt tertius ex eodem Capitulo.*
35 *Adjuncti, munus Conſultoris, & Aſſeſſoris gerunt.*
36 *Et unum, idemque Tribunal cum Epiſcopo conſtituunt.*
37 *Epiſcopus procedit ſolus, ſi in principio anni Capitulum Adjunctos non eligit.*
38 *Capitula Italiæ, ad differentiam illorum Hiſpaniæ, ſunt Ordinariæ Juriſdictioni ſubjecta.*
39 *Capitulum Eccleſiæ Lucanæ fruitur hoc privilegio Adjunctorum.*
Felinus *fuit Epiſcopus Lucanus circa initium ſeculi decimi quinti* eod. n. 39.
40 *Commendatur Capitulum Lucanum, ejuſque privilegia recenſentur.*
41 *Iſtud Capitulum, vice Adjunctorum, vigore ſuarum Conſtitutionum, & immemorabilis, deputat de ſemeſtre in ſemeſtre unum ex Capitularibus ſub nomine Interioris Sacriſtæ, qui ultra facultatem procedendi cum Epiſcopo in Cauſis Criminalibus contra Capitulares, plures alias prærogativas habet, quæ hic referuntur.*
42 *Epiſcopus Lucanus quid ſervare debeat, occaſione Viſitationis Eccleſiæ Cathedralis.*

ANIMADVERSIONES.

MAgna eſt controverſia, an Epiſcopus propter illam arctiſſimam conjunctionem, quam habet cum ſuo Capitulo, teneatur in expediendis negotiis,
præſertim gravibus, requirere de neceſſitate conſilium, 1
& expectare conſenſum ſui Capituli, quam late examinat

minat Lotter. de Re Benefic. lib. 1. q. 21. n. 87. & ſeqq. &
pro utraque opinione DD. refert Piton. diſcept. Eccleſ.
16. à num. 20. ad fin. Et verior eſt opinio, ac multum
conducens ad rectum, & pacificum gubernium Eccle-
ſiæ, quòd Epiſcopus, etiam in arduis, non teneatur
requirere, niſi conſilium Capituli, ut probant Aucto-
ritates plenè congeſtæ per eundem Piton. ubi ſup. à n.
46. ad plures ſeqq. quia alioquin ſub prætextu, quòd
2 ageretur de negotio arduo, poſſet per Capitulum im-
pediti liberum exercitium Epiſcopalis auctoritatis, &
eludi ejus Juriſdictio cum perverſione Eccleſiaſtici re-
giminis, ut benè conſiderat Rot. coram Seraphin. deciſ.
710. num. 3. Undè nonniſi in caſibus in Jure expreſ-
ſis, tenetur Epiſcopus expectare aſſenſum Capituli,
qui ſunt ſequentes.

Primus eſt, quando agitur de expediendis negotiis,
3 & actibus, in quibus adeſt particulare intereſſe Ca-
pituli, ut habetur in cap. ult. de his, quæ fiunt à Præ-
lat. ut eſt creatio Canonicorum ſupra numerum, de
qua infra agemus; ad quos actus referri poteſt ere-
4 ctio Confraternitatum in ipſa Eccleſia Cathedrali,
5 quam ſine conſenſu Capituli facere non valet Epi-
ſcopus, ut cenſuit Sac. Congreg. Particularis in Alben.
Sacror. Rituum 19. Septembris 1710. ad dub. 66. in qua
ad dubium: An Epiſcopus Confraternitates in Cathe-
drali inſtituere valeat, ſine conſenſu Capituli, reſpon-
ſum fuit negativè.

Secundus eſt, quando ageretur de diminuenda au-
6 ctoritate Eccleſiæ, ut eſt exemplum in cap. dilecti, de
major. & obed. veluti ſi ageretur de eximenda ab ejus
Juriſdictione aliqua Eccleſia ſuæ Diœceſis, quod fa-
cere non poteſt ſine conſenſu Capituli, ut plenè De-
cius conſ. 151. Tuſc. concluſ. 272. num. 11. lit. E. Federic.
7 de Sen. conſ. 211. num. 2. & 3. Seu quando ageretur de
auferendo jure ab una Eccleſia, & in aliam transfe-
rendo, ut ait Pan Jord. Lucubrat. Canon. lib. 8. tit. 1. n.
23. Calder. conſ. 272. alias 10. de reb. Eccleſ. non alien. &
conſ. 275. circa fin. alias 3. eod. tit.

Tertius eſt, quando agitur de unione Beneficiorum,
8 quam Epiſcopus facere non poteſt ſine conſenſu Ca-
pituli, ut Text. in cap. Paſtoralis, in fin. de donat. & in
Clem. ſi una, de reb. Eccleſ. non alienan. Rot. dec. 133. nu.
1. 9. 10. p. 2. diverſ. Fagnan. in c. ſicut unire, de exceſſ.
Prælat.

9 Quartus eſt, quando agitur de alienatione bonorum
Eccleſiæ ad Text. in cap. 1. de iis, quæ fiunt à Prælat. vel
10 etiam de eadem Eccleſia obliganda, vel alicui oneri
ſupponenda, juxta Text. in cap. quibuſdam, de fidejuſſor.
Piton. d. diſcept. 17. n. 80.

Quintus eſt, quando agitur de apponendo interdi-
11 cto Eccleſiæ, quod nonniſi de conſenſu Capituli eſt
ab Epiſcopo apponendum, juxta text. in cap. quæſivit,
de his, quæ fiunt à majori parte Capit. ubi Gloſſ. in 1. no-
tabili, & benè tradit Innocent. in cap. irrefragabili, nu.
4. verſic. item interdictum, de offic. Ordin. Piton. ubi ſupra
num. 84.

Sextus eſt, quando agitur de præjudicio, quoad
12 ſubjectionem, vel limitationem conſenſus Capituli.
c. fin. de major. & obed. Piton. ubi ſup. d. diſcept. 16. n. 81.

Septimus eſt, quando agitur de Cauſis gravibus,
ſcilicet de gravi delicto, in quo cognoſcendo Epiſco-
13 pus debet judicialiter procedere, & condemnare cum
conſenſu Capituli. Oldrad. conſ. 251. in fin. Tuſc. concluſ.
259. num. 18. lit. E. Quamvis ſaltem hodie poſt Con-
14 cilium, per quod Epiſcopo fuit attributa univerſalis
authoritas quoad omnes ejus Subditos, videatur, poſ-
ſe procedere in dictis Cauſis etiam ſine conſenſu Ca-
pituli, ſed tantùm cum præſentia, ſcilicet ſolùm ad-
hibito ejus conſilio, præſcindendo à caſu, in quo aga-
tur de procedendo contra perſonas Capitularium, quo-
ties Capitulum ſit exemptum, cum tunc ex diſpoſitio-
ne Sac. Concilii Tridentini ſeſſ. 25. c. 6. de reform. Epiſco-
pus debeat procedere cum Adjunctis, ut notat etiam
Pitonius ubi ſupra n. 82 & 83.

Octavus eſt creatio Canonicorum ſupra numerum,
quia creare Canonicos ſupernumerarios in Eccleſia Ca-
15 thedrali eſt unus ex caſibus in Jure expreſſis, cum
ſit negotium arduum, concernens intereſſe commune
Capituli, & Eccleſiæ, ideo expleri non poteſt per
Epiſcopum abſque Capituli conſenſu, ut tradunt com-
muniter Canoniſtæ in cap. cum acceſſiſſent, de conſtitu-
tionibus. Bald. in cap. cum Eccleſ. num. 3. & 5. de elect.
Barboſ. de Jur. Eccleſ. cap. 32. n. 16. Pan Jordan. tom. 2.
Elucubr. lib. 8. tit. 1. n. 22. Piton. d. diſcept. 16. n. 76. &
cenſuit Sac. Congregatio in Fulginaten. 26. Februarii 1639.
ſeq. tenoris Sac. Congr. interrogata -- An Epiſcopus auctori-
tate ordinaria poſſit in ſua Eccleſia creare Canonicos ſupra-
numerarios abſque conſenſu Capituli -- reſpondit -- Epiſco-
pum non poſſe.

Hi ſunt caſus, in quibus Epiſcopus tenetur require-
re conſenſum Capituli, ſub quibus etiam venire debent 16
conſimiles, nempè quoties involvunt præjudicium ali-
quod ipſius Capituli, vel Eccleſiæ, de quibus Panor-
mitan. in cap. novit. num. 1. & num. 7. de his, quæ fiunt
à Prælat. Undè poteſt ſtatui pro regula, quòd in aliis
caſibus, licèt arduis, non teneatur requirere dictum
conſenſum Capituli, ſed tantummodo conſilium, ut 17
docent Innoc. in c. quanto, n. 1. de his, quæ fiunt à Præ-
lat. & in cap. deceri, num. 4. de reſcript. Panormitan. ubi
ſup. n. 6. Jo: Andr. in c. ad abolen. de hæret. Archid. in Can.
ſi quis 15. q. 8. n. 1. Berous in cap. qualiter, nu. 17. de ac-
cuſat. Barboſ. de Jur. Eccleſ. cap. 32. lib. 1. num. 29. circa
fin. & nos alibi firmavimus &c.

Caſus autem, in quibus Epiſcopus tenetur require-
re conſilium, licèt ad illud ſequendum non adſtringa-
tur, eſt principalis, dum condere vult Statuta Syno- 18
dalia, ut ſæpiùs declaravit Sacr. Congregatio Concilii in
Decretis, relat. per Piton. loc. cit. ſignanter ſub nu. 65. &
ſeqq. de quo alibi plenè actum fuit.

Alter caſus eſſe poteſt indictio publicarum Proceſ-
ſionum, quæ de conſilio Capituli ſunt ab Epiſcopis 19
indicendæ, juxta plures Declarationes Sac. Congregatio-
nis, relatas à Valenzuel. tom. 2. conſ. 134. à nu. 22. Ricc.
dec. 379. à n. 3. p. 4. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. c. 13. à n.
1. & de Poteſt. Epiſc. alleg. 23. n. 4. Undè indictio Pro- 20
ceſſionum facta ſine conſilio Capituli eſt irrita. Valen-
zuel. ibid. n. 45. & ſeq. quod multo minus facere poteſt 21
Vicarius Capitularis, ſive Generalis. Pignatell. conſult.
621. n. 5. 6. & 7. tom. 10. Valenzuel. ubi ſup. n. 69.

Quoniam verò ſupra dictum eſt de Adjunctis, qui
ſimul cum Epiſcopo procedere debent in cognoſcendis
Cauſis Criminalibus Capitularium, ad præſcriptum
Sac. Concilii Triden. cap. 6. ſeſſ. 25. de ref. Adnotandum
venit, quòd Sac. Concilii diſpoſitio non procedat, ni- 22
ſi in Capitulis, quæ ante ipſius Sacri Concilii promul-
gationem erant à Juriſdictione Epiſcopali exempta,
quæque ex concordia, ſeu conſuetudine, vel ſpecia-
li privilegio Apoſtolico, gaudebant prærogativa co-
gnoſcendi privativè quoad Epiſcopos hujuſmodi Cau-
ſas Criminales, non autem in illis, quæ omnimodæ
Epiſcoporum Juriſdictioni ſubjiciebantur, ut plenè de-
claravit Rot. in Giennen. Adjunctorum 13. Februarii 1703.
§. Quamvis, & 1. Maji 1704. §. Strictiori methodo, &
27. Martii 1705. §. 1. coram Molines. Et quatenus per-
tinet ad conſuetudinem, cum agatur de materia odio-
ſa, & repugnante diſpoſitioni Juris, juxta quam E-
piſcopis tribuitur libera facultas inquirendi, & pu- 23
niendi cunctos omnium ſuorum Subditorum exceſſus,
ad Text. in cap. 1. de offic. Ordin. & c. Irrefragabili, eod.
tit. cum aliis apud Rot. in Tarraconen. Juriſdictionis 10.
Martii 1700. coram dell' Olmo, & 2. Decembris 1701. co-
ram Molines, non ſufficit quæcunque conſuetudo ad
evitandam à Capitulis hanc Epiſcopi ſubjectionem, 24
ſed requiritur immemorabilis, vel quadragenaria cum
titulo colorato, ad Text. in cap. cum perſonæ, de privil.
& ibi Gloſſ. in V. Canonicam, & latè Rot. in Firmana Ju-
riſdictionis 17. Martii 1702. coram Molines, & in termi-
nis in d. Giennen. 1. Junii 1704. §. Et porro, & 27. Mar-
tii 1705. §. Septem, coram eod. cum ſeqq. Quinimmò ſi
Capitulum fuiſſet exemptum ante Concilium, vel ha-
buiſſet conſuetudinem cognoſcendi cauſas Criminales
Canonicorum, & per centenariam neglexiſſet uti hu-
juſmodi prærogativa, ea præſcripta remanſiſſet, ne-
que ſub prætextu, quòd hujuſmodi Beneficium Ad- 25
junctorum ſit facultativum, poſſet Capitulum præten-
dere reaſſumptionem dictæ facultatis, ut pariter fir-
mavit Rot. in d. Giennen. Adjunctorum anni 1705. §. Ex
quibus omnibus, & ſeqq. uſque ad finem.

Hujuſmodi privilegium Adjunctorum, quo gaudent
Capitula exempta à Juriſdictione Epiſcopi, ceſſat, 26
quando totum Capitulum delinquit, nè ipſi in Cauſa
propria Capituli, præſertim gravi, & Criminali, eva-
dant

dant Judices, & Partes, quod menti Patrum Conci-
lii, & diſpoſitioni Juris omnino repugnat, ot benè
ibidem doce1 *Barboſ. num. 22. & de Canonic. quæſt. 28.
num. 23. Ludovic. à Saravia de Adjunctor. Juriſdict. quæſt.
5. num. 4. Gratian. diſcept. 892. num. 24. Ricc. in Prax.
p. 4. reſol. 194. Fermoſin. de Offic. Archipresbyt. quæſt. 4. à
num. 99. Pax Jordan. Var. Lucubrat. tom. 2. lib. 7. tit. 1. à
num. 141. Tondut. Reſol. Beneſic. 61. num. 6. Seraphin. dec.
1050. num. 6.* & ita reſolviſſe *Sacr. Congregationem in
celebri Abulen.* & in aliis, teſtatur *Farinac. in ſua Collectan. ad idem cap. 6. ſeſſ. 25. de refor. pag. mihi 111. &
Ma .... lib. 4. tit. 7. c. 20.*

Extra controverſiam, dum exceſſus, & crimina
commiſſa ſunt in contemptum Epiſcopi, quo caſu ſpe-
27 ciale etiam eſt, quòd quemadmodum ipſe Epiſcopus
nequit eſſe Judex pro vindicanda propria injuria, à
Capitularibus illata, ut ait *Butr. in cap. irrefragabilis
§. Cæterùm, numer. 17. de offic. Ordin.* ſed cognitio Cau-
28 ſæ eſt alteri committenda, ut præciſè tradit *Valenzuel.
conſ. 184. nu. 73. 77. & 78. lib. 2.* ita injuſtum, & ini-
quum planè foret, quòd Judices de eodem Capitulo
deputarentur; nam ſi Epiſcopus non poteſt in pro-
29 priæ injuriæ judicio Actoris, & Judicis perſonam ge-
rere, multo minus Capitulum, & Capitulares agere
poſſunt illam Judicis, & Rei, ſibi in proprio crimi-
ne Capituli jus dicendo contra Epiſcopum, & ideo in
caſu iſto, attenta ſanctione, tam Concilii, quàm Ju-
ris communis, judicium devolvitur ad Superiorem,
& Metropolitanum vice Papæ, vel Metropolitano,
ut hic, offenſo, ad ipſummet Papam, qui delegat
auctoritate propria, & committit, abſque eo quòd
conſiderari poſſit conſilium Capituli, à Jure commu-
ni in arduis cum Epiſcopo requiſitum, juxta *Text. in
c. Epiſcopus 57. q. 7. c. cum nos, de his, quæ fiunt à Prælat.* aut aliquod Adjunctorum judicium, de quo *in d.
c. 6. ſeſſ. 25. de ref.* quemadmodum in puris terminis Ju-
ris communis probat *Text. in cap. Irrefragabili §. Cæterum, de offic. Ordin.* & ibi Canoniſtæ communiter, ac
ſignanter *Hoſtien. n. 5.* optimè *Innoc. ibid. nu. 5. Jo: Andr.
in gloſſ. margin. ad d. §. Cæterum. Anan. in §. Cæterum n.
52. ibi* Metropolitanus vice Papæ, *Butr. in eod. §. In
princ. ibi* — Metropolitanus vice Papæ. *Imol. n. 5. in fin.
ibi* — & ſi non habet Metropolitanum, ad Papam.
Abbas in fin. ubi ait, ita fuiſſe firmatum ad evitanda
ſcandala inter Epiſcopum, & Capitulum.

30 In terminis verò Concilii pariter devolvi ad Supe-
riorem, ſequendo diſpoſitionem juris communis, te-
nent *Barboſ. in d. c. n. 22. & de Canonic. citat. quæſt. 28.
num. 23. Sarav. de Adjunct. quæſt. 6. num. 5. Fermoſin. de
Offic. Archipresbyt. ut ſup. n. 104. Pax Jordan. citat. n. 141.
Ricc. in Prax. reſol. 126. Novar. in Prax. concluſ. 154. nu.
3. Tondut. d. Reſol. Beneſic. 61. num. 6. in fin. Seraphin. d.
deciſ. 1050. n. 6. & in d. Abulen. & aliis relat. per Farinac. quæſt. 111.*

Hinc ſi cognitio, & Cauſa devolvitur ad Judicium
Papæ, non judicat cum Capitulo, nec delegare de-
31 bet cum Adjunctis, cum ejus poteſtas alligata non
ſit hujuſmodi diſpoſitioni Conciliari, pro cujus exclu-
ſione ſat eſt, quòd Epiſcopus non judicet, ſed Papa,
ut ſaltem ſemper ſit, & dici debeat caſus miſtus, in
Concilio non comprehenſus, & definiendus proindè
juxta præſcriptum à Jure communi, devolvente cogni-
tionem ad Papam, cum hæc diſpoſitio Conciliaris ſit
ſtricta, & limitata, ubi dumtaxat Epiſcopus procedit
cum ſuis Capitularibus, nec alio caſu intelligatur.
Sarav. de Adjunct. q. 22. nu. 13. concurrente etiam alia
32 ratione, quia ſi in hoc caſu deberet Epiſcopus pro-
cedere cum Adjunctis; ſimilia delicta ſemper remane-
rent impunita: Etenim Adjuncti, tanquam de Capi-
tulo, in favorem Capitularium judicarent, & cum in
diſcordia Epiſcopi, ſeu alterius Judicis ab eo deputa-
33 ti, debeat eligi tertius ex eodem Capitulo, ut plenè
firmant *Pignat. conſult. 162. per tot. tom. 1. Card. de Luc.
de Canon. diſc. 23. per tot. Pax Jordan. Var. Lucubr. tom. 2.
lib. 7. tit. 1. n. 144. Fermoſin. de Offic. Archipreſb. qu. 4. n.
11. Rot. coram Cerr. dec. 339. n. 5. Sac. Congreg. Conc. in
Conchen. 23. Novembris 1647. ad 4. dub.* in qua reſcri-
pſit, tertium eligendum in caſu diſcordiæ, debere eſ-
ſe omninò Capitularem; etiam iſte tertius eſſet ſuſpe-
34 ctus in Cauſa Capitulari, ut obſervat *Sarav. de Adjunct.
quæſt. 9. num. 50.*

Eſt etiam notandum, quòd iſti Adjuncti munus Con-
ſultoris, & Aſſeſſoris non excedunt, ut ex ejuſdem 35
Sac. Concilii verbis latè probat *Araux. dec. moral. de Eccleſiaſ. & Civil. Stat. tract. 2. quæſt. 20.* ita ut unum, &
idem tribunal cum Epiſcopo conſtituant, ut patet ex 36
illis verbis Concilii — *coram Notario tamen ipſius Epi-
ſcopi, & in ejus domo, aut conſueto Tribunali procedere
teneantur*, — ideoque nulla ſit Adjunctorum pars, ſeu
Juriſdictio, ab Epiſcopo ſejunctorum, ut ex reſolutio-
ne *Sac. Congregationis in una Elboren. 16. Martii 1589.*
tradit *Nicol. Lucubrat. p. 2. lib. 3. tit. 39. tit. 4. de Adjunct.
amphat. 8. verſ. attamen Concil. pag. 164.* Undè ſequitur
etiam, quòd Epiſcopus procedit ſolus contra Capitu-
lares etiam exemptos, ſi in principio anni Capitulum 37
Adjunctos non eligit. *Sarav. d. tract. q. 10. per tot. Barboſ. de Canon. cap. 28. num. 23. & in collect. ad Concil. ad
d. cap. 6. num. 21.*

Hujuſmodi exemptione ab Ordinaria Juriſdictione,
ſingulari forſan exemplo, reſpectu Capitulorum Ita- 38
liæ, quæ ad differentiam illorum Hiſpaniæ, ſunt Or-
dinariæ Juriſdictioni ſubjecta, ut notat *Fagnan. in c. Irrefragabili §. Exceſſus, num. 21. de offic. Ordin. Cardinal.
de Luc. diſc. 23. num. 50. de Canon. & in Adnot. ad Concil.
diſc. 44. num. 5. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap.
24. num. 59. & 73. Araux deciſ. moral. lib. 1. tract. qu. 20.
n. 18.* fruitur Capitulum Eccleſiæ Lucanæ, ut teſta- 39
tur etiam *Felin.* Epiſcopus Lucanus circa initium de-
cimi quinti Seculi, in repet. *Text. in cap. ſicut, n. 33.
circa med. de ſent. & re judic. Statutum Lucanum* editum
anno 1539. *lib. 1. c. 143.* ut alibi diximus, quod me-
ritò inter inſigniora ipſius Italiæ Capitula recenſendum
venit, non ſolùm ex motivo prædictæ exemptionis,
verùm etiam propter ſpecialia Indulta Summorum
Pontificum, & Imperatorum, aliorumque Supremo-
rum Principum, juxta quæ uſque ad hæc tempora ple-
nam Juriſdictionem cum mero, & miſto imperio in 40
pluribus Caſtris Territorii Lucenſis exercet, & Sede
Epiſcopali vacante cum Imperiali, & Pontificia facul-
tate in utroque Jure Doctoratus gradum confert, ac
inſuper ejus Dignitates, & Canonici, non ſolùm gau-
dent prærogativa geſtandi in Eccleſiaſticis Functioni-
bus Cappam Magnam cum Rochetto, & Mozzettam
inſtar Epiſcoporum, ſed etiam Mitras albas more S.
R. E. Cardinalium ex privilegiis *Alexandri II.* qui è Ca-
thedra Lucenſi ad Summum Pontificatum fuit evectus,
& Lucii III. Alexandri etiam III. Martini V. & Julii
III. ut ex eorum Literis Apoſtolicis plenè conſtat. Ul-
tra quæ videtur etiam memorandum, quòd anteactis
temporibus ex largitione Summorum Pontificum ele-
ctiones Priorum Eccleſiarum Collegiatarum Civitatis
Lucanæ, collationeſque Clericorum in eiſdem Eccle-
ſiis, & in multis aliis, tam intra Civitatem, quàm
extra, non fiebant, niſi cum illius Capituli, & Epi-
ſcopi conſenſu; Indeque ſic electi obedientiam Epi-
ſcopo, & Capitulo antedicto devovebant, qui ab iſto
una ſimul cum Epiſcopo inſtituebantur, ut clarè pa-
tet ex diverſis Pontificis Diplomatibus, & ex publicis
actibus exiſtentibus in Archiviis Epiſcopatus, & Ca-
pituli ipſius Civitatis, & teſtatur *Daniel de Nobil. in
ſuis Diſput. addit. ad 44. n. 52. 53. Cæſar Franciotini Hiſt.
SS. Luc. in fine*, ubi agitur de Eccleſia Cathedrali.
*Ughell. Ital. Sacr. in deſcript. Lucenſ. Eccleſ. pag. 818. nu.
53. ex Bulla Gelaſii II.* ibi relata.

Iſtud autem Capitulum vice Adjunctorum, qui ut
ſupra dictum eſt, debent quotannis à Capitulis exem-
ptis eligi ad hoc, ut una cum Epiſcopo procedant in
Cauſis Criminalibus Canonicorum, vigore ſuarum
Conſtitutionum, & immemorabilis conſuetudinis, de
ſemeſtre, in ſemeſtre eligit unum ex Capitularibus, 41
qui ſub nomine Interioris Sacriſtæ, ultra præſidentiam
in Capitularibus Comitiis, reputatur tanquam caput
Capituli in omnibus negotiis ad illud pertinentibus, &
una cum Epiſcopo habet jus procedendi contra Capitu-
lares, tam in fabricatione Proceſſus, quàm in ferenda
ſententia, quotieſcunque committerent gravia delicta
homicidii, vel ſimilia. Ac inſuper inter Epiſcopum,
& dictum Interiorem Sacriſtam, in delictis levioribus
eorundem Capitularium eſt locus præventioni; in illis
verò, quæ committerent Capellani, ſive Beneficiati
ejuſdem Eccleſiæ, dummodo concernant Cultum Divi-
num, & ipſius Eccleſiæ ſervitium, cognitio ſpectat ad
eundem

eundem Interiorem Sacriſtam privativè quoad Epiſcopum, quando non ſit præſens Epiſcopus; præſente verum ſolo Vicario, tunc ſimultaneè cum ipſo Vicario contra eoſdem Beneficiatos, ſive Capellanos, procedere debent: Conſtitutiones autem, quæ reſpiciunt tam ſervitium ordinarium, quàm extraordinarium Eccleſiæ cum impoſitione pœnarum, fiunt per ipſum Capitulum ſimul cum Epiſcopo, ut declaratum fuit per ſententiam, ſeu laudum Cardinalium *Maffei*, & *Albani* de anno 1582. Judicum deputatorum à *Sa. me. Greg. XIII.* & per ſubſequens Breve confirmatorium, & declaratorium, ejuſdem ſententiæ *Sa. me. Sixti V. de anno* 1586. & per aliud ſimile Breve *Sa. me. Clementis VIII. de anno* 1602. In cujus exemptionis ſequelam firmatum fuit *per Rot. in Lucana Viſitationis* 12. *Maji* 1631. *coram Dunozet.* quòd Epiſcopus Lucanus occaſione Viſitationis
42 Eccleſiæ Cathedralis ſervare deberet formam prædictæ ſententiæ Cardinalium. *Maffei*, & *Albani*.

Jo: Jacobus Scarfantonius,

A R G U M E N T U M.

De bonis Capituli, & quomodo ſit permiſſa eorum diſpoſitio ſecundum diverſam naturam eorundem bonorum. Et quando major pars Capituli poſſit præjudicare minori, expendendo communes redditus in aliquam cauſam neceſſariam, vel valdè utilem, veluti ad ſubſtinendas lites motas pro conſervandis juribus. An decedente Canonico ante factam repartitionem diſtributionum; fiat debitæ illius hæredibus. Et quid debitis contractis in cauſam communem, an ad illa teneantur Canonici poſtea recepti. De Statutis à Capitulo factis, & quando valeant, & an illis poſſint derogare, vel illa interpretari.

S U M M A R I U M.

1 *Quotuplicis generis ſint Bona Cathedralium, ſeu Collegiatarum*, & n. 9.

2 *In diſpoſitione redditUum ſpectantium univerſis Capitularibus, ut pluribus, attenditur major pars Capituli.*

3 *Quod procedit etiam quoad expenſas voluntarias, & quando non.*

4 *Capituli minor pars quando benè ſe opponat majori parti*, & n. 5.

6 *Major pars Capituli poteſt ex juſta cauſa de fructibus communibus, ut univerſis, aliquid modicum, etiam in actibus voluntariis, elargiri, & quando*, & n. 7. & 8.

10 *In iis verò redditibus, qui ſunt communes Capitularibus, ut ſingulis, opus eſt, ut ad diſpoſitionem concurrant omnes intereſſe habentes.*

11 *Nec aliorum factum tenet, ſi unus contradicat.*

12 *Quando poſſit major pars Capituli etiam de redditibus Præbendarum diſtinctarum diſponere, & Præbendatos obligare ad contribuendam pro rata fructuum, & quando non*, & n. 13. & 14.

15 *Si aliqui Canonici prætendant, aliquam electionem, à majori parte Capituli factam, non eſſe bonam, & litem ſuper hoc moveant, tenentur in caſu ſuccumbentiæ ad reficiendas Capitulo expenſas.*

16 *Et pro eo tempore, quo à Choro pro hujuſmodi lite abſentes fuerunt, Diſtributiones non lucrantur.*

17 *Poteſt Capitulum, pro ſolvendis debitis, ob ſervitium Collegii contractis, ſi habeat Bona communia, ut univerſis, ſuper illis aſſentiente Epiſcopo, cenſum annuum conſtituere.*

18 *Et ad ejus ſolutionem etiam ſucceſſores tenentur.*

19 *Debet tamen in Inſtrumento conſtare de cauſa dictæ impoſitionis.*

20 *Pecunia legata Capitulo, & non perſoluta tempore à Teſtatore præfixo, ſed poſt annum, ſi novi Canonici ſubſtituti fuerint in locum demortuorum, tam novis, quàm antiquis Canonicis pro ſua parte debetur.*

21 *Idem dicendum eſt de Bonis communibus Maſſæ, quorum fructus in fine anni dividuntur, quoties non fuerint diſtributi.*

22 *Viceverſa Canonici, noviter recepti, tenentur ad ſolvendum integrum quindennium, licèt unus tantùm annus effluxerit.*

23 *Quid ſit quindennium.*

24 *Capituli major pars non poteſt Statutum condere in præjudicium minoris partis, in Canonicis Junioribus conſiſtentis.*

25 *Etiamſi accedat confirmatio Epiſcopi.*

26 *Et minor pars, quæ præjudicium ſentit, poteſt appellare ad Archiepiſcopum, vel Papam.*

27 *Statuta Capitularia debent eſſe communia, & omnibus Canonicis æqualia*, & n. 28.

29 *Juſta tamen cauſa poterit Capitulum Statuta condere, quæ aliquid majoris oneris afferant Canonicis junioribus.*

30 *Etiamſi hi contradicant, vel vocati ad Capitulum non acceſſerint.*

31 *Concluſa, & decreta à majori parte Collegialium, non poſſunt in eodem Capitulo revocari, aut mutari, hoc tamen poſſunt facere in ſequenti, vel alio Capitulo*, & n. 32.

33 *Pœnæ ſunt neceſſariæ contra non ſervantes Statuta.*

34 *Pœna non debet excedere lucrum illius diei, quo in Choro commiſſum fuit erratum.*

35 *Canonici Succeſſores gaudent facultate nova Statuta condendi, & vetera mutandi, reformandi, & antiquandi.*

36 *Intellige eadem ſolemnitate interveniente.*

37 *Canonici antiqui præſumuntur moti pluribus rationibus ad ſic decernendum.*

38 *Ideo Canonici moderni potiùs debent eſſe antiquorum Statutorum ſervatores, quàm novatores.*

39 *Qualis debeat eſſe utilitas Eccleſiæ in novis ferendis Statutis, antiquiſque abrogandis.*

40 *Sca etiam in tollenda inveterata conſuetudine.*

41 *Statuta plurima facile contemnuntur.*

42 *Quando locus ſit mutationi, ſeu reformationi Statutorum*, & n. 43.

44 *Quando Statutum dicatur novum, vel renovatum*, & num. 46.

45 *Novum Statutum interpretationem recipit à priore.*

47 *Novum Statutum non dicitur corrigere vetus, niſi ei expreſsè contrarietur.*

48 *Quando in Statutis locum non habeat argumentum à contrario ſenſu*, & n. 49.

50 *Quando facienda ſit extenſio ad ſimilia, & quando non, & afferuntur exempla*, & n. 51. 52. & 53.

54 *Conſuetudo declarat Statutum, ſi verba ſint dubia; alias non ſuffragatur, niſi ſit præſcripta.*

55 *Statuta Capitularia ad quem ſpectet declarare*, & n. 56. & 57.

58 *Statuta, ab Epiſcopo non confirmata, an, & quando liceat Capitulo abſque Epiſcopo revocare, etiamſi juramento firmata ſint*, & numer. 59. 60. 61. 62. & 63.

64 *Statutum verò ab Epiſcopo jam confirmatum, ex Juris diſpoſitione non poteſt à Canonicis caſſari, ſeu modificari, abſque expreſſo ipſius Epiſcopi conſenſu, & de ratione*, & n. 65.

66 *Statutum, ſi fuerit juratum, non tollitur per poſterius Epiſcopo confirmatum, niſi etiam juramentum relaxet.*

67 *Epiſcopus quando tacitè abſolvere cenſeatur Canonicos, non ſervantes Statutum, à vinculo juramenti.*

68 *Capitulum, quando poſſit abolere Statutum aliàs confirmatum ab Epiſcopo, abſque illius auctoritate, & quando non*, & n. 69.

T I T U L U S XIII.

CAthedralium, & Collegiatarum bona in duplici exiſtunt differentia; alia dicuntur communia Capitulo, ut Collegio, hoc eſt, univerſis Capitularibus,
ut pluribus, prout ſunt cenſus, & bona ſtabilia, quo- 1
rum fructus in pecuniam redacti, reponuntur in arca Capitulari, ſive Burſa communi, remanente penes Maſſarium, ſeu Camerarium, à Capitulo electum, & cætera Capitulo addicta, vel de quibus omnes Capitu-
lares participant: *Paſqual. dec.* 425. In quacunque hu- 2
juſmodi redidituum diſpoſitione attenditur, quòd fit à majori parte Capituli *c.* 1. & 3. *de his, quæ fiunt à majori parte*, & concinit lex *quod major ff. ad munic.* & docent *Paul. de Caſtr. conſ.* 481. *Valente in Conc. d. iur. p.* a. *not.* 2. Quod procedit, non ſolùm in his, quæ ſunt

utilia

ntilia Capitulo, ſed & in expenſis voluntariis, niſi,
3 ut ſuperiùs indicavimus, minor pars Capitnli habeat
quòd rationabiliter opponat, & reclamet appellando.
Paſqual. loc. cit. num. 3. Villagut. ubi ſup. cap. 7. & cap. 9.
num. 7. & cum pluribus docet Cobell. loc. cit. capit. 31.
4 num. 137. Capituli minor pars benè ſe opponir majori
parti, volenti debitum Capituli remittere, vel inoſ-
ficioſas donationes facere, & ſimilia voluntaria. Par-
lador. Quot. Differ. num. 11. diff. 8. cum aliis; & multò
5 magis ſi vellet conſumere Diſtributiones, jam à Cano-
nicis lucratas: Covar. Var. lib. 7. cap. 13. num. 1. Cæval.
quæſt. 388. nu. 16. Poteſt verò Capituli major pars ex
6 juſta cauſa de dictis fructibus communibus, ut uni-
verſis, etiam in actibus voluntariis aliquid modicum
elargiri, ut oſtendit Raguc. de Voc. c. 15. n. 1. Maximè,
7 ſi agatur de opere pio, aut conſueto. Leoncell. loc. c.
priv. 417. num. 4. & deciſum refert Mart. loc. cit. par. 6.
8 tit. Reſidentia, nu. 2. Intellige, ſi ultra neceſſaria pro
victu, aliquid ſupereſt Canonicis, nè fortè non ſuffi-
ciat nobis, & vobis, ur ex Evang. Matth. cap. 12. ob-
ſervant Abb. part. 1. conſ. 70. num. 3. & Novar. QQ. For.
9 part. 5. q. 38. n. 5. Alia ſunt bona, & redditus, com-
munia pluribus, ut ſingulis, prout fructus Præbenda-
rum Eccleſiæ, aſſignati ſingulis Canonicis pro ſuis ali-
mentis, ut tradunt Abb. Fely. & Bald. in d. c. cum om-
nes, num. 14. Imol. in cap. ex parte num. 3. tit. ut ben. ſin.
dim. conſ. Angel. in Summ. V. Capitulum, n. 3. In quorum
10 diſpoſitione opus eſt concurrere omnes, & ſingulos in-
tereſſe habentes. Petr. de Anchar. in cap. Quicunque, de
jurejur. Vener. loc. cit. lib. 4. cap. 30. n. 4. Mart. de Juriſd.
part. 4. caſ. 48. n. 6. & uno contradicente, non valet in
11 ejus præjudicium, quod factum fuit ab aliis, etſi om-
nes conſentiant. Fragoſ. lib. 8. diſp. 19. num. 26. tom. 2.
Gratian. dec. 169. & 183.

Verum eſt, quòd ſi Capitulum non poſſideret bona
communia, ut Collegium, poſſet major pars præjudi-
care minori, diſponendo in caſu neceſſario, aut val-
12 dè utili Capitulo, de ſupradictis redditibus Præben-
darum diſtinctarum, & obligando omnes, & ſingu-
los Præbendatos ad contribuendum pro rata fructuum,
qui licèt ſingulis Canonicis ſpecialiter fuerint conceſ-
ſi, nil ſeciùs remanent obligati, exigente neceſſita-
te, vel magna utilitate Capituli. Ant. de Butr. c. humi-
lis, num. 5. de major. & obed. Innoc. & Bero. in d. c. cum
omnes, num. 73. Paſqual. ubi ſupra. Villagut. loc. cit. cap.
98. num. 1. Franc. Marc. dec. 181. per tot. p. 2. Undè Ca-
pituli major pars, etiam invita minore, poteſt face-
13 re expenſas pro ſubſtinendis litibus contra ipſum mo-
tis, vel ab eodem Capitulo contra alios movendis,
pro conſervandis juribus Capituli, ſuper quibus bonum
jus fovet. Surd. conſ. 65. num. 21. Farinac. dec. 72. n. 3.
p. 1. in Poſth. Gratian. diſcept. for. cap. 183. n. 23. c. 222.
num. 4. & cap. 593. n. 5. At ſi Capitulum ſe moveret
14 tantùm ex quadam animoſitate, non tenentur contra-
dictores contribuere, ut adnotavit Mant. dec. 262. n. 9.
Rot. part. 6. diverſ. dec. 115. n. 20. Immò ſi aliqui Ca-
nonici opponant, aliquam electionem à majori parte
Capituli factam non eſſe bonam, & litem ſuper hoc
15 moveant, tenentur in caſu ſuccumbentiæ contra ſeſe
ad expenſas, quas ſecerit Capitulum, contribuere.
Barb. ſuper d. cap. cum non doceat, n. 7. Rub. Singul. V.
Bartolus, n. 2. prat. 3. Parlador. l. c. & remanent exper-
tes diſtributionum, & incertorum pro eo tempore, quo
16 fuerunt abſentes à Choro occaſione litis cum Capitu-
lo, quod habuit victoriam. Seraph. dec. 1098. n. 5. &
S. C. C. 6. Aprilis 1633. Capitulum pro ſatisfaciendis
17 debitis, contractis ob ſervitium Collegii, ſi babeat
bona communia, ut univerſis, poteſt, aſſentiente E-
piſcopo, ſuper iiſdem ſtabilibus annuum cenſum im-
ponere Franc. Marc. dec. 1028. n. 7. p. 1. & exindè non
ſolùm Canonici viventes, ſed & ipſorum ſucceſſores,
18 erunt obnoxii ad ſolutionem cenſus, ut notant Duard.
deciſ. 28. num. 4. tom. 2. Cenc. de Cenſibus part. 2. dec. 28.
num. 5. & fuit deciſum à Rot. in Romana Cenſuum die
8. Junii 1599. Debet tamen conſtare in inſtrumento
19 de cauſa dictæ impoſitionis; Archid. in c. hoc juſ. Bel-
let. in Diſq. Cler. debit. §. 3. nu. 39. & prædicta fulciun-
tur, quod & pecunia legata Capitulo, & minimè per-
ſoluta tempore à Teſtatore præfixo, ſed poſt annum,
20 in quo ſubſtituuntur novi Canonici loco eorum, qui
obierunt, tam novis, quàm antiquis Canonicis pro

ſua parte debetur: Nav. lib. 5. conſ. 9. n. 6. de ſent. excom.
& conſ. 10. n. ult. de injur. Idem ſequitur de bonis commu-
nibus Maſſæ, quorum fructus in fine anni per groſ- 21
ſas dividuntur; qui ſi non fuerint diſtributi, acqui-
runtur, tam veteribus, quàm noviter receptis Cano-
nicis, licèt fructus ſint de annis præcedentibus, quibus
non erant Canonici. Calder. conſ. 21. de Præb. Bero. in c. cum
omnes, de conſt. num. 60. Gonzal. loc. cit. gloſ. 27. nu. 26.
Duran. dec. 314. num. 3. Et vice verſa Canonici, recen-
ter inſtituti, nempè poſt unum annum, in quo cadit
Quindennium, tenentur illud integrum ſolvere prout
antiqui Canonici. Monet. de Diſtr. part. 2. quæſt. 9. num. 22
34. Bonac. de Diſtr. quæſt. 2 punct. 1 Quindennium eſt di- 23
midia pars fructuum Beneficiorum ſuppreſſorum, &
ad commodum, & utilitatem Capituli ejus Menſæ
unitorum: videatur Azor. part. 2. Mor. lib. 7. Urſell. loc.
cit. con. 110. num. 6. & Caſtr. Pal. loc. cit. de Beneſ. dub. 6.
part. 9. §. 1. num. 7. Capituli major pars nequit Statu-
tum condere, gravamen inducens minori parti, quæ
conſiſtit in Canonicis junioribus, vel afferens diſpen- 24
dium, vel præjudicium dumtaxat novis Canonicis,
futuris de cætero. gloſ. in c. cum omnes de conſt. Jo: Andr.
Innoc. Imol. ibidem. Hoſt. in c. Procurationes, num. 4. de
cenſ. Rubeus in Aphor. Epiſcop. V. Canonicus, num. 11. &
ſequitur Valente ſuper d. c. cum omnes; etiamſi fuerit
ab Epiſcopo confirmatum; atque qui ſentiunt præju- 25
dicium, poſſunt ad Archiepiſcopum, vel Papam ap-
pellare, ut, poſt alios, docet Bero. ſuper eod. cap. cum
omnes, n. 23. Statuta Capitularia debent eſſe communia,
& æqualia omnibus, & ſingulis Canonicis, cap. ex 26
parte, tit. de privil. etenim ubi eſt una prorſus fides
mentium, una eſſe debet pietas actionum. Mant. de
Tac. & Amb. lib. 23. tit. 14. Fachin. conſ. 54. num. 7. lib. 7. Juſta
tamen ſubſiſtente cauſa poterit Capitulum ad commu-
ne bonum Statutum ferre, licèt aliquid majoris oneris
afferat Canonicis junioribus, ut benè obſervat Valen.
loc. cit. ſect. 1. in fin. & ante eum dixerunt Bald. conſ. 410.
vol. 5. & Roland. lib. 2. conſ. 22. Intellige, etiamſi hi con-
tradicant, vel vocati ad Capitulum non acceſſerint. 27
Fely. in d. cap. cum omnes, num. 6. Barb. in cap. 1. de his,
quæ fiunt à majori parte Cap. num. 2. Ricc. part. 1. dec. 99.
Paſqual. dec. 425. num. 4. Ratio eſt, quia cedunt in 28
bonum commune Capituli mediatè, & remotè. Con-
cluſa, & decreta à majori parte Collegialium, in eo-
dem Capitulo revocari, aut mutari non poſſunt; ita
declaravit Sac. Epiſc. Congr. 13. Martii 1635. Hoc tamen
poſſunt Canonici collegiatim facere in ſequenti, vel alio 29
Capitulo, necnon Statuta antiqua tollere, & nova
ferre, ut infra, ac multa adiicere, non obſtante ali- 30
quorum contradictione. Feder. de Sen. conſ. 100. n. 5. Innoc.
in c. Bonæ, nu. 7. de poſtul. ex parte. Anchar. in c. cum aliqui- 31
bus, n. 3. de reſcript. in 6. Sanctor. de Paru. part. 2. c. 22. Maſſobr. 32
de Synod. c. 4. diſp. 30. Buratt. part. 2. dec. 539. intellige, ſer-
vatis ſervandis, ut infra.

Pœnæ ſunt aliquando neceſſariæ non ſervantibus Sta-
tuta. Siquidem gubernatio ſine vi coactiva rectè fieri
non poteſt, ut confirmant Bero. in d. cap. cum omnes, n. 33
4. Dian. part. 11. tract. 3. reſ. 24. Pœna tamen debet eſſe
moderata, non excedens lucrum illius diei, quo in 34
Choro commiſſum fuit erratum. Monet. loc. cit. part.
3. quæſt. 7. num. 76. & quæſt. 10: num. 50. Eadem 35
poteſtate nova Statuta condendi, & vetera mutandi,
reformandi, & antiquandi, gaudent Canonici ſucceſ-
ſores, ut notant gloſ. in extravag. quorundam, de verb. ſignif. 36
Jo. Aſſertores. Ricc. part. 1. deciſ. 157. num. 3. Intellige ea-
dem ſolemnitate interveniente, ut declaravit S. Epiſc.
& Reg. Cong. die 13. Martii 1618. Canonici antiqui præ-
ſumuntur moti pluribus rationibus ad ſic decretandum,
ut advertit Rodulphin. loc. cit. cap. 6. num. 97. Ideò Ca-
nonici moderni potiùs debent eſſe boni antiquorum 37
Statutorum ſervatores, quàm novatores, ut ait Alex.
conſ. 225. numer. 30. lib. 6. Evidentiſſima eſſe debet
Eccleſiæ, ſive Capituli utilitas, in novis ferendis,
& antiquis abrogandis, aut reformandis. D. Thom. 2. 38
2. quæſt. 79. idem ſequitur, dum vellent tollere inve- 39
teratam conſuetudinem; nam talis mutatio etiam uti-
lior, perturbationem parit; ut ex D. Auguſtin. adver-
tit Quintanad. loc. cit. ſing. ult. num. ult. Statuta plurima 40
facilè contemnuntur, ut docet modernus Doctor. 42
Non erubeſcant autem veteres Canonici, ſi va-
rietate temporum, & perſonarum, novi Canoni-
ci no-

ci nova Statuta magis congrua, & utilia proponant,
vel antiquorum reſormationem, ut monet *Spec. part.*
5. in proœm. num. 33. Namque omne artificium per exer-
citium recipit incrementum, & Deus multa de veteri
43 Teſtamento mutavit in novo, ita *Conc. Later. 4. cap.*
40. Statutum reformatum dicitur novum. *Farinac. dec.*
44 398. *num. 4. part.* 2. Et ejus additio denuo facta, inter-
pretatur juxta diſpoſitionem prioris Statuti, ut cum
45 aliis docet *Alex. conſ. 89. num. 2. lib.* 6. Novum autem
46 non dicitur Statutum, quod renovatur. *gloſ. in ca. Præ-*
ceptis, d. 12. Statutum recenter confectum, non dici-
47 tur corrigere alterum, niſi clarè contrarietur. *Purpu-*
rat. conſ. 405. n. ult. part. 2. Maſſobr. de Synod. cap. 4. diſp.
60. *num.* 3. *Rot. part. 1. diverſ. dec. 104. num.* 4. Dum Sta-
tuta cantant, prout noſtra, eſſe intelligenda ad lite-
48 ram, hoc eſt purè grammaticaliter, ut exponit *Præ-*
49 *poſ. in c. ſuper diſp. 16. num.* 2. non eſt argumentandum
à contrario ſenſu. *Everard. loc. à contrar. ſenſu.* Neque
50 de eis facienda eſt extenſio ad ſimilia. *Fely. in capit.*
translato, de conſt. Theſ. dec. 269. num. 4. Quamobrem
Statutum ex certa cauſa eximens Canonicum ab ali-
51 quo ſervitio Chori, non eximere ejus Coadjutorem,
cenſuit *Sacr. Rit. Cong. in Elboren.* 15. *Aprilis* 1608.
Veruntamen fit Statuti extenſio, ubi aliter ejus di-
52 ſpoſitio redderetur eluſoria, niſi extenderetur. *Nav.*
conſ. 32. num. 28. de conſtit. Honded. conſ. 1. numer. 27. &
Card. Tuſc. lit. A. conſ. 66. n. 39. Sic, quia vetant noſtra
Statuta Punctatorem conſtitui Hebdomadarium, non
53 poteſt Hebdomadarius creari Punctator; quod enim
prohibeatur una via, intelligitur prohibitum & alia.
Ratio eſt quia ſic fraus fieret legi, quod ſemper eſt
illicitum. *c. quod una, de Reg. Jur. in 6. gloſ. in capit.*
conſtitutus, de conceſs. Præb. Dec. conſ. 48. n. 5. Menoch.
54 *conſ. 36. num. 7. vol.* 3. Conſuetudo interpretatur Statu-
tum, ſi verba ſint dubia: Aliàs in vanum adducitur,
quando verba Statuti ſunt clara, niſi ea ſit preſcri-
pta. *Purpurat. loc. cit. conſ. 211. num. 3. Ciarl. contr. 211.*
num. 5. part. 2. Statutorum Capitularium diſpoſitionem
55 declarare non ad Capitulum, ſed ad Epiſcopum ſpe-
ctat, *Jo: And. in cap. ex parte, de V. ſignif. Abb. ibid.*
numer. 3. & in cap. ſi diligenti, de præſcript. Nec ob-
ſtat Canonicos talia edidiſſe Statuta, & ejus eſſe in-
56 terpretari, cujus eſt legem ferre: *capit. inter alia,*
de ſent. excom. Namque Canonici propriè non con-
57 dunt Statuta, quibus neceſſariò Epiſcopus ſuum præ-
ſtat aſſenſum, ut ex *capit. Apoſtolicæ, de præb. in 6.*
obſervant *Bero. conſ. 7. num. 2. part. 1. Valent. ubi ſupr.*
not. 2.

Statuta verò, ab Epiſcopo non confirmata, poteſt
Capitulum abſque ſcitu Epiſcopi revocare, ſi favorem
58 Capituli tantùm concernant. *Bellem. in d. capit. cum*
acceſſiſſent. Abb. in cap. ſuper audientiam, num. ult. de
59 *Cler. ægrot.* amplia etiamſi ſint jurejurando vallata.
Pariſ. conſ. 92. num. 95. part. 4. Abb. conſ. 25. num. ult. p.
2. *Angel. V. Statutum, in fin.* Nam tollendo Statutum,
conſequenter tollunt juramentum, Statuto acceſſo-
60 rium. *Abb. in d. capit. cum acceſſiſſent. Ant. de Bu-*
tr. in cap. 2. in fin. de ſponſ. Atque videntur illud re-
61 vocare per actum contrarium, dum id non præjudi-
cat Eccleſiæ. *Gozzad. conſ. 23. in fin. Covar. ſuper capit.*
quamvis, tit. de pactis §. 2. Marchan. loc. cit. tr. 1. tit. 8.
quæſt. 2. con. 2. Ciarl. cap. 38. num. 47. tom. 1. idem multo
magis procedit, ſi publicè intereſſet illud non ſervare
62 ob ceſſationem materiæ, ac intentionis Statuentium.
Sanctor. de pœn. part. 2. cap. 19. Molfeſ. loc. cit. tract. 51.
cap. 9. num. 2. Galett. V. Statutum: Secus dicendum, ſi
Canonici juramentum præſtiterint ſervandi illud, quod
63 in Statutis continetur, vel non revocandi à ſe decre-
ta; quia tunc contravenientes incidunt in perjurium,
ſi Statutum erat de re bona. *Decian. in d. cap. cum ac-*
ceſſiſſent, num. 22. Abb. in cap. Dilecto, num. 59. de præb.
Mancin. de Jurejur. part. 4. eff. 22. num. 13. ideò *Conc.*
Colon. 2. part. 3. cap. 20. monet Capitulares, quòd non
ſint faciles ſe obligare per juramentum. Canonici poſ-
64 ſunt caſſare, ac modificare Statutum, jam à Capitu-
lo conditum, & ab Epiſcopo, jure id requirente,
confirmatum, ſed neceſſarius eſt ipſius Epiſcopi ex-
preſſus conſenſus. *Abb. conſ. 25. num. 5. part. 2. Decian.*
conſ. 63. num. 12. vol. 5. Alex. conſ. 100. numer. 1. lib. 1.
Vulp. loc. cit. cap. 39. num. 12. Suarez de Leg. lib. 4. cap.
6. *num.* 15. Sicut enim Capitulum non habet jus con-
dendi ſimilia Statuta, ita nec jus revocandi abſque Su- 65
periore. *Gamar. de Perm. Ben. loc. cit. num. 126. Maſſobr.*
de Synod. cap. 4. diſp: 43. atque idem Statutum ſi fuerit
juratum, non tollitur per poſterius ab Epiſcopo con- 66
firmatum, niſi Epiſcopus mentionem faciat de juramen-
to, & illud relaxet, ut poſt alios advertit *Azor. p. 1. lib.*
5. c. 14. Cæterùm ſi Epiſcopus ſit informatus de pri-
mo Statuto jurato, ac cernat, vel certo ſciat, om-
nes Canonicos eidem Statuto contravenire, quamvis
adhuc Statutum non exiſtat contraria conſuetudine ab- 67
rogatum, cenſetur abſolvere Canonicos à vinculo jura-
menti, ut obſervant *Graff. part. 2. dec. l. 2. cap. 7. n.* 24.
Bonac. de Leg. diſp. 1. quæſt. 9. punct. 6. num. 17. Ciarl. loc.
prox. cit. nu. 48. Statutum concernens materiam, ſuper
qua Canonici valent ſtatuere abſque Epiſcopo, ac re-
ſpiciens dumtaxat merum favorem Capitularium, po-
teſt Capitulum delere, etiamſi fuerit confirmatum à
Superiore, dummodo omnes Capitulares conſentiant,
quia non debet præſumi Epiſcopum velle invito be- 68
neficium conferre, & in hoc caſu Capitulum non eſt
minùs potens, quàm fuit ab initio, ut colligitur *ex* 69
cap. cum M. de conſt. & manifeſtè docent *Caſtr. Pal. de*
Leg. tract. 3. diſp. 5. punct. 2. num. 7. & Bordon. in Miſcell.
dec. 69. Secus dicendum ſi tali revocatione minuatur
Divinus Cultus, ut infra *n.* 190.

A R G U M E N T U M.

De contributione expenſarum pro litibus, motis per Capitulum contra aliquem Capitularem, vel alias perſonas extraneas, & è converſo. Quando Canonicus abſens cauſa litis ſuæ Præbendæ, lucrari valeat fructus, & etiam Diſtributiones quotidianas. De cauſis, ob quas Epiſcopus, & reſpectivè Canonici, ab eo dependentiam habentes, excludendi ſint à Capitularibus Comitiis.

S U M M A R I U M.

1 *Expenſæ pro litibus, quæ commune Capituli, ſeu Collegii intereſſe reſpiciunt, ex communi Maſſa detrahi debent.*

2 *Et tenentur contribuere etiam illi de univerſitate, qui diſſentiunt.*

3 *Dummodo tamen non agatur de lite voluntaria, & injuſta.*

4 *Quoties major pars Collegii, ſeu Capituli, cenſuit litem eſſe inſtituendam, præſumenda eſt juſta.*

5 *Licèt perſonæ, quæ non faciunt Collegium, nec habent Maſſam communem, non poſſint cogi ad litigandum; contingente tamen litis victoria, contribuere debent pro rata etiam illi, qui renuerunt.*

6 *Nam unuſquiſque tenetur ad refectionem expenſarum, quæ ſui utilitatem reſpiciunt.*

7 *Quando lis primariò tendit in utilitatem alicujus Dignitatis, vel alterius de Capitulo, eo ſolummodo tenetur ad expenſas.*

8 *Quando lis tangat principaliter, vel ſecundariò, intereſſe Capituli, ſeu Collegii, remiſſivè.*

9 *Pro expenſis, ad quas tenentur omnes de Capitulo, contribuere debent etiam Canonici, poſt litem introductam recepti.*

10 *Secus verò, ſi lis vertatur inter aliquos de Capitulo, nec reſpiciat ejus principale intereſſe,* & n. 11.

12 *Si ante finitam litem aliqui abeant, & cauſam eorum ſucceſſores proſequantur, hi pro eorum rata ad expenſas tenentur.*

13 *Lite mota per aliquem Capitularem contra Capitulum, vel è converſo, & ſuper Juribus ipſius Capituli, etiam ille, contra quem Cauſa agitur tenetur pro ſua rata contribuere pro expenſis.*

14 *Secus eſſet, ſi lis agitaretur cum perſonis, quæ non faciunt Collegium, ut ſunt Beneficiati alicujus Eccleſiæ, vel Clerus alicujus Civitatis.*

15 *Si aliqui Capitulares, quia parere nolint executorialibus, condemnentur in expenſis, ad eas ipſi tenentur.*

16 *Expenſæ pro litibus, concernentibus honorem Capituli, non ſunt detrahendæ ex Maſſa communi Canonicorum, & Portionariorum, ſeu Beneficiatorum.*

17 *Multò minus, ſi expenſæ factæ ſint à Capitulo contra ipſos Portionarios,* & n. 19.

18 *Si aliquis ex Civibus litiget cum Civitate, tenetur ad Collectam impoſitam pro ſubſtinenda eadem lite.*

20 *Ex Maſſa redditunm Eccleſiæ detrahendæ ſunt expenſæ, quando lis mota fuit à Capitulo, & nomine ipſius Eccleſiæ, pro defenſione Jurium, ſeu præeminentiarum ejuſdem Eccleſiæ.*

21 *Aliter dicendum, ſi lis concerneret ſingulorum Canonicorum commodum*, & n. 22.

23 *Ad expenſas litis, motæ nomine Dignitatum, pro illarum Jurium tuitione, ad quas fuerunt condemnati Anteceſſores, tenentur etiam Succeſſores*, & n. 25.

24 *Maximè, ſi ſententia condemnet Dignitatum poſſeſſores, & illas reſpiciat, non perſonas.*

26 *An expenſæ, factæ per Anteceſſorem, & in quibus condemnatus fuit Collitigans, debeantur ejus hæredibus, vel potiùs ſucceſſori, remiſſivè.*

27 *An, & quando Canonicus, propriis expenſis appellans, & proſequens litem ſuper re, vel Jure Capituli, poſſit illas repetere*, & n. 28. & 29.

30 *Exiſtentibus in Capitulo, ſeu Collegio, aliquibus, qui diverſo Jure votum dare poſſunt, tunc una pars poteſt ſeorſim ab alia coadunari, pro tractandis negotiis.*

31 *Canonicus abſens ex cauſa litis ſuæ Præbendæ lucratur fructus.*

32 *Et ſi ex diſpenſatione Apoſtolica poſſideat ſimul Dignitatem, etiam fructus illius lucratur, licèt lis fuerit tantùm ſuper Canonicatu.*

33 *Licentia tamen Ordinarii, & juſta cauſa copulativè requiruntur.*

34 *Quando dicatur juſta cauſa, vel ſufficiens*, & n. 35.

36 *Licentiæ Ordinarii ad hunc effectum, ſive etiam licentiæ obtentæ cauſa Studii, tempus reſpectivè currit à die diſceſſus, & Studii, non autem à die datæ.*

37 *Debet eſſe expreſſa, nec ſufficit tacita.*

38 *An, & quando Canonicus abſens ex cauſa litis ſuæ Præbendæ lucretur etiam Diſtributiones quotidianas*, & n. 39. & 41.

40 *Abſens cauſa litis ſuper optione alicujus Præbendæ, non dicitur abeſſe pro utilitate Eccleſiæ.*

42 *A Comitiis Capitularibus, ubi tractanda ſint negotia, concernentia intereſſe Epiſcopi, quando excludendi ſint Canonici, qui ab illo aliquam dependentiam habeant*, & n. 43. & 44. & 50.

45 *Similiter quando Epiſcopus ſe abſtinere debeat ab interveniendo in Capitulo*, & d. n. 50.

46 *Paritas affectionis ſuſpicionem tollit.*

Canonicus ejuſdem Eccleſiæ non poteſt eſſe Judex in cauſa Canonici; ſecus tamen, ſi lis vertatur inter duos Canonicos eodem n. 46.

47 *In cauſa publica non præſumitur quis magis ex privata affectione moveri, quàm ob bonum publicum.*

48 *Si tamen adeſſet conſuetudo quadragenaria expellendi dictos Canonicos à Comitiis Capitularibus, ea eſt ſervanda.*

49 *Intellige quoad eos tantùm, contra quos introducta fuit hujuſmodi conſuetudo.*

ANIMADVERSIONES.

SÆpè occurrit, quòd Capitula pro tuendis propriis præeminentiis, ac ipſimet etiam Capitulares inter ſe, vel cum extraneis pro defenſione Jurium ſuarum Præbendarum, aliiſve de cauſis lites inſtituere, ſive proſequi coguntur; Cumque dubitari contingat, ad quem ſpectet onus expenſarum in hujuſmodi litibus faciendarum; ideò hìc nonnulla ad hanc materiam adnotabimus.

Ac primo, quòd ubi agitur de litibus, reſpicientibus commune intereſſe Capituli, ſive Collegii, expenſæ detrahi debent ex Maſſa communi, cum pro ſimili-
1 bus expenſis omnes de Collegio contribuere æqualiter
debeant. *Rot. dec. 138. p. 1. rec. & cor. Manzaned. dec. 157. cor. Cavaler. dec. 61. n. final. Larrea dec. 88. num. 13. part. 2. Conſtantin. ad Stat. Urb. adnot. 59. art. 7. numer. 311.*
Quod adeo verum eſt, ut quando agitur de intereſſe
2 Univerſitatis, veluti pro tuendis ejus juribus, ſive
privilegiis, teneantur contribuere etiam illi, qui diſſentiunt, ut eſt optima *gloſſ. in capit. cum inter, de elect. Barboſ. de Canonic. cap. 24. num. 24.* dummodo tamen agatur de lite neceſſaria, non autem voluntaria,
vel injuſta, nam tunc etiam major pars Collegii non poſ- 3
ſet præjudicare minori, quæ liti non conſentiret, illamque cogere ad contribuendum dictis expenſis. *Mantic. dec. 262. in fin. Coccin. dec. 1911. n. 13. Conſtantin. adnot. 59. num.* 314. Verumtamen eſt, quòd quoties major pars Collegii decrevit litem inſtituere, præſupponendum eſt, litem eſſe juſtam, & non calumnioſam, 4
ideoque non de facili debent eximi à contributione diſſentientes. *Larrea d. dec. 88. p. 2. ferè per tot. Conſtantin. ubi ſup. n. 315.*

Licèt enim quis non cogatur invitus litigare, hoc tamen videtur procedere in iis perſonis, quæ Collegium 5
non conſtituunt, quæ non habent Burſam, ſive Maſſam communem, ut eſt caſus in *dec. 148. part. 7. rec.* in quo agebatur de lite facienda per Univerſitatem Cleri Pampilonen, contra Epiſcopum, qui prætendebatur in Synodalibus Conſtitutionibus eundem Clerum gravaſſe; undè Rota cenſuit, licere à ſponte dantibus recipere collectas pro expenſis litis, non verò cogere invitos; reſervato tamen, quòd, contingente litis victoria, teneretur contribuere pro rata etiam illi, qui renuerunt, nè ex alienis impenſis commodum reporta-
rent, ut in *d. dec. 148. n. 6. 7. & 8.* quia unuſquiſque te- 6
netur ad refectionem expenſarum ad ſui utilitatem factarum *Bellam. in c. ut præterita, num. 2. de elect. Ancharan. ibid. num. 4. Rot. coram Pen. dec. 406. n. 9.* juxta *impreſſ. Venet.*

Ad hoc autem, ut Capitulum, & Eccleſia teneatur ad refectionem expenſarum factarum in lite ab aliqua particulari perſona de eodem Capitulo, neceſſe eſt, ut commune omnium tangat intereſſe, vel pertineat ad
Eccleſiam, & quidem principaliter, non ſecundariò, 7
quia ſi lis primariò tendat in utilitatem alicujus Dignitatis, vel alterius perſonæ de Capitulo, ſeu Collegio, ea ſolummodo tenetur ad expenſas, nec Eccleſia, vel alii de Collegio, contribuere tenentur, *gloſſ. in cap. cupientes, §. Ad hæc, in V. diſcreta, de elect. in 6. Rot. coram Pen. dec. 391. num. 6. & 7.* ubi benè diſtinguitur
caſus, in quo principaliter, vel ſecundario agitur 8
in lite de intereſſe Eccleſiæ, ad hoc ut illa teneatur, necne, ad contribuendum pro expenſis, & *in d. dec. 408. coram eod.*

Quoties verò agitur de tuendis juribus, ſive Præe-
minentiis Capituli, itaut omnes de Capitulo contribue- 9
re teneantur ex ſupra deductis, etiam Canonici recepti poſt litem introductam tenentur ad expenſas pro rata. *Calderin. conſ. 21. de Præbend. Rot. dec. 705. num. 8. part. 3. & dec. 413. num. 8. & ſeqq. part. 5. tom. 1. recen.* Non item quando lis vertitur inter aliquos de ipſo Capitulo, & actum non fuit nomine ipſius Capituli, eo quia non
reſpicit ejus principale intereſſe, ut ſupra dictum eſt; 10
quum tali caſu teneantur ad expenſas ipſi, qui litem inſtituerunt, vel contra quos mota fuit, *Mantic. dec. 266. n. 3. & coram Gregor. dec. 156. & coram Merlin. dec. 48. & in recen. dec. 138. part. 1. Conſtant. d. adnot. 59. n. 312.* ita ut ſi ſequatur condemnatio in expenſis, ad eas
non teneantur reliqui de Capitulo, ſed illi ſolùm, 11
quorum nomine lis agitata fuit. *Rot. dec. 777. in princ. part. 1. diverſ. & dec. 705. num. 2. part. 3. rec.* Et ſi aliqui ante finem litis obeant, ac eorum in Præbendis, ſive
Dignitatibus Succeſſores Cauſam proſequantur, hi pro 12
eorum rata ad eas expenſas tenentur. *Verall. dec. 343. ſeu 4. p. 1. & d. dec. 705. n. 26. in fin.*

Secundò notandum, quòd ſi aliquis de Capitulo litem inſtituat contra ipſum Capitulum vel è contra Capitulum litem moveat contra unum, vel plures Capitu-
lares, & agatur de juribus ipſius Capituli, de illius com- 13
modo, ſeu utilitate; tum etiam ille, contra quem lis mota fuit, tenetur pro ſua rata ad contribuendum pro expenſis, prout alii de ipſo Capitulo. *Bartol. & Bald. in l. ab omnibus §. Si Titio ff. de legat. 1. Larrea dec. 88. num. 8. part. 2. Rot. cor. Mantica dec. 266. num. 8. cor. Coccin. deciſ. 1911, n. 12. cor. Gregor. dec. 263. num. 5. Conſtant. ubi ſup. num. 318.* Quod ſecus eſſet, ſi lis mota eſſet à perſonis, quæ de jure non faciunt Collegium, ſed reputantur potiùs tanquam ſinguli, licèt conſtituant quandam Univerſitatem, prout ſunt Beneficiati alicu-
jus Eccleſiæ, vel Clerus alicujus Civitatis, quia tunc 14
diſſentientes non poſſent cogi ad expenſas, niſi in caſu, quo ex victoria litis commodum reportarent, ut ſu-

pra dictum eſt. *Mant. d. dec.* 266. cum aliis, per eum relatis.
Tertio animadvertendum, quòd ſi aliqui de Capitulo
ſint contumaces, nec parere velint Executorialibus,
& ob id in expenſas fuerint condemnati, iſtæ expen-
15 ſæ non debent detrahi ex Maſſa communi, ſed ad
eas ipſi contumaces ſolummodo tenentur. *Rot. coram Gre-
gor. dec.* 263. *n.* 3. *& poſt Zuff. de Proceſſ. Crimin. dec.* 61. *n.* 5.
Quarto notandum, quòd expenſæ, quæ fiunt pro li-
tibus concernentibus honorem Capituli, detrahendæ
non ſunt ex Maſſa, quæ ſit communis Canonicorum,
16 & Portionariorum, aut Beneficiatorum, ſed ſolùm eæ,
quæ pertinent ad utilitatem communis Maſſæ. *Rot. dec.*
413. *n.* 5. *p.* 5. *tom.* 1. *rec.* & multo minus poſſunt detra-
17 hi ex ipſa Maſſa communi expenſæ, quæ fierent à Ca-
pitulo contra ipſos Portionarios. *Rota in Seguntin. Ex-
penſarum* 12. *Junii* 1606. *coram Litta, & in d. dec.* 413.
n. 6. Non refragante, quòd ſi unus ex Civibus litigat
cum Civitate, teneatur ad Collectam impoſitam pro
18 ſuſtinenda lite, juxta *Bald. in l. ab omnibus §. Si Titio,
verſ. item ff. de legat.* 1. quia hoc non poteſt applicari ca-
ſui, quo Canonici litigant cum Portionariis, quia illi
19 non conſtituunt unum Collegium, ut advertit *eadem dec.*
413. *n.* 8. *& ſeqq.*
Quinto advertendum, quòd eatenus expenſæ litium
detrahendæ ſunt ex Maſſa redituum Eccleſiæ, quate-
nus pro tuitione jurium, ſive præeminentiarum ejuſ-
20 dem Eccleſiæ, lites prædictæ motæ fuerint à Capitu-
lo, & nomine ipſius Eccleſiæ fuerint agitata. *Abbas in
c. reprehenſibilis, n.* 21. *& ſeqq. de appel. ibiq. etiam Franch.
eod. n.* 21. *& dec. n.* 34. & ita reſcripſit *Sac. Cong. Conc. in
ſeq. Decreto — Melevitana: Inſtante Archidiacono Cathedra-
lis, qui uti Procurator, legitimè conſtitutus à Capitulo,
pro illius jurium tuitione Romam acceſſit, reſcriptum fuit
in folio dubium —*
*An expenſæ factæ in lite, & præſtationes idcircò à Ca-
pitulo aſſignatæ Archidiacono, ſint ei reficiendæ, & reſpe-
ctivè ſolvendæ ex Maſſa redituum Eccleſiæ, ita ut Epiſco-
pus acceſſorios ordines pro illarum ſolutione ſubſcribere te-
neatur — Sacr. Congr. die* 30. *Martii* 1686. reſpondit af-
firmativè, *renuente verò Epiſcopo ſubſcribere ordines,
Depoſitarius ſolvat abſque ſubſcriptione.* Et in alia *Mele-
vitana de die* 5. *Maji* 1708. cum in Sacra Congrega-
tione Concilii lis verteretur inter Epiſcopum, & Ca-
pitulum ſuper quibuſdam Inſigniis, appoſitis per Epi-
ſcopum in Eccleſia Cathedrali, & ſuper varias Con-
ſtitutiones editas in Synodo Diœceſana, reſcripſit —
*Quoad expenſas litis Inſignium, eſſe ſubminiſtrandas à Fa-
brica, & quoad lites Synodi, à Capitulo juxta mentem
declarandam ab Eminentiſſimo Præfecto* — Si enim è contra
ageretur de lite concernente ſingulorum Canonicorum
commodum, veluti de ſervitio ab aliquibus potiùs,
21 quàm ab aliis ſubeundo, vel de ſimilibus, tunc hujuſ-
modi expenſæ non à Maſſa redituum Eccleſiæ detra-
hendæ ſunt, ſed à communi Maſſa, vel ex redditibus
propriis ſingulorum. *Rot. d. dec.* 705. *n.* 5. *part.* 3. *rec.* hoc
declarato, quòd ſi Canonici habeant Maſſam commu-
nem Diſtributionum, cogi non debent in particulari ad
22 contribuendum dictis expenſis, ſed ex eadem Maſſa
detrahendæ ſunt, ut cenſuit eadem *Sac. Congr. in Fanen.*
26. *Septembris* 1699.
Sexto quòd ſi lis mota fuerit nomine Dignitatum
pro tuitione illarum jurium, etiam, earum Succeſſo-
res tenentur ad expenſas, ad quas fuerunt condemnati
23 illarum Anteceſſores. *Dec. Franc. & Abb. in d. cap. re-
prehenſibilis, de appellat. loc. cit.* maximè ſi ſententia
condemnet illarum poſſeſſores, & reſpiciat non illa-
24 rum perſonas, ſed ipſas Dignitates, utpote quia age-
retur de aliquo onere ab eis ſubeundo, vel aliquo ho-
nore conſervando. *Rot. d. dec.* 705. *num.* 10. Nec ad e-
vitandam contributionem pro talibus expenſis poſſunt
ſe tueri Succeſſores ex eo, quòd ex lite nullum com-
modum reportaverint, ſed in ea ſuccubuerint; quia
25 cum lis, bona fide fuerit ab Anteceſſoribus introducta,
iidem Anteceſſores dicuntur negotium utile geſſiſſe pro
defenſione jurium ipſarum Dignitatum, & ſufficit, ne-
gotium utiliter cæptum fuiſſe, nec attendi debet quid
poſtea evenerit. *Surd. dec.* 278. *n.* 8. *in fin. Rot. d. dec.*
705. *num.* 10. *pariter in fin.* An autem expenſæ factæ
per Anteceſſorem pro defenſione jurium ſuæ Digni-
26 tatis, & in quibus condemnatus fuit ad ejus favorem
Collitigans, debeantur ejus hæredibus, vel potiùs Suc-
ceſſori in Dignitate, videatur *Rot. dec.* 777. *&* 809 *p.* 1. *div.*
Septimo quòd Canonicus propriis expenſis appellans,
& proſequens litem ſuper re, vel jure, commodum, ſi-
ve honorem Capituli reſpiciente, licèt conſequi non
poſſit à principio expenſas à Capitulo pro eadem li-
te, illas tamen repetit, ſi appareat, in ejuſdem Ca- 27
pituli favorem eſſe factas, quamvis liti inſtituendæ non
conſenſiſſet. *Oldrad. conſ.* 38. *in princ.. Tuſch. concl.* 645.
lit. E. num. 2. *&* 18. Diſtinguendum tamen eſt, quòd
ſi Canonicus proſequens litem Capituli acceſſit ad Cu-
riam principaliter pro ſuis negotiis, & tali occaſione 28
geſſit etiam negotia ipſius Capituli, ab eodem repe-
tere non poteſt expenſas factas in commorando in Cu-
ria. *Angel. conſ.* 245. *nu.* 5. *Tuſch. d. concl.* 645. *num.* 19.
& pariter quando affectavit deputationem pro aſſiſten- 29
do Liti. *Angel. ib. n.* 5. *in fin. & Tuſch. pariter ib. n.* 20. *in fin.*
Octavo quòd ſi tam in Capitulo, quàm alio Colle-
gio, adſunt aliqui, qui diverſo jure votum dare poſ-
ſunt, & inter unam, & alteram illorum partem aliqua
oritur controverſia, ut plerumque contingere poteſt, 30
in Capitulis Eccleſiarum, in quibus, ultra Canonicos
antiquos, Maſſam communem habentes, adſunt aliqui
novæ fundationis, de eadem Maſſa non participan-
tes, ut contingit in noſtra Cathedrali Piſtorien. tunc
debent tam uni, quàm alii, ſeorſim coadunari pro tra-
ctandis negotiis, ſuper quibus lis, & controverſia ver-
titur, ut cenſuit *Rot. in Illerden. Juris votandi ſu-
per manutentione* 27. *Junii* 1704. *§. Abſque eo quòd, cor.
Eminentiſſ. Scotto*: Non enim convenit, ut ſecreta Cau-
ſæ Parti adverſæ pandantur.
Nono quòd Canonicus abſens ex cauſa litis ſuæ Præ- 31
bendæ, fructus ſuos facit tempore abſentiæ, quod adeo
verum eſt, ut ſi Canonicus poſſideret ex diſpenſatio-
ne Apoſtolica ſimul cum Canonicatu etiam Dignita-
tem, lucraretur fructus, ex cauſa præmiſſa, tam Ca-
nonicatus, quàm Dignitatis, licèt lis eſſet tantùm ſu- 32
per Canonicatu, ut ex mente *Sac. Congregationis Con-
cilii* firmavit *Rot. dec.* 21. *num.* 4. *poſt De Luc. in Man-
tiſſ. ad mater. de Regular. tom.* 14. Duo tamen copulati-
vè ſunt neceſſaria ad effectum lucrandi fructus, nem- 33
pè licentia Ordinarii, & juſta cauſa, juxta *gloſſ. in cap.
relatum V. Prælatorum. Ciarlin. controv.* 126. *num.* 3. *&
ſeqq.* cum aliis *in d. deciſ.* 21. *n.* 6. Dicitur autem adeſ-
ſe cauſa legitima, quando agitur de lite gravi, quæ 34
tangit ſtatum perſonæ, vel Beneficii. *Archidiac. in cap.
licèt cauſam, ſub num.* 7. *de elect. Rot. cor. Ubald. dec.*
288. *num.* 2. & pariter reputatur ſufficiens, quando
lis eſt ſimpliciter ſuper fructibus, & non ſuper titu-
lo, ſi oppoſitor ſit Capitulum; ex ratione, quòd aliàs
Capitulum ex propria contumacia poſſet lucrum re- 35
portare. *De Maren. reſolut.* 40. *num.* 13. *lib.* 1. *Addens ad
Buratt. dec.* 694. *num.* 11. *Rot. cor. Seraphin. dec.* 594. *n.*
11. & pleniùs *in Mantiſſ. ad De. Luc. dicto tom.* 14. *de Re-
gular. dec.* 22. 23. 24. *&* 25. quæ ſunt confirmatoriæ,
ſupra allegatæ *dec.* 21. Et quatenus pertinet ad licen-
tiam Ordinarii, notandum eſt, quòd ſi ea fuerit pro
tempore certo conceſſa, tempus non currit à die da- 36
tæ, ſed à die diſceſſus, prout ſequitur in licentia,
obtenta cauſa ſtudii, quæ incipit à die, quo Canoni-
cus cæpit ſtudere. *Antonell. de Temp. Legal. lib.* 2. *cap.*
64. *n.* 8. *Pan Jordan. tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 40. *nu.* 136. *Rot.
poſt De Luc. ubi ſup. dec.* 26. *n.* 5. Nec ſufficit tacita, ſed
debet eſſe expreſſa, & conceſſa ab Ordinario, cum 37
non ſuffragetur conceſſa à Capitulo. *Pignatell. conſult.*
36. *n.* 2. *tom.* 3. cum aliis apud eum relat.
Ex præmiſſis igitur conſtat, Canonicum abſentem
ex cauſa litis ſuæ Præbendæ, cum licentia ſui Or-
dinarii, lucrari illius fructus; verùm reſpectu Diſtri-
butionum quotidianarum, diſtinguere oportet: Nam,
aut lis eſt ſuper juribus Beneficii, Præbendæ, vel Di-
gnitatis, & in hoc caſu, quia agitur de utilitate Ec- 38
cleſiæ, concurrente Epiſcopi, & Capituli licentia,
lucratur Diſtributiones, congruum quippe eſt, quòd qui
pro utilitate ſui Canonicatus abſens eſt, illius Diſtribu-
tionibus non privetur, ut in his terminis *Rot. coram
Seraphin. d.* 662. *n.* 2. Aut lis eſt ſuper titulo, & eo ca-
ſu, quia non agitur de utilitate Eccleſiæ, ſed lis fit ad
proprium commodum, non lucratur eaſdem Diſtribu- 39
tiones. *Rot. cor. Seraph. dec.* 462. *Gonzal. ad Reg.* 8. *Canc.
gloſ.* 6. *n.* 267. *Garz. de Benefic. p.* 2. *c.* 2. *n.* 47. *& ſeqq.* ubi
quòd ita reſolvit *Sac. Congregatio Concil. Pignatell. d. con-*

Digitized by Google

ſult. 36. *n.* 3. Sicuti quandò lis vertitur inter eoſdem Canonicos, veluti ſuper optione alicujus Præbendæ, quia abſens ex cauſa hujuſmodi litis non dicitur abeſſe pro
40 utilitate Eccleſiæ, cum ejuſdem nihil interſit, quòd hic potiùs, quàm alter Canonicus habeat pinguiorem Præbendam, quandoquidem ex Collegio Canonicorum res exire non debet *Felin. in c. in literis, n.6. de Præbend.* & quod ita cenſuit *Sac. Congr. Epiſcoporum, Regal.* refert *Pignatell. conſult.* 36. *n.* 3. ubi alia ad hanc materiam, & ſignanter ſub *n* 4. quòd Canonico abſenti ex cauſa litis ſuper ejus Præbenda, non deberentur fructus, & Di-
41 ſtributiones, quando lis fuiſſet affectata & negocium eſt tale, quod de facili poteſt per Procuratorem tractari, nec eſt neceſſaria ejus præſentia pro proſecutione litis, *Rot. in Licien. Fructuum dec.* 1603. *cor. Pamphyl. & coram Scraphin. dec.* 1131. *num.* 1. & *dec.* 467. *n.* 2. *p.* 1. *rec. & dec.* 401. *n.* 3. *part.* 3. *rec.*

Hic autem non eſt prætereundum, quòd in caſu, quo inter Epiſcopum, & Capitula, lites exoriantur, excludendi non ſunt à Capitularibus Comitiis Canonici,
42 qui habeant aliquam dependentiam ab ipſo Epiſcopo, veluti ipſius Familiares, Commenſales, Officiales, & Proviſi de Canonicatu ab eodem Epiſcopo, ratione affectionis, quam erga eum habere præſumi poteſt, ſi lis, quæ vertitur, concernit intereſſe Menſæ, ſeu Dignitatis Epiſcopalis: ſecus verò ſi ageretur de intereſſe tantùm particulari, & privato ipſius Epiſcopi, ut firmavit *Rot. in Hiſpalen. Juris votandi* 26. *Junii* 1591. *coram Orano, in Giennen. Juris votandi* 27. *Junii* 1704. *coram Eminentiſſ. Scotto, & in confirmatoria* 9. *Februarii* 1705. *coram eod.* Etenim cum juxta diſpoſitionem Juris omnes Canonici, qui ſunt in poſſeſſione ſuorum Canonicatuum, gaudere debeant omnibus Præeminentiis, ex jure Canonico provenientibus, inter quæ præcipua cenſetur illa
43 intereſſendi in Congregationibus Capitularibus, & in illis ferendi ſuffragium, ad *Text. in cap. cum in Geneſi, de elect. ibique Gloſſ. in V. poſſeſſionem, Bellamer. ibid. n.* 4. *Abbas in c. pro illorum, n.* 3. *de præben.* ſequitur exinde, quòd
44 non poſſint ex motivo præſumptæ affectionis erga Epiſcopum ab eiſdem Congregationibus arceri, quando agitur de intereſſe Menſæ, vel Dignitatis Epiſcopalis, ut probat *Marald. in Vot. impreſſ. penes Matth. de Cauſ. Conciſtorial. ſect.* 22. *n.* 77. *Rot. dec.* 28. *n.* 2. *p.* 3. *rec. &* in *d. Giennen.* 27. *Junii* 1704. *§. Quam generalem*, & reſcripſit *Sacra Congreg. Concil. in Barbaſtren.* 19. *Jun.* 1610.

Idque confirmatur ex eo, quòd ſicuti Epiſcopus non poteſt excludi ab interveniendo in Capitulo, quando
45 eſt agendum de intereſſe Menſæ, Dignitatis, ſive Juriſdictionis Epiſcopalis, ſed ſolùm quando eſt agendum de re, ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante, ut decrevit *Sac. Concil. Triden. c.* 6. *ſeſſ.* 25. *de reform.* ita pariter excludendi non ſunt Canonici Familiares, ſeu Officiales Epiſcopi.

Eoque maximè, quia in dictis Canonicis licèt con-
46 ſiderari poſſit qualitas affectionis erga Epiſcopum, concurrit etiam illa erga Capitulum, immò præcipua; tum quia ſunt membra ipſius Capituli; tum quia ſunt obſtricti juramento præſtito in actu primi ingreſſus, de tuendis juribus Capituli, undè cum concurrat ſaltem paritas affectionis, debent hujuſmodi Canonici reputari indifferentes, & præſumi debet, quòd depoſita affectione votum ſuum proferant, cum dicta paritas affectionis ſoſpicionem tollat, juxta *Text. expreſſ. in l. non ſolùm ff. de rit. nupt.* ibi — *quia paris affectionis cauſa ſuſpicionis fraudem removet*, prout videmus, quòd licèt Canonicus ejuſdem Eccleſiæ non poſſit eſſe Judex in cauſa Concanonici, ſecus tamen eſt, ſi cauſa vertatur inter duos Canonicos, nam tunc ex adducta ratione poterit eſſe Judex, *ut per gloſſ. in c. cum R. Canonicus in V. cum ſint ſocii, de offic. deleg. in fin. ubi omnes Canoniſtæ, & præſertim Bald. n.* 3. — ibi: *Si quæſtio ſit inter duos Canonicos, utrùm alius Canonicus poſſit eſſe Judex. Reſp. quòd ſic, quia paritas affectionis removet ſuſpicionis præſumptionem, & invicem fraternizzant*; optimè *Rot. in d. Giennen.* 9. *Februarii* 1705. *§. Nullius momenti, cor. Eminentiſſ. Scotto*: Et denique urget, quòd non præſumitur, quòd in cauſa pu-
47 blica quis magis ex cauſa privatæ affectionis, quàm ob bonum publicum moveatur, ut conſiderat *Maral. in d. Voto ſect.* 22. *n.* 67. & dixit *Rot. in Hiſpalen. Voti* 15. *Martii* 1596. *cor. Gipſio §. Hæc ratio*, ibi — *hæc ratio affectionis, ex adverſo deducta, non eſt habenda in conſideratione, tum quia in his, quæ juris ſunt, præſumitur, quis magis ob bonum publicum, quàm ex alia cauſa moveri, & ſi aliud diceretur, hujuſmodi affectio eſſet inordinata, quia ſicuti dicti Familiares non repelluntur dicere teſtimonium in favorem Epiſcopi, quando agitur de illius privato intereſſe, ita etiam non debent excludi à ſuffragio in caſibus præmiſſis ex identitate rationis.*

Præmiſſa tamen intelligenda ſunt, quatenus non adeſſet quadragenaria conſuetudo expellendi prædictos
Canonicos à Comitiis Capitularibus, quia ſi ea adeſ- 48
ſet, ſervanda foret, ut firmavit *Rot. in Hiſpalen. Voti, ſeu Juris votandi* 4. *Februarii* 1697. *&* 29. *Martii* 1700. *§. Ratio reſolutionis, cor. bo. me. Card. Caprara*, quodque admittitur etiam *in dicta Giennen.* 27. *Junii* 1704. *§. Eine opus non fuit, cor. Eminentiſſ. Scotto*, obſervando tamen, quòd excluſio eorundem Canonicorum fieri debet præcisè ad limites ipſius conſuetudinis, nec poſſit extendi de perſona ad perſonam, ita ut arceri non valeant à Capitularibus Congregationibus, niſi ii, qui juxta quadragenariam obſervantiam fuerunt excluſi, ideo in dicta *Hiſpalen.* ſolùm fuerunt excluſi Canonici Familiares, & Commenſales Archiepiſcopi, non autem proviſi de Canonicatibus ab eodem Archiepiſcopo, quia quoad hos tantùm fuerat probata conſuetudo, ut *in eadem Hiſpalen. de anno* 1700. *§. Atque hæc quoad primum.*

In cæteris autem negotiis pertractandis, quæ concernunt privatum Epiſcopi intereſſe, juxta allegatas Deciſiones poſſunt prædicti Familiares Epiſcopi arceri à Capitulo, ſicuti in hoc caſu nec locum in eo habet ipſe Epiſcopus, ut declarando ipſum *Concilium d. cap.* 6. *ſeſſ.* 25. *de ref.* decrevit *Sac. Congregatio Concilii in Seguntina de anno* 1587. allegata in d. *Giennen.* 9. *Febr.* 1705. *§. Quo verò*, ſequentis tenoris.

Primum, an Decretum Concilii cap. 6. *ſeſſ.* 25. *de reformat. quo conceditur facultas Epiſcopis convocandi Capitulum, niſi de re ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante agatur, ſit intelligendum, quando res ad ſe, vel ad ſuos privato nomine pertinet, an verò etiam pertineat ratione Dignitatis Epiſcopalis.*

Ad primum Sacr. Con. Conc. cenſuit intelligendam, quando agitur de eo, quod privatim intereſt Epiſcopi, etiamſi id ſpectaret ad ipſum tanquam Epiſcopum, ſecus de re ſpectante ad ipſius Epiſcopi Juriſdictionem, Officium, Dignitatem, adminiſtrationem, & regimen.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

De conſenſu Epiſcopi poteſt Capitulum ſtatuere ex cauſa etiam præter jus, & adjungere clauſulam irritantem, & adducuntur varia exempla de his, circa quæ non poteſt Capitulum ſtatuere. Major pars Capituli non poteſt renuntiare juribus, & privilegiis Capituli, & quando requiratur conſenſus omnium. An Capitulum poſſit ſtatuere circa eleemoſynam tribuendam occaſione Funerum, ad quæ invitatur idem Capitulum, & alia ad hanc materiam.

SUMMARIUM.

1 *Quando poſſit Capitulum aliquid decernere præter jus. Clauſula irritans importat formam præcisè ſervandam* eod, n. 1.
2 *Ita ut actus, in contrarium geſtus, ſit nullus.*
3 *Valet tamen, donec fuerit à Superiore irritatus.*
4 *Non poteſt Capitulum, etiam de conſenſu Epiſcopi, aliquid contra Jus ſtatuere, vel quod de Jure permittitur, apponendo clauſulam irritantem, & afferantur exempla,* & n. 5. & 6.
7 *Non valet Statutum, quòd Canonicus nuper receptus, prandium, vel aliam largitionem faciat Canonicis.*
8 *Neque conſuetudo in contrarium.*
9 *Valida tamen eſſet, ut Canonicus modernus perſolveret Sacriſtiæ Cereum, Planetam, vel aliud ſimile.*
10 *Sed non poteſt ad id cogi Coadjator, niſi poſt mortem Coadjuti.*
11 *Capitulum non valet, decernere, ut Canonici, non venientes ad Capitula, vel non reſidentes per menſem, remaneant ipſo jure privati eorum Canonicatu, & Præbenda.*

12 Nec

12 *Nec quòd Capitulum judicet inter Canonicos.*
13 *Poteſt verò diſponere, quòd Præpoſitus Collegiatæ, Epiſcopo prorſus ſubjectæ, jurgia inter Canonicos amicabiliter componat*, & n. 14.
15 *Capitulum, ſubordinatum ſuo Diœceſano nequit ſibi eligere Protectorem.*
16 *Tempus ad legenda Capitula jurata prorogari non poteſt abſque Epiſcopi diſpenſatione.*
17 *Nec finito tempore confirmare valet Officiales contra unius Canonici voluntatem.*
18 *Neque minuere tempus* 20. *dierum curatiam volentibus optare, niſi omnes conſentiant.*
19 *Juribus, privilegiis, & exemptionibus, à Jure, vel Statuto conceſſis, renunciare non valet major pars Capituli, niſi ſinguli Capitulares conſentiant.*
20 *Quando Capitulum non poſſit antiqua Statuta abolere, vel nova facere, etiam de conſenſu Epiſcopi, & omnium Capitularium*, & n. 21.
22 *Nec poteſt Capitulum ſtatuere, ut Canonici, non aſſiſtentes Choro, Diſtributiones percipiant, etiam illis tribus menſibus, quibus poſſunt abeſſe.*
23 *Multoque minus Canonicis, Divinis Officiis non inſervientibus, Diſtributiones relinquere, vel donare.*
24 *Et Canonici eas ſic recipientes tenentur reſtituere.*
25 *Nec dare poſſunt pauperibus, ſed debentur Canonicis inſervientibus.*
26 *Intellige, quoad Diſtributiones, à menſa Capitulari deductas, vel à piis viris legatas.*
27 *Secus vero de Diſtributionibus, à fructibus Præbendarum provenientibus, per abſentiam amiſſis, quæ Eccleſiæ, vel alio Pio Loco applicantur*, & n. 28.
29 *Licitum tamen eſt Canonicis eaſdem Diſtributiones, quæ ſibi accreverunt, ipſis Canonicis, qui illas amiſerunt, elargiri.*
30 *Improbatur conſuetudo Canonicorum aliquarum Eccleſiarum remittendi ſibi invicem quovis anno feria quinta Sanctioris hebdomadæ, quas ob non recitatum Officium debito modo, male perceperunt*, & n. 31. & 32.
33 *Commendatur è converſo uſus illorum Capitularium, qui prædicto die petunt adinvicem veniam de ſcandalo dato, ac offenſis.*
34 *Capitulum, & Canonici adſtringere non valent Defunctorum hæredes, ut certos Presbyteros ante alios vocent, ut in Miſſis Cantatis eis inſerviant pro Subdiacono, & Diacono.*
35 *Sed ſunt aſſumendi Clerici, & Religioſi à dictis hæredibus deſtinati*, & n. 36.
37 *Nec valet conſuetudo, in contrarium introducta.*
38 *Invalidum pariter eſſet Laicorum Statutum, quo diſponeretur, non poſſe ab hæredibus Defunctorum expendi in Funere, niſi certam pecuniam in candelis, & eleemoſinas, & de ratione*, & n. 39.
40 *Funera non debent eſſe ad oſtentationem, ſed decentia juxta gradum, & qualitatem perſonæ.*
41 *Canonici, etiam de conſenſu Epiſcopi, nequeunt Statuere, non poſſe fieri proceſſionem funebrem, neque Miſſam cantari, niſi tantum eleemoſyna Capitulo detur; ſecus ſi diſpoſitio poſitivè concepta eſſet*, & n. 42. & 43.
44 *Vel quando adſunt in loco alii Sacerdotes, qui valeant funeri intervenire.*
45 *Non obſtante ſimili Statuto, licitum eſt Canonicis iſtud miſericordiæ opus abſque ſtipendio exercere.*
46 *Ubi reperiatur ita Statutum declaratur.*
47 *Licitum eſt Statuto cavere, ut convocato ad funus Capitulo, & Capellanis, aliiſque ſimplicibus Presbyteris, Canonici, cereos conſequantur majores fere plus duplo, quam Capellani.*
48 *Refertur in propoſito conſtitutio quædam* Card. Paleotti Archiepiſcopi Bononienſis.
49 *Quod datur pro labore Divinorum Officiorum, appellatur honorarium.*
50 *In honoribus deferendis habetur reſpectus ad meritum cujuſque.*
51 *Ex majori honorario, quod conſequuntur Canonici, arguitur eorum præeminentia.*
52 *In legato relicto Canonicis, & Capellanis, major portio Canonicis eſt aſſignanda.*
53 *Parochus poteſt prætendere duplum eleemoſinæ, quæ datur ſimpliciter Sacerdotibus.*
54 *Cuicumque debetur honor juxta gradum ſuum; & aliter agens peccat contra Juſtitiam diſtributivam.*
55 *Ita peccaret hæres defuncti, ſi recuſaret præſtare Canonicis cereos majores, quam Capellanis.*
56 *Nemini licet agere de ſuo, prout libet, quando agitur de alterius præjudicio.*
57 *Explicatur Decretum Synodi Provincialis* D. Caroli *relatum* à Gavant. in Manu. Epiſc. V. Proceſſio num. 38.
58 *In diſtribuenda ſtipe pro applicatione Miſſæ privatæ pariſicantur Canonicus, vel Dignitas, & Capellanus, & quare*, & n. 59.
60 *Stipendium Miſſæ licitè percipitur etiam à Sacerdote divite.*
61 *Stipendium congruum cantantis Miſſam eſt majus duplo, eo quod ab Epiſcopo præſcribitur pro lecta.*
62 *Capitulum ſtatuere non poteſt, ut Campana magna pulſetur tantùm pro Defunctis Nobilibus, & affertur ratio*, & n. 63.
64 *Referuntur utilitates Campanæ.*
65 *Non poteſt tamen improbari Statutum, mandans, non pulſari Campanam majorem ad Proceſſiones funebres, niſi quando convocatur Capitulum, & quare*, & n. 66. & 67.

TITULUS XIV.

CApitulum poteſt, aſſenſum præſtante Epiſcopo,
ex cauſa aliquid decernere, quod ſit præter jus,
idque vallare cum clauſula irritante; & hujuſmodi de-
creto inducitur forma, ita DD. *apud. Dian. mor. part.* 10. 1
tract. 10. *reſ.* 5. Ita ut facta in contrarium tali Statuto
cenſeatur nulla *Hoſt. in Summ. de his, quæ ſunt à majori* 2
parte Capituli Monet. de comm. cap. 7. *num.* 242. *Bald. conſ.*
351. *num.* 9. *lib.* 5. Veruntamen valet actus quoad uſque
fuerit per Superiorem irritatus. *Suarez de leg. l.* 5. *c.* 32. 3
num. 2. *Barb. axiom.* 100. *num.* 13. Non poteſt autem Ca-
pitulum, etiam de expreſſo Epiſcopi conſenſu, inſi- 4
nuatam clauſulam apponere in ſtatuendo, quæ ſunt
contra jus, vel de jure communi permittuntur, ut poſt
alios docent *Dian. part.* 10. *tract.* 13 *reſol.* 23. *& Peyrin.*
tom. 3. *in addit. cap.* 1. *num.* 12. Quamobrem non ſuſtine-
tur Statutum factum à Capitulo, ut illi, qui non ſunt 5
Sacerdotes, careant voce in actibus Capitularibus, li-
cet ſint Subdiaconi, vel Diaconi. *Clem. ut ii de ætat.*
& qual. ord. Nec valet Statutum inducens nullitatem
electionis ob defectum aliquorum Canonicorum de for- 6
ma non vocandorum. *Abb. in cap. Quia propter, num.*
12. *de elect. Franc. dec.* 2. *num.* 30. *Oldrad. conſ.* 259. Ca-
pitulum non poteſt Statuto cavere, quòd Canonicus
nuper receptus prandium, aut paſtellum, vel aliam 7
largitionem faciat Canonicis jam admiſſis. *Soccin. in*
cap. Jacobus n. 6. *de Simon. quæſt.* 2. *nu.* 7. Nec valet con-
ſuetudo in contrarium, ut ex *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. 8
de ref. tradit *Rodriq. in Summ. tom.* 2. *c.* 58. *con. ult.* Quæ
tamen valida eſſet, ut Canonicus modernus Sacriſtiæ
perſolvat Cereum, Planetam, vel ſimile. *Abb. ſuper* 9
d. cap. Jacobus. Urald. in cand. aur. tit. de conſuet. num.
34. *Garc. de Ben. part.* 4. *c.* 5. *num.* 78. ubi ſubjungit, non 10
poſſe cogi Coadjutorem ad id, niſi poſt mortem Coa-
djuti; idem docet *Marc. And. dec.* 202. *n.* 10.

Capitulum non poteſt decernere, ut Canonici, non
venientes ad Capitula, vel non reſidentes per menſem, 11
remaneant ipſo jure privati eorum Canonicatu, & Præ-
benda. *Calder. in cap. ex tuæ, de Cler. non reſid. Imol.*
& alii ibid. nec poteſt ſtatuere, quòd Capitulum ju- 12
dicet inter Canonicos; *cap. cum contingat, de for. com-*
pet. Davyz. V. Capitulum, num. 6. Poteſt verò Statuto di-
ſponere, quòd Præpoſitus Collegiatæ, Epiſcopo pror-
ſus ſubjectæ, valeat jurgia inter Canonicos, non per viam 13
juris, ſed amicabiliter, & paternè componere: ut no-
tat *Urſell. l. cit. lit. A. concl.* 140. *nu.* 26. & ſequitur *Rot. in*
recoll. à Farinac. poſt ſecundam par. conſ. dec. 129. *n. ult.* At-
que omnibus viribus curare debet, ut pax inter Cano-
nicos foveatur, & inimicitiæ deponantur, ita *Brancat.* 14
in Epit. Sac. Can. V. Decanus.

Capitulum, cum ſit ſubordinatum ſuo Diœceſano,
nequit ſibi eligere Protectorem, ut advertit *Gav. in Man.* 15
Epiſc. V. Capitulum, n. 20. Pariter non poteſt prorogare
tempus ad legenda Capitula jurata, abſque ſui Epiſco- 16
pi diſpenſatione. *Sanctor. de Pœnis cap.* 7. Neque finito
tempore, à Statutis determinato, poteſt contra unius
Canonici voluntatem Officiales confirmare. *Cobell.* 17

loc. cit. cap. 31. *n.*257. Nec minuere tempus 20. dierum
18 currentium optare volentibus, niſi omnes conſentiant.
gloſ. in d. cap. Quia propter. Antonell. loc. cit. lib. 3. *cap.
ult.* Nec valet major pars Capituli renunciare aliis ju-
ribus, privilegiis, & exemptionibus, à Jure communi,
19 vel Statutario conceſſis, niſi ſinguli Capitulares con-
ſenſum præbeant. *cap. accedentibus, de privil. Abb. in c.
Veniens, de præſcript. Barboſ. vot.* 26. *nu.* 357. & adver-
tendum, quòd licèt Capitulum poſſit Statuta à ſe fa-
20 cta de conſenſu Epiſcopi caſſare, tamen non poteſt et-
iam de conſenſu omnium, & ſingulorum Canonicorum
abolere Statuta antiqua, vel nova inſtituere, per quæ
Divinus Cultus diminutionem patiatur. *cap. ex parte,
de reſcript. Jo: And. ibid. Abb. in cap. Dilectus, num.* 7. *de
Cler. non reſ.* Nec taliter diſpoſita convalidantur, quam-
21 vis Epiſcopus conſentiret, quia ſunt contra Jus, quod
vult, Divinum Cultum ſemper eſſe ampliandum. *Dec.
ſuper d. cap. ex parte, num.* 1. *Rot. part.* 2. *diver. dec.* 22.
nu. 3. Et quia Diſtributiones repertæ ſunt ad Divinum
Cultum augendum, non poteſt Capitulum ſtatuere, ut
Canonici non aſſiſtentes in Choro percipiant Diſtribu-
22 tiones, etiam illis tribus menſibus, quibus licitum eſt
abeſſe. *Ludoviſ. dec.* 183. *num.* 2. Et multò minus poſ-
ſunt Canonici non inſervientibus Divinis Officiis Diſtri-
23 butiones relinquere, vel donare. *Galett. in Summ. V. Di-
ſtributiones*, & conſtat ex *Conc. Trid. ſeſſ.* 21. *cap.* 12. At-
que Canonici, eas ſic recipientes, ſunt obnoxii ad ea-
24 rum reſtitutionem. *Faſcb. de Viſit. l.* 1. *c.* 5. *num.* 25. *San-
chez Conſ. Mor. parp.* 1. *lib.* 2. *dub.* 108. *Ricc. in part.* 1. *re-
ſol.* 384. Quod fuit ordinatum in odium non inſervien-
tium, qui nec eas dare poſſunt pauperibus, ſed tenentur
25 eas reſtituere Canonicis, qui in Choro ſerviunt. *Hen-
riq. loc. cit. lib.* 7. *cap.* 36. *num.* 3. *Monet. de Diſtr. part.* 2. *lib.*
3. *quæſt.* 6. *Bonac. ubi ſupra, quæſt. ult. punct.* 1. *n.* 1. Intel-
lige de Diſtributionibus, à menſa Capitulari detractis,
vel à piis viris de proprio legatis, vel aſſignatis, ut hic
26 factum fuit Univerſitatis liberalitate. *Galet. V. Offi-
cium, in fin.* Si enim fuerint à fructibus Præbendarum ab
27 Epiſcopo deductæ, per abſentiam amiſſæ, non accre-
ſcunt Canonicis aſſiſtentibus in Choro, ſed applicantur
Eccleſiæ, vel alii Pio Loco, ita *Barbo. de Jur. Eccleſ.
univ. l.* 3. *c.* 28. *n.* 89. & ſic diſtinguendo reconciliantur lo-
28 ca *Conc. Trid. ſeſſ.* 21. *c.* 3. *ſeſſ.* 24. *c.* 12. *de ref. & ſeſſ.* 22. *c.*
3. quæ diverſimodè diſponunt; & ſciendum, quòd po-
ſteaquam Diſtributiones, de quibus mox primò dixi-
mus, fuerint aſſignatæ Canonicis, per diviſionem fa-
29 ctam, licebit ſingulis Canonicis, quibus accreverunt,
eas elargiri eiſdem Canonicis, qui ob non præſtitum ſer-
vitium in Choro perdiderunt. *Barb. ubi ſupra n.* 5. *Pyrr. in
Prax. Diſp. Apoſt. l.* 5. *c.* 6. *n.* 7.

In aliquibus Eccleſiis quovis anno feria V. ſanctioris
30 Hebdomadæ, ſolent Canonici ſibi diſtributiones remit-
tere, quas malè perceperunt ob non recitatum Officium
debito modo; ita refert *Farinac. in Declar. Conc. Trid.*
31 *tom.* 1. *dec.* 16. Quæ remiſſio minimè admittitur à *Sac.
Congre.* teſte *Marzill. ubi ſup. fol.* 114. eamque nil pro-
32 deſſe Canonicis probat *Vener. de Exam. Epiſc. lib.* 4. *c.*
84. *num. ult.* ubi optimè laudat uſum eorum Capitula-
rium, qui prædicta die ad invicem petunt veniam de
33 omni ſcandalo dato, ac offenſis, ſibi verbo, vel ope-
re factis.

Capitulum, & Canonici, etiam expreſſè adſtipulan-
te Epiſcopo, nequeunt eorum Statuto hæredes Defun-
ctorum adſtringere, ut ad funebres Proceſſiones ante
34 alios convocent duos Presbyteros, qui in omnibus Miſ-
ſis cantatis eis inſerviant pro Diacono, & Subdiaco-
no, vel alios Capellanos ſervientes Eccleſiæ. *gloſ. in c.
Tua nos, de ſimon. V. Conventio. Roman. ſingul.* 363. *Sylv.
V. Simonia, num.* 11. *Arm. eod. V. num.* 42. *Ceſped. de E-
xempt. Reg. diſp.* 219. *nu.* 12. *Sot. de Juſt. & Jur. l.* 9. *quæſt.*
6. *art.* 2. Sed ſunt recipiendi ad dicta funera Clerici,
35 & Religioſi, ab hæredibus defunctorum deſtinati. *Sac.
Cong. apud Cutill. l. cit. dub.* 19. *& Peyrin. ad Conſt. Leon.*
X. *cap.* 4. *num.* 7. Quod pluribus rationibus comprobat
36 *Fagundez de Præcept. Eccleſ. lib.* 7. *num.* 9. Nec valet
37 conſuetudo in contrarium introducta, quia eſt contra
jus naturale, ac contra libertatem Eccleſiaſticam.
Curt. in cap. cum tanto, num. 21. *de conſuetud.* & in pun-
cto latè docet *Fragoſ. l.* 8. *diſp.* 19. *num.* 27. *tom.* 2. Prout
invalidum, & contra libertatem Eccleſiaſticam, eſſet
38 Statutum, à Laicis confectum, non poſſe ab hæredi-
bus defuncti expendi, niſi certam pecuniam in candelis,
& eleemoſynis Cleri, *Si n. Roman.* 354. *Borell. in tract. de
compromiſ. §.* 1. *gloſ.* 3. *n.* 235. *Sub. Singul. p.* 4. *tit. de præ-
ced. in fun. n.* 7. *Diana V. Laici, n.* 12. *Graſſ. de Eff. Cler.
eff.* 2. *num.* 467. & alii, ajentes, hujuſmodi Statutum
eſſe perfidum, & iniquum, ſiquidem cerei, incenſum, 39
proceſſio funeris, aſſociatio Sacerdotum, tendunt ad
Divinum Cultum, ut benè obſervat *Mart. Rot. in tract.
de Purgat. c.* 17. & comprobat *Card. Bellarm. eod. tract.
cap.* 19. ubi etiam explicat fructus, quos ex his vivi,
& defuncti recipiunt. Funera non debent eſſe ſuperba
ad oſtentationem, ſed decentia gradui, & qualitati 40
perſonæ. *l. ſi quis §. Sumptus ff. de relig. & ſumpt. fun. Sa-
muell. loc. tit. tract.* 1. *controv.* 15. *Bannez.* 2. 2. *quæſt.* 32. *art.*
2. *Valen. tom.* 3. *quæſt.* 9. *punct.* 2.

Canonici, etiam accedente Epiſcopo, nequeunt ſta-
tuere per actum negativum, fieri ab ipſis funebrem Pro-
ceſſionem, neque Miſſam cantari, niſi tantum eleemo- 41
ſynæ Capitulo ſuppeditetur; quia hujuſmodi Statutum
eſſet ſcandaloſum, & ſaperet quandam Simoniæ labem;
quia ſic videtur fieri venalis aſſociatio illa, vel Miſſa,
ita *Abb. in c. abolendæ, num.* 6. *de ſepult. Tabien. V. Simo-
nia, numer.* 10. *Ang. eod. V. Caſtr. pal. part.* 3. *d. punct.* 11.
num. 2. *de Simon. Fagundez de præcept. Eccleſ. lib.* 3. *cap.*
7. *num.* 8. Secus dicendum, ſi Statutum componerent
per actum poſitivum, videlicet, quòd defunctus, pro
quo tantum pecuniæ, vel tot libræ cereorum Capitu-
lo perſoluta, vel data fuerint, Capitulariter aſſocie- 42
tur à Canonicis, aut pro eo Miſſa decantetur, aliàs non
teneantur accedere ad dictas Proceſſiones funebres,
vel Miſſam canere pro eo. *gloſ. in cap. conſuliſti. V. ſpe-
rantes, de uſur. Suarez de Simon. cap.* 46. *num.* 16. & ſu-
per *D. Thom. tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 16. *part.* 3. *verſ. ex eod.
Henriq. in Summ. lib.* 9. *cap.* 22. *lit. T. in Com. Sanchez
Mor. conſ. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 13. *Covar. Var. lib.* 1. *cap.* 20.
nu. 4. *Sylv. in Summ. V. Simonia, quæſt.* 11. *n. eod. V. quan-
tum*, & ſequitur *Bonart. de Sacrif. Miſſ. l.* 3. *cap.* 7. *n.* 8.
Ratio eſt, quia actus poſitivus non prohibet fieri mi- 43
nore ſtipendio, ut benè obſervat *Fagundez, ubi ſupra.*
Quinimmò non videtur illicitum Statutum, diſponens,
quòd Canonici ad funus regulariter non accedant, niſi
tali ſtipe porrecta, dum adſunt in loco alii Sacerdotes, 44
qui poſſint cadavera comitari ad Eccleſiam: *Sot. loc. cit.
quæſt.* 7. *art.* 1. *ad* 2. *Rub. ſingul. part.* 6. *V. Statutum.* Nec
hujuſmodi Statuto occluditur oſtium Canonicis, illud 45
miſericordiæ opus abſque ſtipendio peragere, & ita
in multis Eccleſiis fuiſſe decretum, inquit *Bonar. loc.
cit.* atque apud nos fuit expreſſè declaratum in Sta-
tuto ſuperiùs inſinuato, Capitulum velle ad exequias 46
pauperum ire, quotieſcunque ad id invitatum fuerit
abſque ulla portione: & ita ſervatur. Undè non eſt
verum, quòd *Cravett. conſ.* 10. *num.* 15. ſcribit ſequen-
ti verſu,

Pauperis ad funus vix vadit Clericus unus.

Quando ad Proceſſiones funebres, & Miſſam cantan-
dam, cum Capitulo, & Canonicis convocantur Capel-
lani, & alii ſimplices Presbyteri, licitum erit Canoni-
cis Statuto cavere, ſtipendium, ſive cereorum pondus
ipſis dandam eſſe majus ferè duplo, quàm Capellanis, 47
& aliis inferioribus de Clero; ita jam dixi, & poſt hæc
ſcripta, vidi Pragmaticam, deſcriptam in Archiepi-
ſcopali *Bononien. p.* 3. *fol.* 181. jus ſic *Card. Paleotti editam*,
ubi cuique Canonico in funeralibus aſſignat intortitium
librarum trium, & cuicunque Capellano libræ unius 48
cum dimidio. Huic diſparitati non reſiſtit, ſed potiùs
aſſiſtit Jus; etenim quod præbetur pro labore Divino- 49
rum Officiorum, appellatur honorarium Sacerdotis,
quia dicitur recipere honorem, dum recipit ſuam ſtipem.
Archid. in cap. Judices 1. *quæſt.* 1. *Marta vot.* 88. *nu.* 6. Et
in honoribus publicis deferendis, conſideranda ſunt 50
ſingulorum merita, ut de mente *D. Thom.* docet *Salon. l.
cit. controv.* 1. & favent *Rodriq. QQ. Reg. quæſt.* 53. *art.*
2. *tom.* 2. *Ant. de But. in cap. cum olim, num.* 6. *Imol. in c.
cum M. de præb. num.* 1. *Vivius dec.* 311. *nu.* 1. *& Monet.
de Diſtr. part.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 2. Cum autem Canonici in
majoris honoris gradu ſint poſiti, quàm Capellani, ma- 51
jus honorarium in dictis functionibus eis debetur, ex
quo arguitur ipſorum præeminentia, ut notant *Dan. de
Nob. loc. cit. diſp.* 75. *num.* 13. *Rot. diverſ. part.* 6. *dec.* 222.
& 224. *num.* 6. *& part.* 7. *dec.* 32. *num.* 14. ubi habetur,
in legato relicto Canonicis, & Capellanis, majo-
rem

Digitized by Google

rem partem Canonicis eſſe aſſignaodam. Corroboran-
tur ea, quæ diximus, ex pluribus *Sac. Cong.* decretis
apud *Nicol. V. Sepultura*, *n.* 12. quibus declaratur, Pa-
rochum poſſe prætendere duplum eleemoſynæ, quæ da-
53 tur ſimplicibus Sacerdotibus; Hoc verò præbetur pro
honorario, quod debet eſſe plus, & minns, ſecundum
dignitatem perſonarum, ſed Canonici etiam in his Pro-
ceſſionibus ſunt his memoratis digniores, ut probatur
Lib. I. Ergo, *&c.*

Nec relevat, ſi dicatur; Hæredem Defuncti non
eſſe obſtrictum ad exequias invitare Canonicos, qui-
bus convocatis dando congruum cereum, non eſt pro-
hibendus tribuere ſimile intortitium Capellanis, ac
cæteris ſimplicibus Presbyteris, cum in re ſua ſit mo-
derator, & arbiter; ac poſſit facere de ſuo, quod vult;
cui reſpondeo: Quòd veluti quiſpiam non obſtrictus
vocaret Petrum ſuum concivem ad menſam, tenetur
eum tractare juxta ejus gradum, ac aſſignare locum,
54 qui eidem convenit, ſuperiorem aliis convocatis, qui
non ſunt ipſi pares, & æquales, & aliter agens peccat,
quia non ſervat formam juſtitiæ diſtributivæ; ut do-
cent *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib.* 2. *c.* 32. *dub.* 2. *n.* 8. *& Em.
Card. Lugo de Juſt. & Jur. p.* 2. *diſp.* 34. *ſect.* 1. *n.* 5. in for-
tioribus in caſu propoſito, invitando Canonicos ad pu-
blicam Exequiarum functionem, cum majori pompa
eſt obnoxius erogare ſtipem honorariam, quæ ſit con-
digna eorum gradu Senatorio; quia accipitur pro ho-
nore ex parte ejus, cui debetur. *l. ſi remunerandi ff.
mandat.* & dando cereos ſimiles, & coæquales tam Ca-
55 pellanis, quàm Canonicis, peccat: quoniam facit ho-
nores illos communes, & ſic non honorem, ut per-
ſpectè colligitur ex traditis per *Sanchez Conſ. Mor. lib.*
2. *cap.* 1. *dub.* 40. *num.* 14. *Lugo*, *& Leſſ. loc. ſtatim cit.
num.* 12. *in fin.* Nec facit, cuilibet licere de ſuo age-
56 re, prout libet; quia id procedit, dum alteri præjudi-
cium non affert. *gloſſ. in V. perſonaliter*, *cap.* 2. *quæſt.* 4.
nec obloquitur Decretum Synodi Provincialis D. *Ca-
roli*, relatum *à Gavan. in Man. Epiſcop. V. Proceſſio*, *n.*
38. tenoris ſequentis -- Cerei in manibus Cleri ſint
57 uniformes: Nam nos loquimur de candelis, quæ porri-
guntur cum pompa, & pro honorario ſtipendio Eccle-
ſiaſticis intereſſentibus memoratis Officiis, & D. Ca-
rolus ſatus de cereis diſtributis pro honoranda Sacra-
tiſſima Hoſtia, in quo nulla ſit differentia inter ma-
jores, & minores de Clero, idem ſequitur in tribuen-
da ſtipe pro applicatione Sacrificii Miſſæ privatæ, quæ
58 celebratur tam à Capellano, quàm à Canonico, vel
Dignitate, ut innuit *Rot. p.* 7. *diver. dec.* 32. *n.* 14. Ratio
eſt, quia Sacrum faciens accipit, & induit ſe perſo-
59 nam Chriſti, & idcircò conſecrando dicit, *Hoc eſt cor-
pus meum*, & non ego conſecro. ut in aliis Sacramen-
tis, *ego Baptizzo*, *Confirmo*, *Abſolvo*, *&c.* ita cum D.
Thom. docet *Vrvald. in Caud. Aur. p.* 1. *fol.* 172.

Præfatum Miſſæ ſtipendium licitè percipitur à quo-
60 cunque Sacerdote, quamvis bonis Eccleſiaſticis, aut
Patrimonialibus abundet. Ratio aſſignatur à *Philiar. l.
cit. lib.* 6. *cap.* 7. *Zacch. de Merced. quæſt.* 52. *num.* 9. *Co-
ninck loc. cit. quæſt.* 83. *diſp.* 55. *num.* 196. & ſciendum,
61 congruum ſtipendium cantantis Miſſam eſſe majus du-
plo eo, quod ab Epiſcopo præſcribitur pro lecta. *Lez-
zan. in Summ. tom.* 4. *V. Miſſa*, *num.* 23. Capitulum non
poteſt Statutum condere, ut Campana magna pulſe-
62 tur dumtaxat pro Nobilibus Defunctis. Ita ſtatuit
Sac. Rit. Congreg. Ratio eſſe poteſt, quia omnes Cam-
panæ in Campanili collocantur, ut ſint utilitati fide-
libus nobilibus, & ignobilibus, divitibus, & egenis,
quorum Eccleſia eſt communis Mater, & æqualiter eſt
63 ei cura de omnibus. Campanæ utilitates comprehen-
64 duntur in ſequentibus duobus Verſibus, relatis à *Barb.
vot.* 102. *n.* 91.

Laudo Deum verum, Plebem voco, congrego Clerum,
Defunctos ploro, Nimbum fugo, Feſtaque honoro.

Ex dictis tamen non poteſt improbari noſtrum Statu-
tum, non pulſandi Campanam majorem ad Proceſſio-
65 nes funebres, niſi convocato Capitulo. Hoc idem vi-
di Decretum à Capitulo Piſcien. *ſub die* 7. *Aprilis* 1570.
Quod conſonat ad exprimendam Canonicorum Digni-
66 tatem, per ea, quæ diximus ſupra *Lib.* 1. & inſervit ad
dignoſcendum, quando Capitulum eſt invitatum ad e-
67 xequias, ex traditis per *Seccin. conſ.* 7. *num.* 7. *& Marta
vot.* 88. *n.* 50.

ARGUMENTUM.

An Capitulum acquirere poſſit Juriſdictionem activam in ſuos Capitulares, alioſque Eccleſiæ Miniſtros, & quomodo. De iis, quæ ſpectant ad Epiſcopum, non obſtante Capituli exemptione. Referuntur ea, quæ Epiſcopus poteſt gerere ſolus, etiam in caſu, quo debeat procedere cum Adjunctis.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio Capituli ab Ordinaria Juriſdictione, alia eſt merè paſſiva, & quæ ſit.*

2 *Alia activa, & quæ pariter ſit.*

3 *Conceſſa ſimplici exemptione paſſiva, non cenſetur conceſſa activa.*

4 *Capitulum eſt capax Juriſdictionis activæ in ſuos Capitulares, non Jure ordinario, ſed ex privilegio, vel præſcriptione.*

5 *Hanc Juriſdictionem non poteſt Capitulum plenariè exercere in ipſa Eccleſia Cathedrali, & affertur ratio.*

6 *Sed ſolùm reſpectu alicujus Capellæ, in Cathedrali exiſtentis.*

7 *Capitulo competere poteſt Juriſdictio in Capitulares, & alios Eccleſiæ Miniſtros, etiam cum mero, & miſto imperio, & quomodo.*

8 *Et tunc penes Epiſcopum remanet habitualitas hujus Juriſdictionis.*

9 *Quando idem Epiſcopus hujuſmodi habitualem Juriſdictionem reducere poſſit ad actum.*

10 *Capitulo tantum competit Juriſdictionis, quantum tribuit privilegium, vel conſuetudo.*

11 *Ad præſcribendam Juriſdictionem contra Epiſcopum, actus quales debeant eſſe.*

12 *Singulare eſt, quòd ad tollendam præſcriptionem, prætenſam à Capitulo contra Epiſcopum, ſufficiat unicus actus effectuans.*

13 *Capitulum, habens Juriſdictionem cumulativam cum Epiſcopo, non gaudet præventione, ſed debet ſimultaneè procedere.*

14 *Non acquiritur Capitulo Juriſdictio per actus, geſtos contra Capitulares extrajudicialiter, & ſine comminatione pœnæ gravis, cum id Capitulo liceat facere.*

15 *Nec ſolùm poteſt Capitulum delicta Capitularium punire, quæ Chori ſervitium reſpiciant, ſed etiam ea, quæ ſunt circa mores, & quibus pœnis.*

16 *Ordinationes, circa bonum regimen Eccleſiæ, ſeu Capituli, poſſunt Canonici facere, etiam inconſulto Epiſcopo,* & n. 18.

17 *Licèt non poſſint ordinare ea, quæ reſpiciunt Statum Eccleſiæ generalem.*

19 *Non obſtante exemptione Capituli, quoad Cauſas Civiles tota Juriſdictio eſt penes Epiſcopum.* & n. 20.

21 *Nec ſuffragatur Capitulo privilegium, aut conſuetudo, niſi ſit immemorabilis.*

22 *Circa Cauſas verò Criminales, Capitulum non poteſt procedere, niſi cum Epiſcopo, non obſtante quacunque conſuetudine.*

23 *Poteſt item Epiſcopus, non obſtante exemptione, viſitare Eccleſiam Cathedralem.*

24 *Dummodo tamen Capitulum non habeat pro ſe immemorabilem, quia tunc Viſitationem explere poteſt cumulativè, & ſub quibus conditionibus,* & num. 25. & 26.

27 *Capitulum nihil diſponere poteſt circa obſervationem reſidentiæ, & Cultum Divinum, ſine Epiſcopi conſenſu.*

28 *Idem Epiſcopus plenam facultatem habet præſidendi in Choro, & Capitulo, ibique mulctandi exceſſus Capitularium, aliorumque Miniſtrorum, prælativè ad Decanum, vel Sacriſtam.*

29 *Non poteſt autem cogere Canonicos, ut ſe convocent in Palatio Epiſcopali, ſed ipſe tenetur accedere ad ſolitam Aulam Capitularem.*

30 *In iis, quæ pertinent ad Capitulum, Epiſcopus votum dare non poteſt, licèt valeat deliberationes proponere.*

31 *Facultatem convocandi Capitulum non poteſt Epiſcopus alteri communicare, nec etiam ſuo Vicario Generali.*

32 *Referuntur plura* Sacr. Congr. Conc. Decreta *ad materiam.*

33 *Quando Epiſcopus procedere debet cum Adjunctis contra Capitulares, poteſt ſolus ſine aliis deputare Notarium, pro conficiendis Actis.*

34 *Item poteſt ſolus eligere Fiſcalem.*

35 *Et locum eligere, ubi velit contra Capitulares ad inquiſitionem procedere.*

36 *Necnon Edicta generalia, & præparatoria ad Inquiſitionem, publicare.*

ANIMADVERSIONES.

PRæter ea, quæ alibi adnotavimus, circa Juriſdictionem Capitulorum, exemptorum ab Ordinaria Juriſdictione, hic aliqua ſcitu digna ſubnectemus, ad hoc, ut videatur in quibus caſibus, & quomodo, illorum exemptio moderata, ſive ſublata remanſerit per Statuta *Sacri Concilii Trid.* Ac primò diſtinguendum eſt, exemptionem eſſe duplicis ſpeciei; altera nempè eſt merè paſſiva, prout contingit, quando Capitulo nulla fuit conceſſa Juriſdictio exercibilis in Capitulares, ſive alios Eccleſiæ Miniſtros, ſed illa pleno jure tranſlata fuit in alium Superiorem, vel, ut plerumque accidit, immediatè Sanctæ Sedi reſervata, ita ut nihil
1 amplius contineat, quàm exemptionem ab Ordinaria Juriſdictione, de qua ſpecie exemptionis agunt *Felin. in c. cum contingat, ſub n. 6. in fin. verſic. reſpectivè, de for. compet. Oldrad. conſ. 254. n. 1.* Alia ſpecies nuncupatur activa, & eſt, quando ultra exemptionem ab Ordinaria Juriſdictione, continet, conceſſionem Juriſdictionis exercendæ à Capitulo, ſive ab alia Perſona, ſive Præ-
2 lato exempto, in perſonas de Capitulo, vel alios reſpectivè, de qua *Rot. dec. 324. n. 4. 6. 8. part. 1. & dec. 221. num. 10. & dec. 334. num. 19. & 26. part. 13. rec.* Conceſſa namque ſimplici exemptione paſſiva, non
3 cenſetur conceſſa etiam activa *Rot. in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis 26. Februarii 1703. §. Sed quod ultra, coram Molines.*

Secundò notandum, quòd etſi Capitulum ſit capax Juriſdictionis activæ in ſuos Capitulares, & perſonas ſuæ Eccleſiæ inſervientes, mediante privilegio, ſive præſcriptione, cum Capitulis Cathedralium, ſive Col-
4 legiatarum, jure ordinario Juriſdictio in Capitulares non competat *Abbas in c. cum cauſam, n. 7. de offic. deleg. Korbler. de Juriſdiction. in Exempt. tom. 1. p. 5. quæſt. 51. n. 2. & tom. 2. p. 2. quæſt. 127. n. 1.* non tamen poteſt illam plenariè exercere, nempè cum qualitate Territorii ſepa-
5 rati in ipſa Eccleſia Cathedrali, cum ea, tanquam Sponſa Epiſcopi, non poſſit ab eo divelli, ac ſeparari, & conſtitui tanquam Territorium ſeparatum, quia hoc quamdam monſtruoſitatem præſeferret, ut notant *Calderin. conſ. 2. de præſcript. Butr. in c. cum contingat, n. 11. de for. compet. de Luc. de Præeminent. diſc. 4. n. 19. Rot. dec. 1029. nu. 6. & dec. 1077. n. 7. & ſeq. cor. Emerix,* ſolumque verificabile hoc eſſe poteſt reſpectu alicujus Capellæ, in eadem Cathedrali exiſtentis, quæ poteſt eſſe exempta totaliter ab Epiſcopi juriſdictione, ut
6 in terminis celeberrimi Sacelli Vultus Sancti in Cathedrali Lucen. probat *Torre. de Pact. Futur. Succeſſ. lib. 3. c. 1. n. 248. n. 339. & ſeqq. & n. 351. & 357.*

Tertio notandum, quòd quamvis Capitulum haberet exemptionem tam paſſivam ab Juriſdictione Epiſcopi, & activam, exercibilem in Capitulares, alioſque Eccleſiæ Miniſtros, etiam cum mero, & miſto imperio, quam ipſi ex privilegio, ſive immemorabili con-
7 ſuetudine competere poſſe non eſt dubium: *Panormitan. in d. c. cum contingat, n. 12. & 15. in fin. de for. compet. Butr. ibid. n. 17.* attamen penes Epiſcopum remanet habitualitas ſuæ Ordinariæ Juriſdictionis pariter cum mero, & miſto imperio, juxta *Text. in c. Irrefragabili §.*
8 *Exceſſus, de offic. Ordin.* ita ut hujuſmodi habitualem Juriſdictionem reducere poſſit ad actum, & reaſſumere ſuam Juriſdictionem puniendo, & corrigendo Exemptos, in caſu nempè, quò Capitulum exem-
9 ptum negligeret exceſſus ſubditorum punire. *Panormit. ibid. n. 19. verſic. ſecundo. Oldrad. conſ. 172. num. 3. Lotter. de Re Benefic. l. 5. quæſt. 34. n. 107.*

Quarto, quòd cum Capitulum non habeat cauſam univerſalem Juriſdictionis, videlicet Territorium proprium, ac ſeparatum, ſed Juriſdictionem exerceat in Territorio Epiſcopi, tantum ei competit Juriſdictionis, quantum ei per literale privilegium, ſive per præ- 10
ſcriptionem immemorabilem, aut ſaltem per quadragenariam cum titulo fuit acquiſitum, *ad Text. in d. cap. auditis, c. cum perſonæ, de privilegiis in 6.* & in terminis dixit *Rot. in Dertbuſen. Juriſdictionis ſuper gravibus 4. Maji 1697. §. Oſtenſo, & §. Minuſque, cor. Pio, in Illerden. juris mulctandi 23. Januarii 1701. §. Minuſque, coram Muto, & in Giennen. Adjunctorum 1. Maji 1704. §. Et porrò, & 27. Martii 1705. §. Septem, & §. Sequenti, cor. Molines,* cum aliis generaliter *relat. in d. Fulden. Juriſdictionis 1. Junii 1708. §. 140. & §§. ſeqq. cor. Reverendiſſ. D. meo Anſaldo Decano.*

Et quatenus pertinet ad actus Juriſdictionis, ad effectum inducendæ præſcriptionis contra Epiſcopum, 11
opus eſt, ut probentur non ſolùm effectuati, ſed quòd ii geſti fuerint cum ſcientia, & patientia Epiſcopi, alioquin inhabiles eſſent ad præſcribendum, cum agatur de conſuetudine privante Epiſcopum à cognitione exceſſuum ſuorum Canonicorum, quæ reputatur odioſa, & repugnans diſpoſitioni Juris Communis. *Valenzuel. conſ. 43. n. 33. Rot. in Illerden. juris mulctandi ſuper negotio principali 23. Januarii 1702. §. Minus acquirere, cor. Muto, & in Nullius, ſeu Fuldan. Juriſdictionis 27. Aprilis 1705. §. 16. & 17. coram Molines.* Proindeque ſingulare eſt, quòd ad præſervandam Ordinariam Juriſdictionem Epiſcopi contra ſuum Capitulum, ſufficiat etiam unicus actus effectuatus contra prætenſam Juriſdictionem Ca- 12
pituli, propter dictam generalem Juris aſſiſtentiam, qua fulcitur. *Lotter. de Re Benef. l. 1. quæſt. 21. nu. 7. Reverendiſſimus Petra ad Conſtit. Alexand. III. ſect. 1. num. 71. pag. 144. tom. 2.* & dixit *Rot. in Motulen. Juriſdictionis ſuper bono jure 27. Januarii 1708. §. At neque, coram Anſald.*

Quinto, quòd quoties Capitulum, habet Juriſdictionem comulativam cum Epiſcopo in Capitulares vigore 13
privilegii, non eſt locus præventioni inter eos, prout eſt de Jure inter duos Judices, comulativam Juriſdictionem habentes, ſed debet ſimultaneè procedere, ut advertit *D. Piton. in Parergo. n. 7. tom. 2.*

Sexto advertendum, quòd non poteſt Capitulum prætendere acquiſitionem Juriſdictionis propter actus geſtos contra Capitulares, ex quo expedire conſueverit præcepta extrajudicialia, videlicet non in forma ju- 14
diciali, & ſine comminatione pœnæ gravis, nam hujuſmodi præcepta in forma domeſticæ Juriſdictionis, adinſtar Patrisfamilias eidem facere licèt ſuis Canonicis, cum comminatione levis mulctæ, propter delicta levia, & non gravia, ut notant *Panormitan. in d. c. cum contingat, nu. 28. verſ. putat, de for. compet* & dixit *Rot. in Dertbuſen. Juriſdictionis ſuper levibus 6. Februarii 1696. §. Militat, & 28. Januarii 1697. §. Conſulto, & §. Ex quibus, & in eadem Cauſa ſuper gravibus 4. Maji 1697. §. Cum ergo, & §. Quod ipſum, in fin. cor. Pio.* etiamſi agatur non ſolùm de delictis circa ſervitium Chori; ſed etiam in aliis circa mores; quia hujuſmodi delicta coercere poteſt, & punire per dictas leves mul- 15
ctas, veluti per ſubtractionem temporalem Diſtributionum, aut privationem vocis in Capitulo. *Abbas in d. c. cum contingat, n. 201. de for. compet. Tondut. Reſol. Beneficial. c. 61. n. 10 & cap. ſeq. n. 17. Frances de Eccleſ. Cath. c. 31. num. 32. & 33.* ut nos etiam alibi pleniùs adnotavimus.

Ac ſimiliter non poteſt argui ad exemptionem ab actibus geſtis circa Ordinationes, concernentes bonum regimen Capituli, ſeu Eccleſiæ ſervitium, quia hujuſ- 16
modi Ordinationes facere poteſt etiam inconſulto Epiſcopo. *Gonzal. in c. cum omnes, nu. 5. & 6. de conſtit. Tondut. Quæſt. Benefic. tom. 1. cap. 105. num. 8.* Licèt non poſſit ſine Epiſcopo ordinare ea, quæ reſpiciunt Statum Eccleſiæ, cum hoc ſit de lege ordinaria. *Ciarlin. controv. 220. n. 128. Franc. de Eccleſ. Cath. cap. 8. n. 372.* 17
Rot. dec. 1447. n. 2. coram Seraphin. poteſt nihilominus ſtatuere circa ea, quæ reſpiciunt ſingularia Capituli negotia, veluti quoad modum dividendi Diſtributiones, vel circa modum ſeſe congregandi, vel ſuper 18
adminiſtratione bonorum Capituli, vel circa alia hujus generis, non reſpicientia Statum generalem Eccleſiæ, & etiam pœnas comminari, quæ valent, non quidem in linea juriſdictionali, ſed potiùs tanquam conventio inter ipſos Capitulares firmata, ut optimè declarat

eat *Fagnan. in d. c. cum omnes, num. 27. ad fin. de conſtit. Tondut. quæſt. Benef. part. 1. cap. 52. num. 6. Franc. d. tr. c. 30. num. 254.*

Deſcendendo autem ad limitationes Jurisdictionis,
quas reſpectu Capitulorum exemptorum ſtatuit Conci-
19 lium Tridentinum, prima verſatur quoad Cauſas Ci-
viles, nam earum reſpectu tota Juriſdictio fuit transla-
ta in Ordinarium, & adempta Capitulis, licèt illa ſuſ-
fulta eſſent Apoſtolicis privilegiis, *ut in ſeſſ. 24. cap. 20.
de ref. Rot. cor. Coccin. dec. 872. per tot. cum aliis in dicta
Fulden. 1. Julii 1708. §. 143. cor. Reverendiſſ. D. Anſal-
do*; & appellatione Ordinarii Concilium intellexit de
20 ſolo Epiſcopo, non autem de inferioribus Prælatis, in
ejus Territorio exiſtentibus, ut apud *Fagnan. in c. cum
contingat, num. 26. de for. compet.* Undè poſt Concilium
non ſuffragatur Capitulo privilegium, & conſuetudo,
niſi ſit immemorabilis, quam ſicut Capitulum in Cau-
21 ſis civilibus non habebat ante Concilium, ita poſt il-
lud tale jus prætendere non potuit, juxta reſolutionem
Sacræ Congregationis Concilii in Theatina Juriſdictio-
nis relat, *apud Rot. cor. Coccia. in dec. 872. per tot. & in
Nullius, Fuld. Juriſdictionis 1. Junii 1708. §. 143. cor.
R. P. D. Anſaldo.*

Secunda circa jus cognoſcendi Cauſas Criminales Ca-
pitularium, circa quæ ſtatuit, quòd Epiſcopus ſimul
cum Capitulo procedat, ſcilicet cum duobus Adjun-
22 ctis, per ipſum Capitulum eligendis, ita ut poſt Con-
cilium, Capitulum, non obſtantibus quibuſcumque
conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, non poſſit
in eiſdem Cauſis Criminalibus procedere, niſi una cum
Epiſcopo, juxta *ſeſſ. 25. c. 6. de reform.* & firmavit *Rot.
deciſ. 254. num. 11. & ſeqq. part. 19. rec. & in Hiſpalen.
Juris præſidendi in Choro 2. Julii 1700. §. Neque in aliquo,
coram dell' Olmo.*

Altera circa Viſitationem Eccleſiæ Cathedralis, Ca-
23 pituli, ipſorumque Capitularium, quam facere poteſt
non obſtante exemptione, ut habetur in *ſeſſ. 6. c. 4. de
ref. Rot. cor. Dunozet. deciſ. 209. per tot.* Quoniam verò
ipſum Concilium *l. cit.* non ſubſtulit immemorabilem,
ideò Capitula, quæ hujuſmodi conſuetudine ſuffulta
24 reperiuntur, poſſunt dictam Viſitationem explere cu-
mulativè, ſeorſim tamen ab Epiſcopo, ut advertit *Bar-
boſ. ad Conc. d. cap. 6. num. 15. & de Pot. Epiſc. alleg. 73.
25 num. 5.* his tamen ſervatis conditionibus; prima nem-
pè, quòd Viſitatores à Capitulo deputandi, ſint ab
Epiſcopo approbati; ſecunda, quòd intra menſem à
26 die factæ Viſitationis reddant ejuſdem rationem Epiſco-
po, juxta *idem Conc. c. 3. ſeſſ. 24. de ref.*

Ultima denique circa præſidentiam in Choro, Ca-
pitulo, aliiſque actibus publicis; nam Epiſcopis, non
obſtantibus Privilegiis, Sententiis, Concordiis, &
Conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, vigore de-
creti *c. 6. ſeſſ. 25. de ref.* præcipua auctoritas omnium
rerum agendarum in prædictis actibus attributa fuit, ſeu
27 potiùs reſtituta. Quapropter Capitulum diſponere non
poteſt in concernentibus obſervationem reſidentiæ, &
Cultum Divinum, ſine Epiſcopi conſenſu. *Rot. coram
Celſ. deciſ. 52. num. 13. & ſeq.* & idem Epiſcopus habet
plenam facultatem præſidendi in Choro, & Capitulo,
28 ibique mulctandi exceſſus Capitularium, aliorumque
Eccleſiæ Miniſtrorum, prælativè ad Decanum, vel Sa-
criſtam Capituli, ut firmavit *Rot. in Dertbuſen. Juriſdict.
20. Januarii 1697. §. Ex quibus, coram Pio, & in d. Hi-
ſpalen. iuris præſidendi in Choro 20. Julii 1700. §. Idipſum,
coram dell' Olmo.*

Licèt tamen Epiſcopus poſſit convocare Capitulum,
& in eo præſidere, non poteſt cogere Canonicos, ut ac-
29 cedant ad ſuum Palatium Epiſcopale, ſed immò te-
netur accedere ad ſolitam Aulam Capitularem. *Fagn.
in c. cum ex injuncto, num. 18. de nov. oper. nunciat.* & in
Capitulo poteſt proponere deliberationes Canonicis,
30 dummodo non agatur de rebus ad ſuum, vel ſuorum
commodum pertinentibus, nullum tamen votum in eo
dare poteſt in iis, quæ pertinent ad Capitulum. *Rot.
dec. 27. num. 5. & dec. 556. n. 18. part. 12. rec.* & hanc
facultatem convocandi Capitulum communicare non
31 poteſt, nec etiam ſuo Vicario Generali, ut advertit
idem *Fagnan. l. cit. num. 27.*

Quod etiam redditur magis clarum ex ſequentibus
32 reſponſis *Sacr. Congreg. Conc. in Calaritana 20. Decembr.
1653. lib. 29. Decret. fol. 293.*

*Ad inſtantiam Capituli, præviis citationibus, proponun-
tur infraſcripta dubia reſolvenda.*

I. An Archiepiſcopus poſſit mulctare Canonicos in Choro, etiam in mulcta levi, abſque conſilio Adjunctorum?

II. Quatenus Archiepiſcopus poſſit in Choro mulctare; an mulcta correſpondere debeat diſtributioni horæ, pro qua ſit mulcta, an verò poſſit mulctando excedere dictam quantitatem.

III. An Canonici ab hujuſmodi mulcta in Choro poſſint appellare, & ad quem?

IV. An Canonici juſta de cauſa poſſint Archiepiſcopum recuſare in dicta mulcta diſtributionis facienda?

V. An Archiepiſcopus, ſi non exiſtat in Choro, mulctare poſſit?

Sacra &c. ad primum reſpondit, Archiepiſcopum ſine Adjunctis mulctare poſſe Canonicos in Choro.

Ad ſecundum reſpondit, Archiepiſcopum ſuo arbitrio mulctare poſſe.

Ad tertium reſpondit, Canonicis ab hujuſmodi mulcta non competere appellationem ſuſpenſivam.

Ad quartum reſpondit, non eſſe locum recuſationi, ſed poſſe competere recurſum ad hanc S. Congregationem.

Ad quintum, Archiepiſcopum, etiam non exiſtentem in Choro, mulctare poſſe, nec non deputare Procuratorem.

Tandem notandum, quòd quando Epiſcopus proce-
dere debet contra Capitulares cum Adjunctis, juxta
decretum dicti *Sacri Concilii c. 6. ſeſſ. 25.* poteſt tamen 33
ſolus ſine prædictis Adjunctis procedere ad omnes actus
præparatorios ad inquiſitionem faciendam, nimirum
ad deputationem Notarii pro conficiendis Actis, ut in
ſpecie tradunt *Barboſ. ad Conc. cap. 7. num. 32. de reform.
Pignatell. conſult. 129. num. 19. & 21. tom. 9.* Item po-
teſt ſolus eligere Fiſcalem. *Barboſ. l. cit. num. 33. Pi-* 34
*gnattell. d. conſult. 129. num. 19. Pax Jord. tom. 2. lib. 7.
tit. 5. num. 91. Ricc. in Prax. tit. de Adjunct. capit. part. 4.
reſol. 397. num. 2.* Inſuper ſine Adjunctis liberam habet
facultatem indicendi, ſive eligendi locum, ubi velit 35
contra dictos Capitulares ad inquiſitionem procedere,
ut tradit *Sbroz. de Vicar. in addit. ad lib. 14. quæſt. 543.
num. 2. in fin. Pignattell. d. conſult. 129. numer. 22.* Nec
non denique poteſt Edicta generalia, & præparatoria 36
ad particularem inquiſitionem, publicare ſine Adjun-
ctis, ut declaravit *d. Sacr. Congregatio in Gerund.* rela-
ta *per Fagn. in capit. pernicioſam, num. 9. de off. Judic.
Ordinarii.*

Jo: Jacobus Scarſantonius.

A R G U M E N T U M.

Capitulum num poſſit ſtatuere, quòd recipiantur in Cananicos ſolùm Nobiles; & an nomine Nobilium veniant etiam Nobiles ex privilegio. Item quòd recipiantur ſolùm Doctores. De acceptatione, ac repudiatione Legati Pii cum onere Miſſarum, facti Capitulo. An, & quando fructus inexacti Beneficiorum ſint obnoxii Spolio ad favorem Cameræ Apoſtolicæ. Quando Clerus habet compoſitionem cum Rev. Camera Apoſtolica quoad Spolia, tunc fructus pertinent ad hæredes, qui tum tenentur contribuere ſucceſſori in Beneficio pro victu uſque ad novos fructus, ubi agatur de diverſis ſpeciebus dictorum fructuum ad dictum effectum. Tranſactio facta inter Capitulares quando ſubſiſtat ſuper juribus ſpectantibus ad Parochum Eccleſiæ Collegiatæ.

S U M M A R I U M.

1 *Capitulum non poteſt ſtatuere, ut ſolùm nobiles in Canonicos recipiantur.*

2 *Simile Statutum qua ratione in aliquibus Eccleſiis ſervetur,* & num. 3. & 4.

5 *Plebejus factus nobilis ex alicujus Principis privilegio, eſſet capax Canonicatus, qui ex ſimili Statuto valido non conceditur, niſi Nobilibus.*

6 *Epiſcopus diſpenſare nequit, ut ignobilis tali caſu in Canonicum recipiatur.*

7 *Item Capitulum ſtatuere non poteſt, etiam de expreſſa licentia Epiſcopi, ut Canonicatus tantummodo Doctoribus conferantur.*

8 *Valet*

8 *Valet tamen Statutum à Capitulo conditum, & ab Epiſcopo confirmatum, ut Præbendæ Canonicales, quarum collatio ſpectat ad Capitulum, non alienigenis, ſed oriundis conferri debeant.*

9 *Capitulum non poteſt repudiare legatum ſibi utile, ſecus damnoſum.*

10 *Legatum perpetuum cum onere Miſſarum ut Capitulum poſſit acceptare, quid requiratur*, & numer. 11.

12 *In his legatis quale debeat eſſe ſtipendium Miſſæ.*

13 *Capitulum renunciare non poteſt legata, de Epiſcopi licentia acceptata*, & num. 14.

15 *Quid ſi Bona ſtabilia, pro implendis oneribus relicta, penitus perirent.*

16 *Legatum factum Capitulo, ſeu Canonicis, ſpectat ad Capitulum privativè quoad Capellanos, niſi aliud ex verbis Teſtatoris colligatur*, & num. 17.

18 *Si legatum factum fuerit certæ Eccleſiæ Collegiatæ cum onere Miſſarum, pertinet ad Capitulum illius Eccleſiæ.*

19 *Si verò relicta fuerit Planeta, vel aliud ſimile, acquiritur Eccleſiæ.*

20 *Capitulum, cui legatum fuit prædium, cum onere celebrandi Anniverſarium pro anima Teſtatoris, ſatisfacit cantando unicam Miſſam, præmiſſo uno Nocturno Defunctorum.*

21 *Amplia etiamſi relictum fuerit Officium Mortuorum.*

22 *In Legatis relictis cum pœna, quòd in caſu non executionis tranſeant ad alia Loca Pia, eſt locus purgationi moræ uſque ad litis conteſtationem.*

23 *Legata pecunia pro dicendis Miſſis qualibet hebdomada, obligatio celebrandi quando currat Capitulo.*

24 *Liber Præfecti Sacriſtiæ Eccleſiæ Collegiatæ, probat circa celebrationem Miſſarum, tam contra Capitulares, quàm contra illos, qui non ſunt de Capitulo*, & num. 25.

25 *Capitulum non habet jus decernendi, defunctos Canonicos ſepeliendos eſſe in communi Sepulchro, pro Capitularibus conſtructo.*

26 *Laudabile tamen eſt eligere Sepulchrum commune.*

27 *Vacante per obitum alicujus Canonici Præbenda de collatione Capituli, poteſt Capitulum propria auctoritate omnes fructus, tempore vacationis obvenientes, percipere, & inter Canonicos dividere.*

28 *Undè in his non conſtituitur Oeconomus.*

29 *Secus ſi fuerit liberæ collationis, ſeu de Jurepatronatus Laicorum.*

30 *Fructus hujuſmodi Præbendarum, ac aliorum Beneficiorum inexacti, ſive maturati, & à ſolo ſeparati, quando ſint ſpolio obnoxii.*

31 *In locis, ubi Clerus compoſitionem iniit cum Camera Apoſtolica, Beneficiati, & Præbendati, tranſmittunt fructus ad hæredes, cum onere ſolvendi Succeſſori eam partem fructuum, quæ ſufficiat ad victum, arbitrio Epiſcopi*, & n. 32. & 33.

34 *Qualiter fieri debeat diviſio fructuum, qui in cenſibus non exactis conſiſtant.*

35 *Et ſimiliter quoad Diſtributiones, quæ non ſolent dividi, niſi in fine anni.*

36 *Fructus tempore vacationis devenientes ad maturitatem, debentur omnes Succeſſori.*

37 *Secus, ſi ſint fructus Dignitatum, & Beneficiorum, Papæ reſervatorum, qui ad Cameram Apoſtolicam pertinent, non obſtante compoſitione, & quare*, & num. 39.

38 *Niſi tamen aliud fuerit conſuetudine præſcriptum.*

40 *Vacante prima Dignitate Eccleſiæ Collegiatæ, habente tantùm juriſdictionem in Foro interiori, Capitulum retinet idem jus ac priùs in condendis Statutis, aliiſque rebus diſponendis.*

41 *Non poteſt aliquid ſtatuere in præjudicium Jurium Parochialium ejuſdem Dignitatis.*

42 *Secuta vacatione dictæ primæ Dignitatis, animarum Curam habentis, deputandus eſt ſaltem ex congruitate ab Epiſcopo Oeconomus, qui ſit de gremio ejuſdem Capituli.*

43 *Hujuſmodi Oeconomo aſſignanda eſt quædam congrua portio arbitrio Epiſcopi, & quæ ad hunc effectum conſiderari debeant.*

44 *In aſſignatione hujus portionis non veniunt funeralia, & alia incerta*, & num. 45.

46 *Refertur quædam tranſactio, inita inter primum Abbatem, & Parochum ex una, & Canonicos Eccleſiæ Maſſenſis ex altera partibus.*

47 *Recenſentur argumenta, quibus prædicta tranſactio poſſet impugnari*, & n. 48. 49. 50. & 51.

52 *Confutantur eadem argumenta contraria* & num. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. & 67.

68 *Capitulum eligere non poteſt, nec de conſenſu Epiſcopi, duos Canonicos ad unam Præbendam vacantem, niſi redditus eſſent ſufficientes pro duobus.*

69 *Injuſta miſeratio dicitur, unum Altare operire, & aliud detegere.*

70 *Capitulum nequit Præbendas primò vacaturas alicui polliceri.*

71 A Sacr. Concil. Trident. *ſublatæ ſunt Gratiæ expectativæ.*

72 *Item prohibitæ ſunt Expectativæ ad Loca Monialium vacatura.*

73 *Illicita pariter eſt, & non tenet promiſſio, à Patrono laico facta, certam perſonam præſentandi ad Præbendam, ſeu Beneficium, cum primum vacaverit.*

TITULUS XV.

CApitulum non poteſt ſtatuere, ut ſolùm Nobiles eligantur, ſive recipiantur ad Canonicatus, *cap.* 1
Venerabilis, de præb. ubi gloſſ. & Abb. Rom. conſ. 327. *& ſingul.* 491. *in addit. Dauyz. V. Statutum.* In aliquibus tamen Eccleſiis adeſt tale Statutum, ut refert *Zipeus l.* 2
cit. tit. de elect. num. 13. Quod ſervatur, aut ex conſuetudine immemorabili, vel quia à Papa fuit confirmatum ex certa ſcientia, ſcilicet expoſito eidem toto ne- 3
gotio. *Dec. ſuper capit. bonæ, num.* 44. *de conſ. util. vel inutil.* Si enim Statutum eſſet dumtaxat confirmatum in forma communi, hoc eſt, non cognita cauſa, non 4
valeret. *Ant. de Butr. in d. capit. ex parte, num.* 3. *Barb. clauſ.* 25. *num.* 4. Non eſt prætereundum hic adnotare, quòd plebejus, redditus nobilis ex privilegio Principis, eſſet capax Canonicatus, qui ex Statuto valido non 5
conceditur, niſi Nobilibus, ita docent *Cyriac. lib.* 1. *controv.* 21. *num.* 47. *Barb. vot.* 23. *num.* 14. *Cenedo l. cit. collect.* 143. *num.* 2. Epiſcopus verò diſpenſare nequit, ut ignobilis, attento Statuto ut ſupra, recipiatur in 6
Canonicum. *Sperell. dec.* 112. *num.* 20. *part.* 1.

Capitulum, etiam de expreſſa Epiſcopi licentia, ſtatuere non poteſt, ut Canonicatus conferantur tantum- 7
modo Doctoribus. *Gavan. V. Canonica collatio, num.* 7. *Mart. Digeſt. Noviſſ. tom.* 6. *tit. Canonicus, cap.* 18. Valet tamen Statutum à Capitulo conditum, & ab Epiſcopo confirmatum, ubi diſponitur, Præbendas Canonicales, quarum collatio pertinet ad Capitulum, non poſſe conferri alienigenis, ſed tantùm oriundis, ſi hi 8
ſint ſufficientis literaturæ, ita docent *Jo: Andr. in capit. conſideravimus, num.* 7. *de elect. Azor. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 25. *Marc. dec.* 1280. *num.* 1. *part.* 1. *Gonzal. loc. cit. gloſ.* 8. *num.* 190.

Capitulum non poteſt repudiare Legatum ſibi utile, ſecus ſi ſit damnoſum. *Villagut. loc. cit. lib.* 1. *part.* 1. *c.* 126. *numer.* 19. Immò Legatum perpetuum cum onere 9
Miſſarum, licèt videatur utile, non poteſt acceptare, niſi cum conſenſu omnium Capitularium, ut notat *Pa-* 10
ſqual. cent. 1. *quæſt.* 78. *num.* 5. & habita licentia Epiſcopi, prout in Decreto juſſu *Urb. VIII.* emanato ſub 11
die 21. *Junii* 1625. & ſciendum, in his legatis aſſignari majus ſtipendium ordinario, quod fuit ab Epiſcopo præ- 12
ſcriptum pro Miſſis quotidianis, ut advertit *Lezzan. in Summ. part.* 8. *V. Miſſa, num.* 37.

Capitulum non poteſt legata, de licentia Epiſcopi acceptata, renunciare, etiamſi poſtea effecta ſint exi- 13
gua. *Surd. de Alim. tit.* 9. *quæſt.* 93. *Baratt. dec.* 530. *numer.* 51. *Bord. deciſ.* 258. Qui enim ſemel ſuſcepit offi- 14
cium, cogitur illud exequi. *Deciſ. conſ.* 91. *num.* 2. ſi tamen bona ſtabilia, ut ſupra relicta, penitus perirent, Canonicos poſſe ceſſare à celebrandis Miſſis arbitror 15
cum *Bord. reſp.* 25. *num.* 30. *part.* 1. *Averſ. loc. cit. quæſt.* 51. *ſect.* 18. & notandum, quòd ſi Legatum fuerit factum Capitulo, ſive Canonicis, ſpectat ad Capitulum privativè quoad Capellanos, ut conſiderant *Genuen.* 16
QQ. pract. Eccleſ. quæſt. 67. *& Rot. in Reſid. ad* 5. *part. diverſ. deciſ.* 59. *num.* 39. ſubaudi: Niſi aliud colligatur 17
ex ver-

ex verbis Teſtatoris; ut obſervat *Merlin. deciſ.* 138. *n.*
7. *& dec.* 685. *per tot. part.* 2. Si legatum fuerit factum
certæ Eccleſiæ Collegiatæ, cum onere Miſſatum, ad-
huc pertinet ad Capitulum illius Eccleſiæ, quæ eo ca-
18 ſu capitur pro Capitulo. *gloſ. in cap. cum Clerici, de V.
ſignif. Ricc. part.* 4. *dec.* 10. *num.* 6. Secus ſi relicta fue-
rit Planeta, vel alia paramenta, quia tunc acquiruntur
19 Eccleſiæ, ut poſt alios docet *Nald. in Summ. V. Paro-
chus, in fin.*

Capitulum, cui legatum fuit prædium cum obliga-
tione celebrandi Anniverſarium pro anima Teſtato-
ris, ſatisfacit cantando unicam Miſſam præmiſſo uno
20 Nocturno Defunctorum. *Bordon. in Miſcell. deciſ.* 331.
idem ſequitur, ſi fuerit relictum Officium Mortuo-
21 rum, ut probat idem *Bord. l. cit. deciſ.* 238. quæ ſi fue-
rint legata cum pœna, quòd ſi non fuerint executa tran-
22 ſeant ad alium Locum Pium, poteſt Capitulum purga-
re moram uſque ad litis conteſtationem; ita cum pluri-
bus tradit *Genuen. l. cit. quæſt.* 128. *num.* 5. Legata pe-
cunia pro dicendis Miſſis qualibet hebdomada, non
currit Capitulo eas celebrandi obligatin à die exburſa-
23 tionis factæ ab hæredibus, ſed à die inveſtituræ num-
morum; ita dixi, & poſtea reperi nobiſcum ſtantem,
Polac. ubi ſupra fol. 474. & eſt advertendum, quòd Li-
ber Præfecti Sacriſtiæ Eccleſiæ Collegiatæ probat cir-
ca celebrationem Miſſarum etiam contra eos, qui non
24 ſunt de Capitulo: ita *Pely. in d. cap. Ad audientiam*, &
23 ſic de conſuetudine ſervatur, teſte *Genuen. ubi ſup. quæſt.*
227. *in fin.*

Capitulum non habet jus decernendi, Canonicos de-
functos ſepeliendos eſſe in communi Sepulcro, à ſe pro
25 Capitularibus conſtructo in Eccleſia Collegiata, ſed
quiſque non electa ſepultura decedens, tumulandus eſt
in Sepulcro ſuorum majorum; ut colligitur ex *Prax.
Neap. cap.* 61. *num.* 6. *Marc. Ant. var. lib.* 1. *reſ. ult. caſ.*
59. *Bellett. l. cit. tit. de Cler. debit.* §. 3. *num.* 20. ubi ta-
26 men laudabile dicit eligere Sepulcrum commune, quia
Canonici ſunt ſratres. Vacante, per obitum alicujus
Canonici, Præbenda de Capituli collatione, poteſt Ca-
27 pitulum, propria auctoritate, omnes fructus tempore
vacationis obvenientes percipere, ac inter Canonicos
28 dividere, ut advertunt *Abb. in capit. Quærelam, tit. nè
Prœl. vic. num.* 1. *Ferrett. conſ.* 337. *num.* 3. *vol.* 5. *Penia
dec.* 1479. *num.* 1. Unde in his non conſtituitur Oeco-
oomus. *Vivian. in cap. cum vos, de off. jud.* Si verò fue-
29 rit liberæ collationis, uti de jurepatronatus Laicorum,
non poteſt Capitulum de illius Præbendæ fructibus di-
ſponere, ſed partes erunt Epiſcopi deputare Oecono-
mum ad gubernium bonorum ejuſdem Præbendæ. *Boich.
in cap. Imperatorem, de juramento calumn. Vulpell. in Prax.
cap.* 49. *numer.* 2. *Molfeſ. tr.* 6. *cap.* 5. *num.* 59. Fructus
hujuſmodi Præbendarum, ac aliorum ſimilium Benefi-
ciorum, inexacti, ſive maturati, & à ſolo ſeparati, ſi
30 Præbendæ, aut Beneficia annuatim excedant ſcuta vi-
gintiquatuor de Camera, ſunt obnoxii ſpolio in locis
ubi eſt. *Nald. V. Clericus, num.* 7. *Filiuc. part.* 3. *cap.* 6.
num. 7. *Anfoſi. de Pecul. Cler. num.* 70. & conſtat ex *Bul-
la Julii III.* quæ eſt 7. *in Bullar.* novo, confirmata ab
Urban. VIII. die 5. *Aprilis* 1628. At ſi pro liberatione à
ſpoliis inita fuerit compoſitio à Clero Civitatis, & Diœ-
35 ceſis, de ſolvendo annuatim Cameræ Apoſtolicæ tot
ſcuta, prout hìc factum fuit, & ſimile refert de aliis
locis *Clarlin. part.* 2. *controv. cap.* 169. *in princ.* omnes Be-
neficiati, & Præbendati, partim remanent liberi à
ſpoliis, & acquirunt ſibi totum jus Cameræ, & con-
ſequenter dicti fructus adjudicantur hæredibus Benefi-
32 ciatorum, qui obierunt; non autem Capitulo, aut Ca-
nonicorum ſucceſſoribus: ita *Valaſc. in Prax. cap.* 36. *n.*
51. *Ricc. part.* 4. *deciſ.* 98. *num.* 12. *Dan. de Nob. diſp.* 33.
numer. 547. *Gav. in Man. V. Bona Eccleſ. numer.* 9. *Sperell.
dec.* 82. *num.* 20. *part.* 1. & diffuſè *Vivian. de Jure patron.
part.* 3. *lib.* 54. *cap.* 8. *num.* 56. Qui tamen hæredes re-
manent obnoxii ad ſolvendum Succeſſori in illa Præ-
33 benda, aut Beneficio, eam partem fructuum, quæ ei
ſufficiat pro victu uſque ad novos fructus arbitrio Epi-
ſcopi. *Ugolin. de Off. & Poteſt. Epiſc. c.* 50. §. 17. *num.* 2.
Caſtill. de Uſufr. cap. 39. *num.* 4. *Sarmien. de Reddit. Ec-
cleſ. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 13. *Zerol. V. Beneficium* §. 6. Quòd
34 ſi fructus conſiſtant in cenſibus nondum exactis, divi-
dendi ſunt pro rata ſervitii præſtiti inter hæredes Præ-
bendati, & Succeſſorem. *Bon. in tr. de oblig. benef. diſp.*
4. *punct.* 3. *Valer. l. cit. V. Beneficium, diff.* 2. *numer.* 2. *Va-
laſc. ubi ſupra, cap.* 33. *num.* 9. *Bellett. loc. cit.* §. 56. *nu-
mer.* 11. idem ſequitur de diſtributionibus, quæ non ſo-
lent dividi, niſi in fine anni. *Mareſcott. Var. lib.* 2. *capit.* 35
2. *num.* 11. & cenſuit *S. Congr. Conc. ad ſeſſ.* 24. *cap.* 12.
Fructus verò, quo tempore dictæ vacationis deveniunt 36
ad maturitatem, debentur omnes Succeſſori, *cap. cum
vos, de off. Ordin. ubi Barb.* Intellige, niſi ſint fructus Di-
gnitatum, & Beneficiorum Papæ reſervatorum; Hi 37
enim tempore vacationis obvenientes, non obſtante di-
cta compoſitione, ſpectant ad Cameram Apoſtolicam.
Garc. de Benef. part. 5. *cap.* 1. *num.* 91. *Leo. in Theſ. part.*
3. *cap.* 34. *num.* 4. *Cherub. Schol.* 1. *ad Conſtit. Pii IV. Ro-
doan. tit. de Spol. quæſt.* 5. *numer.* 1. *Eſcob. tract.* 6. *exam.* 5.
capit. 4. *in fin. Bard. in Expoſ. Bull. Cruc. part.* 3. *tr.* 5. *ſect.*
3. *cap.* 3. *numer.* 34. niſi aliud fuerit conſuetudine præ- 38
ſcriptum. Ratio eſt, quia uti fructus, qui colliguntur
poſt mortem Præbendati, non veniunt ſub nomine ſpo- 39
liorum. *Ricc. collect.* 2930.

Vacante prima Dignitate Eccleſiæ Collegiatæ, ha-
bente tantummodo Juriſdictionem in ſoro interiori, ob
Curam animarum eidem annexam, ob ejus mortem
Eccleſia dicitur viduata quoad Curam animarum, non
quoad Eccleſiam Collegiatam, quæ gubernatur à ma- 40
jori parte Canonicorum, & Capitulum retinet idem
jus, ut prius, in condendis Statutis, & diſponendis re-
bus Capitularibus, & Eccleſiæ, ut tradunt *Inn. in cap.
cum non ignores, de præb. Marc. dec.* 1367. *num.* 1. *& ult.
Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 86. *& lib.* 3. *qu.*
3. *num.* 28. Non poteſt tamen aliquid ſtatuere, aut at-
tentare, quod ſit in præjudicium jurium Parochialium
ejuſdem Dignitatis; ut advertunt *Anchar. in capit. ſicut*, 45
num. 2. *de jurejur. & Pavin. l. cit. quæſt.* 5. *num.* 8. Cæ-
terùm, ſicut Sede Epiſcopali vacua, eligendus eſt in Vi-
carium unus de Capitulo: *Quarant. in Summ. V. Capitu-
lum, num.* 10. ita in Collegiata, ut ſupra viduata, ſal-
tem ex congruitate in Vicarium, & Oeconomum, quo
ad jura, & officia Parochialia, & redditum, ad di- 42
ctam Primam Dignitatem ſpectantium, exactionem,
deputandus eſt ab Epiſcopo aliquis idoneus ejuſdemmet
Capituli Canonicus, quod erit in honorem ipſius Ec-
cleſiæ Collegiatæ, ac in reciſionem litium, quæ faci-
liùs evenire poſſent inter Vicarium extraneum à Capi-
tulo, & Canonicos Collegiatæ, ut ſuadetur ex his, quæ
tradunt *Grat. diſcept. for. c.* 298. *& Rub. ſingul. p.* 5. *ad
dec.* 127. *Lancell.*

Præfato Vicario, & Oeconomo aſſignatur de fructi-
bus pertinentibus ad eandem Dignitatem, & Paro-
chum, congrua portio arbitrio Epiſcopi, penſata qua- 43
litate perſonæ, loci, redditibus, labore, & ſimilibus.
Maſſobr. in Prax. hab. Concur. dub. 25. *Farin. dec.* 442. *nu.*
3. *part.* 2. *in poſthum. Rot. part.* 6. *diverſ. deciſ.* 250. *numer.*
11. in qua portione non computantur funeralia, & alia
incerta, tempore vacationis obvenientia, eidemque
Vicario competentia; ut poſt multos adnotavit *Rot. p.* 44
1. *recent. dec.* 437. *num.* 5. Ratio eſt, quia congrua da-
tur pro alimentis, & venter non debet pendere à re in- 45
certa, cum non patiatur dilationem. ita *Selv. de Benef.
part.* 3. *quæſt.* 52. *num.* 34. *Surd. de Alim. tract.* 5. *quæſt.* 12.
num. 34. *& quæſt.* 44. *num.* 36. In hujus Collegiatæ exor-
dio, ad tollendas lites inter primum Abbatem, & Pa-
rochum ex una, & Canonicos ipſius Eccleſiæ ex alte-
ra, facta fuit tranſactio, in Volumen Statutorum re-
dacta, cereos, qui à fidelibus dantur Sacriſtæ pro can- 46
tandis Miſſis, & Officiis, tam pro Vivis, quàm pro De-
functis, vel Expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, nec-
non Offertas, quæ fiunt in eadem Eccleſia in adoratio-
ne Crucis feria ſexta in Paraſceve, æquis portionibus 47
dividendas eſſe inter Capitulares inſervientes iiſdem fun-
ctionibus; & arbitrati ſunt nonnulli id infirmari poſſe
per dicti Abbatis Succeſſorem.

Primò, quia ante Collegiatam prædicta ſpectabant
ad Parochum; ad tradita per *Hoſt. in Summ. lib.* 3. *tit. de
Paroch.* At in Bulla erectionis Collegiatæ Papa reſervat
Abbati fructus, redditus, & proventus, prout ante Col- 48
legiatæ erectionem.

Secundò, quia dicta concordia facta fuit nulla ad-
huc mota lite, id quod eſſe neceſſarium docent Ju- 49
riſtæ in *l. tranſactio C. de tranſact.* & Canoniſtæ *in cap.
ſuper eo.*

Tertiò, quia tranſactionis natura eſt, ut aliquid
utri-

50 utrique parti remittatur, cum ſit contractus, qui dici-
tur, *do, ut des*. *Hoſt. in Summ. hoc tit. Farin. part. 1. de-
ciſ.* 447. *num.* 3.
Quartò, quia non fuerunt adhibitæ ſolemnitates re-
51 quiſitæ, quæ in tranſactione requiruntur, prout in
alienatione; ad tradita per *Rodoan. l. cit. quæſt.* 2. *ca-
pit.* 1. & elicitur ex *extrav. Ambitioſæ, de reb. Eccl. non
alien.*
Quibus parùm urgentibus, ſum in voto, præſatam
Concordiam validam exiſtere, & in perpetuum fore ſer-
52 vandam, pluribus rationibus, quas ſtatim in reiiciendis
contrariis demonſtrabimus. Ad primum, ex adverſo
allatum, reſpondeo; Nil officere ei, cui incumbit Cu-
ra animarum, relinqui redditus Eccleſiæ ut prius, nam
explicari poteſt de Eccleſiæ fructibus, & emolumentis,
quæ proveniunt ex Cura in miniſtrandis Sacramentis,
benedicendis nuptiis, ſepeliendis mortuis; non autem
de eleemoſynis, & candelis, provenientibus ex Cho-
ro, & Feſtivitatibus, ac Divinarum Præcum decanta-
tione, quæ licèt ante Collegiatam competerent Paro-
cho; id erat, quoniam ipſe decantabat Miſſas, & alias
53 Divinas Preces, ad quod opus in ejus locum à Papa fuit
ſuffectum Capitulum, ut docet *Poſſev. de Off. Cur. cap.*
2. *num.* 1. & liquet *ex Bull.* Idem procedit de intortitiis,
quæ in hac Eccleſia ponuntur ſuper Cathaphalcos, vel
Sepulcra Defunctorum, ſuper quibus fuit à Parocho ce-
54 lebratum Officium, tam conſignatis, quàm tradendis
ſepulturæ: etenim peracto ab eo Officio juxta *Rit. Rom.*
ipſius cura abſolvitur, ut ait *Bordon.* 2. *p. reſ.* 51. *numer.*
24. *& ſeq.* & deinceps mortuorum animæ remanent ſub
cura Dei, ad tradita per *Roman. conſ.* 356. *num.* 4. *&
Morbiol. de c. num.* 26. Nec his adverſantur exarata ſu-
periùs *Lib. I.* Funeralia defuncti, qui tumulatur in Ec-
cleſia Collegiata, deberi animarum Curatori; tum
quia nomine funeralium non comprehenduntur cande-
55 læ, quæ ponuntur ſuper Altaribus, etiam in die depo-
ſitionis Defuncti, ſed ſolùm, quæ deferuntur accen-
ſæ una cum funere, ita *gloſ. in clem. dudum, de ſepult.
Caroc. in tr. de Quar. cap.* 3. *& Bord. l. cit.* Tum quia *d.
Lib. I.* fuit ſermo de Collegiata, ubi non reſidebat Cu-
ratus; hìc verò loquimur de Parocho, qui eſt de Ca-
pitulo, & quamvis ſolus perferat onera Parochialia,
Canonici cætera munia exequuntur in cantandis Miſ-
ſis, & Divinis Officiis, & dum ipſe eſt in exercitio
Curæ, adhuc abſens à Choro participat de Diſtribu-
tionibus, & emolumentis, una cum Canonicis Choro
inſervientibus, ut dictum eſt *Lib. II.* Itidem Candelæ,
quæ ſuperſunt in expoſitione Sanctiſſimi, videntur di-
videndæ ut ſupra, nam quamvis expoſitio ſit munus Pa-
56 rochi, decet convocare Canonicos ad fundendas pre-
ces juxta mentem tribuentis cereos pro expoſitione:
ita cenſuit *S. R. C. die* 18. *Junii* 1633. ac multò ma-
gis decet, Canonicos participare de oblatione in ſupra-
57 dicta die Veneris Sancti, in qua ſoli portant canen-
di pondus; & ipſorum officium in Eccleſia, & Cho-
ro par eſt cum Canonicis Cathedralis. *Moſcon. l. cit.
fol.* 301.
Ad ſecundum objectum dico, non fuiſſe neceſſarium
58 litem motam fuiſſe in judicio ſuper dictis cereis, ſed
ſufficere illa verba Statuti ad tollendas lites. *Corneus
conſ.* 267. *n.* 18. *lib.* 4. *Caval. dec.* 443. *n.* 2.
Ad tertium reſpondetur, Parochum conſueviſſe ab
immemorabili ante erectionem Collegiatæ, cuilibet
Presbytero hujus Parochiæ tradere Julium unum ac-
cedenti ad Benedictionem Fontis, & alterum interve-
nientibus Proceſſioni in Vigilia Aſcenſionis, cui pre-
tentioni fuit ob dictam concordiam à Canonicis renun-
ciatum. Ad quæ ſi fiat reflexus, & ſimul ad tranſa-
ctionis tempus, quod de jure venit attendendum, ut
59 ante alios docuit *Abb. p.* 2. *conſ.* 56. quia tunc incerta,
de quibus noſter eſt ſermo, erant ſatis tenuia, dictus
Parochus ob eam tranſactionem non poſſet dici læſus;
60 nec ejus reſciſſionem prætendere, etiamſi adeſſet ali-
qua parva læſio, quia non reſcinditur, niſi ſit ultra di-
midium. *Abb. l. cit. conſ.* 15. *num.* 1. *Coccin. dec.* 268. *n.*
8. *Caval. dec.* 47. *num.* 1.
Denique non relevat in ea non interveniſſe Bene-
placitum Apoſtolicum, etenim ſufficit conſenſus Epi-
ſcopi, eo quòd non agitur de bonis ſtabilibus, de qui-
61 bus in *d. extrav.* ſed de incertis, in quorum alienatio-
ne inter Eccleſiaſticos ſatis eſt, Epiſcopum præbere
conſenſum. *Anchar. in capit. ult. de pact. in* 6. *Urſell. loc.
cit. V. alienatio, num.* 83. & ſufficit præſtitus etiam poſt 62
factum. *Lopez. de Contract. lib.* 2. 40. *Bon. in tr. de Simon.
diſp.* 11. *num.* 2. Addo probabilem eſſe ſententiam fir-
mantium, prohibitionem *d. Extrav.* de alienandis bo-
nis, & ſi immobilibus, non procedere, dum ex cau- 63
ſa transferuntur de una Eccleſia in aliam: Ita ante, &
poſt alios acerrimè defendunt *Paſqual. cent.* 1. *quæſt.* 95.
num. 3. *Ciarl. tom.* 1. *Contr. For. cap.* 18. *num.* 22. Ra-
tio eſt, quia una eſt Eccleſia univerſalis, *cap. loqui- 64
mur* 24. *qu.* 1. aliæ ſunt membra. *Genuen. Pract. QQ.
Can. quæſt.* 481. *num.* 1. & multo fortiùs hæc doctri-
na locum ſibi vendicat, ubi nil datur alii Eccleſiæ;
& DD. loquentes non poſſe fieri translationem bono- 65
rum cujuſcunque Eccleſiæ in aliam abſque licentia Pa-
pæ, inter quos reſidet *Sperell.* & alii, quos ſequitur
Rota part. 7. *diverſ. deciſ.* 190. *numer.* 12. non contra-
riantur, poſſe fieri, dum non auſertur ab eadem Ec-
cleſia, quod applicatur in caſu noſtræ Collegiatæ, 66
cujus Canonicatus ſunt tenues, & Abbatia pinguis,
atque publicè intereſt, ut plures ex pingui beneficio
alantur. *Burſatt. conſ.* 126. *n.* 90. & ſemper Jura favent
tranſactionibus, ut ſubſtineantur ad extinguendas li- 67
tes. *Rot. part.* 7. *diverſ. in præfat.*
Capitulum etiam de conſenſu Epiſcopi eligere non
poteſt duos Canonicos ad unam Præbendam vacantem,
& ad illius collationem pertinentem, niſi redditus eſ- 68
ſent ſufficientes pro duobus. *Abb. in c. Relatum, num.
5. de præb. Imol. in c. vacante, eod. tit.* Nam injuſta di- 69
citur miſeratio, Altare unum operire, & aliud detege-
re, ut inquit *Port. conſ.* 109. *num.* 7.
Capitulum nequit quaſcunque Præbendas, vel pin- 70
gues primò vacaturas, alicui polliceri, ut advertunt
Zipeus lib. 3. *de conceſſ. præb. & Gonz. l. cit. in proœm.* §.
1. *num.* 54. Sublatæ ſunt Expectativæ à *Conc. Trid. ſeſſ.* 71
24. *cap.* 19. *de reform.* ut notat *Piaſec. in Prax. part.* 2.
cap. 5. *num.* 2. Ob eandem cauſam *Sacr. Congreg. Conc.*
12. *Martii* 1619. prohibuit Expectativas ad Loca Mo-
nialium vacatura. Pariter illicita eſt promiſſio Patroni 72
Laici, certam perſonam præſentandi ad ſuam Præben-
dam, vel Beneficium de jurepatronatus, ubi primùm
vacare contigerit, & talis promiſſio non tenet. *Duran.* 73
part. 1. *dec.* 56. *num.* 4. *Alagon. ſuper capit. ult. de conceſſ.
præb. Guido Papa in cap. ex tenore, eod. tit. Vivian. in cap.
Nulla, de conceſſ. præb.*

A R G U M E N T U M.

An, & quando valeat Statutum, mandans, non re-
cipi in gremium Capituli, niſi Nobiles. Nobilitas
quomodo probetur. Item quomodo amittatur; cum
aliis ad materiam.

S U M M A R I U M.

1 *Conſuetudo non admittendi in Canonicos, niſi viros no-
nobiles, non videtur Sacr. Canonibus conformis.*
2 *Et eſſet pervertere ordinem Eccleſiaſticum, ſi magis Fa-
miliæ nobilitas, quàm merita, in electione ad Ec-
cleſiaſtica Miniſteria, attenderetur.*
3 *Non eſt tamen reprobanda, ſi nobilitati non deſit pietas,
& doctrina, & redditur ratio.*
4 *Definitur, quid ſit Nobilitas.*
5 *Nobilitas probanda eſt per allegantem*, & n. 7.
6 *Maxime ſi agatur de Nobilitate qualificata.*
8 *Quomodo probetur hæc qualitas Nobilitatis.*
9 *Nobilis dicitur, quem talem approbat Princeps, &
maximè Imperator.*
10 *Et iſta habetur pro vera, ac propria nobilitate.*
11 *Probatur item Nobilitas ex officio ſolito dari Nobilibus,
& quando.*
12 *Et licèt ſola ſimplex deputatio, ſine actuali ſervitio,
non ſufficiat, inducit tamen magnum Nobilitatis ad-
minicùlum.*
13 *Probatur quoque ex qualitate inhærente, ex qua No-
bilitas inſurgit, ut eſt Ducatus, Canonicatus, &
ſimilia.*
14 *Generaliter probatur juxta conſuetudinem loci.*
15 *Item ex inſpectione Librorum, ubi Nobiles adno-
tantur.*
16 *Et ex Libris Hiſtoriarum.*

17 Re-

17 *Regulariter probata Nobilitate per unum ex Familia, ſuffragatur etiam quoad alios.*

18 *Admiſſo in aliqua militari Religione aliquo ex Familia, non poſſunt cæteri de eadem Familia rejici.*

19 *Dummodo tamen omnes ab eodem ſtipite deſcendant.*

20 *Nobilitas verò probata per fratrem, alteri fratri ſuffragatur.*

21 *Non tamen è converſo ſententia, lata ſuper ignobilitate unius fratris, alteri præjudicat.*

22 *Quando non agitur de probanda Nobilitate qualificata juxta Statuta Ordinum, ſed de ſimplici, non requiruntur exactæ probationes*, & n.29.

23 *Ac etiam quando agitur de Nobilitate requiſita ad hoc, ut quis in aliquo Collegio admittatur.*

24 *Nobilitas, licèt non tranſeat ad tranſverſales, illis tamen ſplendorem quendam communicat.*

25 *Amittitur autem Nobilitas per artes, & ſordes.*

26 *Item per paupertatem.*

27 *Exercitium tamen ignobile præjudicat perſonæ, quæ illud aſſumpſit, non autem aliis, in quos Nobilitas derivata eſt ab Anteceſſoribus.*

28 *Nec ſuperveniens macula patris nocet filio, in quem nobilitas tranſit ipſa die nativitatis, immo à die conceptionis.*

30 *Si Capitulum aliquem admiſerit ad Canonicatum, tanquam habentem qualitatem Nobilitatis, vel aliam, juxta Statuta, ea deficiente, poſſeſſio non eſt manutenibilis.*

31 *Maximè, ubi cum hac conditione admiſſus fuiſſet.*

32 *Capitulum non poteſt propria auctoritate condere Statutum, quo caveatur, nè ad Canonicatus admittantur niſi Nobiles.*

33 *Solet tamen ſimile Statutum ex rationalibus cauſis à S. Conc. Congreg. confirmari.*

34 *Sicuti approbare ſolet Statutum, mandans non recipi in Canonicos perſonas viles, aut infames.*

35 *Si verò Pontifex aliquem provideret de Canonicatu in Eccleſia, in qua adſit tale Statutum, valet proviſio, etiamſi Canonicatum obtinens careat qualitate Nobilitatis.*

Amplia, etiamſi Statutum à S. Sede confirmatum fuiſſet eodem num. 35.

36 *Sed reſtringe in caſu, quo Statutum conditum fuiſſet in erectione Eccleſiæ.*

ANIMADVERSIONES.

NOnnulla ſunt Canonicorum Collegia, ac præſer-
tim Germaniæ, in quibus vel ex antiqua con-
ſuetudine, vel Statuto, in eorum gremium non admit-
tuntur niſi Nobiles: Unde de his aliqua diſſerere opor-
tet; Ac primò notandum, hanc conſuetudinem non vi-
1 deri conformem Sanctionibus Canonicis, unde contra
eam acriter ſcripſit *Gulielm. Peruld. apud Molan. lib. 2.
de Canon. c. 29.* relatus à *Van Expen. in Jus Eccleſ. part.
2. tit. 10. c. 2. num. 1.* & conſonat *Text. c. 37. de Præb. &
Dignit.* in quo *Gregorius IX.* reſcripſit contra Capitulum
Eccleſiæ Argentinæ, nón eſſe ſervandam hujuſmodi
conſuetudinem dictæ Eccleſiæ, quia, ut ſunt verba
Textus, non generis, ſed virtutum nobilitas, vitæque
honeſtas Deo gratum faciunt, & idoneum ſervito-
rem, ad cujus regimen non multos ſecundum car-
nem nobiles, & potentes elegit, ſed ignobiles, ac
pauperes, eo quòd non eſt acceptio perſonarum apud
ipſum.

Profectò in electione ad Eccleſiaſtica miniſteria, vi-
tæ merita, & eruditio potiùs ſunt attendenda, quàm
2 Familiæ proſapia, & Nobilitas, ideo ſi poſtpoſita inqui-
ſitione pietatis, & eruditionis, in aſſumendo ad Cano-
nicatum ſolùm diligentiſſimè diſcuteretur, an nomina-
tus eſſet ſatis Nobilis, eſſet quodammodo pervertere
ordinem Eccleſiaſtici inſtituti; ut notat *idem Van Ex-
pen. loc. cit.*

Cæterùm ubi pietas, & eruditio non deſint, quòd
etiam ſubinde generis nobilitas requiratur, coarguendum
3 non eſt, cum experientia notum ſit, quòd nonnunquam
Nobiles, atque illuſtres viri, alioquin pietate, & erudi-
tione inſignes, multa ſua auctoritate in bonum Eccleſiæ
præſtare poſſunt, quæ alii dicta qualitate deſtituti, licèt
pari, ſive etiam majori pietate, ſive eruditione conſpi-
cui, præſtare non poſſent, & ob id in quantum Nobilis
majori auctoritate Eccleſiæ deſervire poteſt, quàm igno-
bilis, poterit hic rectè poſtponi nobilitatis qualitate præ-
dito & illum ſine acceptione perſonarum præferri ob
bonum Eccleſiæ; undè Pontifex Paulus IV. ad inſtan-
tiam Philippi II. in tribus Eccleſiis, noviter erectis in
Belgio, ſtatuit, ut tres nobiles Graduati recipi debe-
rent, ut notant idem *Van Expen. loc. ſupracit. num. 4. &
c. 1. tit. 10. num. 3.*

Item præmittendum, Nobilitatem eſſe qualitatem,
ſeu Dignitatem, à claro Parentum ſanguine deriva- 4
tam, & in liberos propagatam, per quam Nobiles ul-
tra vulgares homines, & plebejos honorantur. *Rot. dec.
88. p. 8. & dec. 207. num. 2. p. 13. rec.* vel ut eam de-
ſcribit *Tranchedin. conſ. 4. num. 60. tom. 1.* Nobilitas in
genere eſt dignitas, qua aliquis, vel Principis, vel Le-
gis auctoritate, ob propriam virtutem, vel ſanguinis
præeminentiam, præ aliis plebejæ conditionis homini-
bus ſplendet.

Quatenus verò per Statuta, maximè confirmata à
Sede Apoſtolica, vel aliàs per conſuetudinem legiti-
mè præſcriptam, requiratur Nobilitas in aſſumendis ad
Canonicatus, ſeu Dignitates, ea probanda eſt per al- 5
legantem, cum ſit res adventitia, nec nobis à natura
proveniens, cum habeat ortum ex ſibi accidentibus,
vel Progenitoribus. *ad Text. in l. non ignorat ff. qui accuſ.
ibique Bald. Maſcard. de Prob. concl. 1094. num. 1. & ſeqq.
vol. 2.* maximè ſi agatur de Nobilitate qualificata, dum
ea non pro ſe habet præſumptionem, ſed potiùs con- 6
trariam. *Soccin. Sen. conſil. 246. num. 6. lib. 2. Covarruv.
Variar. Reſol. lib. 1. c. 56. num. 10. Rot. cor. Seraphin. dec.
207. num. 5.* Undè qui vult uti Statuto, videlicet ad-
mitti in Eccleſia, in qua requiratur Nobilitas, eam po-
ſitivè probare debet, nec ſufficit, quòd contrarium non 7
probetur per opponentem, ut eſt regulare in omnibus
qualitatibus extrinſecis, *gloſ. in c. ſi forte, in V. ſcientia,
de elect. in 6. Fel. in c. final. num. 15. de præſumpt.* optimè
*Spad. conſ. 161. num. 10. & ſeqq. tom. 1. De Luc. diſc. 33.
num. 9. de Præem.*

Probatio autem Nobilitatis fit per teſtes, aliaque 8
adminicula, ex quibus conſtet, quòd Familia nobili-
ter, & ſplendidè vixerit more aliorum Nobilium Civi-
tatis, abſque eo quod adſit memoria ſuper exercitio ali-
cujus artis mechanicæ, ſeu vilis miniſterii, cum com-
muni fama & reputatione. *Maſcard. dict. concl. 1094.
num. 11. & 12. De Luc. de Præem. diſc. 33. num. 10. Rot.
dec. 213. num. 2. p. 13. dec. 229. num. 1. & dec. 130. n. 11.
p. 17. rec.* maximè ſi teſtes ſint perſonæ nobiles. *Rot. cor.
Emerix dec. 327. num. 3.*

Probatur etiam per approbationem Principis, & ma-
ximè ex diplomate Imperiali, cum ab Imperatore, tan-
quam à fonte, omnium mundanarum Dignitatum elar- 9
gitio promanet, nam hujuſmodi teſtimonium ſuperla-
tivum gradum probationis facit, utpote qui illam ex
integro poteſt concedere. *Gamm. dec. 322. num. 5. Ca-
pon. diſcept. 52. c. 2. num. 39. Rot. dec. 317. num. 6. & ſeq.
cor. Emerix, & in Auguſtana Canonicatus 26. Junii 1711.
§. Quamvis, cor. R. P. D. Criſpo*, ita ut Nobilitas con-
ceſſa à Principe, dicatur vera, ac propria Nobilitas, 10
& omnes operetur effectus, quos operatur originaria *Pa-
cian. de Prob. lib. 2. c. 27. num. 20. Cyriac. controv. 21. fe-
rè per tot. tom. 1.*

Item ex Officio ſolito dari ſoli Nobili, quia ex eo,
quòd ſecundum communem æſtimationem habet an-
nexum honorem, & dignitatem in aliqua Civitate, 11
reſultat probatio Nobilitatis. *Bartol. in l. 1. C. de mulier.
Decian. conſil. 66. num. 30. Munt. dec. 317. num. 3. & 4.
Spad. conſil. 75. num. 4. tom. 2.* quum exercitium officio-
rum, ſolis Nobilibus Civitatis conferri ſolitorum,
dummodo concurrat, quòd illa obtinens cum ſplendo-
re vixerit, & opus ſervile non fecerit, ſufficiat etiam
ad effectum admiſſionis ad habitum militarem. *Rot.
deciſ. 207. num. 4. p. 13. recent.* Et licèt pro acquirenda
Nobilitate ratione officii nobilis, requiratur illius exer-
citium actuale, non ſimplex deputatio: *Rot. deciſ. 213.
num. 11. eadem p. 13. rec.* attamen per ſolam nomina-
tionem, ſeu imbuſſolationem ad prædictum officium,
reſultat magnum Nobilitatis adminiculum, quum præ-
ſeferat ſpeciem habilitationis, ex eo quia nonniſi no-
biles, & qualificati, ad illud nominari, ſeu imbuſ-
ſolari ſoleant. *Bart. in l. matriculam, num. 3. C. de Ar-
genta-*

gentariis, *lib.* 12. *Fab. de Anu, conſil.* 80. *numer.* 7. *& con-
ſil.* 94. *num.* 1. *cum ſeqq. De Luc. de Praemin. diſc.* 32. *nu-
mer.* 23.

Item probatur ex qualitate inhærenti, ex qua Nobi-
13 litas inſurgit, nt ſequitur in habente Ducatum, Comi-
tatum, & ſimilia. *Maſcard. concl.* 1094. *num.* 5. & ge-
14 neraliter probatur juxta conſuetudinem loci, nam uſus
Patriæ dat regulam Nobilitatis. *Caſtrenſ. conſil.* 125. *n.*
4. *lib.* 2. *Soccin. conſil.* 246. *§.* 3. *lib.* 2. *Trancbed. d. conſil.*
4. *numer.* 56. ideoque probatio Nobilitatis facienda eſt
juxta conſuetudinem regionis, ad *text. in l. munerum ff.
de muner. & bonor. Rot. dec.* 297. *nu.* 6. *p.* 1. *rec. & poſt De
Luc. ad mat. de Juriſdict. dec.* 25. *n.* 8.

Probatur etiam per inſpectionem Librorum, in qui-
15 hus Nohiles adnotantur. *Surd. deciſ.* 30. *num.* 11. *Mant.
dec.* 16. *num.* 2. *Coccin. dec.* 1295. *num.* 9. *& dec.* 2343.
16 *num.* 4. ac pariter ex Libris hiſtoricis. *Eſcobar. de Purit.
& Nobil. p.* 1. *quaeſt.* 6. §. 4. *ſub numer.* 43. *verſ. hoc exten-
dit. Rot. in d. Auguſtana Canonicatus, in fin. cor.* R. P. D.
Criſpo. Regulariter verò probata Nobilitate per unum
17 ex Familia, ſuffragatur etiam quoad alios de eadem Fa-
milia. *Vinceut. de Aun. ſingular.* 468. *Rot. in d. Auguſtana
Canonicatus §. final. coram eodem Criſpo*; undè ſi quis ad
habitum in aliqua Militari Religione fuerit admiſſus,
18 non poſſunt alii ex eadem Familia reiici, eum admiſ-
ſio ſupponat præciſam probationem Nobilitatis, & tan-
quam in cauſa ſtatus, facit jus quoad omnes de eadem
Familia; quod tamen intelligendum eſt, ſi omnes de
19 eodem ſtipite deſcendant. *Rot. dec.* 130. *numer.* 8. *&* 9.
p. 17. & antea *dec.* 229. *numer.* 10. *p.* 16. *rec.* non eoim
ſuffragatur probatio, facta per aliquem de Familia, cæ-
teris, qui ah eodem ſtipite non deſcendant, qnum ple-
rumque accidat, quòd aliquis de aliqua Familia ſit no-
bilis, & aliquis popularis. *Spad. conſil.* 227. *numer.* 11.
tom. 1. *Rot. dec.* 283. *num.* 3. *& dec.* 555. *num.* 2. *part.* 4.
20 *rec.* Facta verò per fratrem, ſuffragatur alteri fratri.
Cabnll. conſ. 129. *num.* 6. *lib.* 2. *Tiraquell. de Nob. c.* 17. *n.*
3. *Eſcobar. de Purit. & Nobil. quaeſt.* 13. *§.* 2. *nu.* 17. *Rot.
coram Cocc. dec.* 68. *num.* 14. *& dec.* 1440. *num.* 7. *in rec.
dec.* 229. *num.* 3. *p.* 19. Quamvis alioquin ſententia lata
ſuper ignohilitate unius fratris, noo præjndicet alteri,
qui poteſt Nohilitatem prohare, & petere admitti ad
21 Collegium, ſive ad Hahitum militarem, à quo fuit
alter excluſus. *Fab. de Ann. conſ.* 18. *numer.* 26. *tom.* 1.
& conſ. 89. *numer.* 5. *Capic. Latr. conſ.* 129. *numer.* 15.
Rot. dec. 525. *num.* 6. *part.* 2. *rec. Mierez de Majorat. part.*
2. *quaeſt.* 4. *illat.* 2. *numer.* 9. *&* 10. *de Francb. deciſ.* 523.
num. 19.

Cæterùm quando non agitur de Nobilitate qualifi-
cata probanda juxta Statnta Ordinum, ſed de ſimpli-
22 ci Nobilitate, non requiruntut exactæ probationes.
Rot. coram Put. dec. 289. *lib.* 1. *& poſt d. conſil.* 275. *Spad.
num.* 23. quia materia eſt favorabilis, quum expediat
rebus publicis nobilium numerum angeri, ideò beni-
gna facienda eſt interpretatio. *Bald. conſil.* 183. *inf. lib.*
2. *Menocb. de Arbitr. caſ.* 155. *numer.* 7. 10. *Rot. poſt Spad.
ubi ſup. numer. fin.* ac etiam quando agitur de Nobilitate
23 requiſita, ut quis in aliquo Collegio admittatur, beni-
gnè Statutum eſſe interpretandum, docent *Valenzuel.
conſ.* 90. *num.* 204. *& ſeq. Trancbed. conſ.* 76. *num.* 32. *&
ſeq. tom.* 1. *Merl. dec.* 747. ita ut procedatur cum regu-
la, quòd ſingula, quæ non proſunt, juncta juvant; &
licèt Nohilitas non tsanſeat ad tranſverſales, attamen
24 ex illorum Nobilitate, aliis accedit quidam honor;
& pari modo ſi illi de aliqua Familia ſemper nobilibus
Familiis ſanguioe juncti fuerunt; ita nt hæc, & alia
ſimilia, conferant, & jungantur ſimul ad probaodam
Nobilitatem. *Medic. de Definit. definit.* 42. *num.* 28. *inter
Tract. Magn. tom.* 18. *fol.* 301. *Rot. poſt d. conſil. Spad.* 275.
numer. 22.

Amittitur tamen Nohilitas à perſona nohili per ar-
25 tes, & ſordes. *Tiraquell. de Nobil. c.* 34. *numer.* 35. *Rot.
dec.* 160. *n.* 14. *&* 21. *p.* 19. *tom.* 1. *rec.*

Item per paupertatem; oam paupertas non ſolùm
26 ignohilitat, ſed ipſam Nobilitatem contemptibilem
reddit. *Tiraquell. d. tr. c.* 25. *num.* 9. *&* 10. *Rot. d. deciſ.*
560. *num.* 19. *circa fin.* quod tamen intelligeodum eſt re-
ſpectu perſonæ, quæ exercitium ignobile aſſumpſit;
27 nam ſi agatur de Nobilitate non acquiſita per privile-
gium Principis, ſed ab anteceſſoribus per genus ad po-
ſteros derivata, eidem non præjudicatur per exercitium
ignobile, geſtum per aliquem antenatum. *Tiraquell. de
Nobil c.* 35. *num.* 4. *Rot. dec.* 213. *num.* 10. *part.* 13. *rec.*
quod adeo verum eſt, ut neque per ſupervenientiam ma-
culæ, vel ignobilitatis paternæ, præjudicetur filiis,
quum nobilitas patris in filium tranſeat ah ipſa die oati- 28
vitatis, immò à die conceptionis, nec ah eo per dictam
maculam auferri poſſit, *ad text. in l. Senatoris filium §. A
Senatore ff. de Senat. l.* 5. *ibique omnes C. de Dignit. lib.* 12.
Tiraq. de Nobilit. cap. 15. *in princ. & numer.* 7. *& ſeq. &
in fin. cap.* 13. *Decian. conſ.* 66. *num.* 3. *lib.* 3. *Rot. cor. Ca-
valer. dec.* 440. *Spad. conſil.* 275. *num.* 1. *tit.* 2. *Rot. poſt
d. conſ. num.* 16.

Redeundo autem ad Statuta, vel conſuetudines Ca-
pitulorum, admittentia ſolùm Nobiles, ſi agatur de
ſimplici Nobilitate, per eadem Statuta requiſita, ex
præmiſſis, hæc probatio cootentatur facilioribus pro- 29
bationihus, veluti communi reputatione, probata per
teſtes, vel alia adminicula; ſi verò Statuta præſcri-
bant modum ejuſdem probationis, ut regulariter eve-
nit in Ordinibus Militarihus, tunc rigoroſam exigit
prohationem juxta formam illorum, ex allata regula,
quòd ſi quis vult uti, ac gaudere Beneficio Statuti, te-
netur præciſè illius qualitates, ac requiſita juſtificare;
adeò ut ſi Capitulum aliquem admiſiſſet ad poſſeſſio-
nem Canonicatus, tanquam pollentem qualitate Nobi- 30
litatis, vel alia, per Statutum requiſita, hujuſmodi
poſſeſſio non eſſet manutenibilis, deficiente eadem qua-
litate. *Rot. poſt Poſth. de Manut. dec.* 186. *num.* 10. *& co-
ram Merl. dec.* 106. *num.* 10. Maximè ſi Capitulum ſub 31
conditione, quòd adeſſet in admiſſo dicta qualitas, poſ-
ſeſſionem tradidiſſet. *Poſth. d. tract. obſerv.* 50. *numer.* 1.
in fin. & Rot. poſt eum deciſ. 556. *num.* 2. *& cor. Penia dec.*
1332. *la* 2. *per tot.*

Denique ad hanc materiam notandum eſt, quòd Ca-
pitulum propria auctoritate non poteſt coodere Statu-
tum, quòd non admittantur ad Caoonicatus, niſi No- 32
hiles, utpote importans reſtrictionem Eccleſiaſticæ li-
bertatis providendi de Beneficiis Clericos benemeritos,
non habentes hujuſmodi qualitatem Nobilitatis. *DD.
in cap. penult. de Praeb. Ancbar. conſil.* 131. *circa med. Tira-
quell. de Nobilit. cap.* 20. *num.* 19. *Rot. in Auguſtana Ca-
nonicatus* 26. *Junii §. Reſpectu, coram* R. P. D. *Criſpo* So-
let tamen tale Statutum, à Capitulo conditum, ex ra- 33
tionabilibus cauſis à *Sacr. Congreg. Concilii* confirmari,
ut in *Baſilic.* 20. *Decembris* 1692. *lib.* 42. *Decret. fol.* 722.
Sicut ab eadem *Sacr. Congr.* confirmari ſolet Statutum, 34
mandans, quòd inter Canonicos oon recipiantur perſo-
næ, exercitio, vel natnra viles, aut infames, ut in
Seguntina 5. *Septembris* 1693.

Quòd ſi Pontifex vigore reſervationis provideat ali-
quem de Canonicatu in Eccleſia, in quo adſit ſimile Sta- 35
tutum, qui non habeat qualitates nobilitatis ab illo re-
quiſitas, ſuhſtinetur collatio, maximè ſi in Literis A-
poſtolicis adſit ſolita clauſula derogatoria Statutis, &
cooſuetudioibus. *Felin. in cap. nulli, num.* 4. *de reſcript.
Rocc. diſput. Jur. cap.* 170. *num.* 10. *& ſeq. Rot. coram E-
merix dec.* 1209. *num.* 18. *& in d. Auguſtana Canonicatus
§. Tantum*. Et hoc ampliatur etiam in caſu, quo Sta-
tutum à Sede Apoſtolica confirmatum fuiſſet, quia
nuoquam cenſetur, Papam ſe ipſum voluiſſe ligare, ſed
tantummodo inferiores Collatores, niſi ageretur de Sta-
tuto fundameotali Eccleſiæ, veluti condito in illius ere- 36
ctione. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. *§.* 1. *numer.*
55. *& ſeq.* cum aliis *in d. Auguſtana Canonicatus §. Maxi-
mè, cum ſeq.* & ut eſt caſus ut ſupra relatus, in erectio-
ne novarum Cathedralium in Belgio à *San. mem. Pio IV.*
de qua plenè fit mentio à *Van Expen. in Jus Canon. part.* 1.
tit. 10. *cap.* 1. *num.* 3. *& ſeq.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

Quod concernit Canonicos ſeparatim, non pertinet ad
Capitulum, & è converſo. Unde Canonici parti-
culares non poſſunt conveniri pro debito Capituli.
Tenetur tamen Capitulum ex delicto ſuorum Offi-
cialium. Quomodo retineri, & cuſtodiri debeaot
Scripturæ Capituli. Canonicus, an ſit teſtis, tam
favore, quàm contra Capitulum, & an poſſit age-
se ejus nomine ſine ſpeciali mandato. De incom-
pati-

patibilitate Canonicatus cum Parochiali, & de Beneficiis ſub eodem tecto. De Juriſdictione ordinaria, quæ devolvitur ad Capitulum Sede Epiſcopali, vel Abbatiali, vacantibus.

S U M M A R I U M.

1 *Capitulum Collegiatæ ſecularis non habet poteſtatem condonandi injuriam, Canonico intuitu perſonæ illatam,* & n. 2.
3 *Quod concernit Canonicos ſeparatim, non pertinet ad Capitulum, & è converſo.*
4 *Non poſſunt ſinguli Canonici conveniri pro debito Capituli,* & n. 5. 6. & 7.
8 *Capitulum tenetur ex delicto Officialium, quos eligit.*
9 *In his, quæ ſpectant ad Canonicos ut ſingulos, conſenſus præſtari poteſt, etiam ſeparatim, non Collegialiter.*
10 *Secus quoad ea, quæ ſpectant ad Canonicos, & Capitulum.*
11 *Literæ communes coram omnibus Capitularibus aperiendæ ſunt, & legendæ.*
12 *Capitulum non obligatur habere Notarium, ſeu Secretarium.*
13 *Poteſt vero, ſi voluerit, aſſumere pro tali miniſterio tam Clericos, quàm Laicos.*
14 *Capitulum tam Cathedralis, quàm Collegiatæ, habere debet Archivium, in quo conſerventur Scripturæ omnes, ut Libri, ac Sigillum Capituli.*
15 *Si Libri, ſeu Scripturæ, ſint rogatæ manu Notarii, probant etiam contra tertium.*
16 *Si verò conſcriptæ ſint per Canonicos, probant ſolùm contra Capitulares; & ab ipſis non poſſunt impugnari.*
17 *Circa reſidentiam, & abſentiam, ſtandum eſt Libro Punctatoris.*
18 *Quilibet Canonicus poteſt librum Punctatoris cernere, & ſi aliquem defectum reperiat, illum in Capitulo referre.*
19 *Unus, vel duo Canonici, ſunt idonei teſtes ad probandum ea, quæ fiunt in Capitulo.*
20 *Canonici teſtimonium ferre poſſunt in Cauſa Capituli ſuper Bonis communibus, ut Capitulo, & de ratione.*
21 *Et quamvis non ſint teſtes omni exceptione majores, non ſunt tamen repellendi,* & n. 22.
23 *Sunt magis integri teſtes Canonici pro Capitulo, quam Laici pro Univerſitate.*
24 *Non poteſt Canonicus Advocati munus exercere in lite mota contra Capitulum, & quomodo poſſit puniri.*
25 *Quando Canonicus teſtificari debeat contra Capitulum, & ad hoc compelli,* & n. 26.
27 *Poteſt etiam Canonicus agere contra Capitulum Judicio finium regundorum adverſus Concanonicum, & affertur ratio.*
28 *Et Canonicum in teſtem adducere contra alium Canonicum.*
29 *Quamvis ſingula officia ſingulis ſint committenda perſonis, Dignitatem tamen, & Canonicatum poteſt quis retinere, ubi talis viget conſuetudo,* & numer. 30.
31 *Dummodo non habeant onera incompatibilia.*
32 *Et ſepoſita etiam conſuetudine, valet Canonicus Dignitatem honorariam obtinere, & affertur ratio.*
33 *Et Epiſcopus conferens videtur tacitè diſpenſare.*
34 *Canonicalis Præbenda, & Beneficium ſimplex, cum diſpenſatione Epiſcopi licitè haberi poſſunt, etiamſi ſint intra idem tectum, quando unum non eſt ſufficiens pro victu Canonici.*
35 *Et Epiſcopus debet eſſe facilis ad impertiendam talem diſpenſationem.*
36 *Immò poterit conferre, nulla habita ratione, an alterum ex his Beneficiis ſit ſufficiens ad ſuſtentationem, ſi ita ferat conſuetudo.*
37 *In eadem verò Eccleſia non poteſt quis frui Capellania, Canonicatu, & Dignitate, abſque Indulto Apoſtolico.*
38 *Nec Pœnitentiarius poteſt in eadem Eccleſia poſſidere Beneficium ſimplex.*
39 *Canonico obtinente Beneficium Curatum, Canonicatus ipſo Jure vacat.*
40 *Sed non obligatur renunciare primum, niſi poſt duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis ſecundi.*
41 *Canonicus non poteſt renunciare propria auctoritate ſuo Canonicatui, & Præbendæ, abſque licentia legitimi Superioris.*
42 *Quotuplex ſit renunciatio, ſeu reſignatio,* & numer. 43.
44 *Reſignans tenetur exponere ſe ad titulum illius Beneficii fuiſſe ordinatum.*
45 *Ad permutandum coram Epiſcopo Canonicatum de Jurepatronatus requiritur expreſſa voluntas Patroni.*
46 *Quando Epiſcopus probare valeat permutationem abſque conſenſu Patroni,* & n. 47.
48 *In cujus manibus renunciatio fieri valeat,* & numer. 49.
50 *Reſignans tenetur curare, ut Patronus ad notitiam reſignationis perveniat.*
51 *Canonici tenentur obedire Epiſcopo, & adjuvare in regimine Eccleſiæ.*
52 *Ideo non poſſunt delegationem Cauſarum recuſare, alias mulctari poſſunt,* & n. 53.
54 *Canonicus non poteſt allegari ſuſpectus in Cauſa Concanonici.*
55 *Secus in Cauſa Capituli.*
56 *Canonicus non poteſt ſine mandato agere in Judicio pro Canonico.*
57 *Admittitur verò ad agendum pro defenſione Jurium ſui Capituli, data cautione de rato.*
58 *Sed debet probare ſe eſſe Canonicum ipſius Eccleſiæ.*
59 *Canonicus agens negotia ſui Capituli, abſque ejus commiſſione, quando poſſit repetere expenſas,* & numer. 60.
61 *Camerarius, terminato officio, tenetur coram Deputatis reddere rationem ſuæ adminiſtrationis.*
62 *Canonicus tenetur exigere intra annum, aliàs tenetur de proprio.*
63 *Et tam iſte, quàm alius Officialis, non poteſt eligi ad aliud Officium, non reddita priùs ratione ſuæ adminiſtrationis.*
64 *Camerarius poteſt per viam Juris compelli ad diſtribuendum fructus exactos, etiamſi non omnes fuerint exacti.*
65 *Non licet cuivis Canonico ſcribere literas nomine Capituli, abſque commiſſione majoris partis, & poteſt puniri.*
66 *Et hujuſmodi literæ nullum præjudicium afferunt Capitulo,* & n. 67.
68 *De iis, quæ in Capitulo tractata ſunt, non licet Canonicis extra illud cum extraneis loqui,* & numer. 69. & 70.
71 *Quibus pœnis plectendus ſit Canonicus, qui ſecreta Capituli propalet,* & n. 73.
72 *Conſules revelantes ſecreta Communitatis, Officio privantur.*
74 *Capitulum Collegiatæ, ab Epiſcopo exemptæ, quæ Præpoſitum habeat cum omnimoda Juriſdictione, ipſo è vita decedente, in ejus Juriſdictione ſuccedit, prout Capitulum Cathedralis, Sede Epiſcopali vacante.*
75 *Ad quæ extendatur hoc caſu utriuſque Capituli poteſtas,* & numer. 76. 77. 78. 79. & 80. *ubi remiſſivè.*
81 *Exortatio ad Canonicos de his, quæ ad eorum officium pertinent,* & num. 84.
82 *Quod commune eſt, communiter negligi ſolet.*
83 *Communitas regulariter eſt ingrata iis, qui illi benefaciunt.*

T I T U L U S XVI.

CApitulo Collegiatæ Eccleſiæ Secularis non eſt po-
teſtas condonandi injuriam, alicui Canonico in- 1
tuitu perſonæ illatam. *Zabarell. in clem. 1. de for. com-
pet. num. 2. Say. de Cenſur. lib 2. capit. 18. num. 9.* Ratio
eſt, quia injuria facta Canonico pro ejus cauſa, non
redundat in dedecus Capituli, quod differt à ſingulis de 2
Capitulo, uti docent *Rub. l. ex. V. Capitulum, num. 12.*
& fusè *Franc. dec. 2. per tot.* Quod concernit Canonicos 3
ſeparatim, non pertinet ad Capitulum, & è conver-
ſo. *Jo: Pont. dec. 15. num. 1. Cancer. Var. de Servit. c.
5. num. 7.* Non poſſunt ſinguli Canonici conveniri pro 4
obli-

obligatione, ſive debito Capituli. *Ancharan. in capit.*
mandatum, num. 1. de præb. in 6. Corneus conſ. 89. *nu-*
mer. 11. *volum.* 2. Quia ſicut ſi quid debetur Capitulo,
5 ſingulis non debetur. *Villagut. ubi ſupra capit.* 101. *in*
6 *fin.* ita debitnm Capituli non eſt debitum ſingulorum.
Fely. in capit. cam te, num. 14. *de reſcript. Afflict. deciſ.*
7 400. *num.* 2. & ſolutio debet fieri de bonis communi-
bus. *Vidal. l. cit. inquiſ.* 14. *num.* 13. Tenetur tamen
8 Capitulum ex delicto Officialium, quos eligit, ut do-
cet *Abb. in ſuis Singul. V. Capitulum, & V. Univerſitas.*
In bis, quæ ſpectant ad Canonicos ut ſingulos, con-
9 ſenſus poteſt præſtari ſeparatim, etiam non collegiali-
ter. *gloſſ. in extravag. cum inter Jo:* 22. *de Verb. ſignif. &*
in capit. Si Archiepiſcopus, de tempor. ordin. Secus in re-
10 bus, quæ ſpectant ad Canonicos nt Capitulum; ra-
tionem aſſignant *Deciſ. conſ.* 437. *num.* 3. *Mart. de Ju-*
riſdict. part. 1. *capit.* 11. *num.* 54. Literæ communes,
coram omnibus intereſſe habentibus, collegialiter con-
11 gregatis, aperiuntur per Secretarium Capituli, vel
alium ab eo depotatum, qui præfatis omnibus viden-
tibus, & audientibus, eas aperire, ac intelligibili vo-
ce legere debet; ita de mente *Sacræ Congr.* tradit *Ga-*
vant. in Man. V. Capitulum, numer. 35. Non obligatur
12 Capitulum, Notarium, aut Secretarium retinere; ut
ſentit *Farin. dec.* 217. *num.* 2. *part.* 2. & cenſuit *Sacr.*
Congr. Concil. ad capit. 6. *ſeſſ.* 25. Poteſt verò, ſi pla-
cuerit, ipſos aſſumere miniſtros tam Laicos, quàm
Clericos. *Vener. l. cit. lib.* 4. *cap.* 29. *num.* 22. & de-
13 claravit *Sacr. Congreg.* apud *Marzill. l. cit. lib.* 4. *fol.* 5.
Antedictæ literæ miſſivæ, aliquod Capituli intereſſe
continentes, reponendæ ſunt in Archivio, quod tam
Cathedralis, quàm Collegiatæ Capituli, habere de-
bent in aliquo tuto loco Eccleſiæ, eique præficiuntur
14 duo Canonici cum clavibus diverſis, ibique conſervan-
tur, Sigillum Capituli, Liber Inventarii bonorum Ca-
pituli, Volumen Statutorum, ac Decretorum Capi-
tularium, omneſque Scripturæ, & Libri, ſpectantes
ad Canonicos, tam conſideratos uti univerſos, quàm
uti ſingulos. *Brancat. in Epit. V. Archivium,* & innuit
Gratian. diſcept. for. capit. 142. *num.* 27. Qui Libri ſi ſint
rogati per Notarium Capituli, fidem faciunt etiam
15 contra tertium, ut notant *Urſell. ubi ſupra concl.* 137.
num. 27. *& Baratt. deciſ.* 539. *num. ult. in addit.* Si autem
ſint exarati per Canonicos, probant dumtaxat contra
16 ipſos de Capitulo, & fides ex his Libris deſumpta,
non poteſt à Capitularibus impugnari. *Caputaq. deciſ.*
156. *num.* 1. *Ludoviſ. deciſ.* 159. *num.* 2. *Rot. part.* 7. *di-*
ver. dec. 308. *num.* 19. & ideò circa reſidentiam, & ab-
17 ſentiam, ſtandam eſſe Libro Punctatoris, tenent, *Fe-*
lyn. in cap. Ad audientiam, num. 16. *de præſcript. Anchar.*
conſ. 44. *num.* 5. *Farin. deciſ.* 629. *num.* 1. *part.* 2. *Duran.*
part. 1. *deciſ.* 216. *num.* 1. *& dec.* 222. *num.* 2. Poteſt ta-
men quilibet Canonicus Punctatoris Librum cernere,
18 ac ſi aliquem reperiat defectum, in Capitulo referre,
ut ioquit *Vener. de Exam. Epiſcop. loc. citat. capit.* 43. *nu-*
mer. 9.

Unus, vel plures Canonici, ſunt idonei teſtes pro
19 probandis, quæ fiunt in Capitulo. *Archid. in capit. ve-*
niens, de teſt. Bover. in ſingul. V. Teſtis, num. 43. *Sylv. eo-*
dem V. num. 1. Atque poſſunt teſtimonium ferre in cau-
ſa, quæ vertit inter Capitulum, & alios, circa bona
20 communia pluribus ut Capitulo, quia tali caſu teſtifi-
cantur ut ſinguli. *Bald. in cap. edoceri, de reſcript. Ma-*
ſcard. de Prob. conſ. 271. *num.* 9. *Vivian. ſuper capit. teſtis,*
de probat. ubi aliam affert rationem. Et quamvis non
21 ſint teſtes omni exceptione majores, ſi eis ut univerſis
aliqua proveniat utilitas, ex *Natta conſ.* 672. *num.* 58.
22 *Honded. conſ.* 17. *num.* 45. *lib.* 1. tamen non poſſunt re-
pelli. *Brancat. V. Canonici,* quoad *teſt. & Put. deciſ.* 15.
lib. 3. & ſunt magis integri teſtes Canonici pro Capitu-
23 lo, quàm Laici pro Univerſitate, ut ſatis probat *An-*
ton. de Butr. ſuper capit. cum nuncius, de teſt. Non po-
teſt Canonicus advocare in lire ab aliis mota contra
24 Capitulum, aliàs tanquam ingratus poteſt ab eodem
Capitulo privari voce, menſa Capitulari, & aliis emo-
lumentis. *gloſ. in capit. veniens, de teſt. V. Canonico. Abb.*
antiq. in capit. ult. de procur. Diaz in Prax. capit. 65. *Sal-*
zed. ibid. Veruntamen, ſi aliquis Canonicus in defe-
ctum extraneorum eſſet, vel à Laico, inductus con-
25 tra Capitulum, debet pro veritate teſtificari, quo-
niam hoc eſt onus neceſſarium. *Boich. in c. Sacerdotes,*
numer. 1. *de poſtul. Duoyz V. Beneficiatus,* & poteſt ad hoc 26
compelli. *Maſcard. de Prob. conſ.* 306. *num.* 5. *tom.* 1. *Spe-*
rell. deciſ. 71. *num.* 48. *vol.* 1.

Poteſt etiam Canonicus agere contra Capitulum ju-
dicio finium regundorum adverſus Concanonicum, ac
litigare pro augumento ſuæ Præbendæ, pariter funda- 27
tæ de bonis Eccleſiæ, cum parvi referat Capituli, num
magis adjudicetur uni Præbendato, quàm alteri. *Bald.*
in d. cap. doceri, num. 14. *& in cap. ex literis, num.* 8. *de*
probat. Atque fas eſt alium Canonicum in teſtem addu-
cere contra alium ejuſdem Eccleſiæ Canonicum, *gloſ.* 28
in cap. cum R. de off. deleg. ubi Felyn. Barb. in cap. Pruden-
tia 4. *quæſt.* 2. *num.* 6. Quamvis ſingula officia ſingulis
ſint committenda perſonis: *cap. cum ad ſingula, de præb.* 29
in 6. Dignitatem tamen, & Canonicalem Præben-
dam, poteſt quis retinere, ubi talis viget conſuetu- 30
do. *Azor. part.* 2. *lib.* 3. *capit.* 11. *quæſt.* 18. Intellige,
dummodo non habeant onera repugnantia, hoc eſt eo- 31
dem tempore incumbentia, ut advertunt *Pariſ. conſ.*
39. *num.* 15. *part.* 4. *Nav. conſ.* 21. *de præb. Leſſ. de Juſt.*
& Jur. lib. 2. *capit.* 34. *num.* 144. *Put. deciſ.* 189. *lib.* 3.
Atque ſepoſita conſuetudine, poteſt Canonicus obti-
nere Dignitatem honorariam, de qua ſuperiùs *Lib. I.* 32
præfati ſumus, cum enim non habeat niſi purum no-
men, ceſſat ratio impotentiæ ſervitii in utroque. *Ho-*
jed. de Incompat. part. 1. *capit.* 13. *num.* 1. *Sylv. V. Benefi-*
cium, num. ultim. Lara de Capell. lib. 2. *cap.* 3. *num.* 15.
Sanchez loc. cit. lib. 2. *capit.* 2. *dub.* 17. *num.* 23. Et E-
piſcopus conferens, videtur tacitè diſpenſare. *DD.* apud
Bonac. de Cenſur. diſput. 3. *quæſt.* 1. *punct.* 4. *§.* 2. *nu-* 33
mer. 1.

Canonicalis Præbenda, & Beneficium ſimplex, tam
liberæ collationis, quàm de jurepatronatus; licitè ha-
betur cum diſpenſatione Epiſcopi, etiamſi ſint intra
idem tectum, quando unum non eſt ſufficiens pro vi-
ctu Canonici. *Gomeſ. de Lit. Grat. loc. cit. fol.* 29. *Gon-* 34
zal. ubi ſupra. gloſ. 10. *num.* 41. *Garc. de Ben. part.* 11. *c.*
5. *num.* 373. *Fagundez loc. cit. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 4. *Leon-*
cill. de Privil. Paup. loc. cit. priv. 40. *num.* 5. *Caſtr. Pal. part.*
2. *tract.* 13. *dub.* 4. *punct.* 3. *num.* 1. Et Epiſcopus debet
eſſe facilis ad impertiendam talem diſpenſationem, 35
ut Canonicus valeat honorabiliùs ſubſteotare Cano-
nicatus gradum. *Gomeſ. loc. cit. in fin.* Immò poterit con-
ferre nulla habita ratione, an alterum ex his Bene-
ficiis ſit ſufficiens ad ſubſtentationem, & id de con- 36
ſuetudine. *Moſcon. loc. cit. tit. de ben. fol.* 453. In eadem
verò Eccleſia, abſque indulto Papæ, quis non poteſt
eſſe triplex, nempè fruendo Capellania, Canonicatu,
& Dignitare, ita docent *Monet. de Opt. capit.* 6. *quæſt.* 6. 37
num. eod. Zambell. l. cit. V. Beneficiatus, & Grat. diſcept.
for. cap. 133. *num.* 18.

Nec poteſt Canonicus Pœnitentiarius in eadem Ec-
cleſia poſſidere Beneficium ſimplex, cum jam gaudeat 38
officio Pœnitentiariæ, & Canonicatu; prout adver-
tit *Antonell. loc. cit. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 19. Canonico ob-
tinente Beneficium Curatum, Canonicatus ipſo jure 39
vacat. *Campanil. loc. cit. rubr.* 12. *capit.* 7. *num.* 20. Sed
non obligatur primum renunciare, niſi per duos men-
ſes à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis ſecundi. *Ricc. in* 40
Prax. part. 3. *reſ.* 302. *Garz. loc. cit. num.* 55. Ratio aſſi-
gnatur à *gloſ. in capit. Si tibi, de præb. in* 6. Canonicus
non poteſt propria auctoritate renunciare, ſive reſigna- 41
re ſuum Canonicatum, & Præbendam abſque licentia
legitimi Superioris. *capit. olim, de rer. permut. ubi Innoc.*
& Abb. Angel. V. Permutatio, num. 3. Renunciatio eſt du-
plex, conditionalis, & ſimplex. Primo modo, ſcili-
cet ad favorem certæ perſonæ non poteſt fieri, niſi co-
ram Summo Pontifice. *gloſ. in cap. ex parte, de off. de-* 42
leg. Marta Digeſt. nov. tit. Reſignatio, capit. 44. Secundò
modo effici poteſt in manibus Epiſcopi, vel Capituli,
cujus eſt collatio; neminem tamen deſignando, cui ſit 43
ab eis conferenda, *capit. ſignificaſti, de elect. Farin. deciſ.*
124. *num.* 4. *part.* 1. Atque tenetur exponere, ſe ad il-
lius titulum fuiſſe Sacris initiatum, ut notant *Valer. V.* 44
Subreptio, diff. 1. *& alii.*

Ad permutandum Canonicatum de Jurepatronatus
requiritur penes Epiſcopum expreſſa voluntas Patro- 45
ni. *Vaſc. loc. cit. capit.* 2. *§.* 4. *diſt.* 4. *Azor. loc. cit. lib.* 7.
capit. 29. & recuſante Patrono, non poterit Epiſco- 46
pus permutationem approbare, niſi id poſcat neceſſi-
tas illius Eccleſiæ; ut benè obſervat *Barboſ. in Vot. de-*
ciſ.

47 *ciſ. part. 1. vot. 56. num.* 39. Aliàs permutatio non valet.
Moſcon. loc. cit. tit. de Beneſ. cap. 2. Poſſidens Canonica-
48 tum de jurepatronatus Laicorum, non poteſt eum re-
nunciare in manibus Laici. *c. quod in dubii, de renunt.*
49 *ubi gloſ.* ſed in manibus Epiſcopi, coram quo actus fie-
ri poteſt, etiam non convocato Patrono. *Zabarell. in
clem. 1. num. 18. de renunc. Abb. in cap. alt. eod. tit. num.*
18. Tenetur tamen procurare, ut id ad ejus notitiam
50 perveniat, ut valeat alium præſentare; ut not *Calder.
conſ. 6. de renunc.*

Canonici tam Cathedralis, quàm Collegiatæ, te-
51 nentur obedire Epiſcopo, & adjuvare in onere Eccle-
ſiæ. *Moſcon. loc. cit. cap. 15. in fin.* & propterea recuſare
non poſſunt delegationem Cauſarum, ac alia officia
52 neceſſaria pro Tribunali Epiſcopi, *ut ex cap. Paſtoralis
de off. deleg.* notat *Genaen. loc. cit. quæſt. 241. num.* 3. E-
53 piſcopus enim eſt Eccleſiarum, & Canonicorum domi-
nus, & talem negantes, ab eo mulctantur, ad tradita
in cap. gravem, de exceſſ. Prælat.

Canonicus non poteſt ut ſuſpectus allegari in Cau-
54 ſa ſibi delegata circa bona Præbendæ diſtinctæ ſui
Concanonici, de qua nullum ſibi provenit commo-
55 dum; ita probabiliter tenet *Farinac. in Pract. Crim.
part. 3. capit. 60. num.* 461. ſecus in cauſa ſui Capi-
56 tuli. *Graſſ. except. 24. numer. 23. Ricc. deciſ. 179. n.
5. part. 1.*

Canonicus non poteſt ſine mandato in Judicio age-
re pro Concanonico. *Ripa in cap. cum M. num. 67. de
conſt. Roman. ſingul.* 656. Admittitur verò ad agendum
pro defenſione jurium ſui Capituli abſque mandato,
57 data cautione de rato. *gloſ. in d. capit. cum M. V. ſo-
cii. Card. Turrecr. in capit. Nicena, diſt. 31. Caputaq.*
58 *dec. 91. num. 4. part. 1. cum aliis*, ſed debet probare ſe
eſſe Canonicum ipſius Eccleſiæ. *Maſcard. loc. cit. concl.
58. num. 1.*

Canonicus, promovens negotia ſui Capituli abſque
59 ejus commiſſione, ſi geſſit utiliter, & res habuit effe-
ctum, poterit repetere expenſas, quas Capitulum tene-
tur reficere. *Bald. in cap. cum pro cauſa, num. 1. de pro-
car. Oldrad. conſ. 38. num. 2. Duard. ubi ſupra dec.* 287. Ali-
60 ter dicendum ſi res optatum effectum ſortita non fue-
rit. *Alagon. ſuper d. capit. cum pro cauſa.* Camerarius,
61 poſt ſuum officium terminatum, coram Capitulo, vel
Deputatis, rationem reddere tenetur de his, quæ admi-
niſtravit. *Bero. conſ. 191. n. 13. vol. 1.* & protrahens exa-
ctionem, quam eſt obnoxius intra annum perficere, de
62 proprio obligatur perſolvere quicquid exigendum ſu-
pereſt, ut probat *Genaen. loc. cit. quæſt. 443. num. 2.* At-
que tam Camerarius, quàm alius, ad officium reeligi
63 non poteſt, niſi prius rationem reddat anteactæ admi-
niſtrationis; ut tradunt *Fragoſ. loc. cit. lib. 7. dub. 20. nu.
5. tom. 1. & Barb. in Vot. Dec. Can. vot. 39. num. 68. lib.*
2. Poſſuntque Canonici per viam juris ipſum Camera-
64 rium conſtringere ad diſtribuendum fructus, & pro-
ventus, quos exegit, etiamſi non omnes fuerint exacti.
Genuen. ubi ſupra, quæſt. 629. num. ult. Quivis Canoni-
cus non poteſt abſque commiſſione majoris partis Capi-
tuli literas nomine Capituli alicui ſcribere, aliàs gravi-
65 ter delinquit, & tanquam falſarius debet ab Epiſcopo
puniri, inſtante Capitulo; ita docet *Daoyz in ſuo Repert.
V. Capitulum*, & favet *gloſ. in cap. ex literis, de teſt.* At-
que hujuſmodi literæ, abſque dicto mandato exaratæ,
66 nullum afferunt præjudicium Capitulo, etſi eſſent ſi-
gillatæ Capitulari Sigillo, ad tradita per *Rot. part. 3.*
67 *diver. dec. 57. numer.* 3. Ratio eſt, quia debet conſtare
de auctoritate ſigillantis. *Bald. in capit. Tertio, num. 8.
de probat.* De iis, quæ dicta, vel facta fuerunt à Ca-
68 nonicis in Capitulo, nemini licet extra cum extra-
neis diſcurrere; ut advertit *Homob. in com. part. 1. tract.
1. quæſt. 35. capit.* 3. ubi inter ea, de quibus ab Epi-
69 ſcopo examinandus eſt ad novum Canonicatum reci-
piendus, vel inſtituendus hoc quæſitum ponit, quo
peccati genere delinquat, qui inſinuata revelat: cir-
ca quod videantur idem *Homobon. de Stat. hum. vit.
part. 7. capit. 22. & Meneb. de Arbitr. Judic. caſ.*
319.

Capitulum valdè rationabiliter condit Statutum ju-
70 ratum de non propalanda, quæ in Capitulo tractan-
tur, intereſt enim, nè ejus colloquia pandantur foren-
ſibus, ut notant *Villag. loc. cit. part. 5. c. 36. numer.* 11.

Canonici, qui juxta fœminarum modum, quæ, teſte
D. Hyeron. tom. 2. Epiſt. fol. 148. nihil retinere norunt,
extra Capitulares limites ſecreta Capituli prodide- 71
rint, plectendi ſunt pœnis à Statuto, & à Jure
communi impoſitis, de quibus *Hoſt. in cap. Clericos,
de vit. & hon. Cleric, & Lopez in Add. ad Diaz. ca-
pit.* 106. Et ſicut Conſules, revelantes ſecreta Com- 72
munitatis, officio privantur; ad tradita per *Clar. in
Prax. libr. 5. quæſt. 73. numer.* 6. ſic Canonicus hoc
vitio maculatus, eiiciendus eſt extra Capitulum, 73
ut loquit *Raguc. de Voc. quæſt. 25. num. 3. & quæſt.* 18.
num. 4. Jam effati ſumus de poteſtate, quam retinent,
Canonici Epiſcopo ſubjecti, tam Cathedralis, quàm
Collegiatarum Eccleſiarum ſuæ Civitatis, & Diœ-
ceſis, & non ignorandam, ut notat, *Bero, in Rubr.
de conſt. num.* 4. eadem facultate in condendis Statu-
tis, & aliis, gaudere Canonicos ab Epiſcopo exem-
ptæ Collegiatæ cum conſenſu Præpoſiti ejuſdem Ec-
cleſiæ, habentis omnimodam juriſdictionem, & ter-
ritorium diſtinctum. Inſuper ſi contigerit, ipſum ex
hac vita decedere, Capitulum ſuccedit in ejus au- 74
ctoritate judiciali, & juriſdictione, prout Capitu-
lum Cathedralis Sede Epiſcopali vacua, verè, ſcili-
cet poſt mortem naturalem Epiſcopi, aut fictè, hoc
eſt, quia Epiſcopus fuerit ingreſſus in aliquam Re-
ligionem, vel translatus ad aliam Eccleſiam; ſucce-
dit in Epiſcopi Juriſdictione Ordinaria. *Sbroz. de Of-
fic. Vic. lib. 3. cap. 42. Dian. part. 11. tract. 3. reſolut. 24.
Sperell. dec. 31. n. 2. part. 1.* Quapropter utrunque Ca- 75
pitulum reſpectivè eligit Vicarium Capitularem. *Qua-
rant. in Summ. V. Capitulum*, & poteſt condere leges,
& Statuta etiam cum pœnis, circa ſtatum Eccleſiæ, 76
obligantia totam Diœceſim, ut poſt alios notat *Dian.
part. 11. tract. 3. reſolut.* 24. Amplia etiamſi eſſent con-
tra Conſtitutiones Synodales prædefuncti Epiſcopi: 77
dummodo Capituli Decreta non exiſtant contra Jus
commune. *Bott. de Synod. part. 3. num. 124. Boſſeus loc.
cit. V. Capitulum, num. 6. Franc. Pavin. in tract. de Off.
& Poteſt. Cap. Sed. vac. quæſt. 5. num.* 7. Poteſt condo-
nare pœnas ab Epiſcopo inflictas, vel alio modo gra- 78
tiare. *Novar. QQ. For. part. 1. quæſt. 102. num.* 5. ac Vi-
carios Foraneos, ab Epiſcopo, jam creatos remove- 79
re, atque novos conſtituere. *Pavin. loc. mox. cit. part.
2. quæſt.* 10.

Circa poteſtatem Capituli Sede Epiſcopali, vel quaſi
Epiſcopali vacante, hæc pauca tetigimus, quia in fa-
cti contingentia hìc recenter evenerunt. Cætera, quæ
ſunt perplura, conſulto prætermittimus; Tum quia
non ſunt noſtri inſtituti, tum quia nimium creſcerent
paginæ hujus Libri; ſi quis id ſcire cupiat, adeat *Ca- 80
ſtr. Pal. part. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 29. Garc. Zerol.
Antonell. Pavin. Boſſev. Sbroz. loc. cit.* & ſignanter *Qua-
ran. in Summ. Bullar. V. Capitulum, per tot. ubi num.* 1.
recenſet multa jura, ad hanc materiam ſpectantia.
Ut autem huic Operi finem imponam, extrema jun-
gendo primis, dixero: Sit cordi omnibus, & ſingu-
gulis Canonicis in Choro honeſtas, in Altari ſum-
ma reverentia, in Capitulo utilitas agendorum. Pri-
mariò in Divini Cultus manutentione, ac propagatio-
ne ſint intenti: Secundariò in rerum temporalium
Eccleſiæ, & Capituli defenſione, atque ampliatione, 81
ſine quibus Capitulum Canonicorum ſecularium ne-
quit conſiſtere, ut notabiliter inquit *Gennen. Pract.
QQ. Eccleſ. quæſt.* 546. & conſonat *cap. cum ſecun-
dum, de præbend.* Quod commune eſt, communiter
negligi ſolet. *Mantiſſ. de Jur. Burg. cap. 1. num. 705.
gloſſ. in capit. Nè Sede vacante, & in Extravag. quia
quorundam Joan: XXII.* quod provenit, quia Com-
munitas regulariter eſt ingrata his, qui ei beneſa-
ciunt, teſte *Divo Auguſtino de Civit. Dei lib. 3. verit.
9 & Oleaſter. ſuper Exod. capit.* ...... ait, *Nemini ſer-
vit, qui Communitati ſervit.* Attamen Canonici, his
humanis curis poſtpoſitis, ſint omninò intenti ad exe-
quenda, quæ debent juxta munus ſuum, ob merce-
dem, quàm à Deo conſequentur æternam, & ſci-
ant novi Canonici, eos, qui in prima erectione fue-
runt inſtituti, multos labores: & moleſtias paſſos fuiſ-
ſe, pro benè conſtituenda hac Collegiata, & grati
ſint, quæſumus, pro nobis Preces offerre ad Altare
DEI; cui ſit omnis laus, honor, & gloria.

ARGUMENTUM.

De pluralitate Beneficiorum, & quis ſuper ea diſpenſare valeat. Quæ ſint conſideranda, ad effectum judicandi ſufficientiam Beneficii pro congrua Beneficiati ſuſtentatione, aliaque plura, ad materiam ſpectantia.

SUMMARIUM.

1 *Pluralitas Beneficiorum exoſa in Eccleſia ſemper fuit.*
2 *Et damnatur à* Tridentina Synodo ſeſſ. 24. c. 17. de refor. *permittente ſolùm aliud ſimplex Beneficium, quatenus primum non ſufficiat ad vitam honeſtè ſuſtentandam.*
3 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt ſuper retentione tertii Beneficii pariter ſimplicis, licèt duo priora ſint inſufficientia*, & num. 26. *ubi rejicitur contraria opinio.*
4 *Immò idem Epiſcopus permittere nequit retentionem trium Beneficiorum ſimplicium, ad vitæ ſuſtentationem inſufficientium.*
5 *Et per aſſecutionem tertii Beneficii vacant duo priora.*
6 *Quod procedit, etiamſi Beneficia fuerint de Jurepatronatus.*
7 *Quinimmò ſiquis poſt obtentum Beneficium ſimplex, proviſus fuerit de alio Beneficio, ad congruam ſuſtentationem ſufficienti, primùm ipſo jure vacat.*
8 *Et utrumque Beneficium retinens peccat mortaliter.*
9 *Poteſt tamen Epiſcopus ſuper duobus Beneficiis, quæ alioquin non ſint incompatibilia, diſpenſare, etiamſi ſint ſub eodem tecto, & quando.*
10 *Undè poteſt retineri, abſque diſpenſatione Apoſtolica, cum Canonicatu in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, Beneficium, ſive Capellania ſimplex, dummodo unum non excedat congruam ſubſtentationem.*
11 *Neceſſe tamen eſt, quòd Beneficia prædicta ſint difformia, & quomodo intelligi debeat iſta difformitas,* & n. 12. & 13.
14 *Non arcetur incompatibilis cum Canonicatu Capellania, quæ non habet onus reſidentiæ, niſi cauſativè, hoc eſt ad effectum lucrandi Diſtributiones.*
15 *Item excluditur talis incompatibilitas, quando ſervitium Capellaniæ impleri poteſt per alium.*
16 *Reſidentia præciſa non cauſatur ex quo inflicta eſt pœna non reſidentibus.*
17 *Hanc incompatibilitatem non cauſant Penſiones, etiamſi ſint plures ſub eodem tecto,* & n. 25.
18 De *qua tamen opinione plurimi dubitant.*
19 *Quando Beneficium dicatur ad hunc effectum ſufficere pro congrua Beneficiati ſubſtentatione,* & numer. 20.
21 *Quæ onera ſint detrahenda, ad effectum judicandi ſufficientiam Beneficii,* & n. 22.
23 *Non eſt habenda ratio patrimonii, licèt opulenti, ipſius Beneficiati.*
24 *An computandi ſint fructus certi, & quales.*
27 *Quæ ſit virtus decreti irritantis.*

ANIMADVERSIONES.

Beneficiorum pluralitatem ſemper exoſam habuit
Eccleſia, per ea, quæ fusè, & doctè ſuo more re-
1 cenſuit *Thomaſſin. de Beneſic. part. 2. lib. 3. cap. 1. uſque ad*
10. Undè etiam in *Tridentin. Synodo ſeſſ. 24 cap. 17. de*
ref. Statutum fuit, *ut unum tantùm Beneficium Eccleſia-*
2 *ſticum ſingulis conferatur; Quod ſiquidem ſi ad vitam*
ejus, cui confertur, honeſtè ſubſtentandam non ſufficiat, li-
ceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo utrum-
que perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferre.
Juxta quod Decretum Epiſcopus non poteſt diſpen-
ſare ſuper retentione tertii Beneficii, item ſimpli- 3
cis, licèt duo priora ſint inſufficientia ad vitæ ſub-
ſtentationem, ut cenſuit *Sac. Congregatio in Anagnina*
15. Aprilis 1626. Sacra &c. cenſuit, non poſſe abſque
proviſione Sedis Apoſtolicæ tertium Beneficium retineri,
quamvis duo priora ſint ad obtinentis ſubſtentationem in-
ſufficientia & in Alexanea. 14. Novembris 1654. ita ut
Epiſcopus nec etiam permittere queat, at ali-
quis Clericus abſque diſpenſatione Apoſtolica reti- 4
neat tria Beneficia ſimplicia ad vitæ ſubſtentationem
inſufficientia, de quibus reperiebatur ante proviſus,
ut reſpondit *in Caznolen. 13. Maii 1651.* Et quòd per
aſſecutionem tertii Beneficii vacent duo priora, fir- 5
mant *Garz. de Beneſic. part. 11. cap. 5. num. 310. Panimoll. dec. 31. n. 38. & 39. De Luc. de Beneſic. diſc. 119. ferè per tot. Rot. dec. 250. n. 2. part. 2. tom. 1. rec. & in Truden. Beneficii 20. Aprilis 1703. §. Addebatur, cor. Card. Caprara.* Quod procedit, etiamſi Beneficia eſſent Ju- 6
riſpatronatus, ut eadem *Sac. Congregatio* reſpondit *in*
Sulmonen. 3. Decembris 1639. Panimoll. ubi ſup. num. 42. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 17. num. 8. De Luc. ubi ſup. Rot. dec. 216. n. 22. p. 6. & pleniùs *dec. 332. à n. 17. ad fin. p. 19. tom. 2. recen.*

Quinimmò ſi aliquis, obtinens Beneficium ſimplex,
ſubindè proviſus fuerit de alio Beneficio, ad con-
gruam ſubſtentationem ſufficienti primum ipſo jure va- 7
care cenſuit, eadem *Sac. Congr. in Feſulana 19. Septembris 1648. Quærit Epiſcopus, An ſi obtinens Beneficium ſimplex de Jurepatronatus Laycorum, ad cujus titulum fuit ordinatus, provideatur de alio Beneficio Curato, ad illius congruam ſubſtentationem ſufficienti, data pacifica poſſeſſione, & fructuum perceptione, An inquam ex diſpoſitione Sac. Concilii dicatur primum Beneficium ſimplex vacare ipſo jure abſque alia ſententia privationis. Die 3. Januarii 1649.*

Sacra &c. ſecundùm ea, quæ proponuntur, cenſuit, primum Beneficium, etſi ad illius titulum obtinens fuerit ordinatus, ipſo jure vacare abſque alia privationis ſententia, & hanc opinionem ſequitur etiam *Panimoll. dec.*
31. num. 37. & quod peccet mortaliter, tam ex men-
te Theologorum, quàm Canoniſtarum, retinens utrum-
que Beneficium, latiſſimè *Rubeus in Addit. ad dec. 90.* 8
per tot. part. 9. tom. 1. rec. & ad dec. 254. art. 2. & 3. eadem part. 9.

Quatenus verò Beneficia non ſint alioquin incompa-
tibilia, poteſt Epiſcopus ſuper duobus diſpenſare, et-
iam ſub eodem tecto, quando quodlibet per ſe non ſit 9
ſufficiens ad congruam Proviſi ſubſtentationem, cum
Concilium ind. cap. 17. non ademerit Epiſcopis facul-
tatem diſpenſandi ſuper duobus Beneficiis diſſimili-
bus, ut ſæpiùs reſpondit eadem *Sac. Congregatio*, &
ſignanter *in Neocaſtren. 3. Februarii 1629. & in Alexandrina 17. Junii 1630.* ſequentis tenoris. *Sacra &c. inhærendo declarationibus, aliàs factis, cenſuit facultatem diſpenſandi ſuper duobus Beneficiis diſſimilibus ſub eodem tecto, quam habet Epiſcopus ex diſpoſitione Juris Communis, non eſſe ſublatam à Concilio Tridentino cap. 17. ſeſſ. 24. de ref. dummodo quodlibet per ſe non ſit ſufficiens ad congruam ſubſtentationem Proviſi.*

Idem cenſuit in una *Burgi S. Sepulchri 24. Aprilis 1632. & in Caeſenaten. 20. Septembris 1631.*

Undè poteſt retineri cum Canonicatu in Eccleſia
Cathedrali, vel Collegiata, Beneficium, ſive Capel- 10
lania ſimplex; abſque Apoſtolica diſpenſatione, tam-
quam non incompatibile, licèt ſub eodem tecto, dum-
modo unum non excedat congruam ſubſtentationem.
Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 17. num. 13. & 14. latè Fagnan. in cap. literas, de conceſ. Præb. à num. 40 ad ſeqq. & n. 67. & 68. Pariſ. de Reſignat. Benef. l. 3. quæſt. 1. n. 128. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 10. n. 35. & ſeqq. De Luc. de Beneſic. diſc. 57. num. 6. & ſeqq. Panimoll. d. dec. 31. n. 1.

Neceſſe tamen eſt, quòd Beneficia prædicta ſint dif-
formia, tam, in nomine, quàm in fine, ſeu inſtituto, 11
ita ut ſi unum ſit verè, ac præciſè reſidentiale, poſſit re-
tineri cum altero, quod non adſtringat ad onus reſiden-
tiæ, ut contingit in Canonicatu, vel Capellania, ſub
eodem tecto, ut reprobato *Hojeda de Incompatib. Benef. p. 1. quæſt.*

1. *quæſt.* 20. 22. 25. firmant *Pariſ. d. quæſt.* 1. *num.* 128.
Gonza. d. gloſſ. 10. *num.* 34. *&* *ſeqq.* *&* *num.* 43. *Tondut.*
Quæſt. Beneficial. part. 2. *cap.* 5. *§.* 6. *n.* 8. *& ſeqq. De Luc.*
ubi ſup. num. 6. *&* 7. *Panimoll. d. dec.* 31. *num.* 3. *Rot. dec.*
489. *part.* 2. *& dec.* 631. *part.* 3. *rec. & cor. Merlin. dec.* 825.
Quoties verò ambo Beneficia ſint uniformia, vide-
licet quia ambo ſunt ejuſdem miniſterii, & ſervi-
tii, tunc ſunt incompatibilia, nec Epiſcopus poteſt
12 diſpenſare ſuper illorum retentione. Undè Capella-
nia, quæ habet onus præciſæ intereſſentiæ in Choro
eodem tempore, quo interſunt Canonici, non poteſt
retineri cum Canonicatu; ſecus verò quando Capella-
nia non eſt ordinata ad idem miniſterium, & ſervitium,
nec Capellanus concurrit cum Canonicis ad conſtituen-
dum unum, & idem Corpus, & habet onera diverſa
ab illis Canonicorum, quia hoc caſu nulla oritur incom-
patibilitas. *Gonzal. d. gloſſ.* 10. *n.* 34. *De Luc. d. diſc.* 57.
num. 4. *Panimoll. d. dec.* 31. *num.* 4. *&* 9. *Ventrigl. annot.*
17. *§.* 3. *n.* 3. *part.* 1. *ibiq. De Luc. num.* 1. *Van. Expen. p.*
2. *tit.* 20. *c.* 4. *n.* 6.

Et quamvis aliqui cenſeant adeſſe incompatibilita-
tem, ſi Beneficia ſint ejuſdem nominis, ut *apud d. Pa-*
nimoll. loc. cit. num. 4. *&* 7. attamen ſi Beneficia non ſint
inſtituta ad unum, & eundem finem, idemque habeant
proſus exercitium in eodem loco, & tempore, non
13 dicuntur uniformia ad effectum incompatibilitatis, ac
proindè retineri poſſunt in eadem Eccleſia duæ Capel-
laniæ, quæ habeant diverſos fines, & faciant ſepara-
tam Congregationem, licèt ſint ejuſdem nominis,
maximè accedente conſuetudine. *Navar. conſ.* 16. *de*
præb. num. 2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* ... *num.* 20. *&*
ſeq. Ventrigl. d. annot. 17. *§.* 3. *nu.* 3. *&* 6. *De Luc. ibid.*
num. final.

Diximus ſupra, quòd ad inducendam incompatibili-
tatem v.g. Canonicatus cum Capellania, ſit neceſſarium,
quòd utrumque requirat præciſam reſidentiam, & ſer-
vitium eodem tempore, ita ut in utroque æquè be-
14 ne inſerviri non poſſit; nam ſi Capellania non habe-
ret onus reſidentiæ niſi cauſativè, videlicet ad effe-
ctum conſequendi diſtributiones, ita ut Capellanus non
reſidendo privari poſſet diſtributionibus, non autem ti-
tulo, non induceretur incompatibilitas, quæ ſolùm cau-
ſatur à reſidentia præciſa. *Gonzal. ad Reg.* 8. *gloſſ.* 15. *à*
n. 19. *ad* 25. *De Luc. d. diſc.* 57. *n.* 6. *&* 7. *Panimoll. ubi*
ſup. n. 12. *& ſeq. Rot. dec.* 489. *p.* 2. *& dec.* 631. *par.* 3. *rec.*
& plenè *dec.* 182. *per tot. part.* 8. Eademque ratione non
eſt incompatibilis Capellania cum Canonicatu, quan-
15 do ſervitium impleri poteſt per alium, ut de conſue-
tudine ſervatur in Capellaniis noſtræ Cathedralis Pi-
ſtorien. *Rot. dec.* 155. *n.* 2. *p.* 4. *rec. & in Reginen. Bene-*
ficii 9. *Decembris* 1639. *cor. Bich.*

Nec reſidentia præciſa cauſatur ex pœna inflicta non
reſidentibus, quia cenſetur appoſita ad corroborandam
16 reſidentiæ neceſſitatem, ut advertit *Rota dec.* 140. *num.*
4. *p.* 4. *tom.* 1. *rec. & in Mogantina Canonicatus* 1. *Julii* 1697.
§. Non item officit, cor. dell' Olmo.

Illud notandum, quòd Penſiones non cauſent hanc
incompatibilitatem, etiamſi ſint plures ſub eodem te-
17 cto, quia non ſunt tituli Beneficiales, ut obſervat
De Luc. ad Ventrigl. annot. 17. *§.* 2. *numer.* 3. *Gonzal. ad*
Reg. 8. *gloſſ.* 5. *num.* 189. licèt de hac opinione pluri-
18 mi dubitent, ut apud ipſum *Ventrigl. d. annot.* 17. *§.*
2. *num.* 11.

Valde eſt controverſum, quando Beneficium dicatur
ſufficere ad congruam Beneficiati ſubſtentationem, ita
19 ut cum altero retineri non poſſit, de qua *quæſt.* agunt
Navar. de Orat. in miſcell. 62. *Menoch. de Arbitr. caſu*
216. *Hojeda de Incompatib. part.* 1. *c.* 19. *à n.* 12. *Pariſ.*
de Reſignat. Beneficior. lib. 5. *quæſt.* 6. *num.* 131. *& ſeqq.*
Gonzal. ad Reg. 8. *gloſſ.* 15. *n.* 39. & plenè *Marant. con-*
trov. jur. part. 1. *reſp.* 18. *à n.* 19. & pro regula ſtatuen-
dum eſt, hoc remittendum eſſe arbitrio Judicis, quia
idem Beneficium poteſt eſſe quoad valorem magnum
20 reſpectu unius; & parvum reſpectu alterius, & ideò
Judex conſiderare debet qualitatem perſonæ, loci, &
temporis, ut advertunt *Pariſ. & Hojed. loc. cit.* & juxta
Marant. d. reſponſ. 18. *num.* 19. Judex ſpectare debet
pro decernendo, an Beneficium reputandum ſit ſuffi-
ciens, necnè, an ex illius fructibus poſſit Beneficiatus
comparare ea omnia, quæ ad ſuam, & familiæ ſub-
ſtentationem ſunt neceſſaria, ut ſunt cibus, veſti-
tus, habitatio, lectus, famuli, & medicamenta pro 21
repellendis, vel curandis morbis, ac etiam jura Epi-
ſcopalia perſolvere, hoſpites recipere, & alia Bene-
ficii onera ſupportare, & ſi compererit, redditus præ-
dictos eſſe impares juxta Beneficiati ſtatum, & quali-
tatem, ad ſupradicta comparanda, decernere poteſt
Beneficium non ſufficere ad boneſtam ſubſtentationem,
ac proindè poſſe retineri cum altero Beneficio alio-
quin compatibili, ut ultra *Marant. loc. cit.* firmat *Ven-*
trigl. d. annot. 17. *§.* 2. *num.* 13. dummodo habeatur re-
ſpectus ad frugalem ſuſtentationem, propriam ſtatus
Clericalis, per ea, quæ notat *Van. Expen. in Jus Ec-*
cleſ. p. 7. *tit.* 20. *c.* 3. *n.* 18.

Et quòd ad judicandam ſufficientiam Beneficii de- 22
trahenda ſint prædicta onera, & ſignanter Miſſarum,
cenſuit *Sac. Congregatio Concilii in N.* 19. *Martii* 1639.
l. 16. *Decret. fol.* 158. ſequentis tenoris — *Primò, an di-*
ſpoſitio Sac. Concilii cap. 17. *ſeſſ.* 24. *de ref. quòd obti-*
nenti unum Beneficium ſufficiens ad ſe boneſtè ſubſtentandum,
non poſſit aliud ſimplex Beneficium conferri, intelligatur
de ſufficientia detractis oneribus Miſſarum, Penſionis, De-
cimarum, & ſimilium.

Secundo, an obtinentibus à Sede Apoſtolica ſimplex Be-
neficium non ſufficiens, poſſit ab Ordinario conferri Cano-
nicatus, ſeu Dignitas, non tamen prima in Cathedrali,
vel in alia Eccleſia, etſi ſit de Jurepatronatus Laicorum,
ſive Clericorum, & utrumque ſimul retineri. Sacra &c.
ad primum reſpondit intelligi debere deductis oneribus, ſu-
praſcriptis: Ad ſecundum, reſpondit poſſe.

Notandum verò eſt, quòd ad judicandum, an Be-
neficium ſit ſufficiens, non eſt habenda ratio patrimo-
nii etiam opulenti Beneficiati, cum Beneficiatus non
teneatur militare propriis ſtipendiis, ſed de Altari,
cui inſervit, vivere poſſit, proindeque patrimoniales 23
redditus reſervare poteſt, & illos Beneficii in cau-
ſam ſuæ honeſtæ ſubſtentationis erogare, ſecundum ſen-
tentiam *Innoc. & Abb. in capit. Epiſcopus, de præbea.*
Felin. in cap. poſtulaſti, de reſcript. Covarr. in capit. 1.
num. 2. *de teſtam. Navar. in Apolog. de Re Reddit. Ec-*
cleſ. quæſt. 1. *mot.* 30. *Hojed. d. tract. cap.* 19. *num.* 45.
Quarant. in Summ. Bullar. V. Beneficiorum reſignatio, verſ.
octava cauſa. Ventrigl. d. annot. 17. *§.* 3. *num.* 15. Item-
que, quòd computandi ſunt fructus certi, in quorum
ſpecie eſſe numerandos in Canonicatibus eos, qui 24
percipiuntur ex Maſſa Diſtributionum quotidiana-
rum, licèt eos Canonici lucrentur propter Divinum
ſervitium, ſolùmque reſidentibus tribuantur, ſequen-
do, tanquam veriorem, opinionem *Garzia de Bene-*
fic. part. 11. *cap.* 5. *§.* 3. *num.* 321. firmat *Ventrigl. loc. cit.*
num. 16.

Penſiones verò non eſſe computandas inter Benefi-
cia ad effectum incompatibilitatis, ex quo quis cum 25
Penſionibus ſubſtentari poſſit tradunt *Ricc. in Prax.*
For. Eccleſ. part. 1. *reſol.* 272. *Antonell. de Regim. Eccleſ.*
lib. 3. *cap.* 2. *nu.* 7. *De Luc. ad Ventrigl. adnot.* 17. *§.* 2.
num. 3.

Quamvis præallatum Decretum *Sac. Concilii Trident.*
in ſeſſ. 24. *cap.* 17. *de reformat.* prohibuerit Epiſcopis
uni conferre ultra duo Beneficia, & hæc etiam fue-
rit conſtans mens *Sacr. Congregationis* juxta Decreta 26
ſuperiùs relata, nonnulli tamen DD. cenſuerunt,
hujuſmodi Decretum non eſſe uſu receptum, ideoque
poſſe Epiſcopum habenti duo Beneficia, ad honeſtam
ſubſtentationem inſufficientia, tertium conferre, aſſe-
rentes hanc generalem conſuetudinem Papam ſcire,
& tolerare, ut allegatis *Garz. de Benefic. part.* 11. *cap.*
5. *num.* 323. *Ferret. conſ.* 255. *num.* 3. *Antonell. d. tract.*
lib. 3. *cap.* 2. *num.* 4. tradit *De Luc. ad Ventrigl. loc. cit.*
num. 2. Sed hanc opinionem cenſerem non eſſe de fa-
cili admittendam, tunc quia tolerantia Sedis Apoſto-
licæ excluditur ex antedictis contrariis Decretis *Sac.*
Congregationis Concilii, quæ nomine ipſius Pontifi-
cis, & tanquam illius Oraculum reſcribit; tum quia
paſſim Dataria Apoſtolica diſpenſat ſuper retentione
trium Beneficiorum; immo non facta mentione Bene-
ficiorum priùs obtentorum, etiamſi compatibilium,
Gratia remanet ſubreptitia, ut plenè *Rot. poſt Anto-*
nell. de Jur. & Onerib. Cleric. dec. 9. *per tot.* tum deni-
que quia non poteſt dari de non uſu Decretorum *Sac.*

Concilii, quia quælibet conſuetudo contra illud ſublata
27 remanet per Decretum irritans, adjectum in *Bulla Pii*
IV. confirmatoria *Concilii*, cujus virtus eſt ſe opponere
etiam initio cujuslibet contrariæ obſervantiæ, ut ſæpiùs reſcripſit Rot. & ſignanter *dec.* 443. *num.* 5. & 6. *part.* 5. *tom.* 2. *dec.* 32. *num.* 18. & *dec.* 192. *numer.* 10. *part.* 18. *in Novarien. Parochialis de Paliate* 7. *Maii* 1703. *cor. Molines*, & *in Salsburgen. Teſtimonialium* 23. *Martii* 1705. §. *Abſque eo quod*, *coram Eminentiſſimo Scotto*.

Jo: Jacobus Scarſantonius.

LIBRI QUARTI FINIS.

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
ET
VOTA DECISIVA
DIVERSORUM JUDICUM AD MATERIAS
IN SECUNDA PARTE LUCUBRATIONUM
CECCOPERII,
AC ANIMADVERSIONUM
JO. JACOBI SCARFANTONII
PERTRACTATAS

Cum Argumentis, Summariis, ac Indice Verborum, & Sententiarum ejuſdem Secundæ Partis, ac Deciſionum, & Votorum locupletiſſimo.

INDEX ARGUMENTORUM
SINGULARUM DECISIONUM, ET VOTORUM,
Quæ in Secunda Parte hujus Operis continentur.

A R G U M E N T U M.

R. P. D. PAULUCCIO.

Baren. Juriſdictionis.

Lunæ 19. *Januarii* 1682.

D E C I S I O I.

FAvore Archipresbyteri Aquævivæ firmatur competentia Juriſdictionis quoad certos actus, & cum reſtrictione ad Eccleſiam Archipresbyteralem tantùm, in reliquis verò conſtare de bono Jure Archiepiſcopi Baren. decernitur.

R. P. D. C A C C I A.

Burgen. Juriſdictionis.

Veneris 24. *Januarii* 1689.

D E C I S I O II.

Firmatur in hac Deciſione, competere Capitulo Burgen., vigore Concordiæ, Juriſdictionem privativam in levibus delictis Capitularium, aliarumque Perſonarum ejuſdem Eccleſiæ Burgen., & in nonnullis gravioribus ſimul cum Archiepiſcopo; atque crimina, de quibus agitur, non eſſe de exceptuatis in dicta Concordia.

R. P. D. C A C C I A.

Burgen. Juriſdictionis.

Veneris 7. *Maii* 1688.

D E C I S I O III.

Concordia, inita inter Epiſcopum, & Capitulum ſuper punitione delictorum Beneficiatorum, eſt ſervanda, maximè ſi adeſt obſervantia. Diſtinguitur exemptio localis, ſeu miſta, & quando privilegium arctetur loco, vel comitetur perſonas, ubicunque delinquant, ita ut cenſenda ſit perſonalis, vel localis.

Rmo. P. D. ANSALDO DECANO.

Calaguritana dimidii Beneficii de Foronda.

Lunæ 27. *Junii* 1712.

D E C I S I O IV.

Ex quibus deſumenda ſit dignitas eligendum ad Beneficia, quæ habentibus majora merita conferenda ſunt. De jure gratificandi Ordinario competente, an, & quando illi locus ſit.

R. P. D. A L T H A N N.

Compoſtellana Beneficii.

Lunæ 15. *Martii* 1717.

D E C I S I O V.

Reſervatio Apoſtolica, vigore *Reg.* 8. *de* 9. Cancellariæ, non intrat ex eo, quòd Beneficium annexum ſit Bonis Commendæ alicujus Ordinis Militaris; cum detur poſſibilitas, quòd Juſpatronatus reſervatum fuerit ſub ea conditione, quòd Collatio ad Patronos ſemper pertineat: accedente præſertim, pro excluſione Reſervationum, centenaria obſervantia.

R. P. D. M U T O.

Chelmen. Decanatus Zamoſcen.

Lunæ 11. *Decembris* 1702.

D E C I S I O VI.

Beneficium debetur habenti qualitates, à Fundatore requiſitas, non attenta obſervantia, contraria literali diſpoſitioni. Diſſolvuntur etiam alia argumenta, adverſus Proviſum Apoſtolicum adducta.

R. P. D. C R I S P O.

Friſingen. Canonicatus.

Lunæ 27. *Junii* 1712.

D E C I S I O VII.

Diſpenſatum ſuper retentione Canonicatus, & Eccleſiæ Parochialis, poſſe in caſu, de quo agitur, utrumque retinere, firmat Deciſio, non obſtantibus iis, quæ contra executionem Literarum Apoſtolicarum oppoſita fuerant.

R. P. D. CAFFARELLO.

Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper Præſcriptiva.

Lunæ 15. *Junii* 1711.

D E C I S I O VIII.

Juriſdictio quaſi Epiſcopalis cum ſeparatione Territorii præſcribitur quadraginta annorum curſu, concurrente titulo putativo, colorato, aut dubio. Examinantur extrema hujus quadragenariæ præſcriptionis, nempè titulus, & obſervantia, & utrumque in caſu Deciſionis verificari, doctè, ac fusè oſtenditur.

Emo. S C O T T O.

Gerunden. Anniverſariorum de Griſols.

Lunæ 3. *Decembris* 1708.

D E C I S I O IX.

Parochus impedire non valet Fundationem Anniverſariorum, aliorumque Piorum Operum in Eccleſia inferiori, abſque ejus conſenſu, & ſucceſſivè illorum implementum, faciendum per alios Sacerdotes, Fundatori benè viſos.

R. P. D. P I O.

Gerunden. Officiorum.

Lunæ 7. *Decembris* 1699.

D E C I S I O X.

Parochus prætendere non poteſt, quòd, quando corpora ſuorum Parochianorum in aliena Eccleſia tumulantur, poſt ibi peractas exequias, funebre Officium iterum in Eccleſia Parochiali celebretur.

R. P. D. P R I O L O.

Giennen. Juris Mutandi.

Lunæ 11. *Februarii* 1704.

D E C I S I O XI.

Jus mutandi Canonicos, Dignitates, alioſque Præbendatos ab Eccleſia Giennen. ad illam Baetien. & è converſo, ad Epiſcopum ſpectare firmat præſens Deciſio, titulo ceſſionis, eidem factæ à Capitulo de anno 1530. eaque à nullitatis vitio, per Capitulum oppoſitæ, vindicatur.

R. P. D. A N S A L D O.

Giennen. Juris Mutandi ſuper Declaratoria.

Veneris 3. *Aprilis* 1699.

D E C I S I O XII.

Adverſus Canonicos, Dignitates, & Præbendatos Eccleſiæ Giennen. & Baetien. relaxandam fore decernitur Declaratoriam incurſus in cenſuras, ob non paritionem ejus Judicatis non obſtantibus objectis, in contrarium allatis.

R. P. D. M U T O.

Giennen. Juris Mutandi ſuper reſtitutione in integrum.

Lunæ 26. *Aprilis* 1700.

D E C I S I O XIII.

In Judicio Reſtitutionis in integrum adverſus Sententiam, ſeu Sententias, in judicatum tranſactas, ad quem pertineat Actorum tranſportatio. Pluribus fundamentis probatur, Jus Mutandi Canonicos,

Dignitates, alioſque Præbendatos ab Eccleſia Giennen. ad Beacen, & è converſo, ad Epiſcopum ſpectare; & reſpondetur contrariis.

Rmo. P. D. MOLINES DECANO.

Giennen. Adjunctorum.

Veneris 1. Maji 1704.

D E C I S I O XIV.

Quando Epiſcopus teneatur procedere cum Adjunctis in cognoſcendis Cauſis Criminalibus Capitularium.

R. P. D. M U T O.

Hipporegien. Beneficii.

Lunæ 11. Februarii 1704.

D E C I S I O XV.

In materia Beneficiali quando attendatur, vel non, ultimus ſtatus. De triennali poſſeſſione, ejuſque effectibus, & ſignanter an, & quando Succeſſor juvetur poſſeſſione ſui Anteceſſoris.

R. P. D. D E L L' O L M O

Hiſpalen. Juris præſidendi in Choro, & Capitulo, ſuper Remiſſoria.

Veneris 2. Julii 1700.

D E C I S I O XVI.

Remiſſoria denegatur quando materia articulata eſt irrelevans ad victoriam Cauſæ, ac proindè non conceditur ad probandam conſuetudinem, quæ redoleret abuſum, & corruptelam, prout eſſet, quando Epiſcopo denegaretur præcedentia in Choro, & Capitulo, quæ ei competit vigore *Concilii Tridentini ſeſſ. 25. cap. 6. de reform.* non obſtantibus in contrarium conſuetudinibus, etiam immemorabilibus: Undè etiamſi Capitula poſſint præſcribere Ordinariam Juriſdictionem in Canonicos, & alios Clericos, attamen inſpecta dicta Conciliari diſpoſitione, non valent præſcribere contra Epiſcopum Jus præſidendi in Choro, & Capitulo.

R. P. D. M U T O.

Hiſpalen. Juris ſedendi in Synodo.

Veneris 21. Junii 1697.

D E C I S I O XVII.

An de Jure communi Vicarius Generalis, præſente Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, præcedere debeat in Synodo Diœceſana Capitulum, ſeu ab eo Deputatos. Quæ conſuetudo, in caſu de quo agitur, in contrarium requiratur; & an ſit legitimè probata.

Rmo. P. D. MOLINES DECANO.

Hiſpalen. Viſitationis.

Veneris 25. Novembris 1701.

D E C I S I O XVIII.

Epiſcopus cogere poteſt Capitulum ad exhibendum occaſione Viſitationis in proprio Palatio Libros adminiſtrationum Piorum Operum, non tamen indefinitè, ſed eos tantùm, qui reſpiciunt adminiſtrationem, quam viſitandam ſuſcepit.

R. P. D. M U T O.

Illerden. Statuti ſuper manutentione.

Lunæ 16. Martii 1705.

D E C I S I O XIX.

Debetur Capitulo manutentio contra Beneficiatos in poſſeſſione, vel quaſi recipiendi ſervitutes ab ipſis Beneficiatis; nec poſſunt ſeſe eximere ab illarum præſtatione eo quòd agatur de actibus facultativis, quin, ſtante continuatione per longum tempus, præſumitur, tales ſervitutes coactè, & ex neceſſitate exhibitas fuiſſe, maximè quando illæ tendunt in augumentum Divini Cultus.

R. P. D. K A U N I T Z.

Legionen. Parochialis.

Lunæ 11. Januarii 1706.

D E C I S I O XX.

Stante conſuetudine immemorabili non indicendi concurſum in proviſione Parochialis, ſubſtinetur Collatio eodem concurſu non indicto, cum immemorabilis ſuffragetur etiam contra *Concilium Tridentinum*, ac Pianam Conſtitutionem ſuper indictione concurſus in proviſionibus Parochialium.

R. P. D. F A L C O N E R I O.

Leodien. Diſmembrationis.

Lunæ 1. Februarii 1712.

D E C I S I O XXI.

Non eſt facienda Diſmembratio, ob notabilem diſtantiam, flumen intermedium, aliaque ſimilia impedimenta, immò nec etiam ſi probetur, multos ſine Sacramentis deceſſiſſe, quando per appoſitionem Capellani ſuppleri poteſt.

R. P. D. K A U N I T Z.

Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus.

Lunæ 2. Julii 1703.

D E C I S I O XXII.

Adepta poſſeſſione Beneficii incompatibilis, ſtatim vacat primum, non tamen incurritur privatio utriuſque Beneficii, ſi Proviſus non retinuerit utrumque ultra duos menſes, etiamſi per Proviſum ſteterit quominus poſſeſſionem ſecundi apprebenderit. *Extravagan. Execrabilis, de Præbend. in 6.* an habeat locum tantùm in Beneficiis Curatis, aut in Dignitatibus, Perſonatibus, & Officiis, & non in Canonicatibus.

Rmo. P. D. MOLINES DECANO.

Lucana Præeminentiarum.

Lunæ 28. Junii 1700.

D E C I S I O XXIII.

Inter Eccleſias, & Clericos, decet ſervari ordinem Præcedentiæ, & Majoritatis. Præcedentia, cæteris paribus, debetur antiquioribus ſupra recentiores. Collegiatæ Inſigni debetur Præcedentia tanquam digniori ſupra cæteras hujuſmodi qualitate non decoratas.

R. P. D. A N S A L D O.

Majoricen. Beneficii.

Lunæ 15. Junii 1699.

D E C I S I O XXIV.

In electionibus ad Beneficia, & Dignitates Eccleſiaſticas, licitus non eſt uſus ſortium; quamvis locum habere poſſit in conferendis Officiis ſecularibus.

Rmo. P. D. MOLINES DECANO.

Mediolanen. Canonicatus.

Veneris 22. Aprilis 1701.

D E C I S I O XXV.

Ad ſubſtinendam Gratiam Impetrationis factæ de Beneficio, vacante per aſſecutionem alterius incompatibilis, quoties agitur, non de præjudicio Proviſi de ſecundo Beneficio, ſed odioſi poſterioris Impetratoris, primi conſideratur vacatio, ipſo Jure per incompatibilitatem inducta, nulla habita ratione temporis actualis dimiſſionis.

R. P. D. A N S A L D O.

Mindonien. prætenſæ obſervationis Conſtitutionis.

Lunæ 12. Januarii 1705.

D E C I S I O XXVI.

Capitulum non habet facultatem obligandi ad Syndacatum Officiales ab Epiſcopo deputatos.

R. P. D. D E L L' O L M O.

Moguntina Canonicatus.

Lunæ 1. Julii 1697.

D E C I S I O XXVII.

Retinens duo Beneficia incompatibilia, quorum utrumque requirat perſonalem reſidentiam, abſque diſpenſatione Apoſtolica, per non dimiſſionem primi, intra bimeſtre à die adeptæ poſſeſſionis ſecundi, utrumque amittit; non obſtante generali contraria conſuetudine, vel particulari alicujus Eccleſiæ Statuto, vel illius devaſtatione.

R. P. D. U R S I N O.

Novarien. Aggregationis.

Veneris 20. Junii 1681.

D E C I S I O XXVIII.

Canonicis aggregatis, exiſtentibus in quaſi poſſeſſione peragendi aliqua negotia Capitularia una cum Canonicis antiquis, concedenda eſt manutentio quoad omnia dependentia à titulo, & jure univerſali Aggregationis; cum diſtinctione tamen, quòd admitti debeant ad actus, reſpicientes ipſum Corpus Capituli, non autem particulares perſonas Canonicorum; & alia plura ad materiam manutentionis.

R.P.D.

R. P. D. A N S A L D O.
Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini.
Veneris 2. Julii 1707.

D E C I S I O XXIX.

Vacante Eccleſia Parochiali, debet per Epiſcopum indici Concurſus, ut melior, quantum fieri poteſt, eligatur; niſi tamen per immemorabilem conſuetudinem probetur, Concurſum nuſquam fuiſſe practicatum, vel eadem Eccleſia unita fuerit alicui Capitulo, Monaſterio, Collegio, aut his ſimilibus. Hæc autem unio non minùs probatur per effectivum Inſtrumentum, quàm per æquipollentes demonſtrationes, & indicia.

R. P. D. L A N C E T T A.
Novarien. Præcedentiæ.
Lunæ 3. Julii 1713.

D E C I S I O XXX.

Canonicis ex ſolo titulo, abſque re, non debetur Præcedentia, in concurſu alterius Canonici, qui verè, & propriè ſit talis. Ex quibus probetur in caſu, de quo agitur, qualitas Canonici merè honorifici.

R. P. D. B A R B A D I C O.
Novarien. Præcedentiæ.
Lunæ 11. Decembris 1713.

D E C I S I O XXXI.

Præcedentia debetur vero Canonico; non Canonico, impropriè ſic dicto, ſeu honorario. Ex quibus deducatur in caſu, de quo agitur, iſta qualitas Canonici Supranumerarii; & argumentis contrariis plenè ſatisfit.

R. P. D. A N S A L D O.
Pampiloneo. Juris Sedendi.
Veneris 28. Januarii 1707.

D E C I S I O XXXII.

Parocho non debetur Sedes diſtincta, & cæteris præcelſior, ſed tantùm primus locus ſedendi in Scamno.

R. P. D. D E L L' O L M O.
Pampilonen. Præeminentiarum.
Mercurii 3. Februarii 1700.

D E C I S I O XXXIII.

Viris inſignis nobilitatis, una cum uxore, filiis, filiabus, ac tota Familia de Jure debetur Præcedentia in Sedendo in Eccleſiis, in quibus ſunt Parochiani, attenta præſertim conſuetudine. Quid ſit Presbyterium, & an in eo, in vim immemorabilis, poſſint hujuſmodi Nobiles habere Sedile. An, & quando gaudere quoque debeant Præeminentia in oblationibus faciendis, tam quoad prælationem, quàm quoad locum.

R. P. D. C A F F A R E L L O.
Pampilonen. Beneficii de Allo.
Veneris 13. Februarii 1705.

D E C I S I O XXXIV.

Qui Vicariam habet, ob Curam animarum, reſidentiam requirentem, poteſt, abſque incompatibilitate, obtinere in eadem Eccleſia Beneficium, quod reſidentiam pariter expoſcat, dummodo ea non ſit ſimplex, ſeu præciſa ſub amiſſione Beneficii, ſed tantùm cauſativa, ad effectum privationis fructuum; accedente præſertim diuturna obſervantia.

Rmo P. D. ANSALDO DECANO.
Peruſina Præeminentiarum.
Mercurii 2. Decembris 1711.

D E C I S I O XXXV.

In ſimplici Eccleſia, ſeu Oratorio, Parochiali ſubjecto, ſive ratione ſoli, ubi eſt conſtructum, ſive aliquo alio titulo, competunt Parocho tam Jura Parochialia, quàm Præeminentialia, quæ antea exercebat, ſtante præſertim clauſula, *ſine præjudicio Jurium Parochialium*, in conceſſione appoſita.

R. P. D. Q U E I P P O.
Piſtorien. Juriſdictionis.

D E C I S I O XXXVI.

Dignitates, ſeu Canonicatus, de novo erecti in Cathedrali Piſtorien. conſiderandi ſunt in omnibus, & per omnia de Corpore Capituli; ideoque gaudere debent privilegiis, & prærogativis, quibus antiquæ Dignitates, & Canonici fruuntur: & conſequenter etiam Jure conferendi, nominandi, & præſentandi.

Rmo P. D. MOLINES DECANO.
Placentina Cathedralitatis.
Veneris 28. Novembris 1704.

D E C I S I O XXXVII.

In præſenti Deciſione luculenter convincitur tranſlatio Cathedralitatis ab Eccleſia S. Antonini Placentinæ Diœceſis ad illam S. Juſtinæ, ritè, ac legitimè facta, & quidem non cumulativè, ſed extinctivè: & Argumentis in contrarium adductis abundantiſſimè ſatisfit.

Emo P R I O L O.
Portuen. Juriſdictionis.
Veneris 15. Aprilis 1712.

D E C I S I O XXXVIII.

Manutentionem in exercitio ordinariæ Juriſdictionis in Agro Malliano concedendam eſſe Eminentiſſimo Epiſcopo Portuen. firmat *Deciſio*: & de ejus bono Jure conſtare, ex quo dictum Caſale Mallianum eſt ſituatum intra limites Diœceſis Portuen. & reſpondetur contrariis.

Emo P R I O L O.
Portuen. Juriſdictionis ſuper Cenſuris, & Attentatis.
Veneris 15. Aprilis 1712.

D E C I S I O XXXIX.

Alienæ Juriſdictionis Perturbatores ab Eccleſiaſtico Judice ritè ſemper excommunicari poſſunt. Renuente Patrono, ſeu reſpectivè Rectore Eccleſiæ Parochialis, Ordinarium recognoſcere pro ea parte, quæ ſita eſt in illius Diœceſi, poteſt idem Ordinarius Capellanum deputare, qui ibi Parochialia munera exerceat.

R. P. D. ALBERGATO DECANO.
Ratisbonen. Canonicatus.
Lunæ 13. Martii 1684.

D E C I S I O XL.

Quando poſſit abſens alteri vices ſuas delegare in ferendo Suffragio, & quæ adimpleri debeant requiſita. Valent Statuta, Cultum Divinum, & Eccleſiæ utilitatem reſpicientia, etiamſi à Papa non fuerint confirmata; nec poſſunt à Capitulo abrogari per contraria Statuta, ſeu Reſolutiones, ſine Epiſcopi conſenſu.

R. P. D. C R I S P O.
Romana Præcedentiæ.
Veneris 3. Junii 1702.

D E C I S I O XLI.

In antiqua Præcedentiæ controverſia inter Capellanos Toletanos Baſilicæ Liberianæ, & Clericos Beneficiatos, confirmatur reſolutio, alias capta favore Capellanorum Toletanorum; & decernitur acceſſus ad locum differentiæ, non retardata Cauſæ expeditione.

R. P. D. A N S A L D O.
Senogallien. Canonicatus.
Veneris 29. Januarii 1706.

D E C I S I O XLII.

Quando his, aut illius formulis utatur Signatura Juſtitiæ in Commiſſionibus Cauſarum. Quis dicatur verè originarius ad effectum conſequendi Beneficium, quod originariis alicujus loci conferri debeat; & hac occaſione diſtinguuntur plures caſus Civilitatis.

R. P. D. D E L L' O L M O.
Tarraconen. Juriſdictionis ſuper Edictis.
Lunæ 28. Junii 1700.

D E C I S I O XLIII.

An Archiepiſcopo Tarraconen. danda ſit manutentio in quaſi poſſeſſione affigendi Edicta, pro indicendis concurſibus ad Parochiales vacantes, in Eccleſia Cathedrali, retro Chorum, abſque licentia Capituli.

R. P. D. MOLINES DECANO.
Tiraſonen. Portionis.
Lunæ 14. Aprilis 1704.

D E C I S I O XLIV.

Quando locum habeat *Regula* 68. Cancellariæ. De natura ſimultaneæ Collationis inter Epiſcopum, & Capitulum, quid operetur ejus diviſio per Turnum, & an talis diviſio requirat approbationem Apoſtolicam.

Rm̃o P. D. MOLINES DECANO.

Valentina Juriſdictionis.

Lunæ 6. Aprilis 1699.

DECISIO XLV.

Quæ Juriſdictio tributa cenſeatur Rectori Collegii, de quo agitur, in Conſtitutionibus, io illius limine authoritate Apoſtolica conditis; quæque Ordinario reſervata.

Rm̃o P. D. URSINO DECANO.

Urgellen. Servitutum.

Veneris 25. Martii 1697.

DECISIO XLVI.

In concernentibus Cultum Divioum inducitur Servitus ex multiplicitate actuum, & continoata poſſeſſione, etiamſi ab ioitio cauſam habuerit voluntariam. Eccleſiæ in poſſeſſione exiſtenti iodubitanter conceditur manutentio, & poſſeſſio acquiſita contra ſingulos, uti de Corpore Univerſitatis, eſt manutenibilis etiam quo ad omnes. Ex quibus dicatur aliqnid geſtum fuiſſe coactivè, non facultativè.

Em̃o PRIOLO.

Urgellen. Plebaniæ.

Lunæ 25. Aprilis 1712.

DECISIO XLVII.

Literas Apoſtolicas, vigore *Regulæ IV.* Cancellariæ expeditas, non eſſe exequendas firmat hic *S. Rota*, non probata qualitate Collegialitatis. Ex quibus probetur, & reſpectivè excludatur Collegialitas.

Em̃o PRIOLO.

Urgellen. Statuti.

Mercurii 27. Junii 1699.

DECISIO XLVIII.

Capitulum habet poteſtatem ſtatuendi ſuper iis, quæ concernunt ordinationem Chori, & adminiſtrationem Diſtributionum, ſed hac facultate non poteſt uti in ſolum præjudicium Beneficiatorum, & in particulare Canonicorum commodum, cum tali caſu Statutum propter inæqualitatem dicatur injuſtum, nec poteſt abrogare inveteratas Eccleſiæ conſuetudines, niſi ſe conformaret Juri Communi, vel Decretis Sacræ Congregationis.

R. P. D. CRISPO.

Vvormatien. Decanatus ſuper Declaratoria.

Lunæ 13. Maji 1709.

DECISIO IL.

Danda eſt Declaratoria contra Capitulum contumax in reſtituendis iotegrè fructibus, redditibus, ac Diſtributionibus quotidianis Canonico ſpoliato; quæ omnia eidem reſtituenda ſuot, etiamſi non reſederit, propter impedimentum ſibi præſtitum à Capitulo.

R. P. D. MUTO.

Vvormatien. Decanatus.

Veneris 19. Junii 1705.

DECISIO L.

Quis dicatur legitimus poſſeſſor ſui Beneficii, ad effectum obtinendi Manutentionem.

VOTUM.

Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D.

CARDINALIS SPERELLI.

In Cauſa.

Minerbinen. ſeu Nullius Cerignolæ Concordiæ.

DECISIO LI.

Prælatus inferior, prætendens Territorium ſeparatum, debet docere de privilegio claro, vel de immemorabili, canonizata per rem judicatam, vel ſaltem de quadragenaria cum titulo colorato. Epiſcopo Viciniori competit Jus Viſitandi, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, loca Nullius Diœceſis, etiamſi Prælatus Inferior exerceat Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato. Conceſſio Dimiſſorialium, ſive ordinatio Subditorum Secularium Prælati Inferioris ſpectat ad Epiſcopum Vicioiorem. Procuratio eſt debita Epiſcopo Viciniori viſitanti loca Nullius Diœceſis.

R. P. D. FALCONERIO.

Barchinonen. Mulctæ.

Veneris 10. Januarii 1721.

DECISIO LII.

Capitolum quando habeat propriam Juriſdictionem io Canonicos. Et an abſque illa condere poſſit Statuta pœnalia. Habet ſemper impropriam, & œconomicam Juriſdictionem, qualis competit Patriſamilias, & omni Collegio, vi cujus, & Conſtitutiones, ſtatum verò generalem Eccleſiæ non tangentes, vel Epiſcopi jura, facere valet pro ſui regimine; & Canonicos inobſervantes punire in levibus, ſubtractione fructuum, & vocis in Capitulo ad tempus abſque figura judicii. Quam poteſtatem exercere poteſt etiam, ubi ejus uſus alicui Canonico ſpecialiter commiſſus fuerit; omnis enim Juriſdictio regulariter cenſetur cumulativè conceſſa abſque eo quod Superiori Judici prohibitum ſit hujuſmodi punitos à Capitulo judicialiter plectere, ſupplendo pœnam delicto æqualem.

R. P. D. HERRERA.

Burgen. Præeminentiarum.

Veneris 24. Januarii 1721.

DECISIO. LIII.

Canonici Eccleſiæ Cathedralis ob eorum Dignitatem, à cæteris Beneficiatis, & Clericis inferioribus diſtingui debent, & maximè in habitu, à quo præcipuè diſparitas gradus in Eccleſia indicatur: Quibus propterea uſus iodumeoti Canonicalis, & etiam communis Clericalis more Canonicorum prohibitus manet; prout hic in ſpecie prohibetur delatio Superpellicei cum manica elevata, juxta hunc modum à Canonicis geſtari ſoliti, ea tantùm permiſſa cum manica ſuper brachiis revoluta, vel demiſſa.

MOTIVUM.

Trium Illuſtriſſimorum DD.

AUDITORUM ROTÆ FLORENTINÆ

In Piſtorien. Plebaniæ.

21. *Aprilis* 1715.

DECISIO. LIV.

Juſpatronatus quando dicatur Hereditarium, vel potius Gentilitium. An & quando è Jurepatronatus Gentilitio excludantur Naturales & illegitimi. Tranſactio ſuper hujuſmodi Jurepatronatus, ab Anteceſſoribus facta, ao præjudicet Succeſſoribus, ex propria perſona venientibus.

R. P. D. ALTHANN.

Caſertana Beneficii.

Lunæ 15. Junii 1716.

DECISIO LV.

In Jurepatronatus Familiari, ſeu Gentilitio, an, & quando admittantur fœminæ agnatæ. An etiam deſcendentes ab eis. In defectum fundationis quando procedat præſumptio Juris pro qualitate hæreditaria. Ad evertendum ultimum ſtatum, quæ probationes exigantur. Hujuſmodi Juſpatronatus Familiare an, & quando, deficiente una Linea, fieri poſſit Hæreditarium.

R. P. D. ALTHANN.

Mediolanen. Capellaniæ.

Mercurii 22. Januarii 1716.

DECISIO LVI.

Io Jurepatronatus Familiari, ſeu Gentilitio, quando detur concurſus ſimultaneus patris cum *filiis*, & proximiorum cum remotioribus: vel potius vocati admittantur ad præſentandum ordine ſucceſſivo, latiſſimè examinatur.

MOTIVUM.

In Piſcien. ſeu Nullius *Capitul. Odoardus*, ſive Congruæ.

Die 5. Julii 1712.

DECISIO LVII.

Poſt abſolutoriam ab obſervatione Judicii, poteſt Clericus, in alio Judicio à Creditore conventus, Beneficium *Capitul. Odoardus* petere, etiam non refectis expenſis. Non valet renunciatio hujuſmodi Beneficio etiam cum juramento. Pinguiùs conſulitur Clericis per aſſignationem Congruæ Parochialis, quàm ope dicti *Capituli Odoardus*: & quomodo Congruæ taxatio fieri debeat.

Piſto-

Piſtorien. Annnarum Præſtationum.

Jov. 8. Februarii 1720.

D E C I S I O LVIII.

Obligatio ex certa, & determinata cauſa facta, ceſſat, ceſſante ipſa cauſa, ac proinde ceſſante paupertate Monaſterii, pro cujus ſubſtentatione facta fuit obligatio, non tenetur ulteriùs is, qui pro eadem ſe obligavit; maximè ſi obligatio fuit facta proviſionaliter, & non abſolutè. Centenaria non operatur, quando conſtat de principio, quòdque obſervantia ſubſecuta ab eo otiginem duxit. Univerſitas non obligatut ex facto particularium Perſonarum ipſius Univerſitatis, ſed oportet, ut inſimul congregata actum approbaverit. Atbitrorum poteſtas ad quid extendatut.

Praten. Simultaneæ Collationis.

D E C I S I O LIX.

Comprobatur, quòd Eccleſia Ptaten. erat Filialis, & ſubjecta Eccleſiæ Piſtorien. & poſtea exempta ab Juriſdictione illius, ac denique, in Cathedralem erecta. In Eccleſia Cathedtali Dignitates, & Canonicatus pertinent de Jure communi ad ſimultaneam Collationem Epiſcopi, & Capituli. Eccleſia Collegiata in Cathedralem erecta cum extinctione, ac ſuppreſſione ſtatus Collegiatæ, non retinet Juta, quæ eidem competebant nti Collegiatæ, & ſignanter Jus providendi Dignitates, & Canonicatus privativè quoad Epiſcopum. Collatio Beneficiorum inferiorum, quæ non ſunt de corpore Capituli, ſpectat ad ſolum Epiſcopum.

Piſtorien. & Praten. Juriſdictionis.

D E C I S I O LX.

Ttaditur tegula tenenda in interpretatione Literarum Apoſtolicarum, nempe quòd vel interpretandæ ſunt juxta intellectum Juris, vel juxta mentem Pontificis concedentis, vel denique juxta ſupplicationem impetrantis. Appellatione Oppidi quando veniant Suburbia. Exemptio ab Ordinarii Juriſdictione præſupponit, quod exemptus non habeat Territorium ſeparatum. In concurſu actorum Juriſdictionalium, factorum in aliquo Territorio, præferri debent, licèt numero minores, ii, qui apparent facti ab eo, qui originariam Juriſdictionem habebat in loco controverſo. Ad effectum præſcribendi Territorium requiruntur copulativè titulus coloratus, bona fides, & poſſeſſio continuata pet legitima tempora. Ad effectum præſcribendi Territorium an requiratur centenatia, ſeu immemorabilis, vel ſufficiat quadragenaria cum titulo colorato. Parochi habentes Populum in diverſis Diœceſibus, ſubeſſe debent Ordinariis teſpectu Populi, qui in una, vel altera Diœceſi commoratur, & non tantùm Ordinario, in cujus Diœceſi eſt ſituata Eccleſia Parochialis.

F I N I S.

INDEX

INDEX
DECISIONUM, ET VOTORUM
PER DIOECESES.

B

BAren. Juriſdictionis. Lunæ 19. Januarii 1682. dec. 1. 173
Barchinonen. Mulctæ. Veneris 10. Januarii 1721. dec. 52. 300
Burgen. Juriſdictionis. Veneris 24. Januarii 1689. dec. 2. 176
Burgen. Juriſdictionis. Ven. 7. Maii 1688. dec. 3. 178
Burgen. Præeminentiarum. Veneris 24. Januarii 1721. dec. 53. 303

C

CAlagnritana Dimidii Beneficii de Foronda. Lunæ 27. Jun. 1712. dec. 4. 180
Compoſtellana Beneficii. Lunæ 15. Martii 1717. deciſ. 5. 182
Chelmen. Decanatus Zamoſcen. Lunæ 11. Decembris 1702. dec. 6. 184
Caſertana Beneficii. Lunæ 15. Junii 1716. dec. 55. 311

F

FRiſingen. Canonicatus. Lunæ 27. Junii 1712. deciſ. 7. 186
Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper Præſcriptiva. Lunæ 15. Junii 1711. dec. 8. 187

G

GErunden. Anniverſariorum de Guixols. Lunæ 3. Decembris 1708. dec. 9. 194
Gerunden. Officiorum. Lunæ 7. Decembris 1699. dec. 10. 199
Giennen. Juris mutandi. Lunæ 11. Februarii 1704. dec. 11. 200
Giennen. Juris Mutandi ſuper Declaratoria. Ven. 3. Aprilis 1699. dec. 12. 202
Giennen. Juris Mutandi ſuper reſtitutione in integrum. Lunæ 26. Aprilis 1700. dec. 13. 203
Giennen. Adjunctorum. Ven. 1. Maii 1704. dec. 14. 207

H

HIpporegien. Beneficii. Lunæ 11. Februarii 1704. dec. 15. 211
Hiſpalen. Juris præſidendi in Choro, & Capitulo, ſuper Remiſſoria. Veneris 2. Julii 1700. dec. 16. 214
Hiſpalen. Juris Sedendi in Synodo. Ven. 22. Junii 1697. dec. 17. 218
Hiſpalen. Viſitationis. Ven. 15. Novembris 1701. dec. 18. 220

I

ILlerden. Statuti ſuper manutentione. Lunæ 16. Martii 1705. dec. 19. 224

L

LEgionen. Parochialis. Lunæ 31. Januarii 1706. dec. 20. 225
Leodien. Diſmembrationis. Lunæ 1. Februarii 1712. dec. 21. 227
Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus. Lunæ 2. Julii 1703. dec. 22. 229
Lucana Præeminentiarum. 28. Junii 1700. dec. 23. 230

M

MAjoricen. Beneficii. Lunæ 15. Junii 1699. deciſ. 24. 233
Mediolanen. Canonicatus. Veneris 22. Aprilis 1701. dec. 25. 235
Mediolanen. Capellaniæ. Mercurii 22. Januarii 1716. dec. 56. 314
Mindonien. prætenſæ obſervationis Conſtitutionis. Lunæ 12. Jan. 1705. dec. 26. 237
Moguntina Canonicatus. Lunæ 1. Julii 1697. deciſ. 27. 239

N

NOvarien. Aggregationis. Veneris 20. Junii 1681. dec. 28. 240
Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini. Veneris 2. Julii 1706. dec. 39. 244
Novarien. Præcedentiæ. Lunæ 3. Julii 1713. dec. 30. 247
Novarien. Præcedentiæ. Lunæ 11. Decembris 1713. dec. 31. 249

P

PAmpilonen. Juris Sedendi. Veneris 28. Januarii 1707. dec. 32. 251
Pampilonen. Præeminentiarum. Mercurii 3. Februarii 1700. dec. 33. 252
Pampilonen. Beneficii de Allo. Veneris 13. Februarii 1705. dec. 34. 259
Peruſina Præeminentiarum. Mercurii 2. Decembris 1711. dec. 35. 261
Piſcien. ſeu Nullius *Cap. Odoardus*, ſive Congruæ. 5. Julii 1712. dec. 57. 319
Piſtorien. Juriſdictionis. Lunæ 14. Junii 1632. dec. 36. 265
Piſtorien. Plebaniæ. 21. Aprilis 1715. dec. 54. 306
Piſtorien. Annuarum Præſtationum. Jov. 8. Februarii 1720. dec. 58. 321
Piſtorien. & Praten. Juriſdictionis. deciſion. 60. 327
Placentina Cathedralitatis. 28. Novembris 1804. deciſ. 37. 266
Portuen. Juriſdictionis. Veneris 15. Aprilis 1712. deciſ. 38. 269
Portuen. Juriſdictionis ſuper Cenſuris, & attentatis. Veneris 15. Aprilis 1712. deciſion. 39. 271
Prateo. Simultaneæ Collationis. dec. 59. 271

R

RAtiſbonen. Canonicatus. Lunæ 13. Martii 1684. dec. 40. 272
Romana Præcedentiæ. Veneris 3. Junii 1712. dec. 41. 273

S

SEongallien. Canonicatus. Veneris 29. Januarii 1706. dec. 42. 275

T

TArraconen. Juriſdictionis ſuper Edictis. Lunæ 28. Junii 1700. dec. 43. 282
Tiraſonen. Portionis. Lunæ 14. Aprilis 1704. dec. 44. 285

V

VAlentina Juriſdictionis. Lunæ 6. Aprilis 1699. dec. 45. 286
Urgellen. Servitutum. Ven. 15. Martii 1697. dec. 46. 288
Urgellen. Plebaniæ. Lunæ 5. Aprilis 1712. dec. 47. 292
Urgellen. Statuti. Mercur. 27. Junii 1699. dec. 48. 293
Wormatien. Decanatus ſuper Declaratoria. Lunæ 13. Maii 1709. dec. 49. 294
Wormatien. Decanatus. Veneris 19. Junii 1705. deciſ. 50. 296
Votum Cardinalis Sperelli in Minerbien. ſeu Nullius Cerigonlæ Concordiæ. deciſ. 51. 297

DE-

DECISIONES

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

ET VOTA DECISIVA DIVERSORUM JUDICUM.

R. P. D. PAULUCCIO.

Baren. Juriſdictionis.

Lunæ 19. Januarii 1682.

ARGUMENTUM.

Favore Archipresbyteri Aquævivæ firmatur competentia Juriſdictionis quoad certos actus, & cum reſtrictione ad Eccleſiam Archipresbyteralem tantùm; in reliquis verò conſtare de bono Jure Archiepiſcopi Baren. decernitur.

SUMMARIUM.

1 *TErra Aquævivæ non fuit primitùs de Diœceſi Baren. ſed habuit propriam Diœceſim, & proprium Epiſcopum.*
2 *Agenti de damno vitando favendum potiùs, quàm de lucro captando quærenti.*
3 *Sententia, in judicatum tranſacta, firmat ſtatum, & pro veritate habetur*, & num. 30.
4 *Enumerantur facultates, quibus fruitur Archipresbyter Aquævivæ*, & num. 8.
5 *Et ex iis reſultat illius Juriſdictio.*
6 *Interdictam, & Clericorum ſuſpenſio, non ſine Juriſdictione infligi poſſunt.*
7 *Item ſententia abſque Juriſdictione ferri non valet.*
9 *Dictio* -- alius -- *includit diverſa ab expreſſis.*
10 *Sententia juſtificari debet ex Actis.*
11 *Limita, ſi ſit antiqua, quæ etiam ſine Actis probat.*
12 *Oſtenditur, prædicti Archipresbyteri Juriſdictionem, non ex delegatione procedere, ſed ex legitimo titulo*, & num. 13. & 14.
15 *Juriſdictio, acquiſita per conſuetudinem, intelligi debet privativè, non cumulativè*, & n. 40.
16 *Eidem Archipresbytero competit intitulatio Ordinarii.* Contra num. 37.
17 *Illius Juriſdictio reſtringitur ad ſolam Eccleſiam Aquævivæ, & ad Clericos, & Beneficiatos, ibidem inſervientes*, & num. 18. & 39.
19 *Epiſcopus Juris aſſiſtentiam habet exercendi in qualibet parte ſuæ Diœceſis omnimodam Juriſdictionem*, & num. 29.
20 *Qui prætendit in contrarium, probare tenetur ſeparationem Territorii.*
21 *Vel privilegium Apoſtolicum clarum, & expreſſum, aut immemorabilem.*
22 *Quæ tamen ex contrariis actibus excluditur.*
23 *Vel ſaltem quadragenariam cum titulo putativo.*
24 *Et quidem cum ſcientia Epiſcopi.*
25 *Per particulares actus, ab univerſali Juriſdictione provenientes, præſervata cenſetur eadem Juriſdictio quoad omnes.*
26 *Prælato inferiori non acquiritur Juriſdictio, niſi ſimul concurrant poſſeſſio, & titulus.*
27 *Archiepiſcopus, ubi nullus alius adeſt proprius Epiſcopus, Juriſdictionem habet, tam Archiepiſcopalem, quam Epiſcopalem.*
28 *In petitorio Judicio non ſpectatur quaſi poſſeſſio, niſi ſit immemorabilis, aut quadragenaria.*
31 *Sumptum de ſumpto non probat.*
32 *Vicarius facit unum, & idem Tribunal cum Epiſcopo.*
33 *Scripturæ, extractæ ex Archivio privato, quoad non ſubditos non probant.*
34 *Civitas Aquævivæ ubi erat.*
35 *Scriptura alias informis adminiculata probat*, & numer. 36.
38 *Juriſdictio, ad certas perſonas reſtricta, non eſt extendenda.*

DECISIO I.

IN Juriſdictionalibus controverſiis, quæ inter Archiepiſcopum Baren. & Archipresbyterum Terræ Aquævivæ per plures annos agitatæ fuere, & poſt plures Deciſiones, emanatas coram *bon. mem. Coccino*, obtinuit demùm Reverendiſſimus Archiepiſcopus mandatum de manutenendo, cujus tenor redditur per extenſum in *deciſione* 340. *coram bon. mem. Priolo*.

Et poſt diutinam ejuſdem mandati obſervantiam, exortæ ſunt denuò controverſiæ, pro quarum definitione fuit diſceptatum coram eodem *bon. mem. Priolo*, an conſtaret de attentatis, & quoad capita nonnulla fuit dictum conſtare, & Archipresbyterum in caſibus enumeratis *dicta deciſ.* 340. attentaſſe: Verùm reaſſumpta eadem diſputatione coram Me ſemel 10. *Maii* 1677. & iterum 7. *Februarii* 1678. cum in ſecunda hac diſceptatione iojunctum eſſet, ut videatur de bono jure, conceptum dubium propoſui *An, & de cujus bono Jure conſtet quoad Juriſdictiones Epiſcopales, & ordinarias, in Eccleſia, & Territorio Aquævivæ in caſu &c.*

Et Dominis fuit viſum conſtare hinc inde de bono Jure utriuſque reſpectivè, ſed ad formam Deciſionum, quæ plures emanarunt coram *bon. mem. Coccino*.

Et primo quoad Archipresbyterum, obſervarunt, quòd Terra Aquævivæ non fuit primitùs de Diœceſi Baren. ſed habuit cum propria, & ſeparata Diœceſi proprios Epiſcopos, ex quibus Benignus interfuit 1
Conciliis Romanis, à Simmaco Papa celebratis annis 499. 501. 503. ut conſtat *ex Concil. Generalium tom. 2. fol.* 282. 285. *&* 289. & confirmat *Haubertus Miræus in Notitia omnium Epiſcoporum Orbis impreſſa Pariſiis fol.* 48. Unde, & *Ferrar. in Lexic. Geograph. Aquamvivam Urbem primo denominat*, & de præſenti Vicum, idque favorabilem interpretationem pro Archipresbytero inducit, quaſi agat ipſe de damno evitando, & non de lu- 2
cro

Digitized by Google

cro captando in alterius detrimentum. *Gabr. conſ.* 20.
num. 26. *in fin. Add. ad Buratt. dec.* 480. *nu.* 24. *Dunoz.*
Jun. dec. 562. *num.* 11.

Quo poſito, bonum jus Archipresbyteri non modi-
cè foveri dicebatur, illudque reſultare ex duabus ve-
tuſtiſſimis ſententiis, altera Andreæ Epiſcopi Baren.
de anno 1221. altera verò Epiſcopi Vigilien. Delega-
ti Apoſtolici à S. M. Nicolao Quinto, quæ utraque
3 cum tranſierit in judicatum, firmat ſtatum, & pro ve-
ritate habetur. *l. Ingenuum ff. de ſtat. hom. l. res judicata*
208. *ff. de reg. Jur.*

In ſententia autem Baren. enumerantur ſingula,
4 quæ Archipresbyter facultate ſibi competente exerce-
bat, legitur enim in ea, — *quia Nobis benè conſtitit per*
Inquiſitionem ipſam, quòd ipſe, qui eſt Archipresbyter A-
quævivæ, conſuevit ordinare Primicerios in dicta Eccle-
ſia Sancti Euſtachii, concedere Beneficia, & Sacriſtiam,
eligere Sacriſtas, regere Curiam, de Spiritualibus interdi-
cere, & ſuſpendere Clericos ab officiis, & Beneficiis, cul-
pis exigentibus eorundem &c. ferre ſententias de motis quæ-
ſtionibus coram ipſo &c. audire Confeſſiones in pœnitentiis,
vel præſtare audiendi licentiam quibus ſibi placuerit, quia
ſine ipſius licentia nullus debet confeſſiones audire &c. quæ
5 omnia, & ſingula, Juriſdictionem important. *Text. in*
cap. ſi Judex laicus, de ſent. excom. in 6. *l. obſervare C. de*
decur. lib. 10. *Briſſon. de V. Sign. lib.* 3. *Maſtrill. de Magiſtr.*
lib. 3. *cap.* 9. *num.* 30. *&* 31. *Emin. De Luca in Relat. Cur.*
Foren. cap. 1. *num.* 1. *& num.* 9.

De interdicto, & Clericorum ſuſpenſione, cum
6 ſint cenſuræ Eccleſiaſticæ, quæ ſine Juriſdictione in-
fligi non poſſunt, *cap. tranſmiſſam de elect. Covar. ad*
cap. Alma mater §. 2. *de ſent. excom. num.* 1. *Sayr. de*
Cenſur. lib. 1. *cap.* 5. *num.* 6. De ſententia, quæ ſine
7 Juriſdictione non fertur, cum ſit pronunciatio Judi-
cis *l.* 1. *ff. de re judic. Scac. de Sent. & Re judic. gloſ.* 1.
quæſt. 1. *num.* 18.

Clariùs, & fortiùs ex ſententia Epiſcopi Vigilien.
in ea enim repetuntur ſinguli actus, recenſiti in ſen-
8 tentia Baren. & auctoritate Apoſtolica confirmati, &
additur inſuper; *Et alia Juriſdictione exercere, prout ha-*
ctenus conſuetum extitit in Terra Aquævivæ, quæ verba
alios actus inferunt à jam expreſſis, juxta vim illius
vocis, ſeu pronominis *alias*, quæ eſt, ut diverſitatem à
9 ſupra expreſſis, & diverſa ab expreſſis includat: *l. ſi*
fundus ſub conditione §. Libertus ff. de legat. 1. *Giurb. conſ.*
crim. 99. *num.* 7. *Barboſ. dict.* 26. *num.* 17. *Rota dec.* 305.
num. 9. *part.* 17. *rec.*

Neque efficaciam hujuſmodi ſententiarum elidit,
10 quòd non producantur earundem Acta, ex quibus poſ-
ſint, ut debet, juſtificari: *Rota cor. Seraph. dec.* 1261.
num. 5. *coram Merlin. dec.* 20. *num.* 3. *& coram Celſ. de-*
11 *ciſ.* 273. *num.* 13. quia cum ſint antiquiſſimæ ex ſe, et-
iam ſine Actis probant. *Gregor. dec.* 535. *num.* 8. *Add.*
ad Buratt. dec. 76. *num.* 26.

Minuſque quoad ſententiam Archiepiſcopi Andreæ,
quòd ipſa ſit delegativa, ſeu conceſſiva ſuarum facul-
tatum Archiprezbytero, idque præſtet & illa Epiſcopi
12 Vigilien. neutraque ullum Jus tribuat, cum ad hoc,
ut validè Juriſdictio tribuatur, & fiat diſmembratio ab
Ordinario, requiratur beneplacitum Apoſtolicum, aut
immemorabilis, vel privilegium.

Quia cum latæ ſint præcedentibus probationibus,
& inſuper Epiſcopus Vigilien. eſſet Delegatus Apoſto-
licus ad effectum confirmandi ſententiam præcedentem
Archiepiſcopi Andreæ, prout eam Apoſtolica aucto-
13 ritate confirmavit, & approbavit, eaque tranſierit in
judicatum, indè reſultat implicitum privilegium, quòd
ſimul cum antiqua conſuetudine, in utraque ſententia
præſuppoſita, inducit legitimum titulum, & non vo-
luntariam conceſſionem Archiepiſcopi.

Immò hæc ipſa ſententia Epiſcopi Vigilien. non ad-
mittit hujuſmodi interpretationem conceſſivæ, aut de-
legatæ Juriſdictionis, ſed eam omnino excludit, quia
cum Epiſcopus Vigilien. fuerit à S. M. Nicolao V. ad
hoc expreſsè delegatus, ut cognoſceret, num ex im-
14 memorabili conſuetudine Juriſdictio ordinaria Archi-
presbytero competeret, iſque per ſententiam compe-
tere declaraverit intelligi non poteſt de delegata, quæ
tribui non poterat, niſi ab Archiepiſcopo aſſerto dele-
gante, qui impugnabat.

Et ideo neque poteſt ab eodem Archiepiſcopo præ-
tendi, quòd hæc Archipresbyteri Juriſdictio ſit cumu-
lativa; quia cum Archipresbyter deducat Jus ſuum à
consuetudine, & præſcriptione interpretativa, hujuſ- 15
modi titulus in Juriſdictionalibus eſt privativus, & non
cumulativus, *c. irrefragabili, §. Exceſſus, de offic. Ordin.*
Mantic. dec. 296. *n.* 1. *Bich. dec.* 474. *num.* 14.

Augent ſententiarum auctoritatem, Proceſſus ab
Archipresbytero formati, complectentes à ſe prætenſ-
ſæ Juriſdictionis capita, nec non publica documenta,
quæ in publico Archivio Curiæ Baren. ſervantur. *Sum-*
mario Archipresbyteri, num. 9. *in fin.* enunciativa facta
per Vicarium Generalem Baren. de Archipresbytero
Aquævivæ, tanquam Ordinario, uſque de *anno* 1551.
eodem *Summ. num.* 10. quæ ut antiqua, & excedens
ſpatium centum annorum, injuncta aliis probationi-
bus, plenè probat ex vulgatis, & inſuper electio Vi-
carii Capitularis, facta à Capitulo Eccleſiæ Aquævivæ
Archipresbyteratu vacante, necnon Subſidium chari- 16
tativum, ab eodem Capitulo novo Archipresbytero
præſtitum *Summ. n.* 12. quæ ſanè omnia ipſum indicant
Ordinarium, & ordinariam ejus Juriſdictionem: pluri-
bus congeſtis *Fagnan. ad c. poſt ceſſionem, n.* 3. *de probat.*
& faciunt conſtare de bono Jure.

Quatenùs verò ex obſervantia ſubſecuta niterentur
Informantes pro Archipresbytero interpretationem de-
ſumere prædictarum ſententiarum, Domini eam non
plenè ſuffragari dixerunt, ſed ipſam admiſerunt ad
normam Deciſionum, quæ manarunt *coram bon. mem.*
Coccin. & præcipuè *dec.* 448. qua rejectum fuit Lau-
dum Cardinalium Sauli, & Paravicini, quatenus Ju-
riſdictionem firmaret Archipresbyteri in toto Terri-
torio Aquævivæ, cujus nec ſententiæ ipſæ meminere,
eamque reſtringendam hodiè Domini dixerunt ad ſo- 17
lam Eccleſiam Sancti Euſtachii Archipresbyteralem,
& ad Clericos, ac Beneficiatos ejuſdem, in qua,
& circa quos, Archipresbyter exercere poteſt ea om-
nia, quæ in ſententiis referuntur, & non ultra Ec-
cleſiam.

Nam ordinare Primicerios, & concedere Benefi-
cia, literaliter ad Eccleſiam refertur: regere Curiam,
de Spiritualibus interdicere, & ſuſpendere Clericos,
rectè verificatur quoad Clericos ejuſdem Eccleſiæ, ſi-
cut & compellere eos ad juſtitiam faciendam, ac ſen-
tentias ferre de motis quæſtionibus, pariter eorundem
perſonas reſpicit, & de medio facultas dandi licen-
tiam ad audiendas Confeſſiones, hoc tamen præfefert,
quòd in ipſa Archipresbyter ſolus poterat audire Con- 18
feſſiones, & nemo alius ſine ipſius licentia, ut in
ſententia exprimitur; undè inferre non licet, ut præ-
tenditur, quòd penes eum ſit facultas approbandi Con-
feſſarios.

Quibus ſtantibus, conſequenter fit, conſtare in re-
liquis de bono Jure Archiepiſcopi, cum habeat inten-
tionem ſuam fundatam in qualibet Terra, quæ ſit in-
tra limites ſuæ Diœceſis, in qua Juriſdictionem exer- 19
cere poteſt privativè quoad omnes alios, *cap. cum per-*
ſonæ, in fin. de privil. in 6. *cap. conquerente, de offic. Or-*
din. cap. omnes Baſilicæ 16. *quæſt.* 7. & juxta diſpoſitio-
nem *Sacr. Concilii Tridentini ſeſſ.* 7. *cap.* 8. *& ſeſſ.* 21. *c.*
8. *de reform.*

Undè dum prætendit Archipresbyter ad ſe ſpectare
exercitium Juriſdictionis in Cauſis Civilibus, & Cri-
minalibus in Terra Aquævivæ, tenetur probare tan-
quam fundamentum ſuæ intentionis, dictam Terram 20
non eſſe intra fines Diœceſis Baren. ſed eſſe Territo-
rium ſeparatum, & independens ab Archiepiſcopo,
quod tamen per ipſum non præſtari dixit expreſsè *Rot.*
coram Coccin. dec. 448. *n.* 5. Addens, non ſuffragari ad
hunc intentum ſententias Archiepiſcopi Andreæ Baren.
Epiſcopi Vigilien. quas intellexit, ut ſupra, quoad
Eccleſiam Aquævivæ, non autem quoad Terram ip-
ſam, quod fuit etiam repetitum *in dec.* 471. *n.* 1. *& dec.*
506. *num.* 1. *& dec.* 919. *cor. eod. Coccin.*

Deberet enim Archipresbyter pro ſuæ intentionis
fundamento proferre privilegium Apoſtolicum clarum, 21
& apertum, aut probare concludenter immemorabi-
lem. *Coccin. dec.* 448. *num.* 12. *Rota coram Zarat. dec.*
21. *num.* 8. quod neutrum præſtat; nam nec exhibet
privilegium, nec immemorabilem probat, ut dictum
fuit *d. dec.* 448. *& dec.* 919. *coram Coccin.* quæ exclu-
ditur ex tot actibus, in contrarium per Archiepiſcopos 22
geſtis.

geſtis. *Rot. dec.* 248. *n.* 7. *part.* 2. *rec.* & quatenus præ-
tendat Archipresbyter præſcripſiſſe, non quidem Ter-
ritorium ſeparatum, ſed Juriſdictionem privativam
23 quoad certos actus, adhuc neceſſaria eſſet quadrage-
naria cum titulo, ſaltem putativo, ob Juris reſiſten-
tiam. *Rot. dec.* 221. *num.* 19. & 21. *part.* 13. *rec.*

Idque neutrum Archipresbyter probat: Non qua-
dragenariam, quia ultra eam, probandum adhuc eſſet,
24 actus geſtos per Prædeceſſores, fuiſſe cum Archiepiſco-
porum ſcientia, ſine qua non acquiritur inferiori Præ-
lato ulla quaſi poſſeſſio, aut Juriſdictio, in præjudicium
Eccleſiæ, aut ipſius Epiſcopi. *Grat. diſcept.* 918. *n.* 20.
Rot. dec. 70. *n.* 76. & *dec.* 221. *n.* 24. *part.* 13. *rec.* eaque
excluditur, ex quo Archiepiſcopi plures actus exercue-
runt, ad eandem Juriſdictionem ſpectantes, per quos,
25 ſub univerſali Juriſdictione comprehenſos, cenſetur
præſervata, & conſervata Juriſdictio quoad omnes
actus, ad eandem Juriſdictionem ſpectantes. *Rot. dec.*
333. *n.* 5. & *dec.* 391. *nu.* 22. & *ſeqq. part.* 13. *rec.* Defi-
ciente autem hac quadragenaria poſſeſſione, ſuffraga-
ri non poteſt titulus putativus, quem deducere nititur
Archipresbyter à gemina illa ſententia Baren. & Vi-
26 gilien., cum copulativè, & poſſeſſio, & titulus requi-
ratur, & alterutro deficiente, nihil actum intelligi-
tur. *Eminentiſſimo Otthobonus dec.* 134. *num.* 4.

Non attento, quòd Archiepiſcopus retinuerit ſolam
Archiepiſcopalem, ſeu Metropoliticam Juriſdictionem,
quia immò utramque, tam Archiepiſcopalem, quàm
27 Epiſcopalem retinuit in ſua Diœceſi, cum non adſit
alius proprius Epiſcopus, ut ſæpiùs fuit dictum contra
Archipresbyterum *in Deciſionibus coram Coccin.* & *in
Archiepiſcopatu Toletano in allegatis ſupra deciſionibus* 70.
221. 335. & 391. *part.* 13. *rec.*

Minùſque quòd Archipresbytero in aliquibus acti-
bus fuerit conceſſa manutentio, cum hodiè agatur de
28 petitorio Judicio, in quo non ſpectatur quaſi poſſeſ-
ſio, niſi immemorabilis, aut quadragenaria, cum re-
liquis ad eam requiſitis. *Rot. dec.* 324. *num.* 8. & 11. *p.*
1. & *dec.* 221. *num.* 29. & *ſeqq. part.* 13. *rec.* quam defi-
cere conſtat ex ſupradictis, & ita concluſum conſtare
de bono Jure utriuſque reſpectivè, utraque Parte in-
formante &c.

Eadem

Coram R. P. D. RONDININO.

Lunæ 12. *Maii* 1688.

PLuribus in hac antiqua Cauſa habitis diſputatio-
nibus, tam ſuper manutentione *coram Coccino*,
qui poſt plures Deciſiones inter ejus impreſſas 448. 471.
506. 513. 716. & 919. conceſſit mandatum de manu-
tenendo Reverendiſſimo Archiepiſcopo Baren. quàm
ſuper attentatis coram *bon. mem. Priolo*, & *Paulucccio*,
aſſumpta tandem de mandato Rotæ cognitione boni
Juris, reſponſum fuit ſub *die* 19. *Januarii* 1682. conſta-
re de bono jure utriuſque Partis ad formam deciſionum
Coccini, nimirum de bono jure Archiepiſcopi Baren.
quoad exercitium omnimodæ Juriſdictionis Ordinariæ
in Terra Aquævivæ, uti exiſtentis in illius Diœceſi,
& de bono jure Archipresbyteri, *quoad actus particula-
res Juriſdictionis, expreſſos in duabus antiquis ſententiis*,
Andreæ nempè Epiſcopi Baren. de anno 1221., & Ja-
cobi Epiſcopi Vigilien. de anno 1452. Acquieſcente
huic reſolutioni Archipresbytero, obtinuit Archiepi-
ſcopus novam Audientiam, & repropoſita Cauſa co-
ram Me in locum *bon. mem. Paulucii* ſuffecto, DD.
cenſuerunt ſtandum eſſe in deciſis juxta modum inſe-
riùs exprimendum.

Quo enim ad exercitium omnimodæ Juriſdictionis
Epiſcopalis in Terra, Eccleſiis, & toto Territorio
Aquævivæ, privativè quoad Archipresbyterum, nul-
la videbatur adeſſe difficultas, quia Archipresbyter
non controvertit ampliùs ſituationem intra limites Diœ-
ceſis Baren. quinimò quoad hoc poſitivè acquieſcit;
Ideoque de plano procedit favore Archiepiſcopi tam
29 diſpoſitio Juris communis *in Canon. omnes Baſilicæ* 16.
quæſt. 7. *in cap. cum perſonæ, de privil. in* 6. quàm *Sacr.
Conc. Trid. ſeſſ.* 7. *cap.* 8. & *ſeſſ.* 21. *cap. pariter* 8. *de re-
format.*

Juriſdictio verò Archipresbyteri in Eccleſia Sancti
Euſtachii, quoad Beneficiorum Collationem, cogni-
tionem Cauſarum inter Clericos, ſeu Laycos, prædi-
ctæ Eccleſiæ inſervientes, & quoad alios particulares,
recenſitos in ſententia Vigilien. & per extenſum rela-
tos penes *Coccin. in tertia hujus Cauſæ Deciſione inter ejus
impreſſas in* 513. concludenter juſtificari viſa eſt per ſen- 30
tentiam prædictam, quæ tranſitum fecit in rem judica-
tam, ad regulam *Text. in l. ingenuum ff. de ſtatu hominum
l. res judicata* 208. *ff. de regulis Juris.*

Non obſtat, quòd in facto non verificetur ſuppoſi-
tum Deciſionis, quòd ſcilicet Oppidum Aquævivæ fue-
rit olim Civitas, & habuerit proprium Epiſcopum,
qui interfuerit Conciliis Romanis, ſub Simmaco Pa-
pa celebratis, & quòd ſententia Epiſcopi Vigilien.
non probet, cum non exhibeatur illius originale, vel
ſaltem illius copia in forma probanti, ſed ſimplex ſum-
ptum de ſecundo, vel tertio ſumpto formiter extra- 31
ctum, quod nullam facit probationem, *ad Text. in ca-
pit.* 1. *de fid. inſtr. Auth. ſi quis in aliquo C. de edend. Ro-
ta coram Coccin. dec.* 466. & *deciſ.* 758. *coram Ubaldo*,
dec. 884. *num.* 3. *coram Merlin. dec.* 3. *num.* 4. & 10. &
dec. 595. *num.* 16. & *ſeq. dec.* 88. *num.* 1. *apud Tambur.
de Jur. Abb. tom.* 3. *latè in rec. dec.* 379. *in* 2. *num.* 1. &
ſeq. part. 13. & *dec.* 619. *num.* 10. *part.* 19. attenta præ-
ſertim illius extractione, facta per Vicarium ejuſdem
Archipresbyteri facientem unam perſonam, & unum
Tribunal, nulla prævia citatione executa contra Ar- 32
chiepiſcopum Baren. vel ejus Procuratorem. *Ridolphin.
in Prax. part.* 1. *cap.* 12. *num.* 22. *Rot. dec.* 32. *num.* 11.
coram Dunoz. dec. 71. *num.* 3. & *dec.* 292. *coram Greg. d.
deciſ.* 88. *num.* 4. *apud Tamburin. de Jure Abb. tom.* 3. &
in Tarraconen. Prioratus 16. *Junii* 1674. *§. Licèt enim*,
coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & quidem in Ar-
chivio ipſiuſmet Eccleſiæ Aquævivæ, quæ cum ſit in-
ferior, ipſius Archivium nullam fidem facit adverſus 33
Archiepiſcopum, alioſque non ſubditos. *Rot dec.* 34.
cor. Millin. d. dec. 88. *n.* 3. *apud Tambur. de Jur. Abb. tom.* 3.
dec. 182. *num.* 2. *part.* 2. *diverſ. coram Seraph. dec.* 642.
num. 1. *coram Bichio dec.* 246. *num.* 18. & *ſeq.* & *in rec. d.
dec.* 379. *in* 2. *num.* 7. *cum ſeqq. part.* 13. *dec.* 473. *n.* 1.
& *ſeq. part.* 18. *tom.* 2. & *in Leodien. Juriſdictionis ſuper
bono Jure* 9. *Decembris* 1682. *§. Nec fidem, cum ſequenti*,
coram bon. mem. Albergato.

Etenim omiſſa quæſtione, an præfatum Oppidum
Aquævivæ fuerit Civitas, & Sedes Epiſcopalis, ut
videtur deduci ex adductis in Deciſione, & ſe ſuſpica-
ri ait *Ughellius in Italia Sac. Com.* 7. *pag.* 835. vel potiùs
Aquaviva Urbs Epiſcopalis fuerit prope Etruriam ſub
Monte Soracte in Via Flaminia inter Arianum, &
Civitatem Caſtellanam, prout diſtinguendo Civitatem
Aquævivæ ab Aquaviva, Vico in Campanea prope 34
Venaſorem, & noſtra Aquaviva, Caſtro Apuliæ in
Diœceſi Baren. tradunt *Carol. à Sancto Paulo in ſua Ge-
ographica pag.* 561. *§.* 5. *Octell. in Theſau. Geograph. edito
anno* 1682. *tom.* 5. *pag.* 78. in qua diſputatione parum
videbatur DD. immorandum, tum ob diverſitatem
Hiſtoricorum utrinque allegatorum, tum quia Archi-
presbyter non impugnat ſituationem in Diœceſi Baren.
admittitque ſe non habere Territorium ſeparatum,
exinde ſolùm reſultaret ſimplex præſumptio interpre-
tativa favorabilis Archipresbytero, parum urgens ad
definitionem Cauſæ.

Non tamen videbatur in dubium revocanda veritas
ſententiæ Epiſcopi Vigilien. quia non ſolùm fuit in-
ſerta in antiquo Proceſſu Compulſoriali, formiter
compilato vigore Literarum Rotalium, & illius te-
nor in ſubſtantialibus relatus *in deciſione* 503. *coram
Coccin.* ac illius veritas, & legalitas agnita, & ap-
probata in omnibus Deciſionibus hucuſque emanatis,
tam *coram Coccin.* quàm *bon. mem. Priolo*, & *Pauluc-
cio*, in quibus omnibus ſemper reſolutum fuit pro Ar-
chiepiſcopo, exceptis tamen contentis in ſententia
Vigilien.

Verùm etiam ad formam dictarum Deciſionum *Coc-
cini* fuit demandata expeditio Cauſæ, & uſque ſub *die*
10. *Maii* 1610. ad inſtantiam Archiepiſcopi executa
citatio contra Archipresbyterum ad videndum decer-
ni, & relaxari mandatum de manutenendo in poſſeſ-
ſione, ſeu quaſi Juriſdictionalis Terræ, & Territorii
Aquævivæ, exceptis contentis in ſententia Vigilien.

Sam-

Summario Archipresbyteri dato die 27. Junii proximè præteriti, numer. 7. & ad illius tenorem expeditum etiam mandatum, quod per extenſum regiſtrarum eſt in alia ſubſecura Deciſione ſuper Attentatis, edita *cor. Priolo deciſ. 240. ſub principio*, ibi: *exceptis comprehenſis in ſententia Vigilien.* & ulteriùs concurrunt, productio ejuſdem ſententiæ de anno 1555. in Curia Archiepiſcopali Baren. ſententia Vicarii Generalis Archiepiſcopalis, in qua de ſequenti anno 1556. fit mentio ſententiæ Vigilien. ac plures Teſtes, qui prædicto anno 1555. deponunt ſe originaliter vidiſſe eandem ſententiam Vi-
35 gilien. ita ut non poſſit hodie impugnari legalitas hujuſmodi ſententiæ, ſuper qua fuit diù litigatum, & quæ fuit pluries à Collitigante accepta, & à pluribus Judicibus ſuppoſita, approbata, & demandata executioni. *Rota coram Coccino dec. 958. numer. 11. & deciſ. n 341. nu. 24. & in rec. dec. 172. nu. 28. p. 17.* Præcipuè cum illius tenor fuerit per extenſum relatus in antiqua Deciſione *Coccini*, quod Rota præcipitanter facere non ſolet, ſed Jurium legitimitate maturè diſcuſſa, ut tradit *Eminentiſſimus Ottbobonus dec. 108. n. 10. & 11.*

Admiſſa ex his legalitate ſententiæ, quæ licèt ſit ſumptum de ſumpto, eſt tamen adminiculata, & to-
36 ties approbata in Judicio, ut ei controverti non poſſit plena fides, Domini exiſtimabant, competere quidem Archipresbytero Juriſdictionem circa ea, quæ in ſententia comprehenduntur, & in hac parte confirmandam *dec. bon. mem. Paulucci*; non tamen credebant poſſe Archipresbyterum, ſe denominare Ordinarium, prout videtur ſuppoſuiſſe *dec. in §. Augent autem, ex Fagnan. in cap. poſt ceſſionem, num. 3. de probat.*

Etenim quamvis Archipresbyter jure ſuo in Eccleſia Sancti Euſtachii, quoad certos actus, in ſententiis recenſitos, Juriſdictionem exerceat; nihilominus illi non competit denominatio, & intitulatio Ordinarii, cum abſolutè Ordinarius intitulari non potuerit, niſi Epiſcopus, aut Is, qui habet Territorium ſeparatum, &
37 Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non autem alius inferior; tametſi de conſuetudine, vel præſcriptione, illi competant aliqui actus particulares ordinariæ Juriſdictionis, ad *Text. in cap. ſi Papa, per tot. & præſertim verſ. his enim, de privil. in 6. Gloſſ. in c. 3. V. loco cum, de Offic. Ordinarii in 6. Felin. in c. poſt ceſſionem, num 1. de præſcript. Fagnan. in c. cum contingat, num. 23. & 26. de for. compet.* latè *Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 24. nu. 102. & ſeqq.* & in hac eadem Cauſa pluribus allegatis *Rota coram Priolo d. dec. 340. num. 5. & rec. dec. 69. num. 12. & 15. part. 19.* articulo, & nuper plenè diſcuſſo articulo judicatum fuit *in Juvenacen. Juriſdictionis coram R. P. D. Emerix.*

Eadem ratione videbatur, reſtringendo Juriſdictionem, ac limites ſupradictæ ſententiæ Vigilien. neque audiendum Archipresbyterum, petentem ſuperaddi jam deciſis, quòd Juriſdictio illi in ſententia conceſſa, extendatur ad omnes perſonas etiam laicas, Eccleſiæ Sancti Euſtachii ſubjectas. Quoniam ſententia loquitur de ſolis inſervientibus Eccleſiæ, & proindè ſuffra-
38 gari non poteſt niſi quoad illa, quæ ex ea neceſſariò inferuntur. *Alex. conſ. 84. num. 3. Ancar. conſ. 437. in fine, & Rota in hac Cauſa dec. 448. num. 5. & 6. coram Coccin.* Et id etiam fuit illi expreſsè denegatum in omnibus Deciſionibus, reſtringentibus ejus Juriſdictionem ad Clericos, & Beneficiatos, eidem Eccleſiæ inſervientes.

Neque facultas excommunicandi etiam laicos, de qua fit mentio in ſententia, ſuadet talem extenſionem, ſeu declarationem: etenim illa commodè referri poſſet ad laicos etiam eidem Eccleſiæ inſervientes, vel in ea delinquentes, aut Archipresbyterum in ſua Juriſdi-
39 ctione impedientes, abſque eo quòd ſit facienda tam ampla interpretatio, quæ ferè deſtrueret omnem Juriſdictionem Archiepiſcopi, cum ratione Curæ animarum omnes Incolæ ſint ſubjecti unicæ Parochiæ Sancti Euſtachii, quod eſſet contra ſenſum Rotæ, quæ in omnibus Deciſionibus ſemper reſtrinxit juriſdictionem in Eccleſia, & in his, quæ Eccleſiam concernunt, & eſſet etiam contra mentem ſententiæ Vigilienſis, in qua fundatur totum jus Archipresbyteri, ut benè per plures rationes ponderavit *Rot. in d. deciſ. 448. num. 2. & pluribus ſequentibus, coram Coccino.*

Demùm voluerunt DD. declarari concluſionem, quæ videtur firmari in Deciſione *bon. mem. Paulacci §. Et ideo*, quòd nempè titulus in Juriſdictionalibus, qui deducitur ex conſuetudine, vel præſcriptione, fit ſemper privativus, numquam autem cumulativus: quia ibidem allegata probant quidem titulum in Juriſdictionalibus acquiri poſſe etiam privativè per conſuetudinem, & præſcriptionem, ſed non excludunt ti- 40
tulum cumulativum, qui in hac materia nunquam acquiritur, etiam mediante conſuetudine, vel præſcriptione, juxta notata per *Fagnan. in capit. auditis, de præſcript.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. CACCIA.

Burgen. Juriſdictionis. 2

Veneris 24. Januarii 1689.

ARGUMENTUM.

Firmatur in hac Deciſione, competere Capitulo Burgen., vigore Concordiæ, Juriſdictionem privativam in levibus delictis Capitularium, aliarumque Perſonarum ejuſdem Eccleſiæ Burgen., & in nonnullis gravioribus ſimul cum Archiepiſcopo; atque crimina, de quibus agitur, non eſſe de exceptuatis in dicta Concordia.

SUMMARIUM.

1 *Exceptio, ſeu reſervatio, per continuatam orationem facta, referri debet ad præcedentia.*
2 *Verba adverſativa* -- Per hoc tamen -- *adverſantur in eodem genere.*
3 *Dictio* -- quotieſcunque -- *licèt univerſalis, reſtringitur tamen ad naturam ſubjectæ materiæ.*
4 *Exceptio firmat regulam in non exceptis*, & numer. 17.
5 *Juriſdictio Capituli Burgen. in Capitulares, reſtricta fuit per Concordiam ad exercitium ſolius Criminalis.*
6 *Concordia veteres titulos non perimit, ſed confirmat.*
7 *Prædicta Concordia complectitur quoſcunque Clericos, & Presbyteros, perpetuos Beneficiatos Eccleſiæ Burgen.* & num. 8.
9 *Deciſiones præcedentes, in Cauſæ proſecutione ſunt ſemper ſupponendæ.*
10 *Obſervantia diſpoſitionem dubiam declarat.*
11 *Status Beneficii non poteſt per Concordiam immutari, abſque Patronorum conſenſu.*
12 *Conſenſus Patronorum non eſt neceſſarius in actu ipſis non præiudiciali.*
13 *Hujuſmodi conſenſus, cum requiratur pro intereſſe Patronorum, poteſt actum etiam ſubſequi, & ex diuturna obſervantia præſumitur interveniſſe.*
14 *Exemptus, ratione rei non exemptæ, ſubditur Ordinario.*
15 *Etiamſi exemptio ſit ampla, & competat ratione perſonæ.*
16 *Tenor privilegii eſt unicè attendendus.*
18 *Unicus actus pro obſervantia interpretativa ſufficit.*
19 *Literalis diſpoſitio interpretatione non indiget.*
20 *Delictum exempti, tamſi concernat Curam animarum, quam ſi turpitudinem ſcandaloſam redoleat, reſervatur cognitioni Ordinarii.*
21 *Ubi adeſt ſpecialis proviſio una cum obſervantia, ceſſat illatio ex identitate rationis, vel ex tacito, & ſubaudito intellectu.*

DECISIO II.

ITerum Domini cenſuerunt, Jus criminaliter procedendi contra Bonaventuram Ximenez, & Joannem de Pando Capellanos extravagantes Metropolitanæ Burgenſis, competere Capitulo, habenti Juriſdictionem privativam in levibus, & ſimul cum Archiepiſcopo in nonnullis gravioribus delictis Capitularium, aliarumque perſonarum dictæ Eccleſiæ, optimè fundatam in Concordia Alexandrina, in Sententiis Rotalibus, & in ſucceſſiva obſervantia. Quamvis autem Scribentes

pro

pro Reverendiſſimo Archiepiſcopo acriter contende-
rent, præſentem Controverſiam extraneam eſſe à diſ-
poſitione dictæ Concordiæ, cum Bonaventura ratione
perſonæ, uterque verò ratione ipſius delicti, diceren-
tur ſpecialiter ſubjecti Juriſdictioni Ordinariæ, nihilo-
minùs ſingula prædicta, in antecedentibus ſublata,
& hodie pro inſubſiſtentibus denuò recognita, Do-
minos à priori Sententia non retraxerunt.

Et quidem non ſubſiſtit reſpectu Bonaventuræ,
quòd ipſe utì Capellanus Beatæ Mariæ Viſitationis,
ex ipſa lege Epiſcopi Carthagenæ fundatoris, ſubſit Ju-
riſdictioni Ordinarii, cui expreſſe reſervatum legitur
Jus coercendi Capellanos dictæ Capellæ, quotieſcunque
culpabiles noſcerentur: quia tecurrit animadverſio,
habita in præterita Deciſione *diei 7. Maii 1688.* quòd
nempè reſervatio ſit reſtricta ad correctionem in iis,
quæ pertinent ad cultum Capellæ, cum poſt tribu-
tam Capellano majori, & deindè Capitulo faculta-
tem coercendi Capellanos, & Pueros in dicta ſpecie
delicti, ibi — *Statuimus, & ordinamus, quòd Capella-
nus major habeat Jus & poteſtatem coercendi alios Capella-
nos, & Pueros, in his, quæ pertinent ad cultum Capellæ
& quod ſi talis negligentia, vel culpa fuerit, quæ majo-
rem mulctam, ſeu pœnitentiam exigat recurratur ad Do-
minos de Capitulo &c.* ſubſequatur per continuatam
orationem pars exceptiva, ſeu reſervativa Juriſdi-
ctionis Ordinarii, in his verbis — *Per hoc tamen non
excludimus, quin Nos, & Succeſſores noſtri poſſimus, &
debeamus punire, atque coercere præfatos Capellanos, &
Pueros, quotieſcunque culpabiles eſſe noverimus, vigore
noſtræ Ordinariæ Juriſdictionis*; & ſic retento ſemper
eodem themate delictorum, pertinentium ad Cultum
Capellæ, atque ratione connexionis, ſubſecutæ ma-
teriæ, & continuati ſermonis exceptio, ſeu reſerva-
tio debet referri. *Bald. conſ. 131. ſub num. 2. verſ. licèt*
1 *regulam. lib. 1. Greg. dec. 85. num. 13. & ſeqq. &
dec. 303. n. 5. part. 19.* Præſertim ponderatis illis ver-
bis — *Per hoc tamen*, quæ cum ſint adverſativa, ad-
2 verſantur in eodem genere, & retentis iiſdem termi-
nis. *Bartol. in l. ſi maritus, in fin. ff. ad l. Juliam de adult.
Soccin. Jun. conſ. 102. num. 14. lib. 1. Rmin. conſ. 41. ſub n.
8. verſ. Quia illa dictio lib. 2. Gregor. d. dec. 85. num. 9. Priol.
dec. 69. num. 13.* Non attenta dictione — *Quotieſcunque*
quæ licèt univerſalis, reſtringitur tamen ad naturam
3 ſubjectæ materiæ, & ad præcedenter diſpoſita, cum
quibus oratio conſecutiva conjungitur. *Coccin. deciſ.
1788. num. 81. Eminentiſs. Ottbob. deciſ. 90. num. 2.
& 3. & dec. 556. num. 14. part. 18. & dec. 353. n.
11. & ſeqq. part. 19.*

Et ideò in cæteris, quæ non pertinent ad cultum
Capellæ, intrat exemptio ex mente ipſiuſmet Funda-
toris, qui voluit in omnibus privilegiis, prærogativis,
libertatibus, & immunitatibus, idem Juris eſſe Capel-
lanis Viſitationis, quod erat Capellanis de numero, ut
in *Novarien. Aggregationis 21. Junii 1681. & 12. Junii*
4 *1682. coram R. P. D. meo Urſino, & in Barchinonen. Vexilli
9. Maii 1687. §. Hanc autem, coram eodem.* Non ſubſi-
ſtente, quòd Capellani de numero tunc temporis non
haberent dictam exemptionem, quæ ſolùm conceſſa
fuit in Concordia, inita poſt triginta annos à dicta
fundatione: Quia dum Capitulares longè ante Con-
cordiam prætendebant omnimodam, & abſolutam Ju-
riſdictionem, & reſpectivè exemptionem; quæ ad evi-
tandas controverſias fuit poſtea per Concordiam reſtricta
5 ad exercitium ſolius Criminalis, ut obſervat *dec. 720.
in princ. cor. Seraph. & cor. R. P. D. meo Hervault in ſua
Deciſ. ſub die 23. Junii 1687. §. Prætendente*; Indè ſe-
quitur, quòd Jus exemptionis quoad Crimina dicatur
competere etiam ante Concordiam, quæ veteres ti-
tulos, cum cauſa uniformes, & compatibiles, non
perimit, ſed confirmat. *Dec. conſ. 400. num. 9. verſ.
Et his ſtantibus, & conſ. 564. n. 13. cum ſeqq. Olea de Ceſſ.*
6 *Jur. tit. 6. quæſt. 7. num. 4. & 9. Valeron. de Tranſact. tit. 5.
part. 4. n. 8. Urceol. eod. tr. ct. quæſt. 73. n. 9. & ſeqq. Eminentiſs.
Cerr. dec. 97. n. 27. & 28.*

Sed quatenus prædicta eſſent dubia, adhuc omnis
tolleretur difficultas ex ipſa Concordia, quæ indiſtin-
7 ctè complectitur quoſcunque Clericos, & Presbyteros,
perpetuos Beneficiatos Eccleſiæ Burgen. & ſic etiam Ca-
pellanos Viſitationis, qui ſunt perpetuò intitulati in
dicta Eccleſia, ut per *Seraphin. dec. 788. numer. 1.*

Et hic intellectus nedum convenit proprietati verbo-
rum, ſed antiquis ſententiis, ac Decretis Rotalibus,
concedentibus Capitulo facultatem puniendi vigore di- 8
ctæ Concordiæ exceſſus, & delicta commiſſa per o-
mnes, & ſingulas perſonas, quæ in dicta Eccleſia Ca-
nonicatus, Præbendas, Portiones, & alia quæcunque
Beneficia obtinerent, ut teſtatur idem *Seraph. d. dec.
788. ſub n. 2.* Immò ſuper hac indiſtincta comprehenſio-
ne ſat eſſet allegare *d. dec. 788. Seraphin.* quæ ex pluri- 9
bus id probat, & in hoc Judicio eſt ſupponenda. *Coccin.
dec. 1015. n. 5. & dec. 2335. n. 3.* juxta præſertim ob-
ſervantiam, ex qua liquet, ſemper proceſſiſſe Capitu-
lum ſuper delictis eorundem Capellanorum, nunquam
autem Archiepiſcopum; undè comprehenſio quatenus
dubia, ex hujuſmodi obſervantia interpretationem re-
ciperet. *Rot. dec. 14. n. 5. part. 7. & dec. 720. n. 13. part.* 10
18. & alibi frequenter.

Nec replicare juvat, quòd Status Juriſditionalis reſ-
pectivè dictæ Capellæ non potuerit immutari, & per
Concordiam transferri de Archiepiſcopo in Capitulum,
abſque Patronorum conſenſu. *Lotter. de Re Benef. lib. 2.
quæſt. 8. num. 95. Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 66.
num. 10. & 11.* Quia, vel conſenſus non erat ne-
ceſſarius in actu Patronis non præjudiciali, quorum
nil intererat, an Capellani potiùs ſubeſſent Juriſdictio-
ni Archiepiſcopi, quàm Capituli, cum in utroque caſu
Jus eorum ſemper eſſet ſalvum: *Innoc. in cap. 1. ſub* 11
*num. 6. verſ. Et etiam, & ibi Joan. Andr. ſub n. 13. verſ. ad
prædicta. Ut Eccleſ. Benef. ſine dimin. confer. Lotter. de Re
Benef. lib. 1. quæſt. 11. num. 65. & 66. Caſſador. dec. 3.
ſub num. 4. verſ. ſed concluſum, de Jurepatr.* vel tanquam
requiſitus ex cauſa privati intereſſe Patronorum, non
autem pro forma, ſeu ad authorizzandum Contra- 13
ctum, potuit ſubſequi, & ex diuturno tempore, ac
obſervantia ferè duplicis ſeculi, præſumitur interve-
niſſe. *Dec. conſ. 409. per tot. Naſcard. de Probat. concl. 417. n.
1. & ſeqq. Vivian. de Jurepatr. part. 3. lib. 14. cap. 2. num. 31.
Rot. dec. 336. n. 15. & 16. part. 18.*

Poſita igitur ex prædictis competentia exemptio-
nis, fruſtra opponitur, quod Bonaventura, qui deli-
quit, ratione Eccleſiæ Sancti Stephani non exemptæ,
teneatur ob concurſum diverſæ qualitatis, & cohæren- 14
tiam actionis rei non privilegiatæ, de hujuſmodi exceſ-
ſu Epiſcopo reſpondere *per Text. in cap. volentes §. In
eos, ubi Hoſtienſ. num. 1. Geminian. num. 3. & 4. Franch.
num. 2. Ancaran. num. 6. Barboſ. n. 5. de privil. in 6. Faguan.
in cap. Quoniam, num. 2. & 3. de privil. Salgad. de Sup-
plic. ad SS. part. 2. cap. 15. num. 10. Card. Albitius in di-
ſcep. 2. quæſt. 2. num. 1. & ſeqq. penes Card. de Luca de Ju-
riſd. poſt diſc. 95. Rot. dec. 165. n. 2. cum plur. ſeqq. part.
7.* Idque etiamſi exemptio ſit ampla, & competat ra-
tione perſonæ, ut firmat idem *Card. Albit. ubi ſupra nu.
8. Rota in Bononien. Juriſdictionis penes Marcheſ. de Com-* 15
*miſſ. part. 1. pag. 1069. num. 3. verſ. Verùm, & in d.
dec. 167. n. 7. part. 7.*

Omiſſa enim quæſtione in puris terminis Juris co-
munis, in quibus ob opiniones, inter ſe diſſidentes,
quoad exemptionem perſonalem DD. noluerunt inſiſte-
re; viſa fuit removeri difficultas ex facto, quia conſtitit
Juriſdictionem fuiſſe tributam Capitulo, etiam ſuper
delictis commiſſis ratione rei non exemptæ, adeoque
tenor privilegii eſt unicè attendendus, ut notat *Gloſſ. in
d. c. volentes, in figuratione caſus, verſ. nota primo.*

Concordia etenim, ultra univerſalitatem, ac prægnan-
tiam verborum, comprehendentium omnia delicta, tam
intra Eccleſiam, quàm extra, & ubique locorum com-
miſſa, expreſsè reſervat correctioni Capituli ſimul cum
Archiepiſcopo crimen Simoniæ, ibi — *Hac labe Si-* 16
*moniæ in Ordinibus, ſeu Beneficiorum Eccleſiaſticorum
aſſecutione &c.* quod ſicuti non eſt hæſitandum perti-
nere ad rem exemptam, ita manifeſtum ſit, Juriſdi-
ctionem, & reſpectivè exemptionem, porrigi ad exceſ-
ſus, in quibus ratione diverſæ qualitatis cæteroquin in-
traret Juriſdictio Ordinarii, ut ſentiunt DD. in obje-
cto allegati. Rurſus in eadem Concordia ſubnectitur —
*Et ſi exceſſus talis ſit, pro quo delinquens Beneficiatus
Eccleſiis, quas obtineret, privandus veniret, quòd ſolus Epi-
ſcopus abſque conſenſu Capituli prædictorum, ſeu maioris
partis eorum, eundem delinquentem Beneficiis prædictis
privare nequiret.* Ex quibus pariter liquet, cogitatum
fuiſſe de Beneficiatis alias Eccleſias obtinentibus, & de

M crimi-

crimine inducente earondem Eccleſiarum privationem, & tamen Juriſdictio reſervatur Capitulo, licèt delictum, & pœna, reſpiciant rem non exemptam.

Quod comprobatur, tum ex Sententia *Serapin.* & *dec.* 1058. quæ eam præceſſit, ubi firmatur, perſonas Eccleſiæ *Burgen.* obtinentes Beneficia curata extra Eccleſiam, ſubeſſe Juriſdictioni Ordinarii in concernentibus Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem: quæ re-
17 ſtricta ad certam ſpeciem delictorum, ſupponit privilegium in non exceptis, & inſert, quòd in cæteris manebat exemptio, ut per *Fagn. in c. Tuarum, n.* 33. *de privil.* tum ex ſubſecuta obſervantia, ex qua habetur, quòd in delictis commiſſis ratione Beneficii non exempti, ſemper proceſſit Capitulum ad formam Concordiæ, nedum ſciente, & patiente, ſed ita mandante Archiepiſcopo, ut ſignanter conſtat ex Proceſſu Joannis de Leſcano, audientis confeſſiones cum licentia falſa in Parochiali Beatæ Mariæ de Vieſarrua, ubi quoque erat Beneficiatus: cum enim priùs proceſſiſſet Proviſor Archiepiſcopalis, fuerunt ejus Acta annullata, & de conſenſu duorum Archiepiſcoporum Manrique, & Azevedo, conſtructus novus Proceſſus à Judicibus Capituli una cum Archiepiſcopo, prævia declaratione, quòd erat delictum de gravioribus, comprehenſum in Concordia, & ideò non poterat cognoſci à Proviſore Curiæ Archiepiſcopalis; qui actus, licèt unicus pro obſervantia interpretativa ſufficeret. *Rot. dec.* 575.
18 *nu.* 9. *part.* 9. & *dec.* 520. *num.* 10. *part.* 13. *Eminentiſs. Cerr. dec.* 824. *num.* 7.

Non adverſante, quòd dictum exemplum non ſit allegabile pro obſervantia interpretativa, eo quia, crimen Joannis pertineret ad Curam animarum, adeoque eſſet cognoſcendum privativè à ſolo Archiepiſcopo, juxta literalem ſententiam *Seraphin.* quæ interpretatione non eget. *Baratt. dec.* 129. *n.* 6. *Bich. dec.* 396. *n.* 25. *Priol. dec.* 69. *n.* 24. Quia dicta Sententia requirit copulativè duas qualitates, quòd nempè delinquens ſit Paro-
19 chus, & delictum pertineat ad Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem; undè cum in caſu Joannis de Leſcano deficeret prima, quia ipſe non probatur Parochus, ſed Beneficiatus, ex ſolo concurſu ſecundæ non erat puniendus ab Archiepiſcopo ad formam dictæ Sententiæ, ſed à Capitulo una cum Archiepiſcopo, juxta diſpoſitionem Concordiæ, & conſequenter benè deſervit pro obſervantia interpretativa, ut dictum eſt.

Quo verò ad Joannem Pando, iterum dictum fuit, Concubinatum, de quo imputatur, eſſe crimen impropriè ſolùm, latè, non autem propriè, & ex relatione neceſſaria pertinens ad Curam, & ideò non poſſe deſuper procedi ab Archiepiſcopo vigore Sententiæ *Seraphini*, loquentis de Parocho delinquente in Cura, quia ejus verba ſunt propriè, & ſtrictè intelligenda; ſed à Capitulo vigore Concordiæ, eidem ſpecialiter reſervantis punitionem hujus delicti, juxta obſervantiam illud puniendi, tam ante, quàm poſt dictam Sententiam; & tam contra Beneficiatos exercentes, quàm non
20 exercentes Curam. Nec ratione ſcandaloſæ turpitudinis poſſe applicari reſolutionem *Sacr. Congreg. Conc. in una Faventina*, relatam à *Card. De Luca de Juriſdict. diſc.* 4. *nu.* 2. & *per Modern. Pignattell. Canon. conſult.* 20. quæ diſtinguendo delicta, concernentia Curam, à delictis, ſcandaloſam turpitudinem redolentibus, utraque reſpectu Vicarii, ſeu Capellani exempti, referunt cognitioni Ordinarii; tum quia ob circumſtantias, quæ unum caſum ab altero diverſificant, illatio non intrat, ut ponderatur in præterita *d.* §. *fin.* tum, & fortiùs, quia poſito, quòd una ſpecies delictorum ſit ab altera diſtincta, quod-
21 que ſententia *Seraphin.* loquatur ſolùm de prima, conſequens eſt, quòd ſecunda trahi nequeat ad terminos prædictæ ſententiæ, quia ſuper ea adeſt ſpecialis proviſio Concordiæ, una cum diuturna obſervantia, tam affirmativa ex facto Capituli, quàm negativa ex non facto Archiepiſcopi, quæ propterea in ſuo caſu eſt præciſè ſervanda, ſublata omni illatione, quæ vel ex identitate rationis, vel ex tacito, & ſubaudito intellectu proponeretur ad deſtructionem expreſſi. *Becc. conſ.* 39. *n.* 25. *in fin. Grat. diſcept.* 742. *num.* 18. & 16. *Peutinger d.* 379. *n.* 8. & 9. & latè firmatur *in d. præterita dec.* §. *Reſpectu verò*, & *ſeq.* ad quam Domini ſe habuerunt remiſſivè.

Et ita utraque &c.

R. P. D. C A C C I A.

Burgen. Juriſdictionis.

Veneris 7. Maii 1688.

A R G U M E N T U M.

Concordia, inita inter Epiſcopum, & Capitulum ſuper punitione delictorum Beneficiatorum, eſt ſervanda, maximè ſi adeſt obſervantia. Diſtinguitur exemptio localis, ſeu miſta, & quando privilegium arctetur loco, vel comitetur perſonas, ubicunque delinquant, ita ut cenſenda ſit perſonalis, vel localis.

S U M M A R I U M.

1 *Capitulum Eccleſiæ Burgen. habet jus puniendi exceſſus Capitularium, & aliarum Perſonarum dictæ Eccleſiæ.*

2 *Reſervatio juriſdictionis quoad unam Cauſam, non poteſt trahi ad aliam.*

3 *Capellani, noviter erecti, gaudent prærogativis antiquorum*, & num. 4.

5 *Obſervantiæ deferendum eſt pro interpretanda Concordia.*

6 *Exemptus poteſt puniri ab Epiſcopo, ſi delinquat circa rem non exemptam.*

7 *Declara, quando agitur de exemptione locali, ſeu miſta, quæ ſit circumſcripta loco.*

8 *Non autem quando exemptio ſequitur perſonam, ubicunque delinquat.*

9 *Maximè quando exemptio non eſt generalis, ſed particularis ratione certæ Cauſæ, vel certi delicti.*

10 *Ceſſante cauſa privilegii, ceſſat privilegium.*

11 *Juriſdictio, ſive exemptio, conceſſa Capitulo, ejuſque Communitati, dicitur competere ratione Ordinis, & Dignitatis, non verò Perſonæ.*

12 *Si exemptio circumſcribitur loco, cenſetur realis: ſi verò comitetur perſonas, ubicunque delinquant, reputatur perſonalis.*

13 *Quando exemptio expreſſe competit pro delictis ubicunque commiſſis, cenſetur perſonalis, nec ex adjectione certæ qualitatis, quæ ſit cauſa finalis exemptionis, ſequitur, quòd ex perſonali tranſeat in localem*, & n. 14.

15 *Privilegia exemptionis Regularium, Subcollectorum, Equitum Hieroſolymitanorum, & ſimilium, licèt competant ratione Ordinis, vel Dignitatis, non circumſcribuntur loco, ſed ſunt perſonalia.*

16 *Exempti ſubſunt Juriſdictioni Ordinarii pro delictis concernentibus exercitium Curæ, & adminiſtrationem Sacramentorum*, & n. ſeq. & n. 25.

18 *Non autem ratione ſimplicis Beneficii, quod poſſideat exemptus.*

19 *Ex limitatione Juriſdictionis ad certam ſpeciem delictorum, infertur, quòd in cæteris maneat exemptio.*

20 *In materia exemptionis defertur obſervantiæ, reſultantis à pluribus actibus.*

22 *Delictum commiſſum à Parocho, qui ſit exemptus, quando puniri poſſit ab Ordinario.*

23 *Verba ſententiæ ſunt accipienda in ſtricta, & propria ſignificatione, maximè ſi adſit obſervantia*, & num. ſeq.

25 *Parochus exemptus ſubeſt Epiſcopo, etiam pro delictis, ſcandaloſam turpitudinem habentibus.*

26 *Limita, ſi exemptio comprehendat ſpecialiter hunc caſum, vel ſi remaneret impunitus ob negligentiam, Superioris, & in iis, quæ concernunt pœnas corporales, ſeu pecuniarias, ſecus ſuſpenſionem ab exercitio Curæ*, & n. ſeq.

28 *Obſervantia in re dubia, ac diſputabili eſt attendenda, quamvis contrarius intellectus eſſet de Jure verior.*

D E C I S I O III.

IN hac ſecunda Cauſæ propoſitione DD. cenſuerunt Sententiam Rotalem eſſe confirmandam; Intentio etenim Capituli ſuper jure criminaliter procedendi contra Bonaventuram, & Joannem Capellanos Extravagantes Metropolitanæ Burgen. remanet evidenter

ter fundata in diſpoſitione antiquæ Concordiæ Ale-
xandrinæ, in duplici re judicata Rotali, & in ſubſe-
cuta obſervantia, ex quibus conſtat eidem competere
Juriſdictionem privativam in levibus, & ſimultaneam
cum Archiepiſcopo in nonnullis gravioribus delictis
Capitularium, aliarumque perſonarum dictæ Eccle-
ſiæ, ubique delinquentium: E'converſo detegitur in-
ſubſiſtens prætenſio Archiepiſcopi puniendi vigore ſuæ
ordinariæ Juriſdictionis eoſdem Capellanos; quia juxta
formam præſcriptam in Concordia, non coram Ar-
chiepiſcopo, ſed coram Judicibus Capituli tenentur
de eorum exceſſibus reſpondere, ut latè firmant *De-*
1 *ciſiones hujus Cauſæ ſub die 17. Februarii, & 13. Junii
1687. coram R. P.D. meo Hervault.*

Non obſtante reſpectu Bonaventuræ, quòd ipſe uti
Capellanus B. Mariæ Viſitationis non ſit comprehen-
ſus in dicta Concordia, ſed ex lege Fundationis, re-
ſervantis Archiepiſcopo Jus coercendi Capellanos, &
Clericos præſcriptæ Capellæ, ſubjaceat Juriſdictioni
Ordinariæ: Tum quia reſervatio Juriſdictionis eſt reſtri-
cta ad correctionem, & punitionem in iis, quæ pertinent
2 ad Cultum Capellæ, & proinde nil commune habent
cum delictis ex diverſa cauſa, & extra illam commiſſis,
quorum reſpectu potiùs apparet volita exemptio, dum
ſtatuitur, quòd dicti Capellani habeant omnia pri-
vilegia, prærogativas, libertates, & Immunitates,
quas habent Capellani de numero, ex firmatis in *No-
varien. Aggregationis 21. Junii 1681. & 12. Junii
1682. coram; R. P. D. meo Urſino.* Tum quia Con-
cordia Alexandrina, quæ inita fuit poſt 30. annos à
dicta Fundatione, & Deciſiones, & Sententiæ Rota-
les loquuntur indiſtinctè de omnibus perſonis Clericis,
3 & Beneficiatis Eccleſiæ Burgen. undè antiquus ſtatus
videtur de conſenſu Archiepiſcopi immutatus, & no-
vus inductus quoad omnes perpetuò intitulatos in Eccle-
ſia, quocunque nomine nuncupentur, per *Text. in cap.
Per exemptionem, de privil. in 6. Seraph. dec. 788. per to-
tam*: Tum demum quia ex pluribus actibus conſtitit,
4 quòd in delictis dictorum Capellanorum, commiſſis
extra Cultum Capellæ, ſemper proceſſit Capitulum
ad formam Concordiæ, non autem Archiepiſcopus:
Et propterea huic ſucceſſivæ obſervantiæ pro inter-
pretanda comprehenſione quatenùs dubia, eſt omninò
5 deferendum. *l. ſi de interpretat. ff. de legib. cap. Dile-
ctus, de conſuetud.*

Minùs obſtat, quòd ipſe Bonaventura, reſiſtendo
nonnullis Decretis ab Ordinario editis occaſione Vi-
ſitationis Eccleſiæ Parochialis Sancti Stephani, cujus
eſt etiam Beneficiatus, & afficiando verbis injurioſis
Miſſarum Subcollectorem cum alapæ comminatione,
deliquerit ratione Eccleſiæ ſupraſcriptæ S. Stephani
non exemptæ, & proindè ſubjacere debeat Juriſdictio-
ni Ordinarii; quia concurrit diverſa qualitas, ob quam
exemptus diverſo Jure, & reſpectu, pro re non exem-
6 pta poteſt ab Epiſcopo coerceri. *c. cum Capella, de
privil. cap. 5. §. In eos eod. tit. in 6. Innoc. in d. cap. cum
Capellan. . . . Abb. n. 7. Hoſtien. n. 11. verſ. & ſic eſt, Anca-
ran. n. 3. & in c. ex ore de privil. Felin. in c. cum dilectus,
à num. 9. de reſcript. Lap. alleg. 99. num. 2. Navarr. de
Jur. Jur. lib. 2. conſ. 9. num. unic.* Quia concluſio
procedit in exemptione locali, ſeu miſta, quæ ſit lo-
co circumſcripta; Tunc enim extra locum exemptum
ceſſat privilegium, & ideò ſubintrat Juriſdictio Ordina-
rii, ratione rei non exemptæ, & Cauſæ limitatæ, ut
7 colligitur ex *textibus, & DD. allegatis, & concordat
Gloſſ. in d. §. In eos V. reſideant, & ibi Jo: Andr. n. 8.
Barboſ. num. 3. & 4. Innoc. in cap. ex ore, n. 1. de pri-
vil.* Sed quando exemptio non eſt localis, ſed perſona-
lis, ut in præſenti eſt illa, quæ ex Concordia, & Judi-
ciis Rotalibus tribuitur Capitularibus, aliiſque perſo-
nis Eccleſiæ Burgen. tunc privilegium non arctatur
loco, ſed perſonam ſequitur ubicunque delinquat, ut
conſtanter diſtinguunt *Gemin. in d. §. In eos, n. 8. Abb.*
8 *in c. Quoniam n. 3. & in c. Tuarum, n. 8. de privileg.
& in c. Dilecti filii, num. 9. de for. compet. Soccin. in
cap. Recipimus, num. 70. de privil.* latè *Fagnan. in d.
c. Tuarum, num. 5. & 6. Sanch. Conſ. Moral. lib. 6. c. 9.*
9 *dub. 1. num. 25. & dub. 5. n. 10. Covarr. Pract. c. 11. n.
5. Kochier. de Juriſdict. Ordin. in Exempt. part. 2. qu.
45. num. 4. 17. & 60. & part. 3. quæſt. 55. num. 2.
Lotter. de Re Benef. lib. 5. quæſt. 24. num. 50. Del*

*Bene de Immunit. tom. 2. cap. 14. dub. 51. num. 1. &
ſeqq. Pen. dec. 157. per tot.* Quod eo fortiùs procedit
quando exemptio non eſt generalis, ſed particularis 10
ratione certæ Cauſæ, prout eſt præſens ratione deli-
cti. *Dec. in c. Tuarum, num. 49. de privil. Barboſ. de
Pot Epiſc. alleg. 123. n. 8.*

Nec replicari valet, quòd cum dicta exemptio compe-
tat ratione qualitatis Capitularis, quæ eſt cauſa finalis
dictæ exemptionis, & ſtet limitativè, non demonſtra-
tivè, ita ceſſante dicta qualitate, ceſſat etiam Privile-
gium, ut per *Seraph. d. 1058. n. 2. 3. & 9.* Et propterea re- 11
putanda ſit localis, ſeu miſta, non autem perſonalis.
Pen. d. dec. 557. num. 6. Præſertim quia conceſſa Capitu-
lu, ejuſque Communitati, quo caſu dicitur competere
ratione Ordinis, & Dignitatis, non verò perſonæ. *A-
zor. tom. 1. Inſtitut. Moral. lib. 5. c. 22. q. 2. verſ. ſic etiam. Ca-
ſtropal. tom. 1. Oper. Moral. tract. 3. diſpat. 4. de Privil. punct. 2.
§. 1. Rot. dec. 199. n. 25. part. 12.*

Cum etenim ad effectum, de quo agitur, unicè in-
ſpiciendum ſit, an exemptio circumſcribatur loco, ut 12
cenſenda veniat realis, an verò comitetur perſonas
ubicunque delinquant, ut reputanda ſit perſonalis, jux-
ta diſtinctionem, quam ad propoſitum affert *Kochier.
de Juriſdict. in Exempt. 5. part. quæſt. 2. num. 4. &
5.* jam patet, quòd in noſtro caſu verſamur in ſe-
cunda ſpecie, quia exemptio expreſsè competit pro
delictis ubique locorum commiſſis, ut conſtat ex te-
nore Concordiæ, ibi -- *In dicta Eccleſia, ſeu extra,*
& ex *dec. Seraph.* omninò ſupponenda 1058. *num. 7.
& 9.* cui eſt conformis ſubſecuta res judicata, ut
latè firmat *ult. dec. R. P. D. mei Hervault. §. Sub quo-
rum.* Nec ex adjectione certæ qualitatis, quæ ſit
cauſa limitativa, & finalis exemptionis, efficitur,
quòd ex perſonali tranſeat in localem, ſed tantùm
quòd ceſſante illa qualitate, cujus ratione quis eſt
exemptus, ceſſet etiam exemptio, ut per *Felin. in
Proœm. Decretal. num. 42. Berous conſ. 24. num. 5. lib.* 13
1. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 24. num. 22. & plu-
res ſunt caſus, in quibus licèt exemptio competat
ratione Ordinis vel Dignitatis, ut in Regularibus,
Subcollectoribus, Equitibus Hieroſolymitanis, & ſi-
milibus, quia tamen privilegia ſunt ampla, nec ullo lo-
co circumſcripta, dicuntur inducere exemptionem per- 14
ſonalem pro delictis ubicunque, & etiam reſpectu alte-
rius Beneficii commiſſis, niſi ſint de ſpecialiter exceptis
à Jure, ut de Regularibus Parochis firmat *Sanch. conſ.
moral. loc. cit. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſc. part. 3.
alleg. 73. num. 21. & ad Concil. cap. 11. ſeſſ. 25. de
Regul. num. 21.* & de Subcollectoribus, qui etiam ſint
Canonici, ſeu Beneficiati *Barboſ. in Summ. Apoſtol.* 15
*Dec. cap. 580. V. Collectores num. 3. & ad Concil. ſeſſ.
23. c. 7. de reform. n. 19. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell.
gloſſ. 50. n. 81. & ſeqq.* ubi ita refert *deciſum per Con-
gregationem Concilii. Armendar. in addit. ad Recopilat. ad
leg. Navarræ tit. 6. de Viſit. n.* 30. ac demum de Sub-
ditis Religioni Hieroſolymitanæ exercentibus Curam
animarum *Rot. dec. 391. numer. 3. & ſeqq. & numer. 11.
part. 13.*

Ideò nil urget, quòd in *dicta dec.* 5058. *Seraph.* &
in ſubſecuta Sententia definitum fuerit, quòd perſo-
næ Eccleſiæ Burgen. obtinentes extra Eccleſiam Be-
neficia Curata, ſubſint Juriſdictioni Archiepiſcopali in
delictis concernentibus exercitium Curæ, & adminiſtra- 16
tionem Sacramentorum, quia in eo caſu concurrebat
clara diſpoſitio *Concilii Tridentini ſeſſ. 25. c. 11. de Regu-* 17
lar. ſubiiciens Ordinario perſonaliter exemptos in iis,
quæ concernunt Curam, & conſequenter ratione di- 18
verſæ qualitatis, quæ prævalet, & habet à Jure
certam determinationem, tenebatur exemptus Epi-
ſcopo reſpondere, ut ibi *num. 5. & ſeqq.* & concor-
dat *Gratian. diſcept. 298. numer. 49. Rot. dicta dec.
391. num. 5. part. 13.* ſed in caſu præſenti nullo Ju-
re ſpecialiter ſancitum eſt, quòd ratione ſimplicis Be-
neficii non exempti perſonaliter exemptus ſubjaceat
Juriſdictioni Ordinarii, quinimmò conſtat de contrario
ex DD. plenè relatis ſupra §. *Minùs obſtat*: Undè ratio
ſuperinductæ qualitatis, quæ prævaleat, & habeat in
Jure ſpecialem determinationem, non adaptatur præ-
ſenti hypotheſi, immo *dicta dec. Seraphin.* retorque-
tur; Si enim ad ſenſum Partis dictæ perſonæ Ec-
cleſiæ Burgen. obtinentes Beneficia extra Eccleſiam,

fuiſſent obnoxiæ Juriſdictioni Archiepiſcopi ratione Beneficii non exempti, non erat coaptanda reſolutio ad concernentia Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem juxta terminos diſpoſitionis Conciliaris, tribuentis Juriſdictionem delegatam in exemptos, ſed ſimpliciter, & diſtinctè Juriſdictio ordinaria intraſſet in omnibus: Quapropter ex dicta limitatione Juriſdictionis ad certam ſpeciem delictorum optimè infertur, quòd in cæteris manebat exemptio, ut agendo
19 de diſpoſitione Concilii benè ratiocinatur *Fagnan. in dicto c. tuarum, n.33 de privil.*

Idque fit manifeſtum ea ſubſecuta obſervantia, quæ docuit, Judices Capituli ſemper proceſſiſſe contra Capitulares, quamvis poſſiderent Beneficia extra Metropolitanam, & in eiſdem Beneficiis delinquerent, ut præ cęteris conſtat ea Proceſſu Jo: Leſcano Capellani de numero, & Beneficiati Parochialis B. Mariæ de Vieſarrua, qui audiverat Confeſſiones cum Licentia falſa in dicta Parochiali: cum enim priùs proceſſiſſet ſola Curia Archiepiſcopalis, fuerunt ejus Acta annullata, & inchoatus novus Proceſſus ad formam Concilii cum declaratione, quòd non habeat Juriſdictionem procedendi ſeorſim contra dictum de Leſcano, ſed ſolus Archiepiſcopus una cum Judicibus Capituli, ea qua obſervantia, quampluribus aliis actibus comprobata, viſa fuit
20 removeri quælibet dubitatio, ut obſervat *prima deciſio R. P. D. Hervault §. Quoniam, & §. Huic namque, & ſecunda §. fin.*

Nec demum refragatur, quòd delicta Bonaventuræ commiſſa fuerint occaſione Viſitationis, quia Archiepiſcopus ſtante amplitudine, & prægnantia verborum, tenetur ad obſervantiam Concordiæ, tam in Viſitatione, quàm extra, & tam in Viſitatione Metropolitanæ, quàm cæterarum Eccleſiarum, ut ea Sententia *Seraphini* probat *ultima Deciſ. R. P. D. Hervault §. Neque hoc, cum ſeqq.*

Reſpectu verò Jo: non obſtat, quòd ipſe, qui eſt quoque Parochus SS. Coſmæ, & Damiani, uti inquiſitus de publico Concubinatu, ſit corrigendus ab Archiepiſcopo, tanquam de crimine reſpiciente Curam animarum, ad formam *d. dec.* 1058. & Sententiæ *Seraphin.* Quia licèt hujuſmodi crimen ratione ſcandali, ac turpitudinis influat, & referri poſſit ad Curam, tamen eſt relatio lata, & impropria, non autem propria & neceſ-
21 ſaria, quæ tunc ſolùm diceretur, quando commiſſum fuiſſet colore, prætextu, authoritate, vel contemplatione muneris Paſtoralis, ad tradita per *Bartol. conſ.* 164. *num.* 4. *in fin. Pariſ. de Put. de Syndic. in V. Judices, num.* 8. *inter tract. tom.* 7. *fol.* 233. & in verbo *Officialis offenſa* ſub *numer.* 6. *fol.* 293. *Farinac. in Prax. quæſt.* 19. *num.* 44. *Rot. dec.* 754. *num.* 2. *part.* 1. *diverſ. Greg. dec.* 233. *num.* 6. Ideò non comprehenditur in Sententia, loquente de delictis reſpicientibus Curam, quia ejus verba non ſunt porrigenda ad remota, & impro-
22 pria, ſed accipienda in ſtricta, & propria ſignificatione. *l. ſi quis a libris §. Si vel pareas, verſ. meminiſſe ff. de liber. agnoſcen. Ubald. dec.* 288. *num.* 5. *&* 6. Aliàs enim ſi procederet hujuſmodi extenſio, etiam Parochus criminoſus ratione ſcandali, ac turpitudinis diceretur in Cura delinquere, & conſequenter ſubjaceret, & ferè in omni crimine, Juriſdictioni Ordinarii, quod non eſt admittendum, quia eſſet eludere Concordiam, & abdicare à Capitulo Jus puniendi delicta ſibi ſpecialiter reſervatum ſuper omnibus perſonis Eccleſiæ Bur-
23 gen. ut arguit *Seraph. dec.* 475. *num.* 1. *dec.* 1008. *n.* 5. Eoque fortiùs quia delictum publici Concubinatus eſt literaliter in Concordia reſervatum correctioni Capituli, atque ea pluribus actibus conſtat, quòd ſuper eo ſemper proceſſit tam ante, quàm poſt Sententiam *Seraph.* & tam contra Beneficiatos exercentes, quàm non exercentes Curam; Undè ſi aliquod dubium adhuc incideret ſuper interpretatione præſcriptæ Sententiæ, remaneret omninò ſublatum ex hac diuturna, & uniformi obſervantia, quæ reſultat æquè benè
24 ex facto Capituli, quàm ex non facto Archiepiſcopi. *Bich. dec.* 660. *numer.* 17. *Rot. dec.* 258. *numer.* 8. *part.* 13.

Nec adverſatur Reſolutio S. Congregationis Concilii in una *Faventina*, in qua declaratur, Vicarium
25 ſeu Cappellanum exemptum, ſubeſſe Epiſcopo in iis, quæ concernunt Curam animarum, & in delictis ſcandoloſam turpitudinem habentibus, quàm refert *Card. de Luc. de Juriſdictione diſc.* 4. *n.* 2. Tum quia ipſo diſcretivo modo loquendi deprehenditur, alia eſſe delicta concernentia Curam, & alia quæ ſcandaloſam turpitudinem habent, & propterea dum Sententia *Seraph.* tribuit cognitionem in concernentibus Curam Archiepiſcopo, & Concordia reſervat correctionem Concubinatus Capitulo, non eſt prima ſpecies delictorum confundenda cum ſecunda, ſed utraque ad limites ſuæ 26
peculiaris diſpoſitionis eſt regulanda. *Greg. dec.* 434. *n.* 6. *& dec.* 251. *n.* 23. *part.* 19. Tum quia dicta Reſolutio poteſt intelligi de Parocho ſcandaloſo, qui remaneret impunitus ob negligentiam, vel abſentiam Superioris, & in iis, quæ concernunt pœnas corporales, ſeu pecuniarias, ſecus ſuſpenſionem ab exercitio Curæ, 27
ut intelligit idem *Card. de Luc. in Supplem. ad tit. de Juriſdictione diſc.* 501. *numer.* 8. Sicque non applicatur præſenti caſui, in quo nec dictæ circumſtantiæ concurrunt, nec iſte modus procedendi denegatur Archiepiſcopo: Tum demum quia obſervantia docuit Juriſdictionem exercitam fuiſſe à Capitulo ſuper ſimilibus delictis contra Beneficiatos Parochos, ut dictum eſt ſupra, adeoque hæc obſervantia in re dubia, ac diſputabili eſt attendenda, quamvis contrarius intellectus eſſet de Jure verior. *Gregor. dec.* 184. *n.* 8. *Buratt. dec.* 944. *nu.* 6. *Royas dec.* 350. *num.* 11. *Priol. dec* 46. *num.* 29.

Et ita utraque &c.

R̃mo. P. D. ANSALDO DECANO.

Calaguritana dimidii Beneficii de Foronda.

Lunæ 27. Junii 1712.

A R G U M E N T U M.

Ex quibus deſumenda ſit dignitas eligendorum ad Beneficia, quæ habentibus majora merita conferenda ſunt. De jure gratificandi Ordinario competente, an, & quando illi locus ſit.

S U M M A R I U M.

1 *In aſſecutione Beneficii Senior præfertur Juniori.*
2 *Item Sacris Ordinibus initiatus ſimplici Clerico.*
3 *Ita etiam Laurea doctoralis inſignitus non Doctorem antecellit.*
4 *Approbatio quoque ad Curam Animarum digniorem aliquem facit eo, qui tali approbatione eſt deſtitutus.*
5 *In paritate votorum ſit locus gratificationi, per Ordinarium exercendæ.*
6 *Beneficium poſſidens, nullum Beneficium habenti poſtponitur.*
7 *Stante appellatione, per aliquem ex Competitoribus interpoſita ab irrationabili Judicio Examinatorum, & ab Ordinario admiſſa, ipſe manus ligatas habet, nè uti poſſit Jure gratificationis.*
8 *Gratificatio Ordinarii eſt inutilis in iis Beneficiis, quæ non habilibus tantùm, ſed dignioribus ſunt conferenda.*
9 *Ad hoc ut poſſeſſio Beneficii faciat præponderantiam favore alterius Competitoris, nullum Beneficium habentis, neceſſe eſt probare, quòd congruam ſubſtentationem excedat.*
10 *Neque hæc ſola circumſtantia eſt attendenda in concurſu plurium aliarum prærogativarum, quibus Beneficium poſſidens polleat.*

D E C I S I O IV.

SAnctæ memoriæ Clemens VIII. in Etruſca Sede olim *Noſtri Ordinis Auditor*, uſque ſub *die* 28. *Aprilis* 1596. pro tollendis jurgiis, & aſſiduis controverſiis, inter Epiſcopum, & Clerum quotidie exardentibus, non obſtante medicamine præcedentis Conſtitutionis mediati ejus Antecesſoris *Sixti V.* prævio *Voto* ejuſdem *Sac. Noſtri Tribunalis* communicabili cum *Sac. Congregatione Concilii*, de quo coram *Card. Seraphino dec.* 942. novam legem in futurum indixit, in qua certis formis inibi præſcriptis, & relatis *per Card. de Lu-*

de Luca diſc. 67. num. 1. de Benef. idem *Pomifex*, ad audiendas Recurrentium, & Appellantium quæſtiones, loco cujuslibet Metropolitani, ipſiuſque Nuncii Apoſtolici Hiſpaniarum, plenè adſcivit, & ſubrogavit *Sac. Romanæ Rotæ Auditorium*. Quamobrem cum eadem *Rota ab anno* 1629. explicitè præfatam poſtremam legem interpretando, inconcuſsè firmaverit, quòd vacantia hæc Beneficia deberent Digniori conferri, ſive habenti majores qualitates, & prærogativas, quemadmodum abundè patet ex relatis *in dec. 85. ex num. 4. num. 41. &* latiùs *in Additionibus ad eandem Deciſionem ſub n. 20. int. meas in Urbe impreſſas*, in qua aliæ plurimæ *Tribunalis noſtri* uniformes recenſentur.

Hinc cum in dimidia Portione, tunc vacante in Eccleſia Parochiali *Loci de Foronda*, æquè ab Examinatoribus Synodalibus remanſiſſet approbatus Antonius, & Bernabeus invicem Oppoſitores, & uterque poſtmodum quoque à duobus Canonicis Antiquioribus ejuſdem Eccleſiæ in diverſum votum abeuntibus prælectus; Ordinarius verò per viam gratificationis cenſuerit, Antonium fore inſtituendum; ad *Rotam* appellavit Bernabeus, veluti reputans ad normam præmiſſæ Legis Clementinæ, ſibi magis debitam ex meritorum præcellentia fuiſſe hujuſmodi Portionem, & fauſto prorſus ſucceſſu; cum illi adjudicandum Beneficium reputaverit *Tribunal* uſque ſub *die 15. Maji 1705. coram clar. me. Card. Caprara*, utì liquet *ex Deciſione coram ipſo* promulgata.

Aſt Cauſa dein remanſit ſilentio quodammodo obruta, & fermè demortua, donec in locum ejuſdem *Card. Caprara* ſuffecto *R. P. D. meo Falconerio*, eodemque Bernabeo reſurgente, & ejuſdem Cauſæ expeditionem poſtulante, & illam, inutiliter contradicente Antonio, extitit, Bernabeus aſſecutus ſub *die 11. Januarii 1712.* Quare ad iteratam provocationem Antonii, *Mihi* denuò delegata Controverſia, & in actu pugnæ, laceſſito Antonio, quamvis poſtea non comparente, præcedentem *Rotalem Sententiam* penitùs *eſſe confirmandam* Domini non dubitarunt.

Facilè fuit in hanc reſolutionem inoffenſo pede deſcendere, quia è conſpectu Dignioritatis, & meriti utrinque apparentis, Juſtitiæ lances incontinenti inclinabant favore Bernabei; Is enim antecellebat Antonium incontrovertibiliter ex pluribus, & Primo, quia Antonius de tempore vacationis numerare poterat tantummodo *an. 22.* Bernabeus verò ratione ætatis erat longè provectior, utpote conſtitutus in illa *an. 35.*, quæ ſicut idonea eſt ad ſubſtentandam etiam Dignitatem, & Officium Epiſcopale ex determinatione *Sac. Concilii Tridentini ſeſſ. 7. cap. 1. & ſeſſ. 22. cap. 2. de reformat*; ita etiam in ſimplici linea ſenioritatis cau-
a ſat in hac parte præponderantiam, ex plenè cumulatis *poſt Text. in c. Cum in cunctis, verſ. ætatis maturitas de electon. & Roland. conſ. 47. num. 70. lib. 1. per Rocc. de Jurepat. V. honorificum, quæſt. 15. n. 42. Rot. dec. 23. num. 6. poſt Tondat. de Penſion. dec. 61. in princ. part. 3. rec. & in Calaguritana quarti Beneficii de Aleſaneo 29. Aprilis 1699. dec. 85. n. 6. inter noviter in Urbe impreſſas coram Me.*

Secundò pariter, Antonius, inſpecto (ut inſpici debet) eodem tempore vacationis, exiſtebat ſimpliciter adſcriptus in ſortem Domini, ſive initiatus prima
2 Tonſura, quando Bernabeus gradualitatem omnium Eccleſiaſticorum Ordinum, Sacrorumque ſupergreſſus, jamdiù caractare Sacerdotali reperiebatur inſignitus; Idque pariſormiter tribuere innegabilem præpollentiam in hac ipſa materia oſtendunt *poſt Dec. conſ. 542. num. 13. Gutierez conſ. 2. num. 22. in fin. Lara de Anniverſ. & Capell. lib. 2. cap. 3. num. 17. Rota coram Zarate dec. 18. n. 4. d. deciſ. 61. n. 1. verſic. Item majores Ordines, part. 3. deciſ. 62. n. 4. & 5. part. 12. dec. 659. n. 2. part. 18. t. 2. recen. cum aliis relatis in præcedenti deciſ. 15. Maji 1705. §. Præſertim quia, cor. bo. me. Caprara.*

Bernabeus elucebat tertio loco ſuffultus Laurea Doctorali, in famigerata Salamantina Univerſitate conquiſita, abſque eo quòd Antonius veſtibula hujuſmodi Univerſitatum ſalutaſſe appareret, & proindè etiam
3 ex hoc capite anteponendum eſſe nemo non videt; & ſæpiùs in hac ſpecie Beneficiorum Eccleſiæ Calaguritanæ declaravit *Rota dec. 61. nu. 1. verſ. Item plures gradus, part. 3. dec. 62. n. 9. part. 12. & d. 659. n. 2. part. 18. tom. 2. recen. & in Calaguritana Beneficii, de Auzego 28. Januarii 1688. §. Siquidem, cor. Caccia, & 19. Decembris 1689. §. Validitas, coram Reverendiſ. D. meo* 4
Molines Decano, & in Calaguritana 4. Beneficii 16. Februarii 1699. §. Inter, coram R. P. D. meo Lancetta, jam relatis in meis Addit. ad ſupradictam dec. 85. ſub num. 25.

Quartò, ultra prærogativam ætatis, Sacerdotii, & Doctoratus, Bernabeus ſupra Antonium in arena practica fuerat ſæpiùs approbatus ad Curam animarum, tam per Epiſcopum, quàm per Viſitatorem Generalem, & ſignanter de tempore proximo Vacationi controverſi Beneficii, abſque eo quòd ſimilem approbationem etiam aſſequi potuiſſet Antonius, qui per ætatem erat prorſus incapax cujuſcunque Curæ, ſecundum ea, quæ ponderato hujuſmodi requiſito, in hac colluctatione Dignioritatis, & meritorum, unanimiter aſſerunt *Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 31. numer. 138. Rota dec. 494. num. 8. coram Royas deciſ. 62. n. 9. part. 12. & dec. 515. nu. 11. & dec. 584. parit. n. 11. part. 18. tom. 2. recen. & in d. Calaguritana 4. Beneficii 16. Februarii 1699. §. Is autem, coram R. P. D. meo Lancetta*, cum quampluribus Concordantibus, adductis *in meis Addit. ad ſæpedictam dec. 85. n. 35.*

Et equidem, neque etiam quando petiit novam Audientiam Antonius, auſus fuerat haſce præponderantes qualitates Bernabei obtundere, & offuſcare, ſed duo conabatur opponere; Alterum quòd ipſe gratificationem in paritate approbationis Examinatorum, & in paritate Electionis duorum Beneficiatorum, ſeu Canonicorum, ut ſupra ab Ordinario reportaſset, & conſequenter, quòd
Judicium ejuſdem Ordinarii in faciem loci mereretur 5
anteponi, quando etiam Sacri Canones hujuſmodi Jus gratificationis Ordinario præſtolantur, juxta *Text. in cap. cum authoritate, ubi gloſſ. V. Judicium, & Doctores omnes, de jurepatr. Innoc. in cap. 1. numer. 2. eod. titulo. gloſſ. in cap. ſi plures, verſ. conferri, & verſic. ſed etiamſi Partes, eod. tit. Decius conſ. 127. in princ. V. Epiſcopus, & conſ. 129. pariter in princ. verſ. quia quando. lib. 1. Pereg. conſ. 33. num. 28. volum. 1. Lamber. de Jurepat. lib. 2. part. 3. q. 5. art. 1. Ceſar de Graſſ. deciſ. 128. de Jurepat. Rot. dec. 131. num. 13. poſt Vivian. de Jurepat. dec. 7. num. 6. coram Ottobon. & in ſupradicta mea dec. 85. n. 9.*

Et alterum, quòd Bernabeus poſſideret aliud Beneficium in Eccleſia de Zurban, ideoque poſthaberi mereretur ipſi Antonio nullum poſſidenti Beneficium, etiam ex his, quæ in terminis per *Text. in cap. ii cui, de Præben. in 6.* dixit *Rota dec. 767. n. 1. coram Seraphin. dec. 118. n. 6. coram Anno Dunozett. dec. 384. n. 5. & dec. 784. n. 11. part. 18. tom. 2. recent.*

Verùm ad ſupprimendum pondus, ſive præponderantiam eorundem meritorum Bernabei, palam, & in aperto, & ex confeſſis etiam effulgentium, viſum eſt nullam ex eiſdem oppoſitionibus poſse, & maximè in conflictu, in aliqua haberi conſideratione; Quatenus enim pertinebat ad gratificationem, utique nequaquam de ea poterat haberi animadverſio, quia, cum Bernabeus, exiſtimans profectò ſibi extitiſse grava-
men illatum ab Examinatoribus Generalibus, appel 6
laſset, quando pari gradu habiles ad ſimplicia Beneficia declararunt tam ipſum Bernabeum, quàm Antonium, ex quo ille toties fuerat approbatus ad Curam animarum, atque hæc appellatio jam remanſiſset per Ordinarium admiſsa, certè Ordinarius nequibat amplius apponere manus in facienda prædicta gratificatione citra manifeſtum vitium Attentatorum, quæ etiam *Sacra Rota* canonizaverat ad partes ſub eadem *die 15. Maji 1705. coram prædicto clar. me. Card. Caprara*, ita ut coactus poſitivè
fuerit Antonius eiſdem Attentatis renunciare, undè 7
non poſse in his terminis appellationem ullum fomentum præbere Gratificato, optimè dixit *Rot. coram Peutinger. dec. 48. num. 3. cor. Carillo dec. 204. n. 1. coram Ottobono dec. 66. n. 3. & dec. 86. nu. 6. & in part. 2. diverſ. dec. 6. n. 1. in rec. dec. 488. num. 3. part. 3. deciſ. 62. num. 16. part. 12. & dec. 283. num. 6. & 7. part. 16.* & firmavit prima *Deciſio hujus Cauſæ cor. Card. Caprara. §. Non obſtat.*

Eoque fortiùs, quia, nec etiam præciſivè ab his Attentatis, quidqnam operatur talis gratificatio Ordinarii; ſolùm enim illa operatur in aliis Collationibus Beneficiorum, in quibus ſufficit habilitas illius,

Digitized by Google

qui gratificationem obtinuit in paritate, E. G. præſentationum, ſeu vocum; Secus autem eſt in Beneficiis hujus Diœceſis, quæ habent legem Clementinæ Sanctionis, demandantis Dignioritatem in eligendo, & non benevolam Ordinarii gratificationem, ſicuti pleniùs deductum, & animadverſum fuit in *dec.* 84. *nu.* 11. *cor. Peutinger. dec.*284. *n.* 15. *cor. Bich. dec.* 494. *num.* 3. *cor. Royas*, *&* *in rec. dec.*62. *n.*52. *part.*12.*&* *dec.* 329. *n.* 6. *part.*14. & in aliis pluribus adductis in ſæpius allegata *mea Deciſione* 85. *n.* 11. *&* 12.

In ordine tandem ad Beneficium, quo potiebatur Bernabeus, multiplex erat reſponſio; in primis quia etiam ſimile ſimplex Beneficium retinebat Antonius in loco de Ubidea, nec non Eccleſiam Parochialem in eodem Oppido, juxta Atteſtationes per eundem Antonium exhibitas *ſumm. num.* 15. & nihilominus, niſi conſtet, quòd Beneficium poſseſsum à Bernabeo congruam ſubſtentationem excedat, perindè eſt, ac ſi nullum Beneficium Bernabeus habuiſset, ut præter ad-
9 ductos in præcedenti *Deciſione Card. Caprane* 15. *Maji* 1705. §. *Manus relevat*, plena manu ſub hac diſtinctione habetur in *Additionibus ad eandem meam Deciſionem* 85. *num.* 38.

Poſtremò etiam adjungebatur, quòd licèt in omnem caſum præcedens detentio alicujus Beneficii reddere poſset minùs indigentem illum, qui illud poſſidet, adhuc tamen circumſtantia hæc ex ſe ſola non tanti æquivalet, ut poſſit ullo modo ſuperare cætera, longè ut ſupra exuberantia merita, & prærogativas, ut optimè non minùs in prædictis terminis horum Beneficiorum obſervavit *Rot. dec.* 262. *n.* 6. *&* 7. *cor. Ottobono. deciſ.* 169. *n.* 9. *coram Celſo. dec.* 535. *n.* 7. *cor. Cerro. dec.* 489 *n.* 22. *coram Bich. & in rec. deciſ.* 337. *n.* 5. *part.* 4. *& deciſ.* 240. *n.* 6. *&* 7. *p.* 12.

Et ita concorditer reſolutum fuit, etſi Bernabeo ſolum informante, & Antonio non comparente.

R. P. D. ALTHANN.

Compoſtellana Beneficii.

Lunæ 15. Martii 1717.

ARGUMENTUM.

Reſervatio Apoſtolica, vigore *Reg.* 8. *die* 9. Cancellariæ, non intrat ex eo, quòd Beneficium annexum ſit Bonis Commendæ alicujus Ordinis Militaris; cum detur poſſibilitas, quòd Juſpatronatus reſervatum fuerit ſub ea conditione, quòd Collatio ad Patronos ſemper pertineret: accedente præſertim, pro excluſione Reſervationum, centenaria obſervantia.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apoſtolicæ non ſunt exequendæ, ſi veritati non nitantur.*
2 *Judicium ſuper Executione Literarum Apoſtolicarum dicitur merum poſſeſſorium.*
3 *In hoc Judicio, ſuſpenſa Petitorii diſcuſſione, attenditur ſolùm quaſi poſſeſſio, & ultimus ſtatus.*
4 *Qualis probatio Reſervationis neceſſaria ſit, ad evertendum ultimum ſtatum, militantem contra Proviſum Apoſtolicum,* & n. 5. & 6.
7 *Qualitas Eccleſiaſtica, unicè deſumpta ab annexione, quam habet Juſpatronatus Bonis, ad aliquam Commendam, ſeu Prioratum pertinentibus, non ſufficit in prædicto Judicio ad inducendam reſervationem, & quare.*
8 *Laicis permiſſum eſt Juſpatronatus in Fundatione reſervare, etiam ſub lege, excluſiva Reſervationum Apoſtolicarum.*
9 *Pro determinanda qualitate Beneficii, ob deficientiam Fundationis, recurri debet ad obſervantiam.*
10 *Sententia, in judicatum tranſacta, impugnari nequit, niſi priùs obtenta Commiſſione Reſtitutionis in integrum.*
11 *Conſuetudine circa ſtatum Beneficii probata, ſi de antecedenti ſtatu contrario non conſtet, intrat præſumptio, quòd ſic pariter anteactis temporibus fuerit obſervatum.*
12 *Res judicata de ſui natura titulum fortiorem præfefert centenaria, & immemorabili.*
13 *Quoties duo Beneficia ex eodem fonte proveniunt, & ſunt ejuſdem naturæ, obſervantia reſpectu unius ſuffragatur etiam pro altero.*
14 *Præſentationes, per ſpatium centum annorum facta etiam in menſibus Apoſtolicis, oſtendunt, Beneficium non eſſe Reſervationibus obnoxium.*
15 *Centenaria dicitur completa, etiamſi aliquot anni deficiant.*
16 *Multò magis excluduntur Reſervationes Apoſtolicæ, ſi prædictæ obſervantiæ centenariæ affirmativæ jungatur quoque ſimilis obſervantia negativa, & quare.*
17 *Impetratores Beneficiorum, dicuntur odioſi.*
18 *Impetratores ex capite Reſervationis ut repellantur, ſatis eſt quod ea reddatur turbida.*

DECISIO V.

Diuturna ſua quaſi poſſeſſione freti Emphytheutæ, ſeu poſſeſſores pro tempore nonnullorum Bonorum in Vico de Bean ſitorum, aliàs jure directi dominii ſpectantium ad Prioratum Portus Marini, Sacræ & inclytæ Religionis S. Joannis Hieroſolymitani, vigore conceſſionis in emphytheuſim ad vitam trium Sereniſſimorum Regum Hiſpaniarum, per eos juxta ſolitum reportatæ ab hujuſce Prioratus, ſeu Commendæ, tunc Præceptore, præſentandi nimirum in qualibet vacatione, tam ad Eccleſiam Parochialem ejuſdem loci de Bean, quàm ad ſimplex Beneficium in ipſamet Eccleſia exiſtens, ratione annexionis, quam utrumque habere reperiebatur eiſdem Bonis emphytheuticis; licèt ipſi anno 1708. præſentaſſent ad prædictum ſimplex 1
Beneficium, illo tempore vacatum per obitum Bernardi Gil, ad eorum præſentationem ſimiliter inſtituti, Ferdinandum Pedreira, & is etiam inſtitutionem, una cum illius poſſeſſione aſſecutus fuerit: attamen pervento poſt aliquot annos eodem Beneficio in Joannem Antonium Salazar, ex permutatione inter ipſum, & præfatum Ferdinandum ſolemniter inita, illius poſſeſſio, alioquin pacificè obtenta, adeo exagitata remanſit à Benedicto Carvajalis, ut iſte confiſus Pontificia Collatione, per eum uſque anno 1709. reportata de ipſomet Beneficio, veluti vacato per mortem prædicti Bernardi in Menſe Octobris, Sedi Apoſtolicæ reſervato; executionem illam Literarum Apoſtolicarum, quam in Partibus obtinere nequivit, in noſtro Sacro Tribunali proſperè conſecutus fuit, contumacialem reportando Deciſionem, editam ſub 29. Aprilis anni proximè præteriti *coram Reverendiſſimo D. Meo Anſaldo Decano*, una cum favorabili Sententia, in illius ſequelam per eundem promulgata: ſed commiſſa mihi in gradu Appellationis, à ſupradicto Joanne Antonio Salazar interpoſitæ, ulteriori Cauſæ diſcuſſione, eoque etiam jura ſua deducente, conſultis hodie Dominis meis ſub congruo dubio -- *an ſit procedendum ad legitimam* -- ipſi negativè reſpondere non hæſitarunt.

Emergebat namque hujuſmodi reſolutionis ratio ex illa, non minùs æqua, quàm per lucida Juris diſpoſitione, juxta quam cum præfinitum extet, tunc Apoſtolicas Literas eſſe exequendas, quoties illæ veritati nituntur, quemadmodum monet *Alexander Tertius in c.* 2. *de reſcript.*; executioni utique demandari nullomodo poterant Literæ, de quibus agitur, ex quo apertè demonſtrabatur, nequaquam ſubſiſtere præcipuum illud Apoſtolicæ Gratiæ fundamentum, Eccleſiaſtica nempè innixum qualitata ejuſdem Juriſpatronatus, per Benedictum Summo Pontifici expoſita, qua mediante, tale Beneficium, uti Apoſtolicis Reſervationibus obnoxium, unicè aſſecutus fuit; eoipſo, quòd pro illius qualitata laicali, ac Apoſtolicarum Reſervationem excluſione, militabat ultimus ſtatus anni 1680. ex inſtitutione prædicti Bernardi Gil efformatus, ex Sententia quoque Ordinarii tunc comprobatus, una cum litatali expreſſione, quòd illud eſſet de præſentatione laica, quòdque atiam poſſeſſores eorundem Bonorum extarent in quaſi poſſeſſione præſentandi *tutte le volte, che ſuccede vacare*, juxta formam expreſſam in præcedenti ſtatu anni 1670. ubi eadem quaſi poſſeſſio præſentandi in Menſibus reſervatis per aliam Sententiam Ordinarii ſimiliter canonizata appa-

apparet, ut in *Summ. Antonii num.* 6. *&* 7. in his enim terminis haud dubium eſſe valet, quòd in hujuſmodi mero Judicio poſſeſſorio, quale dicitur illud ſuper executione Literarum Apoſtolicarum, ut aliàs cenſuit *Rot. in deciſ.* 115. *num.* 19. *cor. Priolo: in Mediolanen, Prioratus* 14. *Februarii* 1701. §. *Cum enim coram Eminentiſſimo Scotto*, *&* 3. *Maji* 1702. ∬. *Ratio reſolutionis*, *coram Eminentiſſimo Priolo*, *in Pennen. Beneficii ſuper executione Literarum Apoſtolicarum* 17. *Martii* 1710. §. *Ex hoc autem*, *coram R. P. D. Aldovrando*, *& in Bononien. Beneficiorum de Caſtello ſuper executione Literarum Apoſtolicarum* 12. *Decembris* 1714. ∬. *De juſtificatione*, *cum ſeqq. coram R. P. D. meo Criſpo*; opus non ſit, pro ſubſtinenda Collatione Ordinarii, de conſenſu Patronorum facta, adverſus Proviſum Apoſtolicum, pergere ad diſcuſſionem petitorii; ſed tantummodo attendi debet quaſi poſſeſſio, ac ultimus ſtatus, ad effectum excludendi aſſertam Reſervationem, juxta celebre *Calderin.conſ.*28. *de Præbend. verſ. & Status præſens*, communiter receptum, ut tradunt *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 34. *Simon. de Reſervat. quæſt.* 70. *Rot. cor. Gregor. deciſ.* 77. *num.* 9. 12. *coram Penia dec.* 802. *numer.* 18. *cor. Arguell. dec.* 110. *numer.* 28. *coram Reverendiſſimo D. meo Anſaldo dec.* 9. *numer.* 33. *in rec. deciſ.* 154. *num.* 3. *part.* 1. *dec.* 472. *n.* 67. *part.* 59. *tom.*2. *in Placentina Juriſpatronatus* 20. *Junii* 1705. §. *Urget. &* §. *final. cor. Eminentiſſimo della Tremoille*.

Minimè urgente reſponſione, quòd idem ultimus ſtatus refragari nequeat, ubi, prout hìc, intrat Reſervatio Apoſtolica vigore *Regulæ* 8. *hodie* 9. Cancelle-
4 riæ, eo quia agatur de Jurepatronatus, quod clarè oſtenditur eſſe Eccleſiaſticum, uti annexum Bonis jure directi dominii pertinentibus ad Prioratum, ſeu Commendam Portus Marini Hieroſolymitanæ Religionis, licèt illorum utile dominium attineat ad Laicos, ut dixit *Rota deciſ.* 298. *nu.* 9 *& dec.* 329. *nu.* 23. *part.* 9. *rec.* Quoniam objectio iſthæc verè procederet, quoties adverſus prædictum ultimum ſtatum prætenſa qualitas Eccleſiaſtica controverſi Beneficii, ejuſque Reſervatio detegeretur ita conſpicua, ut poſita non eſſet in diſcrimen, vel erueretur, ſeu probata extaret ex
5 illo triplici probationum genere, deducto ex re judicata, ſeu publico Fundationis Inſtrumento, vel ex partis confeſſione, prout communiter tradunt Doctores & omnium anteſignanus *Panormit. in c. Conſultationibus*, *num.* 9. *verſ. quod ego intelligerem*, *de Jurepatronat. Rot. in dicta Bononien. Beneficiorum de Caſtello* 12. *Decembris* 1712. §. *Abſque eo quod*, *cor. R. P. D. meo Criſpo: in Firmana Beneficiorum* 11. *Januarii* 1715. §. *Neque dicatur*, *cor. R. P. D. meo Lancetta: in Caſertana Beneficii* 15. *Junii* 1716. §. *Cæterum*, *coram Me*; cum eo caſu talis Reſervatio non ſolum diceretur de per ſe clara, utì promanans ex incontrovertibili illius qualitate Eccleſiaſtica, ſed etiam locum ſibi vindicare valeret in everſionem ejuſdem ultimi ſtatus, ac
6 etiam cujuſcunque contrariæ obſervantiæ, ſeu præſcriptionis, quatenus adeſſet, ex decreto irritanti in eadem Regula menſium reſervatoria adjecto, aliiſque rationibus, adductis per *Gonzalez ad Regul* 8. *Cancelleriæ gloſ.* 67. *num.* 39. *& ſeqq. & Rot. in Cracovien. Cantoriæ* 11. *Martii* 1701. §. *Hinc non obſtante cor. clar. memor. Card. Caprara* in oppoſitum allegata, juxta diſtinctionem, de qua eadem *Rota in Auguſtana Summæ Cuſtodiæ ſuper ſecundis Literis* 21. *Junii* 1715. §. *Non ſubſiſtente*, *coram R. P. D. Falconerio*.

Secus verò dijudicandum eſt, quando, prout in præſenti, Eccleſiaſtica qualitas ſæpèdicti Juriſpatronatus, illiuſque Reſervatio non convincitur ex ſupradictis validis probationibus, ſed deſumi contenditur ex mera dumtaxat juris præſumptione, unicè proveniente ab annexione, quam illud habet Bonis de directo dominio prædicti Prioratus Portus Marini. Nam in hypotheſi hujuſmodi aſſumptum ex ſola præſumptione emergens, ut in jure fallax, & æquivocum, ob poſſibilitatem in contrarium, quòd tale Juſpatronatus, licet annexum
7 prædictis Bonis, poſſeſſis per Eccleſiam, adhuc ſit laicale, & ſic non ſubjectum Reſervationibus Apoſtolicis, planam conſtituere nequit probationem ejuſdem Reſervationis, ad effectum, ut in hoc poſſeſſorio judicio attendendus non ſit ultimus ſtatus, ita legitimè efformatus; & ratio eſt evidens, quia cum iſtæ Commendæ in Ordinibus Militaribus ut plurimum proveniant ex fundatione particularium, & laicorum, aſſignantium propria bona patrimonialia in dotem Commendæ, reſervato Jurepatronatus ſub legibus ſibi beneviſis, non repugnat equidem potuiſſe ipſos in illius Fundatione, tam expreſsè, quàm tacitè, & virtualiter excludere Reſervationes Apoſtolicas, apponendo legem, quòd quocunque tempore vacaret Beneficium,
ſemper illius collatio fieret ad præſentationem Poſſeſ- 8
ſoris Commendæ, ejuſque Bonorum, prout ei permiſſum eſſe ſæpiùs reſpondere non hæſitavit *Rot. Rom.* & ſignanter *in dec.* 274. *num.* 17. *& in Parmen. Beneficii* 28. *Januar.* 1701. §. *Conſtabilita*, *cum ſeqq. cor. Eminentiſſimo Scotto*, *&* 16. *Januarii* 1702. ∬. *Evidentius*, *cor. Reverendiſſimo D. meo Anſaldo Decano*, *&* 27. *Junii* 1703. *per totam*, *coram Reverendiſſimo Molines*, *in Gerunden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *Reſponſum*, *cor. eodem*, *in Tarraconen. Beneficii* 17. *Aprilis* 1712. ∬. *Conſtituit*, *cum ſeqq. cor. R. P. D. meo Lancetta*, *in Geranden. Eleemoſinæ Panis*, *quoad jus nominandi*, *ſuper reſervatis* 26. *Junii* 1713. ∬. *Ex triplici*, *cum ſeqq. cor. Eminentiſſ. Scotto*, *& in Monaſterien. Canonicatus* 19. *Februarii* 1714. §. *Quod autem*, *cor. Reverendiſſ. D. meo Anſaldo Decano*.

Idque eo certius evadebat in hac facti ſpecie ex animadverſione illa, quòd tametſi res perpendenda foret in Judicio petitorio, adhuc eædem Literæ Apoſtolicæ nequaquam exequendæ eſſent; quia ſi ob deficientiam Fundationis, illiuſque plenæ probationis, ut ſupra dictum eſt, dari minimè valet certa ſedes qualitati ejuſdem Beneficii, nullam aliam utique tutiorem viam ſupereſſe oſtenditur, quàm illam revertendi ad
obſervantiam, veluti in locum Inſtrumenti Fundatio- 9
nis ſuccedentem, ut ex ea dignoſci queat qualitas præfati Juriſpatronatus, cum talis præſumatur Fundationis lex, qualem ſubſecuta, ac diuturna obſervantia demonſtravit, ut in puncto reſpondit *Rot. cor. Penia dec.* 691. *numer.* 7. *in Florentina Canonicatus* 8. *Maji* 1705. ∬. *Etenim*, *&* 12. *Martii* 1706. ∬. *Et quamvis*, *cor. R. P. D. meo Lancetta: in Majoricen. Beneficii* 9. *Martii* 1711. ∬. *final. cor. bon. mem. Caffarello*, *& Salernitana Alimentorum* 20. *Junii* 1702. ∬. *Neque adverſari*, *coram Eminentiſſ. Scotto*, & generaliter tradunt *De Luc. de Jurepatr. diſc.* 60. *num.* 9. *Tondut. Quæſt. Benefic. part.* 3. *cap.* 157. *num.* 42. *Modern. Rom. diſcept.* 28. *ſub num.* 5. *& diſcept.* 13. *nu.* 43. egregiè *Modernus Aſcalanus dec. Florent.* 45. *num.* 10. *Rot. cor. Priolo dec.* 40. *n.* 4. *in Firmana Juriſpatronatus* 21. *Aprilis* 1714. *cor. bon. mem Muto*, impreſſa penes eundem *Modernum Aſculanum dec. Florent.* 45. ∬. 1. *n.* 4. *aliæque relatæ in dicta Lauretana Beneficii* 15. *Junii* 1716. §. *Adeout*, *cor. Me*.

Porrò hæc undique militare videbatur adverſus Eccleſiaſticam qualitatem, aſſertamque Reſervationem; conſtabat enim plures extare ſtatus, eandem longævam obſervantiam convincentes. Et revera ordine inverſo procedendo, ultra prædictum ultimum ſtatum pro qualitate Laicali, à Sententia Ordinarii in contradictorio Judicio canonizatum, & præcedentem ſtatum anni 1670. in quo emanavit alia Ordinarii Sententia, pariter confirmans eandem qualitatem laicalem, ac inſtitutionem decernens Præſentato per Patronos, non obſtante vacatione Beneficii in menſe Jannarii, reſervato Sedi Apoſtolicæ ſupra recenſito in §. *Emergebat*; nedum valdè qualificatus pro ea comprobanda exiſtebat ille ſtatus anni 1659. in quo vacato tali Beneficio de menſe Aprilis, ſimiliter reſervato, licèt in prima inſtantia Ordinarius Compoſtellanus pronunciaſſet per Sententiam, hoc idem Beneficium eſſe Eccleſiaſticum, ac Sedi Apoſtolicæ reſervatum: attamen in gradu Appellationis formiter examinatis pluribus Teſtibus, Nunciatura Apoſtolica, ſeu ejus Delegatus, anno 1663. eandem Ordinarii Sententiam revocavit, expreſsè declarando, hujuſmodi Beneficium non eſse Eccleſiaſticum, neque obnoxium Reſervationibus Apoſtolicis, ac inſuper manutentionem concedendo iiſdem Poſseſsoribus Bonorum, ut in quaſi poſſeſſione præſentandi exiſtentibus, *tutte le volte*, *che è ſucceſſo vacare in tutti i tempi*, *e meſi dell'anno &c.* cum talis ſententia, utì prævio formali Teſtium examine emanata in hac expreſſa quæſtione ejuſdem Be-

neficii ſtatus, & effectum ſortita, atque etiam in Ju-
dicatum tranſacta, neque in poſſeſſorio, minuſque in
petitorio impugnari queat, niſi obtenta Commiſſione
Reſtitutionis in integrum, ut monet *Cardinal. de Luc. de
Jurepatronat. diſc. 22. n. 7. Rot. cor. Zarat.deciſ.2. nu.9.
& 11. & 16. in Compoſtellana Parochialis 8. Junii 1696.
§. Juſtificatio, cor. Reverendiſs. Molines, & 28. Novem-
bris ejuſdem anni §. Quod autem, cor. Eminentiſſimo
Priolo, in Pennen. Beneficii ſuper pertinentia 17. Martii
1710. §. Sed hic non ſiſtit, cum ſeqq. coram* R. P. D.
Aldovrando, aliiſque congeſtis *in d. Lauretana Beneficii
15. Junii 1716. §. Eoque firmiùs, cor. Me.*

Verùm etiam gemini ſuperaccedebant anteriores ſta-
tus, annorum ſcilicet 1649. & 1617. ubi itidem pro-
nunciatum apparet, Beneficium eſſe de præſentatione
laica, & Patronos exiſtere in quaſi poſſeſſione præſen-
tandi in quocunque caſu vacationis; qui ſane ſtatus,
etiamſi non contineant tempus, quo vacaſſet Benefi-
cium; an ſcilicet in menſe reſervato, vel Ordinario;
validè tamen eandem obſervantiam concludunt, dum
ſatis eſt, quòd id declaratum legatur in prædicta re Ju-
dicata anni 1663. & quidem pro fundamento ejuſdem
rei judicatæ, prædictos nempè Poſſeſſores permanſiſ-
ſe in quaſi poſſeſſione præſentandi *in tutti i tempi, e
meſi dell'anno*, ea ratione, quòd ſecus hoc comproba-
ri nequiſſet, quoties verè antecedentes ſtatus non eſ-
11 ſent illi conformes, prout aliàs etiam de Jure præ-
ſumitur, niſi plenè, & concludenter contrarium oſten-
datur, ut inquit *Rota in dec. 57. num. 9. part. 6. deciſ. 68.
num. 19. & ſeq. part 8. dec. 244. n. 19. part. 16. dec. 560. n.
22. part. 19. recen. in Brixien. Juriſdictionis 27. Junii 1710.
§. Et quidem, coram Reverendiſſimo Kaunitz Epiſcopo La-
bacen. in Salisburgen. Vicariæ 31. Januarii 1714. §. Nec in
aliqua, cor.* R. P. D. *meo Falconerio, & 4. Februarii 1715.
§. Abſque eo quòd, cor.* R. P. D. *meo Criſpo.*

Quapropter cum ex tot ſtatibus ita viriliter firmatis
à depoſitione Teſtium, Sententiis Ordinarii pro tem-
pore, & maximè etiam ex re judicata, de ſui natu-
ra titulum fortiorem ipſamet centenaria, & imme-
morabili præſeferente, ut dixit *Rot. in Burgen. Juris
12 Viſitandi de Bribeſca 22. Junii 1714. §. final. coram* R. P.
D. *meo Cerro: 17. Junii ejuſdem anni pariter §. final. cor.
Reverendiſſ.* D. *meo Anſaldo Decano*, apertè probata
remanet eadem obſervantia, & quidem centenaria,
non obſtante, quòd aliqui ex dictis ſtatibus reſpi-
ciant Beneficium Curatum, non autem illud ſimplex
de quo agitur, ex illa ratione, quòd cum utrumque
proveniat ab eodem fonte, & ſit ejuſdem naturæ, ut-
pote utrumque annexum iiſdem Bonis Emphytheuticis,
obſervantia reſpectu unius ſuffragari debet pro altero,
ex animadverſis per *Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt.
13 10. num. 20. Poſth. de Manut. obſervat. 73. num. 148.
Modern. Rom. Diſcept. Eccleſiaſtic. 28. n. 9. Adden. ad Gre-
gor. dec. 557. n. 8. Rot. coram Emerix Jun. dec. 820. n.
7. in Majoricen. Beneficii 11. Maji 1705. §. final. coram
bon. mem. Muto*, impreſſa apud *Moder. Aſculan. dec.
Florent. 33. §. 2. num. 38. in Melevitana Jurispatrona-
tus 13. Januarii 1708. §. Neque obſtat, coram bon. mem.
Omanna, & in Cremonen. Beneficii 4. Februarii 1715. §.
Et ubi etiam, coram* R. P. D. *Cerro*: in neceſſarium
conſequens proinde emergit; quòd hujuſmodi cente-
naria obſervantia omnino attendenda ſit, ad effectum
probandi, non minus in Judicio poſſeſſorio, quàm in
14 petitorio, controverſum Beneficium ſubjectum non
eſſe prædictis Reſervationibus, ut optimè probant *Mo-
dern. Roman. diſceptat. Eccleſiaſtic. 27. n. 21. Adden. ad Gre-
gor. dec. 184. n. 8. & Rot. dec. 608. n. 6. part. 2. recent.
& in Auguſtana Summæ Cuſtodiæ ſuper ſecundis Literis 21.
Junii 1715. §. Non ſubſiſtente, coram* R. P. D. *meo Fal-
conerio*, cum centenaria dicatur completa, etiam ſi
deficiant aliquot anni; prout firmant *Card. de Luc. de
15 Jurepatronat. diſc. 57. n. 33. Balduc. ad Ramon. in Obſervat. ad
conſ. 24. n. 53. Moder. Roman. diſcept. Eccleſ. 23. n. 4.*

Hæc autem omnia eo faciliùs procedere viſa ſunt
in præſenti hypoteſi, non ſolum quia eidem obſervan-
tiæ affirmativæ, præſentandi nimirum, & obtinen-
di inſtitutionem, etiam in menſibus reſervatis, ſimul
quoque juncta apparet obſervantia centenaria, & ferè
immemorabilis negativa, juxta quam oſtenditur, nul-
16 lo unquam caſu, ſeu vacatione in menſe reſervato Se-
dem Apoſtolicam appoſuiſſe manus ſuper collatione ta-
lis Beneficii, ex capite reſervationis, quando aliàs, ſi
verè illud fuiſſet Eccleſiaſticum, & non obſtitiſſet lex
Fundationis, inveriſimile prorſus redditur, quòd non
adducerentur Proviſiones Apoſtolicæ, & quidem plu-
res, cum intra ſpatium centum annorum, & ultra, e-
veniſſe cenſeantur vacationes in Menſibus reſervatis,
ex præſumptione inducta per eandem centenariam, præ-
ſupponendi videlicet omnes contigiſſe caſus poſſibiles,
eaſdem vacationes comprobantes, ex ponderatis *per Ro-
tam in dec. 661. num. 15. part. 19. recent. in d. Parmen.
Beneficii 16. Januarii 1702. §. final. coram Reverendiſſ.
D. meo Anſaldo Decano, in d. Tarraconen. Beneficii 11.
Aprilis 1712. §. Ceterùm, coram* R. P. D. *meo Lancetta,
in d. Gerunden. Eleemoſynæ Panis, ſuper reſervatis 26.
Junii 1713. §. Et demum, coram Eminentiſſimo Scotto,
& d. Monaſterien. Canonicatus 19. Februarii 1714. §.
Prædictum, coram Reverendiſſimo* D. *meo Anſaldo Deca-
no*, & optimè *in d. Auguſtana Summæ Cuſtodiæ, ſu-
per ſecundis Literis 21. Junii 1715. §. Altera, cor.* R.
P. D. *meo Falconerio*, ſed etiam quia in hujuſmodi Apoſto-
licis Gratiis, alioquin impetratis ad irritas faciendas
Collationes Beneficiorum, emiſſas ab Ordinariis ad
præſentationem Patronorum, ſuaque etiam pacifica
poſſeſſione ſpoliandos eorundem Ordinariorum Provi-
ſos, tanquam odioſos, ut inquit *Lotter. de Re Benefic. q.
44. n. 2. & per tot.* ſemper rigidè expendendæ ſunt 17
probationes, ad illas juſtificandas per Impetratores ad-
ductæ, & præcipuè in iſta, de qua agitur, reſpi-
ciente quæſtionem, an intret Reſervatio propter qua-
litatem Eccleſiaſticam, vel Laicalem Juriſpatronatus,
adeout ubicunque per Impetratorem non probatur,
ut in caſu, aſſerta Reſervatio liquidis undique, ac va-
lidis probationibus, prout requiritur, ſatis eſt, quòd
ea reddatur turbida, ad effectum, ut ille repellendus
ſit, ſuæque Proviſionis executio impediatur, quemad-
modum advertunt *Hoſtienſ. in cap. cum multis, num.
4. verſic. providè de reſcrip. in 6. & idem Lotter. de
Re Benefic. lib. 2. quæſt. 45. n. 42.* & in his expreſſis
terminis reſpondit *Rot. dec. 44. nu. 23. coram Duran.
dec. 769. nu. 3 verſic. quæ omnia in rec. dec. 327. n. 2. part.
15. in Parmen. Beneficii cor. Eminentiſſ. Scotto apud Modern.
Roman. Diſcept. Eccleſiaſt. 25. n. 40. & diſcep 27. num. 63.
& ſeqq. in Cremonen. Beneficii 3. Decembris 1706. §.
Præmiſſo enim, coram* R. P. D. *meo Lancetta, in d. Tar-* 18
*raconen. Beneficii 11. Aprilis 1712. §. Conſtito, coram Eo-
dem*: optimè *in Vicen. Beneficii 17. Februarii 1713. §. Ex
quibus coram* R. P. D. *Aldovrando: in Auguſtana Canonica-
tus ſuper Literis Ludovici 6. Martii 1713. §. Pluribus, co-
ram* R. P. D. *meo Criſpo: in d. Auguſtana Summæ Cuſtodiæ ſu-
per ſecundis Literis 21. Junii 1715. §. Motі, & 15. Martii
1716. §. Firmum namque, & §. final. coram* R. P. D.
meo Falconerio.

Et ita &c.

R. P. D. MUTO.

Chelmen. Decanatus Zamoſcen,

Lunæ 11. Decembris 1702.

ARGUMENTUM.

Beneficium debetur habenti qualitates, à Fundatore
requiſitas, non attenta obſervantia, contraria lite-
rali diſpoſitioni. Diſſolvuntur etiam alia argumen-
ta, adverſus Proviſum Apoſtolicum adducta.

SUMMARIUM.

1 *Lex, & diſpoſitio, etiam per verba affirmativa conce-
pta, excludit omnes alias perſonas, & caſus, de
quibus non loquitur, & nullitatem inducit.*

2 *Obſervantia, ad hoc ut operetur, debet eſſe certa, &
concludens, non turbida, & æquivoca.*

3 *In deſtructionem diſpoſitionis claræ, & literalis non at-
tenditur.*

4 *In materia Beneficiali, & in Judicio præſertim exe-
cutionis Literarum Apoſtolicarum, ultimus ſtatus eſt
attendendus.*

5 *Quæ requirantur, ut ſtatus ultimus abſorbeatur à præ-
cedenti, & bono Jure in petitorio.*

6 *Ali-*

6 *Aliquo modo qualificatus, in concurſu alterius nullo modo qualificati, eſt præferendus.*

7 *In Proviſione Apoſtolica attenditur cauſa, ob quam principaliter obtenta fuit, licèt in eadem Supplicatione aliæ ſuperadditæ fuerint.*

8 *Perſonæ, à lege præſentatæ, poſſunt à quocunque Inſtitutionem petere, & ſignanter à Summo Pontifice.*

DECISIO VI.

DEciſum fuit *coram Me ſub die 26. Junii* præteriti non intrare arbitrium pro retardatione Literarum Apoſtolicarum Laurentii Sikorski, qui Decanatum primam Dignitatem in Collegista Eccleſia Oppidi, & Univerſitatis Zamoſcen. ſibi à Summo Pontifice conferri obtinuit; ſed conceſſa adverſus dictam Deciſionem per Dominos nova Audientia, cum ſuper illius viribus hodie fuerit denuò aſſumpta diſputatio, in deciſis perſiſtendum eſſe DD. reſponderunt.

Literarum enim Apoſtolicarum juſtificatio clara iterum apparuit ob incontroverſam Decanatus vacationem, valorem illius, & qualitatem Clerici, Canonici, Doctoris, & Academici in Laurentio Proviſo Apoſtolico, qua Academici qualitate cum careat Epiſcopus Gratianopolitanus, ab Anna Zamoſcha præſentatus, illi, non huic inſtitutio debita eſt. Non obſtante, quòd Joannes Zamoſchi Fundator ad Dignitates, Canonicatus, & alia Beneficia non ſolùm vocaverit Academicos, abſque ulla limitatione, ſed omnea, & quoſcunque Sacerdotes de ſua Ditione, & dominio temporali Oppidi Zamoſcen. Quia ultra quòd vocatio ejuſmodi Sacerdotum in præjudicium Academicorum non legitur in Fundatione, nec Epiſcopus Gratianopolitanus juſtificat, ſe eſſe de dicta Ditione; Urget reſponſio, quòd cum in diſpoſitiva Fundationis Dignitatum, & Canonicatuum legantur verba — *Eligendi erunt ad ejuſmodi Sacerdotia Collegiatæ Eccleſiæ ex Academicis docti, & boni Viri* — Iſta cum ocularìter reſtringant Electionem ad Academicos, extendi non poſſunt ad alios Sacerdotes, dictam qualitatem non habentes, etiamſi Fundator ulteriùs non proceſſerit, adjiciendo favore Academicorum clauſulam taxativam, & annullativam, quia lex, & diſpoſitio, etiam per verba affirmativa concepta, excludit omnes alias perſonas, & caſus, de quibus non loquitur,
1 & nullitatem inducit, quamvis ulteriùs Legislator, & Diſponens non proceſſerit, quando requiritur qualitas in ipſo actu, & concurrit cauſa perpetua. *Deſiderius Guido conſ. 14. n. 8. & 9. Mareſcott. Var. Reſol. c. 29. n. 5. & ſeqq. lib. 2.*

Reſponſione non attenta, quòd ſufficiat verba Fundationis eſſe aliquo modo dubia, ad hoc ut interpretationem recipere debeant à ſubſecuta obſervantia, juxta quam ad Prælaturas, & Canonicatus Eccleſiæ, de qua agitur, fuerunt etiam præſentatæ perſonæ, quæ non erant de Academia: Objectum enim in facto non ſubſiſtit, & in jure non reſiſtit. Et ſanè in facto non ſubſiſtit, quia talia obſervantia non probatur ex Atteſtatione facta lite pendente ab Epiſcopo Chelmen cujus intereſt ſubſtinere propriam inſtitutionem in perſonam Epiſcopi Gratianopolitani ſui Suffraganei: Maximè quia dicta Atteſtatio eſt dubia, & æquivoca, dum admiſſio perſonæ non habentis qualitatem Academici ad Decanatum unica vice ſecuta, evenit forſan in prædicta præſentatione à Fundatore facta de tempore, quo nondum aderat aliquis Academicus; Aliæ verò ſimiles admiſſiones per paucas vices factæ ad Canonicatus, cum ſuccedere potuerint in illis Canonicatibus, qui fundati non fuerunt à Joanne Zamoſchi, diverſam naturam ab iſtis habentibus, quorum plures probantur exiſtere in Collegiata Eccleſia, de qua agitur, nihil operantur pro inducenda ob-
2 ſervantia, quæ requiritur, ut ſit certa, & concludens, nec ſufficit turbida, & æquivoca. *Giovaga. reſponſ. 37. n. 38. lib. 1. Rota diverſ. dec. 37. nu. 36. & dec. 294. num. 6. part. 2. in recen. deciſ. 120. num. 2. part. 2. dec. 326. n. 5. p. 5. dec. 433. n. 35. p. 9. Millin. dec. 103. n. 4. Duran. dec. 36. n. 48. Carill. dec. 162. nu. 5. Buratt. dec. 464. num. 6. & poſt Contrium diſcept. dec. 13. in fine, & dec. 23. n. 12. in fine.*

Non reſiſtit autem in Jure, quia verba in parte Fundationis diſpoſitiva, unicè pro arguenda mente Fundatoris attendenda, ſunt clara, & literalia, nullamque interpretationem patiuntur, & propterea ſubſequens obſervantia contraria, & deſtructiva potiùs 3
Fundationis non attenditur. *Seraphin. Maſſin. de Confiſcat. Bonorum quæſt. 16. num. 74. & quæſt. 35. numer. 83. Gratian. diſcept. 560. num. 15. & ſeqq. Larrea alleg. 10. num. 21. & alleg. 92. num. 8. & ſeqq. Carena reſolut. 68. num. 8. & reſolut. 80. num. 19. Contr. diſcept. 86. num. 2. & 3. Rota coram Martin. Andræa dec. 92. num. 3. Seraphin. dec. 1188. num. 7. Coccin. deciſ. 203. n. 15. & dec. 2305. num. 108. Gregor. deciſ. 184. nu. 5. & in recent. dec. 319. n. 2. 4. & 14. part. 6. dec. 244. num. 46. part. 8. & deciſ. 389. num. 15. p. 9.*

Fortiùs in præſenti Judicio executionis Literarum Apoſtolicarum, in quo cum concurrat ultimus ſtatus favore Academicorum, immo & omnea antecedentes, cum Academici ſemper fuerint præſentati ad Decanatum controverſum, excepto uno, qui veriſimiliter prima vice à Fundatore præſentatus fuit; Iſte ultimus ſtatus in hac materia, & in præſenti Judicio 4
unicè attendi debet, rejecta ulteriori cognitione ad petitorium, & pro vacationibus in futurum contingentibus, ut per *Textum in cap. conſultationibus, de Jurepatronat.* tradunt *Seraphinus Maſſinis de Confiſcation. Bonorum q. 37. nu. 29.* ubi quòd hoc ſufficit pro juſtificatione Gratiæ Apoſtolicæ, *n. 65. & 71. Deſiderius Guido inter deciſiones Venetas Triviſani dec. 54. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Rota in Aſculana Beneficiorum Sanctæ Mariæ, & SS. Philippi, & Georgii 24. Januarii 1680. §. fin. cor. bo. me. Rondinino*, ubi pariter de executione Literarum Apoſtolicarum: *in Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ 8. Martii 1700. §. Obſtitit, coram R. P. D. meo Anſaldo*, aliiqae relati in præterita mea *Deciſione §. Eoque minùs*, quibus addo *Rotam in Aretina Beneficii 21. Januarii 1701. in principio cor. R. P. D. meo Anſaldo.* Et in terminis juſtificationis Gratiæ Apoſtolicæ *Rot. in Aſculana Parochialis 5. Junii 1684. §. Sed omnem, cor. bon. mem. Benincaſa.*

Non obſtante contraria obſervantia præcedenti; quia ad hoc ut ſtatus ultimus abſorbeatur à præcedenti, & bono Jure in petitorio, oportet iſtud eſſe undique clarum, & probatum mediante re judicata, 5
confeſſione Partis, vel Inſtrumento Fundationis, quod nullam patiatur exceptionem, ut proſequitur *Seraphinus Maſſinus de Confiſcat. Bonorum q. 37. n. 30. & 72. Deſiderius Guido inter deciſiones Venetas Triviſani deciſ. 54. n. 3. & ſeqq. lib. 2. Rota in Auſculana Parochialis 5. Junii 1684. §. Sed omnem, cor. bo. me. Benincaſa, & in Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ 8. Martii 1700. §. Conſideratus, cor. R. P. D. meo Anſaldo.*

Minùs obſtat, quòd Fundator ad Parochiales vocaverit Vicarios; Undè cum Decanatus habeat annexam Curam animarum, ad illam admitti non poſſit Laurentius Sikorski, deficiente eidem qualitate Vicarii: Tum quia Fundator in ea parte, in qua vocat Vicarios ad Parochialea, non loquitur de Decanatu, aliiſque Dignitatibus, & Beneficiis exiſtentibus in Eccleſia Collegiata Zamoſcen. licèt annexam habeant Curam animarum, ſed de aliis Parochialibus, extra dictam Eccleſiam exiſtentibus, quarum plures adeſſe de Jurepatronatus Principum Zamoſcen. reſultat ex Atteſtatione Epiſcopi: Tum etiam quia cum alter Proviſus de dicto Decanatu non ſit Vicarius, neque Academicus, non poteſt iſte concurrere cum Laurentio habente qualitatem Academicam, quæ eſt principalis conditio à Fundatore volita, cum aliquo modo qualificatus, in concurſu alterius nullo modo qua- 6
lificati, ſit præferendus. *Rota in Melphyten. Capellaniæ 17. Junii 1699. §. Nulla ſiquidem, cor. Me, & in Mediolanen. Capellaniæ 9. Maji 1701. §. Sicuti, coram R. P. D. meo Priolo.*

Et demum non relevat, quòd Laurentius Sikorski obtinuerit controverſum Canonicatum, tanquam devolutum ad Sedem Apoſtolicam, quando vel hæc devolutio non aderat, vel fieri debebat ad Epiſcopum, non autem per ſaltum ad Sedem Apoſtolicam, juxta præſcriptum Fundationis. Quoniam ex lectura Literarum Apoſtolicarum contrarium convincitur, cum principaliter expreſſum fuerit Pontifici, controverſum Decanatum deberi certo generi perſonarum, habentium qualitatem paſſivam Academici, & ob hanc cauſam

ſam principaliter obtenta fuit Proviſio, licet in eadem Supplicatione ſuperadditum quoque fuerit præterfluxiſſe tempus ob nullitatem præſentationis, & inductam fuiſſe devolutionem; In his enim terminis cum attendi debeat principalis expreſſio, non dicitur proceſſum per viam devolutionis, ſed Decanatus dicitur collatus, tanquam debitus certo generi perſonarum, qualitates requiſitas habentium, quæ oti præſentatæ
8 à lege, poſſunt à quocunque Inſtitutionem petere, & ſignanter à Summo Pontifice. *Card. de Luca de Jurepatron. diſc. 18. n. 2. & de Beneſic. diſc. 61. nu. 2. Rota in Aſculana Beneficiorum 16. Novembris 1689. §. Juſtitiam, coram Me.*

Et ita in reliquis DD. approbantes deducta in præterita mea Deciſione, reſponderunt, Utraque &c.

R. P. D. C R I S P O.

Friſingen. Canonicatus.

Lunæ 27. Junii 1712.

A R G U M E N T U M.

Diſpenſatum ſuper retentione Canonicatus, & Eccleſiæ Parochialis, poſſe in caſu, de quo agitur, utrumque retinere, firmat Deciſio, non obſtantibus iis, quæ contra executionem Literarum Apoſtolicarum oppoſita fuerant.

S U M M A R I U M.

1 *Literæ Apoſtolicæ, in quibus conſcientia Executoris oneratur, plenè juſtificatæ præſumuntur, poſtquam fuerunt executioni demandatæ.*
2 *Idque præcipuè locum habet in diſpenſationibus.*
3 *Capitulum non eſt legitimus contradictor ad impediendam executionem Literarum Apoſtolicarum.*
4 *Diſpenſatus ſuper pluralitate Beneficiorum incompatibilium, licitè valet eodem tempore illa retinere, & poſſidere.*
5 *Quæ ſit natura hujuſmodi Diſpenſationis.*
6 *Ordinarii Atteſtatio tunc relevat, quando de aſſertorum veritate aliunde conſtat.*
7 *Petens diſpenſationem ſuper retentione Beneficiorum incompatibilium, præter qualitatem, & onera Beneficiis infixa, nihil aliud tenetur exprimere.*
8 *Reſidentia merè cauſativa non inducit incompatibilitatem Beneficiorum.*
9 *Nec propterea illius reticentia cauſat ſubreptionem.*
10 *Multo magis, ſi in Gratia Diſpenſationis derogatum fuerit omnibus in contrarium facientibus.*
11 *In Beneficiis Germaniæ eſpreſſio valoris ſufficit quòd fiat per non exceſſum inducatis 24. eaque non indiget juſtificatione.*

D E C I S I O VII.

VAcata Parochiali Eccleſia VValperckurken; per Capitulum, & Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ ad S. Zenonum in Iſen. ad eam nominatus cum fuerit Joſeph ejuſdem Eccleſiæ Collegiatæ Canonicus, & hic ad effectum removendi incompatibilitatis obſtaculum, quòd ex retentione Canonicatus cum Parochiali poterat reſultare, Gratiam Diſpenſationis à Sanctiſſimo reportavit, cum ea tamen conditione, quòd animarum Cura in Parochiali Eccleſia minimè negligeretur, ſed ejus, & Canonicatus conſueta onera ſupportarentur, ac pro illo tempore, quo Joſeph proviſus Collegiatæ Eccleſiæ non inſerviret, perſonalia emolumenta conſequi non poſſet, derogando tam Conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium facientibus, quàm etiam ejuſdem Collegiatæ Statutis, & Conſuetudinibus; cujus quidem Gratiæ vigore Vicarius Generalis Friſingenſis, Executor in Literis Apoſtolicis deputatus, dictum Joſephum, quouſque vixerit, declaravit licitè, & liberè Parochialem prædictam una cum Canonicatu retinere valere, fructuſque omnes Canonicatus pro tempore intereſſentiæ validè ſibi appropriare: Ab hac autem Literarum executione, ſive illarum ſubſecuta declaratione, Capitulo & Canonicis Collegiatæ ad Rotam appellantibus, ad normam Commiſſionis mihi unanimi Partium conſenſu directæ, diſputato dubio, an intret arbitrium pro retardatione executionis Literarum Apoſtolicarum, *negativè* illud reſolutum fuit.

De juſtificatione Literarum Apoſtolicarum hic ambigi nequit, dum Summus Pontifex cum Executoris conſcientiam tantùm oneraverit, poſtquam ille Literas executioni demandavit, plenè juſtificatæ eædem præ-
ſumuntur, cum de illarum verificatione potuerit ſe 1
extrajudicialiter informare, prout feciſſe arguitur, quoties ad executionem proceſſit, juxta firmata per *Roſ. de Execut. Liter. Apoſtol. cap. 7. nu. 15. Rot. cor. Cerr. dec. 759. poſt num. 2. ac nu. 3. & 4. cor. Emerix dec. 298. nu. 6. & ſa. me. Alexand. VIII. dec. 164. n. 25. & 28.* & præcipuè in Gratiis Apoſtolicarum Diſpenſationum,
in quibus nulla exigitur cauſæ cognitio, neque judi- 2
cialis indagatio, ſed ſatis eſt, ut Executor juxta ſuam conſcientiam ad executionem procedat. *Pax Jordan. in Elucubr. lib. 9. tit. 1. de Diſpenſat. n. 55. & 56. Roſ. de Execut. Lit. Apoſtolic. c. 7. n. 5.*

Maximè quia Capitulum minimè dici poteſt legitimus Contradictor pro impedienda executione Literarum præfatæ Diſpenſationis, ad quem effectum opus
eſſet, ut æquali titulo, & pari Proviſione Apoſtolica 3
polleret, ſine qua, non niſi ex poſitiva calumnia, fructuum, & Diſtributionum Canonicatus extraditionem Joſepho impugnare videtur, cum ille longè antè Gratiam Diſpenſationis in earum poſſeſſione reperiretur, & modò quoque exiſtit, in quibus ſanè terminis ejus contradictio eo minùs aliquid operari meretur, prout in debilioribus terminis contra Capitulum reſpondit *Rot. dec. 221. num. 3. coram ſa. me. Greg. XV. ibidemque Adden. n. 11. & cor. ſa. me. Alexand. VIII. dec. 58. nu. 21. & in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus ſuper manutentione 20. Januarii 1702. §. Non ſubſiſtit, cor. Eminentiſſimo Priolo.*

Verùm Capituli contradictio rejici quoque convenit, ex quo nullo Juſtitiæ fundamento fulcita apparet: Agitur namque de diſpenſatione à Pontifice reportata ſuper retentione Canonicatus, non obſtante ſubſecuta Parochialis proviſione: Quoties autem Joſeph juxta diſpenſationis præſcriptum in Eccleſia reſedit, nequit Capitulum fructus, Diſtributiones Canonicatus
illi denegare, cum diſpenſatus ſuper incompatibilium 4
Beneficiorum pluralitate licitè valeat eodem tempore illa retinere, & poſſidere. *Gloſ. in cap. quia in tantum, de Præbend. & in V. retinere in cap. Dudum il 2. de elect. Hojed. de Incompatibil. part. 2. cap. 12. numer. 1 & 2.* diſpenſatio namque juris, & rigoris relaxationem producit, removetque obſtaculum, quod ex ſecundo Be-
neficio pro retentione prioris Proviſo obveniſſet, in- 5
deque operatur, ut poſſeſſor Beneficiorum jure proprio, ac primævo in illorum poſſeſſione legitimè continuare valeat. *Cardin. de Luc. de Beneſic. diſc. 104. numer. 8.*

Nullatenùs attenta Epiſcopi exclamatione, quòd Parochia pluribus referta Eccleſiis Filialibus, & plena Populo, non modicè diſtet à Collegiata, undè prorſus impoſſibilis evadat utriuſque Beneficii retentio, cum Parochus Gregem ſibi commiſſum deſerere non debeat, & è converſo Collegiatæ Canonici, fructus percipere volentes, ad perſonalem reſidentiam adſtricti remaneant, undè impoſſibile ſit, quòd eadem perſona utramque reſidentiam exercere poſſit, & ubique debita præſtare obſequia. Quandoquidem prorsùs emendicata eſſe videtur hujuſmodi exceptio, quando ad nominationem Capituli Joſephus fuit in Parochum electus, ac ab eodemmet Ordinario, quoad retentionem collatæ Parochiæ, una cum Canonicatu approbatus *Summ. Joſeph num. 3.* Quomodo autem aſſeri poterit, quòd impoſſibile reddatur utriuſque Eccleſiæ ſervitium, quando contrarium evincit tam factum Capituli, quàm ipſius Epiſcopi, qui, ſi verè comperiiſſent hujuſmodi adeſſe incompatibilitatem, vel non elegiſſent; ſeu ſaltem Joſepho Canonicatus dimiſſione injunxiſſent; Undè in his terminis Ordinarii teſtimonium nihil detrahere poterit, ut plenarius effectus Gratiæ Diſpen-
ſationis debeat obtineri, cum de cætero Ordinarii at- 6
teſtatio tunc ſolum aliquid relevare poſſit, quatenùs de aſſertorum veritate aliunde conſtaret. *Rota in*

Ckel-

Digitized by Google

Chelmen. Decanatus Zamoſcen. 26. Junii 1702. §. Minuſ-
que obſtat, & 11. Decembris ejuſdem anni §. Reſpective,
coram bon. mem. Muto, & in Leodien. Canonicatus 1. Julii
1707. §. Et hinc, coram R. P. D. *meo Scotto.*

Sed quando etiam expoſita per Ordinarium vera
quodammodo dici poſſent, non exindè tamen impe-
diri deceret effectum Diſpenſationis, qui cum ſit
actus ab Apoſtolica Authoritate purè dependens, de
illius inſubſiſtentia Inferior opponere nequit, ſatis enim
eſt, ut Joſeph expreſſerit, quòd ad Parochialem fue-
rit electus, quando priùs Canonicatum in Collegiata
7 retinebat; præter autem qualitatem, & onera Be-
neficio infixa, ad alias expreſſiones nullatenus teneri
videbatur, cum nihil aliud præſcriptum eſſe conſtet
in Regul. Cancell. 37. de expreſſ. qualit. Benefic. Cokier ſuper
d. Regul. num. 8. Lotter. de Re Benefic. quæſt. 14. lib. 3. nu.
19. & 20.

Pro inficienda pariter Diſpenſatione prædicta atten-
dendum non erit, quòd retentioni ſecundi Beneficii re-
ſiſtant Statuta Eccleſiæ Collegiatæ, continuam, &
præciſam reſidentiam requirentia; Undè cum non fue-
rit expreſsè de hujuſmodi Statutorum exiſtentia Papa
informatus, Diſpenſatio propterea ſubreptitia debeat
dijudicari: Quoniam de hujuſmodi reſidentia nulla
exigebatur expreſſio, cum eadem non eſſet, niſi me-
rè cauſativa, ex eo quia ſtatuta non imponunt pœ-
nam privationis tituli Canonicatus, ſed tantùm an-
nuæ Præbendæ, & fructuum, quod minimè operatur
8 veram, & præciſam reſidentiam, præſeferentem incom-
patibilitatem Beneficiorum, ut apud *Lotter. de Re Be-*
nefic. lib. 3. quæſt. 27. nu. 33. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell.
gloſſ. 5. n. 20. Panimoll. dec. 31. annot. 1. n. 4. Rot. in Cra-
covien. Archidiaconatus 12. Maii 1690. §. Præterea, coram
Reverendiſſ. dell' Olmo Epiſcopo Conchen. & in Auguſtana
Canonicatus Provinciæ Moguntinæ 26. Junii 1709. §. Por-
rò, coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano; Undè
nullo pacto eandem cauſativam reſidentiam Pontifici
9 exprimi neceſſe erat, neque illius reticentia ſubre-
ptionem producere valuit. *Rot. coram Rembol. dec. 289.*
num. 6. & 7. coram Cavaler. dec. 331. num. 5. & 6. & in
Cracovien. Archidiaconatus 26. Junii 1697. coram Reveren-
diſſimo Decano, impreſſa ad ornatum Card. de Luc. de Be-
nef. dec. 9. nu. 13. & in Auguſtana Canonicatus Provinciæ
Moguntinæ 14. Martii 1710. §. fin. coram dicto Reverendiſſ.
D. meo Decano.

Evidentiùs quia in Gratia Diſpenſationis adjecta fuit
expreſſa derogatio Statutis Eccleſiæ, aliiſque in con-
trarium facientibus, per quam derogationem ſubla-
10 tum cenſetur omne obſtaculum, quod retentioni utri-
uſque Beneficii à Statutis provenire potuiſſet, ut in-
dividualiter tradit *Barboſ. de Clauſ. clauſ. 84. num. 6. 9.*
& ſeqq. & generaliter *Parſ. de Reſignat. Benefic. lib. 8.*
quæſt. 6. nu. 165. tom. 2. Gonzal. ad Regul. 8. Cancel. gloſſ.
9. §. 6. n. 57. Rot. cor. Emerix Jun. dec. 1214. num. 11.
& in Auguſtana Canonicatus 26. Junii 1711. §. Totum, in
fin. coram Me.

Nec minimam denique ponderationem mereri viſa
fuit altera exceptio prætenſæ ſubreptionis ex capite
non expreſſi veri valoris præfatæ Parochialis: Suf-
11 ficit enim, quòd in Literis Joſephi valor prædictus
per non exceſſum in ducatis 24. fuerit narratus, dum
in Beneficiis Germaniæ juxta Concordata inter S. Se-
dem, & illam Inclitam Nationem non aliter, quàm
modo prædicto, valor exprimi ſoleat, taliſque ex-
preſſio nulla indiget juſtificatione, ut per *Cockier. ad*
Regul. Cancell. 61. Rot. dec. 532. num. 4. & 5. p. 19. tom.
2. & in Monaſterien. Decanatus 28. Junii 1709. §. Literæ
ſiquidem, coram Me, & in Leodien. Paſtoratus, ſeu Vica-
riæ 6. Februarii 1711. §. Valor verò, coram bo. me. Caf-
farello, ac in d. Auguſtana Canonicatus 26. Junii anni præ-
teriti §. Inſpectis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CAFFARELLO.

Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper
Præſcriptiva.

Lunæ 15. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Juriſdictio quaſi Epiſcopalis cum ſeparatione Territo-
rii præſcribitur quadraginta annorum curſu, con-
currente titulo putativo, colorato, aut dubio. Exa-
minantur extrema hujus quadragenariæ præſcriptio-
nis, nempè titulus, & obſervantia, & utrumque
in caſu Deciſionis verificari, doctè, ac fusè oſten-
ditur.

SUMMARIUM.

1 *Juriſdictio quaſi Epiſcopalis cum Territorio Separato præſcribi poteſt à Prælato inferiori, aut alia Perſona Eccleſiaſtica.*

2 *Et tunc in Territorio, à Diœceſi ſeparato, non eſt caput Epiſcopus, ſed Prælatus inferior.*

3 *Et non requiritur præſcriptio immemorabilis, aut centenaria, ſed ſufficit quadragenaria cum aliquo juſto titulo, putativo, dubio, aut colorato, à Sede Apoſtolica promanante.*

4 *Dummodo tamen talis titulus ſit ſubjectæ materiæ adæquatus.*

5 *Hæc quadragenaria præſcriptio, innixa titulo putativo, colorato, & dubio, æquivalet immemorabili, ac centenariæ.*

6 *Et ſuffragatur etiam pro acquirendis aliis Juribus Spiritualibus: ac etiam prophanis, in quibus opus eſſet immemorabili, ut eſt Jus decimandi.*

7 *Et pariter pro acquirenda Juriſdictione, & præſcribendis quibuſcunque Juribus Regalibus etiam majoribus.*

8 *Certiùs vero, dum præſcribens vim non facit in ſimplici poſſeſſione, ſed in titulo, apto tribuere acquiſitionem talis Juris, licèt colorato, & dubio, per quadragenariam tamen præſcriptionem dilucidato.*

9 *Eodem modo, quo vigore immemorabilis, aut centenariæ non acquiritur jus aliquod ratione ſimplicis poſſeſſionis, ſed ob præſumptum titulum, meliorem de mundo, quem immemorabilis, ſeu centenaria ſub ſe continent.*

10 *Declarantur contraria Auctoritates*, & num. 12. 14. 15. & 16.

11 *Induci non poteſt Territorii ſeparatio, niſi per Papæ privilegium.*

13 *Unam eandemque Civitatem, ſeu Diœceſim diverſos Pontifices, tanquam unum Corpus diverſa capita habere non decet.*

17 *Quando Prælatus inferior non innititur ſimplici poſſeſſione, ſed privilegio Apoſtolico, per quadragenariam cum titulo colorato, dubio, aut putativo, præſcribit non ſolum Juriſdictionem actualem ſub Epiſcopo, ſed etiam habitualem.*

18 *Refertur per extenſum Privilegium, à Zaccharia Papa Cœnobio Fuldenſi ad preces S. Bonifacii, illius Fundatoris, conceſſum.*

19 *Ex immediata ſubjectione Romanæ Sedi, dicto Abbatiali Monaſterio, ejuſque locis, ac rebus, conceſſa, deducitur titulus putativus, & coloratus, & per conſequens bona fides acquirendi Territorium Separatum cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali.*

20 *Abbas, & Monaci Fuldenſes facultatem habent accipiendi Chriſma, & Ordines à quocunque Antiſtite.*

21 *Quæ prærogativa eſt propria Prælatorum inferiorum, Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Territorium Separatum habentium.*

22 *Titulus putativus, dubius, & coloratus in hoc caſu ſemper adeſſe dicitur, quoties proficiſcitur ab habente poteſtatem concedendi Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio Separato.*

23 *Recenſentur alia Privilegia, ab aliis Summis Pontificibus Abbatiæ Fuldenſi, ejuſque Abbatibus elargita.*

24 Ex

24 *Ex quibus argumenta, ſaltem dubia, deſumantur ad inferendum Territorii ſeparationem, & Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

25 *Adducuntur pariter aliæ prærogativæ, & privilegia, à Sede Apoſtolica Abbatibus Fuldenſibus conceſſa, quæ veris Locorum Ordinariis conveniunt.*

26 *Item alia hujus rei teſtimonia Nunciorum Apoſtolicorum, Coloniæ reſidentium*, & Sacr. Congr. Conciſtorialis.

27 *Verba — Nullius Diœceſis — Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem regulariter ſupponunt.*

28 *Referuntur Synodi, in quibus Abbates Fuldenſes conſederunt inter Epiſcopos, & Prælatos Juriſdictione quaſi Epiſcopali decoratos.*

29 *Citantur Scriptores, in quibus Abbatia Fuldenſis expreſſa fuit cum qualitate Territorii Separati.*

30 *Adducuntur inſuper præclara teſtimonia plurium Imperatorum; qui Abbatis Fulden. Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem recognoverunt; nec non Epiſcoporum Moguntini, & Herbipolenſis finitimorum*, & n. 33. & 36.

31 *Licèt Imperatores, & etiam Epiſcopi tribuere non valeant hanc Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, plurimum tamen inſerviunt ad interpretationem Juriſdictionis, à Sancta Sede conceſſæ*, & n. 32.

34 *Cœtus, & Congregatio Epiſcopi cum ſuo Clero, & Populo ex una parte: & Prælati inferioris cum ſuo ſimiliter Clero, & Populo ex altera, ſignum eſt ſaltem dubium Ordinariæ Juriſdictionis.*

35 *Idem dicendum eſt de Jure decimandi, quod regulariter ad Parochum, vel Epiſcopum, aut aliam Perſonam Eccleſiaſticam, Jura Epiſcopalia habentem, privativè ſpectat.*

37 *Confeſſioni in limine Judicii emiſſæ ſtandum eſt in præjudicium confitentis.*

38 *Julius Epiſcopus Herbipolen. anno 1576. Abbatiam Fuldenſem cum Copiis invadens, ex ea Balthaſſarem Abbatem ejecit.*

39 *Sed anno 1602. Imperator Rodulphus, hortatu Sixti V. reſciſſis omnibus geſtis ab Epiſcopo Julio in Ditione Fuldenſi, mandavit omnia plenariè reſtitui Abbati, & ut à cunctis ejuſdem Fuldenſis Ditionis in Ordinarium, Dominum, & regnantem Principem recognoſceretur.*

40 *Refertur Breve* Clem. VIII. *requiſito prius voto S.* Congreg. Concil. *emanatum ſuper exercitio quaſi Epiſcopalis Juriſdictionis, Abbati Fuldenſi competentis.*

41 *Titulus putativus, à juſto errore cauſatus, juſtam cauſam præſcribendi tribuit.*

42 *Actus æquivoci non ſunt attendendi ad impediendam præſcriptionem.*

43 *Guſtavus Rex Suecus, bello anno 1631. moto, nulla ex parte turbavit exercitium Catholicæ Religionis, & Juriſdictionis Eccleſiaſticæ.*

44 *Ut præſcriptio adverſus aliquem currere deſinat, non ſufficit docere de impedimento, niſi etiam probetur, tale impedimentum cauſam fuiſſe ſuo jure non utendi.*

45 *Non interrumpitur præſcriptio per litem, terminatam ad favorem poſſeſſoris.*

46 *Ex requiſitionibus extrajudicialibus nec mala fides inducitur, nec intervertitur præſcriptio.*

47 *Et ratio eſt, quia talibus requiſitionibus quis credere non tenetur.*

48 *Scientia præſumitur ex vicinitate loci, & actuum multiplicitate.*

49 *Ignorantia ſupina, & craſſa non excuſat.*

DECISIO VIII.

JUxta facti ſeriem expoſitam in Deciſione 12. *Junii* currentis ſuper Nativa *coram Me* edita, proſequendo Examen aliorum duorum motivorum, Dativæ nempè, & Præſcriptivæ Juriſdictionis cum titulo colorato, quibus Abbas Fuldæ, præter illud deſumptum ex prætenſa originaria libertate, rejecta in dicta mea Deciſione, ſuam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Clerum, & Populum Ditionis Fuldenſis cum Territorio Separato tuetur; In hodierna Audientia diſceptanda propoſui gemina Dubia, alterum, *An Sententia Rotalis* favore præfati Abbatis lata, *eſſet confirmanda, vel infirmanda quò ad Dativam*, & alterum, *An eadem Sententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda quò ad Præſcriptivam*, ſive *quadragenariam cum titulo colorato*; Et licèt ſuper primo ob Suffragiorum ſciſſuram nulla capi potuerit reſolutio, tamen quoad ſecundum, reſponſum fuit — *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam quò ad Præſcriptivam.*

Ratio ſic decidendi ſtetit in eo, quòd Juriſdictio quaſi Epiſcopalis cum Territorio Separato eſt de genere eorum, quæ à Prælato inferiori, aliave Perſona Ec- 1
cleſiaſtica, præſcriptione acquiri poſſunt, privando Epiſcopum omnibus Juribus Epiſcopalibus, ut quidquid dixerit *Hoſtien. in cap. cùm contingat, n. 1. de for. compet. & in cap. de quarta, num. 13. & cap. quoniam, n. 2. de Offic. Ordinar.* communiter docuere DD. ex *Textu claro in cap. Auditis 15. ibique Gloſſ. V. Jus Epiſcopale, in cap. cum olim 18.* ibique pariter *Gloſſ. V. præſcriptione munitum de præſcript. & cap. cum Perſonæ 7. §. Quod ſi tales, de privileg. in ſexto*, & præſertim *Innocent. in d. c. cum olim, num. 2. ibique Fagnan. num. 10. Abb. in c. Auditis, num. 6. verſ. finem. Spad. conſil. 193. num. 7. & 8. lib. 2. Kloch. conſil. 51. num. 346. lib. 1. Mareſcott. Variar. Reſol. lib. 1. cap. 11. num. 21. & ſeqq. Barboſ. de Offic. & Poteſtate Epiſcopi part. 3. allegat. 127. num. 3. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 30. num. 212. Gratian. diſcept. foreſ. 212. numer. 19. Reverendiſſ. P. D. Petra Secretarius Sacræ Congregationis Concilii in ſuis Commentar. ad Conſtitutionem ſextam Alexandri III. ſect. 1. num. 63. fol. 142. tom. 2. Rota in Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper Bono Jure 7. Junii 1700. §. Juridicum ſanè, coram bon. mem. Muta.* Ea ratione, quia in Territorio à Diœceſi ſeparato non eſt Caput Epiſcopus, ſed Prælatus in-
ferior, ſub cujus Juriſdictione Locus ſeparatus exi- 2
ſtit, & ſic ceſſat illa monſtruoſitas duorum Capitum *ab Hoſtien.* conſiderata in uno, eodemque Corpore, & loco. *Fagnan. in capit. nullus, num. 22. de Paroch. Cardinalis de Luca de Juriſdict. diſc. 1. à n. 25. & ſeqq. Tamburin. de Jur. Abbat. diſp. 15. quæſt. 9. à nu. 9. ad 16. Rot. in hac Cauſa dec. 27. Aprilis 1705. §. 15. cor. Reverendiſſ. D. meo Molines Decano.*

Neque ad acquirendam hujuſmodi Juriſdictionem ſemper requiritur immemorabilis, vel centenaria, aut, clarus titulus, qui per ſe ſpectatus plenum Jus tri-
buat ad conſtituendum Territorium ſeparatum abſque 3
Præſcriptionis auxilio, ſed ſufficit quadragenaria præſcriptio, juſto aliquo titulo, ut ajunt DD. putativo, dubio, aut colorato à Sede Apoſtolica promanante, juxta *Textum in dict. cap. cum perſonæ 7. Quod ſi tales, de privil. in ſexto cap. Auditis 15. & c. cum olim 18. de præſcript. Abbas in cap. 1. n. 10. ut lit. penden. Fagnan. in cap. cum ab Eccleſiarum, n. 29. de Offic. Ordinar.* & adductis antiquioribus concludit *Barboſ. in citato c. cum perſonæ, num. 6. Tondut. Quæſt. Benefic. part. 1. c. 60. n. 10. & part. 3. cap. 199. n. 2. Tamburin. de Jur. Abbat. diſput. 15. quæſt. 9. n. 9. & 10. tom. 1. Roſ. de Reſid. Epiſcop. c. 4. ſect. 6. num. 424. & ſeqq. Cardinalis de Luca de Juriſdict. diſc. 12. num. 20.* ubi quòd per hanc præſcriptionem poteſt conſtitui unum Corpus cum diverſo Capite, *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 30. nu. 213. Roſ. de Reſidentia Epiſcop. cap. 4. ſect. 6. num. 454. & ſeqq.* optimè *R. P. D. Petra in ſuis Commentar. ad Conſtitutionem ſextam Alexandri III. d. ſect. 1. num. 65. Rot. dec. 448. num. 12. dec. 870. num. 2. in fine, & dec. 1586. num. 12. cor. Coccin. dec. 988. & dec. 1001. utrobique num. 1. & 2. cor. Dunozett. Junior. dec. 295. n. 13. in fine, cor. Priol. in Recent. dec. 394. num. 2. part. 1. dec. 243. nu. 9. p. 2. deciſ. 221. num. 6. & dec. 440. num. 2. part. 13. in d. Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper Bono jure 7. Junii 1700. §. Quinimmò, cor. bon. mem. Muta, & cum aliis relatis in omnibus Deciſionibus hujus Cauſæ in præcedentibus Inſtantiis editis 28. Junii 1700. §. Præterea, & §. Placuit, coram Eminentiſſ. D. Cardinali de la Tremoille, 26. Februarii 1703. §. Quemadmodum 27. Aprilis 1705. §. 16. & 20. Novembris ejuſdem Anni §. In eo autem, coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, & 1. Junii 1708. §. 102. cum ſeqq. coram R. P. D. meo Anſaldo, confirmata 2. Junii 1710. §. 34. coram Eodem*; Dummodò tamen talis titulus ſit ſubjectæ materiæ adæquatus ad hoc, ut ex quadragenaria præſcriptione, vim etiam habente in-

4 te interpretativæ obſervantiæ, æquè benè de paſſiva exemptione, ac de conceſſione activæ Juriſdictionis intelligi valeat, ut tradunt *Lotter. de Re Beneſic. lib. 1. q. 24. n. 218. & R. P. D. Petra loco ſupra citato n. 62.*

Et rectè quidem, quia in materia præſciptibili, quadragenaria præſcriptio innixa titulo putativo, colorato, & dubio, æquivalet immemorabili, ac cen-
5 tenariæ, & ejuſdem efficaciæ eſſe cenſetur, ut decidit litera *Textus in cap. 1. de preſcript. in ſexto, ibique Gloſſ. V. titulum. Petr. Barboſ. in leg. competit. numer. 62. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum. Bald. de Præſcr. 2. part. 3. part. principal. numer. 11. Dynus in regul. poſſeſſ. numer. 27. de regul. Jur. in 6. Cald. quæſt. forenſ. 23. numer. 101. ad finem. Salazar. de Uſu, & Conſuetud. capit. 10. numer. 36. Covarr. de præſcript. part. 2. §. 2. numer. 8. verſ. ſeu §. Tertia ſpecies, ante med. verſ. Ideoque, & §. 3. verſ. merum Imper. ſub principio. Roderic. de Annu. Reddit. lib. 1. quæſt. 15. num. 74. Molin. de Primogenit. lib. 2. cap. 6. num. 52. Mejerez. de Majorat. part. 4. quæſt. 20. numer. 166. 371. & 372. Gattier. Practic. Quæſt. lib. 5. quæſt. 62. numer. 11. & ſeqq. Trobat. de Effect. Immemorab. quæſt. 14. art. 2. numer. 7. & ſeqq. Cardinalis de Luca diſc. 21. numer. 42. de Judic. & diſc. 33. numer. 13. de Hæred. Rota deciſ. 345. in principio coram Coccin. deciſ. 401. num. 9. coram Rembold. in recent. deciſ. 91. numer. 1. in fine part. 1. deciſ. 108. numer. 7. & ſeqq. part. 17. deciſ. 234. numer. 7. part. 19. & in Gerunden. Primitiarum 15. Januarii 1703. §. Habet enim, in fine, coram clar. mem. Cardinalis Caprara*, idque non ſolum locum ſibi vindicat ad effectum acquirendi Territorium Separatum, ut probant Auctoritates plena manu relatæ in ſuperiori §. *Neque*, & præcipuè *R. P. D. Petra in ſuis Comment. ad Conſtitutionem ſextam Alexandri III. d. ſect. 1. num. 65. tom. 1. Rot. dec. 448. n. 12. & dec. 870. num. 2. coram Coccino dec. 988. nu. 2. coram Dunozett. Junior. in recent. dec. 243. n. 9. part. 2. in Marſicen. ſeu Nullius ſuper Bono Jure 7. Junii 1700. §. Quinimmò, cor. bon. me. Muto, & dictum fuit in deciſione 27. Aprilis 1705. §. 17. coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & 1. Junii 1708. §. 3. coram R. P. D. meo Anſaldo*; Verùm præterea in aliorum Spiritualium, & etiam prophanorum Jurium acquiſitione, pro quibus opus ſit
6 immemorabili, ut in ſpecie pro acquirendo Jure decimandi, & Decimis præſcribendis adverſus Epiſcopum, vel Parochum, tenent *Abbas in cap. ad aures, num. 6. de præſcrip. Zabarell. conſ. 26. num. 5. Pariſ. conſ. 25. num. 6. & 27. lib. 4. Rebuff. de decim. quæſt. 13. num. 80. & ſeqq. Monet. eodem Tractat. cap. 6. num. 112. Covtr. Variar. Reſolut. lib. 1. cap. 17. num. 8. ſub n. 10. Mareſcot. Var. Reſolut. lib. 2 cap. 95. nu. 12. Thomat. deciſ. Marchiæ 131. n. 45. Rota dec. 485. num. 2. & 6. cor. Coccin. deciſ. 169. num. 2. coram Emerix Junior. & in recent. deciſ. 749. num. 4. part. 18.* aut pro acquirenda Juriſdictione, &
7 præſcribendis quibuſcunque Juribus Regalibus, etiam majoribus. *Larr. alleg. Fiſcal. 68. num. 1. Peregrin. de Fideicomm. artic. 52. num. 141. Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 6. num. 52. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. c. 4. n. 71. & ſeqq. tom. 1. Gutierez. Practic. Quæſt. lib. 1. quæſt. 86. num. 1. verſic. eamdem Sententiam. Cabed. deciſ. 41. num. 2. part. 2.*

Certiùs verò hæc procedebant, quia Abbas non prætendit per hunc, vel illum actum, ſiſtendo ſimpliciter in poſſeſſione quadragenaria, præſcribere Jus univerſale Territoriale, quod plurimos actus ſub ſe continet, & veluti quid intellectuale non eſt manu ap-
8 prehendibile, nec occupabile, ſed adducit poſſeſſionem quadragenariam vim faciendo in titulo Apoſtolico, licèt colorato, & dubio, & per dictam quadragenariam præſcriptionem, in eo, quòd habet dubietatis dilucidato; Itaut cum Juriſdictionem non deſumat ab ipſa poſſeſſione, minuſque ab aliquo titulo invalido, benè verò à titulo, ut dictum eſt, Apoſtolico per eam explicato, & apto tribuere conceſſionem, & acquiſitionem univerſalis Juriſdictionis cum Territorio Separato, inficiari nequit, quin quadragenaria præſcriptio hoc modo accepta ſuffragetur, ut explicat *Text. in c. cum Perſonæ 7. §. Quod ſi tales, de privileg. in ſexto Cardinalis de Luca diſc. 12. ſub numer. 16. §. Verum, cum ſeqq. de Juriſdict. R. P. D. Petra in Commentar. ad Conſtitutionem ſextam Alexandri III. d. ſect. 1. num. 72. tom. 2.* eo modo, quo ſuffragatur immemorabilis, aut centenaria, per has enim præſcriptiones, neque cenſetur
acquiſitum Jus univerſale Territoriale ratione ſimpli- 9
cis Poſſeſſionis immemorabilis, & ſupra centum annos, ſed ob præſumptum titulum de mundo meliorem, quem ſub ſe continent. *Cardinalis de Luca diſc. 96. num. 21. & diſc. 97. num. 9. de Juriſdict. Rota in dicta Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper Bono Jure 7. Junii 1700. §. Prædictaque obſervantia, cor. bon. me. Muto, & in Nullius, ſeu Caputaquen. Juriſdictionis ſuper bono Jure 22. Februarii 1710. §. In hac ſanè, cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Abſque eo quòd his omnibus in nihilo adverſetur, quòd interdùm dictum fuerit, ad probandam Terri-
torii ſeparationem, requiri Privilegium Apoſtolicum 10
clarum, aut præſumptum conſenſum, in *ſola* immemorabili, ut in *deciſione 395. n. 1. & dec. 1011. nu. 3. cor. Emerix Jun. in recent. dec. 153. n. 6. p. 11. dec. 335. num. 17. & 18. part. 13. & deciſ. 511. num. 5. part. 29.* quia in Caſu dictarum Deciſionum, aut non concurrebat quadragenaria præſcriptio pacifica, & completa, aut deficiebat titulus Apoſtolicus, qui bonam fidem, & juſtam præſcribendi cauſam tribueret, in quibus circumſtantiis certum eſt univerſum Territorium præſcribi non poſse, niſi per Privilegium Papæ expreſſum, vel per ſolam immemorabilem, & centenariam, ut benè animadvertit *R. P. D. Petra locis ſupra citatis num. 66.* Parique facilitate inapplicabilis etiam reddebatur auctoritas *Calderin. in conſ. 2. poſt tit. de præſcript.* nec non aliæ noſtri Tribunalis Deciſiones in *Conſtantien. Juriſdictionis deciſ. 324. part. 1. recent. & in Beneventana Juriſdictionis deciſ. 440. part. 13.* à Defenſoribus Epiſcopi pro punctualibus allegatæ ad infringendam vim, & efficaciam quadragenariæ: in fonte ſiquidem recognitæ, compertum fuit minùs ſe habere, ex quo *Calderin.* examinat ſolum actus, quos Capitulum ſubditum, & in Diœceſi exiſtens, poteſt adverſus proprium Epiſcopum præſcribere, quo caſu Defenſores quoque Abbatis admittebant non ſuffragari quadragenariam; dictæ verò Deciſiones non rejiciunt præſcriptionem quadragenariam cum titulo colorato, quia in Jure relevans non ſit, ſed quia deerant probationes facti, dum Privilegia adducta non erant talia, quæ juſtum errorem, & cauſam præſcribendi præbere poſsent; quinimmò in illa *Beneventana*, Privilegium neque deſumebatur à Conceſſione Apoſtolica, ſed ex Conſtitutionibus Eccleſiæ Beneventanæ, quæ dubio procul, ineptæ erant ad inducendam Territorii ſeparationem, & juſtam cauſam præſcribendi, ut etiam latè probat *Roſa de Reſid. ſect. 6. n. 448.*
cum per Papæ Privilegium dumtaxat, ad quem ſpe- 11
ctat unam partem Diœceſis ab alia ſeparare, id aſſequi valeat, juxta *Theoric. Hoſtien. in c. cum contingat, de for. competent.* quam ibi refert, & ſequitur *Panormit. num. 18. verſ. nec conſuetudo*, & admittit *Rota in recent. dicta deciſ. 324. num. 2. part. 1. deciſ. 334. nu. 16. & 17. part. 13. dec. 21. num. 11. part. 14. dec. 340. n. 15. part. 15. in Gerunden. Juriſdictionis 5. Martii 1692. coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano impreſſ. ad ornat. Cardin. de Luca de Juriſdict. diſc. 20. numer. 2. & 3. & in Firmana Juriſdictionis ſuper Reſervatis 25. Aprilis 1701. ſub §. Et licèt, coram Eodem.* Itidemque minus obſtat, quòd *Sac. Conc. Tridentinum in cap. 20. verſ. ad hæc ſeſſ. 24. de reformat.* mandaverit, quòd Cauſæ Matrimoniales, & Criminales, nullius alterius, quàm Epiſcopi examini, & Juriſdictioni relinquantur, non obſtantibus Privilegiis, & quibuſcunque Conſuetudi-
nibus, non tamen immemorabilibus; Undè inferebatur, 12
quòd ſi quò ad iſtos actus particulares *Sac. Concilium* per dictum Decretum ſubſtulit vim quadragenariæ cum titulo colorato, quemadmodum declaravit ejuſdem *Sac. Concilii Congregatio die 20. Julii 1612.* in Cauſa *Nullius de Atbiſſa, ſeu Theatina Juriſdictionis*, de qua actum poſtmodùm fuit in *Sac. Rotæ Auditorio dec. 860. & deciſ. 872. coram Coccin.* noviſſimè reaſſumpta *die 18. Februarii 1707. coram R. P. D. meo Scotto*, & in alia Cauſa *Cluſina, ſeu Montis Amiati Juriſdictionis die 21. Aprilis 1703. & 5. ejuſdem Menſis 1704.* eo fortiùs dicendum ſit illam ſubſtuliſſe quò ad Jus univerſale Territorii Separati.

Etenim pro reſponſione animadverſum fuit, quòd *Sacr. Concilium* ſubſtulit tantùm vim quadragenariæ præ-

præſcriptionis quà ad Decanos, Archidiaconos, &
alios inferiores, Territorium Separatum non haben-
13 tes, nè per exercitium talium actuum in aliena Diœ-
ceſi, contingeret, quòd una, eademque Civitas, ſeu
Diœceſis diverſos Pontifices haberet, & tanquam u-
num Corpus diverſa Capita, contra ſancita per Sacros
Canones in *cap. quoniam* 34. *de Offic. Ordinar. & in cap.
cum contingat, de for. compet.* Nequaquam verò quo ad
illos Prælatos, qui habent Jura Epiſcopalia cum Ter-
14 ritorio Separato, & qui ſoli, ſubmoto penitus Epi-
ſcopo, principem locum obtinent in Locis ipſis ſub-
jectis, ut præter adductos in §. 2. ponderant *Fagnan.
in cap. accedentibus, num. 37. & ſeqq. de exceſſ. Prælat.
Cardin. de Luc. in Annot. ad Concil. dicta ſeſſ. 24. cap. 20.
de Reformat. num. 51. De Maria. Reſolut. Jur. lib. 1. cap. 1.
num. 2. Salgad. de Supplicat. ad Sanctiſſimum part. 2. c.
4. num. 12. & ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. 212. num. 15.
Cortiad. deciſ. 128. ſub num. 39. Rota deciſ. 41. num. 2.
deciſ. 42. num. 3. & deciſ. 43. numer. 3. poſt Tamburin. de
Jur. Abbat.* Ideoque ſi in hac parte circa Territorium
Separatum, & Prælatos inferiores illud habentes, *Sa-
crum Concilium* nihil determinavit, utique dictum Con-
ciliare Decretum trahi non poteſt ad tollendam præ-
ſcriptionem quadragenariam cum titulo colorato, in
15 Jure approbatam pro ejuſdem Territorii Separati ac-
quiſitione, tametſi eo poſito in conſequentiam ve-
niat etiam Jus cognoſcendi Cauſas prædictas, ut benè
huic occurrendo objecto reſpondet *R. P. D. Petra in ſuis
Comentar. ad Conſtit. 6. Alex. Tertii dicta ſect. 1. n. 66. tom.
2. & dicta dec. 27. Aprilis 1705. §. 21. coram Reveren-
diſſ. Domino meo Molines Decano*; Addito etiam, quòd
præſcriptio actuum particularium faciliùs poſſet habe-
ri per Inferiorem, præſcriprione totius Territorii,
quæ eſt alia ratio, cur forſan Concilium magis præ-
cavere voluerit ſuper præſcriptione actus particularis,
quàm ipſius Territorii.

Qua de re extraneæ erant à caſu citatæ Reſolutio-
nes *Sacræ Congregationis Concilii* in Cauſis de *Atbiſſa*,
ſeu Theatina, & Cluſina Juriſdictionis, attento quòd tunc
non agebatur de Prælatis, qui totum Territorium præ-
ſcripſiſſent, aut præſcribere contendiſſent, ſed de In-
16 ferioribus ſub Diœceſi, & poteſtate propriorum E-
piſcoporum exiſtentibus, nec non de præſcriptione
actuum particularium, cognitionis videlicet Cauſa-
tum Matrimonialium, & Criminalium. Præterquam
quòd in Cauſa *Theatina* Præpoſitus *Atbiſſanus* allega-
bat pro titulo colorato titulum promanantem à Pri-
vilegio, ſeu Conceſſione ſibi facta ab Epiſcopo Thea-
tino, ut legitur in *deciſ. 706. nu. 5. coram Coccin.* Pro-
ut quoque in Cauſa *Cluſina* non docebatur ab Abba-
te de Privilegio Apoſtolico, & inſuper obſervantia
non erat pacifica, ut hæc omnia perpendit *Deciſio
27. Aprilis 1705. §. 22. coram Reverendiſſimo D. meo Mo-
lines Decano*.

Demum fruſtra contendebatur, quòd Abbas Ful-
denſis, ad ſummum per quadragenariam cum titulo
colorato dubio, aut putativo, præſcribere potuerit
actualem Juriſdictionem ſub Epiſcopo, ſecut habitua-
17 lem, quam Epiſcopus ſemper conſervat. Quoniam
hæc propoſitio locum ſibi vindicat in themate, quo
Prælatus inferior innitatur, non Privilegio Apoſtoli-
co, benè verò ſimplici poſſeſſioni, ut declarando *Ho-
ſtien.* Doctrinam *in cap. cum contingant, de for. compet.*
diſtinguit *Tamburin. de Jur. Abbat. diſp. 25. quæſt. 9. nu.
10. 11. & ſeq. tom. 1.*

Atque hinc ex præmiſſis in Jure firmato, quòd ſuf-
ficiat quadragenaria præſcriptio conjuncta titulo Apo-
ſtolico proportionato, etſi colorato, putativo, & du-
bio, pro adipiſcenda Juriſdictione quaſi Epiſcopali in
Clerum, & Populum cum Territorio Separato, de-
ſcendentes Domini ad examen extremorum hujus præ-
ſcriptionis, tituli, nempè prædicti, nec non obſervan-
tiæ quadragenariæ, pro comperto habuerunt, utrum-
que ſuppetere Abbati Fuldenſi.

Et ſanè quod attinet ad titulum coloratum, ſeu du-
bium, ſatis, ſuperque hic deſumebatur ex Privile-
18 gio, à Zaccharia Papa anno 571. Cœnobio Fulden-
ſi ad præces Sancti Bonifacii illius Fundatoris hiſce
verbis conceſſo -- *Igitur Frater chariſſime, quia poſtu-
laſti à Nobis quatenus Monaſterium Domini Noſtri Salva-
toris Jeſu Chriſti à te conſtructum in loco Fulden. juxta
Ripam Fluminis ejuſdem nominis, Privilegio Sedis Apo-
ſtolicæ decoretur, ut ſub Juriſdictione Sanctæ noſtræ Ec-
cleſiæ conſtitutum, nullius alterius Eccleſiæ poteſtati ſub-
mittatur, ſed ſub noſtra Romana Apoſtolica auctoritate mu-
nitum, Privilegia, & Banno noſtro confirmetur; Idcircò
piis tuis deſideriis annuentes, hac noſtra auctoritate uſi,
& Beati Petri Vicaria poteſtate confiſi, id, quod expo-
ſcitur piæ devotionis effectui mancipamus; Cujuslibet er-
go Eccleſiæ Sacerdotem, vel Epiſcopum, in Fulden. Mo-
naſterio ditionem quamlibet habere, vel auctoritatem, vel
poteſtatem poſſe exercere, præter Sedem Apoſtolicam, pro-
hibemus, itaut niſi ab Abbate Monaſterii fuerit invitatus
nec Miſſarum Solemnia ibidem quiſpiam præſumat cele-
brare, ut profectò juxta noſtram auctoritatem, & præce-
ptionem, & Beati Petri reverentiam, & timorem, Lo-
cus idem Apoſtolicæ Sedi ſubjectus inconcuſſè, ſicut à No-
bis, & Religioſis viris dicatus eſt, permaneat, locis quo-
que, & rebus, tam eis, quæ moderno tempore poſſidet,
quam quæ futuris temporibus in Jus ipſius Monaſterii Di-
vina Pietas voluerit augere ex donis, & oblationibus
Fidelium, abſque ullius perſonæ contradictione, firmitate
perpetua perfruatur &c.* -- & pauló infra -- *quidquid
autem idem V. Fuldenſe Monaſterium, ſive à Regibus,
ſive à Ducibus, ſive quibuſcumque Viris Religioſis, &
Deum timentibus pro oblatione in poſſeſſionem accepit, ſeu
adhuc Deo favente, quandoque eſt accepturum, ſive in
Prædiis, Sylvis, Nemoribus, Pratis, Villis, Vineolis,
Molendinis, ſive quibuslibet utilitatibus, volumus, &
præcipimus, & Beati Petri præcepto confirmamus, ut
ſemper inconcuſſum ibi permaneat, & de die in diem ſub-
creſcat. Summario antiquo Abbatis num.* 6. quodque per
extenſum etiam refert *Cardin. Baron. in Annal. Eccleſ.
ad Annum Chriſti 751. fol. 199. & fol. 201. juxta im-
preſſ. Roman.*

Subjectio enim iſta Romanæ Sedi Abbatialis Mo-
naſterii, ejuſque locorum, & rerum, quæ tunc poſ-
ſidebat, & in futurum poſſideret ad excluſionem Ju-
riſdictionis, & poteſtatis cujuslibet Sacerdotis, vel E-
piſcopi dicto modo concepta, tempore, quo ſimplex
antiquitas ignara erat diſtinctionis exemptionis acti-
væ, & paſſivæ, poſtmodum à *Sacro Concilio Triden-
tino* adinventæ, nec non formularum, quibus modò
Summi Pontifices juxta magis politum Romanæ Cu-
riæ ſtylum otuntur, quando inferiorem Prælatum Di-
gnitate quaſi Epiſcopali ornare volunt; profectò ne- 19
gari non poteſt, quòd ad minus præbere non value-
rit Abbatibus juſtum titulum putativum, & colora-
tum, & per conſequens cauſam bona fide acquirendi
Territorium Separatum cum Juriſdictione quaſi Epiſco-
pali in Clerum, & Populum eorum Fuldenſis Ditionis,
ut de ſimili Privilegio ratiocinatur *Cardin. de Luc. di-
ſcurſ. 12. num. 16. & 19. de Juriſd.* Et quidem jure- 20
meritò, ſive quia vigore præfati Privilegii tributa in-
ſuper fuit Abbati, Monaciſque Fuldenſibus poteſtas
accipiendi Chriſma, & Ordines à quocunque Antiſtite,
teſte *Thomaſſin. de Re Benefic. part. 1. lib. 3. cap. 30. ſub n.*
9. quæ prærogativa propria eſt Prælatorum inferio-
rum, Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Territo- 21
rium Separatum habentium, ut firmant *Pignattell. Con-
ſult. Canon. . . . ſub n. 89. & 90. tom. 7. Tamburin. de
Jur. Abbat. tom. 3. diſput. 2. q. 26. n. 3. Roſ. de Reſident. E-
piſcop. c. 4. ſect. 6. n. 500. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſc.
part. 2. alleg. 7. num. 8. & in Collect. ad Concilium ſeſſ. 26. c.* 22
*10. num. 8. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 212. num. 25. Rota
dec. 459. num. 9. & ſeqq. coram Bich. & in Marſicen. ſeu
Nullius Juriſdictionis ſuper bono Jure 7. Junii 1700. §.
Inſuper, coram bo. mem. Muto*; ſive etiam quia titolus
putativus dubius, & coloratus, tunc ſemper adeſſe
dicitur, quoties proficiſcitur ab habente poteſtatem
concedendi dictam Juriſdictionem, quæque revera com-
peteret, ſi talis titulus clarus, & legitimus eſſet, ex
notatis per *Imol. in c. propoſuit, de conceſſ. Præben. Paſ-
ſerin. in cap. Epiſcopum, num. 12. cum ſeqq. & num. 64.
& ſeqq. de præſcript. Dec. conſ. 219. numer. 2. verſ. ex his
confirmatur. Paul. de Caſtr. conſ. 253. num. 4. lib. 1. Lot-
ter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 24. nu. 166. 216. & 217.
Roſ. de Reſid. Epiſcop. cap. 4. ſect. 6. numer. 429. 430. &
437. & ſeqq. Oſaſcb. dec. 116. num. 6. Rot. dec. 94. n. 1.
lib. 1. cor. Puteo.*

At ex aliis quoque Privilegiis, per quæ Succeſſo-
res Zaccharię Abbatiam Fuldenſem toto Orbi cele-
berri-

berrimam novis gratiis ornarunt, æque benè deſume-
batur titulus coloratus, putativus, & dubius, de quo
res eſt. Etenim Stephanus Papa IV. dictus III. anno
770. adhibita eadem figura verborum, qua Zacha-
rias uſus fuerat, eandem Abbatiam ſub tuitione B.
Petri recepit, immediateque Sanctæ Sedi ſubjecie,
23 prohibendo, nè locus ille alteri Eccleſiæ ſubmittere-
tur, aut quòd in eo aliquis ditionem haberet, & ſi-
milem prærogativam communicavit rebus, & homi-
nibus ibidem exiſtentibus dicto Summar. num. 8. Idipſum
diſpoſuit Joannes VIII. anno 872. mediante ſuo Pri-
vilegio, relato in d. Summar. nu. 12. quo ulteriùs man-
davit, quòd nullus indè futurus Abbas Conſecrationem un-
quam præſumeret accipere, niſi à Sede Apoſtolica, ut no-
ſcerent cæteræ Eccleſiæ Fuldenſem Eccleſiam S. Romanæ
Eccleſiæ eſſe filiam, ejuſque Abbati tribuit facultatem
judicandi, & Conſilium cum cæteris Abbatibus habeo-
di, nec non Epiſcoporum more ad Apoſtolicam Sedem ap-
pellandi. Non abſimili privilegio Silveſter II. anno
999. ut in d. Summar. nu. 14. conceſſit Abbati primum
Ordinem ſedendi inter omnia Germaniæ Cœnobia, po-
teſtatem judicandi, ac convocandi Concilium, & deni-
que enunciata omnia Privilegia confirmando, eaſdem
prærogativas indulſere Sergius Papa IV. anno 1011. di-
cto Summar. num. 15. Clemens II. anno 1040. dicto Summ.
num. 16. & Gregorius IV. anno 1045. dicto Summar. num.
17. qui voluit inſuper Abbates Fuldenſes potiri Se-
dis honore cum Jure ſuffragii deciſivi in Epiſcoporum
Conciliis, tum Provincialibus, tum Generalibus, ut
teſtatur P. Chriſtian. à Lupo in Diſſert. de Remen. Synodo
tom. 3. fol. 477.

Hæc autem omnia ſimul ſumpta utique eo magis
cauſare potuerunt in Abbatibus juſtum titulum colo-
ratum, & dubium pro Juriſdictione quaſi Epiſcopali
bona fide acquirenda, cum indubitanter vim argumen-
24 torum ſaltem dubiorum obtineant ad inferendam Ter-
ritorii ſeparationem, & Juriſdictionem quaſi Epiſco-
palem in Prælatis inferioribus, talibus prærogativis
fulgentibus, per ea, quæ de exemptione conceſſa Mo-
naſterio, tum quoad locum, tum quoad Homines, ſeu
Populum, tradunt Lotter. de Re Beneſ. lib. 1. qu. 24. qu.
a 12. & ſeqq. Rota dec. 54. num. 2. 5. & 6. coram Martra.
Andræo, & dec. 197. num. 2. & ſeqq. parte 8. recent. de
Abbatis conſecratione per Papam ſibi reſervata Tho-
maſſin. de Beneſ. p. 2. lib. 2. c. 29. n. 8. & 9. de poteſtate
judicandi Abbati elargita Rot. in Toletana Juriſdictionis
17. Junii 1689. §. Præbuit, confirmata 16. Junii 1690.
§. Quæ omnia, coram Reverendiſſ. D. meo Molines Deca-
no: de Jure appellandi ad Sanctam Sedem more Epi-
ſcoporum Oliv. de For. Eccleſ. part. 3. quæſt. 8. nu. 35. &
quæſt. 9. num. 14. de facultate habendi Conſilium, ſeu
Synodum Bellett. Diſquiſit. Cleric. de Juriſdictione Ab-
batis S. Michaelis de Cluſa §. unic. num. 9. Tamburin.
de Jur. Abbatum diſput. 24. quæſt. 7. per tot. tom. 1. Barboſ.
ad Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 2. numer. 2. de refor-
mat. Maſſobr. de Synod. Diœceſan. cap. 2. nu. 1. dub. 8. Ro-
ta dec. 1025. coram Seraphin. in recent. dec. 197. num. 19.
part. 8. & deciſ. 204. num. 4. & 5. p. 19. & demum de
ſuffragii poteſtate in Epiſcoporum Conciliis Alvarez in
Specul. Jur. Pontific. cap. 51. 52. Ventrigl. de Juriſd. Ar-
chiepiſcop. c. 33. n. 10. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. di-
ſput. 24. q. 7. per tot. & loquendo de Abbate Fuldenſi
priùs dixerat diſp. 3. q. 4. nu. 3. in fine tom. 1. fol. 21. &
notatum fuit in deciſ. 28. Junii 1700. §. Eadem privile-
gia, cor. Eminentiſſ. D. Card. de la Tremoille.

Et eo libentiùs DD. crediderunt præfata omnia Pri-
vilegia Apoſtolica exuberare pro titulo colorato, quia
in hunc ſenſum interpretata fuerunt ab aliis Roma-
nis Pontificibus. Quippè Eugenius Papa IV. anno
1333. Abbati Fuldenſi promulgationem Feſtivitatis
25 Corporis Chriſti, ab Urbano IV. inditæ, in ſuo Ter-
ritorio commiſit dicto Summar. n. 24. lit. A. quod Offi-
cium ad Epiſcopos, & Prælatos, propriam habentes
Diœceſim pertinere, probant Portell. de Dub. Regul. V.
Epiſcopus. Rodriquez in Summa Quæſt. reſolut. 85. ſub nu.
5. Ulteriùs B. Pius V. anno 1570. eidem Abbati com-
mendavit, ut in ſua Diœceſi hæreſim Lutheranam
extirpare curaret dicto Summar. n. 25. Gregorius XIII.
annis 1573. & 1574. prædicto Abbati poteſtatem de-
dit, tam per ſe, quàm per ſeptem Viros ab eodem
eligendos, abſolvendi auctoritate Apoſtolica in hære-
ſim prolapſos dicto Summ. n. 26. & 34. & per alia Bre-
via dicto anno 1574. ad eundem Abbatem ſcripta,
illum hortatur, ut adverſus perſecutiones conſtanter
permaneret in promovenda Cauſa Religionis, & tuen-
dis Patribus Societatis Jeſu, auctoritate Ordinaria in
Abbatiam introductis, ut Subditorum ſaluti præſto
eſſent, dicto Summar. nu. 28. & 30. & ipſemet Sum-
mus Pontifex memoratum Abbatem ornavit etiam fa-
cultate diſpenſandi illegitimos, ut ad Sacros Ordines
promoveri valerent d. Summ. nu. 32. diſpenſandi ſuper
irregularitate, reconciliandi Apoſtatas, & dimittendi
Alumnos Seminarii ad quemlibet Antiſtitem pro Sa-
cris Ordinibus ſuſcipiendis d. Summ. n. 34. quæ præro-
gativæ veris Locorum Ordinariis pariter conveniunt,
ut ſtatuitur in Sacra Tridentina Synodo ſeſſ. 24. de refor.
c. 6. & meminerunt Hoſtien. in c. ad abolendam, de Hæ-
retic. Sperell. dec. 128. n. 86. cum aliis, quos citat. & ſe-
quitur dec. 28. Junii 1700. §. Eugenius, coram Eminen-
tiſſ. D. Card. de la Tremoille.

Inſuper Nuntii Apoſtolici Coloniæ Reſidentes,
Fuldenſem Abbatiam viſitarunt uti Nullius, ejuſque
Abbati, uti Ordinario injunxerunt publicationem Ju-
bilæi, communicarunt Notulam Librorum probibito- 26
rum, demandarunt Concurſus in Parochialibus, eique
commiſerunt Diſpenſationes Matrimoniales, & plura
alia, quæ ad Ordinariam pertinent Juriſdictionem dicto
Summar. num. 62. 65. 66. 67. & 76. Sacr. Congregatio
Conſiſtorialis approbavit etiam tanquam Nullius Abba-
tum electiones dicto Summar. num. 75. & 78. & cum
hac qualitate Nullius Diœceſis ut plurium Abbatia Ful-
denſis nuncupata fuit in Libris Cancellariæ Apoſto-
licæ, & Datariæ dicto Summar. num. 78. dictio enim
Nullius Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem regulariter 27
præſupponit. Rota in Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictio-
nis ſuper bono Jure ſub §. Hæc omnia, verſic. & de de-
nominatione, coram bon. mem. Muto, & in citata deciſ.
28. Junii 1700. §. Pariterque, coram Eminentiſſ. D.
Card. de la Tremoille.

Eandemque interpretationem prædictorum Privile-
giorum, in linea ſaltem, ut dictum eſt, tituli puta-
tivi, dubii, & colorati, præbuit univerſa Eccleſia,
permittendo, quòd Abbates Fuldenſes in Conciliis, tam
provincialibus, quàm Oecumenicis, inter Epiſcopos, 28
& Prælatos Juriſdictione quaſi Epiſcopali præditos, con-
ſiderent; ut contigit anno 772. in Concilio Provinciali,
ſeu Synodo Uvormatiæ, anno 1033. in Provinciali Sy-
nodo Selingenſtadii, ut ſcripſerunt P. Schaten. Hiſtor. Uve-
ſtphal. lib. 7. fol. 428. & 430. Brover. de Antiquit. Fuld.
lib. 4. fol. 291. anno 1148. in Concilio Remenſi ſub
Eugenio IV. celebrato, ut notavit Browerr. d. lib.
4. pag. 299. in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro
III. & in Concilio Lugdunenſi anno 1274. ſub Grego-
rio IX. ut ajunt Sammartani in Gallia Chriſtiana tom. 4.
fol. 445. num. 4. lit. D. Tepes in Conſtit. Benedict. tom. 3.
centur. 3. n. 51. fol. 114. anno 1414. in Concilio Con-
ſtantienſi, ut teſtantur Brovver. d. lib. 4. fol. 316. Sammar-
tani loc. cit. fol. 446. n. 56. & anno 1542. in Sacra Triden-
tina Synodo à Paulo III. primitus in dicta, ad quam
Abbas tunc temporis, cum ob ſenectutem accedere ne-
quiviſſet, votum ſuum delegavit quatuor Epiſcopis
dicto Summar. num. 24. lit. B. Quocirca Scriptores etiam
de biſce privilegiis, & prærogativis Abbatiæ Fuldenſi 29
donatis optimè conſcii, illam cum qualitate Terri-
torii Separati præſuppoſuerunt, ac expreſſerunt, &
præſertim Alviſe. de Privil. Regular. ſect. 4. dub. 22. n.
5. & ſeqq. Eberhardus Fabricius in Gloria Fuldæ fol.
19. in med. & fol. 42. in fine. Hopping. de Jur. Sigill.
cap. 4. §. 1. num. 40. Imhoff. in Notit. Procer. Imperial.
lib. 3. cap. 10. num. 4. Joannes Rav. Meinbreſſen. Coſmo-
graph. fol. 417. Laurent. Ohm. de Jur. Epiſcop. Treſ. 28. tit.
8. Reinkink de Jur. Eccleſ. & Secul. lib. 3. claſſ. 1. cap. 3. n.
33. Sebaſt. Munſter. lib. 5. Coſmograph. fol. 1168. Tepee
Conſtit. Benedict. tom. 3. centur. 3. fol. 106. à tergo col. 2.
Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 3. quæſt. 4. num.
3. in fine.

Et ita denique interpretati fuerunt ſæpedicta Pri-
vilegia Apoſtolica, tum ipſi Imperatores Auguſti, tum
etiam finitimi Epiſcopi, Moguntinus nempè, & Her-
bipolenſis. Et incipiendo ab Imperatoribus, iſti pa- 30
rem Epiſcopis fecerunt Abbatem Fuldenſem me-
diantibus eorum Privilegiis eidem conceſſis, inci-
pien-

pientibus à Pipino Rege anno 755. & deſinentibus in Rodulphum anno 1289. regiſtratis *in dicto Summ. nu.* 7. 9. 10. 13. 19. 20. 21. per quæ in obſequium Privilegii Zachariæ præceperunt, nè ollus Sacerdos, Judex, aut Præſul, præter Sedem Apoſtolicam, & ipſum Abbatem, Juriſdictionem ſibi vindicaret in Populum, Decimas, Vineas, Novalia, & io Monaſterii Territorium, à Carolo Magno primum S. Bonifacio donatum. Quinimmò, quod magis eſt, Carolus Magnus S. Sturmionem primum Abbatem Fuldenſem in Concilia Epiſcoporum quoque evocavir, & Baugolpho Sturmionis ſucceſſori direxit Epiſtolam, qua illi Scholarum erectionem commendavit, jubens, ut ejuſdem Epiſtolæ exemplaria ad omnes ſuos *Corepiſcopor*, & per univerſa Monaſteria dirigeret, quæ Epiſtola legitur *in tom. 13. Concil. Sirmond.* eamque refert *P. Schatten. Hiſtor. Vueſtphal. lib. 8. fol.* 509. *Brouver. lib. 3. Antiq. Fuld. fol.* 190. & Henricus Romanorum Rex anno 1307. certior factus, quòd Herbipolenſis Epiſcopus Abbatis Fuldenſis Juriſdictionem turbare auſus ſuerat, eundem graviter redarguit per hæc verba -- *Conqueſtus eſt nobis V. Henricus Abbas Eccleſiæ Fuldenſis Princeps noſter dilectus, quod tu contra tenorem prilegiorum ſuorum, quæ vidimus, Homines Caſtrenſes Abbatis ipſius proſcribis, & excommunicas, quod in ſuum præindicium vertitur, & libertatis Eccleſiæ Fuldenſis non modicum detrimentum: quapropter diſcretioni tuæ per Regia ſcripta mandamus, volentes, qualiter ſuper præmiſſis, & aliis, quæ contra tenorem privile iorum Abbatis prædicti fieri dignoſcuntur, de cætero omnino contineas, & reſtringas, penitus revocando proſcriptionis, & excommunicationis ſententias, ſi quæ latæ ſunt contra præfatos, & alios Homines dictæ Eccleſiæ Fuldenſis &c. ut in dicto Summ. numer.* 23. Tot inquam Imperatorum Privilegia, & declarationes in actibus proportionatis emiſſæ, tametſi rribuere non
31 valeant Abbati Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ad *Text. in cap. quoniam, de privileg. & cap. 2. de ſuppleu. negligent. Prælat. & cap. decernimus, de Judic.* plurimum tamen deſerviunt pro interpretatione Juriſdi-
32 ctionis, eo tempore per Summos Pontifices Abbatibus datæ. *R. P. D. Petra in ſuis Commentar. ad Conſtit. Apoſtolic. conſtit. 6. Alexandri III. dicta ſect. 1. numer. 56. fol.* 140. *tom.* 2.

Quo verò ad Epiſcopos Moguntinum, & Herbipolenſem, iſti pariter putarunt Abbatiam Fuldenſem fuiſſe immediatè Romanæ Sedis poteſtati ſubjectam, & independenrem à cujuſvis Epiſcopi Superioritate;
33 attento quòd Moguntinus nunquam ſpatio decem ſeculorum præſumpſir, illam partem Abbariæ trans amnem Fuldam, quæ reſpicit Moguntinam, ad ſe pertinere, ut advertit *Deciſio edita die 27. Aprilis 1705. §. 11. coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, addito etiam quòd Siſridus, unus ex Archiepiſcopis Moguntiuis, anno 1069. Concordiam ſtipulavit cum Abbate Foldenſi, qua ſancitnm ſuit, quòd *in omnibus locis, ad Sanctum Boniſacium inter Parochiam ſuam pertinentibus*, abſque ulla contradictione Decimæ ad ipſum Abbatem privativè ſpectaſſent *dicto Summario num.* 18. & Joannes Philippus, qui erat quoque Archiepiſcopus Moguntinus, & inſimul Epiſcopus Herbipolenſis, cum uti Archiepiſcopus Moguntinus vices gereret Mediatoris Concordiæ, anno 1662. inter dictum Abbarem, & Epiſcopatum Herbipolenſem initæ, expreſsè profeſſus fuit, Abbatiam Fuldenſem ſuo potiri Territorio Separato, & Diœceſi certis deſiguata finibus, comprehendentibus partem Territorii verſus Moguntiam *dicto Summario n.* 74.

Atque idipſum ſenſiſſe viſum ſuit etiam Antiſtites Herbipolenſes, ur patet ex eo, quòd anno 826. Vvolfgerus Epiſcopus Herbipol. & Rargarius Fuldenſis Abbas, *cum ſuis Clericis, & Populis* coadunati, amicabiliter concordarunt Loca, & Villas, ſuper quibus Decimas unuſquiſque exigere valeret *dicto Summario nu.* 11. Cætus autem, & Congregatio Epiſcopi cum ſuo Clero, & Populo ex una, & Abbatis cum ſuo ſimiliter Clero, & Populo ex altera, ſignum eſt ſaltem du-
34 bium Ordinariæ Juriſdictionis, *ad Text. in c. per exemptionem, & cap. ſi Papa, de privil. in 6.* idemque dicendum eſt de Jure decimandi, Abbati competenti, & per dictam Concordiam approbaro, quia illud regu-
35 lariter ad Parochum, vel ad Epiſcopum, aliamve Perſonam Jura Epiſcopalia habentem, privativè ſpectat; per *Text. in cap. cum contingat, capit. cum in ſua, & in cap. Dudum, de decim. Rot. in Toletana Juriſdictionis ſuper Decimis 21. Aprilis 1690. §. Fundamentum, coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano, aliique adducti in deciſione 1. Junii 1308. §. 45. coram Reverendiſſ. P. D. meo Anſaldo*.

Accedit præterea, quòd Philippus Adolphus, Epiſcopus pariter Herbipolenſis, ſuſpendit anno 1628. reformationem Parochiæ Vvolffmunſter, ex quo ſciverat, quòd dictum Caſtrum ſpectabat ad Abbarem Fuldenſem una cum *Supremis Juriſdictionibus*, & exiſtebat 36
de ejuſdem *Diœceſis* directo dominio *d. Summ. n.* 86. & anno 1638. Franciſcus alter Epiſcopus noluit conferre quandam Parochialem Nicolao Sciffert, eo quia Literas dimiſſoriales Abbatis Fuldenſis non exhibebat *dicto Summario n.* 87. ſi enim non agnoviſſent in Abbate Jus Diœceſanum, ad iſtos actus non deveniſſent, ad tradita per *Rotam dec. 274. nu. 4. part. 17. recent.* Et tandem præſens lis, & controverſia ſuit à Joanne Godefrido Anteceſſore moderni Epiſcopi introducta ſub narrativa, quòd — *licèt ipſius Prædeceſſoribus Juriſdictio Epiſcopalis in diverſa Loca, Cœnobia, & Parochias, Territoris Abbatiæ Fuldenſis in Actis ſpecificandas competierit, ob litem tamen, & ſimultatem inter ipſos, & Abbatem Fuldenſem ex ortas, de facto prædicti Prædeceſſores impediti fuerunt*, — ut in binis Commiſſionibus, & Mandatis Procuræ *dicto Summario numer. 1. & 2.* & ſucceſſivè io Actis explicavit certa Loca, cis amnem Fuldam poſira, quæ Diœceſi Herbipolen. ſubjecta eſſe prætendebat; undè cum reintegrari non poſtulaverit ad omnia loca Abbatiæ Fuldenſis cis amnem exiſtentia, in planam conſequentiam deſcendit, quod in reliquis admiſerit Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem Abbatis, & hujuſmodi confeſſio, utpote in ipſo Judicii limine emiſſa, & elicita ex actibus adeò 37
proportionatis, fortius attendi debet. *l. cum precum C. de liber. cauſ. Spad. conſil. 58. num. 11. lib. 1. Rot. dec. 2. de Judic. coram Creſcent. deciſ. 618. num. 26. cor. Dunozet. Jun.* & in propoſito *deciſ. 1126. num. 1. ſequen. cor. Coccin.*

Hæcque omnia, quæ de per ſe clara erant ad oſtendendum quod ſaltem dubius, & putativus cenſeri debeat dictus titulus, ex Apoſtolicis Privilegiis ab Abbate Fuldenſi deſumptus; adhuc clariora reddebantur ex eo, quòd cum Julius Epiſcopus Herbipol. anno 1576. vi copiarum ſuarum, Abbatiam, ejecto Bal- 38
thaſſare Abbare, invaſiſſet, ut referunt *Brouver de Antiq. Fuld. lib. 4. cap. ult. pag.* 336. aliique allegati *in dec. 28. Junii 1700. §. Sed magis, cor. Eminentiſſimo Domino Card. de la Tremoille*, Summus Pontifex Gregor. XIII. hujus rei gravitate commotus, ſtatim inſurrexir adverſus Epiſcopum Julium, jubendo, ot ſub pœna excommunicationis omnem Abbatiæ adminiſtrationem ſtatim deponeret, Vicarioſque, & alios Mioiſtros ſuos indè amoveret, atque etiam Maximilianum Imperatorem hortatus fuit, ut ſine olla mora provideret, *Paſtoremque ejectum Gregi ſuo* reſtitueret: *dicto Summario num. 36. & 37.* ad quem effectum per aliud Breve cidem opportunas facultares tribuit *dicto Summario numer.* 40. & huic Pontificio mandato Maximilianus obſequendo, præcipit Epiſcopo Julio, ot viſis Cæſareis Literis, univerſaliter ab omni *Juriſdictione Eccleſiaſtica*, & Civili manom toraliter abſtraheret, illamque loco ſequeſtri deponi juſſit penes Magnum Magiſtrum Ordinis Theutonici *dicto Summario numer. 38. & 39.* Quia varò interim vita functo Maximiliano, contumacia Epiſcopi Julii cohiberi nequibat, idem Summus Pontifex repetitis vicibus excitavit Imperatorem Rodulphum Succeſſorem, ut Cæſarea auctoritate Abbatem Balthaſſarem oppreſſum ſublevaret, & ut ei- 39
dem, qui legitimus *Paſtor, & Poſſeſſor erat* (ſunr verba Brevis) *omnes fructus darentur*, nè quid ibi *Juriſdictio, cæteraque res Eccleſiaſticæ* detrimenti paterentur, ut latiùs in *dicto Summario num. 40. 41. 42. 45. & 46.* atque ſimilia Brevia miſit inſuper ad Archiepiſcopos Moguntioum, & Trevirenſem *dicto Summario num. 43. 44.*

Quemadmodum eriam mortuo Gregorin Sixtus Papa V. illius Succeſſor anno 1588. non minus acritee Literis ſuis increpavit dictum Epiſcopum Julium *di-*

cto Sum-

&o Summario num. 47. & tandem, dum hæc agebantur, anno 1602. Supervenit Sententia Imperatoria Rodulphi diù expectata, per quam reſciſſis omnibus geſtis in Ditione Fulden. ab Epiſcopo Julio, declaravit, *eidem non licuiſſe ſe articulato modo immiſcere, & Diœceſim Fuldenſem de facto apprehendere*, & ſucceſſivè injunxit Maguo Magiſtro Ordinis Theuthonici, *ut Abbati Fuldenſi ſuæ Ditionis poſſeſſionem plenariè, & omnimodè reſtitueret, & in illa manuteneretur, ac omnes dictæ Diœceſis Status Eccleſiaſticos, & Seculares, Cives, & Subditos, nemine excepto, ad parendum*, dictæ Sententiæ, & præſtandam dicto Abbati obedientiam compelleret *dicto Summario num.* 55. & 56. Iſtique Imperiali mandato inſeruit aliud directum *ad Status Conſiliarios Eccleſiaſticos, & Seculares Miniſtros, Vaſallos, Cives, & Subditos, tam in Civitatibus, quàm in Territorio Fuldenſi*, quo his omnibus jubebat, ut *prædictum Abbatem tanquam eorum Ordinarium Dominum, & Regnantem Principem recognoſcerent, & ut ejuſdem Mandatis, & Interdictis in Eccleſiaſticis, & Secularibus Cauſis obedirent — dicto Summario* n. 56.

Cumque poſtmodum Abbas ſuam Juriſdictionem Imperiali Sententia, & Mandatis ſic ſibi reſtituram, firmiùs Pontificio Brevi conſtabilire curaviſſet, Summus Pontifex Clemens VIII. ad quem Abbas recurſum habuit, examinandum commiſit Sacræ Congregationi Concilii, an eidem Abbati eſſet concedendum Breve ſuper expreſſo exercitio *quaſi Epiſcopalis Juriſdictionis*, & edito reſponſo affirmativo, exceptis his, quæ ſunt Ordinis, & Conſecrationem requirunt *dicto Summario num.* 57. Papa ad hujus Reſcripti tenorem pre-
40 cibus Abbatis libenter annuit per Breve hiſce verbis conceptum — *Juriſdictionem alias tibi competentem auctoritate Apoſtolica excitamus, & confirmamus, ut in Locis tibi ſubiectis, in quibus Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens, quaſcunque Eccleſias, & Loca Pia, Secularia, & Regularia tuæ huiuſmodi Juriſdictioni ſubiecta, tam in Capite, quàm in Membris viſitare, & reformare &c. cætera denique ad eandem Juriſdictionem pertinentia facere cures, ſine tamen alicuius præiudicio &c. dicto Summario numer.* 58. Quòd autem tale Breve, ſicut & illa alia Gregorii XIII. & Sixti V. ſuperiùs enunciata, ut dictum eſt, occaſione Spolii à Julio Epiſcopo perpetrati, ſcripta Imperatoribus Maximiliano, & Rodulpho, Archiepiſcopis Moguntino; & Treviresis, nec non Balthaſſari Abbati, & ipſi Julio Herbipolenſi Epiſcopo, quicquid ſit, an tribuant dicto Abbati, nec nè, Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Clerum, & Populum, quomodo literaliter legitur in Sententia, & Mandatis Imperatoris Rodulphi, ſupra per extenſum relatis, certè ambigendum non eſt, quin ad minus illam præſupponant: in contrarium non urgente clauſula *ſine præiudicio alicuius*, adjecta præfato Brevi, quia per illam cenſeri non poteſt præſervata Juriſdictio Epiſcopi Herbipolen. cum paulò ante Cæſarea Sententia Rodulphi, de ordine Anteceſſorum Pontificum lata, declaratum fuiſſet, ei illam nullo pacto competere, atque etiam quia in antecedentibus Brevibus Gregorii XIII. & Sixti V. uti ſpoliativa improbata fuerat illius poſſeſſio ab Epiſcopo arrepta, ut ſupra dictum eſt, & benè obſervat *Deciſio edita die* 28. *Junii* 1700. *§. Clauſula verò, coram Eminentiſſimo Domino Card. della Tremoille*. Non prætereundo, quòd ex poſt Paulus V. anno 1606. anno 1612. & Urbanus VIII. anno 1623. anno 1634. & anno 1638. occaſione confirmationis electionis Abbatis, eidem per Apoſtolica Brevia commiſerunt Abbatiæ *Curam, Regimen, & Adminiſtrationem in Spiritualibus, & Temporalibus plenariè — dicto Summario numer.* 59. 60. & 63. qua verborum formula dubio procul uſi minimè fuiſſent, ſi ipſi quoque Pontifices quoquo modo Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Abbatibus Fuldenſibus non præſuppoſuiſſent, ut de ſe patet.

Quamobrem ſi ex præmiſſis Summi Pontifices, univerſa Eccleſia Catholica, Curia Romana, Imperatores, Hiſtorici Scriptores, finitimi Epiſcopi, Moguntinus, & ipſemet Herbipolenſis opinati fuerunt, ex prædictis omnibus Apoſtolicis Privilegiis competere Abbati Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuo Territorio, adeout illis etiam attentè rimatis Sacrum Auditorium per geminas vices, videntibus omnibus Dominis, in hanc Sententiam devenit, ut narrat altera mea *Deciſio ſuper Nativa* in hac Cauſa edita *die* 12. *menſis currentis §.* 5. *& ſeqq.* & hodie in Repropoſitione Cauſæ, quo ad punctum Dativæ Juriſdictionis ad partes examinatum, ob ſuffragiorum diſcrepantiam, nulla capi potuerit reſolutio, quis unquam in dubium revocare poterit, quin ſæpèdicta Privilegia, Abbatiæ Fuldenſi à tot Summis Pontificibus elargita, ad omne pejus præbere potuerint Anteceſſoribus Abbatibus titulum in linea dubii colorati, & putativi, juſto er- 41
rore cauſati, juſtamque præſcribendi cauſam tribuentis, ex animadverſis per *Trobat. de Effectibus Immemorabil. quæſt.* 14. *art.* 2. *num.* 52. *Rota dec.* 324. *nu.* 8. *part.* 5. *recen.*

Cum titulo autem putativo, & colorato hucuſque expenſo, concurrebat pluſquam quadragenaria obſervantia; Quippe ad evitandas ulteriores diſputationes, illam etiam deſumendo ab anno ſolum 1602. (quo tempore purgatum extitit ſpolium commiſſum ab Epiſcopo Julio, & Abbas Balthaſſar reſtitutus fuit ad Abbatiæ poſſeſſionem) & deveniendo uſque ad annum 1688. motæ hujus litis, Abbates toto hoc tempore Eccleſias Ditionis Fulden. ſibi ſubjectas ſemper viſitarunt, Synodos congregarunt, Examinatores Synodales deſignarunt, Dimiſſorias ſuis Subditis ſecularibus dederunt, Parochos inſtituerunt, & deſtituerunt; Teſtamenta, & ultimas Voluntates executioni demandarunt, Cauſas Matrimoniales, & Criminales cognoverunt, Vicarios Generales deputarunt, Concionatoribus prædicandi poteſtatem fecerunt, Confeſſarios approbarunt, Decreta interpoſuerunt in alienatione Bonorum Eccleſiæ, Subditos anathemate percuſſerunt, & abſolverunt, Scholas, & Seminaria erexerunt, Eccleſiarum Collegiatarum Statuta confirmarunt, Confraternitates inſtituerunt, & demum plures alios actus ad exercitium Ordinariæ, & quaſi Epiſcopalis Juriſdictionis pertinentes, exercuerunt, ut reſultat ex datis in *d. Summar. à nu.* 79. *ad nu.* 85. & ab examine triginta trium teſtium formiter examinatorum cum Literis remiſſorialibus, & Interrogatoriis datis pro parte Epiſcopi Herbipolenſis, ut in ſeparato *Summario* eorundem Teſtium diſtributo *die* 28. *Junii* 1700. *coram Eminentiſſ. D. Card. de la Tremoille*.

Abſque eo quòd in contrarium repetere juvet actus aliàs recenſitos in quadam Notula Locorum diſtributa *die* 27. *Aprilis* 1705. *cor. Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, ſuper quibus locis Epiſcopus Herbipolen. manuteneri, & Juriſdictionem exercuiſſe contendit: Nam omiſſa pro nunc tanquam ſuperflua particulari reſponſione, qua unuſquiſque ex adductis actibus à Defenſoribus Abbatis reiiciebatur, ceſſare viſa fuit undique difficultas, reflectendo, quòd illi actus, qui ſunt ante annum 1602. inter quos adſcribi poteſt aſſerta Synodus Moguntina, qua anno 1408. auctoritate Papæ Leonis IX. ſancitum fuiſſe dicebatur, quòd Clericus ab Abbate eligendus pro definiendis Cauſis in nonnullis Eccleſiis, & paucis quibuſdam Locis, Bannum, ſeu Placitum ab Epiſcopo Herbipolen. ſuſciperet *Summario* antiquo Epiſcopi *num.* 64. & 65. omnes una cum ipſa Synodo ponendi veniunt ad partes, cum ſint priores dicta quadragenaria, quam propterea infringere non valent: Alii verò actus poſt quadragenariam geſti ab Epiſcopo annis 1606. 1607. 1608. 1615. 1616. & 1618. regiſtrati in dicta Notula & in *Summario* Epiſcopi dato *die* 1. *Julii* 1708. *numero* 13. *num.* 14. *& numero* 15. nullius etiam ſunt momenti, quia primi annorum 1606. 1607. reſpiciunt collationes Ordinum, Epiſcopis privativè reſervatas *à Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.* 23. *cap.* 4. *de Ordine*, & reliqui annorum 1608. 1615. 1616. & 1618. conſiſtentes in cognitione Cauſarum Matrimonialium, & deciſione aliarum Cauſarum, remanent æquivoci, ex quo Litigantes, vel alter eorum, erat Diœceſis Herbipolen. ut reſ- 42
pondet *Deciſio* 28. *Junii* 1700. *§. Quam ſanè, coram Eminentiſſimo D. Card. de la Tremoille, &* 27. *Aprilis* 1705. *§.* 27. *coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*.

Prout inutiliter obiiciebatur, quòd propter bellum Sveticum, quod in illis partibus exarſerat circa annum 1631. Epiſcopus Herbipolen. impeditus fuerit libero ſuorum actuum exercitio: Siquidem Guſtavus Rex

43 per dictum bellum nulla ex parte turbavit exercitium
Catholicæ Religionis, & Eccleſiaſticæ Juriſdictionis,
ut traditur in *Theatro Europeo ad annum 1631. tom. 2. fol. 478. à Joanne Abellin. in Cronic. Hiſtor. fol. 436. à Petr. Lottrich. lib. 42. capit. 1. §. 2. & cap. 2. §. Proindè, à Joanne Baptiſta Bung. lib. 2. pag. 560. & ſeqq. à Biſſaccioni Hiſtor. memorab. pag. 97.* & apertiùs confirmant plures Juriſdictionales actus, tunc temporis per Abbatem Fuldenſem peracti *d. Summario Abbat. Numero 82. & 83.* Ulteriùs, ut præſcriptio adverſus Epiſcopum currere deſiiſſet, ſatis non eſſet, quòd bello prohibitus
44 fuiſſet ſuæ Juriſdictionis exercitio, ſed inſuper doceri oporteret, quòd tale impedimentum fuerit cauſa illam non exercendi, oſtendendo, quòd ante, & poſt bellum aliquid agere curaſſet, ut benè docuit *Abb. in cap. Ex tranſmiſſa, de præſcript. num. 5. & 6 Menoch. conſ. 971. num. 46. & ſeqq.* Cæterùm, ſive quadragenaria etiam computetur poſt prædictos actus ab Epiſcopo allegatos, hoc eſt poſt annum 1618. ſive poſt annum 1635. quo tempore circiter ceſſavit ſæva illa Svetici belli tempeſtas; adhuc uſque ad annum 1688. motæ præſentis Litis habetur tempus exuberans ad quadragenariam perfectè complendam, ut arguit *d. dec. 28. Junii 1700. §. Impedimentum, coram Eminentiſſimo D. Cardin. de la Tremoille 26. Februarii 1703. §. Nec demum, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & 27. Aprilis 1705. §. 27. cor. eodem.*

Ejuſdemque irrevelantiæ eſt, quòd Concordiæ initæ inter Epiſcopum Herbipolen. & Abbatem Fuldenſem annis 1613. 1614. & 1662. collabeſcere faciant in Abbate fundamentum bonæ fidei ad validam præſcriptionem requiſitæ, & reſpectivè excludant poſſeſſionem omninò pacificam. Pro remotione namque iſtiuſmodi objecti animadverſum fuit, quòd in prima anni 1613. refertur prætentio Epiſcopi pro Juriſdictione Eccleſiaſtica, non in tota Abbatia, *ſed in diverſis Locis, Monaſteriis, & Parochiis*, in eaque Abbas dumtaxat conſenſit, quòd Clerici ordinandi, quos cæteroquin tranſmittere poterat ad quemcunque Ordinarium ſibi benevisum, aliæque Perſonæ Eccleſiaſticæ, & Parochi, ad Dominum Epiſcopum tranſmitterentur, *ut Directionem ſuam Herbipolenſem pro Ordinario Epiſcopo in Pontificalibus, & in iis, quæ ſunt Ordinis, cognoſcant, ac Ordinandos Herbipolim mittant*; Et è contra Epiſcopus, relictis in ſuſpenſo nonnullis aliis punctis controverſis, in alio congreſſu examinandis, agnovit Abbatem, uti Ordinarium, invicem promittentes, *quod in poſterum nullum Alumnum, aut Clericum, ſuis Dimiſſorialibus non muniatum, contra unam, alteramve Eccleſiam reciperent ſed ſi quis, vel plures ejuſmodi in futurum in dictis Herbipolenſi, & Fuldenſi abſque Dimiſſorialibus converti fuerint, eundem, vel eoſdem ad ſui Superioris requiſitionem extraderent, ut in Summario additionali Abbatis diſtributo die 1. Junii 1708. coram Reverendiſs. P. D. meo Anſoldo*. Actus verò anni 1614. abſolutè dici nequit Concordia ſed veriùs tractatus à Miniſtris aſſumptus pro Concordia ineunda, idque adeò verum, ut nunquam ab Abbate approbatus fuerit, aut ratificatus *d. Summario Epiſcopi coram R. P. D. meo Anſoldo n. 10.*

Et demùm Concordia ſtipulata anno 1662. immeritò allegabatur ab Epiſcopo, dum ab eodem, tanquam ſibi præjudicialis, aliàs fuit in Judicio acriter impugnata, ut patet ex Deciſionibus 1028. & 1267. *Emerix Jun.* illam tamen ex capite deficientiæ ſolemnitatum infirmantibus; & revera tantum abeſt, ut in aliquo præjudicet Juriſdictioni Abbatis, quin potius illam confirmet, in ea enim ſtabilitum legitur, *quòd Eccleſia Fuldenſis, ſit, maneatque eatenus Nullius Diœceſis, habeatque ejuſdem Antiſtes in Clerum, & Populum Juriſdictionem Ordinariam privativè, qualis Prælatis Epiſcopo inferioribus, & de facto Reverendiſſimo Fuldenſi (ſive de Jure, ſive ex Conſuetudine) competit, hanc Juriſdictionem exerceat, ut hactenus exercita eſt : dicto Summario* antiquo Abbatis *numer.* 74. proindeque ſi quotieſcunque Abbatis Juriſdictio quaſi Epiſcopalis ab Epiſcopis Herbipolenſibus controverſa fuit, per Concordias poſtmodum celebratas magis, magiſque canonizata fuit ab ipſiſmet Epiſcopis, conſequens eſt, quòd vigore earumdem Concordiarum Abbates pro tempore, nec conſtituti dici debeant in mala fide, minuſque
quòd unquam interuptum fuerit eorum Juriſdictionis
exercitium, quemadmodum de Poſſeſſore, qui nun- 45
quam ſua poſſeſſione deturbatus, Cauſam vicit, tradunt *Felin. in c. illud, num. 17. de præſcript. Covarruv. in Regul. poſſeſſ. p. 2. §. 12. num. 4. verſ. Secunda Concluſio. Card. de Luc. diſcurſ. 27. num. 7. de Paroch. Rot. dec. 467. num. 1. coram Ludoviſ. dec. 288. n. 6. apud Poſth. de Manut. dec. 69. num. 28. poſt Tamburin. de Jur. Abb. dec. 281. num. 21. & dec. 307. num. 7. coram Emerix Jun. in Gerunden. Juris mutandi ſuper reſtitutione in integrum 26. Aprilis 1700. §. Sive demum, cum ſeqq. coram bon. me Muto.*

Longè verò minus efficax eſt argumentum prætenſæ malæ fidei Abbatis, deſumptum ex Epiſtolis eidem ab Herbipolenſi Epiſcopo ſcriptis annis 1621. & 1656. quibus hic conquerebatur quòd ipſe Abbas Jus ſuum Diœceſanum turbaret *dicto Summario* Epiſcopi *coram R. P. D. meo Anſaldo num. 17.* Tum quia Abbas in ſuis Reſponſionibus proteſtatus fuit, velle continuare in ſua Juriſdictione *d. Summario numer. 17. lit. G. V. & X.* Tum etiam quia cum magnificatæ Epiſtolæ nihil aliud præſeferant, quàm requiſitiones extrajudiciales Epi-
ſcopi, contendentis Juriſdictionem ad ſe ſpectare, ex 46
illis, nec mala fides inducta, nec præſcriptio interverſa dici queit. *Surd. deciſion. 5. num. 7.* eo quia Abbas talibus requiſitionibus credere non tenebatur. *Gratian. diſcep. foren. 80. n. 29. & 30. Cyriac. controv. 624. n. 64. & ſeqq. Surd. d. dec. 5. n. 6. & ſeqq.*

Et denique ſcientia etiam Epiſcoporum Herbipolenſium ſatis abundè reſultabat ex dictis Epiſtolis ad Abbatem ſcriptis, & præſumitur ex vicinitate Territorii, & actuum multiplicitate, ut probat *dec. 28. Junii 1700. §. Scientia autem, coram Eminentiſs. D. meo Card. de la Tremoille*. Turpe namque fuiſſet, ſolos Epiſcopos Herbipolenſes, de quorum Jure agebatur, ignoraſſe, quod omnes noverant, ut triginta tres Teſtes de publica voce, & fama, & de conſtanti traditione à Majoribus recepta teſtati fuerunt, quocirca nullam, vel non niſi ſupinam, & craſſam ignorantiam habuiſſe allegari valeat, quæ eoſdem excuſare minimè poſſet, ut monuit *Paulus Juris Conſultus in L. Regula eſt 9. ff. de Jur. & fact. ignorant.*

Et ita utraque Parte informante reſponſum fuit, omnibus Dominis videntibus.

Emo. SCOTTO.

Gerunden. Anniverſariorum de Griſols.

Lunæ 3. Decembris 1708.

ARGUMENTUM.

Parochus impedire non valet Fundationem Anniverſariorum, aliorumque Piorum Operum in Eccleſia inferiori, abſque ejus conſenſu, & ſucceſſivè illorum implementum, faciendum per alios Sacerdotes, Fundatori benè viſos.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies narratur.*
2 *Liberum eſt cuilibet relinquere Anniverſaria, & onera Miſſarum in qualibet Eccleſia, ſibi benè viſa*, & n. 16.
3 *Juriſdictio Parochi comprehendit tantùm ea, quæ concernunt Curam animarum, non autem actus indifferentes*, & n. 18.
4 *Fundatio Anniverſariorum, & onera Miſſarum, non recenſentur inter Jura Parochialia*, & numer. 6. & 19.
5 *Ex Legatis factis pro Anniverſariis in Eccleſiis inferioribus non debetur Quarta Parocho*, & n. 20.
7 *A' licentia à Parocho conceſſa ædificandi aliam Eccleſiam intra fines Parochiæ, non infertur ad Filiationem*, & n. 8. & 26.
9 *A' diverſis, & ſeparatis non poteſt fieri illatio*, & num. 30.
10 *Poteſtas quaſi Epiſcopalis, nonniſi per Privilegium Apoſtolicum, vel ex immemorabili conſuetudine acquiri poteſt*, & n. 33.
11 *Sententia in cauſa ſtatus, & in judicatum tranſacta,*
pro

pro veritate haberi debet, præſertim ſi ſit antiqua, & num. 34.

12 *Simplex relatio ad ſcripturas, quæ non exhibeantur, nullum probationis gradum conſtituit, præſertim ad favorem ejus, à quo fuerunt exaratæ.*

13 *Defunctorum voluntates ſunt inviolabiliter ſervandæ.*

14 *Non eſt locus reſtitutioni in integrum, niſi docto de injuſtitia Sententiæ.*

15 *Fundator in limine Fundationis poteſt apponere conditiones, ſibi benè viſas, etiam Juri contrarias.*

17 *Celebrationem Miſſæ relictæ à Teſtatore cum determinatione certæ Eccleſiæ, non poteſt Sacerdos, vel hæres ad aliam transferre.*

21 *Celebrationem Miſſarum, quæ in aliqua Eccleſia inferiori dicendæ relictæ ſunt, deputati ad ejuſdem Eccleſiæ gubernium demandare poſſunt cuilibet Sacerdoti, ipſis benè viſo, excluſo Parocho.*

22 *Ædificatio novæ Eccleſiæ intra fines Parochiæ impediri non valet, ratione præjudicii, quod Eccleſia Parochialis ſentiret, ex quo per pios Parochianos poſſent ibidem Miſſæ, & Anniverſaria relinqui.*

23 *Nulla Eccleſia, præter Cathedralem, poteſt de Jure ſuper ſubjectione alterius Eccleſiæ intentionem ſuam fundare, exceptis Juribus Parochialibus.*

24 *Ad hoc, ut Eccleſia noviter conſtructa Parochiali ſubjecta dici debeat, quæ ſint probanda.*

25 *Quando Eccleſia Parochialis dicatur propriè Matrix, & quando impropriè.*

27 *Oblationes, quæ fiunt in Capellis, vel Eccleſiis, exiſtentibus intra fines Parochiæ, dum non conſtat de contraria Offerentium voluntate, non debentur Capellano, ſed Parocho.*

28 *Retentio clavium apud Parochum non arguit inferioris Eccleſiæ ſubjectionem, & quare.*

29 *Laicus non habens poteſtatem exercendi Juriſdictionem Spiritualem, non poteſt illam aliis communicare.*

31 *Beneficiati, Eccleſiæ Parochialis ſervitio addicti, ſalvo eodem ſervitio, non eſt, cur non valeant in Eccleſia inferiori Miſſas, Anniverſaria, & alia Opera Pia celebrare.*

32 *Beneficiati alicui Eccleſiæ exemptæ, in Diœceſi tamen exiſtenti, mancipati, remanent Epiſcopo ſubjecti.*

35 *Tranſactio, ad quam faciendam major pars Collegialium non intervenit, afficere non valet Corpus ipſum Beneficiatorum.*

36 *Sed ſtipulata cenſetur ab iis, qui interfuerunt, nomine proprio, & jure ſingulari; ac propterea ipſos tantùm obligare valet.*

37 *Pro actu merè voluntario, & tangente privatum intereſſe ſingulorum Collegialium, ad ejus validitatem requiritur conſenſus omnium de Collegio, nec ſufficit conſenſus majoris partis.*

38 *Concordia non datur ſine omnium conſenſu.*

39 *Deficiente cauſa motiva Confirmationis, deficere dicitur voluntas confirmandi.*

40 *Corruente ſuppoſito validitatis actus, corruit quoque ſubſecuta illius approbatio, licèt Juramento fuerit vallata.*

DECISIO IX.

NImis anguſtam Cultui Divino, ac publicæ pietati exiſtimantes Homines Inſignis Oppidi de
Guixols unicam Eccleſiam Parochialem S. Felicis, in
eodem Oppido exiſtentem, cujus cura penes Abbatem
pro tempore Ordinis S. Benedicti, ſervitium verò Choſi
penes Monachos ejuſdem Ordinis, ac etiam nonnullos
Beneficiatos, diſtinctam Maſſam habentes, ſeorſim
exercetur, de anno 1548. novam Eccleſiam ſub invocatione
Sancti Joannis propriis ſumptibus conſtruxerunt:
Undè Incolæ Loci illius latius pietatem effun-
1 dentes, plura in ultimis tabulis Legata Pia, & Anniverſaria
perpetua reliquerunt in prædicta Eccleſia noviter
conſtructa, demandando illorum implementum prædictis
Beneficiatis Eccleſiæ Parochialis S. Felicis. Cum
autem modernus Abbas prætentionem excitaverit,
quòd tam Fundatio Anniverſariorum, quàm etiam illorum
executio expleri non poſſet ſine illius licentia per
Beneficiatos, ac proindè controverſiam hanc vigore
ſpecialis Commiſſionis mihi delegari obtinuerit, propoſui
Dubium utriuſque prætentionis complexivum,
videlicet. — *An homines S. Felicis de Guixols poſſint fundare
Anniverſaria, & onera Miſſarum perpetuarum in Eccleſia
S. Joannis, implenda per Beneficiatos Parochialis Eccleſiæ
S. Felicis de Guixols ſine conſenſu Abbatis S. Benedicti* — quod fuit *Affirmativè in omnibus* in hodierna Audientia
reſolutum.

Quo enim ad Anniverſaria reſolutionis motivum deſumpſerunt
DD. à libertate cuilibet pio Fundatori attributa
legandi, vel relinquendi Anniverſaria, & onera
Miſſarum in qualibet Eccleſia ſibi beneviſa, ut ſpirituale
auxilium Defunctis exhibeatur, quæ quidem libertas
nullibi à Sacris Canonibus legitur impedita, 2
quinimmò expreſſè permittitur, & commendatur *in
cap. final. de teſtamentis. Lara de Anniverſariis cap. 25.
n. 54. & 56. l. 1.* & meliùs *l. 2. cap. 1. n. 13.* cum aliis
per eum adductis.

Neque aſſumptum Abbatis juvari potuit ex eo, quòd
ipſe ſit Rector, ac Parochus totius Loci de Guixols,
indè inferendo, quòd intra limites propriæ Parochiæ
Pium Opus expleri non poſſit ſine illius licentia:
Etenim tunc ſolùm illatio procederet, ubi ageretur
de illis Piis Operibus, directè percutientibus Parochialia
Jura, ſed cum hic ſermo eſſet de Pio Opere
explendo in Eccleſia inferiori independenter à Juribus
Parochialibus, nulla ratio ſuberat, quòd Abbas poteſtatem
Rectoris ſibi tantùm attributam in iis, quæ 3
concernunt Curam animarum, ulteriùs extenderet etiam
ad actus indifferentes, ac poſitos extra ſphæram
ſuæ Juriſdictionis, ſicuti contra Parochum reſpondit
*Fagnan. in cap. ad audientiam, nu. 10. de Eccleſ. ædifican.
Cardinal. de Luc. de Parochis diſc. 31. n. 4. & ſeqq.
Ricc. Collect. dec. 124. n. 6. & ſeqq.*

Ad dignoſcendum autem, quòd actus, de quibus
præinſertum Dubium loquebatur, Parochialia Jura non
tangerent, normam præbuit magiſtralis *gloſſ. in c. quia
ex eo, V. Juribus Parochialibus in 6.* ubi diligenter enumerantur
omnia ea, quæ Curam animarum, ac Re- 4
ctoris Juriſdictionem percutiunt, & tamen ibi neque
expreſſè, neque illativè continentur, vel Fundatio
Anniverſariorum, vel onera Miſſarum, ut præcisè
argumentando à partium enumeratione docuit *Abb.
in Rubrica de Parochis, numer. 2. Card. de Luc. de Parochis
d. diſc. 31. nu. final.* & latè expendit *Rot. dec. 289.
num. 10. cor. Coccin. repetita dec. 252. numer. 22. & 23.
part. 5. rec.*

Immò cum de tempore, quo æternæ memoriæ Gregorius
IX. univerſalis Eccleſiæ Gubernio reſidebat,
nonnulli Rectores Eccleſiarum Apoſtolicæ Sedis oraculum
adeundo petiſſent declarari, an ipſis deberetur 5
Quarta Canonica ex Legatis factis pro Anniverſariis
in Eccleſiis inferioribus, reſponſum fuit, Quartam
non deberi, ut ſcriptum habetur *in d. cap. final. de teſtamentis*,
& conſonat *Text. in cap. ex parte, de verb. ſignificat.*
Undè ducto indè argumento inevitabilis erat illatio,
quòd eorundem Anniverſariorum Fundatio Rectoris
auctoritatem ex ipſo Apoſtolicæ Sedis decreto 6
non tangebat, ut examinando *Textum* prædictum ſcripſit
*Gonzalez Tellez num. fin. Lara de Anniverſariis cap.
25. n. 54. & 56. §. Sed quamvis.*

Quod autem à Jure favore Abbatis haberi non potuit,
neque ex facto depromi viſum fuit: quamvis enim
ipſe conaretur oſtendere, quòd Eccleſia S. Joannis
eſſet Filialis alterius Eccleſiæ S. Felicis, ex quadam ſententia
lata anno 1678. ubi enunciatur, quòd conſtructio
Eccleſiæ controverſæ ſecuta fuerit de licentia Abbatis,
eidemque conſignatæ extiterint claves ejuſdem
Eccleſiæ, nihilominus conſignatio clavium ex eadem
ſententia legitur facta per modum proviſionis, ac deindè
revocata *Summario Univerſitatis num. 7.* ex ſola 7
licentia ædificandi, aliàs de Jure neceſſaria ad effectum
præſervandi Jura Parochialia, ut in dicta Sententia,
& etiam tradit *Toudut. Reſol. Benefic. part. 1. cap.
53 n. 17. & 18.* non infertur ad Filiationem, quæ tanquàm
odioſa ſubjectio, exigit rigoroſas, & univocas 8
probationes, ut dixit *Card. de Luc. de Parochis diſc. 40.
n. 12.* cum ibi relatis.

Neque attendi poſſe viſum fuit, quòd Abbas conſenſum
interpoſuerit in nonnullis Fundationibus Anni-

verſariorum: quia cum illa fuerint erecta in Eccleſia Monaſteriali S. Felicis, & legata ulteriùs legerentur Monachis ejuſdem Eccleſiæ, neceſaris erat quidem in illis licentia Abbatis tanquàm Superioris Regularis, ſed neutiquàm indè inferri valet, quòd eadem licentia 9 requiratur in alia diſtincta Eccleſia Sancti Joannis, quæ ab Abbate oullam habet dependentiam, cum à diverſis, & ſeparatis fieri non poſſit illatio. *L. ſi en plagis §. In Clivio, ff. ad legem Aquiliam. Rota in Avenionen. ſeu Carpentoracten. Fideicommiſſi de Tertullis n. Julii 1706. §. In nihilo, in fine, coram R.P.D. meo Lancetta.*

Debiliori fundamento nitebatur Abbas in ea parte, in qua prætendebat ſibi ſubiicere Beneficiatos, nè dictorum Anniverſariorum onera explerent: Licèt enim Beneficiati prædicti inſerviant Eccleſiæ Monaſteriali in iis, quæ reſpiciunt Chorum, & Divina Officia; attamen cum Locus de Guiaols ſit poſitus in Diœceſi Gerunden. & extra controverſiam ſubſit pleno jure Reverendiſſimo Epiſcopo, ut ex Viſitationibus factis in eadem Eccleſia S. Joannis, *Summ. Univerſitatis num. 5.* regula Abbati reſiſtit, cum omnes Presbyteri, inibi exiſtentes, Ordinariæ tantùm Juriſdictioni ſint ſubjecti, ac proindè non poterat ipſe, evertendo ordinem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, quicquam Juriſdictionis in 10 ipſos ſibi arrogare, gerendo figuram Prælati inferioris, & poteſtatem quaſi Epiſcopalem habentis, quæ nonniſi per ampliſſimum Privileginm Apoſtolicum, vel ex immemorabili conſuetudine poteſt acquiri, ut per *Gloſſ. in cap. 1. de præſcriptionibus. Card. de Luca de Juriſdiction. diſcurſ. 1. num. 11, & 18. Rot. dec. 338. numer. 11. coram Priol. dec. 304. num. 7. p. 11. recent. & in Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono jure 5. Martii 1992. coram Reverendiſſ. D. meo Decano.*

Reſiſtente potiſſimùm Sententia lata per Vicarium Generalem Gerunden. in contradictorio Judicio uſque ab anno 1626. qua pronunciatum fuit, Abbatem nullam prorſus Juriſdictionem habere in Beneficiatos. Horas Canonicas recitantes in Eccleſia Parochiali Sancti Felicis, ſed illos pleno jure ſubeſſe Juriſdictioni Ordinariæ Epiſcopi Gerunden. *Summario Univerſitatis nu. 12.* quæ quidem Sententia, tanquam lata in cauſa ſtatus, & in judicatum tranſacta, pro veritate haberi de- 11 bet, ubi præſertim, ut hic, antiquitatis præſidium obtiooit. *leg. res judicata ff. de regulis Juris, & leg. ingenuum ff. de ſtatu hominum. Rot. cor. Emerix dec. 461. nu. 4. & cor. Bich. dec. 31 n. n. 14. & dec. 104. n. 8. p. 19. recen.*

Abſque eo quòd ſubjectionem Beneficiatorum ſuadere potuerit quædam informis Atteſtatio Notarii aſſerentis, quòd in quodam Juridieo Manifeſto, publicato ad inſtantiam Abbatis uſque de anno 1671. ipſe Abbas probare conabatur ex quibuſdam Apoſtolicis Conſtitutionibus, quòd Beneficiati tenerentur ei obedire, ac ſubeſſe, præſertim in concernentibus Chori ſervitium: quia cum hæc eſſet ſimplex relatio ad Scriptu- 12 ras, & Jura, quæ non exhibentur, & ulteriùs ab eodem Abbate exarata, nullum gradum probationis conſtituere potuit ad ipſius favorem. *Rota cor. Buratt. dec. 754. n. 3. & in Ferrarien. Decimarum. 25. Junii 1703. §. Quantum, coram Reverendiſſ. D. meo Decano.*

Et demum reſolutioni obſtaculum præbere non valuit decaotatum præjudium ſervitii Eccleſiæ Parochialis, cui incumbere non poſſe Beneficiatos, Miſſas pro Anniverſariis celebrantes, contendebat Abbas: quoniam neque hoc legitimè juſtificatum apparuit, & ulteriùs erat inſpectio extranea prorsùs à præſenti controverſia, cum ſatis abundanter per Punctaturas, vel aliis opportunis remediis huic præjudicio in Jure conſultum remaneat, & conveniebant etiam Scribentes pro Univerſitate, quòd implementum Anniverſariorum obeſſe non deberet ſervitio Eccleſiæ Parochialis.

Et ita utraque &c.

Eadem coram

R. P. D. CRISPO.

Lunæ 1. Julii 1709.

Liberas Defunctorum voluntates, licèt inviolabiliter ſervandas, nec alieno regulandas arbitrio, ipſæmet XII. Tabularum leges ſtatuerint, præcisè jubendo, *uti quiſque legaſſet ſuæ rei, ita jus*, eſto prout retu- 13 lit *Juſtin. in Novell. 22. ſive Auth. de Nupt. §. Diſponat. collat. 4.* ſanciendo proindè, neminem contra eandem diſpoſitionem valere, nec ſi Sacrum impetret Firmam, hoc eſt Principis Reſcriptum obtineat, ſic pariter decernentibus Sacris Canonibus, quòd ultima voluntas defuncti modis omnibus conſervari debeat, ut in *Can. 4. cauſ. 13. quæſt. 2.* attamen modernus Abbas Eccleſiæ Parochialis S. Felicis libertatem hanc morientibus in eorum piis largitionibus adimere tentavit, prætentionem excitando, quòd Homines Oppidi de Guixols, qui oovam Eccleſiam ſub Invocatione Sancti Joannis propriis ſumptibus extruxerant, non poſſeot ibidem fundare Anniverſaria, & onera perpetua Miſſarum, atque illorum executio expleri non poſſet per Beneficiatos Eccleſiæ Parochialis ſine ipſius licentia, hinc juremerito per Sententiam noſtri Tribunalis *cor. Reverendiſſ. P. D. meo Scotto* ſuccubuit, quæ poſtea ob non interpoſitam iotra decennium appellationem in auctoritatem rei judicatæ tranſivit. Commiſſa verò mihi in gradu Reſtitutionis io integrum Appellationis Cauſa, eaque in hodierna Audientia propoſita ad normam Dubii Commiſſioni conformis, emanavit reſolutio — *Non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum.*

Deficit enim fundamentum concedendi reſtitutionem in integrum, quod eſt ſententiæ injuſtitia, de qua cum doctum non fuerit, non poteſt eſſe locus dicto extra- 14 ordinario remedio. *c. 1. ibique Repetentes, de reſtit. in integr. leg. ſi ex cauſa ff. de minor.* quando è converſo clara effulget Sententiæ Rotalis juſtitia, in qua ratione optima rejecta extitit Abbatis inſtantia, quòd Anniverſaria in Eccleſia Sancti Joannis ſine ipſius licentia fundari, ac per Beneficiatos expleri nequirent, cum illa tendat ad comprimendam liberam Fidelium devotionem, nè poſſent Anniverſaria io qualibet Eccleſia ſibi beniviſa fundare, & ubi eiſdem maluerit relinquere perpetua Miſſarum onera in Animarum proficuum ſuffragium, quod quidem nullo Jure permiſſum eſſe poteſt: nam & ſi pia Mater Eccleſia ad alliciendos Fundatores in Beneficiorum Fundationibus noo reſpuit admittere conditiones omnes, & pacta, etiam 15 Juri contraria, itaut poſtquam fuerint Ordinarii auctoritate dictæ Fundationes roboratæ, quovis prætextu impugnari amplius non valeant per ea, quæ tradit *Rota in Senogallien. Canonicatus de Lucbis 25. Januarii 1309. §. Non attenta, coram R. P. D. meo Lancetta*, quanto magis voluiſſe dicendum venit, ut Fundatorum voluntates fraudari non debeant, nec eorum libertas limitanda, quin peculiari loco, ſeu particulari Eccleſiæ 16 Anniverſaria, & alia Defunctorum ſuffragia poſſint infigere, juxta notata in *deciſ. Reverendiſſ. P. D. mei Scotti die 3. Decembris 1708. §. Quo enim ad Anniverſaria.*

Quod adeò verum eſſe conſtat, ut ſi Miſſarum Fundatio, certo, & determinato loco à Teſtatore fuerit facta, illæ in loco præſcripto adeò perneceſſe exigi- 17 tur ut veniant celebrandæ; quòd nec Sacerdos, vel hæres poſſit in aliam Eccleſiam celebrationem transferre, niſi contraveniendo Fundatoris præcepto, ut dixerunt *Gratian. diſcep. forenſ. 73. num. 4. Lara de Anniverſ. & Cappell. cap. 8. num. 32. Paſqualig. de Sacrific. Nov. Leg. quæſt. 1139. num. 3. Amoſtaz de Cauſis Piis lib. 5. cap. 5. numer. 13. & ſeqq. Romaguer. ad Conſtit. Synodal. Gerunden. lib. 3. tit. 9. capit. 3. num. 19. & 20. Rot. dec. 1149. coram Seraphin.* atque ita declaraſſe *Divum Carolum Borromæum in Concilio Mediolan. 4. part. 2. tit. Quæ pertineant ad Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium*, refert, *Van. Eſpen. de Jure Eccleſiaſ. univerſ. part. 2. tit. 5. cap. 7. n. 3 n. tom. 1.*

Quin exaudiendus veniat Abbas ex eo, quòd ipſe ſit Rector, & Parochus totius Loci de Cuixols, atque exindè intra limites propriæ Parochiæ talia Anniverſaria, & Miſſarum celebrationes in Eccleſia inferiori ſine ipſius licentia expleri minimè debeant. Etenim Abbatis objectum tunc ſanè relevare poſſet, quatenus actus 18 prædicti directè percuterent Jus ipſum Parochiale, illudque læderent, nam aliàs Parochus in cæteris actibus extra lineam propriæ Parochialis Juriſdictionis oullam in Jure habet attributam poteſtatem, ex adductis

in De-

in *Deciſione §. neque aſſumptum*: Nullibi autem docetur, quòd actus, de quibus agitur, percutere poſſint Jura Parochialia, cum potiùs iidem ſint actus indiffe-
19 rentes, nec ullatenùs incluſi intra ſphæram ſuæ Parochialis Juriſdictionis, nam ut notat *deciſio in §. Ad dignoſcendum*, cum per *Gloſſ. in cap. ex eo quia*, *V. Juribus Parochialibus*, *de pactis in 6.* enumerentur omnes actus pertinentes ad Curam animarum, & Parochi Juriſdictionem, inter eos connumerata non reperiuntur, nec Fundatio Anniverſariorum, nec onera Miſſarum, prout nec etiam Doctores, individuantes univerſos actus Parochiales, ad neutrum ex hiſce, de quibus agitur, deſcenderunt, illos inter Parochiales actus reponendo, ut præ cæteris videre eſt apud *Abb. in Rubr. de Paroch. n. 2. Tondut. Reſol. Beneſ. c. 63. num. 19. & 20. p. 5. Frances de Eccleſ. Cathed. c. 21. n. 23. & ſeqq.* cum aliis adductis in *dec. §. Ad dignoſcendam autem*.

Atque id apertè demonſtratur ea Gregorii IX. re-
20 ſponſo *in cap. final. de teſtam.* qui decrevit, Quartam Canonicam ex legatis factis pro Anniverſariis in Eccleſiis inferioribus, Parochis non deberi, quod utique denotat, dicta Anniverſaria Jura Parochialia nullo modo tangere, & quòd ad Parochi auctoritatem illorum Fundatio pertinere non poſſit.

Nec non ea hac eademmet individua ratione, quòd Miſſarum legata non ſint de Juribus Parochialibus, traditum habetur, quòd Miſſæ, quæ celebrandæ relictæ fuerunt in aliqua Eccleſia inferiori, Deputati, ad quos Eccleſiæ gubernium fuit commiſſum, poſſunt ad eorum electionem Miſſarum cele-
21 brationes demandare cuilibet ipſis beneviſo Sacerdoti, abſque eo, quòd Parochus in eo quidquam ſe valeat ingerere, & nec minus prælationem aliquam in illarum celebratione, tanquam Parochialia Jura non tangente, ſibi deberi, prout individualiter dictum fuit in *Romana Oratorii 13. Januarii 1698. §. Nullam igitur, & §. Si iſta tria, coram R. P. D. meo Priolo, in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. §. Excluſa ſubjectione, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*.

Et manifeſtius efficitur, quòd de Jure ſæpedictæ Fundationes intra limites Parochiæ in Eccleſia inferiori fieri poſſint abſque eo, quòd ad eorum validitatem Parochi auctoritas, ſeu aſſenſus ſit de neceſſitate exquirendus, animadvertendo, quòd ſi in ædificatione novæ Eccleſiæ, quæ contingit fieri intra Parochiæ fines, ſi Parochus conſtructioni ſe opponat allegando præjudicium, quod eidem redundaret ex dicto novo Eccleſiæ æ-
22 dificiò, ex quo ibidem per pios Parochianos Miſſæ, & Anniverſaria poſſent relinqui in præjudicium Parochiæ, hoc tamen præjudicium nullatenùs attenditur, nec in eo exauditur Parochus, ex quo cuilibet libera eſt poteſtas dicta Anniverſaria, & Miſſarum celebrationes in Eccleſia ſibi beneviſa relinquere, ut poſt alios tradiderunt *Cortiad. deciſ. Cathalon. 246. ſub nu. 18. verſ. Idemque dixit. tom. 4. Rot. deciſ. 745. n. 3. p. 2. recen. & in d. Romana Oratorii 13. Januarii 1698. §. Sed quando, coram R. P. D meo Priolo*.

Ad evertendam autem hanc ineluctabilem libertatem, Abbas S. Felicis innititur comprobare, quòd Eccleſia S. Joannis, in qua peragenda ſunt controverſa Anniverſaria, & celebrationes Miſſarum, ſit ſibi ſubjecta, ac ſuæ Parochialis Eccleſiæ Filialis exiſtat, tam attento, quòd in ſui Fundatione de ejus licentia fuerit erecta, unam ex clavibus Eccleſiæ apud ſe retineat, Oblationes, quæ ibidem à Fidelibus fieri contingunt, percipiat, ac in eadem Jus habeat ad ſui libitum celebrandi, nec non ad ſui favorem adſtipuletur generalis Sententia Principatus Cathaloniæ, in qua eidem decernitur Jus prohibendi Incolis, & Hominibus Loci de Guixols, ſibi in temporalibus ſubjectis, quamlibet novam conſtructionem & ædificationem, ſine ipſius auctoritate, ea quo univerſali dominio ſequi videatur, quòd omnia in eodem Loco peragenda exquirant ipſius aſſenſum, & quòd quodlibet Pium Opus, in Eccleſia ſibi ſubjecta exercendum, cum ejus licentia veniat peragendum.

Verùm hæc omnia non videntur poſſe adſtruere, ut Eccleſia S. Joannis ſubjecta dici poſſit Eccleſiæ Parochiali Abbatis: nam cum certum eſſe videatur, ut
23 Eccleſia poſita intra fines Parochialis eidem Parochiali ſubjecta non cenſeatur, ex quo citra Cathedralem nulla alia Eccleſia poteſt de Jure ſuper ſubjectione alterius Eccleſiæ intentionem ſuam fundare, præterquam in ordine ad Jura Parochialia, adeout ſi præter ipſa Jura Parochialia Parochus in dicta Eccleſia, intra limites Parochiæ fundata, vellet aliquod Jus vindicare, hoc ex Jure ſpeciali ſibi competere docere tenetur, nam aliàs de Jure communi nullum habet rationis fo- 24
mentum, ut communiter docent Canoniſtæ *in c. cum dilectus, de Capel. Monac.* & dixit *Rot. in recen. dec. 552. n. 11. cum ſeqq. §. 5. & in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. §. Decidendi ratio, coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano*.

Ad hujuſmodi autem effectum, ut Eccleſia noviter conſtructa Parochiali ſubjecta eſſe debeat, præcipuè neceſſe eſſet oſtendere, quòd dotata foret de redditibus, & proventibus illius: ſi autem Parochus in novæ Eccleſiæ conſtructione nihil de ſuo contulit, nec dotem, neque ſumptus ad conſtructionem præſtitit, nullam ex hoc ſubjectionem valet ſibi arrogare. *Valenzuel. conſ. 45. num. 10. lib. 1. Covar. Var. Reſol. cap. 36. num. 8. verſ. Quarto ex ædificatione. Rot. in deciſ. Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. §. Non ſolùm, coram Reverendiſſ. D. meo Decano*. Præcipuè quia, ut etiam aliqua Eccleſia Filialis dici poſſit, deberet eſſe erecta prævia diſmembratione partis Parochiæ, atque cum participatione illius proventuum, his autem de- 25
ficientibus, Parochialis Eccleſia Matrix propriè nuncupari non valet, ſed Matrix impropria, & magis ſemota, reſultans ex eo, quòd ſit reſpectivè ad eam major, quæ majoritas nihil ad ſubjectionem infert, ut ratiocinatur *Card. de Luca de Præeminen. diſc. 42. numer. 12.*

Nec ad inferendam hanc ſubjectionem ullam animadverſionem promeretur, quòd dicta Eccleſia cum licentia ipſius Parochi erecta fuerit; Hæc enim Parochi licentia non præſefert in Eccleſia noviter fundata aliquam ſubjectionem, cum regulare ſit, quòd in om- 26
nibus Eccleſiarum ædificationibus Parochus ſemper ſit audiendus, ejuſque aſſenſus in eis impetrandus ad effectum, ut eidem præſerventur Jura Parochialia, in quibus per novam Eccleſiæ ædificationem præjudicium ipſo inaudito non inferatur. *Lambert. de Jurepatronat. l. 2. part. 1. quæſt. 7. artic. 23. Barboſ. de Poteſtat. Paroch. lib. 1. cap. 1. num. 26. & cap. 11. n. 1. & 2. Tondut. Reſol. Beneſ. part. 1. cap. 63. n. 18. Milaz. Aſſ. Jur. 55. nu. 57. Ricc. in Prax. Var. Reſol. in Prax. Jur. Paroch. part. 4. reſol. 298. & prius part. 3. reſol. 484. in princ. Ventrigl. in Prax. Eccleſiaſt. tom. 2. annot. 17. §. 1. n. 8. verſ. reſpondeo. Panimol. dec. 11. n. 1.*

Ejuſdem pariter relevantiæ eſſe videtur ad Eccleſiæ ſubjectionem inducendam, quòd Parochus in illa Oblationes percipiat, dum ex hoc nullum ſubjectionis vinculum argui valet, nec ex eo Filialis cenſeri poteſt dicta Eccleſia, à qua Parochus habet Oblationum perceptionem; Oblationes enim prædictæ ſunt de ejus Juribus Parochialibus, dum de Jure, quando non conſtet de contraria voluntate Offerentium, Oblationes, 27
quæ fiunt Capellis, vel Eccleſiis exiſtentibus intra fines Parochiæ, ille non Capellano, ſed Parocho debentur in recompenſam laborum, quos ſubſtinet in miniſtrando Sacramenta. *Lotter. de Re Beneſ. l. 1. quæſt. 30. num. 29. Frances de Eccleſ. Cathed. cap. 25. num. 27. & c. 25. num. 214 Alphonſus de Leon. de Off. Capell. quæſt. 5. ſeſſ. 8. num. 103. cum ſeqq. Ventrigl. Prax. Eccleſiaſt. tom. 2. annot. 26. n. 11. & 33. Ricc. in Prax. Var. Reſol. part. 4. reſol. 246. Capon. diſcept. forenſ. diſcep. 67. per tot. & ſignanter num. 11. & 12. Franciſ. Marc. deciſ. Delph. 385. tom. 2. Cortiad. deciſ. Cathalon. 246. num. 102. tom. 4. Capell. Toloſan. deciſ. 483. Rot. coram Merlin. dec. 257. per tot. in Gerunden. Admiſſionis ad Diſtributiones 18. Februarii 1707. cor. R. P. D. meo Aldrovando, & in Novarien. Decimarum, & Oblationum 22. Junii 1707. cor. Reverendiſſimo Omanna nunc Epiſcopo Gienen.*

Retentio pariter unius ex clavibus apud Parochum nihil ad ejus aſſumptum valet conferre, dum quatenùs alia peculiaris non adeſſet ratio, actus hic eſſet adſcribendus ad illam congruentiam, quæ à legibus Eccleſiaſticis derivat, quòd clavis Eccleſiæ penes Sacerdotem reſideat, non verò apud Laicos, cum pro 28
cuſtodia clavium Eccleſiæ inſtitutus fuerit Ordo Oſtia-

riatus, qui templi Januis preſideret, nt differit *Tondut.*
reſol. benef. c. 63. n. 12. & 13. p. 1. Verùm etiam omnis
ſubmovetur in hoc hæſitatio, ex quo ſignanter Clavis
Parocho tradita apparet ad hoc præciſè, ut ad ſui libi-
tum poſſet ingredi Eccleſiam, in qua Oblationes per-
cipit, & ibi valeat Miſſæ Sacrificium offerre, nt ſic
proprerea, cum etiam actus præſatus, prout alii cæteri
per Abbatem cumulati, in univerſum reſpiciant Jura
Parochialia, inter hoſce limites ſunt arctandi, nec poſ-
ſunt tangere Fundatinnes Anniverſariorum, & Miſſa-
rum, quæ de Juribus Parochialibus non ſunt, neque
exindè in Eccleſia, ubi actus præſati peragnntur ſubje-
ctinnem aliquam iuducendi virtutem habere poterunt,

Sententia itidem Principatus Cathaloniæ à Laico
Tribunali prolata ad Abbatis intentum nihil valet con-
cludere; Ea enim, utpote reſpiciens temporale Domi-
29 nium, ad Pia opera in Eccleſia peragenda non ſe ex-
tendere valet: verùm etiam cum in illis, qui ſenten-
tiam præfatam emologarunt, deeſſet, uti Laicis pote-
ſtas exercendi Juriſdictionem Spiritualem, ita eandem
Abbati communicare nequibant, ad *Text. in cap. Quo-*
niam, de privil. & capit. 2. de ſupplen. neglig. Prælat. Ci-
roa. Paratil. ad decret. de privil. §. Quod deinde. Rot. de-
ciſ. 42. num. 14. poſt Pacichel. de Diſtaat. cam aliis addu-
ctis in Nullius, ſeu Fuld. Juriſdictionis 16. Februarii 1703.
§. Nec alia habita fuit, coram Reverendiſſimo D. meo Mo-
lines Decano.

Minùs attendendum venit, qnòd Abbas in nonnul-
lis Fundationibus Anniverſariorum conſenſum inter-
poſuerit, quia dictæ Fundationes in oppoſitum addu-
ctæ convincuntur factæ in *ipſa* Eccleſia Parochiali, in
qua equidem neceſſarius erat aſſenſus Superioris Regu-
laris, ex eo autem inferri non valet, quòd in aliis Ec-
cleſiis inferioribus Abbati non ſubjectis, eadem licen-
tia exquiratur, ut advertit *Deciſio R. P. D. mei Scotti in*
§. Neque attendi poſſe. Obſervantiæ enim ad hoc ut de-
30 ferendum veniat, debet præciſè probari, nec de Ec-
cleſia ad Eccleſiam extendenda, juxta tradita in *Ge-*
runden. Capparum 22. Junii 1698. §. Non quidem prim.
cor. bon. mem. Pio.

Liberam autem Anniverſariorum, & Miſſarum Fun-
dationem ſicuti in Eccleſia S. Joannis Parochus Eccle-
ſiæ Sancti Felicis præpedire non valet, nec minùs di-
ctorum Piorum Operum exercitium interdicere poterit
Beneficiatis ſuæ Eccleſiæ Parochiali mancipatis, ut ſi-
ne ipſius aſſenſu, & licentia onera Miſſarum, & An-
niverſaria explenda in altera Eccleſia acceptare ne-
31 queant. Quoniam licèt Beneficiati prædicti, addicti re-
periantur ſervitio Eccleſiæ Parochialis Sancti Felicis,
& teneantur Abbati ſervitium, & obedientiam præ-
ſtare, id tamen non officit, quo minùs, firmo rema-
nente ſervitio, & obedientia erga Abbatem, valeant
deinde in aliis Eccleſiis Miſſas, & Anniverſaria, &
alia Opera Pia celebrare, ut benè advertit *Deciſio R.*
P. D. mei Scotti §. Finali.

Locus enim de Guixols cum poſitus ſit in Diœceſi
Gerunden. & ſub illius Epiſcopi manet Juriſdictione,
non poteſt Abbas ſibi poteſtatem arrogare ſubiiciendi
ſuæ Juriſdictioni plenariæ Presbyteros ipſi Eccleſiæ in-
ſervientes, contra eos ſtatuendo, ut non valeant ſine
ipſius auctoritate, & aſſenſu Opera Pia in aliis Ec-
32 cleſiis explere. Quandoquidem Beneficiati Eccleſiæ
Monaſteriali mancipati licèt exiſtant, tamen etiamſi
Eccleſia exempta dici valeret, adhuc tamen Epiſcopo
remanent ſubjecti. *Pignattell. Conſult. Canon. 189. nu-*
mer. 48. num. 9. atque ipſi ſolùm reſervata eſt poteſtas
Juriſdictionem exercendi ſuper Clericos, & Presbyte-
ros ſuæ Diœceſis, ſuper quibus habet ſundatam inten-
tionem illos Legibus, & Edictis alligandi: hæc ta-
men poteſtas reſidere non valet in Abbate, & Eccle-
33 ſiæ Rectore, ſeu Parocho, niſi doceat ſe conſtitutum
in ſtatu Prælati inferioris cum Juriſdictione Ordinaria
in Clerum, & Populum Secularem, & quòd eadem
ſublata ſuerit ab Epiſcopo. *Rot. in Leodien. Juriſdictio-*
nis prima Aprilis 1698. §. Ulteriùs, coram Reverendiſſ. D.
meo Molines Decano, & 4. Februarii 1699. coram R. P. D.
meo Priolo: in Firmana Juriſdictionis ſuper reſervatis 15.
Aprilis 1701. §. Subnixa, juncto §. Et licèt, coram Re-
verendiſſ. D. meo Molines Decano, & in Capuaq. Juriſdi-
ctionis ſuper bono Jure 4. Maii 1707. §. Et licèt, coram
R. P. D. Caſſarello.

Præcipuè, quia ex Sententia lata per Vicarium Ge-
neralem Gerunden. uſque de anno 1626. pronuncia-
tum habetur, Abbatem nulla potiri Juriſdictione in
Beneficiatos adſcriptos ſervitio Eccleſiæ S. Felicis, ſed
pleno jure illos Ordinarii Gerunden. Juriſdictioni eſſe
ſubjectos, ut notatum ſuit in ſæpè laudata *Deciſione R.*
P. D. mei Scotti, quæ revidetur, *§. Reſiſtente*, ex qua
quidem Sententia, emanata in Cauſa Status, ac in ju-
dicatum tranſacta, omnis adempta ſuit dubietas, cum
illa pro veritate haberi debeat, præſertim cum aban- 34
tiquitate robur accipiat, *l. res judic. ff. de reg. Jur. Rot.*
in Arianen. Archipresbyteratus 22. Junii 1708. §. Jaſpa-
tronatus juncto §. ſeqq. cor. R. P. D. *meo Scotto.*

Neque Beneficiatis obeſſe valet noviter adducta Con-
cordia ſtipulata de anno 1571. ac per B. Pium V. con-
firmata, in qua conventum ſuit, ut Beneficiati Paro-
chialis Eccleſiæ S. Felicis non poſſent in aliqua Ec-
cleſia, vel Capella Oppidi de Guixols, quæ eſſet ſu-
bjecta, vel dependens à Monaſterio Abbatis, Offi-
cia, nec Miſſas Cantatas celebrare ſine licentia Ab-
batis, aut Præſidentis Monaſterii: Dicta ſiquidem
Concordia ipſo jure nulla convincitur; ſtipulata enim
apparet cum duobus tantùm Beneficiatis, ac per al-
terum ſucceſſivè ratificata, quando ex ejuſdem Con-
cordiæ lectura conſtat, Beneficiatos in Eccleſia reſiden-
tes ſuiſſe numero ſeptem, & ſic cum Concordia præ-
ſata expleta ſuerit à Beneficiatis, nec Capitulariter
congregatis, nec ab eorum majori parte, nunquam af-
ficere valet Corpus ipſum Univerſitatis Beneficiato-
rum, cum ad dictum effectum Univerſitatis convoca- 35
tio eſſet neceſsaria, & quòd in tranſactione ſaltem ma-
jor pars Beneficiatorum intereſſet, ut docet *Gonzal.*
Tellez in cap. 1. num. 5. in fine, de his, quæ fiunt à ma-
iori parte Capituli. Felin. in capit. cum omnes, num. 24.
& 28. de conſtit. Franceſ. de Eccleſiis Cathedralibus ca-
pit. 8. num. 353. & 354. Rot. dec. 887. num. 9. coram
Merlin. & dec. 731. num. 16. cor. Dunoz. Jun. & in rec.
dec. 132. num. 7. part. 5. aliter enim tranſactio enarra-
ta ab aliquibus tantùm de Univerſitate Beneficiato-
rum, etiamſi iſti eſsent plures, adhuc ſtipulata cenſe-
tur ab eis nomine proprio, & jure ſingulari, atque pro-
ptcrea nonniſi ipſos tranſigentes poteſt afficere, non 36
autem alios, qui actui prædicto non interfuerunt, qui-
ve ab aliorum ſtipulatione obligari minimè poſsunt,
Faber in leg. lib. 7. tit. 33. definit. 3. Urceol. de Tranſact. q.
32. num. 3. Tancredin. conſ. 3. num. 7. & 9. tom. 1. Con-
ciol. ad Stat. Eugub. lib. 1. rubr. 31. num. 4. Card. de Luc.
de Decimis diſc. 3. num. 6. & 7.

Verùm quoque cum ageretur de adimenda Benefi-
ciaris libera facultate celebrandi Anniverſaria, & Miſ-
ſarum onera adimplendi in illis Eccleſiis, ubi eadem
à Fundatoribus fuiſsent ſundata, illorumque emolu-
menta adminiſtrandi; cum res eſset de actu merè vo- 37
luntario, & tangente privatum ſingulorum Beneficia-
torum intereſse, ad ejus validitatem requirebatur con-
ſenſus omnium de dicta Univerſitate, ſeu Collegio,
nec ſatis erat majoris partis conſenſus, quacunque am-
pliori forma ille emiſsus eſse potuerit. *Gloſſ. in cap. cum*
omnes, in V. conſtit. de Conſtit. Antonell. de Regim. Eccleſ.
lib. 4. cap. ultimo §. Primò, ſub num. 9. Urceol. de Tranſact.
dicta quæſt. 32. numer. 25. Card. de Luc. de Decimis d. diſc.
3. num. 9. & ſeqq. Solorz. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 26. n.
96. Rot. dec. 450. n. 13. cor. Cerr. & in rec. dec. 139. n. 1.
p. 14. & dec. 224. n. 25. & ſeqq. p. 16. & in Caſtellana Va-
liditatis Concordiæ, ſeu Bipartitæ 12. Januarii 1705. §. Si-
cut etiam, cor. Rever. D. meo Molines Decano.

Abſque eo quòd ad Concordiæ nullitatem ſanandam
poſſit in aliquo prodeſse Confirmatio Apoſtolica eidem
ſuperaddita, quia cum omnes Beneficiati eorum con- 38
ſenſum non dederint, ut ſupra ſuit probatum, ſine
quo non datur Concordia *leg. 1. ff. de pactis*, utique om-
ninò deficit ſubjectum, ſuper quo Pontificis Confirma-
tio poſset cadere, & proindè deficiente Cauſa motiva
Confirmationis, dicitur deficere in Papa voluntas con- 39
firmandi, & ſic talis Confirmatio evanita, & nullius
roboris remanet, ut pluribus cumulatis dictum ſuit in
Caſtellana Aperitionis oris 19. Novembris 1703. §. Proce-
dentes, & in eadem Caſtellana Validitatis Concordiæ, ſeu
Bipartitæ 12. Januarii 1705. §. Poſito baìleani, & §. Et
hac ſubreptionum capita coram Reverendiſſ. D. meo Mo-
lines Decano.

Poſi-

Poſita autem Concordiæ nullitate, ac ſucceſſivæ illius Confirmationis, opponi non poteſt ejus ſubſecuta approbatio, facta à nonnullis Beneficiatis pro tempore, prævio etiam ipſorum juramento; nam ſicuti ab initio Concordia expleri non potuerat à Particularibus tantùm Beneficiatis, ſed univerſalis omnium conſenſus ad ſui eſſentiam requirebatur, ſubſecutæ utique approbationes, non ab omnibus univerſaliter emanatæ, Univerſitatem obligare non valebant, ſed ad ſummum ipſos obligatos potuerunt arctare, ſignanter quia approbatio emanata cenſetur ſub præſuppoſito validi-
40 tatis originariæ Concordiæ, qua corruente, corruit etiam ſubſecuta approbatio, ac juramentum, quod non debet eſſe vinculum iniquitatis, ut proſequitur *Rot. in d. Caſtellana Aperitionis oris §. Non relevante, & in altera Validitatis Concordiæ, & Bipartitæ §. Nec obſtat, cor. Reverendiſſ. D. meo Molines Decano.*

Sed in univerſum ceſſat Concordiæ obſtaculum, nam data etiam ipſius validitate, non exindè tamen ſequi poſſet, quòd per eam Beneficiati præpediti eſſent Anniverſaria celebrare, ac Miſſarum Sacrificia offerre in Eccleſia S. Joannis, cum Concordia ad eam non ſe extendat, dum in eadem ſolummodo interdictum reperitur Beneficiatis ſimilia Pia Opera exercere in Eccleſiis, & Capellis ſubjectis ipſi Eccleſiæ S. Felicis: Cum autem ſupra probatum extiterit, Eccleſiam S. Joannis neutiquam eſſe illi ſubjectam, ſub prohibitione propterea venire non poteſt, itaut licitè non valeant ſine dictæ Concordiæ violatione Anniverſaria, & Miſſas per dictos Beneficiatus celebrare in ſæpedicta Eccleſia S. Joannis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. PIO.

Gerunden. Officiorum.

Lunæ 7. Decembris 1699.

ARGUMENTUM.

Parochus prætendere non poteſt, quòd, quando corpora ſuorum Parochianorum in aliena Eccleſia tumulantur, poſt ibi peractas exequias, funebre Officium iterum in Eccleſia Parochiali celebretur.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio concedenda non eſt habenti contra ſe rem judicatam.*

2 *Humatis extra Parochialem Eccleſiam defunctorum Cadaveribus, Parocho Quarta funeralis debetur.*

3 *Sed non poteſt hæredem obſtringere, ut Officium funebre in Eccleſia Parochiali iteretur, prout in Eccleſia, in qua Cadaver tumulatum fuit.*

4 *Sacris Canonibus repugnat, quòd Fidelibus adimatur libera facultas eligendi Sepulturam.*

5 *Partitæ, extractæ ex privatis Libris, pendente Judicio, ac Parte non citata, non probant.*

6 *Conſuetudo in uno caſu probata, ad alium non extenditur.*

7 *Manutentio nonniſi ad limites poſſeſſionis concedi debet.*

8 *Et non competit ex actibus merè facultativis.*

9 *Synodalis Conſtitutio, à Jure Communi exorbitans, non eſt attendenda, niſi confirmatio Apoſtolica acceſſerit.*

DECISIO X.

Tumulatis in Monumento Majorum, ſito in Eccleſia Parochiali Loci de Olla Cadaveribus Urſulæ matris, Franciſci filii, ac Salvatoris nepotis Joſephi de Macb; Sacriſta, ac Beneficiati Parochialis Eccleſiæ S. Ginneſii Oppidi Turricellæ, intra cujus fines extat dicti Joſephi Domus, in qua præfati Urſula, Franciſcus ac Salvator mortem obierunt, Judicium inſtruxerunt coram altero ex Vicariis Epiſcopatus Gerunden. adverſus dictum Joſephum, prætendentes in eorum Parochiali Eccleſia funebre Officium eodem fermè modo, ac pompa, qua in memorata Eccleſia Loci de Olla omnia Exequiarum Juſta jam fuerant perſoluta, iterum eſſe celebrandum. Verùm comperta per Officialem ſupradictum actionis inſubſiſtentia, Joſeph per ſententiam ab impetitis abſolutus fuit, quæ, ob non interpoſitam ex parte Reorum appellationem, in rei judicatæ auctoritatem tranſitum fecit, ut idemmet Judex per ſeparatum Decretum deinceps declaravit. Sed adhuc non acquieſcentibus Sacriſta, ac Beneficiatis, Cauſam ad noſtrum Tribunal committi curarunt: Quapropter cum hodie dubium *An ſit danda manutentio*, jamdiù ſubſcriptum, propoſuerim, prodiit Reſcriptum, Manutentionem non eſſe dandam.

Fundabatur reſolutionis ratio in eo, quòd ſcilicet concedi non debet manutentio contra habentem pro ſe
rem judicatam, cum tunc petitorium dicatur abſorbe- 1
re poſſeſſorium, ut tradunt *Menoch. de Retinen. poſſeſſ. remed. 3. num. 685. Poſth. de Manut. obſerv. 66. num. 5. & obſerv. 108. n. 58. Rot. dec. 167. num. 3. part. 55. & dec. 365. n. 9. p. 19.*

Quæ quidem receptiſſima concluſio potiori jure obtinere debet in præſenti caſu, ex quo conſtat de juſtitia Sententiæ à dicto Vicario prolatæ: ſiquidem cum
ex Canonici Juris cenſura, humatis extra Parochia- 2
lem Eccleſiam Defunctorum Cadaveribus, Parocho Quarta Funeralis debeatur, ut habetur ex *capit. certificar. 9. de ſepultur. & ex Clementin. dudum §. Verum, eodem titulo, Rot. coram Coccino dec. 2089. num. 8. & 24.* latè in *Romana Funeralium 15. Junii præteriti §. Hujuſmodi, & §. Sequenti, coram Reverendiſſ. D. meo Decano,* fit indè, quòd cum præter dictam Canonicam portionem nil aliud Parochialis Eccleſia ab hæredibus Defunctorum conſequi valeat, neqaeat propterea illos obſtringere, ut celebrari faciant Officia Novennalia, prout in Eccleſia, in qua ſepulta fuerunt Cadavera,
celebrata fuerunt, ſicuti in ſpecie firmant *Rodriquez* 3
Quæſt. Regular. q. 58. art. 3. Bordon. Var. Reſol. reſol. 51. de Sepultur. num. 29. 39. & 217. Tondut. Reſol. Beneſ. tom. 1. reſol. 63. n. 27. Barboſ. in Summa Apoſtolic. Dec. collect. 558. num. 55. Romaguer. ad Conſtit. Synodal. Gerundæ lib. 3. & 9. cap. 3. num. 23. verſ. Et tunc Parochi & reſpondit *Rota in Elven. Jurium Parochialium poſt Tambur. de Jur. Abbat. dec. 85. n. 1. & 2. & in rec. dec. 473. num. 3. part. 3. rec.* & optimè quidem ſuadente ratione, nam ſi ob
reiterata Officia duplex onus hæredes ſubire cogeren- 4
tur, profectò ei indirectè libera facultas eligendi ſepulturam tolleretur, quod apertè Sac. Canonum Sanctionibus repugnat, ut ponderant *Bonifac. Vitalin. in Clementin. dudum, nu. 48. Ancaran. ibidem n. 28. Oldrad. conſ. 225. n. 10. cum ſequentl.* benè *Rota d. dec. 85. n. 5. §. Et cum hæc, poſt Tamburin. de Jur. Abbat.*

Et fruſtra ad obumbrandam præfati Judicati Juſtitiam recurrebatur ad prætenſam Conſuetudinem celebrandi Novennalia in Eccleſiis Parochialibus, etiamſi Funeralia facta fuerint, in Eccleſiis, in quibus humè condita fuerunt Cadavera: quoniam ſuper partitis Defunctorum, ad hunc effectum ex parte Actorum adductis, nullum viſum eſt poſſe conſtitui fundamentum ad evincendam aſſertam conſuetudinem, nedum quia cum extractæ fuerint ex propriis eorundem Beneficiatorum Libris pendente lite, ac parte minimè citata, nullam in Judicio fidem ſibi vindicant. *Rot. dec. 318. n. 4. p. 2. & dec. 273. n. 6. p. 19. rec.* & alibi paſſim.

Verùm etiam quia iiſdem partitis diligenter examinatis, liquidò DD. conſtitit, majorem illarum partem reſpicere Officia facta pro Defunctis, quorum Cadavera ſepulta fuerunt in Eccleſia Sancti Auguſtini dicti Oppidi Turricellæ, cum qua Parochi habent ſpecialem Concordiam eiſdem tribuendi Jus, ac facultatem celebrandi in hoc caſu Novennalia in Eccleſia Parochiali, de qua *Summ. Joſephi num. 7.* proindeque actus iſti, qui virtute memoratæ tranſactionis expleti fuerunt, fruſtra adducuntur ad operandam Conſuetudinem in longè diverſo caſu, nimirum tumulationis factæ in Eccleſia ſeparata ab illa S. Auguſtini, cum qua nulla interceſſit tranſactio, regulare enim eſt, quòd Conſuetudo in uno caſu probata, extendi nequeat ad alium, cum tantum dicatur habere de potentia, quantum de actu. *Rota deciſ. 355. n. 5. & 6. p. 14. cum aliis in Hiſpalen. Juris ſedendi in Synodo 21. Junii 1697. §. Prout nec etiam, coram R. P. D. meo Muto,* & in his terminis *d. dec. 473. n. 2. verſ. ultra quòd, p. 3. recen.*

Aliæ verò partitæ concernunt celebrationem Funeralium factorum in Eccleſia Parochiali, antequam Cadavera delata fuerint ad Eccleſiam, ubi fuit electa ſepultura, & ſic pariter in caſu diverſo, atque idcirco inefficaces redduntur pro obtioenda manuten-
7 tione in caſu præſenti, cum eadem nonniſi ad limites poſſeſſionis concedi debeat, *Poſth. de Manut. obſer.* 73. *n.* 2. *Rota coram Greg. dec.* 569. *n.* 1. *& in rec. dec.* 241. *n.* 18. *p.* 19.

Reliquæ demùm, quæ modicæ ſunt, licèt videantur percutere præſentem caſum, ſuper quo vertitur quæſtio, nihilominus non officiunt, nam cum celebratio Novennalium, facta in Eccleſia Parochiali, provenire potuerit ex libera hæredum voluntate, utique ex his actibus nullibi probata coactione, prætendi nequit manutentio, quæ non competit ex actibus me-
8 rè facultativis, in quibus non conſideratur poſſeſſio, ex plenè congeſtis per *Poſth. de Manut. ubi ſupra obſer.* 53. *numer.* 2. *Menoch. conſ.* 201. *numer.* 63. *& ſeq. Card. de Luca de Servitut. diſc.* 13. *num.* 2. & in ſpecie dixit *Rota ſæpè laudata dec.* 473. *num.* 1. *verſ. Vel quia, part.* 3. *recent.*

Poſito igitur quòd ex prædictis partitis comprobari nequeat conſuetudo, percutiens individualem caſum, de quo agitur, minus relevare viſa fuit Taxa, ſeu Conſtitutio Synodalis anni 1660. impreſſa penès *Romaguer. ad Conſtitutiones Gerundæ lib.* 3. *tit.* 17. *cap.* 18. qua expreſſè decernitur, quòd in caſu tumulationis Cadaverum extra Parochiam celebrari debeat in Parochia Officium cum eadem ſolemnitate, cum qua facta fuit ſepultura in Eccleſia, in qua ſepultum fuit Corpos: quoniam dicta Synodi Conſtitutio, utpote evidenter à Juris Communis diſpoſitione exorbitans, juxta quam ultra Quartam, nil aliud, ut ſupra firmatum eſt, Pa-
9 rocho debetur, attendenda non venit, nec de ea eſt habenda ratio ex defectu poteſtatis, niſi exhibeatur Apoſtolica confirmatio, ut in individuo reſpondit *Rot. dec.* 272. *n.* 3. *verſ. nec relevat. p.* 8. *rec.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Giennen. Juris Mutandi.

Lunæ 21. *Februarii* 1704.

ARGUMENTUM.

Jus mutandi Canonicos, Dignitates, alioſque Præbendatos ab Eccleſia Giennen. ad illam Baetien. & è converſo, ad Epiſcopum ſpectare firmat præſens Deciſio, titulo ceſſionis, eidem factæ à Capitulo de anno 1530. eaque à nullitatis vitio, per Capitulum oppoſitæ, vindicatur.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies narratur.*
2 *Meliorem titulum, quem habet, præſumitur quis produxiſſe.*
3 *Ubi agitur de præjudicio Capitularium, ad actus validitatem requiritur omnium convocatio, & conſenſus.*
4 *Multoque magis, ſi adſit aliquorum contradictio.*
5 *Quando enunciativæ, à Prædeceſſoribus emiſſæ, aliique ſimiles actus, poſſint Succeſſoribus præjudicare.*
6 *Diſtingue concluſionem, ſub* num. 3. & 4. *poſitam, ut habeat locum, quando actus Capitularis tangit intereſſe plurium, non ut Collegiatorum, ſed tanquam ſingulorum.*
7 *Secus verò, ſi actus pertineat ad Collegium, & ſit faciendus ad evitandas controverſias.*
8 *Vicarius Generalis in iis, quæ reſpiciunt commodum, & intereſſe Epiſcopi, votum non habet in Capitulo, nec in illo ſtare poteſt.*
9 *Non ſic ante Declarationes* Sacr. Congregationis Concilii, *niſi probaretur particularis conſuetudo Eccleſiæ.*
10 *Jus, quod Capitulum vigore Statuti potuit ſibi reſervare, poteſt etiam illud cedere abſque Beneplacito Apoſtolico.*
15 *Actus geſtus ſuper Jure non competente non requirit Beneplacitum Apoſtolicum.*

DECISIO XI.

PReſſio paganorum, quæ dextera Domini facienre virtutem, in partibus Hiſpaniæ feliciter conſumata remanſit, de anno 1227. pervenerat uſque ad Civitatem Baetien. quam ſan. mem. Gregorius IX. erexit in Cathedralem, Sed poſtmodùm ea ulteriùs progrediente, Eccleſia Giennen. de anno 1249. ab In-
nocentio IV. eodem titulo fuit decorata, ad eandem 1
transferendo Epiſcopum, & Capitulum, cum hoc tamen (ſunt verba Brevis) quòd Epiſcopus auctoritate noſtra in Baetien. Eccleſia manere faciat ſex, aut octo Canonicos, qui perpetuò Divinis ibidem vacent obſequiis &c.

Hæc adeò pia diſpoſitio tractu temporis acerimam litem excitavit inter Epiſcopum, & Capitulum ſuper competentia talis Juris Mutandi, quæ poſtea tribus ſententiis Rotalibus, favore Epiſcopi finem habuit: Et quia res judicata duo continebat, nempè Jus Mutandi, & liberè ſine conſenſu Decani, Canonicorum, & Capituli, ad excotiendum tale jugum omnem lapidem movit Capitulum; Et primò curavit modificationem prædictæ liberæ facultatis, quàm tamen obtinere non potuit propter obſtaculum rei judicatæ, ut videre eſt in *dec. R. P. D. mei Anſaldi ſub die* 20. *Februarii* 1699. Secundò impetravit à Signatura Juſtitiæ Commiſſionem de Cauſis reſtitutionis in integrum à toto negotio principali, ſed & hoc fruſtra, quia ob non integram tranſportationem actorum demonſtrare non poterat injuſtitiam Sententiarum, ſine qua nunquam conceditur reſtitutio, ut firmatum legitur in *dec. R. P. D. mei Muti* 28. *Aprilis* 1700. à qua ſententia iterum per Signaturam directa mihi fuit ſecunda Commiſſio -- *De Cauſis*; In quo, ſummo labore Capitulum recognoſcere, & tranſcribere fecit Antiqua Acta Sententiarum per unum ex Notariis *Sac. Rotæ*: Sed nihilominùs propoſito per Me dubio unam altero per *R. P. D. meum Lancettam* reſpiciente judicatum *R. P. D. mei Anſaldi*, ex rationibus infra dicendis Domini reſponderunt: *Non conſtare de Cauſis*.

Fundamenta præcedentium reſolutionum duo fuerunt, defectus nempè tranſportationis Actorum, & juſtitia Sententiarum ex præſumpta aſſiſtentia Juris, & Innocentiana Conſtitutione. Et quo ad primum, attentis diligentiis per Capitulum factis, & Atteſtatione Notarii aſſerentis -- *Sicchè il preſente Regiſtro viene ad eſſer nel modo ſuddetto, nel tutto, e particolarmente negli Atti neceſſarj intiero &c. Summario ſuper dicta Tranſportatione numer.* 1. Domini crediderunt, vel huic objecto per hanc Atteſtationem jam ſatisfactum fuiſſe, vel hodie minimè neceſſarium aſſumere hanc quæſtionem. Debilitatum quoque remanſit ſecundum, nam aſſiſtentia Juris aſſumpta fuit illativè propter obſcuritatem, in qua reperiebatur Cauſa ob defectum Actorum, dum ratio reſolutionis erat potiùs indaganda, quam examinanda, prout etiam demonſtrat *allegat. cap. quæſitum, de rer. permutat.* in quo materiam eſt longè diverſa à caſu noſtro, necnon Conſtitutio Innocentiana, quæ tantùm mandat, ut Epiſcopus manere faciat ſex, aut octo Canonicos, quod eſt quid diverſum à Jure Mutandi, & ſufficit, quod non veniat in neceſſariam conſequentiam.

Et hoc tantò magis Domini dixerunt, quanto ex moderna Actorum tranſportatione reſultat de alia claro titulo, nempè de ceſſione facta à Capitulo de anno 1530. favore Epiſcopi de Mendozza, & ſucceſſorum, data in *Summario num.* 7. Quando igitur habemus titulum certum, ſuperfluum eſt recurrere ad illationes, & argumenta, nam etiamſi Jus Mutandi eſſet radicatum in Capitulo, vigore prætenſi Statuti anni 1476. una cum mutationibus indè ſecutis, & per Capitulum exhibitis uſque ad tempus factæ ceſſionis, nec contrarium dici poſſet allegatæ Conſtitutioni Innocentianæ, adhuc tale jus, uti ceſſum, ſpectaret ad Epiſcopum, & illo legitimè uti poſſet, maximè attenta re judicata, & obſervantia ab indè citra per duo ferè ſecula pleniſſimè comprobata; Cum ad inducendam illius injuſtitiam concludentiſſimæ requirantur probationes.

Sed

Sed ulteriùs hodie etiam apparet, talem fuiſſe ſenſum antiquarum reſolutionum, quia ex duabus deciſionibus noviter repertis apud *Put. in* 283. *& in* 295. *lib.* 3. emanatis *coram Suavio Reomano*, colligitur controverſam fuiſſe à Capitulo validitatem dictæ ceſſionis. Firmant enim dictæ Deciſiones, quòd Capitulum convocatum ab habente facultatem, etſi non conveniunt duæ partes Capitularinm, tamen potentia Capitularis manet in illis, qui veniunt, & geſta per illos valent, tanquam geſta à Capitulo, & dum in hoc motivo principaliter ſe fundavit *Sac. Rota*, ſupponendum
a eſt, talem titulum ceſſionis, tanquam meliorem, uſque tunc fuiſſe amplexum, juxta dictum *Innocent. in cap. dudum, de decim. Rota coram Put. dec.* 239. *num.* 5. *lib.* 3. *in Corr. Gregor. dec.* 467. *num.* 7. *& in rec. dec.* 29. *num.* 36. *cum ſeq. part.* 6. *& dec.* 218. *num.* 1. *part.* 7. *& in Jaaaea. Abbatiæ* 10. *Martii* 1692. *§. Cæterùm*, *cor. Reverendiſs. Burgen. &* 15. *Junii* 1693. *§. Comprobata en bis*, *coram R. P. D. meo Caprara*.

Agnoſcentes Defenſores Capituli vim iſtius objecti, omni conatu iterum ſe converterunt ad oppugnandam illius validitatem, & primò oppoſuerunt, quòd facta fuit à nonnullis Capitularibus Giennæ, non convocatis illis Baetiæ reſidentibus, & cum binc indè admittatur dictas Eccleſias, quamvis materialiter duas, formaliter tamen conſtituere unam tantùm Cathedralem, & Capitulares, etſi diviſos, unum tantùm Capitulum, debebant omnes convocari, & illorum prætermiſſio nullitatem actus importat: Quia ultra quòd eſt de jure, agebatur etiam, de maximo intereſſe Eccleſiæ, & uniuſcujuſque Capitularis in ſpecie; talis enim ceſſio imponebat in unoquoque eorum intolerabilem ſervitutem, ſeſe ſubmittendo arbitrio Epiſcopi, quòd quamvis ſemper rationabile ſupponendum ſit, attamen negari non poteſt, quòd, ſubſiſtente tali ceſſione, non ſit in poteſtate Epiſcopi hodie tranſmittendi ad Baetien. quem voluerit, & illum cras revocandi, incertam ſemper reddendo illius permanentiam, obligando potiùs eundem ad peregrinandum, quàm ad reſidendum, & propterea ſtante hoc præjudicio, ut actus ceſſionis eſſet validus, erat omninò neceſſaria omnium
3 Capitularium convocatio, ut omiſſis generalibus, in terminis Capituli duarum Eccleſiarum unitarum firmant *gloſ. in can. temporis qualitas* 16. *quæſt.* 1. *in V. unire*, *& Petrus de Union. Eccleſ. cap.* 1. *num.* 4. *inter Tractatus Magnos tom.* 15. *part.* 1. *fol.* 235. *Tarricell. eodem tract. cap.* 3. *num.* 6. *& Rot. in rec. dec.* 37. *num.* 4. *part.* 50. & ſignanter hujuſmodi Capituli *Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap.* 8. *num.* 142.

Subdebant etiam, quòd hodie apparebat inſubſiſtens fundamentum allegatarum Deciſionum. Nam dato etiam quòd potentia Capitularis maneat in illis, qui veniunt ad Capitulum, hoc procedit, quando omnes ſunt vocati, & certiorati de materia proponenda in Capitulo; quia tunc ſupponitur, quòd abſentes ſe remiſſivè habeant ad reſolutionem capiendam, at in præſenti non ſolùm conſtat non fuiſſe vocatos, neque tempus adfuiſſe pro intimatione illis facienda, ſed quod magis eſt, contra dictam nullitatem expreſſè proteſtatus fuit Decanus, cum nonnullis aliis, qua de Cauſa etiam ſe abſentarunt à Capitulo, ideoque cum hoc Jus Mutandi in omnes ſingulariter influeret, ſtante hac
4 contradictione, tanto magis requirebatur omnium convocatio, ac etiam conſenſus. *Bim. conſ.* 584. *num.* 27. *Bellon. Jun. conſ.* 32. *num.* 4. *Barboſ. in cap. cum omnes*, *num.* 6. *de conſtit. Tranched. conſult.* 3. *num.* 9. *cum ſeqq. & Rot. coram Cerro dec.* 473. *num.* 7.

Quamvis pro parte Epiſcopi diceretur, talem actum non poſſe appellari veram ceſſionem, ex quo controverſum Jus Mutandi pertinebat ad Epiſcopum, vel ab immemorabili, vel ſaltem vigore allegatæ Innocentianæ Conſtitutionis, & aſſiſtentiæ Juris; undè potiùs accipiendus eſſet pro declaratione, ſeu reſtitutione illius juris, quod Epiſcopo inerat, & uſurpatum fuit à Capitulo, cum ſuppoſito ejuſdem Statuti anni 1476. ac de tempore Sedis vacan. & abſentiæ Epiſcoporum; attamen DD. illum habuerunt pro vera ceſſione, quia Vicarius Epiſcopi de eo tempore inſtetit, ut à Capitulo tale jus cederetur Epiſcopo; verba Inſtrumenti ſonant in ceſſionem; Canonicus Theſaurarius, qui fuit unus ex cedentibus, in actu ceſſionis tale votum protulit — *Ch' era di voto, e parere, che il Capitolo di queſta Santa Chieſa rinunciaſſe li Statuti, e preeminenza di aſſegnare, e mutare le Dignità, e Canonici &c. Summario num.* 7. & Teſtes examinati pro parte Epiſcopi deponunt de immemorabili favore Capituli ante ceſſionem, & ex poſt favore Epiſcopi: Et quamvis tales enunciativæ, & diſpoſitiones non poſſent ſucceſſoribus præju- 5
dicare, tamen cum productæ fuerint pro parte Epiſcopi, & iſtarum vigore reportata fuerit res judicata, quæ hodie allegatur ad fundandam propriam intentionem, veniunt attendendæ, maximè quia ſupra DD. habuerunt pro valdè turbida aſſiſtentiam Juris, & Conſtitutionem Innocentianam. *Cravett. conſ.* 201. *num.* 5. *Rot. cor. Gregor. dec.* 215. *num.* 9. *& in rec. dec.* 429. *numer.* 24. *p.* 19. *& in Carpen. Matrimonii* 28. *Aprilis* 1701. *§. Et quamvis*, *coram Me*.

Non tamen admiſerunt allegatam nullitatem, procedendo primò cum ſatis vulgata diſtinctione, quòd ſcilicèt, aut actus Capitularis tangit intereſſe plurium, non ut Collegiatorum, ſed tanquam ſingulorum, & in 6
tali caſu omnes in eo conſentire tenentur, etiamſi Capitulo non interveniant, & conſenſus illorum, qui præſentes fuerunt, abſentibus præjudicare nequit, ut ex *Text. in cap. cum omnes*, *de conſtit. & ibi gloſſ. in V. conſtitutum*, & ſequitur *Laverius Var. Elucubr. tit.* 4. *capit.* 17. *num.* 13. *Mamic. dec.* 388. *num.* 4. Aut agitur de actu ad Collegium pertinente, & faciendo, ut erat dimiſſio iſta Juris Mutandi ad evitandas controverſias, & in hoc caſu Capitulum dicitur legitimè convocatum, 7
mediante conſueto modo per ſonum campanæ, & actus in eo expletus ſubſtinetur, licèt nonnulli ex Capitularibus defecerint, cum attendi debeat id, quòd major pars fecit, ut proſequitur *allegata Gloſ. in d. V. conſtitutam*; Et hanc *gloſam* amplexa eſt *Rota* in allegatis Deciſionibus, quæ rem judicatam præceſſerunt, illam applicando caſui, de quo agitur, ut videre eſt apud *Puteum deciſ.* 283. *&* 295. *lib.* 3. & concordat *Redoan. de Reb. Eccleſ. non alien. fol. mihi* 164. *num.* 51. *cum ſeqq.* & hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, firmat *Felin. in capit. cum omnes*, *num.* 14. *in fin. & num.* 22. *de conſtitut.* Quapropter ſupponendum eſt, omnia etiam alia requiſita de eo tempore juſtificata remanſiſse, concurrente adeo longæva obſervantia, & ſubſecuta ratificatione Capitularium Beatiæ commorantium, quia ſtatim duo petierunt ab Epiſcopo propriam commutationem, & illam obtinuerunt.

Cum tale Jus mutandi certè adſit in hac Eccleſia etiam ad ſenſum Capituli, & ſolùm incertum ſit an competat Epiſcopo, ſive ex jure proprio, ſive jure ceſſo, vel Capitulo, hanc incertitudinem ſubſtulit res judicata, & obſervantia, quia etiam magis congruum eſt, quòd tale jus præeminentiale reſideat in Epiſcopo, tanquam Capite, in quo cum non agatur de proprio intereſse, ſupponenda eſt minor affectio, & quòd ſolùm præ oculis teneat ſervitium Dei, & Eccleſiæ, & maximè quia in tanto temporis ſpatio nullum allegatur abſurdum.

Alia verò nullitas allegata per Capitulum conſiſtit in eo, quòd inter octo, ſive novem, qui huic ceſſioni conſenſerunt, adfuit Vicarius Generalis Chriſtophorus de Arquellada, qui in his, quæ reſpiciunt com- 8
modum, & intereſſe Epiſcopi, votum non habet in Capitulo, neque in illo ſtare poterat, ut firmavit *Rot. in Hiſpalen. Juris votandi* 4. *Februarii* 1697. *coram R. P. D. meo Caprara*.

Sed facilis fuit reſponſio, nam de tali nullitate nihil tunc temporis fuit oppoſitum, & jure meritò, quia vel dictus de Arquellada non erat de eo tempore Vicarius Generalis, cum tantùm doceatur, hoc munus exercuiſſe ſub Cardinali Pacecho de anno 1545. vel cum de jure Familiares Epiſcopi non impediantur votum dare, nec de eo tempore poterant obſervari De- 9
clarationes *S. Congregationis Concilii* longè poſteriores, docendum eſſet, quòd, tunc vigeret talis conſuetudo in Eccleſia Giennen. de qua etiam nunc dubitatur, & pendet hæc ſpecialis controverſia, cum Partes obtinuerint Compulſoriales ab hoc Sacro Tribunali, & ideo firmata *in d. deciſione R. P. D. mei Capraræ*, ultra quòd Cauſa remanet indeciſa, non poſſunt ampliari ad aliam Eccleſiam, in re, quæ pendet à conſuetudine,

eum

Digitized by Google

cum iſta non extendatur de una Eccleſia ad aliam. *Menoch. conſ. 401. num. 5. Rot. coram Seraphin. deciſ. 1159. num. 6. & in rec. dec. 214. num. 20. part. 7. & deciſ. 67. num. 22. part. 8. & dec. 357. num. 51. part. 11.*

Ultima denique nullitas, oppoſita per Capitulum deducebatur ex defectu Beneplaciti Apoſtolici, & eſſet validior cunctis aliis, ſi ſubſiſteret; ſed cum prætendat Capitulum, quòd in erectione primæ Cathedralis à Gregorio IX. data ſit ſacultas condendi Statuta pro ſervitio Eccleſiæ, & quòd de facto vigore hujuſmodi
10 facultatis per particulare Statutum ſibi reſervatum legatur tale Jus Mutandi, ſicut potuerunt illud ſibi reſervare, ita illud cedere etiam potuerunt, cum utrumque proveniat ab eodem principio; ſi verò reſervatio non eſſet attendenda, ut prætenditur pro parte Epiſcopi, quia facta non fuit præſente Epiſcopo, neque de illius conſenſu, ſed solùm cum præſentia Vicarii, & ideò non poſſe vocari Statutum, actus tanquam geſtus ſuper jure non competente non requirebat Bene-
11 placitum Apoſtolicum, quia nihil ceſſum, vel alienatum dici poteſt.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Giennen. Juris Mutandi ſuper Declaratoria.

Veneris 3. Aprilis 1699.

ARGUMENTUM.

Adverſus Canonicos, Dignitates, & Præbendatos Eccleſiæ Giennen. & Baecen. relaxandam fore decernitur Declaratoriam incurſus in cenſuras, ob non paritionem ejus Judicatis, non obſtantibus objectis, in contrarium allatis.

SUMMARIUM.

1 *Contra contumaces mandatis Rotalibus quando locus ſit Declaratoriæ incurſus in Excommunicationem, & Cenſuras.*
2 *Quibus pœnis multentur Canonici, aliique Capitulares non reſidentes.*
3 *Excommunicatione utitur Eccleſia in ſubſidium, deſperatis aliis remediis, contra inobedientes.*
4 *Statutis, concedentibus Canonicis tempus abſentiæ, majus tribus menſibus, derogatum fuit per* Sacr. Conc. Tridentinum.
5 *Tempus abſentiæ, conceſſum Canonicis, intelligi debet diſcretè, dummodo Eccleſia ſufficienti ſervitio non privetur.*
6 *Conſtituto manifeſtè de inobedientia, compeſcendi ſunt contumaces per Cenſuras.*
7 *Qui non ſtetit, non dicitur veniſſe.*
8 *Qui vult antecedens, vult etiam conſequens, ad quod tendit illud antecedens.*
9 *Reſpondetur objecto, de quo ſub* num. 2.
10 *Superiorum præcepta reverenter ſuſcipienda ſunt, præſertim à viris Eccleſiaſticis.*

DECISIO XII.

EOdem tempore, quo Canonici, Dignitates, aliique Præbendati Cathedralis Eccleſiæ Giennen. & Baecen. inſteterant apud Me pro ſubſcriptione Dubii in devolutivo, An liceret Epiſcopo mutare, ſeu transferre eoſdem Canonicos, Dignitates, & Præbendatos ab una ad alteram Eccleſiam abſque expreſſione cauſæ, ex oppoſito inſurrexit Epiſcopus ſub eo fundamento, quòd eludere interim ſatagentibus eiſdem Capitularibus, & Præbendatis quaſi poſſeſſionem ipſius Epiſcopi in liberè murando, ſuffultam uſque à ſeculo prætetito per tres uniformes Sententias noſtri Tribunalis, utì pleniùs conſtar ex Deciſione ſuper eodem devolutivo edita *coram Me ſua die* 20. *Februarii* proximè præteriti, placeret ipſi Tribunali adverſus refractarios, & contumaces in parendo Juſtitiæ, & Mandatis Rotalibus decernere Declaratoriam incurſus in excommunicationem, & Cenſuras; ſed Domini ſolita benignitate, & matutitate procedentes, diſtulere tunc reſolutionem Dubii per Me propoſiti *ſub die 12. Decembris* proximè elapſi, confidentes, quòd deinceps iidem Capitulares, & Præbendati tandem reſipiſcerent, & ſeriò obedirent: Verùm (ut videbatur) indurato corde, ſolùmque ſub coloratis prætextibus producta per eoſdem Capitulares, utì par erat, obedientia, coacti tandem fuerunt ſub hodierna die Mihi demandare, ut relaxarem Declaratoriam, adhuc ſuperabundanter indulgendo, quòd præfigerem terminum unius menſis ad parendum à die intimationis in Partibus faciendæ.

Ratio motiva verſata eſt in clara Juſtitia ex parte Epiſcopi, habentis pro ſe limpidas Executoriales noſtri Auditorii, quibus nec *S. Congregatio Concilii*, nec idem noſtrum Auditorium cenſuit eſſe præpediendum mediante utrobique denegata inhibitione, ideoque cum eædem Executoriales liberam, & abſolutam poteſtatem, & authoritatem mutandi tribuerent Epiſcopo, è converſo autem prædicti Capitulares, & Præbendati ſimularent velle parere, ſed in effectu quatuor Canonici, & unus Portionarius juſſi reſidere in Eccleſia Baecen. potiùs comparuerint, quàm effectivè reſederint, Domini idcirco ſervatis jam ab Epiſcopo terminis aſſuetis, ad finem canonicè deveniendi ad Eccleſiaſticas innodationes, meritò exiſtimarunt, pro obtinenda tandem paritione Contumacium, uti brachio Excommunicationis, ſivæ expetitæ Declaratoriæ, juxta juridicum, & antiquiſſimum ſtylum, quo ſemper *Rota* in hiſce caſibus uſa eſt, teſte *Feliu. in capit. ad probandum, num. 6. de ſent. & re jud. Veſtr. in Prax. lib. 8. cap. ult. nu. 19. Rot. in Palentina Canonicatus ſuper Declaratoria 11. Martii 1697. §. 1. coram R. P. D. meo dell'Olmo, in Alerien. Expenſarum 10. Martii 1698. §. Nam perſonalis, coram* R. P. D. *meo Caprara, & in Urgellen. Servitutum ſuper Declaratoria 12. Januarii proximè præteriti §. Relaxationis namque, coram R. P. D. meo Lancetta.* 1

Nec juvit, ad obtegendam contumaciam prædictorum Capitularium, & Præbendatorum duplex excuſatio, una in facto, altera in Jure: In facto nempè, quòd prædicti quatuor Canonici, & alter Portionarius, effectivè obtemperaverint, accedendo ad Civitatem Baecen. & ſi poſtea remeaverint, id egerint, vel in vim Statuti concedentis ſpatium centum dierum pro abſentia ab utraque Reſidentia, vel quia res non erant ita paratæ, ut poſſent incontinenti lares ſtabilire in Civitate Baecen. ſed illis oporteret pro levamine familiarium indigentiarum ad Patriam, vel ad aliam commodiorem Civitatem Giennen. tantiſper remeare: Et in jure, quòd in omnem caſum Epiſcopus non poſſet inſtare pro Declaratoria, ſeu pœna Cenſurarum, quando eidem ſuppetebat apertum, & undequaque exuberans remedium *Sacri Concilii Tridentini*, decernentis, quòd Canonici, aliique Capitulares, declinantes à Reſidentia, multarentur priùs in jactura medietatis fructuum, ac pertinacia durante in totis fructibus, & tandem in pœna privationis Canonicatus, vel Præbendæ, 2
ſicuti ſancitum legimus in prædicto *Concilio ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12.* maximè verò, dum remedium Excommunicationis, & Declaratoriæ non eſt, niſi telum ſubſidiarium, quo Eccleſia tanquam benigna Mater, 3
quodammodo alio medicamine deſperato, ferit inobedientes, ut dicunt *Sayr. de Cenſur. lib. 1. num. 13. Bellett. Diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de Favor. Cleric. Canon. §. 5. num. 6. & ſeqq. Sperell. dec. 160. ex num. 1. uſque ad 8. Cardin. de Luca in Adnot. ad Concil. Trid. diſc. 43. num. 1.*

Siquidem, in ordine ad factum, Statutum profectò impartiebatur Canonicis, aliiſque reſidere debentibus in Eccleſia Baecen. licentiam, ſeu facultatem abeſſendi per ſpatium centum dierum: Verùm, quicquid foret, an hujuſmodi Statutum ampliùs eſſet allegabile, ex quo per ſuperventam oecumenicam cenſuram *Sacr. Concilii Trident. in d. ſeſſ. 24. cap. 12.* arctiſſimè derogatum legitur talibus Statutis, nec non conſuetudinibus, in quantum prætergrediebantur, & excedebant ſpatium trium menſium, ab eodem Concilio præfinito- 4
tum pro juſta requie jugiter reſidentium, ut ibi -- *non liceat vigore cujaslibet Statuti, aut conſuetudinis &c.* & adnotarunt *Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. num. 196. cum ſeqq. Zipeus conſult. Canon. lib. 3. tit. de Cler. non reſid. conſult. 1. per tot. Antonell. de Loc. Legal. lib. 1. cap. 13. nu. 1.*

Rot.

Digitized by Google

*Rot. in Moguntina Canonicatus 6. Aprilis 1696. §. Nec
ad evitandam, coram bon. mem. Urſino, confirmata, 5.
Julii 1697. §. Quandoquidam, & ſeq. coram R. P. D.
meo dell'Olmo.*

Et quicquid pariter eſſet de prætenſa conſuetudioe,
ob quam cuntendebant Capitulares, etiam obligati re-
ſidere io Eccleſia Baecen. poſſe redire, & accedere ad
Eccleſiam Giennen. atque ibi per modum hoſpitii
permanete per ſpatium 40. dierum, gaudendo interim
omnibus fructibus, & emolumeotis, ac ſi effectivè re-
ſediſſent apud Eccleſiam Baecenſem, dum ex gladio
mox enunciatæ Sanctionis Conciliariis interverſa dici
poterat hæc conſuetudo, ex jam allegatis: Attamen
in hodierna hypotheſi compertum fuit, quòd (ut oſten-
debat Epiſcopus) ob abſentiam quatuor Canonico-
rum, & alterius Portionarii, quos Epiſcopus juſſerat
reſidere pro ſervitio Cathedralis Baecen. de facto non
remanebat pro explendo Divino Cultu, niſi unus dum-
taxat Caoonicus, & tres, vel quatuor ad ſummum Por-
tionarii; quapropter dato millies, quòd poſſent abſtra-
ctivè, & in ſuis caſibus conjungi iſta tempora centum
dierum conceſſorum à Statuto, aliorumque quadragio-
ta in vim coofuetudinis ſub memorato titulo hoſpitii,
hæc tamen omnia debebant intelligi diſcretè, & dum-
5 modo non privaretur Eccleſia ſufficienti ſervitio, ita-
ut remaneret deſerta, quemadmodum in his, immò
ſortioribus termiois, ponderarunt *Garz. de Benef. d.
part. 3. capit. 2. ſub num. 315. Barboſ. de Offic. & Poteſt.
Epiſc. part. 3. alleg. 53. numer. 118. Sanctarell. Var. Re-
ſol. quæſt. 4. num. 28. Ceccoper. Lucubrat. Canonic. lib. 2.
num. 176.*

Tollebae omnem difficultatem ipſum tempus, quod
pater eſt veritatis; Nam Capitulares juſſu ſeſe trao-
ſferre, ac reſidere in Eccleſia Baecen. *ſub die 13. Ju-
lii* anni delapſi reſederunt quidem uſque ad diem 20.
Auguſti ſubſequentis, ſed abindè citra nuſquam am-
plius redierunt, & Eccleſia uſque ad hodiernam diem
extitit viduata ſervitio neceſſario, & opportuno: ſic-
que Tribuoal meritò agnoſceos fieri fraudem legi, ſo-
6 lidè cenſuit deveniendum ad Eccleſiaſticas Cenſuras,
ſicuti palpata in facto inobedientia ſemper conſuevit,
ut præter ſupra adductos *in §. Ratio motiva*, videre eſt
*in dec. 174. num. 3. & 4. coram ſan. mem. Alex. VIII. &
in Toletana Juriſdictionis 29. Aprilis 1682. §. Non paritio
verò, coram bon. mem. Paluccio.*

Nil penitus officiente nugaci illa ſubalterna excuſa-
tione, quòd Executotiales Sacri Auditorii præciperent
tantummodo liberam io Epiſcopo poteſtatem, & ab-
ſolutam in Capitularibus oeceſſitatem hujuſce Muta-
tionis, quidquam autem noo dicerent de obligatione,
7 & ſervitute perſeverandi: Quoniam ſi Jura dicunt,
aliquem non veniſſe, quando non ſtetit, ad *Text. in
cap. Si poſtquam 33. ibique Gloſſ. V. mente, de elect. in 6.
Jaſ. in l. qui ante Kalendas, num. 5. ff. de V. oblig. Caſt.
de Fact. Scient. & Ignor. inſpect. 11. num. 2.* quomodo po-
terat Tribunal ſatisfieti ſimplici, ac colorata obedien-
tia ſeſe transferendi ad Cathedralem Baecenſem, quan-
do effectivè Capitulares venerunt quidem, ſed fermè
8 incontinenti eruperunt, & evaſerunt; qui enim vult
antecedens, vult etiam conſequens, ad quod tendit il-
lud antecedeos, ut eſt de regulari natura quarumcun-
que cauſarum, certum effectum producere debentium,
& quorumcunque mediorum ad certum finem tenden-
tium, juxta *Text. in l. 2. cum ibi communiter not. per DD.
ff. de Juriſdict. omn. Judic. cum concord. per Barb. axiom.
30. num. 1. & 3.*

Demum quoad alteram exceptionem Juris, circa me-
thodum ſacroſanctè præſcripram à *Concilio Tridentino*,
gradatim injungendo fructuum, ac tandem ipſius Be-
neficii, ac Præbendæ privationem, illa penitus agni-
ta eſt aberrare à caſu præſenti; quia quoties Capitu-
lares æquo animo paruiſſent Rotalibus Judicatis, ſi
deinceps Epiſcopus exequendo Concilium adioveniſ-
ſent refractarios, & inobedientes, is utique non pote-
rat devenite ad Cenſuras, ſed teoebatur progredi per
viam Canonicam mulctarum, & privationum, ab ea-
9 dem Trideotina Synodo præfinitarum: At reſpectu Ju-
dicum, noſtrique Auditorii, hujuſcemodi diſcurſus re-
manebant extranei, illud enim non quæſivit, nec quæ-
rit de ordinaria Conciliari reſidentia, quam Sacri Ca-
nones, ipſumque Concilium reliqoit curæ, & vigi-
lantiæ Epiſcoporum, ſed benè quærit de obedientia in
ordine ad Judicatum ſuum, & utitur non ſubſidiario in
his terminis, ſed unico, & neceſſario remedio Excom-
monicationis, juxta ſtylum, & Conſtitutiones Pon-
tificias, quas Nos tenemur exequi tanquam ipſius Pa-
pæ perpetui Capellani. Benè verùm, quòd *Rota* indul-
gens novum terminum unius menſis ad obtemperan-
dum, benignè confidit, & ſperat, à Viris Eccleſiaſti-
cis, & undequaque digois, opportunam reportare obe-
dientiam, ut etiam ſibi ſuadebat *Div. Aug. in lib. Quæſt.* 50
Vet. & Nov. Teſtam. ſub numer. 35. verſ. cum aliqui, &
aliàs in ſimili propoſito dixit *Rot. in Calaritana Juris Vi-
ſitandi 21. Maii 1649. §. fin. coram clar. mem. Card. Cor-
rado, impreſſ. dec. 11. poſt Eſcobar. de Ratiocin. & dec. 48.
poſt Mell. ad Caſtill. de Alim.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. M U T O.

Giennen. Juris Mutandi ſuper reſtitutione in
integrum.

Lunæ 26. Aprilis 1700.

A R G U M E N T U M.

In Judicio Reſtitutionis in integrum adverſus Senten-
tiam, ſeu Sententias, in judicatum traoſactas, ad
quem pertioeat Actorum tranſportatio. Pluribus fun-
damentis probatur, Jus Mutandi Caoonicos, Di-
gnitates, alioſque Præbendatos ab Eccleſia Gien-
nen. ab Baecen. & è converſo, ad Epiſcopum ſpe-
ctare; & teſpondetur contrariis.

S U M M A R I U M.

1 *Sine læſione non datur Reſtitutio in integrum adver-
ſus ſententiam in judicatum tranſactam*, & nu-
mer. 39.

2 *Maximè ubi petitur, non adverſus unicam ſenten-
tiam, quæ ob negligentiam Procuratoris, intra
debitum tempus non appellantis, vel appellationem
non proſequentis, tranſitum facit in judicatum;
ſed ad effectum infringendi plures Sententias, cum
matura Cauſæ diſcuſſione latas, & jamdiu obſer-
vatas.*

3 *Ex Actis, non integrè tranſportatis, deſumi non poteſt
injuſtitia Sententiæ.*

4 *Ad quem ſpectet Acta tranſportare*, & numer. 5. 7.
8. & 10.

6 *Antiquitas ſententiæ facit, ut etiam Actis non exhibi-
tis plenam conſtituat probationem.*

9 *Quando excuſent, vel non, ab integra Actorum
tranſportatione diligentiæ adhibitæ, pro illis inve-
niendis.*

11 *Negativa tranſportationis Actorum non probatur, niſi
per inſpectionem omnium Librorum.*

12 *Mutatio venit in conſequentiam Reſidentiæ obedien-
tialis.*

13 *Subjecta materia attendenda eſt in Conſtitutionibus Pon-
tificiis.*

14 *Declarantur in caſu, de quo agitur, verba —* perpe-
tuò manere — & perpetuò orare.

15 *Epiſcopo de Jure licitum eſt mutare, & transferre per-
ſonas de uno loco ad alium, etiam invitas.*

16 *Pontifex præſumitur ſe voluiſſe conformare cum Juris
communis diſpoſitione.*

17 *Fit mentio unionis inter Eccleſiam Giennen. & Baecen.*

18 *Ex hac unione influit in Superiorem ius diſtribuendi
ad ſervitium unius, vel alterius Eccleſiæ Canoni-
cos, Dignitates, alioſque Præbendatos, & eos mu-
tandi, & remutandi.*

19 *Canonicus, vel alter Beneficiatus, habens duas Reſi-
dentias, poteſt in una ex eis reſidere, & Reſiden-
tiam mutare, & remutare.*

20 *Confeſſio Partis eſt omnium aliarum ſuperlativa pro-
batio.*

21 *Confeſſio, emiſſa in articulis, adminiculata plenè
probat.*

22 *Licentiæ poſtulatio, obligationem, ſeu præceptum ſup-
ponit.*

23 *Obſer-*

23 *Obſervantia eſt omnium rerum interpres, & magiſtra,* & num. 27.

24 *Facultas aliquid agendi quando conceſſa cenſeatur auctoritate delegata.*

25 *Pluralitas Sententiarum facit præſumere bonum jus illius, ad cujus favorem emanarunt.*

26 *Ob defectum tranſportationis Actorum, præſumitur favore alterius Partis omne id, quod eſt veriſimile, & omne poſſibile pro veritate habetur.*

28 *Spatium centum annorum & ultra, inducit quemcunque meliorem titulum de mundo.*

29 *Obſervantia ex recurſibus, in quibus Pars recurrens ſuccubuit, magiſmagiſque remanet conſtabilita.*

30 *Multò magis ex renunciatione recurſibus factis, & confeſſione boni Juris Collitigantis.*

35 *Non uſus alicujus temporis quando præjudicet habenti facultatem aliquid faciendi.*

32 *Actus geſti à Capitulo, Sede vacante, Dignitati Epiſcopali non præjudicant.*

33 *Ad hoc ut actus contrarius aliquem afficiat, neceſſe eſt, quòd geſtus fuerit illo ſciente, & patiente.*

34 *Clauſula* -- ſine præjudicio Statutorum uſuum, & conſuetudinum -- *præſervat præjudicium in iis, quæ prædictis ſunt contraria.*

35 *A' diverſis non fit illatio.*

36 *In perſona Eccleſiaſtica non præſumitur incuſſio timoris & violentiæ.*

37 *Confeſſio qualificata quando poſſit in parte acceptari, & in parte reprobari,* & num. 38.

DECISIO XIII.

OBtenta per Capitulum, & Canonicos Giennen. à Signatura Juſtitiæ, facultate petendi Reſtitutionem in integrum adverſus *Rotales Sententias bon. mem. Suavii, Accoramboni, & Proſperi de Sanctacruce in Judicatum tranſactas*, quibus uniformiter canonizata fuit Juriſdictio Epiſcoporum mutandi Dignitates, Canonicos, & Beneficiatos ab Eccleſia Giennen. ad illam de Baeza, & è converſo, *liberè*, nulloque Capituli adhibito conſenſu, fuit Cauſa hujuſmodi mihi delegata, eaque hodie propoſita ſimul cum alia ſuper Negotio principali, & dato, ad tenorem Commiſſionis mihi directæ, dubio: *An conſtet de re judicata, ſive potius de Cauſis reſtitutionis in integrum* -- favorabilis Epiſcopo prodiit reſolutio.

Ad hoc enim, ut Reſtitutio in integrum concedi valeat, neceſſe eſt probare nullitatem, vel injuſtitiam Sententiarum claram, & patentem, ex qua reſultet
5 læſio, unicum fundamentum Reſtitutionis in integrum, ut firmat *Rota in rec. dec. 227. num. 7. part. 57. & deciſ. 593. num. 5. part. 18.*

Maximè quando Reſtitutio in integrum non petitur ad effectum obtinendi Audientiam adverſus ſententiam unicam, quæ ob negligentiam Procuratoris, intra debitum tempus non appellantis, vel appellationem non proſequentis tranſitum fecit in judicatum, ſed ad effectum infringendi, & retractandi tres Sententias con-
2 formes noſtri Tribunalis, prævia matura Cauſæ diſcuſſione, & cum utriuſque Partis contradictione latas, & per ſeculum, & ultra obſervatas, in quibus terminis Reſtitutio in integrum eo minùs obtineri valet, niſi doceatur de illarum injuſtitia clara, & palmari, ut diſtinguendo unum caſum ab alio tradit *Cardin. de Luc. de Judic. diſc. 38. num. 19. & ſub n. 20. verſ. Ideoque reſcriptum. Gratian. diſcept. 439. num. 44. & 45.* & firmavit *Rota coram Buratto dec. 323. num. 1. & ſeqq. & in rec. dec. 194. num. 2. part. 19.*

Talem autem probationem deſumere non poſſunt Defenſores Capituli à nonnullis Actis dictarum antiquarum Sententiarum noviter productis. Siquidem Acta, quæ reperta fuerunt, ſolùm concernunt inſtantias factas *coram bon. mem. Accorambono, & Sanctacrucis*, non autem alias præcedentes, undè tanquam non integra non poteſt in eis ad probandam injuſti-
3 tiam Sententiarum aliquod fundamentum conſtitui. *Gratian. diſcept. 121. numer. 9. Thomat. deciſ. Marchiæ 9. numer. 2. Rota coram Bich. deciſ. 529. num. 5. & in recent. deciſ. 278. num. 2. part. 2. & deciſ. 445. numer. 3. part. 18.*

Nullatenus attento, quòd onus faciendi tranſportationem Actorum ſpectet ad Epiſcopum, qui hodie proſequitur Cauſam Reſtitutionis in integrum. Etenim tale onus tranſportandi acta incumbere ipſi Capitulo probatum remanet, ſi ponderetur, ipſum in hoc Judicio gerere partes actoris, ex quo Commiſſionem ſuper Reſtitutione in integrum à Signatura Juſtitiæ obtinere curavit ad effectum impugnandi juſtitiam Sententiarum, ac proindè eidem incumbit onus tranſportationis Actorum, non autem Epiſcopo, qui præſens Judicium non inſtruxit, & nihil petit, ſed ſolùm procurat celerem terminationem litis à Capitulo introductæ, ad hoc, ut quantò citiùs ſe liberet à vexatione, habetque pro ſe unam Sententiam in poſſeſſorio, & tres in petitorio in hoc noſtro Tribunali latas, executioni etiam demandatas, & per ſpatium 150. annorum obſervatas, quæ cum habeat pro ſe omnem Juſti-
tiæ præſumptionem, Capitulum, quod de injuſtitia ex- 4
cipit, debet ſuam exceptionem plenè, & concludenter probare, mediante integra, & totali Actorum tranſportatione, ut benè in ſpecie *Card. de Luca de Benefic. diſc. 136. num. 2. & de Fideicom. diſc. 223. ſub num. 9. verſic. Adeout, & nu. 10.* ubi plures refert. *Andreol. controv. 48. num. 18. Poſth. de Subhaſtat. inſpect. 58. nu. 112. & ſeqq. R. P. D. Collega de Commerc. & Mercat. diſc. 15. num. 7. & pluribus ſeqq. Rota coram Duran. dec. 7. nu. 17. & ex num. 21. Buratt. deciſ. 251. num. 3. & ſeqq. Bich. deciſ. 250. num. 35. Coccin. deciſ. 2343. num. 3. Ubag. deciſ. 46. num. 7. & 8. Priol. dec. 414. num. 50. & ſeqq.* & optimè *in rec. dec. 718. num. 1. & per tot. part. 8. deciſ. 14. num. 1. part. 11. dec. 201. num. 10. part. 15. & deciſ. 552. num. 25. part. 17. dec. 104. num. 5. part. 19. & in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 27. Januarii 1687. §. Quia cum ſententia, coram bo. mem. Benincaſa.*

Non obſtantibus Authoritatibus contrariis, quia lo-
quuntur, vel quando deducitur ſententia moderna, ſe- 5
cus quando allegantur plures ſententiæ antiquæ, conſtituentes rem judicatam, ut in puncto diſtinguit *Card.
de Luca de Benef. d. diſc. 136. num. 21.* Antiquitas enim
de per ſe ſolùm conſiderata talem tribuit ſententiis præ- 6
ſumptionem, ut iſtæ, etiam Actis non exhibitis, plenam conſtituant probationem. *Pacific. de Salvian. Interdict. inſpect. 1. cap. 4. num. 64. Gamma dec. 27. num. 7. Ludovic. dec. Peruſ. 26. num. 14. Leoncill. dec. Ferrariæ 35. num. 8. Rot. dec. 143. num. 8. & 11. part. 2. div. & cor. Greg. deciſ. 135. num. 8. Baratt. deciſ. 64. num. 8. Arguell. dec. 17. num. 33.* vel quando is, qui favorabilem ſententiam obtinuit, inſtat pro illius confirmatione, & executione. Non verò, quando ſententia jam executa eſt, & per longum tempus obſervata; tunc enim cum veriſimile non ſit, victum tandiu tacuiſſe, & tot, tantoſque actus in executione ſententiæ fieri permiſiſ-
ſe, ſi ſe gravatum comperiiſſet, exindè fit, quòd po- 7
tens Victorem in ſua quaſi poſſeſſione turbare, rem judicatam infringere, eamque ex capite, injuſtitiæ declarare ſibi non obeſſe, debet talem injuſtitiam cum integra tranſportatione Actorum ad oculum demonſtrare, ut in ſpecie declarat *R. P. D. meus Collega de Commerc. & Mercatur. diſc. 15. num. 7. & 8. & nu. 15. Card. de Luc. de Benefic. d. diſcurſ. 136. num. 21.* vel demùm quando ſententiæ, & res judicata emanarunt abſque
Partis citatione, aut contra diverſas perſonas, ſecus 8
in præſenti hypotheſi, in qua emanavit citato, & contradicente Capitulo hodierno Collitigante, ut explicat *Rot. coram Priolo dec. 414. num. 12.*

Minùs obeſſe poteſt, quòd cum ex parte Capituli fuerint adhibitæ omnes diligentiæ pro inveniendis integris Proceſſibus, cumque ſolùm reperta fuerint Acta inſtantiarum *coram bon. mem. Accorambono, & Sanctacrucio*, iſtorum tranſportatio, ſeu repetitio ſufficiat, Acta enim quæ non exiſtunt, & Appellantis culpa non defecerunt, traſportari non debent. Siquidem quoties de integra tranſportatione Actorum quæſtio non eſt ad effectum firmandi juriſdictionem Judicis ad quem, nec ad effectum ſubſtinendi validitatem, vel executionem
ſententiæ, in quibus terminis loquuntur, & intelli- 9
gendæ ſunt Authoritates, quæ in contrarium allegabantur, ſed principaliter agitur in gradu appellationis de infirmatione antiquarum Sententiarum Rotalium, & rei judicatæ, ſemper integralis Actorum tranſportatio eſt neceſſaria, nec admittitur excuſatio, quòd illa ex facto tertii, vel ex alio caſu, & accidenti

ſint

ſint amiſsa, cum accidentalis, & fortuita amiſſio non tollat præſumptionem validitatis, & juſtitiæ aſſiſtentem ſententiis, & rei judicatæ, donec de nullitate, vel injuſtiria ab allegante doceatur, ut egregiè in individuo diſtinguit *Card. de Luc. de Judic. diſc.* 27. *num.* 42. & faciunt tradita per *Rotam coram Coccin. d. deciſ.* 2343. *num.* 5.

Reſponſione non attenta, quòd ſaltem obeſſe non debet defectus integræ tranſportationis Actotum, quando iſte provenit ex culpa Partis collitigantis, nempè Defenſorum Epiſcopi, qui illa non tranſportarunt in dicto Judicio agitato *coram bon. mem. Sanctacrucio*: quoniam cum Capitulum à Sententiis ſibi contrariis appellationem interpoſuerit *coram bon. mem. Sanctacrucio*,
10 ipſe tenebatur ad Actorum tranſportationem. *Gratian. diſcept.* 121. *num.* 11. *Thomat. deciſ. March.* 48. *num.* 3. *Rota diverſ. dec.* 20. *part.* 4. *coram Dunoz. Jun. dec.* 309. *num.* 1. *& in rec. deciſ.* 445. *num.* 5. *part.* 18. Et tamen quatenus etiam ſpectaſſet ad Epiſcopum, adhuc non probatur ipſius Defenſores talem tranſportationem omiſiſſe, dum hæc negativa non reſultat ex quo tranſportatio adnotata non legatur in Manuali Actorum, vel quia hoc provenire potuit ex negligentia Notarii, qui ſicut regiſtrationem plurium aliarum Scripturarum in eodem Libro probatur omiſiſſe, ita adnotare tranſportationem Actorum omittere potuit; Vel etiam quia cum talis tranſportatio adnotari potuerit in alio Libro
11 Receptorum, iſteque hodie non exhibeatur, verificata non dicitur negativa per inſpectionem omnium Librorum, ut requiritur, quemadmodum in præciſis terminis prætenſæ non tranſportationis Actorum, *Rota deciſ.* 356. *num.* 3. *poſt ſecundum volumen Conſilior. Farinacii*.

Præterea, inſpectis etiam actis, hodie à Capitulo exhibitis, petita Reſtitutio in integrum non eſſet concedenda, dum ex eis potiùs convincitur, reſidentiam eſſe variabilem ad nutum Epiſcopi. Examinando enim Bullam ſan. mem. Innocentii IV. data *in Summario Capituli num.* 2. in ea committitur Epiſcopo cura deſignandi Canonicis Reſidentiam in Eccleſia Baezæ, & ſic cenſetur eidem tributa facultas eoſdem Canonicos mutandi, cum mutatio ſit connaturalis, & veniat in conſequentiam cujuſcunque reſidentiæ obedientialis, quæ ad arbitrium Superioris variatur, ut in ſimili caſu Monacorum eſt *Text. in cap. cum ad Monaſterium, de Statu Monachor.* & tradunt *Novar. conſ.* 3. *num.* 22. *& conſ.* 14. *num.* 12. *de Regular. Roderic. Quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 54. *art.* 2. *Azor. Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *quæſt.* 2. *num.* 3. *Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 12. *num.* 98. *Sanchez ad Precept. Decalog. lib.* 7. *capit.* 24. *num.* 104.

Non obſtante, quòd in dicta Bulla Pontifex uſus
12 fuerit verbo *Manere*, & verbo *Perpetuò*, quia licèt verbum *Manere* denotet perſiſtentiam fixam in loco, tamen per quantum tempus dicta perſiſtentia, & permanentia duret, non eſt cautum in Jure, undè regulari debet à ſubjecta materia, quam attendendam eſſe
13 in diſpoſitionibus, & Conſtitutionibus Pontificiis, firmat *Rot. dec.* 682. *num.* 4. *part.* 18. *& dec.* 45. *num.* 11. *part.* 19. *rec.* & tam iſtud verbum, quàm præceptum Pontificis, quòd Canonici perpetuò orare deberent Deum pro iis, qui fuderunt ſanguinem ad honorem, & gloriam Nominis Chriſtiani, & Fidelibus Eccleſiaſtica Sacramenta ſubminiſtrare, reſpicit Canonicos in genere, itaut ſit cura, & onus Epiſcopi, quòd in dicta Eccleſia ſemper preces pro defunctis Deo fundantur, & Eccleſiaſtica Sacramenta ſubminiſtrentur, non au-
14 tem reſpicit orationem, & adminiſtrationem Sacramentorum faciendam in ſpecie ab hoc, vel illo particulari Canonico, quod nihil intererat Pontificis, ut conſimilia verba examinando notat *Maſſob. in Prax. habendi Concurſum tit. de Deput. Vicar. requiſit.* 1. *dub.* 26. *num.* 25.

Præcipuè quia cum hac Innocentiana Conſtitutione
15 concordat diſpoſitio Juris communis, juxta quam Epiſcopo licitum eſt mutare, & transferre perſonas de uno loco ad alium, juxta *Textum expreſſum in cap. quæſitum, in fin. de rer. permut. ibique Zabarell. num.* 1. *Jo: Andr. Innocent. Imol. Anan. Butr. Hoſtien. Boich. Barbat. Anchara. Barboſ. num.* 1. *& alii. Archidiac. in Can. Epiſcopus* 7. *ſub num.* 3. *quæſt.* 5. *Pariſ. de Reſig. lib.* 3. *quæſt.* 18. *num.* 32. etiam inuitas, ut in alia hodierna mea Deciſione *§. Non obſtat*, cum qua Juris communis di-
ſpoſitione præſumitur Pontificem ſe voluiſſe conforma- 16
re, cum planum ſit, Statuta, & Conſtitutiones Apoſtolicas paſſivam recipere interpretationem à Jure. *Rot. dec.* 196. *num.* 5. *part.* 2. *diverſ. & poſt Albit. de Inconſt. in Judic. dec.* 1. *num.* 14.

Hoc ipſum ſuadet natura tranſlationis Cathedræ Baecen. ad Giennen. & unionis utriuſque adeo ſolemniter, & plenariè factæ, ut in Eccleſia Baecen. ampliùs Canonici non exiſterent, ſolùmque vigore ſupradictæ Bullæ ſan. mem. Innocentii IV. tertia pars Canonicorum, & Præbendatorum, exiſtentium in Eccleſia Giennen. reſidere debent Baezæ, retento nomine Canonicorum, & Portionariorum Eccleſiæ Giennen. Baezæ reſidentium, & vigore Statutorum Beneficiati Eccleſiæ Gien-
nen. utrique Eccleſiæ inſervire debent, quæ declaran- 17
tur una, & eadem, adeout faciendo annualem Reſidentiam in una, ſatisfiat legi municipali, eam requirenti, etiamſi is, qui eam fecit, transferretur ad aliam Eccleſiam, omniaque negotia cujuſcunque generis Eccleſiæ Baecen. pertractari debent à Canonicis Eccleſiæ Giennen. in propria eorum Eccleſia, ut latiùs conſtat ex tenore ejuſdem Bullæ, ex Statutis, & depoſitionibus Teſtium formiter examinatorum *Summ. Epiſcopi dat. die* 21. *Febr.* 1698. *nu.* 13. *& ſeqq.* per quam tranſlationem, & unionem reſpectivè, adeò amplam, & effrænatam, cum ambæ Cathedrales effectæ fuerint unum Corpus formale, ac in omnibus, & per omnia non ſolùm quoad Epiſcopum, ſed etiam quoad ſemetipſas, & præſertim quoad Canonicatus identificatæ; ex hoc promanat, quòd eſſe debeat in poteſtate Superioris diſtribuere ad ſervitium unius, vel alterius Ec-
cleſiæ, Dignitates, Canonicos, alioſque Præbenda- 18
tos, eoſque mutandi, & remutandi, ut poſt individualem authoritatem *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 8. *nu.* 131. *& ſeqq. & num.* 141. obſervat *dec. R. P. D. mei Anſaldi* 20. *Febr.* 1699. *§. Impulit enim*.

Exſtante hac identitate Eccleſiarum, & Canonicatuum, applicatur hujuſmodi hypotheſi concluſio, quòd
Canonicus, vel alter Beneficiatus, habens duas Re- 19
ſidentias, poteſt in una ex eis reſidere, & Reſidentiam mutare, & remutare, ad ſenſum *Gloſſæ in capit. non poteſt, V. reſidere, de Præbend. in* 6. ibi – *reſideat in altera, quam vult, vel nunc in iſta, vel in illa, ibique Franch. num.* 1. *Barboſ. num.* 7. *Abbas in cap. extirpandæ §. Quia verò, num.* 5. *ibidemque Fagnan. num.* 26. *de Præben. Garz. de Benef. part.* 12. *capit.* 2. *num.* 45. *Paſſerin. de Stat. Homin. quæſt.* 185. *ſub num.* 90. *Pignattell. conſult. Canonic.* 351. *num.* 1. *tom.* 1. *Rota coram Seraph. deciſ.* 1452. *num.* 5.

Fortiùſque convalidatur aſſumptum, de quo agitur, ab Articulis utrinque exhibitis in principio utriuſque litis, in quibus ingenuè admiſſum fuit Jus Mutandi, reſtricta ſolùm difficultate, an tale Jus ſpectaret ad Epiſcopum, vel ad Capitulum, cum uterque ad ſui favorem articulaſſet quaſi poſſeſſionem immemorabilem, quodque plus eſt, etiam in hodierna Controverſia tale jus ad ſe ſpectare contendebant Defenſores Capituli, tam vigore Statuti anni 476. quàm ſucceſſivarum mutationum ab eo factarum ab anno 1515. uſque ad annum 1545. ut videre eſt in ipſius *Summario num.* 3. *&* 4. ex his enim actibus reſultat confeſſio nedum tacita, ſed etiam expreſſa Capituli Collitigantis, quæ
in Jure eſt omnium aliarum ſuperlativa probatio, & 20
contra Confitentem plenè probat, ut in terminis confeſſionis emiſsæ à Capitulo *Rota in Gerunden. Adminiſtrationis Epiſcopatus Sede vacante* 24. *Januarii* 1687. *§. Tum etiam, cor. bon. mem. Emerix, impreſſa apud Romaguer. ad Conſtitut. Synodal. Gerund. lib.* 5. *tit.* 13. *capit.* 2. *num.* 47. Et licèt verùm ſit, quòd Capitulum articulans talem mutationem non dicatur fateri, æquè ta-
men verum eſt, quòd confeſſio emiſsa in Articulis, 21
magnum præbet adminiculum veritatis, adeout concurrente Bulla ſan. mem. Innocentii IV. ſubjecta materia, & effectivis mutationibus, plenè probet. *Adden. ad Greg. deciſ.* 143. *num.* 5. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 600. *num.* 18. *Rota coram Bich. deciſ.* 213. *numer.* 19. *& in rec. deciſ.* 553. *num.* 5. *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 326. *numer.* 16. *part.* 14.

Non attento, quòd confeſſio ſolùm concernat Mutatio-

tationes voluntarias Canonicorum, non alias, quæ fiunt ipſis invitis, quia contrarium conſtat ex lectura earundem Mutationum, in quibus præceptivè fuit injuncta Canonicis Reſidentia modò in uno, modò in alio loco *d. Summ. Capituli num. 4. lit. G.* ibi *Conforme era ſtato loro comandato. lit. H. in fine, & lit. I.* Et ulteriùs expetentibus Canonicis licentiam reſidendi in Civitate Baezæ, non obſtante præcepto eis facto, fuit denegata, vel conceſſa abſque ſpe ulterioris prorogationis *eodem Summ. num. 4. lit. C.* ibi *Il ſuddetto Signor Cantore coſta aver fatto iſtanza alli ſopraddetti Sig., che a riguardo di trovar caſa in Jaen. gli deſſero licenza ad effetto di ſtudiare, e riſedere in Baeza ſino a S. Gio: di detto anno, e glie la negarono & lit. H. & ſeqq.* ex qua licentia duo reſultant: Alterum, quòd præceptum Canonicis factum de ſe transferendo ab una Eccleſia ad aliam, eſt coactivum, dum illud evitare cura-
22 runt mediantibus precibus porrectis Capitulo, fruſtra enim precibus impetratur, quod abſque illis permiſſum eſt, ad *Text. in l. Imperatores ff. de privileg. & l. 1. ubi gloſſ. in fine ff. ad Municip. l. 1. C. de Theſaur. lib. 10. Soccin. Jun. conſ. 160. num. 40. lib. 2. Modeſtin. Piſtor. conſ. 9. num. 9. & conſ. 19. num. 3. lib. 8. Rota deciſ. 1889. num. 8. coram Coccino*: Alterum verò, quòd negatio licentiæ, vel illius conceſſio ad certum tempus abſque ſpe ulterioris prorogationis, confirmat talem coactionem, aliàs non potuiſſet Capitulum licentiam denegare, ſi verum eſſet, quòd Mutationes solùm fiebant volentibus, non autem invitis Canonicis.

Et his omnibus adſtipulatur ſubſecuta obſervantia, de qua infra, quæ in quacunque dubitatione eſt fida
23 interpres. *Rota in Ariminen. Exemptionis 5. Maii 1688. ſ. Nec ſuffragari, coram R. P. D. meo Caprara, & in Dertbuſ. Juriſdictionis 30. Aprilis 1694. §. Comprobat ſ. His demum, & §. Quibus non deficit, cor. Eodem.*

Probato ex præfatis, Reſidentiam eſſe variabilem, exiſtimarunt DD. variationem hanc regulari debere ex arbitrio, & voluntate Epiſcopi, ſive attendatur dictum Breve *ſa. mem. Innocentii IV.* in quo hæc facultas fuit à Summo Pontifice conceſſa Epiſcopo aucto-
24 ritate delegata, prout denotant verba illa -- *Auctoritate noſtra manere faciat: Menoch. de Præſumpt. lib. 2. præſumpt. 16. num. 28. Barb. in l. eam Prætor 12. in princ. num. 33. ff. de Jud. Monet. de Commut. Ult. Volunt. capit. 7. num. 241. Marcheſ. de Commiſſ. part. 1. pag. 64. num. 226. pag. 802. num. 325.* ac proindè eum hæc cura, & facultas conceſſa ſpecialiter fuerit Epiſcopo, electaque ejus perſona, & induſtria ob ſpecialem confidentiam Epiſcopi, non poteſt prætendi, nec exerceri à Capitulo, quod in dicto Breve non fuit contemplatum.

Sive Articuli dati de anno 1548. in quibus probata fuit ab Epiſcopo immemorabilis quaſi poſſeſſio in Jure Mutandi. Licèt enim hæc quaſi poſſeſſio prætenſa fuerit ab utraque Parte, tamen cum *Sac. Rot.* per binas ſententias manutentionem conceſſerit Epiſcopo, & per tres ſuper bono jure ad ejuſdem favorem pronunciaverit, præſumi debet ipſum juſtificaſſe ſuam quaſi poſ-
25 ſeſſionem, nè aliàs dicatur *Sac. Rotam* in tot inſtantiis injuſtè proceſſiſſe. *Rot. coram Greg. dec. 176. num. 4. in rec. dec. 285. num. 4. part. 17.* deficiente enim Capitulo in tranſportandis Actis, id, quod veriſimile eſt, præ-
26 ſumitur favore Epiſcopi probatum, & omne poſſibile pro veritate habetur. *Rot. coram Coccin. d. dec. 2343. num. 3. in rec. d. dec. 118. num. 7. & per tot. part. 8. d. dec. 301. num. 2. 3. & 10. part. 15. & in allegata Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 1687. ſ. Quin cum ſententia, coram bo. mem. Benincaſa.*

Si demùm inſpiciatur ſubſecuta poſt rem judicatam per centum quinquaginta annos obſervantia Epiſcoporum mutandi Canonicos de una Eccleſia ad aliam, ut ex actibus latè recenſitis *in d. Summario Epiſcopi, impreſſo, & dato die 21. Februarii 1698. coram bo. mem. Urſino à num. 14. uſque ad num. 18.* Quæ obſervantia non ſolùm inſervit ad effectum interpretandi Breve Innocentianum, quatenus eſſet dubium, ad demonſtrandum quales fuerint reſponſiones datæ Articulis, & ad magis convalidandam præſumptionem juſtitiæ rei ju-
27 dicatæ aſſiſtentem, cum obſervantia ſit omnium rerum dubiarum magiſtra: *Rom. conſ. 338. num. 5. Seraph. Maſſin. de Confiſcat. Bonorum quæſt. 35. num. 80. & ſeqq. Rota dec. 244. num. 13. part. 16. & dec. 504. num. 54. part. 19. rec.* ſed attento adeò longævo lapſu temporis, ſuperinducit quemcunque meliorem titulum de mundo, adhoc ut canonizatum remaneat favore Epiſco- 28
pi Jus Mutandi, quamvis aliàs de jure non competeret. *Rota in Piſana Oeconomatus 23. Junii 1692. ſ. Fundamentum, coram bo. mem. Emerix, & in Romana, ſeu Portuen. Tenutarum 2. Decembris 1693. §. Vel ſolus, coram Eodem.*

Minimè refragante, quòd hæc obſervantia fuerit interrupta, vel ex reduplicatis recurſibus Capituli ad legitimos Superiores, vel ex plutibus Mutationibus à Capitulo factis: Quia quoad recurſus, cum in om- 29
nibus Tribunalibus, ad quæ Capitulum appellationem interpoſuit, & recurſum habuit, succubuerit, fortior ex his recurſibus evaſit, & conſtabilita remanſit obſervantia favore Epiſcopi, ad tradita per *Felin. in cap. illud, num. 17. verſic. 14. concluſio, de præſcript. Covarruv. in regula de poſſeſſor. quæſt. 2. §. 12. num. 4. Gratian. diſcept. 2. num. 43. Rota coram Seraph. deciſ. 1085. num. 6. Coccin. dec. 337. num. 23. & dec. 2283. num. 34.*

Certiùs ſi ponderetur, quòd ipſummet Capitulum agnoſcens appellationes, & recurſus eſſe inſubſiſtentes, ab iis omnibus receſſit, & ingenuè faſſum fuit, Prælatos Giennenſes, tam ex Executorialibus, quàm ex Conſuetudine immemorabili, habere jus liberè mutandi Dignitates, Canonicos, & Portionarios ab una Eccleſia ad aliam *d. veteri Summar. Epiſcopi num. 19.* & ponderat *dec. R. P. D. mei Anſaldi §. Eoque*, ex qua renunciatione, & confeſſione, ſicuti extincta remanſit quælibet appellatio, ita magis magiſque valida, & in- 30
controvertibilis evaſit obſervantia.

Nec refert, quòd ab anno 1548. uſque ad 1567. nullæ afferantur Mutationes factæ ab Epiſcopo: Quia non uſus alicujus temporis non præjudicat habenti facultatem aliquid faciendi, niſi probetur eveniſſe ca- 31
ſum Mutationis, & Epiſcopum fuiſſe à Capitulo impeditum, & in ſua quaſi poſſeſſione turbatum, ex firmatis per *Rot. in Dertbuſ. Juriſdictionis ſuper manutentione 26. Aprilis 1694. ſ. Nec prodeſſe, coram R. P. D. meo Caprara.*

Quò verò ad Mutationes à Capitulo factas; Ultra quòd iſtæ non afferuntur per extenſum, ſed de eis adeſt ſimplex fides Notarii: Urget reſponſio, plures ex illis factas fuiſſe de tempore Sedis Vacantis, quæ proindè Dignitati Epiſcopali non præjudicant. *Rota in Com-* 32
poſtellana Parochialis 8. Junii 1696. ſ. Nullitas autem, coram Reverendiſſimo Domino meo Decano; in Gerund. Beneficii 10. Decembris ejuſdem anni §. Et demùm, & 26. Aprilis 1697. §. finali, coram R. P. D. meo Priolo. Aliæ verò ſunt æquivocæ, nec probantur executioni demandatæ ſcientibus, & patientibus Epiſcopis, prout ne- 33
ceſſarium eſt ad hoc, ut eos afficiant. *Rota coram Mantica dec. 40. num. 9. & in rec. dec. 250. num. 28. part. 9. & dec. 227. num. 9. part. 16.* Et quamvis de una notitiam habuerit Epiſcopus, tanquam facta ad ejus inſtantiam, tamen cum in ea adjecta fuerit clauſula -- *Sine præjudicio Statutorum, uſuum, & conſuetudinum*, conſtito, quòd ſit contraria Brevi Pontificio, conſue- 34
tudini, aliiſque, de quibus ſupra, nullum ferre valuit præjudicium *Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 40. num. 278. Rota coram Puteo deciſ. 291. num. 17. lib. 1. & deciſ. 113. lib. 2 Verall. deciſ. 159. part. 1. coram Seraph. dec. 154. num. 6.*

Multoque minùs obeſſe poteſt Epiſcopo Statutum anni 1476. cujus vigore prætenditur à Capitulo ſibi competere Jus Mutandi Canonicos: Quoniam hujuſmodi Statutum loquitur, vel de electione Canonicorum facienda à Capitulo, ex quo inferri non poteſt ad illorum Mutationem de una Eccleſia ad aliam, tanquam 35
quid diverſum, ad *Text. in vulgata l. Papinianus exuli ff. de minor.* & tradita per *Rot. in Auſculana Beneficii 5. Martii currentis §. Pariter non obſtat, coram Me.* Et quatenùs etiam de hoc caſu præciſo diſponeret, non eſſet attendendum: Tum quia eſſet de directo contrarium Brevi Innocentiano, tale Jus mutandi Epiſcopo tribuenti auctoritate Apoſtolica delegata, ut ſupra dictum eſt: Tum etiam quia forſan ex hoc capite nullitatis fuit ſucceſſivè à Capitulo revocatum, & tributa

facul-

facultas mutandi Epiſcopo, ut conſtat ex confeſſione Archidiaconi, in actu Capitulari emiſſa de anno 1552. *Summario Capituli num. 6.* Non obſtante, quòd hoc ſecundum Statutum emanaverit ex paſſionibus particularibus, & ob timorem Epiſcopi, quia cum Legislatores, & Statuentes ſemper præſumantur moveri ex ju-
36 ſtis cauſis, & in perſona Eccleſiaſtica non præſumatur incaſſio timoris, & violentiæ, *Rota in Olomuſen. Juriſdictionis 19. Januarii §. Quintum objectum, & ſeq. & 5. Junii 1693. §. Nam non videtur, coram Mo*, hæc qualitas, habens præſumptionem Juris contra ſe, poteſt ſcindi à confeſſione Archidiaconi, eaque in parte
37 acceptari, & in parte reprobari. *Pascol. Expedit. Civil. 19. num. 6. Hodiern. ad Surd. dec. 258. num. 3. & ſeqq. Michalor. de Poſit. cap. 59. num. 10. Adden. ad Greg. deciſ. 60. num. 8. & 10. Adden. ad Pamphil. dec. 140. num. 9. & dec. 212. num. 19. Rota in rec. dec. 391. num. 10. & 11. p. 17.* Maximè quia talis confeſſio eſt ſibi, & Capitulo favo-
38 rabilis, quo caſa eidem deponenti ad proprium commodum contra Epiſcopum non creditur, *Tiraquell. in l. ſi unquam V. donatione largitus, num. 100. & ſeqq. Cod. de revocand. donat. Surd. deciſ. 325. num. 6. Rota coram Priolo dec. 250. num. 9.*

Ex his ſatis ſuperque agnoverunt DD. conſtare de Reſidentia variabili ad nutum Epiſcopi, & tamen ad effectum, de quo agitur, ſufficeret, quòd ex parte Capituli non doceretur de contrario per claras, & undi-
39 qua evidentes probationes, ad hoc, ut probata non dicatur ocularis Sententiarum injuſtitia, & læſio, quæ omninò requiritur ad obtinendam reſtitutionem in integrum, *Rota coram Coccin. dec. 1687. num. 1. coram Cerro dec. 734. n. 1.* & alibi paſſim.

Et ita omiſſis aliis objectis, utpote non concernentibus reſolutionem præſentis Dubii, reſponſum fuit, Utraque &c.

R.P.D. MOLINES DECANO.

Giennen. Adjunctorum.

Veneris 1. Maii 1704.

ARGUMENTUM.

Quando Epiſcopus teneatur procedere cum Adjunctis in cognoſcendis Cauſis Criminalibus Capitularium,

SUMMARIUM.

1 Decretum S. Conc. Trid. c. 6. ſeſs. 25. de reform. *concernens materiam Adjunctorum, in quibus Capitulis procedat*, & num. 2. & 28.
3 *Qui gaudere vult beneficio legis, pollere debet qualitatibus, ab illa requiſitis.*
4 *Ordinariis Locorum tribuitur à Jure ampla poteſtas inquirendi, & puniendi cunctos ſuorum Subditorum exceſſus.*
5 *Et ea non evitatur, niſi per conſuetudinem immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo colorato.*
6 In Synodalibus Conſtitutionibus Diœceſis Giennen. anni 1492. *quæ poteſtas conceſſa fuerit Decano in Capitulares, aliaſque perſonas, Eccleſiæ Cathedrali inſervientes*, & n. 7. 8. & 9.
10 *Stante mala fide inchoari non poteſt præſcriptio.*
11 *Quæ ſit virtus dictionis* — præſertim.
12 *Ordinariæ Juriſdictioni reſervatum cenſetur, quod non fuit expreſsè ademptum.*
13 *Oſtenditur, dictas Synodales Conſtitutiones fuiſſe obſervatas*, & num. 14.
15 *Excipienti de inobedientia Statutorum, onus incumbit iſtam exceptionem probandi.*
16 *Succeſſiva obſervantia vehementem inducit præſumptionem, quod antecedens fuerit conformis.*
17 *Ad inducendam conſuetudinem, Juri contrariam, requiritur pluralitas actuum, & tempus immemorabile, vel quadragenaria cum titulo colorato.*
18 *Conſuetudo initium habere non poteſt cum mala fide.*
19 *Et inchoata, ex actibus contrariis interrumpitur.*
20 *Scripturæ deletæ, tanquam informi, nulla poteſt, nec debet adhiberi fides.*
21 *Teſtes ad Scripturam ſe referentes, plus non probant, quàm ipſamet Scriptura.*
22 *Confeſſio, habens relationem ad Statuta, juxta eorum diſpoſitionem debet interpretari*, & num. 24.
23 *Confeſſiones omnes intelligi debent, ut minùs quàm fieri poſſit confitenti præjudicent.*
25 *Ex quo Capitulum per ſpatium longiſſimi temporis non petiit Adjunctos, inſurgit magnum argumentum defectus requiſitorum ad formam Concilii.*
26 *Privilegium per non uſum cenſetur amiſſum, vel ei renunciatum.*
27 Concilium d. cap. 6. ſeſs. 25. de reform. *derogat conſuetudinibus contrariis Epiſcopis, non favorabilibus*, & n. 28.
29 *Potiſſimus finis Patrum* Sacri Concilii *fuit imminuendi privilegia, & exemptiones Eccleſiaſticorum ab ordinaria Epiſcoporum Poteſtate.*
30 *Reprobanda non eſt conſuetudo, quòd Epiſcopi corrigant; & puniant Subditorum crimina abſque conſilio Capituli.*

DECISIO XIV.

EXaminarunt hodie Domini tertio loco Dubium, ſuper quo aliàs *Sacra Congregatio Concilii* votum *Sacræ Rotæ* exquirere dignata eſt; *An ſcilicet Reverendiſſimus Epiſcopus Giennen. in cognoſcendis Cauſis Criminalibus Capitularium teneatur procedere cum Adjunctis ad præſcriptum Sacri Concilii Tridentini in capit. 6. ſeſſ. 25. de reform.* Et quidem attenta hodierna nova, magiſque accurata Facti explanatione, quam ſolummodo pro hujus Cauſæ reſolutione ſufficere cenſuerunt, perſiſtendo *in deciſis cor. Me ſub die 13. Februarii, & 15. Junii 1703.* negativum etiam in hac tertia vice dederunt reſponſum.

Strictiori quippe methodo incedentes, ajebant, veriorem, & hodie pacificam; & incontroverſam eſſe opinionem, quòd Decretum Concilii in dicto *capit. 6. ſeſſ. 25.* locum obtineat in Eccleſiarum Cathedralium Capitulis, quæ ante ejuſdem Sanctæ Synodi promulgationem erant à Juriſdictione Epiſcopali exempta, quæve ex Concordia, ſeu conſuetudine gaudebant prærogativa cognoſcendi, & judicandi privativè quoad Epiſcopos Cauſas Criminales Canonicorum; ſecus ve-
rò in illis Capitulis, quæ omnimodæ Juriſdictioni E- 1
piſcoporum ſubiiciebantur, vel ſaltem non habebant conſuetudinem, aut Concordiam judicandi, ac definiendi Criminales Capitularium Cauſas, juxta inconcuſſam *Sac. Congregationis Concilii* opinionem, ventilatam, & explicatam ab hoc Sacro Auditorio in una *Gadicen. Adjunctorum de anno* 1582. ex ſpeciali Commiſſione ſan. mem. Gregorii XIII. ut patet ex *deciſione 743. part. 1. diverſ.* quam poſtea ſemper ſecuta eſt *Rota*, & poſt eam communis Doctorum Schola, quorum Elenchum referunt antecedentes Cauſæ Deciſiones, & ſignanter ſecunda *§. 23. cum ſeqq.* ubi etiam hujuſmodi opinio vindicatur à nonnullorum Doctorum oppoſitionibus, uti contrariis menti, & verbis Decreti Conciliaria; Ac præter ibidem deducta, in hodierna Diſputatione reflectebatur deſuper, Patres Concilii ſatis apertè declaraſſe, quòd Beneficium Adjunctorum ſuffragari non deberat Capitulis non exemptis, dum literis claris ſeſe explicarunt, ut præſcripta in præſato *cap. 6.* locum non habeant in iis Eccleſiis, in quibus Epiſcopi, aut eorum Vicarii, ex Conſtitutionibus, vel Privilegiis, aut conſuetudinibus, ſive Concordiis, ſeu quocunque alio jure majoram habent poteſtatem, auctoritatem, ac Juriſdictionem, quàm in eodem Decreto fuit comprehenſum, quibus Sancta Synodus non voluit derogare; quæ ſanè verba literaliter convincunt, Epiſcopos obtinentes an-
te Concilium majorem Juriſdictionem, & poteſtatem 2
ſupra Canonicos, eorum exceſſus cognoſcere, & corrigere poſſe ſine interventu, & conſenſu Adjunctorum, ut in ſpecie obſervant *Barboſ. ad ſæpedictum cap. 6. ſeſſ. 25. de reform. num. 60. Gallemart. ibidem num. 31. Saravia de Adjunctis quæſt. 11. num. 5. Rota in d. dec. 743. n. 6. part. 1. diverſ. & in dec. 321. n. 2. verſ. Et ante Concilium, & verſ. Attamen, part. 2. diverſ.*

Procedendo cum hoc irrefragabili principio cum Capitulum Giennen. ante Concilium non gauderet privi-

legio

legio exemptionis ab Ordinaria Epiſcopi poteſtate,
nec minus Concordia, vel conſuetudine cognoſcendi
Cauſas Crimiuales Canonicorum, ſine ullo fundamen-
to petit prærogativam Adjunctorum, legis enim Bene-
3 ficium non patrocinatur eis, qui carent mediis, &
qualitaribus ab illa requiſitis, *leg. ſi hæredi plures & ibi
Bart. ff. de condit. inſtit. l. ſi quis ita ſtipulatus ff. de V. obli-
gat. Pariſ. conſ. 34. num. 8. lib. 3. Concìol. alleg. 10. num.
6. Rot. dec. 307. part. 6. & dec. 110. num. 16. part. 7. &
dec. 530. num. 9. part. 18. recent. & dec. 543. num. 9. &
51. coram Pamphil.*

Et porrò nunquam Capitulum allegavit Privilegium
Apoſtolicum exemptionis à Juriſdictione Ordinaria,,
prout nec unquam ſuam ſundavit intentionem in Con-
cordia ſuper jure cognoſcendi Cauſas Criminales Cano-
nicorum, ſed in omnibus Cauſæ Diſputatinnibus acri-
ter contendit habere præſcriptam conſuetudinem corri-
gendi crimina, & exceſſus Capitnlarium independen-
ter ab Epiſcopo, quod ſanè aſſumptum nunquam ſuit
verificatum illa plenaria, & concludenti probatione,
quæ requiritur ad effectum, de quo agitur. Cum enim
tractetur de conſuetudiue privante Epiſcopum à tota-
li coguitioue exceſſuum ſuorum Canonicorum, quæ
eſt odioſa, & repugnans Juris diſpoſitioni, juxta quam
4 Ordinariis Locorum tribuitur ampla poteſtas inquiren-
di, ulciſcendi, & vindicandi cunctos omnium ſuorum
ſubditorum exceſſus *cap. 1. de Off. Ord. & cap. irrefra-
gabili eodem tit.* & pluries reſpoodit *Rota* in ſimilibus
controverſiis, & ſignanter in *Gerund. cognoſcendi Cau-
ſas Criminales 17. Martii, & 20. Junii 1692. cor. Me,
& in Valentina Juriſdictionis 6. Aprilis 1699. pariter cor.
Me, & in Tarraconen. Juriſdictionis 10. Maii 1700. co-
ram D. dell'Olmo, & in Calaritana Juriſdictionis 10. Ju-
nii 5701. coram R. P. D. meo della Tremoille, & in di-
cta Tarraconen. 2. Decembris 1701. coram Me*, certum
eſt, non ſufficere quamcunque conſuetudinem ad eva-
dendam hanc Epiſcopi ſubjectionem, ſed requiritur
5 conſuetudo immemorabilis, vel quadragenaria cum ti-
tulo colorato, ut in ſpecie ait *Text. in capit. cum per-
ſonæ, de privileg. & ibi gloſſ. in V. Canonicam*, & latè *in
Firmana Juriſdictionis 17. Martii 17na. coram Me*, & in
aliis confirmatoriis, *& in Nullius ſeu Fulden. Juriſdictio-
nis 16. Februarii 1703. §. Quemadmodum, coram Me,
& in Illerden. Juris Mutandi 23. Januarii 1701. §. Minùs,
coram R. P. D. meo Muto*.

Tantum verò abeſt, nt hujuſmodi conſuetudo ſic
qualificata probata fuerit, ut immò per contrarium
conſtiterit illam deficere, nec unquam legitimè in-
choatam ſuiſſe. Adſunt quippe in Eccleſia Gieunen.
Conſtitutiones Synodales uſque de anno 1492. ab E-
piſcopo Oſorio cum conſenſu Capituli conditæ, &
publicatæ, in quibus ſub titulo undecimo confirman-
6 do ea, quæ ſtabilita fuerant ſub *tit. 5. de Honeſtate
Chori*, præſcribitur, ut Decanus procedere debeat in
omnibus defectibus, & erroribus, qui in Eccleſia in-
ciderint, ſuerintque tam à Dignitatibus, & Cano-
uicis, quàm ab aliis quibuſcunque Beneficiatis com-
miſſi, exceptis tamen defectibus, & erroribus gra-
vibus, in quibus expreſsè diſponitur, ut procedere
debeat Epiſcopus, vel ejus Vicarius Generalis, vel
alter, quem dictus Epiſcopus ad hujuſmodi effectum
ſpecialiter delegaverit, ibi - - *Verùm ſi inter aliquas
Dignitates, ſeu alios quoſcunque Beneficiatos dictæ noſtræ
Eccleſiæ cujuſcunque ſtatus & conditionis, aliqua oriatur
gravis contentia, & ſcandalum, hoc caſu non poſſit Deca-
nus id cognoſcere, nec pœnam ea de cauſa irrogare, ſed
convenient exiſtimamus, quod hujuſmodi cognitio ſpectet ad
Epiſcopum, vel ejus Vicarium Generalem, ſeu alterum,
cui dictus Epiſcopus ad hujuſmodi effectum ſpecialiter de-
legaverit*. Ibidem pariter ſtatuitur, quòd idem Deca-
nus poſſit cognoſcere Cauſas pecuniarias Beneficiato-
rum, concernentes redditus rationum Eccleſiæ, non
excedentes 5n. marapetinos. Si autem iſtæ Cauſæ
7 pecuniariæ eſſent inter Dignitates, Canonicos, &
alios Præbendatos dictæ Eccleſiæ, definiri deberent
non à Decano, ſed ab Epiſcopo, aut ejus Vicario,
ſeu ab eo, quem idem Epiſcopus delegaverit, ibi —
*Quòd in illius cognitione Decanus ſe non immiſceat, ſed
Epiſcopus, vel ejus Vicarius Generalis, ſeu alter, quem
idem Epiſcopus delegaverit*, hodierno *Summ. Epiſcopi
numer. 2.*

Rurſus ſub *tit. 31.* ſtatuitur, nè ullus Præbendatus
audeat proferre contra alium verba injurioſa, aut diſ-
ſonantia, nec facere illi aliquam injuriam, præſertim
intus dictam Eccleſiam, Chorum, aut Capitulum,
& adverſus contrarium attentantem, cujuſcunque ſta-
tus eſſet, ea inſligitur pœna, ut remaneat ſuſpenſus
ab ingreſſu Eccleſiæ, Chori, & Capituli, & à Di-
ſtributionibus, Anniverſariis, & Portionibus per men-
ſem à die, quo injuriam ſecerit, aut dixerit: reſer-
vata tamen poteſtate Epiſcopo, & in ejus abſentia, 8
Capitulo, dicendi, ſeu irrogandi majorem pœnam pro-
ut qualitas injuriæ poſtulaverit, ac etiam diſpenſandi
in ſupradicta pœna, aut parte illius, ibi — *ut Nos di-
ctus Epiſcopus, vel dictum Capitulum in noſtra abſentia,
poſſimus dicere pœnam majorem, prout nobis videbitur, &
qualitas injuria poſtulaverit, ſive actus, quos fecerit, aut
dixerit talis delinquens, & quòd nos dictus Epiſcopus, vel
Capitulum valeamus diſpenſare in ſupradicta pœna, aut par-
te illius*. Stabilitur ulteriùs, nè ſub prætextu injuria-
rum aliquis injuſtè vexaretur, & dictis pœnis ſubii-
ceretur, quòd cognitio, ac indagatio, an verba ſint
injurioſa, vel non, committatur arbitrio duarum per-
ſonarum, & duorum Canonicorum antiquiorum Ec- 9
cleſiæ, qui conficiant informationem, & declarent
an verba ſint injurioſa, ſive non: *dicto Summ. Epiſco-
pi num. 3.*

Ex quibus manifeſtè patet, vigore dictarum Con-
ſtitutionum Synodalium ſub *tit. 11.* Decano fuiſſe ſo-
lùm tributam poteſtatem corrigendi exceſſus leves, &
non graves, iſtoſque expreſsè reſervatos extitiſſe E-
piſcopo, vel ejus Vicario Generali, ſeu illi, quem
idem Epiſcopus ad hujuſmodi effectum ſpecialiter de-
legaverit, Cauſas vero Civiles pecuniarias Beneficia-
torum, concernentes redditus rationum Eccleſiæ, non
excedentes tamen 50. marapetinos, poſſe cognoſcere
Decanum; ſecus autem ſi iſtæ Cauſæ Civiles pecunia-
riæ eſſent inter Dignitates, & alios Præbendatos Ec-
cleſiæ, quia tunc debet cognoſcere Epiſcopus, vel ejus
Vicarius Generalis, vel ille, cui Epiſcopus delegave-
rit. Vigore autem earundem Conſtitutionum ſub *tit.
31.* in Cauſis injuriarum, vel dictarum, vel ſactarum,
jus illas corrigendi, & puniendi cum pœnis ibidem ſta-
bilitis; vel inſligendi pœnam majorem, ſi qualitas in-
juriæ poſtularet, vel diſpenſandi in pœna, vel par-
te illius, eſse relictum Epiſcopo, & in ejus tantùm
abſentia Capitulo, competere tamen duobus Cano-
nicis antiquioribus, & aliis duabus perſonis cogni-
tionem, & indagationem injuriæ, & illius quali-
tatis.

Undè ſtantibus prædictis Conſtitutionibus Synoda-
libus tam claris, & literalibus, editis uſque de anno
1492. ab Epiſcopo cum conſenſu Capituli, non poteſt
idem Capitulum prætendere, quòd ante *Concilium Tri-
dentinum* conſueverat privativè quoad Epiſcopum co-
gnoſcere omnes Cauſas Criminales ſuorum Canoni-
corum, cum iſti in ſingulorum receptione ad præfa-
ti Statuti obſervantiam proprio Sacramento adſtrin-
gantur, ac per conſeqnens nullum allegare poſsunt le-
gitimæ præſcriptionis initium, ut latè citatis concor- 10
dantibùs, reſpondit *Rota dec. 210. num. 10. part. 17.* &
pleniùs infra.

Nec ullatenus obſiſtit reſponſio, quòd præfatæ Con-
ſtitutiones in citatis *titulis 11. & 31.* ſe reſtringant ad
favorem Epiſcopi quoad exceſsus Canonicorum, pa-
tratos in Choro, & Eccleſia, undè ampliari nequeant
ad commiſsos extra Eccleſiæ limites: Nam iſta re-
ſtrictio non legitur, nec in *tit. 11.* nec in *tit. 31.* qum-
immò in iſto patenter excluditur ex illis verbis, ibi —
*Nec facere illi aliquam injuriam, præſertim intus dictam
Eccleſiam, Chorum, & Capitulum* — quæ dictio *præſer-
tim* ſuapte natura comprehendit caſum contrarium ex-
preſso, adeòut tacitè involvat alias injurias, factas 11
extra Eccleſiam, ex deductis per *Barboſ. dict. 277. nu-
mer. 4. & 5.* & dixit *Rota in Hiſpalen. Juris præſidendi in
Choro 2. Julii 1701. §. Neque in aliquo, coram Domino
meo dell'Olmo*. Et inſuper excluditur hæc reſtrictiva ex
citato *titulo 11.* ubi poſtquam reſervantur Epiſcopo
generaliter, & abſque reſtrictione intus, vel extra
Eccleſiam, exceſsus, & contentiones graves inter Di-
gnitates, & quoſcunque alios Præbendatos Eccleſiæ,
præſervantur etiam eidem Epiſcopo Cauſæ Civiles Pe-
cunia-

viles Pecuniariæ, concernenres redditus tationum Eccleſiæ inter eaſdem Dignitates, & Præbendatos; tamen ex boc inferri nequit, nec unquam prætenſum fuit, quòd aliæ Cauſæ Civiles Pecuniariæ, non concernentes redditus Eccleſiæ, inter eaſdem Dignitates, & Præbendatos non ſint reſervatæ Epiſcopo.

Et reveta ſi Epiſcopo reſervata fuit Juriſdictio puniendi exceſſus graves in Eccleſia commiſſos, multò magis cenſetur præſervata poteſtas corrigendi factos extra Eccleſiam; & de Jure ſufficit, quòd Epiſcopis exercitium eorum Ordinariæ Juriſdictionis expreſſe non adimatur, ut ſemper ad illorum ſavorem, uti Juris aſſiſtentiam habentium, cenſeatur præſervatum, ex ſamigerata Doctrina *Innocentii in c. in fin. num. 9. de Offic. Archid.* Tantoquè magis, quia impercep ibile redditur, quòd ſi Capitulum obtinebat hanc præclaram prærogativam puniendi exceſſus graves Canonicorum extra Eccleſiam in vim præſcriptæ conſuetudinis, non curaſſet illam exprimi in Conſtitutionibus Synodalibus, cum illius conſenſu editis, & promulgatis, ut ſemper abſque alia probationis ope talis conſuetudo innoteſceret, ſicuti obtinuit idem Capitulum, ut in eiſdem Conſtitutionibus redigeretur in ſcriptis alia Conſuetudo ſavore Decani, puniendi exceſſus leves in Choro, & Eccleſia, & altera ſavore ipſius Capituli, puniendi in Cauſis injuriarum abſente Epiſcopo, ac etiam augendi pœnam, vel diſpenſandi in illa, ac deſuper cognoſcendi, & inquirendi ſuper qualitate injuriarum: Ac proindè dicendum eſt, quòd cum dictæ ſacultates verè competerent Capitulo ex conſuetudine, ideo curavit, ut exprimerentur, nè ex taciturnitate remanerent reſervatæ Epiſcopo; Altera autem prætenſa conſuetudo cognoſcendi exceſſus graves Capitularium, commiſſos extra Eccleſiam, non fuerit quoque in ſcriptis redacta, quia re vera non aderat, & non fuerit expreſsè præſervata Epiſcopo, ex quo, ut dictum eſt, Juriſdictio, quæ competit Epiſcopis de Jure communi, nulla indiget præſervatione, ſed ſatis eſt, ut illa expreſsè non adimatur, ad hoc ut ſemper illæſa, & præſervata tacitè cenſeatur.

Minuſque dici poteſt, quòd dictæ Conſtitutiones Synodales, quatenus comprehendant delicta gravia extra Eccleſiam, nunquam fuerint obſervatæ, dum conſtat Capitulum ab anno 1520. uſque ad annum 1566. proceſſiſſe contra Canonicos independenter ab Epiſcopo, etiam in gravibus. Quoniam iterum conſideratis
13 dictis Proceſſibus; omnes comperti fuerunt fabricati ad formam, & præſcriptum dictarum Conſtitutionum in citato *tit.* 31. loquente de exceſſibus injuriarum inter Canonicos. In primo namque actu anni 1520. in quo Capitulum proceſſit, propter altercationem, & verba injurioſa, prolata à Theſaurario contra Scholaſticum, electi fuerunt duo Canonici ad capiendam informationem, & referendum Capitulo ſuper qualitate injuriarum, & interim injunctum extitit Inquiſitis, ut abſtinerent ab ingreſſu ad Cathedralem Eccleſiam, *hodierno Summario Epiſcopi n.* 4. quæ omnia, ut præmittitur, diſponuntur *in d. tit.* 31.

Sed magis exactè hujuſcemodi Statutaria diſpoſitio ſervata conſpicitur in Proceſſu fabricato anno 1538. in quo ante omnia Capitulum declaravit procedere ad
14 formam Statuti, & proindè mandavit, nè Canonici delinquentes ad Eccleſiam Cathedralem accederent, elegit Canonicos ad effectum ſuſcipiendi informationem. & Canonici deputati præſtiterunt Juramentum procedendi nullo odio, vel amore ducti, & ſubindè declararunt verba prolata à Canonico Bertazono contra Priorem, fuiſſe injurioſa, quibus peractis, Capitulum proceſſit ad mulctam, quæ omnia adamuſſim conveniunt cum præſcriptis in præſato *tit.* 31. *d. Summario Epiſcopi num.* 5. Idemque obſervatum fuit in Proceſſu fabricato de anno 1566. contra Canonicum Didacum Gonzalez pro verbis injurioſis, per eum contra alium Canonicum prolatis, *ut ex n. 6. d. Summarii.* Ex quibus manifeſtè comprobatum remanet, dictum Statutum ſemper fuiſſe obſervatum.

Reſponſione non attenta, quòd, ut concludi valeat obſervantia totalis dicti Statuti, opus eſſet ulteriùs probare, quòd Capitulum in caſibus prædictis proceſſerit ad mulctas abſente Epiſcopo, ut jubet ipſe Statuti contextus *in tit.* 31. Quoniam præſumptio eſt, quòd non-
niſi ob abſentiam Epiſcopi Capitulum devenerit ad correctionem, & mulctationem dictorum exceſſuum, eo ipſo, quòd literis expreſſis declaravit, proceſſiſſe ad formam Statuti *in tit.* 31. ut ſignanter patet ex Proceſſu anni 1538. *d. Summario Epiſcopi num.* 5. ibi -- *In conformità delli Statuti, che comandano, che dopo la dichiarazione fatta dalli quattro Giudici, il Capitolo poſſa arbitrare, e dar maggior pena, o diminuirla.*

Si igitur in hac parte proceſſum fuit juxta formam Statuti, præſumitur ſervatum quoque fuiſſe illius præſcriptum quoad aliam partem, mandantem Sententiam ferendam eſſe à Capitulo abſente Epiſcopo, cum abrogatio, & inobſervantia legis non præſumatur; & multò magis, quando in aliqua ejus parte vigens probetur, & in omni caſu onus eſt Capituli docere, quòd dicta punitio facta fuerit ab ipſo Capitulo præſente Epiſcopo, cui ſufficit allegare Conſtitutionem Synodalem, 15
& Capitulo excipienti de illius inobſervantia, & non uſu, incumbit onus probandi iſtam exceptionem, in qua ipſum ſit actor, ut in terminis tradit magiſtraliter *Sperellus dec.* 15. *per totam.*

Et tamen ex abundanti docuit hodie Reverendiſſimus Epiſcopus, ab anno 1520. quo fabricatus conſpicitur primus Proceſſus, uſque ad annum 1566. Eccleſiam Giennen. caruiſſe præſentia ſui Epiſcopi, dum omnes hujus intermedii temporis Antiſtites erant addicti ſervitio Sereniſſimorum Regum Hiſpaniæ. Et quamvis doctum ulteriùs non fuerit, quòd Epiſcopi ante annum 1520. aliquem fabricaſſent Proceſſum independenter à Canonicis, ipſoſque ſolos deveniſſe ad prolationem Sententiæ pœnalis, id tamen provenit ex quo occaſione cujuſdam tumultus Popularis in Civitate Giennen. ferè omnia illius Archivia infortunium devaſtationis, & combuſtionis paſſa ſunt, ut probatum fuit ex documentis datis *in hodierno Summario Epiſcopi num* 9. Eoque magis, quia Epiſcopus habet pro ſe obſervantiam procedendi in omnibus Cauſis Capitularibus ab anno 1586. uſque ad præſens, ut infra dicetur, quæ ſucceſſiva obſervantia inducit vehementem præſumptionem, quòd antecedens fuerit conformis. 16

Nec turbat, quòd primus, & decimus Proceſſus adducti à Capitulo, concernere videantur delicta gravia, & non ſimplicium injuriarum, adeoque extra præcitati Statuti diſpoſitionem. Nam ex hodie deductis in facto lucidiſſimè conſtitit, dictum decimum Proceſſum fuiſſe fabricatum de anno 1554. in quo vacabat Sedes Epiſcopalis per Promotionem Cardinalis de Pacecho ad Eccleſiam Seguntinam, *Summario Epiſcopi num.* 7. Quapropter cum iſte actus expletus fuerit Sede vacante, nulli dubium eſt, quòd cognitio omnium exceſſuum gravium, licèt non ſimplicium injuriarium, ſpectaret ad Capitulum, in quod Sede vacante, Juriſdictio Epiſcopalis devolvitur *tot. tit. nè Sede vacante &c.* Primus verò Proceſſus anni 1620. geſtus fuit, ut prænovimus, ad formam Statuti, & ſimplicem concernebat injuriam. Non obſtante quòd agebatur de inſultatione Scolaſtici cum enſe nudato. Quoniam dictum Inſultum non patravit Theſaurarius, ſed illius Famulus, undè non niſi pro delicto injuriæ factæ à Theſaurario fieri poterat dictus Proceſſus, eoque magis quia Famulus Theſaurarii fuerat ab ejus ſervitio dimiſſus *dicto Summ. nu.* 4. *lit. F.* Et in omni caſu, cum iſte actus ſit unicus, inſufficiens manet non minus ad inducendam inobſervantiam Statuti, quam etiam ad inducendam conſuetudinem favore Capituli procedendi in Criminibus Canonicorum privativè quoad Epiſcopos; cum ad radicandas ſimiles conſuetudines Juri contrarias requiratur multiplicitas actuum, & tempus immemorabile, vel quadragenaria cum titulo colorato, ut 17
lato calamo dixit *Rota in Fulden. Juriſdictionis 56. Februarii* 1703. *coram Me.*

His poſitis, certa remanet obſervantia dictarum Conſtitutionum Synodalium, ſeu Statutorum Eccleſiæ; ſed certior efficitur ex ſequentibus, & Primò quia in omnibus ferè ſucceſſivis Synodis confirmatæ fuerunt, & ſignanter in Synodo celebrata anno 1511. & 1586. Secundò quia anno 1610. declaravit Capitulum dictæ Eccleſiæ, idem Statutum in *tit.* 31. non habere locum quoties Beneficiatus contendit cum Canonico extravaganti, ſubdendo tamen, ut eidem

Statuto in nulla ejus parte derogatum cenſeretur, ſed quoad omnia vigorem perpetuum obtineret *hodierno Summario Epiſcopi n.* 10. Tertiò quia de anno 1630. ab ipſomet Capitulo demandata fuit impreſſio Statutorum impenſa Fabricæ, cum hac lege, ut in primo Canonicorum ingreſſu ſingulis traderetur Exemplar, ne ullus allegare poſſet ignorantiam, ut liquet ex proœmio dictorum Statutorum *num.* 1. Quartò demum ex quo ab omnibus Canonicis jure jurando emittitur in primo illorum ingreſſu ad Eccleſiam promiſſio illa obſervandi, quæ circumſtantiæ ad oculum oſtendunt illorum viridem obſervantiam à principio, quo condita fuerunt, uſque ad moderna tempora, adeout ob 18 præmiſſam, & juratam Statuti obſervantiam nulla potuerit incboari conſuetudo, ut tradunt *Canoniſtæ in cap. fin. de conſuetud. Dec. conſ.* 215. *num.* 35. *Surd. conſ.* 313. *num.* 33. *Bonac. de Cenſur. in Bull. Cenæ Domini diſp.* 1. *quæſt.* 14. *puncto* 1. *propoſ.* 2. *ſub. num.* 15. & 19 quatenus fuiſſet incboata, interrupta remanſiſſet ex tot actibus Statutum approbantibus, ut plenè, ac magiſtraliter *in dicta dec.* 210. *n.* 10. *&* 11. *part.* 17. *rec.*

Excluſa conſuetudine per Capitulum prætenſa, quia illi reſiſtit Conſtitutio Synodalis, ſeu Statutum Eccleſiæ, & qualitas Proceſſuum Criminalium eidem Statuto conformium, nihil urgere viſæ fuerunt depoſitiones Teſtium, examinatorum pro parte Epiſcopi Giennen. de anno 1558. vigore Remiſſorialium *Sac. Rot.* Tum quia plura deduxerunt Defenſores Epiſcopi efficacia argumenta, quòd Teſtes dati *in Summario Capituli*, non ſint illi, qui examinati fuerunt ad inſtantiam illius temporis Epiſcopi vigore Remiſſoriæ Rotalis, ſed eſſe Teſtes examinatos ad perpetuam coram Vicario Arquellada; dum Remiſſoria Rotalis fuit expedita ſuper duobus tantùm Articulis, & Teſtes prædicti deponunt ſuper quatuor Articulis, atque id, quod Epiſcopus articulavit ſuper ſecundo, ipſi depoſuerunt ſuper quarto. Rurſus quia in Sumpto, ex quo exceptæ fuerunt depoſitiones dictorum Teſtium, continentur pluras alii Actus, & Atteſtationes, quæ non ſolent fieri in Proceſſibus Remiſſorialibus; ac demum quia in tergo omnium Jurium, vel Inſtrumentorum, quæ in Actis noſtri Tribunalis producuntur, ex ſtylo inconcuſſo adnotatur productio cum deſignatione diei, menſis, anni, nominis Judicis, Actorum, & Partium, & tamen in Sumpto prædicto nullæ ex dictis ſolemnitatibus geſtæ conſpicitur: Et licèt in illius dorſo adſit adnotatio Proceſſus Remiſſorialis de Partibus, tamen iſta adno- 20 tatio oculis corporeis deleta cernitur, undè dicto Documento, tanquam informi, & non authentico, non poteſt, neque debet certa fides adbiberi ax iis, quæ tradit *Rota dec.* 498. *n.* 56. *&* *dec.* 562. *n.* 13. *part.* 19. *recent. tom.* 2.

Tum quia, quatenus etiam dictæ Depoſitiones eſſent authenticæ, adhuc cum Teſtes depoſuerint, Capitulum proceſſiſſe in Cauſis Criminalibus Canonicorum, quia ita viderunt practicare in hoc, vel illo caſu, ſpecificando illoſmet caſus ſuperiùs expenſos, in citatis Proceſſibus à Capitulo adductis, certum utique eſt, nul- 21 lam majorem conſtituere probationem, ea, quæ à dictis Proceſſibus reſultat; cumque iſti, ex probatis, nihil concludant, neque magis concludere poſſunt Teſtes ad eaſdem Scripturas ſe remittentes, ut firmat ex pluribus *Deciſio*, quæ revidetur §. 31. & præter ibi deducta notavit *Rota in Carthaginen. Beneficii* 20. *Novembris* 1699. §. *Abſque, & in Pampilonen. Beneficii* 11. *Junii* 1703. §. *Nec prætendere*, *cor. R. P. D. meo Muto*.

Quemadmodum levis ponderis remanet enunciativa emiſſa in Actu Capitulari anni 1539. in quo Epiſcopus inſteterat, ut Capitulum cederet ad ſui ſavorem Jus Mutandi Canonicos Eccleſiæ Giennen. & Baecen. ac etiam Juriſdictionem, quæ Capitulo competebat circa Jus corrigendi Canonicos: quoniam præter deducta in Deciſionibus Cauſæ, ſtrictiùs hodie animadverſum fuit quòd Epiſcopus tunc optabat, ut Capitulum ad ſui ſavorem renunciaret illam Juriſdictionem corrigendi exceſſus Canonicorum, quæ eidem Capitulo competebat in vim Statutorum præfatæ Eccleſiæ, ut liquet ex contextu Actus Capitularis -- ibi -- *Che il Decano, e Capitolo ceda, e renunzi la preeminenza, e Statuti, che li detti Signori Capitolari, e Decano hanno.* Cum itaque Statuta concedant Decano cognitionem exceſſuum levium in Choro, & Eccleſia, & Capitulo Jus capiendi Informationes in Cauſis injuriarum inter Canonicos illatarum, & Juriſdictionem corrigendi in Epiſcopi abſentia, ut ſupra latè oſtenſum fuit, inde neceſſaria emergit conſequentia, quòd Inſtantia facta ab Epiſcopo, Decano, & Canonicis, ut cederent Jus corrigendi, intelligenda eſt de dicto Jure limitato in certis caſibus per Statuta, & non de Jure univerſali cognoſcendi omnes Cauſas Criminales, cum in Corpore Statutorum nullum aliud extet Statutum, quod talem Capitulo tribuat prærogativam; Confeſſio namque habens relationem ad Statuta, de- 22 bet ſtrictè juxtà eorum diſpoſitionem interpretari ex traditis per *Decianum conſ.* 10. *num.* 92. *&* 93. *vol.* 3. *cum aliis in dec.* 480. *num.* 12. *cor. Buratt.* Accadente etiam regula, quòd omnes confeſſiones intelligi debeant juxta facti veritatem, atque ita ut minus, quàm fieri poteſt, præjudicent confitenti, ex relatis in ſecun- 23 da Cauſæ *Deciſione* §. 34. Eademque reſponſione ſubmota fuit alia enunciativa, contenta in Epiſtola Chriſtophori Aguellada Vicarii Generalis Cardinalis de Pacecho Epiſcopi Giennen. quòd nempè uti relativa ad Statuta Eccleſiæ, & Teſtes examinatos de anno 1539. in Cauſa *Giennen. Juris Mutandi*, debeat in- 24 telligi de antedicta limitata Juriſdictiona in levibus, & in Cauſis injuriarum abſente Epiſcopo, ut latiùs in *Deciſione* Cauſæ.

Sufficiunt hactenus deducta ad ſuadendum, quòd Capitulum Giennen. ante *Conc. Trid.* non gaudebat poteſtate cognoſcendi omnes in univerſum Cauſas Criminales Canonicorum, itaut juvari nequeat diſpoſitione ejuſdem *S. C. Trid. in c.* 6. *ſeſſ.* 25. ad expoſtulandum beneficium Adjunctorum, ſed res viſa eſt tranſire in evidentiam ex obſervantia, poſt publicationem Concilii uſque ad præſens ſecuta, dum ab anno 1586. quo fuit hæc Sancta, & Generalis Synodus in Regnis Hiſpaniarum publicata, proceſſit ſemper Epiſcopus ſine Adjunctis, nec unquam ad illius præſcriptum in principio anni ulla facta fuit deputatio Adjunctorum, ex qua obſervantia palpabile conſurgit argumentum, quòd Jus cognoſcendi, & corrigendi exceſſus graves Capituli, ſemper ſpectaverit ad Epiſcopum, quòdque omnia Documenta in contrarium adducta, & ſignanter confeſſiones Epiſcopi, & ejus Vicarii, interpretari debeant de exceſſibus levibus, & de injuriarum correctiona abſente Epiſcopo. Nam in ſenſum cordatæ mentis cadere nequit, quòd ſi Capitulum habuiſſet Jus univerſale cognoſcendi omnes Cauſas Criminales Canonicorum, & non illud particulare circumſcriptum, & limitatum in Statutis, quòdque illius, & non bujus renunciationem adeo anxiè exoptaſſet Epiſcopus, & in ea emittenda ipſum Capitulum adeò renitens, & inflexibile ſeſe oſtenderit, voluiſſet deindè ſine ulla contradictione permittere, quòd pauló poſt factam dictæ renunciationis inſtantiam, nempè de anno 1586. Decanus proceſſaretur ab Epiſcopo pro gravibus delictis, per eum patratis, ſine ullo Adjunctorum conſortio. Prout imperceptibile eſt, quòd ſi revara Capitulum habuiſſet talem conſuetudinem, nunquam ad exemplum plurium aliarum Eccleſiarum Hiſpaniæ inſtetiſſet pro Deputatione Adjunctorum, & paſſum fuiſſet ab anno prædicto 1586. uſque ad noſtra tempora, ut Epiſcopus ſolus gauderet libertate inquirendi, & corrigendi delicta Canonicorum, quando aliàs neminem latet, quàm ſint accerrimi defenſores ſuorum Jurium Capitula Hiſpaniarum, ut docet quotidiana experientia in tot litibus, in noſtro Tribunali pendentibus: Undè concludendum eſt, quòd Capitulum ſiluerit per ſpa- 25 tium 150. annorum abſque petitione adjunctorum, quia carebat requiſito ſubſtantialiſſimo exemptionis, ac conſuetudinis judicandi ante Concilium Cauſas Criminales, ut omiſſis generalibus, in ſpecie obſervavit *Rota in Tarraconen. Juriſdictionis* 2. *Decembris* 1701. §. *Tertiò*, *coram Me*, *& in ſecunda Deciſione Cauſæ* §. *fin.*

Quinimmò ſubdebant DD. quòd etiamſi Capitulum Giennen. habuiſſet neceſſaria requiſita ad effectum gaudendi Beneficio Adjunctorum, tamen, cum per ſeculum cum dimidio non curaverit uti ejuſmodi Privilagio, intrant Regulæ ſamigeratæ, quòd per non uſum 26 illud cenſeatur amiſſum, vel renunciatum, ut omiſſis generalibus, in puncto tradit *Tondut. Quæſt. Benef. lib.* 1. *cap.* 67. *num.* 13. & latè diſcuſſo articulo in termi-

nis

nis Privilegii Apoſtolici concedentis Adjunctum, reſpondit *Rota in Gerunden. Juris cognoſcendi Cauſas Criminales 17. Martii, & 12. Junii 1702. per tot. cor Me, & in Calaritana Juriſdictionis 2. Julii 1701. §. Talis obſervantia, coram R.P.D. meo de la Tremoille.*

Quin obſtet; quòd Concilium in dicto *c.6. ſeſſ.25. de Reformat.* deroget Privilegiis, & conſuetudinibus dicto Decreto Adjunctorum contrariis: Quoniam dicta dero-
27 gatio intelligenda eſt de conſuetudinibus favorabilibus Capitulis, juxta quas, eorum aliqua procedebant in cognoſcendis Cauſis Criminalibus ſine Epiſcopo, non verò de conſuetudinibus favorabilibus Epiſcopo procedendi ſine tali conſortio; Idque eſt adeò verum, ut Patres Concilii ibidem expreſsè declaraverint, dictum Decretum non habere locum in iis Capitulis, in quibus Epiſcopi majorem obtinebant Juriſdictionem, illa, quæ in eodem Decreto comprehendebatur, ſicque Conciliaris diſpoſitio eſt tota, & in totum favorabilis Epiſcopis, & de directo contraria Capitulis, nam ubi priùs Capitula vigore Privilegii Exemptionis,
28 Concordiæ, vel conſuetudinis, habebant poteſtatem corrigendi exceſſus Canonicorum abſque Epiſcopis, vigore Concilii hujuſmodi Privilegia, & conſuetudines derogatæ fuerunt, itaut non poſſint ampliùs procedere ſoli, ſed procedat Epiſcopus una cum duobus Adjunctis de illorum gremio. *Barb. ad Concil. c.4. ſeſſ.6. de Reformat. n.17. Spad. conſ.135. nu.1. Rot. d. 743. p.1. div. & dec. 321. n.2. verſ. & ante, & verſ. attamen, part.2. diverſ.*

Si itaque Concilium in ſubjecta materia voluit abrogare conſuetudines favorabiles Capitulo, & præſervare illas Epiſcoporum, quis negabit non vetuiſſe, quin in-
29 ducatur conſuetudo, ut Epiſcopus procedat ſolùs ſine Adjunctis, etiam in illis Capitulis, quibus tale competere. Privilegium? Præſertim ſi reflectatur, quòd finis potiſſimus illorum Patrum fuit imminuendi Privilegia, & Exemptiones Eccleſiaſticorum ab Ordinaria Epiſcoporum poteſtate, ut latè obſervatum fuit in *Firmana Juriſdictionis 13. Martii 1702. §. 20. coram Me*, ac deſuper, quòd in terminis terminantibus expreſsè in corpore Juris Canonici exiſtit Decretalis *Bonifacii VIII. in Can. non eſt, de conſuetudine in ſexto*, definiens, quòd
30 non eſt reprobanda conſuetudo, quam allegat Epiſcopus, quod in inquirendis, puniendis, & corrigendis Subditorum exceſſibus, conſilium ſui Capituli requirere minimè teneatur.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Hipporegien. Beneficii.

Lunæ 11. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

In materia Beneficiali quando attendatur, vel non, ultimus ſtatus. De triennali poſſeſſione, ejuſque effectibus, & ſignanter an, & quando Succeſſor juvetur poſſeſſione ſui Anteceſſoris.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies narratur.*
2 Literæ Apoſtolicæ *ob vitium ſubreptionis executionem non merentur.*
3 *Ultimus ſtatus in Beneficialibus attendi debet, reſervata ulteriori cognitione ad petitorium, & pro futuris vacationibus.*
4 *Etiamſi agatur contra Proviſum Apoſtolicum.*
5 *Anteriori ſtatu Beneficii legitimè juſtificato, non attenditur ultimus ſtatus contrarius.*
6 *Declaratur concluſio, ut procedat re integra ante captam Beneficii poſſeſſionem.*
7 *Maximè, ſi non agatur principaliter de qualitatibus Beneficii, ad effectum mutandi illius ſtatum, ſed lis verſetur ſuper executione* Literarum Apoſtolicarum.
8 *Eoque fortiùs, quando quæſtio non eſt inter Collatores, ſed inter Proviſos, & ultimus ſtatus non eſt modici temporis.*
9 *Pro retardando effectu ultimi ſtatus, probationes debent eſſe clariſſimæ, procedentes vel ab Inſtrumento publico, vel à re judicata, vel à confeſſione Partis.*
10 *Enunciativæ vim non habent ejuſmodi probationis.*
11 *Enunciativa æquivoca nihil probat.*
12 *Quòd Beneficium obtinebatur in Commendam, non ſemper provenit ex qualitate Regularitatis.*
13 *Enunciativæ nimis generales, & quæ prodeunt in actibus, qui non docentur effectuati, nil relevant.*
14 *Multo magis ſi in contrarium probatur ineffectuatio.*
15 *Clauſula* — ſicut accepimus — *de per ſe nihil concludit.*
16 *Ad conſtituendam qualitatem Regularitatis requiritur, Eccleſiam fuiſſe per 40. annos à Regularibus gubernatam.*
17 *Teſtium depoſitiones in Judicio productæ, approbatæ cenſentur, & contra producentem plenam probationem faciunt.*
18 *Triennalem Beneficii pacificam poſſeſſionem habens, à moleſtiis tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio tutus eſt &* num. 20.
19 *Nec contra illum admittitur probatio infectionis tituli.*
21 *Quod procedit etiam in Beneficiis exemptis, reſervatis, vel debitis certo generi perſonarum.*
22 *Proviſio, facta ab alio, quàm à Papa, vel ab Ordinario, habente legitimam conferendi poteſtatem, non tribuit titulum coloratum.*
23 *Quomodo proviſio facta à Nuncio Apoſtolico tribuat titulum coloratum, & quando non.*
24 *Declaratur* dec. 523. part. 19. rec.
25 *Poſſeſſio capta à Seculari de Beneficio Regulari eſt nulla.*
26 *Excepto caſu reſervationis, clauſæ in Corpore Juris, aut Simoniaci ingreſſus, Decretum irritans non efficit, ut triennalis poſſeſſor ſua poſſeſſione juvari non poſſit,* & n. 27.
28 *Ubi concurrit non ſolùm poſſeſſio triennalis, ſed etiam decennalis, & ultra, præſumitur titulus validus etiam contra* Decreta Conc. Tridentini.
29 *Vigore triennalis poſſeſſionis eſt allegabilis quilibet melior titulus de mundo.*
30 *Ad hoc ut poſſeſſionis triennalis beneficio quis fruatur, non eſt neceſſe, quòd Beneficiatus ipſe poſſederit ſpatio triennali, ſed poteſt etiam poſſeſſione ſui Auctoris juvari.*
31 *Contrarium tenent alii.*
32 *Prior opinio procedit in caſu, quo agatur de Reſignatario, qui juvari velit poſſeſſione Reſignantis, & quare.*
33 *Impetrator tenetur ad unguem narrata verificare.*
34 *Et poſſeſſori ſufficit vincere per non jus actoris.*
35 *Commenda ceſſat per proviſionem in titulum.*
36 *Nullitas Gratiæ poſt pacificam triennalem poſſeſſionem deduci non poteſt.*

DECISIO XV.

VAcato de anno 1644. per obitum Caroli Caſtelli Prioratu Sancti Petri de Naviliano Hipporegien. Diœceſis, illius Collatio à Nuncio Taurien. facta fuit in perſonam Petri Franciſci Burræ, qui adepta ejuſdem Beneficii poſſeſſione, illud ſpatio quatuordecim annorum pacificè retinuit, & ſucceſſivè in manibus Sedis Apoſtolicæ reſignavit, à qua ſibi conferri obtinuit Jo: Andreas Burra, captaque illius poſſeſſione, 1
in ea abſque contradictione per ſpatium annorum 42. continuavit, donec de anno 1700. ad favorem Ludovici de Comitibus reſignavit, expeditiſque ab eo Literis Apoſtolicis præfati Beneficii poſſeſſionem adeptus eſt.

Prætendens autem Collationes controverſi Beneficii, ſeu Prioratus, tanquam de Seculari, tam à Nuncio Taurinen. quàm à Sede Apoſtolica factas, eſſe nullas, & Beneficium adhuc vacare per obitum ſupradicti Caroli Caſtelli, Joſeph Mathæus Paſtoris ſub narrativa, quòd Prioratus eſſet Regularis, ac ſolitus provideri in Commendam, illum ab Apoſtolica Sede ſibi conferri obtinuit, introductoque Judicio *cor. A.C.* ſuper executione Literarum Apoſtolicarum, favorabilem Sententiam reportavit, ſed diverſam ſortem expertus eſt in hoc Sacro Tribunali; nam delegata mihi Cauſa appellationis cum clauſula — *Parito Literis arbitrio Rotæ* —, datoque ad tenorem Commiſſionis Dubio in hodierna Audientia, prodiit reſponſum — *Intrare arbitrium pro retardatione Literarum Joſephi Mathæi.*

Expreſſit enim Joſeph præfatus Summo Pontifici,

proviſionem à Ludovico obtentam eidem ſuffragari
non poſſe, ex quo Prioratus, de quo agitur, eſſet
Regularis Ordinis Canonicorum S. Auguſtini, quòd-
que uti ſecularis fuerit collatus à Nuncio Taurinen.,
& à Sede Apoſtolica, proindeque nullis exiſtentibus
omnibus his Collationibus, dictus Prioratus de tem-
pore impetrationis à Joſepho factæ vacaret ob ceſſa-
tionem Commendæ, olim ſactæ Carolo Caſtello;
2 Quæ narativa cum in omnibus ſuis partibus detega-
tur inſubſiſtens, & ſalſa, Literæ Apoſtolicæ ſuper
ea innixæ, vitio ſubreptionis infectæ remanent, & con-
ſequenter exequi non debent, ſed intrat arbitrium Judi-
cis pro illarum executione retardanda. *Rota cor. Celſo d.
596. nu. 1. & 7. Burat. dec. 260. nu. 17. ibique Adden. lit.
B. & in recent. dec. 352. num. 32. part. 16. & dec. 148. n.
3. & 4. part. 19. in Aſcalana Parochialis 27. Junii 1681.
§. Unicum in fine, cor. bon. mem. Albergato: in Aſculana
Beneficii 5. Martii 1700. §. Conſtitit. cor. Me: in Aſculana
Beneficii, ſeu Abbatiæ 8. Martii 1700. §. Seorſim, cor. R.
P. D. meo Anſaldo, & 22. Junii 1701. §. Probata, cor.
Me, & in Palentina Theſaurariæ 4. Junii 1703. §. Agno-
verunt, cor. R. P. D. meo Kaunitz.*

Et ſanè inſubſiſtens eſt exceptio, quòd Ludovico de
Comitibus opitulari non poſſit Gratia, ſive Proviſio
à Sede Apoſtolica reportata; quia cum Ludovicus
obtinuerit ad ejus favorem reſignari controverſum Prio-
ratum tanquam Secularem, ad formam expreſſionis,
& proviſionis antecedenter, nempè uſque de anno
1644. factæ à Nuncio, & de anno 1658. à Sede A-
poſtolica, Collatio Beneficii de anno 1700. in perſo-
nam ejuſdem Ludovici uti de Seculari facta à Papa,
ſecuta dicitur juxta ultimum ſtatutum ſpatio annorum
57. abſque ulla contradictione obſervatum, qui unicè
in hac materia attendi debet, reſervata ulteriori cogni-
tione ad petitorium, & pro futuris vacationibus, jux-
ta *Text. in cap. Conſultationibus, de Jurepatr.*, de quo ad
effectum ſubſtinendi Proviſionem Beneficii uti de Se-
culari *Card. de Luca de Benef. diſc. 63. num. 12. Rot. dec.
2. de Praben. in novis; & coram Gregor. dec. 77. num. 9.
Bich. dec. 433. ſub num. 26. & ſeqq. & in recen. deciſ.
164. ſub num. 3. part. 1. dec. 65. num. 24. part. 11. &
dec. 215. n. 2. & ſeqq. part. 15. & in Celſonen. Præpoſitu-
ræ 2. Decembris 1693. §. Neque bis, & 14. Junii 1694.
§. fin. cor. Reverendiſs. D. meo Decano*, etiamſi agatur
4 contra Proviſum Apoſtolicum. *Deſiderius Guido in ſua
Deciſione impreſſa inter illas Treviſan. dec. 54. ex num. 3.
lib. 2. Rot. cor. Bich. d. dec. 432. num. 27. & ſeqq. in Aſcu-
lana Parochialis 5. Junii 1684. §. Sed omnem, cor. bo. me.
Benincaſa: in Mediolanen. Præpoſituræ 26. Novembris
1691. §. Ac proinde, & 4. Julii 1692. §. Fundamentum,
cor. Reverendiſs. D. meo Decano, & 18. Maii 1695. §.
Moti, cor. Me: in Aſculana Beneficii 16. Martii 1696. §.
5 Bi quidem, & 14. Junii ejuſdem anni §. Joſeph, coram
R. P. D. meo de la Tremoille: in Aſculana Beneficii, ſeu Ab-
batiæ 8. Martii 1700. §. Obſtitit, cor. R. P. D. meo Anſal-
do: in Mediolanen. Capellaniæ 9. Maji 1701. §. Mauritius,
& ſeqq. cor. R. P. D. meo Priolo, & in Melevitana Ju-
riſpatronatus 31. Martii 1702. §. Ex hac, coram R. P. D.
meo Scotto.*

Nec obſtat, quòd quando quæſtio verſatur ſuper ſta-
tu, & qualitate Beneficii, nempè an illud ſit Re-
gulare, vel Seculare, tunc ſi Impetrans juſtificavit
anteriorem ſtatum legitimè impreſſum, non attenda-
tur ſtatus ultimus contrarius, niſi iſte probetur legi-
timè præſcriptus, ut in individuo firmant *Gratian. di-
6 ſcept. 574. num. 10. & ſeqq. Tondut. Reſol. Benefic. part.
3. cap. 166. num. 13. & ſeqq.* ubi quòd ita reſolutum
fuit. *Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 34. nu. 35. & ſeqq.
Coccin. in ſua egregia Adnot. 304. nu. 12. & ſeqq. Adden. ad
Gregor. dec. 77. num. 12. verſ. prædictis. Adden. ad Pam-
phil. dec. 539. num. 6. verſ. notabilis*, & magiſtraliter
*Rot. coram Pen. deciſ. 1435. & dec. 1487. cor. Emerix
Jun. dec. 550. §. fin. & in rec. dec. 308. num. 6. & ſeqq.
part. 1. dec. 737. num. 6. part. 2. dec. 42. num. 1. part. 4.
dec. 106. num. 4. cum duobus ſeqq. part. 16. & in Au-
guſtana Beneficii 12. Januarii 1693. §. fin. cor. bo. me.
Benincaſa, & in Celſonen. Præpoſituræ 2. Decembris
1693. & 14. Junii 1696. §. Tantò certiùs, coram Re-
verendiſs. D. meo Decano.*

Etenim cum Joſeph Mathæus non veniat contra
ultimum ſtatum re integra, & ante executam gratiam
Ludovici, in quibus terminis procedunt Authoritates
in objecto allegatæ, ſed idem Joſeph à Sede Apoſtolica
per impetrationem proviſus, concertet contra alium
Proviſum Apoſtolicum, cujus Gratia jam executa eſt,
& per actualem poſſeſſionem, ab ipſo captam, ad ſuum
conſummatum effectum perducta, in his terminis Ludo-
vicus poſſeſſor, qui habet aſſiſtentiam ultimi, & pe-
nultimi ſtatus ſpatio annorum 57. obſervati, moleſtari
non poteſt cum exceptione ſtatus anterioris, etiam ſuper-
lativè demonſtrati, quia probationes illi opitulari qui-
dem valebunt pro firmanda Beneficii qualitate in petito-
torio, & pro regula futurarum vacationum, ſed deſer-
vire neutiquam poſſunt ad irritandam Proviſionem bo-
na fide factam, executam, & conſumatam, ut diſtin-
guendo explicant *Mareſcott. Var. Reſol. lib. 1. cap. 55. num.
49. & ſeqq. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 34. nu-
mer. 26. cum duob. ſeqq. Ciarlin. contr. 107. numer. 11.
& ſeqq. & ſignanter num. 15. & 16. De Luc. de Be-
nef. diſcurſ. 36. num. 112. Adden. ad Gregor. dec. 77. n.
12. verſ. & circa. Rota diverſ. dec. 167. n. 10. part. 2. in
recen. deciſ. 435. num. 4. part. 2. coram Priol. deciſ. 38.
num. 7. in Mediolanen. Præpoſituræ 16. Novembris 1691.
§. In nihilo, & 4. Julii 1692. §. Fundamentum, cor.
Reverendiſs. D. meo Decano, & §. Atque, & 18. Maji
1695. §. Et fine, cor. Me: in dicta Celſonen. Præpoſitu-
ræ 2. Decembris 1693. §. Neque his, & 14. Junii 1694.
§. fin. cor. Reverendiſs. D. meo Decano*, & benè *in Bar-
chinonen. Parochialis del Prat. 2. Decembris 1695. §.
Minuſque, coram bo. me. Urſino, & in Celſonen. Beneficii
25. Januarii 1700. §. Neque, & §. Hæc tamen, cum
ſeq. cor. bo. me. Jacometto.*

Maximè quia non agitur in præſenti de ſimplici ſta-
tu Beneficii in petitorio, nec principaliter de qualita-
tibus Beneficii dubitari contingit ad effectum mutatio-
nis ſtatus illius, quo caſu, ſi ultimus ſtatus non ſit le-
gitimè præſcriptus, non attenditur in concurſu ante- 7
cedentis ſtatus contrarii legitimè impreſſi; ſed unicè
vertitur controverſia inter Proviſos à Sede Apoſtoli-
ca, & ſuper executione Literarum Apoſtolicarum:
Tunc enim inſpicitur ultimus ſtatus, qui ſufficit ad
juſtificandam Gratiam de facto, & ad hoc, ut rejecta
qualitate Beneficii ad petitorium, ad tenorem ultimi
ſtatus judicari debeat, ut in ſpecie diſtinguunt *Calde-
rin. conſ. 23. de præben. Adden. ad Burat. dec. 776. n. 17.
& ſeqq. Rot. in recen. d. dec. 154. num. 2. 3. & 4.* ubi con-
ciliat. contrarios, *part. 1. Bich. d. dec. 433. num. 27. &
in citata Barchinonen. Parochialis del Prat. 13. Junii
1695. §. Et licet ultimi, & ſeqq. & 2. Decembris ejuſ-
dem anni §. Expediti, & ſeqq. cor. bo. me. Urſino: in
Mediolanen. Præpoſituræ 26. Novembris 1691. §. Ac pro-
inde, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & 18. Maji
1695. §. Moti, coram Me, & §. Et fine.*

Eoque fortiùs quando non agitur inter Collatores,
ſed inter Proviſos, & ultimus ſtatus non eſt modici
temporis, ſed excedit quadragenariam, hoc enim in
in caſu pro ſubſtinenda Collatione jam facta ultimus
ſtatus tam longævus exuberat. *Corrad. in Prax. Benefic.
lib. 1. c. 6. n. 321. verſ. & in terminis cum ſeq. Gonzal.
ad Regul. 8. §. 7. ſub n. 27. verſ. quartus etiam*, & ad-
mittit etiam *Rota coram Pen. dec. 1355. n. 4. dec. 1435. nu. 5.
& 6. & dec. 1487. num. 4.*

Poſito autem, nos verſari in caſu, in quo inciden-
ter tractatur de qualitate Beneficii, quòdque agatur
de Literis Apoſtolicis à Ludovico obtentis, & plenariè
effectum ſortitis per actualem Beneficii poſſeſſionem
ab *ipſo* adeptam, non eſſet ulterius quærendum, nec
examinandæ probationes à Joſepho impetrante addu-
ctæ, quarum diſcuſſio ad judicium petitorium eſt re-
mittenda: Verùm ex abundanti conſiderabant Domi-
ni, probationes non eſſe talis naturæ, quæ infringere
poſſent ultimum ſtatum, cum pro retardando illius ef-
fectu probationes adverſativæ debeant eſſe clariſſimæ,
& deſumi ab inſtrumento publico, re judicata, & con-
feſſione Partis, contra quas nihil, quod illas diſcolora-
ret, obiici poſſit, ut proſequuntur in terminis mox al-
legatæ Authoritates, ſignanter *Rota coram Bich. citata
deciſ. 433. n. 29. & 30.* ubi agebatur de ſtatu Be-
neficii Seculari, vel Regulari, *& in recen. dec. 215. n. 8.
25. & 26. part. 15. & in d. Barchinonen. Parochialis del
Prat. 13. Junii 1695. §. Dum igitur, & 2. Decembris ejuſ-
dem anni §. Quapropter, coram bo. mem. Urſino*, quæ
omnes

omnes loquuntur in eiſdem terminis ſtatus Beneficii
Regularis, vel Secularis, & §. Lotterius, & ſeqq. ubi
examinat Authoritates in objecto allegatas hoc idem fir-
mantes, & conſentaneè in d. Mediolanen. Præpoſituræ 1691.
§. Præſertim, & 4. Julii 1692. §. Certiùs, coram Reverendiſſ.
D. meo Decano, & 18. Maii 1695. §. Demùm, coram Me.
Nulla ex his probationibus adducebatur in præſenti
à Joſepho, nec alia ſimilia Documenta, quæ indubiam,
& ſuperlativam probationem conſtituerent, ſed reſtrin-
gitur tota vis ad quaſdam enunciativas, quæ nihil con-
cludunt in hac materia, cum æquipollere non, poſ-
ſint Inſtrumento publico, rei judicatæ, & confeſſio-
ni Partis clariſſimæ. Rota coram Gregor. dec. 77. n. 7. & 8.
& in Mediolanen. Præpoſituræ 4. Julii 1692. §. Nec majo-
rem, coram Reverendiſſ. D. meo Decano, & 18. Junii
1695. §. In hipoteſi, & ſeqq. coram Me, & in Melevita-
na Juriſpatronatus 31. Martii 1702. §. Minuſque, coram
R. P. D. meo Scotto.
Fortiùs quia proveniunt à principio erroneo, & in-
fecto. Prima nempè anni 1524. emanavit à quodam
Franciſco de Monteferrato, qui erat Curatus Parochia-
lis S. Mariæ, & Caſſiani, & in renovatione conceſſio-
nis nonnullorum bonorum ſe enunciavit Commenda-
tarium Prioratus S. Petri de Naviliano, nulla tamen
facta expreſſione Regularitatis, undè iſta nihil prodeſ-
ſe valet, tanquam æqnivoca: in ſpecie Rot. coram Bich.
citat. dec. 433. n. 16. verſ. hinc ad rem: in Mediolanea.
11 Præpoſituræ 4. Julii 1692. §. Maiorem, coram Reverendiſſ.
D. meo Decano, & 18. Maii 1695. §. Quandoquidem, cor.
Me. Beneficium enim, de quo res eſt, poterat obtineri
in Commendam, non ex qualitate Regularitatis. ſed
quia Franciſcus poſſidebat aliud Beneficium cum Cu-
12 ra animarum, quo caſu, nt ntrumque Beneficium
obtiueri poſſit, unum ex eis ſolet dari in Commen-
dam, etiamſi ambo ſint Secularia. Tondut. Reſol. Be-
nef. part. 3. cap 166. n. 9.
Aliæ verò ſubſequentes enunciarivæ nihil pariter re-
levant quia originem traxerunt à prima anni 1524. ſunt
nimis generales, prodierunt in actibus, qui non docen-
13 tur effectuati, dum de Literarum Apoſtolicarum expe-
ditione, & ſubſecuta poſſeſſione documentum non da-
tur, & propterea nihil probant; in ſpecie Rot. coram
Bich. d. dec. 433. num. 15. Immò reſpectu illius anni
1618. oſtenditur contrarium, ex quo in Bulla Pauli V.
14 narratur, tunc Proviſo fuiſſe motam litem, & Gratiam
effectum ſortiri non potuiſſe Summar. duplicationis Ludo-
vici num. unico, ſicque probata ineffectuatione nullum
ſuper his actibus fieri poteſt fundamentum. Rota in
d. Mediolanen. Præpoſituræ 4. Julii 1692. §. Adhuc, co-
ram Reverendiſſimo D. meo Decano, & 18. Maii 1695.
§. Inſuper & ſeq. coram Me. Rurſus ſunt erroneæ,
& variæ, quia enunciant Prioratum ſub ordine, &
Regula S. Benedicti, quando ad præſens aſſeritur eſſe
15 ſub Inſtituto Regulari S. Auguſtini, & emanarunt ad
Partis ſupplicationem, ut patet ex clauſula ſicut acce-
pimus, quæ de per ſe nihil concludit, aliamque proba-
tionem expectat. Rot. coram Coccin. dec. 888. n. 12. cum
dub. ſeqq in recen. deciſ. 656. n. 2. & 3. part. 2. & in Bracha-
rea. Parochialis coram bon. mem. Juſto apud Marcheſan. de
Commiſſ. part. 1. §. 2. n. 3. & in Caurien. Juriſdictionis 11. Junii
1703. §. Et conſequenter, cor. R. P. D. meo Caprara, ubi plu-
res allegantur Concordantes.
Quodque plus eſt, prædictæ enunciativæ conquaſ-
ſantur, & deſtruuntur à depoſitione duorum Teſtium
nobilium, uſque ab anno 1581. examinatorum ad inſtan-
tiam Cæſaris Delphini prætenſi Commendatarii, uni-
formiter aſſerentium, Eccleſiam Sancti Petri de Navi-
liano non eſſe Beneficium Curatum, carere Conventu,
16 ibidemque de tempore examinis non habitare, nec in
præteritum habitaſſe Monachos, nec Regulares à tan-
to tempore, cujus initii memoria non extat, ex quo
remanet excluſa qualitas Regularitatis, pro qua con-
ſtituenda requiritur Eccleſiam fuiſſe per 40. annos à
Regularibus gubernatam, Barboſ. de Epiſc. part. 3. alleg.
57. à n. 168. Murg. de Beneſ. part. 1. c. 2. n. 7. & ſeqq. Gon-
zal. ad Reg. 8. gloſ. 8. n. 30. & ſeqq. Rota coram Pan. dec. 443.
n. 4. Buratt. dec. 636. n. 1.
Dictorumque Teſtium depoſitiones in dubium revo-
cari non poſſunt à Joſepho Matthæo, quia cum ipſe
in hoc Judicio eas produxerit, per talem productionem
17 approbatæ cenſentur, & ampliùs impugnari non va-

lent, ſed contra ipſum plenam probationem faciunt,
Deſiderius Guido conſ. 2. num. 19. & 20. conſ. 3. num. 13.
conſ. 6. num. 25. conſ. 8. num. 22. conſ. 15. num. 11.
Rot. cor. Priol. dec. 168. num. 4. Zarat. dec. 11. n. 16. &
Aſculana Fideicommiſſi, ſeu Domus Super fructibus 4. Julii
1696. 3. Julii, & 10. Decembris 1698. in omnibus in
princ. cor. R. P. D. meo Pio; & in Nullius, ſeu Altamu-
ræ immiſſionis 17. Januarii 1701. §. Ratio, & §. Ta-
lemque, & 10. Februarii 1702. §. Potiſſimè, cor. Me;
& in Peruſina Liquidationis fructuum 16. Januarii cur-
rentis anni §. Nec dubitarunt, coram Me.
Rurſus ex alio capite reſultat validitas, & ſubſi-
ſtentia Gratiæ reportatæ à Ludovico, ex beneficio
ſcilicet Regulæ de triennali, quæ ſicuti tuebatur Jo:
Andream Reſignantem, & vigore Proviſionis Apo-
ſtolicæ Prioratus pacificam poſſeſſionem habentem, 18
nedum per triennium, ſed per annos quadraginta duos,
à quibuſcunque moleſtiis, quæ illi tam in petitorio,
quàm in poſſeſſorio inferri poſſunt, militabat etiam
contra Joſephum Matthæum, adducentem Literas A-
poſtolicas ſuæ Proviſionis, cum nec ſimoniacus, nec
intruſus fuerit, ut egregiè legitur in eadem Regu-
la 36. & tradunt Noal. conſ. 17. num. 1. Caſtropal. Oper.
Moral. tract. 13. diſp. 4. punct. 23. num. 9. Rot. coram Caſſa-
dor. dec. 5. num. 5. de reſtit. ſpoliat. Verall. dec. 349. num. 3.
part 3. Pue. dec. 26. lib. 3. Mantic. dec. 50. num. 10. Cerr.
dec. 327. num. 4. Burat. dec. 209. num. 9. & deciſ. 280.
num. 1. & 2. & num. 16. Bich. dec. 597. num. 10. Celſ.
dec. 392. num. 10. & ſeqq. Carill. dec. 132. num. 2. & in
recent. dec. 148. num. 16. & dec. 232. num. 8. part. 16.
dec. 423. nu. 17. & plurib. ſeqq. ubi, quòd nec admittitur
probatio infectionis tituli, & dec. 608. num. 15. & 16. 19
part. 19.; ita operatur, ut ob pacificam poſſeſſionem
triennalem, immo quadragenariam, dictæ Reſignatio-
nis Gratia Ludovici Reſignatarii nullo modo valeat im-
pugnari, cum poſſit allegare omnem meliorem titulum
de mundo, quem vigore ſolius triennalis poſſeſſionis, 20
& multò magis quadragenariæ, allegare valeret præfa-
tus Joannes Andræas Reſignans, juxta Auctoritates
inferiùs citatas in §. Minimè. Idque procedit etiamſi
verſaremur in Beneficiis exemptis, reſervatis, vel de-
bitis certo generi perſonarum, ex quo triennalis poſ- 21
ſeſſio inducit præſumptionem validitatis tituli, & ſu-
perventæ diſpenſationis. Gonzal. ad Regul. 8. gloſ. 5. §. 8.
n. 61. verſ. ſi verò, ubi in terminis Beneficii Commenda-
ti. Mareſcot. Var. lib. 1. reſol. 41. nu. 23. & 24. Tondut. Quæſt.
Beneſic. part. 3. c. 189. n. 6.
Non obſtante, quòd ad hoc, ut tutus ſit Poſſeſ-
ſor triennalis, neceſſè eſt, quòd habeat ſaltem titu-
lum coloratum, qualem tribuit ſolùm proviſio facta à
Papa, vel ab Ordinario, habentibus de Jure origina- 22
riam poteſtatem conferendi, non verò Proviſio Nuncii,
qui excedendo ſuas facultates tribuere non valet Provi-
ſo titulum coloratum: Rota in rec. dec. 238. num. 9. part.
12. dec. 297. num. 7. part. 16. dec. 298. num. 18. & ſeq. part.
17. dec. 232. numer. 8. & 9. part. 18. & in Carthaginen. Bene-
ficii 10. Februarii 1702. §. fin. cor. Reverendiſſimo D. meo
Decano, & in terminis Cardinalis Indultarii, confe-
rentis Beneficium Regulare Rot. in recen. dec. 523. nu. 83.
p. 19.: Tum quia Joannes Andreas Burra, qui reſi-
gnavit Beneficium Ludovico, anno 1658. fuit à Sede
Apoſtolica proviſus, & vigore Proviſionis Apoſtolicæ
in pacifica poſſeſſione permanſit ſpatio 42. annorum:
Tum etiam quia tunc ſolùm collatio facta à Nun-
cio non tribuit titulum coloratum, quando iſte pro-
videt Beneficia, non habita prius informatione va-
loris ſuper non exceſſu ducatorum 24. auri de Came- 23
ra contra formam propriarum facultatum, non verò
quandò Nuncius providet ſervata forma, tunc enim
collatio Nuncii dicitur facta authoritate Apoſtolica,
& Proviſo ab eo favere debet regula, quæ genera-
liter loquitur, omneſque Proviſiones complectitur,
ut diſtinguendo tradit Rot. cor. Emerix jun. dec. 65.
n. 4. & 5. Nec quidquam obſtat dec. 523. part. 19.
recent. quia in caſu dictæ Deciſionis Proviſus non ha- 24
bebat poſſeſſionem triennalem, immò Proviſio facta
fuerat ſub expreſſa conditione, ut intra quatuor men-
ſes nova Proviſio obtineretur à Sede Apoſtolica, ut habe-
tur ex n. 81. verſ. quo verò, uſque ad finem ejuſdem Deciſionis.
Minùs obſtat, quòd ſeculari poſſidenti Beneficium
Regulare reſiſtat diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini,

ionixi clanſula *ſublata*, ac Decreto irritanti, ex quo
25 oritur, quòd quæcunque poſſeſſio, capta à ſeculari de Beneficio Regulari, irrita, & nulla ſit, & pro vacua ad quemcunque effectum habeatur. *Rota in Tranen. Præceptoriæ 2. Junii 1690. §. Nec d.coram bo. me. Urſino;* Etenim excepto caſu reſervationis clauſæ in corpore Juris, aut ſimoniaci ingreſſus, expreſsè in Regula præſervato, in aliis caſibus vera, & conſtans opinio eſt, quòd Decretum irritans non efficit, ut triennalis poſſeſſor ſua poſſeſſione juvari non poſſit. *Dian.*
26 *Reſol. Moral.tom.3.tit.de Diſpenſat.reſol.170. n.17.* Et quòd dicta Regula habeat locum adverſus reſervationes pro-
27 manantes à Regulis Cancellariæ, licèt omnes illæ munitæ ſint clauſula *ſublata*, ac Decreto irritanti *Kochier. ad Regul. de triennal. n.85. Sanchez Conſ. Moral. lib.2. cap.1. dub.34. num.3. Rot.coram Pæa.deciſ.1004.n. 7. verſ.Neque huic. Bich. dec.171. n.2. & 5. Cerr.d.130. n.8. & in recentior.dec.345.n.12. part.17.in d. Mediolanen. Præpoſituræ 26. Novembris 1695. §. final. coram Reverendiſſimo D. meo Decano*, nec contradicit *d. deciſio Tranen. coram b. me. Urſino*, quia illa de hac Regula non loquitur.

Concilium Tridentinum verò, quidquid ſit, an operetur, ut titulus præſumptus, à Regula de triennali reſultans, ſit allegabilis: Urget reſponſio, quòd ubi non concurrit ſimplex triennalis poſſeſſio, ſed decennalis, immò 57. annorum, præſumitur titulus validus etiam
28 contra decreta *Concilii Tridentini. Barboſ.ad Concil.ſeſſ.24. de reform.c.17.n.51.in fine, & de Epiſcop.part.3.allegat.62. n.30.* ubi plures individuales Auctoritates refert.

Minimè relevante, quòd titulus præſumptus à triennali promanans excludatur, ex quo Reſignatio ad favorem Ludovici facta fuit de Beneficio, utì Seculari, quòd utique tali modo reſignatum non fuiſſet, ſi diſpenſatio præceſſiſſet, ſed Reſignans ceſſiſſet Commendæ prævia narrativa, quòd ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Beneficium ad vitam in Commendam retinebat. Quoniam ex triennali poſſeſſione non inducitur ſola præſumptio diſpenſationis, ſed ſecularizationis,
29 vel cujuslibet alterius melioris tituli de mundo, qui vigore illius eſt allegabilis. *Rota coram Mohedan. deciſ.53. n.2.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.Achil.de Graſſ. dec.14. nu.2. & ſeqq.de probat.Seraphin.dec.316.n.2.*

Probato ex his, Triennalem in caſu, de quo agitur, habere locum ad tuendum Poſſeſſorem; non relevat, Lodovicum pacificè per triennium Beneficium, de quo
30 agitur, non poſſediſſe, ſiquidem ad effectum, ut intret Regula præfata, non eſt neceſſe Beneficiarum per ſe ipſum ſpatio triennii poſſediſſe, ſed juvari poteſt etiam poſſeſſione ſui Auctoris, juxta famigeratam allegationem *Lapi 89.* quam ſequuntur *Card. de Luc. de Beneſic. diſcur. 91. n. 7. & in Summ. nu. 240. Rot. cor. Pen.deciſ. 352. nu.3. & ſeq. Seraphin.dec.316.n.2. Coccin. dec.475.n.4. & in recentior.dec.534.n.7. part.1.& dec.39. n.1.part. 16.*

Abſque eo quòd obeſſe poſſit opinio contrarium ſentientium, quòd nempè Regula *de triennali* ſit perſonalis
31 & ipſi Poſſeſſori tantùm ſuffragetur, non autem tranſeat ad ſucceſſorem: *Gomez ad d. Regul.de triennali q. 13. num. 9. & per totam*, ubi contrariis reſpondet, & dicit ita fuiſſe judicatum per *Rotam. Azor. Inſtit. Moral. tom.2. lib. 7. cap. 35. quæſit. 4.Caſtropal. Oper.Moral.tom. 2. tract.13. diſput.3.punct. 23. num.8. verſ.dixi, qui triennis. Peleus in Commentar. Analitic. ad Regul. Cancell. c. 35. ad Regul. de triennali fol. mihi 514.à tergo §. Pacificus Poſſeſſor.Bengeus, & Pingon.de Beneſic. §. Quarto, folio mihi 443. n. 15. & 14.Cokier.ad Regul.de Triennal.n.85.§. Sed an titulus. Paſtor.de Beneſic.lib.3.c.ultimo nu.30.Rota coram Zarat.dec.27.n.19. & ſeqq.*

Siquidem cum Ludovicus non ſit novus Proviſus ex integro, nec veniat ex jure novo, & omninò independente ab Anteceſſore, ſed Reſignatarius, qui metitur ſuum jus ab Anteceſſore Reſignante Poſſeſſore, nedùm triennali, ſed 42. annorum, vigore Literarum Apoſtolicarum, in iſtis terminis beneficium Regulæ *de triennali*, quantumconque perſonale, tranſit ad ſucceſſorem, quia pro una eademque poſſeſſione illa Reſignantis, & Reſignatarii conſideratur, & ſic ſucceſſor poſſeſ-
32 ſione ſui anteceſſoris ad hunc effectum juvatur, ut explicando *Lapum*, tradunt *Mandoſ. in Addit. ad d. alleg. 89. ejuſdem ſub verſ.& qui alias, & verſic. & concluditur.* *Mareſcott. Var.Reſol. lib.1.cap.41. n.58. 59. & per tot.Rota coram Caſſador.dec.2.n.4.& 6.& dec. 3.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.*optimè *coram Carill.d.122.n.6. & 7.& in recentior. d. 213.n.57.part.6. dec.51.n.53.p.7.& dec.14.n.10. part.19.*

Hinc ſatis ſuperque conſtat, falſam eſſe, & obreptitiam expreſſionem factam Pontifici à Joſepho Mathæo, quòd Beneficium erat Regulare, quòdque Ludovico Proviſo deeo, utì de Seculari, Gratia Apoſtolica non poterat ſuffragari, quam narrativam concludentiſſimè, & ſuperlativis probationibus juſtificare tenebatur, eſt namque Impetrator certo modo, & odibilis, 33
qui tenetur ad unguem narrata verificare, ut plenè firmavit *Rota in Barchinonen. Beneficii 14. Aprilis 1698. §.Quamvis enim, cor. R. P.D. meo Anſaldo, & in Ilcinen. Archidiaconatus 23.ejuſdem menſis, & anni cor.Me*, adeo ut ſi plenè veritatem narratam non juſtificet, ejus Gratia remaneat inexequibilis, non curatis juribus rei, & 34
poſſeſſoris, cui ſufficit vincere per non jus actoris. *Gonzal.ad Regul.8. gloſ.15.num.122. & ſeqq.* benè *Rota coram Durano dec.278. n.1. & per totam.*

Præterea falſa eſt etiam narrativa in alia parte, in qua expoſitum fuit Pontifici, controverſum Beneficium vacare per ceſſationem Commendæ: nam cum de eo proviſus fuerit in titulum à Sede Apoſtolica Joannes Andræas Burra, qui illud poſſedit ſpatio annorum
42. & antea Petrus Franciſcus Burra; qui per 14. annos 35
poſſedit, dubio procul ceſſavit Commenda, quæ conſumpta remanſit per dictam Proviſionem in titulum. *Card. de Luc. de Beneſic. diſc. 4. nu.11. & in Summa n. 80. n.191. & ſeqq. Gonzal.ad Regul. 8. gloſ. 5. §. 8. n. 61. Rot. cor. Burat. dec. 36. in fine, ubi Adden. lit. D. Cavaler. dec. 559. n.3.* etiam dato, quòd ab initio Proviſio fuiſſet nulla, dum nullitas non eſſet ampliùs allegabilis ob ſubſecutam pacificam poſſeſſionem ſpatio annorum 57. ut in fortioribus terminis, quòd nullitas Gratiæ ampliùs deduci non poſſit poſt pacificam triennalem poſſeſſionem *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 5. §. 4. n. 61. verſ. ſi verò. Rota coram Caſſador. dec. 4. nu. 5. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. coram Bich. dec. 197. n. 11. in rec.dec. 154.n.7.part.8. dec. 148.n. 16. & dec. 505. n. 18. part. 18.*

Et ita, utraque &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Hiſpaleo. Juris præſidendi in Choro, & Capitulo, ſuper Remiſſoria.

Veneris 2. Julii 1700.

ARGUMENTUM.

Remiſſoria denegatur, quando materia articulata eſt irrelevans ad victoriam Cauſæ, ac proindè non conceditur ad probandam conſuetudinem, quæ redoleret abuſum, & corruptelam, prout eſſet, quando Epiſcopo denegaretur præcedentia in Choro, & Capitulo, quæ ei competit vigore *Concilii Tridentini ſeſſ.25. c.6. de refor.* non obſtantibus in contrarium conſuetudinibus, etiam immemorabilibus: Undè etiamſi Capitula poſſint præſcribere Ordinariam Juriſdictionem in Canonicos, & alios Clericos, attamen inſpecta dicta Conciliari diſpoſitione, non valent præſcribere contra Epiſcopum Jus præſidendi in Choro, & Capitulo.

SUMMARIUM.

1 *Remiſſoria non conceditur, quando materia articulata eſt irrelevans.*

2 *Conſuetudo, quòd Decanus privativè reſideat in Capitulo, ita ut ſi in eo interveniat Epiſcopus, iſte ſe ingerere non poſſit in præſidendo, & jubendo, eſt reputanda corruptela, & abuſus impræſcriptibilis.*

3 Sacta Rota *ſæpè negavit ſimilem Remiſſoriam, quia eſt abſurdam, velle facere Epiſcopum in ſua Eccleſia non Epiſcopum, itemque* Sacra Congreg. Conc. & o.6.

4 *Eadem* Rota *reverenter ſuſcipit, & obſervat Reſcripta* Sacrarum Congregationum.

5 *Eſt reputanda pariter corruptela, quòd Epiſcopus præſens in Choro non poſſit corrigere, & mulctare Eccleſiæ Miniſtros.*

7 *Chorus eſt pars Eccleſiæ.*

8 *Spe-*

8 *Speciale eſt in probatione conſuetudinis immemorabilis, ut de initio non ſit memoria.*
9 *Conſuetudo cenſetur introducta ad limites Statuti de materia diſponentis.*
10 *Requiſitum ſubſtantiale immemorabilis eſt quòd numquam auditum, dictum, vel factum fuerit in contrarium.*
11 *Decanus, tanquam caput Capituli, poteſt in eo præſidere, ordinare, & executioni mandare, quæ in Capitulo acta fuerunt.*
12 *In materia prophana, licèt etiam ſine fumo concedatur Remiſſoria, tamen ea denegatur quando conſtat de patenti irrelevantia.*
13 *Capitulum Cathedralis, tam per immemorabilem, quam per ordinariam conſuetudinem, poteſt præſcribere Juriſdictionem in Canonicos, & alios Clericos, etiam privativè quoad Epiſcopos.*
14 Concilium Tridentinum cap. 6. ſeſſ. 25. de ref. *derogat conſuetudini etiam immemorabili, ac etiam privilegio circa facultatem emendandi, & corrigendi Capitulum favore Epiſcoporum*, & n. 18.
15 *Juriſdictio, quam habebant Capitula ante Concilium, illius vigore hodie eſt ſimultanea, & cumulativa cum Epiſcopo.*
16 *Atteſtatio, facta ab uno ex Miniſtris Capituli, non facit probationem ad favorem ipſius Capituli.*
17 *Mulctæ impoſitæ per Decanum in Choro in præſentia Archiepiſcopi, non probant Juriſdictionem privativam contra Epiſcopum.*
19 Concilium Trident. loco citat. *derogat etiam Statutis fundamentalibus reſpectu privativæ Juriſdictionis.*
20 *Confirmatio Apoſtolica Statutorum non tribuit jus novum Statutis, ſed ſolùm illis robur addit.*
21 *Juramentum non auget obligationem, ſed ſimpliciter addit vinculum Religionis.*
22 *Juramentum de obſervandis conſuetudinibus Eccleſiæ non juſtinetur, quando conſuetudo adverſatur diſpoſitioni* Sacri Concilii.
23 *Sententia lata ad alium effectum, & inter diverſas perſonas, non ſuffragatur.*
24 *Articuli dubietas ſufficit ad effectum obtinendi Remiſſoriam.*
25 *Non dicitur articulus dubius, quando deciſum fuit pluries per* Rotam, & Sacras Congregationes.
26 Concilium Trident. *concedit Epiſcopis in Capitula Exempta ſolùm cumulativam Juriſdictionem cum ipſis Capitulis, non privativam.*
27 Concilium Trident. *Juriſdictionem Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium præſervat, quod intelligitur reſpectu eorum, de quibus favore Epiſcoporum non diſpoſuit, & declaratur* n. ſeq.
29 *Juriſdictio correctionalis in Capitulares poteſt eſſe compatibilis cum præeminentia, & præcipuè auctoritate debita Epiſcopo, quod declaratur* n. ſeq.
31 *Conſuetudo præferens antiquiorem Canonicum eatenus eſt compatibilis cum Præcedentia debita Dignitatibus, quatenus non repugnet Juris diſpoſitioni.*

DECISIO XVI.

IN præſenti Audientia, in qua ad inſtantiam Reverendiſſimi Archiepiſcopi Hiſpalenſis gemina propoſita fuerunt Dubia, ad ipſius favorem ſucceſſivè reſoluta, alterum nempè ſuper Præſidentia in Choro, & Eccleſia, & alterum ſuper Præſidentia in Capitulo; Decanus, & Canonici ejuſdem Eccleſiæ ſuper Dubiis prædictis informare detrectantes, acerrimè inſtabant pro conceſſione Remiſſoriæ; ſed Domini responderunt, illam denegandam eſſe, quia quando, ut in caſu, materia articularis eſt irrelevans, & ad Cauſæ victoriam nullatenus profutura, de ſtylo Remiſſoria nunquam ſolet concedi, ut per *Text. in l. ad probandum, la prima C. de probat. & in c. cum contingat, de offic. dele-*
a *gat.* monent *Card. le Luc. de Judic. diſc. 31. n. 20. Rota coram Verall. deciſ. 66. & 68. part. 3. coram Ludoviſ. dec. 184. nu. 3. & ſeq. coram Dunozet Jun. dec. 791. num. 1. cor. Bich. dec. 265. n. 16. & in recen. dec. 26. n. 8. & ſeq. part. 17. dec. 653. nu. 7. part. 18. & in Tarraconen. Juriſdictionis ſuper Remiſſoria 28. Junii proximè præteriti. §. Quamvis enim, cor. Me.*

Irrelevantia verò reſpectu Articulorum primi, & ſecundi, manifeſta apparuit, nam illi unicè tendunt ad probandum, quod ab immemorabili tempore Decanus privativè præſidet in Capitulo, quòdque ſi Archiepiſcopus ibi intervenit, non ſe ingerit in præſidendo, & jubendo, nec etiam cumulativè cum Decano, ſed totum iſte peragit privativè, adeout ſi Archiepiſcopus pro tempore tentaverit præſidere, aut aliquid jubere, ſe oppoſuerit Decanus, & Archiepiſcopus acquieverit: Cum tamen hujuſmodi conſuetudo, utpote potiùs redolens corruptelam, & abuſum, expreſsè damnata fuerit per
Sac. Conc. Trid. in ſeſſ. 25. cap. 6. de reform. ubi Epiſco- a
pis tribuitur præcipua authoritas omnium rerum gerendarum in Capitulo, non obſtantibus in contrarium conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ut obſervant *Gallemart. ad dictum Concil. d. c. 6. n. 29. Tondut. Quæſt. Benef. part. 1. c. 62. n. 15. Sarav. de Adjunct. q. 25. n. 19.* & latè dictum fuit in mea hodierna *Deciſione ſuper Jure præſidendi in Capitulo §. Fortiùs verò & ſeq.*

Quod adeò verùm eſt, ut ex hoc capite nedùm Sacra Rota non ſemel Capitulis Cathedralium denegaverit Remiſſoriam ad probandam hujuſmodi immemo-
rabilem conſuetudinem, ut videre eſt *in dec. 715. num 4.* 3
part. 4. diverſ. & in recen. dec. 62. num. 5. part. 1. ubi viſum fuit abſurdum, velle facere Epiſcopum in ſua Eccleſia non Epiſcopum, *& coram Celſ. dec. 12. n. 12. & ſeqq.* ſed etiam *Sacra Rituum Congregatio* in hac met Cauſa prædictæ Remiſſoriæ inſtantiam, iteratè per Capitulum promotam, rejecerit ſub diebus 21. *Julii* 1696. & 31. *Auguſti* 1697. ut refert dicta mea *Deciſio* ſuper præſiden-
tia in Capitulo *§. Atque id indubiè, & ſeqq.* undè illa 4
tantò minus viſa eſt in præſenti admittenda: Tum quia Remiſſoria nunquam datur ad probandum contrarium ejus, quod fuit per *Sac. Rotam* determinatum, ut habetur ex *dec. 319. n. 8. part. 6. & dec. 131. n. 4. part. 7. rec.*: Tum etiam quia eadem *Sac. Rota* non ſolet reſecare Reſcripta Sacrarum Congregationum, ſed ea reverenter ſuſcipit, & obſervat, ut teſtantur *in dec. 479. n. 3. coram Burat. dec. 279. n. 2. part. 18. recen. & in Derthuſen. Juriſdictionis ſuper levibus 28. Januarii 1697. §. fin. coram* R. P. D. *meo Pio*.

Ex eiſdem verò rationibus non minùs emerſit irrelevantia Articulorum tertii, & quarti, quatenùs in illis probari contenditur, in Choro, & Eccleſia Decanum, vel alium ſequentem, ab immemorabili præeſſe, corrigere, & mulctare Dignitates, Canonicos, Clericos, & Miniſtros Eccleſiæ, ſi in aliquo delinquunt, & ſi aliquando Archiepiſcopus tentaverit in his ſe ingerere, Decanum ſe oppoſuiſſe, cum acquieſcentia ejuſdem Archiepiſcopi: Quoniam per dictum Conciliare decretum
in præcitata ſeſſ. 25. c. 6. de reform. Epiſcopo etiam in Cho- 5
ro tribuitur præcipua omnium rerum agendarum authoritatis, non obſtante quacunque etiam immemorabili conſuetudine in contrarium, ut firmat alia mea contemporanea *Deciſio* ſuper præſidentia in Choro *§. Idipſum*, qua de re rectiſſimè *Sacra Rota* etiam in hoc puncto ad probandam poſſeſſionem Capituli denegavit Remiſſoriam *in d. dec. 12. n. 14. coram Celſ.* & ipſa *Sacra Rituum Congregatio* eamdem inſtantiam rejecit ſub diebus 3. *Septembris* 1695. & 21. *Julii* 1696. ut animadverſum fuit in mox citata *Deciſione* ſuper præſidentia in Choro *§. Atque id indubiè*, cum mera quoque corruptela, & abuſus ſit, quòd Epiſcopus, quamvis Caput Eccleſiæ,
manere debeat tamquam extraneus in propria Sede, 6
quæ quidem corruptela nulla etiam immemorabili poſſeſſione introduci poteſt, ut tradit *Bero conſ. 82. n. 21. & ſeq. lib. 1.* nec ad eam probandam Remiſſoria concedenda eſt, ut in ſpecie monet *Pignatell. conſult. 55. n. 8. t. 3.*

Haud relevante, quòd diſputatio habita in *Sacra Rituum Congregatione* reſpiceret tantummodo facultatem corrigendi defectus, cæremonias, alioſque abuſus in Eccleſia Cathedrali, ideoque Remiſſoria minimè denegata dici debeat quoad punctum Præſidentiæ in Choro: Quia quoties eadem *Sacra Congregatio* dictam Remiſſoriam Capitulo denegavit ad effectum probandi aſſertam privativam Juriſdictionem Decani corrigendi defectus, & cæremonias, ea utique denegata cenſeri debet etiam quoad aſſertam Præſidentiam, & fa-
cultatem corrigendi per Decanum defectus, & abuſus 7
privativè in Choro, cum iſte ſit pars ejuſdem Eccleſiæ, ad tradita per *Lotter. de Re Benef. lib. 1. q. 13. n. 35.*

Cæterùm materia, in dictis tertio, & quarto Articulis contenta, viſa etiam fuit improbabilis, vel quia Capitulum deſumit initium propriæ poſſeſſionis à Statutis

Eccleſiæ, quod penitùs repugnat immemorabili, cujus ſpeciale eſt, ut de initio non ſit memoria, ut docet *Rot. coram Bichio dec. 520. num. 17. coram Dunoz. Jun. dec. 791. num. 3. & in recen. part. 7. dec. 35. n. 8. & in Bononien. Juriſpatronatus de Ghisleriis 31. Januarii 1695. §. Aut enim coram* R. P. D. *meo Pio, & in Romana Reintegrationis Primogenituræ 13. Junii 1698. §. Quinimmò, cor. R. P. D. meo Lancetta*, vel quia dictum initium contrarium eſt probationi, quæ deſumi contenditur ex ipſa immemorabili, nam ſi dicta Statuta Eccleſiæ concedunt ſolùm Decano Juriſdictionem cumulativam cum Archiepiſcopo, ut peramplè fundatum eſt in dicta *Deciſione* ſuper Præſidentia in Choro §. *Multoque minus*, indè cum ad limites dictorum Statutorum, & non aliàs, introducta, & continuata præſumatur poſſeſſio, omninò improbabilis remanet prætenſa conſuetudo privativa, ut in ſpecie *Rota in recen. dec. 542. n. 3. & ſeq. part.* 9 *4. tom. . . . & dec. 291. n. 58. verſ. quando poſſeſſio, part. 7.* vel demum quia ex deductis *in Summario Capituli n. 7. circa fin* liquet, Archiepiſcopum Hiſpalenſem uſque de anno 1606. litem in *Sacra Congregatione Concilii* 10 ſuper Præſidentia hujuſmodi introduxiſſe, quod ſanè pariter repugnat aſſertæ immemorabili, cum inter cætera ſubſtantialia illius requiſita præcipuum ſit, quòd nunquam aliquid dictum, auditum, aut factum fuerit in contrarium, juxta *gloſ. in cap. 1. V. memoria. de præſcript. in 6.* cum aliis per *Rot. in d. Tarraconen. Juriſdictionis ſuper Remiſſoria 28. Junii proximè preteriti §. Improbabilis, in fin. coram Me.*

Et irrelevantes poſtremò ſunt etiam quintus, & ſextus Articuli. Quintus quidem eo quòd, etſi in eo contineatur, quòd abſente, vel impedito Decano, Prior delas Ermitas, quoties eſt qualificatus cum Canonicatu, vel Portione, præſidet, & jubet in Choro, & Eccleſia omnibus Miniſtris in his, quæ reſpiciunt Cære-
11 monias Chori, Eccleſiæ Pſalmodiam, aliaſque Functiones Spirituales, hoc tamen minimè articulatur in caſu, quo in Choro interveniat Archiepiſcopus. Sextus verò, quo mediante Canonici probare intendunt, quòd prima die Veneris cujuslibet menſis congregatum Capitulum ad tractandum circa ea, quæ concernunt Cultum Divinum, & providendum circa exceſſus in Choro, vel Eccleſia commiſſos, quòdque multa impoſita per Decanum, vel in ejus abſentia per Dignitatem ſequentem, remittitur, condonatur, aut minuitur, vel confirmatur à Capitulo, abſque eo quòd Archiepiſcopus in his ſe intromittat, non tangit punctum Controverſiæ, cadentis quando idem Archiepiſcopus eſt præſens in Capitulo, ſed ſolùm probat auctoritatem Decani ipſo abſente, quo in caſu non controvertitur, quòd ipſe Decanus, tamquam prima Dignitas poſt Pontificalem,
12 & Caput Numerale Capituli, præſideat in illo, ordinet, & executioni demandet, ex traditis per *Cevcoper. Lucubrat. Canonic. lib. 4. n. 2. Anguian. de Leg. lib. 2. controv. 4. 2. 4. & ſeqq. Vener. in Exam. Epiſc. lib. 4. c. 29. n. 2. & ſeqq.* & articulo ex profeſſo examinato *Rota in Derthuſen. Juriſdictionis 28. Januarii 1697. §. penult. & ultimo, coram* R. P. D. *meo Pio.*

Quibus ſic firmatis non obſtat, quòd verſemur in Cauſa prophana, in qua quemadmodum regulariter etiam ſine fumo ſolet Remiſſoria in qualibet Inſtantia concedi, ita in præſenti nullatenus deneganda ſit, dum concurrit fumus materiæ articulatæ ex datis *in Summa-*
13 *rio Capituli num. 2. & ſeqq.* quia concluſio locum non habet, quando Articuli patenti irrelevantia laborant, & probati ad exitum Cauſæ non conferrent, tunc enim, ut Partes minus defatigentur, Remiſſoria, etiam fumo concurrente, ſemper ſolet denegari, ut aliis omiſſis advertit *Rota in d. Tarraconen. Juriſdictionis ſuper Remiſſoria §. Quamvis enim, coram Me.*

Minuſque urget, quòd Capitulum Cathedralis nedum per immemorabilem, quæ tribuit quemcunque meliorem titulum de mundo, ad notata per *Card. de Luc. de Beneſ. diſc. 32. n. 4. Rot. in recent. dec. 152. n. 2. part. 19. & in Gerunden. Ferialis 12. Decembris 1699. §. Quæ omnia, coram* R. P. D. *meo Lancetta*, & in his præciſis terminis per *Bertrand. conſ. 2. n. 1. & per tot. vol. 5. Tondut. de Prævent. part. 2. cap. 45. nu. 10. & Quæſt. Beneſ. part. 1. cap. 62. num. 4. Rot. deciſ. 254. num. 17. part. 19. rec.* ſed etiam per ordinariam conſuetudinem valeat legitimè præſcribere Juriſdictionem in Canonicos, alioſve Clericos, etiam privativè quoad Epiſcopum, ut eſt *Text. expreſſus in cap. irrefragabilis 13. §. Exceſſus, de Offic. Ordin. ibique Abb. num. 1. Gonzal. num. 3. & 6. Fagnan. num. 1. & ſeqq. & num. 7. P. Layman. nu. 2.* & habetur ex Jure Hiſpano *leg. 3. tit. 6. part. 1.* ibidemque *Gregor. Lopez. gloſ. 5. & ex Sarav. de Adjunct. q. 1. num. 60. quæſt. 33. num. 17. Bertrand. d. conſ. 2. ſub nu. 1. Thomaſ. in Vet. & Nov. Eccleſ. Diſcipl. part. 1 lib. 3. cap. 41. num. 6. Rot. coram Mantic. dec. 296. num. 1. & in rec. deciſ. 254. num. 18. & ſeq. part. 19. rec. & in Derthuſen. Juriſdictionis 6. Februarii 1696. §. Ex diſpoſitione, confirmata 28. Junii ejuſdem anni coram* R. P. D. *meo Pio*, prout de hujuſmodi Juriſdictione Capitulorum Cathedralium Hiſpaniæ teſtantur *Fagnan. in d. cap. irrefragabilis, num. 2. Thomaſſin. d. c. 41. nu. 8. Rot. d. dec. 254. num. 19.* & in aliis Regnis *Chopin. de Sacr. Polit. lib. 2. tit. 4. & Monaſtic. lib. 1. c. ultim. Tondut. Quæſt. Beneſ. d. c. 62. n. 2. & de Prævent. part. 2. c. 45. n. 11. Rot. dec. 715. part. 4. diverſ.*

Quandoquidem *Sacroſancta Tridentina Synodus in d. cap. 6. ſeſſ. 25. de reform.* expreſsè derogat cuicunque conſuetudini, tam ordinariæ, quàm immemorabili, & facultatem emendandi, & corrigendi Capitulum, illiuſque perſonas, Epiſcopo elargitur, non obſtante Privilegio, Concordia, ſeu alio titulo, ut ſuperiùs prænota- 14
tum eſt, & tradunt *Fagnan. in d. cap. irrefragabilis, n. 9. & 20. ibique Gonzal. n. 3. Thomaſſin. in d. cap. 41. num. 3. in fin. & num. 7.* itant Juriſdictio, quæ ante dictum Concilium ex conſuetudine, vel alio ex jure erat privativa Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium, hodie illius vigore ſit ſimultanea, & cumulativa cum Epiſco- 15
po, ex deductis per *Gallemart. ad dictum Concil. d. c. 6. n. 23. ibidemque Barboſ. num. 5. Garz. de Beneſ. part. 3. cap. 2. num. 194. Gratian. Diſcept. For. cap. 154. num. 40. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. §. 2. proœm. num. 21. Tondut. de Prævent. part. 2. cap. 45. nu. 14. Rot. coram Puteo dec. 238. a. 2. lib. 2. coram Mantic. dec. 180. num. 1. & ſeqq. & in rec. dec. 254. num. 22. part. 19. & in d. dec. ſuper Præſidentia in Choro §. Neque in aliquo, ad fin.*

Hæc autem ita ſe habentia, & ſi pro denegatione Remiſſoriæ exuberarent, certiora nihilominùs reddebantur, ex quo diligenter introſpectis omnibus his, ex quibus aſſertum fumum materiæ articulatæ emergere contendebatur, neque illum concurrere ad effectum probandi præſuppoſitam Immemorabilem præſidendi privativè per Decanum compertum fuit. Atteſtatio ſiquidem Secretarii Capituli, deponentis de antiqua 16
hujuſmodi Juriſdictione, ſignanter in Capitulo annali mercurii Sancti, in quo intervenire ſolet Archiepiſcopus; ultra quod tanquam facta ab uno ex Miniſtris ejuſdem Capituli nullam probationem facere poteſt. *Rot. coram Ludoviſ. dec. 340. ibique Add. n. 14. & in rec. part. 12. dec. 211. num. 16. & part. 17. deciſ. 224. num. 4. & part. 18. tom. 2. dec. 671. nu. 25.* non concludit, quòd quando idem Archiepiſcopus intentavit præſidere, impeditus fuerit à Decano, & ipſe acquieverit, prout foret neceſſarium, ad *Gloſ. in l. qui luminibus ff. de ſervit. urb.* 17
præd. Rot. dec. 53. num. 26. coram Zarat. deciſ. 165. num. 36. & 37. part. 5. dec. 242. num. 8. part. 11. & dec. 97. nu. 37. part. 13. rec. Mulctæ verò impoſitæ per Decanum, ſive Præſidentem Chori in præſentia Archiepiſcopi, probant ſolùm Juriſdictionem correctionalem Capituli, quæ non impugnatur ab Archiepiſcopo, ſed non excludunt cumulativam præcipuam, quæ vigore *Concilii Tridentini* eidem competit, uti objecto reſpondet *Tondut. Quæſt. Beneſ. cap. 62. num. 10. tom. 1.* & de cætero prædicti actus referri poſſunt ad tempus, & caſus, in quibus Archiepiſcopi pro tempore noluerunt exercere propriam Juriſdictionem, cum ex eiſdem actibus pariter non conſtet, quòd ipſi impediti fuerint illam exercere, & impedimento hujuſmodi acquieverint. 18

Nec major fumus deduci valet ex dictis Statutis fundamentalibus Eccleſiæ Hiſpalenſis, quia illa, ut alibi dictum fuit, non tribuunt Decano privativam Juriſdictionem excluſo Archiepiſcopo; & quando etiam illam tribuerent, ſublata tamen cenſeretur ab eodem *Concilio Tridentino*, quod non ſolùm derogat immemorabili conſuetudini, ſed etiam privilegiis, etiam ex fundatione competentibus, ut aliàs reſpondit *Sacra Congregatio Concilii* in Decretis relatis per *Garz. de Beneſ. part. 3. cap. 2. num. 223. & 229. Gallemart. ad d. Concil. d. cap. 6. num. 29. & ſeqq. ibique Barboſ. n. 5.*

*boſ. num. 3. Saravia de Adjunct. quæſt. 25. nu. 19. Pignat-
tell. conſult. 205. tom. 4. Rota deciſ. 715. num. 4. part. 4.
diverſ. & in dicta Dertbuſen. Juriſdictionis 28. Januarii
1697. §. Ex quibus, coram* R. P. D. *meo Pio*. Nec con-
trarium firmat *Thomaſin. in Vet. & Nov. Diſcipl. part. 1.
lib. 3. cap. 41. num. 3. verſ. iniquo tulit animo*, exadver-
ſo allegatus; quia non tractat articulum, An per
Concilium ſublatum ſit Statutum fundamentale, ſed
tantùm reddit rationes, quare D. Bernardus non im-
pugnavit Capitulorum exemptiones; quæ quidem ra-
tiocinia licèt exemptiones prædicta juſtificare valeant
in ſua origine, eas tamen non præſervant poſt de-
19 cretum dicti *Sacri Concilii* quo ad dictam privativam
Juriſdictionem excluſo Epiſcopo; ſicuti nec obſtat De-
ciſio in *Valentina Juriſdictionis 14. Februarii 1698. §.
Abſque eo quod, cor. R. P. D. meo Priolo*, quatenùs fir-
mat, quòd Statuta, in limine fundationis edita, ſem-
per cenſentur præſervata; quoniam ibi agebatur de
conditione exemptionis appoſita per Archiepiſcopum
Valentinum in fundatione cujuſdam Collegii vigore
ampliſſimæ facultatis ſibi conceſſæ per *ſa. me. Clemen-
tem VIII.* condendi leges, etiam non conformes diſpo-
ſitioni *Sacri Concilii Tridentini*, ut innuit eadem *deciſ.
in d. §. Abſque eo quod*.

Nihilque proindè refert confirmatio dictorum Sta-
tutorum, facta per Julium II. & juramentum ipſius
Archiepiſcopi, quo ſe obſtrinxit Statuta, & Conſue-
tudines dictæ Eccleſiæ obſervare. Nam dicta confir-
matio non tribuit Jus novum dictis Statutis, ſed ſo-
20 lùm illis robur addit, manentibus in reliquis in eo-
rundem terminis, & ſtatu, *ex Tex. in c. 1. & 2. de con-
ſir. util. vel inutil. l. Et quia, ff. de juriſ. omn. Judic. l. Au-
relius, §. Teſtamento, ff. de liber. leg. Menoch. conſ. 75. n.
32. vol. 1. Rot. coram Mantic. dec. 4. nu. 15. & in rec. dec.
126. n. 23. p. 6. & deciſ. 229. n. 15. p. 19.* Juramentum
verò de illis obſervandis, intelligendum eſt juxta ter-
minos principalis obligationis, quatenùs nempè impor-
tent cumulativam Juriſdictionem cum Archiepiſcopo,
& cum iſtius prælatione, cum dictum juramentum ean-
21 dem obligationem non augeat, ſed ſimpliciter addat
vinculum Religionis, *ad Text. in cap. Quemadmodum,
de jure jur. l. ultim. ff. de conſtit. pecun. Tiraquell. in l. Si
unquam, n. 160. C. de revocand. donat. Covar. in c. Quam-
vis pactum part. 1. ʒ. 3. num. 10. de pact. lib. 7. Rota co-
ram Mant. dec. 339. num. 5. & in rec. deciſ. 31. num. 21.
& dec. 27. num. 16. part. 7.* Nec relevat, quòd Archi-
epiſcopus juraverit inſimul obſervare Conſuetudines
Eccleſiæ, quia cum illæ expreſsè adverſentur diſpoſi-
tioni *Sacri Concilii Tridentini in d. ſeſſ. 25. c. 6. de Refor.*
22 juramentum ſuper illarum obſervantia emiſſum, non
ſubſtinetur, ad firmata in puncto per *Rot. cor. Mantic.
dec. 40. n. 6. & ſeq. & dec. 52. n. 1. & per tot. & in Tar-
raconen. Juriſdictionis 10. Maji proximè præteriti §. Undè
propterea in fin. coram Me*.

Pariformiter, nec ſumus deduci valet ex antiquo
mandato de manutenendo cum Executorialibus per
Sacram Rotam relaxatis, quia in illa Cauſa ageba-
tur de Jure moderandi per Capitulum mulctas infli-
ctas à Decano, ſeu Præſidente Chori, contra Dignita-
tes, Canonicos, Portionarios, alioſque Beneficiatos,
& Perſonas dictæ Eccleſiæ, & controverſia non erat
cum Archiepiſcopo, ſed inter Capitulum, & Decanum,
nec in dicto mandato continetur, quod Jus moderan-
di, ſeu reformandi prædictas pœnas, ſpectaret privati-
vè ad Capitulum excluſo ipſo Archiepiſcopo, undè il-
lud nullatenus ſuffragari valet ad Cauſam præſentem,
tamquam diverſum, & emanatum ad alios effectus, &
23 inter diverſas perſonas, ut præcedenter obſervat *Rot.
in Deciſione ſuper præſidentia in Choro, §. final.*

Nec eſt cur allegari valeat dubietas articuli, an
præcipua rerum agendarum auctoritas, Epiſcopis præ-
ſervata in *Concilio Tridentino*, obſtare valeat Præſiden-
tiæ privatæ in Choro, & Capitulo, quam ſibi De-
canus, & Canonici competere aſſerunt ex conſuetu-
24 dine, & Statutis, ut indè dicta ſola articuli dubie-
tas ſufficere debeat ad effectum obtinendi Remiſſo-
riam, ex deductis per *Rot. deciſ. 52. num. 4. coram U-
bald. & in rec. part. 16. dec. 330. n. 4. & ſeqq.* Nam cum
dictus articulus, tum per Reiterata Decreta *Sacrarum
Congregationum Concilii, & Rituum*, tum etiam per plu-
res *Sacræ Rotæ Deciſiones* jam reperiatur deciſus, nullo
modo hodie dici valet dubius, ex firmitatis per *Rot.* 25
*in Romana, ſeu Firmana Succeſſionis 16. Januarii 1696.
§. Ita pariter, in fin. cor. R. P. D. meo Priolo, & 9. De-
cembris 1697. §. Hinc inaniter, coram Reverendiſſ. P. D.
meo Muto*.

Nec dubietas elici valet ex eo, quòd in Diſputa-
tione habita uſque de anno 1606. *in Sac. Congregatio-
ne Concilii* ad inſtantiam Cardinalis Nino de Guevara,
tunc temporis Archiepiſcopi Hiſpalenſis, ſuper Jure
præſidendi in Capitulo, & Choro, ex vi ejuſdem Con-
ciliaris Decreti ab eo prætenſo, nulla fuerit capta re-
ſolutio, ſed reſcriptum, quòd ſtrictè ſcriberent Advo-
cati. Quoniam tunc Archiepiſcopus contendebat ipſe
ſolus exercere, dum eſſet præſens in Choro, & Ca-
pitulo, Juriſdictionem privativè quoad Decanum, ut
conſtat ex Dubio diſputato in eadem *Sacra Congrega-
tione Summario Capituli n. 8.* Undè nil mirum, ſi *Sacra
Congregatio* demandavit, quod ſtrictè ſcriberetur ſuper
articulo, dum in caſu illo dubitari valdè poterat de
prætenſione Archiepiſcopi, ſtante quòd *Concilium Tri-
dentinum* concedit Epiſcopis in Capitula Exempta ſo-
lùm cumulativam Juriſdictionem cum ipſis Capitulis, 26
non privativam, ut firmat *Rot. deciſ. 234. num. 21. &
ſeq. p. 19. rec.* quod tamen dubium cadere neutiquam
poteſt in præſenti, cum Archiepiſcopus hodiè præten-
dat ſolam Juriſdictionem cumulativam cum Decano,
vel alio Capitulari, illius figuram gerente.

Multoque minùs dubietas aliqua involvi poteſt ex
quo *Sacrum Concilium* cæteris in rebus Juriſdictionem,
& poteſtatem Capitulis Eccleſiarum Cathedralium præ- 27
ſervet, ad notata per *Valenzuel. conſ. 184. num. 45. Sa-
ravia de Adjunct. quæſt. 32. nu. 35. & ſeq Vener. in Exam.
Epiſcop. cap. 29. num. 26. Rota coram Mantic. deciſ. 202.
num. 5.* Quandoquidem Juriſdictio per Concilium Ca-
pitulis præſervata intelligitur in aliis rebus, quàm in
ſupra ibidem favore Epiſcoporum diſpoſitis, ut monet
Vener. in d. cap. 29. n. 26. & ſuadent verba illa Concilii,
ibi: *Cæteris autem in rebus*, quæ firmant regulam in
contrarium in rebus jam exceptuatis. *Spad. conſ. 55.
num. 28. & ſeqq. lib. 1. Rot. dec. 9. n. 16. p. 19. rec.* Un-
dè cum jam præcedenter Epiſcopis conceſſa fuerit Ju-
riſdictio, & poteſtas corrigendi Capitulares, & præ-
cipua omnium rerum agendarum in Choro, & Capi-
tulo auctoritas, non poteſt Capitulum ab his exclu-
dere Archiepiſcopum, ex quo illi in cæteris rebus præ-
ſervata ſit juriſdictio, & poteſtas, ſi quæ competit, 28
ut tradit *Barboſ. ad d. Concil. d. c. 6. num. 50.* ubi quòd
prædicta verba -- *Cæteris autem in rebus*, non debent
intelligi de Juriſdictione Criminali jam conceſſa Epi-
ſcopis, ſed de Civili, ſi competit Capitulo, nè alio-
quin Concilium ſe ipſum videatur incontinenti voluiſ-
ſe corrigere, & firmat *Rot. coram Mantic. deciſ. 180.
numer. 5.*

Demum nec dubius dici poteſt articulus, ex quo
Capitulum non controvertat Archiepiſcopo primam
Sedem, & Locum digniorem, majoremque præemi-
nentiam in omnibus, quæ pertinent ad ſuam Digni-
tatem, & Juriſdictionem quoad majora, ſed ſolùm
prætendat privativam Præſidentiam Chori, & dome-
ſticam Juriſdictionem correctionalem in ſuos Capitu-
lares, aliaſque perſonas Eccleſiæ, quæ poteſt eſſe com-
patibilis cum præeminentia, & præcipua auctoritate
debita Archiepiſcopo, ex traditis per *Thomaſin. in Vet.* 29
*& Nov. Eccleſ. Diſcipl. part. 1. lib. 3. cap. 41. nu. 3. verſ.
Non poſſunt. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 16. à num.
35. 47. & 57. cum ſeqq. & præcipuè num. 70. & 88. Rot.
coram Pamphil. deciſ. 127. coram Ubald. deciſ. 121. & cor.
Dunoz. Sen. deciſ. 17. & 28.* Nam verba Concilii non
reſtringuntur ad primam Sedem, & Locum dignio-
rem, quem Epiſcopi elegerint, minùſque ad ea tan-
tùm, quæ reſpiciunt Dignitatem Archiepiſcopalem,
& Juriſdictionem contentioſam, ſed comprehendunt
etiam Juriſdictionem correctionalem in Capitulares,
& Beneficiatos delinquentes in Choro, & Eccleſia,
cum loquantur abſolutè in omnibus caſibus, & de-
lictis, & concedant Epiſcopis præcipuam auctoritatem
in omnibus rebus agendis in Choro, & Capitulo, ut
reſpondit *Rot. in Dertbuſen. Juriſdictionis 28. Januarii
1697. §. fin.* & firmat *Deciſio* ſuper præſidentia in 30
Choro *§. Quemadmodum*. Nec refragantur Auctori-
tates in objecto allegatæ: nam *Thomaſin.* non loqui-
tur

Digitized by Google

tur quando Epiſcopus eſt præſens in Choro; *Lotter.* verò, & *Deciſiones Sacræ Rotæ* dicunt ſolum, non eſſe incompatibile, quòd antiquior Canonicus in abſentia Decani, & Prioris, præferatur Dignitatibus in præſidendo, etſi illis debita ſit præcedentia, unde non applicantur præſenti hypoteſi, nam in illarum caſu
31 conſuetudo præferens antiquiorem Canonicum, eatenus eſt compatibilis cum præcedentia debita Dignitatibus, quatenùs non repugnat Juris diſpoſitioni, ut habetur *in dicta dec. 127. num. 4. & ſeq. coram Pamphil. & dicta deciſ. 28. per tot. coram Dunozett. Sen.* quod ita non eſt in præſenti caſu, in quo cum conſuetudo præſidendi privativè per Decanum, etiam quoad exercitium Juriſdictionis correctionalis, ſit per *Sacrum Concilium* expreſsè abrogata, utique eadem Præſidentia remanet ſemper incompatibilis cum præeminentia, ac præcipoa auctoritate in omnibus rebus agendis Archiepiſcopo debita.

Et ita Partibus in acerrimo Contradictorio auditis, omnibuſque DD. ſuffragantibus, ſtabilitum fuit.

R. P. D. MUTO.

Hiſpalen. Juris Sedendi in Synodo.

Veneris 21. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

An de Jure communi Vicarius Generalis, præſente Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, præcedere debeat in Synodo Diœceſana Capitulum, ſeu ab eo Deputatos. Quæ conſuetudo, in caſu de quo agitur, in contrarium requiratur; & an ſit legitimè probata.

SUMMARIUM.

1 Sixtus V. anno 1590. *declaravit, Vicarium Generalem Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, iiſdem reſpectivè præſentibus, prætendere non poſſe de Jure communi locum in Synodo Diœceſana; illis verò abſentibus, præcipuum locum obtinere debere.*

2 *Sed Breve Sixtinum moderatum fuit à* Greg. XIV. *& quomodo.*

3 *Breve emanatum per viam legis, & ſtabilimenti, eſt omnimodè ſervandum.*

4 *Præſcriptio fundatur in negligentia, & non uſu Juris, alicui competentis, quando caſus evenerit.*

5 *Dum aliquid conceſſum eſt Dignitati, negligentia Prædeceſſorum non præjudicat Succeſſoribus; ſecus ſi conceſſio facta ſit perſonæ particulari.*

6 *Lex, ſtante Decreto irritante, non præſcribitur nedum per non uſum, ſed nec per contrarium uſum.* & num. 15.

7 *Onus allegantı conſuetudinem incumbit illam probandi.*

8 *Referuntur diverſæ opiniones ſuper articulo, an Vicarius Generalis de Jure Communi præcedere debeat in Synodo Diœceſana Capitulum, ſeu Deputatos à Capitulo, præſente Epiſcopo, ſeu Archiepiſcopo,* & num. 9.

10 *Declaratio Papæ ſuper articulo dubio eſt omnino attendenda.*

11 *Et tali caſu contraria conſuetudo debet eſſe quadragenaria.*

12 *Ad inducendam conſuetudinem Præcedentiæ requiritur, quòd illi, qui de Præcedentia contendunt, inſimul convenerint.*

13 *Unicus actus non ſufficit ad inducendam conſuetudinem.*

14 *Conſuetudo non completa, per contradictionem, & litem interrupta remanet.*

16 *Scripturæ præſumuntur ſubtractæ ab eo, cui nocere poterant.*

17 *Quando limitetur ſupradicta præſumptio.*

18 *A conſuetudine unius Eccleſiæ ad aliam inferri nequit.*

19 *Neque de uno caſu ad alium.*

DECISIO XVII.

PRæſidente Cardinali de Caſtro Metropolitanæ Eccleſiæ Hiſpalenſi, duxit ortum gravis non minùs, quàm celebris Controverſia præeminentialis ſuper ſeſſionibus priuis in Diœceſana Synodo inter Vicarium, ſeu Proviſorem generalem illius, atque Capitulum, vel ipſius Deputatos: quæ in hoc Sacro Auditorio bo. me. Marcello Bubalo primitus delegata, Deputati Capituli manutentionem in Judicio Summariſſimo, præviis Diſputationibus, habitis ſub diebus 13. & 20. Martii 1589. reportarunt in quaſi poſſeſſione ſedendi immediatè poſt Archiepiſcopum hinc indè in Synodo, & per conſequens præcedendi Vicarium, ſeu Proviſorem: in petitorio autem ſemel, iterumque diſputatum fuit dubium: An Proviſor, ſeu Vicarius Generalis, de Jure Communi, ſeu præſente Archiepiſcopo in Synodo Diœceſana, præcedere debeat Deputatos à Capitulo, ſed ob varias PP. Suffragantium opiniones abſque reſolutione remanſit, ut non impugnatur.

Sanctæ memoriæ Sixtus V. ſummoperè hanc litem extinguere exoptans, anno 1590. poſtquam ad memorati Archiepiſcopi, ejuſque Vicarii, ſeu Proviſoris in- 1
ſtantiam *Sac. Congregationi Concilii* cognoſcendam commiſerat, eadem adhuc indeciſa pendente, ſtatuit, atque decrevit -- *Vicarium, ſeu Officialem Generalem, præſente Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, neque locum in Synodo Diœceſana, aut in Capitulo à Jure Communi habere, aut prætendere poſſe: ipſo verò Archiepiſcopo, vel Epiſcopo abſente, præcipuum in eadem Synodo locum obtinere debere*, præſervativa tamen adjecta, ut ſi quid in contrarium de antiqua Hiſpalen. Eccleſiæ conſuetudine opponi contingat, an eadem ſcilicet fuerint legitima, nec ne, in Sacra Rotæ Auditorio videatur, prout latiùs ex Brevi dicti Pontificis cum Clauſula *ſublata*, & Decreto irritanti munito, per Partes hinc indè dato. Cui tamen non acquieſcens Cardinalis de Caſtro, poſtquam impetraverat adverſus illud aperitionem oris, & favorabile Votum à *Sacra Congregatione Concilii*, cui iterum Cauſa commiſſa fuerat, in ſubſequenti anno Breve moderatorium Sixtini cum pari
clauſula *ſublata*, & Decreto irritanti obtinuit à ſan. 2
mem. Gregorio XIV. in quo ſtatutum fuit -- *Vicarium, ſeu Officialem, aut Proviſorem generalem Archiepiſcopi, cuius præſentio in Synodis Diœceſanis pro controverſiis, & litibus dirimendis, & querelis cognoſcendis, & decretis ſtatuendis neceſſaria omnino eſt, tam abſente, quàm etiam præſente Archiepiſcopo, primum locum poſt ipſum Archiepiſcopum, & ante Capitulum, vel à Capitulo Deputatos, in eadem omnino Synodo Diœceſana de Jure habere, & obtinere, niſi tamen ex conſuetudine legitima Capitulo Jus in eadem Synodo Vicarium præcedendi conſtiterit eſſe acquiſitum*, de quo in *Summario Archiepiſcopi numer. 4.*

Ad formam poſtremi hujus Brevis petiit Capitulum novam Remiſſoriam in hoc Sacro Tribunali ad effectum probandi conſuetudinem in illo præſervatam; qua conceſſa vigore ejuſdem examinari curavit nonnullos Teſtes in Partibus, ac deindè Proceſſus Remiſſorialis tranſmiſſua fuit ad Urbem, nec Cauſa ulteriorem exitum fertur habuiſſe. Reaſſumpta verùm in *Sacra Congregatione Concilii*, in qua cum pro parte Capituli exhibitum fuiſſet Breve dumtaxat Sixti V. de anno 1689. reſolutionem reportavit, quòd illud ſervaretur. Sed comperto poſtmodum in Actis noſtri Tribunalis Breve Gregoriano, eoque pro parte Archiepiſcopi exhibito de anoo 1695. Congregatio receſſit à deciſis, ac ſervari mandavit poſterius Breve ſa. me. Gregorii XIV. donec probaretur legitima conſuetudo in contrarium; ſed deindè allegata ex parte Capituli pendentia hujus litis in *Sacra Rota*, obtentaque ab eadem Congregatione remiſſione ad illam, propoſitoque hodiè *coram Me* dubio - An Breve Gregorii XIV. ſit exequendum, vel potiùs conſtet de contraria conſuetudine, PP. affirmativè quoad primam, negativè aotem quoad ſecundam ejus partem reſpondendum eſſe cenſuerunt.

Siquidem quoad primam, executio poſtremi hujus Brevis ſuadetur, ex quo illud, inhærens præcedenti

decla-

declarationi *Sac. Congregationis Concilii*, proceſſit per
viam ſtabilimenti, ſeu legis, inter has Partes obſer-
vandæ, quæ omnimodam paritionem expoſcit, et e-
xecutionem meretur, ad *Text. in c. ſi Capitulo ubi gloſſ.
in V. exequatur, de conceſſion. Prabend. in 6. Rota coram
Durand. dec. 98. num. 1. cor. Coccin. dec. 144. num. 3. cor.
Bichio deciſ. 556 num. 2. in recent. deciſ. 33. part. 11. &
dec. 189. utrobique nu. 1. part. 15.* non obſtante lapſu
tanti temporis ab illius aditione, ſecuta de anno
1591. nam non exinde illius executio dici poteſt præ-
ſcripta, cum una dumtaxat Synodus poſt intervallum
13. annorum celebrata appareat, nec probatur tunc
temporis adfuiſſe ullum Vicarium Epiſcopi, vel quòd
non foret legitimè impeditus, ut propterea nequeat
4 prætendi præſcriptio, quæ fundatur in negligentia,
& non uſu quando caſus evenerit, ad tradita *per Ro-
tam coram Cavaler. dec. 80. num. 6. coram Dunozett. Jun.
dec. 644. num. 16. coram Coccino deciſ. 344. nu. 6. & de-
ciſ. 2116. num. 13. cor. Bich. dec. 554. num. 16. in recen.
deciſ. 21. ſub numer.* 10. *13. & 14. part. 7. & in Bitun-
tina Juriſpatronatus 17. Novembris 1684. §. Nam primum
in fine, cor. Albergato*, potiſſimè quoties, ut hic, agi-
tur de Brevi conceſſo ſavore Dignitatis Archiepiſcopa-
lis, ejuſque Vicarii, ſeu Proviſoris generalis, itaut
negligentia Prædeceſſorum non præjudicet Succeſſori-
bus, qui illius executionem ſemper; & quandocunque
5 petere poſſunt, quidquid foret ſi conceſſum fuiſſet par-
ticulari perſonæ; cui propria negligentia poſſet obeſ-
ſe, juxta diſtinctionem amplexam per *Rota cor. Coccin.
dec. 144. n. 5. cor. Cerro dec. 342. n. 4. & in rec. dec. 99.
n. 4. & 5. p. 11.* Ac etiam quia Breve præfatum, uti
emanatum per viam certi ſtabilimenti, ſeu legis, præ-
6 ſcribi nec poſſet, nam lex nunquam moritur, & ſtan-
te decreto irritanti in Breve appoſito, nedum non u-
ſus, ſed contrarius uſus redderetur inefficax. *Rot. cor.
Coccin. dec. 1274. n. 14. & dec. 1814. n. 3. in recen. dec.
298. n. 20. & 25. p. 17. & dec. 77. nu. 8. & 9. p. 18.* &
de facto in *Gerunden. Beneficii* 10. Decembris proximi
præteriti *coram R. P. D. meo Anſaldo*, & in *Colonien. Pa-
rochialis* 15. Martii mox elapſi *cor. R. P. D. meo Lancet-
ta*, in quibus non obſtante lapſu centum annorum ſi-
ne uſu, fuerunt demandata executioni Brevia Greg.
XIII. & Clemen. VIII.

Quo verò ad ſecundam partem propoſiti dubii, vi-
ſum fuit DD. non conſtare de contraria legitime con-
ſuetudine, per Capitulum prætenſa, ac in relato Bre-
7 vi Gregoriano præſervata. Præmiſſo namque, onus
probandi conſuetudinem hujuſmodi ſpectare ad Capi-
tulum illam allegans, prout præſcribitur in relato Bre-
vi, ac eſt etiam de Jure: *Soccin. Jun. conſ. 65. num.
36. lib. 1. Roland. à Valle conſ. 40. num. 43. lib. 2. Natal.
conſ. 63. num. 5. Decian. conſ. 7. num. 65. lib. 3. Rota di-
verſ. deciſ. 36. num. 5. part. 1. & coram Seraphin. deciſ.
1154. num. 1.* Et quidem quadragenariam, nam quam-
vis præcedenter hoc Breve Gregorii XIV. anceps in
Tribunali noſtro reputata fuiſſet quæſtio, an de Ju-
re Vicarius primam Sedem poſt Epiſcopum obtineat
in Diœceſana Synodo, itaut *coram Bubalo* bis propo-
ſito dubio PP. in ſenſu non convenerint ob diverſas
opiniones Doctorum, nam alii partes Capituli tuen-
tur ſub ea ratione, quòd præſente in Synodo Archi-
epiſcopo, inter ipſum, & ejus Capitulum, ſeu iſtius
8 Deputatos Capitulum repræſentantes, tanquam inter
Caput, & Membra nihil mediare debeat, & proin-
dè ſit excluſus Vicarius, nimirum *Gratian. diſcept. 3.
cum ſequent. & ſignanter numer. 13. & 16. Picard. in-
ter Conſ. Menoch. & Fabian.* ibidem *conſ. 257. Mareſcot.
Var. Reſol. lib. 1. c. 69. nu. 8. cum ſeqq. Thomaſin. de Præ-
ced. numer. 393. Ventriglia in Prax. Eccleſ. tit. de Proceſſ.
adnot. 1. §. unico, num. 21. Ferret. de Præced. quæſt. 52.
art. 3. num. 6. Urſell. concluſ. 137. num. 27. Ricc. in Prax.
Eccleſ. juxta Venet. impreſſ. 1674. reſol. 391. & collect.
part. 4. collect. 896. Cardin. de Luca de præemin. diſc. 18.
numer. 6.* alii verò ſunt ſavorabiles Vicario, ex quo
9 conſtituat unum Caput cum Epiſcopo, ſicut conſtituit
cum eo unum, & idem Tribunal, ut ſive abſente,
ſive præſente Epiſcopo, ſuper Capitulum præcedentiam
in Synodo aſſequi debeat, & præ cæteris *Abb. conſ. 21.
per tot. lib. 1. Fagnan. in cap. ad hac n. 8. de præb. Bertran.
conſ. 22. num. 20. & ſeqq. lib. 1. Gall. conſ. 62. numer. 13.*
ubi ait ita declaraſſe *Sacram Congregationem Concilii*.
*Bombin. conſ. 22. & 23. per tot. Pignatell. plena conſultat.
63. tom. 3. De Luca ad Gratian. cap. 3. n. 2. cum ſeqq.* ubi
quòd hodie hoc Jure utimur. *Staphil. de Liter. Gratian.
tit. de mod. & form. impetr. §. Tranſ. num. 14. Rebuff. in
Prax. Benef. tit. de Vicar. Epiſcop. num. 7. Gambar. de Le-
gat. à Later. lib. 3. num. 109. Maſſobr. de Synod. cap. 4. &
5. per tot. Leon. in Theſaur. For. Eccleſ. part. 1. tit. de Vi-
car. cap. 10. num. 1. Anton. de Prat. in Tract. de Juriſdict.
Epiſcop. cap. 6. nu. 8. in fine, & ſeqq. G nucc. in ejuſdem
Vot. poſt d. diſcep. 3. Gratian. nu. 24. cum multis ſeqq. An-
tonell. de Regimin. Eccleſ. lib. 3. cap. 18. de Præced. §. 2.
num. 15. Cruſ. de Præemin. cap. 20. nu. 3. Marchett. de Vi-
car. Capitular. p. 1. tit. 5. n. 15. Bordon. de Præced. n. 510.
cum multis ſequent.*

Ex hoc tamen Brevi Gregoriano ſublata remanſit
quælibet diſputatio, quia Summus Pontifex inhæren-
do præcedenti voto *Sacræ Congregationis Concilii*, decla-
ravit (ſunt verba) *Vicarium, ſeu Proviſorem Genera-
lem, locum, & votum poſt ipſum Archiepiſcopum, & an-
te Capitulum, vel à Capitulo Deputatos, in Synodo Diœ-
ceſana de Jure habere, & obtinere debere*, ut quidquid
ſit de variis præadductorum Doctorum opinionibus,
certi Juris eſt, quòd quoties accedit declaratio Papæ, 10
eadem attendi debet. *capit. ſi Papa, de privileg. in 6.
Clementin. literis, et probat. Rota coram Cavaler. deciſ.
612. num. 32. in recen. deciſ. 271. num. 5. part. 1. & in
Hiſpalen. Præcedentiæ 11. Januarii 1692. §. Nitebantur,
coram R. P. D. meo Caprara*; & cum eadem declaratio
contineat, quòd Vicarius, ſeu Proviſor Generalis, in
concurſu Deputatorum Capituli primum locum ſit ha-
biturus, niſi ex parte Capituli doceatur de legitima
conſuetudine in contrarium, dubitationi locus non eſt, 11
quòd Papa intellexerit præſervare conſuetudinem qua-
dragenariam, *ex text. in capit. cum Eccleſia Sutrina, de
cauſ. poſſeſſ. & propriet. in cap. cum te Benefic. de Præbe.
in 6. & in cap. final. ubi gloſſ. in V. legitimè, de conſuetud.
Paſſerin. in cap. conſuetudinis, quæſt. 1. art. 8. num. 216.
& ſeqq. de conſuetud. in 6. & de Elect. cap. 10. num. 39.*
& in ſpecie, quòd conſuetudo debeat eſſe quadrage-
naria, defendunt *Carol. Ant. de Luca ad Gratian. diſcept.
111. ſub num. 3. in fine, & Pignattel. conſult. 63. nu. 9.
verſ. etſi tamen, tom. 3.*

In hypotheſi talis quadragenaria conſuetudo non
probatur: Reflectentes ſiquidem DD. quòd ante Bre-
ve Gregorianum tres tantùm Diœceſanæ Synodi cele-
bratæ fuerunt, prima nimirum de anno 1572. & in
hac non intervenit Proviſor, ſeu Vicarius Generalis
Archiepiſcopi, & agnovit *Sacra Rota coram Bubalo*,
quæ ea unico dumtaxat actu poſterioris Synodi anni
1578. manutentionem decrevit ſavore Capituli, ut pro-
batur ex Informationibus tunc datis *Summ. Archiepi-
ſcopi num. 3.* atque etiam ex Teſtibus tam examina-
tis ex parte Archiepiſcopi *Summ.* illius Reſponſionis *n.*
2. quàm ex aliis Capituli, quorum tametſi aliqui de-
ponant ignorare, an in hac Synodo interfuerit Doctor
Sancti Stephani, tunc Vicarius, & Proviſor Gene-
ralis Archiepiſcopatus, alii verò conſtanter aſſerue-
runt, illum non interfuiſſe *d. Summ.* Reſponſionis *nu.*
2. abſente autem, aut non exiſtente Vicario, nulla
inchoari potuit conſuetudo Præcedentiæ, ad quam in- 12
ducendam requiritur, quòd illi, qui de Præcedentia
contendunt, inſimul conveniant. *Text. in l. ubi autem
ff. de V. obligat. Surd. deciſ. 65. num. 8. Rota coram Burat.
dec. 137. num. 12. in recent. deciſ. 369. num. 4. in fin. par.
2.* Secunda eſt de anno 1578. in qua licèt Deputati
Capituli Præcedentiam habuerint ſupra Vicarium Ge- 13
neralem, nihilominus, tanquam unicus actus, ineffi-
cax eſt ad conſuetudinem inducendam *Paſſerin. in d. c.
conſuetudinis quæſt. 1. art. 3. nu. 81. cum ſeq. Maſcard. de
Probat. concl. 424. nu. 19. cum ſeqq. Trobat. de Effect. Im-
memor. quæſt. 6. num. 14. & 15. Lotter. de Re Benefic. lib.
2. quæſt. 21. num. 114. cum ſeqq. Rota cor. Peuting. deciſ.
207. n. 7. & coram Cerro deciſ. 551. numer. 18. & 20. in
fin.* Tertia demùm eſt de anno 1586. ſed cum tunc ex-
orta fuiſſet controverſia ſuper Præcedentia, & De-
putati Capituli à Synodo receſſerint, ex hoc actu nul-
la deduci valet completio conſuetudinis, ſed potiùs
adhuc non completa probatur, quod per hanc con- 14
tradictionem, & litem interrupta remanſerit. *Rota co-
ram Bich. dec. 48. nu. 14. & 15. in recent. dec. 382. nu.
14. part. 16. dec. 208. num. 13. p. 17. & dec. 742. nu. 7.
p. 18.*

Digitized by Google

p. 18. Quin aſſerri valuerit altera, & antiquior Synodus anni 1512. de tempore, quo Eccleſiam regebat Archiepiſcopus Roxas, nam illa eſt Provincialis, & Diœceſana, & ibidem non intervenerit Vicarius Generalis Archiepiſcopi, nec probat ordinem ſedendi, ſeu præcedendi, ut ex lectura.

Poſt Breve autem Gregorianum deſumi non poteſt conſuetudo: tum quia Pontifex præſervando in eodem conſuetudinem legitimam Capituli, intellexit ſolùm præſervare præteritam, ſeu anteriorem, & jam acquiſitam de tempore Brevis, ex illis verbis -- *niſi tamen ex conſuetudine Capituli Jus in eadem Synodo Vicarium præcedendi conſtiterit eſſe acquiſitum*: tum etiam quia conſuetudo non probatur, aſſertur enim unica Synodus anni 1604. quæ non concludit intereſſentiam Vicarii, ut ſupra requiſitam, nec aliquid operatur etiam
15 ob decretum irritans in Brevi appoſitum, cum quo Pontifex conſuetudini futuræ reſiſtere voluit, eamque abrogare. *Rot. coram Celſ. dec.* 200. *coram Merl. dec.* 814. *utrobiq. n.* 6. *in recent. dec.* 574. *n.* 27. *p.* 4. *tom.* 3. *& dec.* 217. *n.* 6. *p.* 7. ex qua reſponſione diluitur etiam argumentum deſumptum pro conſuetudinis obſervantia ex præſuppoſita acquieſcentia Cardinalis de Caſtro, qui per ſeptem annos poſt productas ex parte Capituli probationes in Rota non proceſſerit ad ulteriora, præterquamquod cum ille haberet pro ſe Breve Pontificium, non indigebat proſecutione Cauſæ, ſed hoc onus incumbebat Capitulo, quod tenebatur probare conſuetudinem legitimam.

Abſque eo quòd juvare potuerit Capitulo aſſertio, quòd probationes conſuetudinis legitimæ præſuman-
16 tur factæ in Proceſſu Remiſſoriali, quo hodie non reperto, dicitur præſumi ſubtractum ab Archiepiſcopo, cui nocere poterat *en Adden. ad Pamphil. dec.* 360. *num.* 10. *Rot. coram Zarat. dec.* 73. *nu.* 37. *in rec. dec.* 305. *n.* 15. *part.* 18. Quia cum Proceſſus ad Urbem advenerit clauſus, non poteſt pro certo adduci, quòd probaret contra Epiſcopum, multoties enim Teſtes probant etiam contra inducentes, & ideò ceſſat præſumptio, quæ nititur fundamento, quòd ſcriptura certò præjudicet alicui Parti. Ulteriùs hic non agitur de ſcriptura, quæ remanſerit in publico Officio, ſed in
17 Domo privata Interpretis, quo caſu dicta præſumptio locum non habet, ut diſtinguendo probat *Adden. ad Pamphil. deciſ.* 364. *num.* 10. *verſ. militat*; maximè contra Succeſſorem in Archiepiſcopatu. *Rota coram Bich. dec.* 202. *n.* 13.

Minuſque ſuffragatur prætenſa conſuetudo aliarum Eccleſiarum, in quibus Deputati Capitulorum præcedunt: nam quidquid ſit de ſubſiſtentia aſſumpti; hæc Præcedentia proveniret ex conſuetudine legitima ibidem præſcripta, quæ deficit in Eccleſia Hiſpalen-
18 ſi, & regulare eſt, quòd ex conſuetudine, ſeu uſu unius Eccleſiæ ad aliam nequit inferri. *Cardinal. de Luc. de Benef. diſc.* 30. *num.* 12. *Rota in recent. dec.* 321. *num.* 9. *cum ſeqq. p.* 15. *dec.* 217. *n.* 18. *p.* 17. *cor. Cerro dec.* 551. *num.* 8. *&* 9. *& inter has eaſdem Partes in Hiſpalen. Diviſionis ſimultaneæ* 11. *Februarii præteriti §. Similiter, coram Me.*

Prout nec etiam hanc conſuetudinem quadragenariam præcedendi comprobant nonnulli actus in Choro, & Proceſſionibus, quidquid enim ſit de veritate, ac legalitate illorum, Vicarius non intervenit tanquam Vicarius, & Officialis, ſed uti ſimplex procurator deputatus ab Archiepiſcopo abſente, ut patet ex eo, quòd Archiepiſcopus multoties in his actibus deputat alium, quàm Vicarium, ideoque ex conſuetudine præcedendi in enunciatis actibus inferri non poteſt ad alios, in quibus Vicarius proprio jure, & uti Vicarius intervenit præſente Archiepiſcopo; obſtante recepta concluſione, quod conſuetudo non exten-
19 ditur de uno caſu ad alium, ſed tantùm habere dicitur de actu, quantum de potentia, ad doctrinam *Innocentii in c. in literis, ſub n.* 7. *de reſtit. ſpoliat. Cravet. conſ.* 30. *n.* 5. *Roland. à Valle conſ.* 69. *n.* 39. *lib.* 3. *Oſaſch. dec. Pedemont.* 29. *n.* 16. *Rot. coram Ubald. dec.* 21. *num.* 3. *tom.* 1. *& in rec. dec.* 355. *n.* 5. *&* 6. *p.* 14.

Præterea ex his nec etiam concurrere viſa fuit conſuetudo decennalis, quam ſufficere conantur oſtendere Deſenſores Capituli, tum quia una dumtaxat Synodus aſſertur anni 1578. ubi intervenit Vicarius, paſſuſque fuit Deputatos Capituli præcedi, quæ tanquam unica non ſufficit ad inducendam conſuetudinem ex ſuperiùs allegatis; tum etiam quia à dicto anno 1578. ad annum 1586. quo fuit intertupta poſſeſſio Capituli, vix elapſi ſunt anni ſeptem, ut patet calculanti. Et ita concluſum Partibus acerrimè informantibus &c.

Rmo. P. D. MOLINES DECANO.

Hiſpalen. Viſitationis.

Veneris 25. *Novembris* 1701.

A R G U M E N T U M.

Epiſcopus cogere poteſt Capitulum ad exhibendum occaſione Viſitationis in proprio Palatio Libros adminiſtrationum Piorum Operum, non tamen indefinitè, ſed eos tantùm, qui reſpiciunt adminiſtrationem, quam viſitanda ſuſcepit.

S U M M A R I U M.

1 *Sententia, in judicatum tranſacta, facit jus inter Partes.*

2 *Delegatus non valet, citra nullitatis vitium, delegationis ſuæ limites egredi.*

3 *Ubi Princeps adjicit terminum Juriſdictioni, quam tribuit Judici delegato, nequit privatus Partium conſenſus illam prorogare.*

4 *Reſponſio correſpondere debet petitioni, & cauſæ, ob quam ea facta eſt.*

5 Sac. Rota *reverenter ſuſcipit* Decreta Sacræ Congregationis.

6 *Viſitatio fieri debet in proprio loco, quem Ordinarius viſitandum ſuſcipit.*

7 *Et in caſu incongruitatis loci, Viſitatio fieri debet in loco commodo, nunquam tamen in propria Camera, ſeu Aula Epiſcopi.*

8 *Secus quoad Viſitationem formalem, Librorum ſcilicet adminiſtrationum Piorum Operum, quos ad effectum ſuſcipiendi redditionem rationis ab Adminiſtratoribus, Ordinarius cogere poteſt Capitulum ad exhibendum in Palatio Epiſcopali,* & nu. 16.

9 *Arbitrio Judicis remittitur deſtinatio loci, ubi reddendæ ſunt rationes.*

10 *Libertus adſtringitur rationes reddere Patrono in domo ipſius.*

11 *Mens legis eſt inſpicienda, non materialis facti circumſtantia.*

12 *Adminiſtratores Regum, Magnatum, & Nobilium, tenentur rationem reddere in loco, ubi iſti morantur.*

13 *Subjectio Capituli erga Epiſcopum potiùs dicenda eſt filialis, quam ſervilis.*

14 *Epiſcopus poteſt in quolibet loco ſuæ Diœceſis pro Tribunali ſedere, & cætera ad ſuum Officium ſpectantia exercere.*

15 *Et poteſt Tribunal erigere, & Jus dicere in propria Camera.*

17 *Viſitatio perfici debet ſine ſtrepitu judiciali, paternis adminiſtrationibus, & extrajudiciali correctione.*

18 *Non ſic quoad crimina notoria, de quibus Epiſcopus poteſt in actu Viſitationis cognoſcere, & pœnas ordinarias imponere.*

19 *Speciale eſt in Adminiſtrationum Piorum Operum Viſitatione, ut Adminiſtratores, qui reliquatuum ſint debitores, ad illos ſolvendos per ſententiam, ſeu decretum condemnentur, & judicialiter cogantur.*

20 *Epiſcopus, procedens in Cauſis Capitularium cum aſſenſu duorum Canonicorum, poteſt id explere in propria Domo, ſeu conſueto Tribunali.*

21 *Videndum eſt, nè in quo alterum judicamus, nos ipſi rei ſimus.*

22 *Obſervantia declarat quid fuerit promiſſum.*

23 *Quæ ſint incommoda, ob quæ Epiſcopi diſpenſantur à Viſitatione materiali locorum, remiſſivè.*

24 *Epiſcopus in revidendis Adminiſtrationibus Piorum Operum non tenetur uti Miniſtris; & quatenus utatur, non obſtringitur ſequi eorum fidem.*

25 *Epi-*

25 *Epiſcopo licitum non eſt petere ad hunc effectum in-
definitam exhibitionem Librorum, ſed eorum tan-
tum reſpicientium Adminiſtrationem, quam viſitan-
dam ſuſcepit.*

D E C I S I O XVIII.

CApitulum Eccleſiæ Cathedralis Hiſpalen. magno
Juris, & Facti apparatu conabatur in hodierna
Audientia proſternere fundamenta Deciſionis editæ die
30. *Aprilis* præteriti *cor. Me*, in qua reſponſum fuit,
Reverendiſſimum Archiepiſcopum in actu Viſitatio-
nis, eaque durante, cogere poſſe juxta illius indigen-
tiam Officiales Capituli ad exhibendum in Palatio Ar-
chiepiſcopali Libros originales Adminiſtrationum Pio-
rum Operum, alioſque continentes Fundationes Be-
neficiorum, eorumque Dotationes, pro redditione ra-
tionis ſuſcipienda, ac minimè teneri pro illis inſpi-
ciendis, ac perſcrutandis, ad Aulam Capitularem ac-
cedere. Dominis tamen ſolidæ, & inconcuſſæ viſæ
fuerunt ejuſdem *Deciſionis* rationes, infirmaque per op-
poſitum ſingula impugnationum argumenta, quocirca
reſolumtioni aliàs captæ confirmationis robur adiice-
re non dubitarunt.

Et quoniam paulo poſt hanc Reſulutionem superve-
nit nuucius obitus Reverendiſſimi Archiepiſcopi, San-
ctiſſimus D. Noſter Mihi ſeriò demandavit, ut illo
non obſtante, Deciſiones omnes editæ ſuper punctis
contentionum inter Capitulum, & eundem Archiepi-
ſcopum vertentium, publicarentur, idcircò obtempe-
rando Sanctiſſimis æquè, ac Zelantiſſimis hiſce man-
datis, Sacrum Tribunal ea, qua datum fuit, celeri-
tate Deciſiones prædictas publicare curavic.

Satis, inquam, conſtans, denuò examinatum, ap-
paruit capitale Deciſionis fundamentum ſubnixum rei
judicatæ, ortæ ſuper controverſia, de qua diſputatur;
Nam inter alia Decreta, quæ emanarunt in *S.Congr. C.*
ſuper antedictis multiplicis ſpeciei contentionibus, al-
terum editum fuit die 18. Auguſti 1696. generaliter
demandans dictorum Librorum exhibitionem in Pala-
tio Archiepiſcopali juxta Viſitationis indigentiam; A'
quo Decreto cum neutra Pars reclamaverit, manife-
ſta emergit ſuper hoc articulo res judicata, quæ fa-
1 cit jus inter Partes, inhibetque nè controverſia, jam
ſopita denuò, excutiatur, Cauſaque ſemel dirempta
retractetur, juxta præſcriptum *Text. in cap. cum inter
vos, de ſentent. & re judicata l. final. C. de fid. inſtrum. l.
poſtquam liti. C. de pact.* cum aliis vulgatis, collectis
*in Melevitana Penſionis 25. Aprilis præteriti §. Ex cen-
ſura, coram Me.*

Abſque eo quòd noviſſima omnium dictarum Cauſa-
rum Commiſſio, noſtro Auditorio directa, vel concors
Partium Collitigantium placitum diſputandi cum cæ-
teris aliis controverſum Dubium, ſternere potuerit
viam revidendi hujus articuli juſtitiam: Commiſſio
ſiquidem expreſſam continet in ventre prohibitionem
cognoſcendi Cauſas jam deciſas, & abſolutas, ſolùm-
que tribuit juriſdictionem definiendi pendentes, & in-
2 deciſas, Sacrum proindè Tribunal non valuit, neque
valet citra nullitatis vitium, egredi ſuæ delegationis
limites. *cap. cum olim 32. de offic. & poteſt. Judic. deleg.
cap. cum dilectus 22. de reſcript.* ubi omnes antiqui, &
recentiores Repetentes: Atque hinc etiam nihil ju-
vat Partium conſenſus iterato examini hanc quoque
controverſiam ſubiiciendi; quidquid enim ſic, an con-
ſenſus iſte ex parte Archiepiſcopi præſtitus fuerit,
numve ſufficienter eliciatur ab actibus extrajudiciali-
bus, & æquivocis in contrarium expoſitis; illud ex-
ploratum eſt in Jure, quòd ubi Princeps adiicit termi-
3 num Juriſdictioni, quam tribuit Judici delegato, nequit
privatus Partium conſonſus illam prorogare. *Auth. ha-
bita C. ne filii pro patre, & ibi Bald. idemque in l. Teſta-
menta C. de teſtam.* & ex iis benè, & eleganter conclu-
dit *Capyc. dec. 9. n. 16.* faciuntque ad rem collecti per
Adden. ad Pamphil. dec. 576. n. 15.

Eoque minùs declinari poteſt rei judicatæ auctori-
tas ſub repetito prætextu, quòd Capitulum acquie-
verit dicto Decreto anni 1686. credens, poteſtatem
cogendi illius Officiales ad exhibendos Libros juxta e-
xigentiam Viſitationis, in eo ſolùm caſu Archiepiſco-
po tributam extitiſſe, quo viſitando in Aula Capitu-
lari eoſdem Libros, in aliquam incidiſſet difficultatem,
quæ majorem longioremque expoſceret indagationem:
Ultra quod enim talis interpretatio verè nullum ha-
bebat reale fundamentum, ſatis perſpicuè declaranti-
bus illius verbis, mentem *Sacræ Congregationis* fuiſſe,
ut Archiepiſcopi nullo modo tenerentur accedere ad
Aulam Capitularem pro recognoſcendis Libris, ſed il-
los per Capitulum deferendos eſſe in Palatium Archi-
epiſcopale juxta exigentiam particularium Viſitatio-
num, quas aſſumere ſtatuiſſet. Nihilominus ſi res con-
ſtitiſſet in præfato ſimplici Decreto; utique Domini
expoſitam Capituli opinationem aliquatenus excuſaſ-
ſent: ſubſecuti tamen actus nullæ locum ſinunt ex-
cuſationi. Renuentibus quippe Capitularibus ſub præ-
ciſo hujus interpretationis prætextu deſerre ad Archi-
epiſcopale Palatium Libros Adminiſtrationis Capella-
niarum Cardinalis Tavera, antequam Archiepiſcopus
accederet in Aulam Capitularem, & recognoſceret,
num locus eſſet exigentiæ dictæ illorum tranſporta-
tionis, iteratum habuit Archiepiſcopus recurſum ad
Sacram Congregationem, eique expoſito motivo, ſub
quo Capitulum præfato ejus Decreto parere detrectaſ-
ſet, novum die 17. Auguſti 1697. reportavit Reſcri-
ptum, injungens horum particularium Librorum ex-
hibitionem, quod ſanè novum Decretum de medio
ſubſtulit omnem, & quamcunque ambiguitatem ca-
dentem ſuper vera, ac germana antecedentis inter-
pretatione: Si enim talis erat illius intelligentia, qua-
lis opinabatur Capitulum, utique *Sacra Congregatio* non
demandaſſet abſolutam Librorum exhibitionem, ſed
præcepiſſet Archiepiſcopo, ut priùs ad Aulam Capi-
tularem pergeret, agnitaque indigentia eos perluſtran-
di cum majoris temporis intervallo, demandaſſet ip-
ſorum delationem ad ſuum Palatium, ut ita reſponſio
petitioni, & cauſæ, ob quam ea facta fuerat, corre- 4
ſponderet, juxta monitum *Text. in l. ſi defenſor. §. Qui
interrogatus, ff. de interrogat. action. & §. Præterea, de
inutil. ſtipul. Bald. conſ. 54. n. 2. verſ. Ex hoc ſequitur, lib.
5. Alex. conſ. 75. nu. 12. verſ. cum reſponſio, lib. 5. Surd.
conſ. 414. num. 72. Rot. cor. Coccin. dec. 1791. num. 27.
& cor. Celſ. dec. 2. n. 9.*

Cumque adverſus hoc ſecundum Decretum Capitu-
lum minimè provocaſſet, incontrovertibiliter ſopita
remanſit hujuſmodi controverſia, adeout inani labore
Scribentes pro eodem Capitulo lato calamo regeſſe-
rint omnia fundamenta aliàs in *S. Congregatione* expo-
ſita, & ſemper rejecta, ad ſuadendum, quòd attenta
Juris cenſura, & Conſtitutionum Synodalium Eccle-
ſiæ Hiſpalenſis, Archiepiſcopus recognoſcere debeat
dictarum Adminiſtrationum Libros in Aula Capitulari,
cum ultra reverentiam, qua Sacrum Auditorium ſuſci-
pere ſoleat Decreta *Sacræ Congregationis*, per ea, quæ 5
tradit *Rota coram Cardinali Celſo dec. 60. n. 4.* expreſſum
in præſenti caſu obſiſtat Pontificis oraculum, prohi-
bens, nè controverſiæ jam reſolutæ in diſcrimen ad-
ducantur, quo circa quoad hanc rem nil aliud, quàm
parendi gloria nobis relicta eſt, ut motivabatur in
Deciſione, quæ revidetur.

Ad exuberantiam tamen denuò excuſſis meritis Cau-
ſæ, rurſus hodie convenerunt Domini, præfata *Sac.
Congregationis* Decreta de more ſolidiſſimis ſubnixa eſſe
fundamentis: Tametſi namque Viſitatio fieri debeat 6
in proprio loco, quem Prælatus viſitandum ſuſcipit
*cap. conquerente 16. de offic. Ordin. & in cap. Romana pri-
mo, de cenſ. lib. 6. & cap. cum I. & A. 22. de ſent. & re
judic.* & communiter notant Repetentes *in dicto capit.
Romana*, ac ſignanter *Archidiacon. ante primum verſic.
quid ſi Capitulum. Franc. ſub num. 2. verſic. unde fit. An-
charan. numer. 2. in fin. Geminian. numer. 8. Jo. Andreas
num. 10. Paſſerin. numer. 5. Soccin. Sen. in Tractat. de Vi-
ſitat. impreſſ. poſt Commentar. in prima parte lib. 2. decret.
lib. 8. numer. 22. in princip. Pavin. in ſimili Tract. impreſſ.
inter Tract. Magnos tom. 14. part. 1. quæſt. 6. num. 1. fol.
183.* & ſi ipſa loca viſitanda minus congruam vide-
rentur, Viſitatio fieri debeat in loco commodo, &
communi, nunquàm verò in propria Camera, ſive 7
Aula Epiſcopi, ut præter allegatos tenent commu-
niter Recentiores, & præcipuè *Graff. de Aur. Caſ. Con-
ſcientiæ part. 2. lib. 3. cap. 27. num. 39. & 40. Fuſch. de
Viſitatione lib. 1. cap. 2. num. 52. Pax Jordan. Elucubrat.
Var. tom. 2. lib. 7. tit. 2. num. 6. Permoſin. tom. 2. de Offic.
& Sac.*

& Sac. Eccleſ. ad tit. de Offic. Archipresbyter. quaeſt.4. nu.
521. & pluries fuit reſolutum à *Sac. Congregatione*,
nt teſtantur *Zerol. in Prax. Epiſcop part. 2. V.Capitulam*,
n.2. Barboſ. in Summa Apoſtolicar. Dec. collect. 124. *num.*15.
Gavant. in Manual. V.Capitulum, *n.*4.*Pignatell. conſult. Canonic.*152. *num.*12.*tom.* 10.

Expoſitæ tamen Juris Canonici regulæ locum obti-
nent quoad Viſitationem materialem, ſeu localem, ju-
bent namque *Sac. Canones* omnibus Eccleſiarum Paſto-
ribus, ut ipſimet accedant ad omnia Diœceſis loca,
cunctaque ſub Viſitatione materiali cadentia, vel ocu-
lis propriis, ſeu Convisitatorum perluſtrent, neque tra-
hant Viſitandos de uno loco Diœceſis ad alterum, niſi
juſtis concurrentibus cauſis, in quibus terminis loqun-
tur Decretales, & Canoniſtæ in objecto laudati: Secus
verò quoad Viſitationem formalem, & intellectualem,
qualis eſt hæc, de qua modò agitur, Viſitationis Li-
brorum, ad effectum ſuſcipiendi redditionem rationis
Piorum Operum, nullus namque Doctor allegatus,
fuit, dicens, rationes hujuſmodi ſuſcipiendas fore in
Archiviis Eccleſiarum etiam Cathedralium, ſive alio-
rum Locorum Piorum, in quibus Libri, Codiceſve ra-
8 tionum reddendarum aſſervantur, ſed qui ad hanc ſpe-
cialem inſpectionem deſcenderunt, tanquam abſolutum
ſcripſerunt, juſtum, decenſque eſſe, ut ad Palatium
Epiſcopale deferantur Libri, ibique Adminiſtratores
bonorum, ac redditum Eccleſiaſticorum Epiſcopo vi-
ſitanti villicationis ſuæ rationem reddant, & in ſpecie
Fagnan. in cap. ad hac, *num.* 33. 34. 36. *&* 37. *de Re-
ligioſ. Domib. Pignatell. conſult.* 17. *num.* 10.*& ſeq.* ubi di-
ſtinguit inter Viſitationem formalem, & materialem,
ſeu localem *tom.* 8. *& conſult.* 152. *num.* 21.*tom.*9. *Criſ-
pin. in Tract. della Viſita Paſtorale part.*2.*§.*28. *n.*7. *& ſeqq.
Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 42. *num.* 7. & ita reſpondit
pluties *Sacr. Congregatio Concilii* ſuper hujuſmodi Du-
bio conſulta, ut patet ex Calaguritana, Cremo-
nen. & Valentina *allegat. in Deciſione*, *quæ confirma-
tur §.* 16.

Et profectò, ut motivabatur in præterita *Deciſione*,
hujuſmodi opinio utrinſque Juris Civilis, & Canoni-
ci ſolidum obtinet patrocinium: Juris ioquam Civilis,
inſpecta natura Judicii redditionis rationis, in quo cum
remittatur arbitrio Judicis deſtinatio loci, ubi red-
9 dendæ ſunt rationes, ſpectata qualitate eorum, qui
illas præſtare, & aliorum, qui eas ſuſcipere tenen-
tur, per *Text. in l. tales conditiones §.Priſcus*, *ff. de con-
dit. & demonſtrat.* ubi *Bartol. & Caſtren.* & alii citati
in præterita *Deciſione §.* 9. nullum ſanum, & rectum
arbitrium dijudicare valet, Dignitatem Archiepiſco-
palem, pluribus aliis gravioribus ejuſdem Viſitationis
implicatam negotiis, cogendam eſſe ad ſuſcipiendas
redditiones rationis à particularibus Canonicis ſubdi-
tis, explendo longas, & faſtidioſas reviſiones Libro-
rum, & Computorum ad hunc finem neceſſarias, in
Aula, ſeu Archivio particulari, ubi earundem ratio-
num Libri cuſtodiuntur, ut latè ponderat *Deciſio*, quæ
revidetur §. 10.

Protſus non urgente, quòd *Textus in d.l. Tales §. Pri-
ſcus*, *ff. condit. & demonſtrat.* loquatur in terminis Li-
berti, qui cum teneatur reddere Patrono operas obſe-
10 quiales, rectè adſtringi debeat ad reddendam rationem
extra locum adminiſtrationis, & in domo ipſius Patro-
ni, ſecus verò dici debeat in redditione rationis danda à
Canonicis Archiepiſcopo, inter quos non cadit illa ſub-
jectio, quæ conſideratur inter ſervum, & dominum.

Attendenda quippe non eſt materialis facti circum-
ſtantia io Textu figurati, ſed inſpicienda venit mens
legis, ut monet *I. C. in l. ſcire ff. de legib.* Caſus autem
11 Textus, & ſi verſaretur in themate liberti rationem
adminiſtrationis domino ſuo reddere debentis, anima-
tiva tamen legis ratio ſiſtit io illa maxima indecen-
tia, quòd Superior adire debeat domum inferioris
pro habendis ratiociniis, & præcipuè quando primus
eſſet negotiis Reipublicæ implicatus, quæ circum-
ſtantiæ cum punctualiter conveniant caſui noſtro, opti-
mè illi applicata fuit cenſura hujus *Textus*, ſicuti Do-
ctores illum trahunt ad Adminiſtratores Regum, Ma-
gnatum, & Nobilium, tuendo ſententiam, eos ob-
ligatos eſſe ad reddendam rationem extra locum Admi-
niſtrationis, & in eo, quo nominatæ perſonæ moram
12 trahunt, ut ſignantes videre eſt apud *Ottalor. de No-
bilit. part.* 5. *cap. ult. num.* 16. *Menoch. de Arbitrar. caſ.*
468. *num.*1. *Eſcobar. de Ratiocin. cap.* 7. *num.*2.*cum ſeqq.
Novar. in Tract. de Gravam. Vaſſal. cap.* 24. *num.* 7. *Capon.
diſcept.* 534. *num.* 37. *& ſeqq. tom.*3. & tamen Admi-
niſtratores Magnatum non ſunt liberti, ſed ſubditi,
quales profectò ſunt Canonici erga Epiſcopos. Et li-
cèt dominium Epiſcoporum eſſe debeat blandum, &
paternum, non verò acerbum, & herile, ut ait Di- 13
vus *Hieronymus Epiſt. ad Nepotianum*, ſicuti ſubjectio Ca-
pituli erga Epiſcopos potiùs dicenda ſit filialis, quàm
ſervilis, ut monent relati per *Frances de Eccleſ. Ca-
thed. cap.* 30. *num.* 21. id tamen verum eſt ad effe-
ctum, ut Antiſtites Sacrum Chriſti Ovile regant cum
manſuetudine, & cordis docilitate, contradiſtinguen-
do, quoad actus extrinſecæ exiſtimationis, Hierar-
chiam Canonicorum ab aliorum inferiorum Eccleſia-
ſticorum Cœtu, ſecus verò quoad alios effectus, iſtoſ-
que ſignanter evadendi ſubjectionem, & onus reddendi
rationem propriæ villicationis in domo patris, & Supe-
rioris, ex rationibus ſupra expenſis.

Huic opinioni ſuum etiam tribuit robur Jus commu-
ne Canonicum, & ſignanter Decretalis *Bonifacii VIII.*
relata *in c. cum Epiſcopus*, *de Offic.Ordin.* veluti rem ab-
ſolutam ſupponens, Epiſcopum habentem Juriſdictio-
nem Ordinariam, poſſe in quolibet loco ſuæ Diœceſis 14
pro Tribunali ſedere, cæteraque ad ſuum Officium ſpe-
ctantia abſolvere, & exercere: Undè communiter te-
nent Doctores, poſſe Epiſcopos Tribunal erigere, &
Jus dicere in propria Camera, ut citatis antiquioribus, 15
tradunt ibi *Paſſar.n.*7. & reſpondit *Rot. dec.*58. *num.* 1.
*coram Carill.& dec.*1700.*num.*3. *coram Coccin.* Ac proin-
dè multò magis dicendum eſt, ad ſui arbitrium recipe-
re poſſe redditiones rationis Locorum piorum in ſuo
proprio palatio, ut latius ratiocinatur altera *Deciſio
§.* 11.

Non urgentibus animadverſionibus in contrarium ad-
ductis: Non prima, quòd præfatum Epiſcopi arbitrium
ceſſat quoties pro alicujus actus Juriſdictionalis exercitio
Jura Canonica alium determinatum, ac ſpecialem lo-
cum deſtinaverint, ut notant *Joan.Monoc.in d. cap. cum
Epiſcopus*, *num.* 2. *& Jo: Andr. num.* 1. hujuſmodi 16
quippe limitatio non applicatur noſtræ hypotheſi, dum
Sacri Canones; & communis DD. Schola coarctant
Epiſcopum ad accedendum in loco Viſitationis, quan-
do explere debet Viſitationem materialem, & loca-
lem, ſecus verò formalem, ut ſupra firmavimus ſub
§. *Expoſitæ*.

Eoque minùs turbat ſecundum motivum, quòd præ-
fatum *c. cum Epiſcopus* procedat quoties agitur de ex-
ercenda Juriſdictione contentioſa, & quoties in forma-
li Judicio Epiſcopi procedere valeant, undè inappli-
cabile remaneat quoad actus Viſitationis, in qua Epi-
ſcopi nequeunt exercere Juriſdictionem contentioſam; 17
Tum quia licèt Viſitatio perficiatur ſine ſtrepitu Judi-
ciali, paternis admonitionibus, & extrajudiciali corre-
ctione, ut inquit *Sacrum Concil. Trident. in cap.* 1.
ſeſſion. 13. & latè exornat *Fagnan. in cap. dilectus el
primo*, *de reſcript.* quando aliàs non ageretur de cri-
minibus notoriis, de quibus Epiſcopus in actu viſita-
tionis cognoſcere poteſt, & pœnas ordinarias imponere, 18
ut reſcripſit *Innocentius IV.c. Romana §. Sanè*, *de reſcript.
in* 6. & ibi omnes antiqui Repetentes, collecti ibidem
à Paſſerino n. 3. ſpeciale tamen eſt in Viſitationibus Ad-
miniſtrationum Piorum Operum, ut Adminiſtratores
compellantur ad reddenda computa, repertiſque Reli-
quatoribus, condemnati debeant per ſententiam, ſeu
decretum, ad ſolvendum reliquatum, & judicialiter
cogi ad illius executionem, aliàs inutilis maneret, ni-
hilque operaretur Viſitatio, cum non cenſeantur reddi-
tæ rationes, niſi fiat reſtitutio reliquorum, & ſolvan-
tur debita, ut ita in ſpecie fuiſſe reſolutum à *Sac. Con-* 19
gregatione Concilii reſtantur *Farinac.Marſil.* & alii, quos
refert *Sarav. de Adjunctis quæſt.* 24. *num.* 20.& plenè
comprobat *Gratian. deciſ. March.* 188. *numer.* 10.
cum ſeqq.

Tum quia, ubi etiam ex ſuppoſito devenire nequi-
ret Epiſcopus ad ſententias deffinitivas in Viſitatione
redditionum rationis, adhuc tamen applicabilis manet
cenſura *Text. in cap. cum Epiſcopus*, quia ſi illi per-
miſſum eſt actus Judicialis contentionis ubi ei libet, et-
iam io propria Camera, exercere, ut ſupra latè pro-

batum

batum eſt, multò magis in proprio Palatio ſuſcipere poteſt redditiones rationis, extrajudicialiter dandas, ex adductis *in præterita Deciſione* §. 15.

Ob eandemque rationem mirificè etiam facit ad comprobationem hujus aſſumpti diſpoſitio *Sac. Concil. Trident. in ſeſſ. 25. cap. 6. de reformat.* ſtatuens, Epiſcopos in Cauſis Capitularium procedere debere cum aſſenſu duorum Canonicorum in ipſius Epiſcopi Domo, aut
20 conſuato Tribunali: Nam ſi permittitur Epiſcopo graves Canonicorum Cauſas cognoſcere, & abſolvere in propria Domo, eo fortiùs videtur de mente ejuſdem *Sacro-Sanctæ Synodi* id indulgendum eſſe in Cauſis redditionis rationum, tam levioris momenti, & relevantiæ, ut obſervatum fuit in alia *Deciſione d.* §. 5.

Nec quod hactenus ædificatum eſt cum tot Juris communis fundementis, deſtruitur à Conſtitutionibus Synodalibus Eccleſiæ Hiſpalenſis editis anno 1585. *à clar. mem. Card. de Caſtro*, val à Conſuetudine particulari ejuſdem Eccleſiæ; Siquidem, quo ſpectat ad Conſuetudinem, & obſervantiam, hæc aſſiſtit Domino Archiepiſcopo, nam Cardinalis de Caſtro, & Archiepiſcopus Spinula, demandarunt Librorum transportetionem ad Palatium: Non obſtantibua, quoad Cardinalem de Caſtto, diſſidiis ortis inter ipſum, & Capitulum, longa biſtoria relatis; quoniam non juſtificantur in facto, & reſpiciunt diverſam Cauſam, & Litem: Inveriſimilitudines verò allatæ circa obſervantiam Archiepiſcopi Spinulæ removentur ex depoſitione Teſtium, de illa claris verbis depouentium, ut *in Summario præterito Archiepiſcopi num.* 53. Omnes autem aliæ Viſitationes expletæ in Eccleſia Cathedrali, geſtæ fuerunt à Viſitaroribus inferioribus, & non ab Archiepiſcopis, undè nihil concludunt, ut latè diſſerit *Deciſio*, quæ revidetur §. 20.

Cui obſervantiæ non ſolùm conſonat conſuetudo omnium Eccleſiarum adjacentium Hiſpalenſi, ſed etiam particularium Eccleſiarum inferiorum, exiſtentium in Civitate Hiſpalenſi: Immò, quod magis eſt, in hodierna Propoſitione doctum fuit, quòd ipſum Capitulum occaſiona Viſitationis Adminiſtrationum Fabricæ Eccleſiarum ab illo dependentium, tam intra, quàm eatra Civitatem Hiſpalen. exiſtentium, deferri ſibi fecerit Libros ad Aulam Capitularem, ut *ex hodierno Summario Archiepiſcopi nu.* 1. Undè quod ipſi Canonici ſervant erga Adminiſtratores non ſubditos, grave videri non debeat, ut erga ipſos ab eorum Superioribus obſervetur, nè in quem alterum judicant ſeip-
21 ſos condemnent, quod acriter reprehendit *D. Auguſtinus in Canon. nihil 32. q. 6. in Canone Una, diſtinctione 26. cap. cum omnes, de conſtit. l. Arenam Cod. de inoff. teſt. ubi gloſſ. in V. conditionis*.

Quod verò attinet ad Conſtitutiones Synodales, placuerunt DD. geminæ reſponſiones *Deciſionis* præteritæ, quòd ſcilicèt illæ ſolummodo loquantur de Viſitatoribus ſubalternis, ab Archiepiſcopo deputandis pro Viſitationa Eccleſiarum inferiorum, adeoque nequeunt ellegari contra Archiepiſcopum ſuam Cathedralem viſitaturum, ob magnam diſparitatem, quæ in hac meteria intercedit inter Archiepiſcopum, & inferiores. Et licèt in quadam, inſtructione ejuſdem Cardinalis de Caſtro, inſerte in fine Libri Conſtitutionum Synodalium, ipſe promiſerit illam obſervara quoties per ſeipſum Viſitationem expleret; Nihilominùs cum idem Cardinalis duobus annis poſt publicationem dictæ Inſtructionis demandaverit tranſportetionem Librorum ad Palatium, eliciebatur argumentum edmodum potens, quòd promiſſio obſervandi dictum Inſtrumentum referri debeat ad alia capita in eodem contenta, & non ad hoc, de quo agitur, viſitandi Libros in Eccleſia, cui oneri Inſtructio literaliter ſolùm ſubiicit inferiores Viſitatores; invariſimile quippe viſum fuit, Cardinalem prædictum oblitum ejus, quod promiſerat, voluiſſe legem, quam ſpontè ſibi impoſuerat, in prima occaſione illam obſarvandi deſtruere.
22 Propetereaque talis contraria obſervantia maniſeſtè damonſtrat, quòd promiſſio non ſe extendebat ad illam ſervitutem, injunctam Viſitatoribua inferioribus *l. non ambigitur ff. de leg. Rot. dec. 54. num. 58. coram Ubald. & dec. 48. n. 23. p. 13. rec.*

Placuit etiam ſecunda reſponſio, quòd etiam in Viſitationibus ſubalternis præceptum viſitandi redditiones sationis in Eccleſiis fuerit limitatum in caſu incommodi, ibi — *Li detti conti ſi piglino dentro delle dette Chieſe, eccetto ſe per grande incommodità non ſi poteſſero fare* — Ab incommodo autem, à quo Conſtitutiones Synodales eximi jubent inferiores Viſitatores, nemo inficias ibit potiori jure eximendum eſſe Archiepiſcopum: Ineptaque epparuit inſinuatio, quòd incommodum, de quo loquitur Synodus, interpretandum veniat de illo magno incommodo, ob quod Jus Canonicum diſpenſat Epiſcopos viſitantes ad ſe transferendum in locum Viſitationis, exemplificato à *Gloſſ. in* 23
cap. Romana, de cenſ. V. difficultatis in impedimentis nivis glaciei, diſcriminis viarum &c. Nam hujuſmodi incommoda verificabilia non ſunt in Viſitatione materiali, vel formali locorum, & rerum exiſtentium in eadem Civitate, in que Archiepiſcopus Sedem Epiſcopalem ſiaam retinet, ſicque intelligi debent verba Conſtitutionum Synodalium de incommodis in ſubjecta materia cadentibus, nempe de multiplicitate Librorum rationis, ac Fundetionum revidendorum, de computorum diſpunctione ad longum tempus protracta, ac demum de illis omnibus difficultatibua, quæ in ſimilibus contingere ſolent, quæque requirunt indaginem maturiorem, & attentiorem ea, quæ adhiberi poteſt paucis horis diei: Quo poſito, quis non videt hujuſmodi incommoda reddi majora Archiepiſcopo volenti per ſeipſum viſitare? Quis negabit graviſſimum, & indecans eſſe Dignitati Archiepiſcopali conſumere meliorem dierum partem in avolvandis Libris tot Adminiſtrationum, in recognoſcendis Fundationibus Piorum Operum, tot inveſtimentis bonorum, multiplicibus Adminiſtrantium omiſſionibus, vel culpis? Nemo catrè, præcipue ſi ad mentem revocabit, quot aliis gravioribus negotiis implicetus reperitur Archiepiſcopus de tempore Viſitationis Civitaris adeò Inſignis, ut latè obſervat *Deciſo*, quæ revidetur §.

Nec placuit tempetamentum, ut Archiepiſcopus mittat ad Archivium Miniſtros pro reviſione Librorum, & audita ipſorum relatione, quoties aliqua emergeret difficultas, mandet tranſportationem Librorum: Primo quia eſt in erbitrio Archiepiſcopi uti, vel non uti 24
Miniſtris, ideoque ei tolli non debet libertas petendi exhibitionem Librorum in ſuo Palatio, quatenùs vellet illos de per ſe recognoſcere: Secundo quia ſtat benè ſimul, ut ipſe utatur opera Miniſtrorum, & tamen adhuc perſonaliter aſſiſtat, ut ſe magis reddat informatum da omnibus negotiis: Tertio ex quo Archiepiſcopua non tenetur ſequi fidem Peritorum, & ideò legitimè petit Librorum exhibitionem, ut recognoſcat an Periti benè, vel malè retulerint, ut dictum fuit in altera *Deciſione*, quæ pariter hodiè confirmata fuit ſuper altero dubio §. *Hinc etiam*.

Timor deperditionis Librorum, ſeu Scripturarum, panicus, & inveriſimilis epparuit, dum omnes Scripturæ ſunt redactæ in Libros benè compactos, nec transferendi ſunt de una Civitete ad alteram, ſed ab Aula Capitulari ad Palatium, inter quæ intercedit ſpatium valdè modicum. Inconvenienti autem ſemper exaggerato, quod ita repoſitum maneat in poteſtate Archiepiſcopi denudare Capitulum omnibus Libris cum incommodo Adminiſtratorum illis indigentium pro adnotationibus eorum, quæ diatim aveniunt, ſatisfacit modus detus Reſolutioni à *S. Congregatione Concilii*, & à Sacro Tribunali interpretativè pariter præſcriptus, ut ſcilicet Archiepiſcopo licitum non ſit petere exhibitionem indefinitam Librorum, ſed eorum tantùm, 25
qui reſpiciunt adminiſtrationem, quam viſitandam ſuſpicit, adeout petere nequeat tranſportationem aliorum, niſi inceptam abſolvat, Libroſque ad eam ſpectantem reſtituat. Hac rationa ceſſat inconveniens: Et in hac parte Dominis ſemper ſamulantibus menti *S. Congregationis* placeret, ut D. Archiepiſcopus juxta ſuum zelum moderatè utatur ſacultate tranſportandi Libros, ſolùmque petet neceſſarios, eoſque recognitos ſtatim reſtituat, ut optimæ adminiſtrationis ratio nullum patiatur detrimentum.

Et ita utraque &c.

R. P.

R. P. D. MUTO.

Illerden. Statuti ſuper manutentione.

Lunæ 16. Martii 1705.

ARGUMENTUM.

Debetur Capitulo manutentio contra Beneficiatos in poſſeſſione vel quaſi recipiendi ſervitutes ab ipſis Beneficiatis; nec poſſunt ſeſe eximere ab illarum præſtatione eo quòd agatur de actibus facultativis, quin, ſtante continuatione per longum tempus, præſumitur, tales ſervitutes coactè, & ex neceſſitate exhibitas fuiſſe, maximè quando illæ tendunt in augumentum Divini Cultus.

SUMMARIUM.

1 *Capitulo debetur manutentio in quaſi poſſeſſione recipiendi ſervitia à Beneficiatis, probata legitimè eadem quaſi poſſeſſione.*

2 *Eadem quaſi poſſeſſio probatur ex prohibitione pœnali, facta per eoſdem Beneficiatos non præſtandi hujuſmodi ſervitia.*

3 *Per Teſtes deponentes de conſuetudine per longiſſimum tempus, excluditur actus facultativus, & ille præſumitur geſtus ex neceſſitate.*

4 *Maximè ſi non agatur de actibus indifferentibus, ſed de iis, quæ concernunt Divinum Cultum, & Eccleſiæ ſervitium.*

5 *Quod ampliatur etiam in ſervientibus præſtari ſolitis à Beneficiatis Canonicis, etiam privatè celebrantibus.*

6 *Sola poſſibilitas præcedentis tituli operatur, ut actus geſti non dicantur facultativi, ſed neceſſarii.*

7 *Unicus actus reclamationis non deſtruit quaſi poſſeſſionem.*

8 *Pro evitanda Teſtium contrarietate omnis debet capi interpretatio.*

DECISIO XIX.

UNa ſimul cum Dubio ſuper validitate Statuti, propoſui in hodierna Audientia aliud ſuper manutentione prætenſa à Capitulo in quaſi poſſeſſione recipiendi à Beneficiatis, Capellanis, & Portionariis diverſas ſervitutes, & ſignanter, quòd iſti teneantur Cappis Pluvialibus induere Canonicos, dum in Choro Divina miniſtrant, & Baculos, vulgò Bordoni, per eos geſtari ſolitos, ipſis Canonicis tradere, & reſpectivè ſubſtinere, dum iidem Canonici ad Pacem recipiendam adeunt, necnon demum ſtantes ante Faldiſtorium, ſive Legile, revolvere folia Librorum Choralium. Cumque DD. inſtantia Capituli viſa fuerit in parte rationi conformis, cenſuerunt eidem dandam eſſe manutentionem juxta modum, hoc eſt, quòd priùs Officiales ad hoc deſtinati inſerviant, & deindè Beoeficiati gradatim.

Exuberanter enim ex Teſtihus vigore Remiſſoriæ Rotalis examinatis, conſtitit, Capitulum reperiri in quaſi poſſeſſione recipiendi in prædictis actibus aſſiſtentiam, & reſpectivè ſervitium à Beneficiatis, Portionariis, & Capellaois, cujus quaſi poſſeſſionis vi-
1 gore concludenter, & formiter probatæ, Capituſo manutentio debet concedi ad *Text. in §. Retinendæ inſtitut. de interdict. Poſth. de Manut. obſerv. 28. n. 17. Rota in Illerden. Juris votandi ſuper manutentione 27. Junii proximè præteriti §. Poſſeſſio, & ſeq. in Illerden. Juris præſidendi in extractione Priorum 27 Junii 1704. §. Ratio, & in Illerden. Receptionis in Confratres, & Conſiliarios, eiſdem die, & anno §. Diſtinctè in omnibus, coram R. P. D. meo Scotta.*

Maximè quia Beneficiati, aliique Collitigantes, promulgarunt pœnale Edictum, per quod præcipiebatur -- *Che quelli, che oggi ſervono, laſſino di fare ſimili ſervitù. Item che nel Coro neſſun reſidente confratello veſta i Piviali, nè tenga il Bordone alli Signori Canonici al tempo di pigliar la Pace -- Summario Capituli lit. B. num. 1.* Promulgatio enim Edicti, ut Beneficiati inſervientes à ſervitutibus deſiſterent, includit con-
feſſionem ipſorum Beneficiatorum, quòd ſervitutes de
præciſo tempore motæ litis fuerunt per ipſos præſti- 2
tæ, *Rot. in Imolen. Vocis activæ, & paſſivæ 26. Junii 1693. §. Moti, coram Reverendiſs. D. meo Decano: in Tarraconen. Eleemoſynarum 2. Julii 1703. §. Rorum, in fine, coram Reverendiſs. P. D. meo Scotto*, & in individuo *in Urgellen. Servitutum 22. Junii 1696. §. fin. cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Non obſtat duplex objectum: Alterum, quòd Teſtes non deponant de coactiva, hoc eſt Beneficiatos coactos fuiſſe dictas ſervitutes explere, ipſoſque acquieviſſe, eaſque per tempus conſiderabile feciſſe: Et alterum, quòd deponant ſolum ſuper Articulis favore Capituli, contrarium tamen dicant ſuper Interrogatoriis, & regulare ſit, quòd attendatur tantùm quid Teſtes dixerint in Interrogatoriis, non autem ſuper Articulis.

Etenim reſpectu primi, cum Teſtes deponant per
longiſſimum tempus, & ab immemorabili, Beneficia-
tos, Capellanos, & Portionarios has ſervitutes exple- 3
viſſe, hæc tam reiterata actuum multiplicatio induxit validiſſimam præſumptionem, quòd omnia à Beneficiatis coactè, & ex neceſſitate geſta fuerint. *Poſt. de Manut. obſerv. 53. num. 20. Tondut. reſol. civil. 169. num. 8. & 9. Rocc. diſpat. 167. num. 47. & 48. Rot. coram Seraphin. dec. 212. num. 2. Merlin. dec. 183. n. 8. in rec. dec. 85. pariter num. 8. p. 5. & in Gerunden. Anniverſariorum ſuper pactis 15. Junii 1696. §. Quia facultativa, coram R. P. D. meo de la Tremoille*, & in præciſis terminis *Rot. in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697. §. Minuſque in fine, coram bon. mem. Urſino.*

Potiſſimè quia non agitur de actibus indifferentibus, ſed tendentibus in augumentum Cultus Divini, & in neceſſarium implementum ſervitii Eccleſiæ, in
quibus terminis omnis capienda eſt interpretatio ex-
cluſiva facultativitatis. *Felin. in c. ad Apoſtolicam, n. 3.* 4
de ſimon. Abb. in cap. ſuam, n. 9. eod. tit. Lagun. de Fructib. part. 1. cap. 23. §. Unic. num. 19. & ſeqq. Gutter. Canon. quæſt. lib. 2. cap. 21. num. 151. Rot. in rec. dec. 365. n. 6. part. 2. dec. 54. num. 8. & 9. part. 4. tom. 2. & dec. 702. num. 3. & ſeqq. part. 4. tom. 3. & latiſſimè *deciſ. 322. n. 17. & deciſ. 542. ferè per tot. cor. Bich.* & in fortioribus
de actibus, & ſervitutibus præſtitis per Beneficiatos 5
Canonicis privatè celebrantibus *Rota in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697. §. Et quidem, coram bon. mem. Urſino, & 22. Junii 1699. §. Nec ſuffragari, cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Et fortiùs quia in Conſtitutionibus Chori jubetur, quòd nemo ex ſeipſo Cappam veſtiat, ſed ab alio veſtiatur: Cumque iſti, qui habent onus veſtiendi, non poſſint eſſe, niſi Miniſtri Chori, Beneficiati, Portionarii, aliique de Eccleſia, ſervitutes ab ipſis præſtitæ, ſictæ cenſentur in ſequelam præcedentis tituli,
& obligationis; ſola enim poſſibilitas præcedentis ti-
tuli operatur, ut actus geſti non dicantur facultati- 6
vi, ſed neceſſarii. *Alex. conſ. 88. n. 6. lib. 2. Surd. conſ. 94. n. 34. & 36. Cyriac. contr. 251. nu. 24. & 32. Adden. ad Pamphil. dec. 504. n. 12. & Rota coram Bich. deciſ. 30. n. 15. & 16. & in rec. dec. 102. nu. 1. & ſeqq. p. 12. dec. 139. n. 22. & dec. 184. n. 14. & 15. p. 17.*

Nec relevat, quod quando Beneficiati reclamarunt, mulctæ, ad hunc effectum indictæ, fuerint revocatæ: Unicus enim actus, qui affertur, cujuſdam Beneficiati Auguſtini Sacaſa, qui noluit accipere Cappam magnani pro Canonico Artus, nihil prodeſt, nam Beneficiatus, ut pœnam evitaret, neceſſe habuit petere veniam à Capitulo, & ſupplicare pro remiſſione pœnæ, & quia illam non valuit integraliter obtinere, procuravit interpoſitionem ejuſdem Epiſcopi cum Capitulo, qua mediante poſtmodum negotium compoſitum fuit; ſicque ſi Sacaſa non fuit abſolutus ſimpliciter, ex quo non conſtaret de quaſi poſſeſſione, & jure Capituli, ſed per viam gratiæ, & condonationis à Capitulo reportatæ, nullum ex hac reclamatione, & actu à Beneficiatis geſto, acquiri potuit jus contra Capitulum, ut præcisè reſpondit *Rota in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697. §. Tertio quoque, cor. bon. mem. Urſino, & 13. Junii 1698. §. Ultra, & ſeq. coram Eodem & 22. Junii 1699. §. Nec ſuffragari, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Reſpectu verò ſecundi objecti, non ſubſiſtit in facto,

quòd

quòd Teſtes ſuper Interrogatoriis deponaot contrarium ejus, quod dixerunt in Articulis, ſed ſolùm eorum dicta modificant, & declarant, aſſerendo, quòd ad explendas ſervitutes controverſas ſunt deſtinati Janitor, Subjanitor, Sacriſta, Succentor, & Capellani nutuales reſpectivè, & io iſtorum defectum ſupplent Beneficiati, & Canooiei, ſicque juxta iſtud dictum intelligendæ ſunt eorum depoſitiones ſuper Articulis ad evitandam Teſtium contrarietatem, pro qua omnis poſſibilis capi debet interpretatio. *c. eum tu, ibique Gloſſ. & DD. de teſtib. Rot. coram Cæſare de Graſſ. dec. 5. n. 23. de ſponſal. Priol. dec. 334. n. 13. & in rec. dec. 569. n. 13. & dec. 614. n. 4. p. 19.*

Ex qua obligatione Miniſtrorum ad id deputatorum, aliorumque, DD. injunxerunt huic reſolutioni modum, ut ſcilicet manuteneatur Capitulum in quaſi poſſeſſione exigendi has ſervitutes, priùs à Miniſtris ad id deſtinatis, & conductis à Capitulo reſpectivè, & quatenus ab iſtis fieri non poſſit, à Beneficiatis, & aliis gradatim.

Et in hunc modum utraque Parte audita reſponſum fuit &c.

R. P. D. KAUNITZ.

Leogionen. Parochialis.

Lunæ 11. Januarii 1706.

ARGUMENTUM

Stante conſuetudine immemorabili non indicendi concurſum in proviſione Parochialis, ſubſtinetur Collatio eodem concurſu non indicto, cum immemorabilis ſuffragetur etiam contra *Concilium Tridentinum*, ac Pianam Conſtitutionem ſuper indictione concurſus in proviſionibus Parochialium.

SUMMARIUM.

1 *Refertur Status Cauſa.*

2 *Quomodo probetur immemorabilis.*

3 *Teſtium depoſitio fomentum recipit ab examine aliorum, facto in ſimili Cauſa.*

4 *Non præſumitur, quòd Epiſcopi non curaverint obſervantiam Decretorum Concilii, maximè in iis, quæ concernant etiam argumentum ſuorum jurium.*

5 *Terminus ad examinandum Teſtes in Partibus incipit currere ſolùm à die conſignationis Remiſſorialium Judici Delegato, non à die, quo fuerunt conſignata Portitori.*

6 *Valet examen Teſtium etiam extra terminum, dummodo illi intra eundem juraverint.*

7 *Per Rotam ſanatur defectus examinis Teſtium etiam extra terminum, quando Pars dedit interrogatoria, licèt proteſtata fuerit de non conſentiendo in Juriſdictionem.*

8 *Non eſt facienda nova compulſatio Jurium, non conſtito incontinenti de nullitate prioris compulſationis.*

9 *Immemorabilis ſuffragatur etiam contra* Concilium Tridentinum *per Bullam Pianam ſuper Indictione concurſus in Parochialibus.*

10 *Decretum irritans, & clauſula,* ſublata, *non tollunt vim immemorabilis, niſi de ea ſit facta ſpecialis mentio.*

11 *Immemorabilis, facit præſumere contrariam legem Fundationis, ac etiam privilegium Apoſtolicum, ſive alium meliorem titulum.*

12 *In Parochialibus Juriſpatronatus laicalis unitis, aut Regularium, non requiritur Concurſus.*

13 *De Jure communi Beneficia per ſolum examen, aut per concurſum, ſunt conferenda.*

14 *Conſuetudo non indicendi concurſum, non poteſt reputari nutritiva peccati, ſeu doloſa, aut contra bonos mores.*

15 *Gratia ſi neutri eſt conditionalis, & effectum ſortitur in caſu, quo neutri Collitigantium jus competat, ubi declaratur.*

DECISIO XX.

SEcuta vacatione Parochialis Eccleſiæ *de Taraxillo*, ſita intra limites Archidiaconatus de Zea, Archidiaconus in vim juris, quo gaudet, præſentandi ad Beneficia ſui Archidiaconatus, Matthiam Garziam de Torres ad illam præſentavit, qui prævio examine, lataque ſententia cantra Procuratorem Fiſcalem Tribunalis Eccleſiaſtici, ab Ordinario Legion. fuit inſtitutus, & in poſſeſſionem ejuſdem Parochialis immiſſus. Adverſus quem inſurgente Jacobo Fernandez Prieto ſub prætextu, quòd proviſio Parochialis devoluta eſſet ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, ex quo non fuiſſet ſervatus concurſus, in Parochialibus de Jurepatronatus Eccleſiaſticorum exquiſitus *à Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. c. 18. & per Bullam ſan. mem. Pii V.* in ordine *la* 33. idem Jacobus ex hoc capite Parochialem impetravit. Et licèt Matthias ſub clypeo immemorabilis conſuetudinis non ſervandi concurſum in Parochiali, de qua agitur, niteretur excludere Jacobum, nihilominùs, quia inſormia dumtaxat documenta ad hunc effectum adducebantur, per tres vices *cor. bon. mem. Pio* noſtrum Tribunal coactum fuit reſpondere pro executione Literarum Apoſtolicarum Jacobi.

Donec Defenſores Matthiæ opportunius inſiſtentes Cauſæ defenſioni, mihi committi à Signatura Juſtitiæ curaruot Cauſam Appellationis à ſententia lata per memaratum *bon. mem. Pium*, & incontiuenti, in eadem nimirum Audientia, in qua *coram Me* reſponſum fuit, procedendum eſſe ad legitimam executionem Literarum Apoſtolicarum Jacobi, inſteterunt pro Literis Remiſſorialibus, & Compulſorialibus, ad finem legitimè juſtificandi prædictam immemorabilem non practicandi concurſum, & ſuper petitis ſavorabilem reſolutionem obtinuerunt, ut ex *Deciſione* ſuper Remiſſoria, edita 7. *Decembris* 1703. compilatoque utroque Proceſſu, tam 1
Compulſoriali, quam Remiſſoriali, eoque ad Urbem tranſmiſſo, cum perſpectum fuiſſet non extitiſſe tranſmiſſa ſimul cum Literis Remiſſorialibus Judici Delegato etiam Interrogatoria data ex parte Jacobi, ex quo eædem Literæ jam Portitori conſignatæ fuerant, cum Interrogatoria fuerint in actis allata, hinc *Rota ſub die 6. Junii* 1704. reſcripſit -- *Dilata, & iterùm examinentur Teſtes cum Interrogatoriis Partis*, cujuſmodi Decreto plenariè adimpleto, & hinc indè Partibus Jura ſua validè deducentibus, reſponſum fuit -- *Recedendum à deciſis*.

Ex Teſtibus quippe formiter examinatis conſtitit, Parochialem, de qua agitur, ab Immemorabili fuiſſe collatam ad ſimplicem nominationem Archidiaconi, prævio dumtaxat examine ſuper qualitate, doctrina, & ſufficientia ſolius Præſentati. Deponunt enim, quòd ipſi ultra ſpatium 40. annorum viderint fieri Proviſiones abſque concurſu, & audiviſſe à ſuis majoribus, ita fuiſſe practicatum retroactis temporibus, quin nec ipſi, nec ſui majores quidquam audiverint in contrarium, nec aliter etiam rem eſſe potuiſſe, quin hoc ſciverint, reddentes cauſam, ex quo ſunt Advocati, & Notarii Curiæ Eccleſiaſticæ Legionen. Undè juncta eorum provecta ætate, bona qualitate, de qua etiam deponit Judex Remiſſorialis, plenè probant controverſam immemorabilem ad præſcripta per *gloſſ. in* 2
c. 2. V. memoria, de præſcript. in 6. Mareſcott. Var. Reſolut. l. 3. cap. 100. num. 19. & ſeqq. Saminiat. contr. 22. a. 27. Rot. deciſ. 690. num. 2. coram Cerro, & dec. 116. n. 55. coram Zarat. & dec. 472. num. 19. part. 19. rec. Eoque magis cum id etiam reſultet ex alio conſimili, ac formali examine quinque Teſtium, peracto uſque de anno 1685. ac legitimè compulſato ex autenticis Libris, nuncupatis de Bezerro per Notarios, & Officiales Legionen. cuſtoditis, qui cum ultra deponant de ſpecialibus actibus, in quibus, opponentibus Promotoribus Fiſcalibus, præſata Immemorabilis fuit in contradictorio Judicio canonizata, inficiari non poteſt, quin novi Teſtes, juncto dicto antiquo examine aliorum, quàm maximè conducant ad intentum Præſentati ab Archidiacono, ut de Teſtibus fomentum recipientibus ab aliorum examine, facto in ſimili Cauſa, ſequitur *Rota dec. 360. n. 9. p. 5. rec. & in Romana Immiſſionis 28. Januarii proximè præteriti §. Indubiùs tanti*

coram R. P. D. meo Omanna, & de lite mota cum ſubſecuta ſuccumbentiâ Promotorum Fiſcalium moleſtantium, firmat *Parſ. de Confid. quæſt. 28. nu. 259. Garz. de Beneſic. part. 5. cap. 9. num. 106. & ſeqq. & in Melevitana Juriſpatron. 31. Martii 1702. §. Etenim, coram R. P. D. meo Scotto.*

Itaque Teſtium qualificatæ depoſitiones validiſſimè apparuerunt corroboratæ ex plurimis Scripturis compulſatis, ex quibus conſtitit, collata fuiſſe Beneficia ad ſolam præſentationem Archidiaconi, nulla facta mentione concurſus, abſque eo quòd ne quidem ulla afferri potuerit Proviſio, in qua ille fuerit ſervatus; ex hoc enim datur intelligi, verè prædictum concurſum nunquam ſervarum fuiſſe, cum alioquin Epiſcopi ſatis vigiles in curanda obſervantia Decretorum *Concilii Tridentini*, tendentium in augumentum propriorum Jurium, non omiſiſſent per adeò longum tempus, ac in tot ſecutis vacationibus, illum indicere, ac ad actum
4 perducere. *R. P. D. meus Anſald. in addit. ad deciſ. 78. num. 71. Rot. cor. eodem in Neritonen. Juriſpatronatus ſuper bono Jure 26. Februarii 1703. §. Nec ad ornendum, coram R. P. D. meo Priolo, & in Cremonen. Beneficii 11. Maii 1705. §. Nec proviſioni, coram Me.*

Nec debilitari valuit enunciatum examen Teſtium, ex quo fuerit peractum extra terminum duorum menſium à die conſignationis factæ Portitori, ac ex, eo, quòd dum Teſtes ſe referunt ad Collationes, nec minùs fidem promereantur, legitimè non compulſatis, ac allatis enunciatis Collationibus; quidquid enim Cauſæ Notarius extra ſphæram proprii officii aſſerere conatus fuerit, placuit DD. terminum duorum menſium incipere debuiſſe à die præſentationis Literarum Remiſſorialium faciendæ Judici delegato, nam tempus duorum menſium alioquin eſſet nimis breve, detracta enim medietate, quæ pœnè abſumitur in itinere, non ſupereſt tempus ſufficiens tam ad examinandum, quàm ad danda Interrogatoria Teſtibus, qui nec ad libitum quandoque conduci poſſunt, quinimò cum ad reprobandum detur terminus unius menſis, eſſet longior primo, quod non eſt admittendum, quare inſequendo potiùs praxim Curiæ, tempus incipere ſolùm debet à
5 die conſignationis faciendæ in partibus. *Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 52. num. 10.* Fortiùs cum Teſtes bis ſuppoſiti fuerint examini, ac in hoc ſecundo fuerint data Interrogatoria, proindeque non eſt adeò facienda reflexio lapſus termini à die conſignationis Portitori, dum principalis eſſentia examinis conſiſtit in Interrogatoriis Partis, non autem, an terminus aſſignatus ex cauſa lapſus fuerit, cum videamus etiam ſufficere Teſtes intra illum juraſſe, etiam in caſu, quo eſt certa temporis computatio, quamvis poſt terminum fuerint examinati. *Rot. dec. 1228. num. 7. coram Coccin.*
6 Datio enim Interrogatoriorum ſemper reputata fuit talis efficaciæ, ut noſtrum Tribunal plerumque ex ejus motivo ſumpſerit arbitrium pro ſananda nullitate examinis Teſtium, quamvis Pars, quæ dedit Interrogatoria, fuerit proteſtata de non conſentiendo in Juriſdi-
7 ctionem, & examen. *Adden. ad Burat. deciſ. 518. n. 19. Manſ. conſult. 275. n. 15.*

Collationes autem, Sententiæ, cæteraque documenta, ad quæ ſe referunt Teſtes, jam fuerunt compulſata in prima Expeditione, contra quæ cum nihil fuiſſet oppoſitum, ſicuti geſtum fuit contra Teſtes, quos ob id opus fuit repetere cum Interrogatoriis Partis, quæ in primo examine fuerant omiſſa, ſuperfluum fuit ad literatum actum devenire, cum niſi doceatur clarè, & in-
8 continenti de nullitate prioris compulſationis, nunquam debeat ad novam deveniri. *Rot. dec. 1358. num. 4. coram Emerix.*

Quibus præmiſſis, facile negotium fuit aſſequi, quàm incongrua, ac inſubſiſtens fuerit prætenſio irrelevantiæ prædictæ Immemorabilis conſuetudinis, cum planum ſit eandem ſuffragari etiam contra citatam ſanctionem Conciliarem, ac Bullam Pianam ſuper Indictio-
9 ne Concurſus, quemadmodum firmat *Pilaja dec. Pontific. lib. 3. dec. 1. num. 144. circa finem. Rota dec. 52. ex num. 2. ad 8. coram Ubag. & in Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini 22. Junii 1705. §. Et nihilominus, & in Eadem ſuper manutentione §. Non reſultante, coram R. P. D. meo Caprara*, & quidem non obſtante Decreto irritanti, ac clauſula *ſublata*, adjecta in confirmatione *Concilii*, *&* *in Bulla Piana*, ex quibus prætendebatur, infectam remanſiſſe tam antecedentem, quàm ſubſecutam poſſeſſionem; quia per Decretum quantumvis deſtructivum contrariarum conſuetudinum,
nunquam cenſetur ſublata immemorabilis, niſi de ea 10
fiat ſpecifica mentio. *Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. gloſſ. 33. n. 5. & ſeqq. Gratian. diſcept. 492. nu. 6. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 10. de Reformat. ſub nu. 25. Panimoll. dec. 1. adnot. 10. ex nu. 23. & adnot. 11. nu. 38. Rot. dec. 242. ſub num. 1. & dec. 611. ante n. 2. part. 2. recent.* Et in terminis enunciatæ Conſtitutionis Pianæ *l. 33. Rot. dec. 197. num. 5. part. 9. & dec. 516. n. 16. p. 18. rec. & in Tarraconen. Parochialis 2. Maii 1698. §. Quia in contrarium, coram R. P. D. dell'Olmo.* Immemorabilis namque præſumere facit contrariam legem Fundationis, ac etiam Privilegium Apoſtolicum, ac quemcunque alium meliorem excogitabilem titulum, ac proindè allegabilis eſt adverſus quamlibet Sanctionem contrariam,
quamvis ſuffultam clauſula *ſublata*, ac irritanti De- 11
creto. *Fraſſ. de Reg. Patronat. Indiar. cap. 31. n. 31. Card. de Luca de Beneſic. diſc. 32. num. 2. & 4. Rot. in Dertbuſen. Juriſdictionis 6. Februarii 1696. §. Ex diſpoſitione, coram bon. mem. Pio.*

Multoque magis creſcit argumenti evidentia, ſi perpendatur, quòd prædicta Conſuetudo non poteſt cenſeri, nec contra bonos mores, nec contra legem Divinam; Paſſim enim videmus in tot caſibus poſitivè non aſſe neceſſarium concurſum, ut de Parochiali-
bus Juriſpatronatus Laicalis firmat *Fagnan. in c. cum ad* 12
noſtram, num. 28. de elect. Romaguer. ad Synodal. Gerunde. l. 3. tit. 11. cap. 8. num. 2. Murga de Beneſic. quæſt. 3. num. 55. & de Parochialibus unitis, & de Menſa *Noal. conſ. 46. n. 2. & ſeqq. Romaguer. ad Synodal. Gerunden. d. l. 3. tit. 4. cap. 8. num. 9. Rot. dec. 788. n. 1. & dec. 1701. per tot. coram Emerix*, & de Beneficiis Regularium, quibus incumbit Cura animarum *Fagnan. in d. c. cum ad noſtram, ſub num. 22. de elect. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. d. cap. 18. num. 8. & de Offic. & Poteſtat. Paroch. part. 1. cap. 2. num. 15. & ſeqq.* ubi plures alios caſus enumerat, in quibus non opus eſt concurſu, quos etiam innuit *Fagnan. in cap. cum ſit, ſub n. 19. de ætat. & qualit. Garz. de Beneſic. part. 9. cap. 2. à num. 173. ad 199.* Ratio autem eſt ſatis conveniens, quia inſpectis antiquis Canonibus, Beneficia ſolùm capacibus, &
idoneis conferenda ſunt per ſolum examen, non au- 13
tem per formalitatem concurſus, ut in *c. ad hæc, verſ. Ut qui Beneficiis. de Offic. Archidiacon. cap. ad decorem. de Inſtitut. cap. quoniam. verſic. Si autem hoc. de Jurepatr.* & per conſequens contraria Conſuetudo non poteſt dici nutritiva peccati, ſeu doloſa, aut contra bo-
nos mores, dum prædictis Canonibus inhæret. *Gloſſ.* 14
in c. cum tanto, verſ. Rationabilis, de conſuetud. Rot. dec. 560. n. 10. p. 19. rec.

Neque videtur Matthiam ſibi præcluſiſſe viam deducendi prædictam Immemorabilem per Gratiam *Si neutri*, ab eodem obtentam, quoniam ultra quòd Gratia *Si neutri* eſt conditionalis, & effectum ſortitur in caſu, quo neutri Collitigantium Jus competere noſcatur, & Matthias nuſquam ea uſus fuit, juxta deducta per *Amayden. de Stylo Datariæ l. 1. c. 25. num. 20.* Objectum urgeret, quatenus ipſe vellet Jus ſuum allegare per viam actionis ad effectum obtinendi ejus canonizationem; Secus autem quando illud deducit per viam exceptionis, ad effectum excludendi Jus Adverſarii, cum id ſibi omnibus modis licere debeat, etiam per allegationem proprii Juris, nè alioquin Gratia reſolvatur in Beneficii, ſeu litis renunciationem, contra regulam *Textus in l. quod favore, Cod. de legibus. Rot. dec. 1133. n. 3. & ſeqq. coram Emerix. Jun.*

Et ita utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. FALCONERIO.

Leodien. Diſmembrationis.

Lunæ 5. Februarii 1715.

ARGUMENTUM.

Non eſt facienda Diſmembratio, ob notabilem diſtantiam, flumen intermedium, aliaque ſimilia impedimenta, immò nec etiam ſi probetur, multos ſine Sacramentis deceſſiſſe, quando per appoſitionem Capellani ſuplcri poteſt.

SUMMARIUM.

1 *Nullitates ex defectu Juriſdictionis, & citationis, ſunt inſanabiles.*

2 *Vicarius Generalis nulliter procedit ad Diſmembrationem, abſque ſpeciali mandato Ordinarii, à quo fuit deputatus, & affertur ratio*, & n. 3.

4 *Legitima ætas Epiſcopi eſt triginta annorum.*

5 *Dictio* -- donec -- *reſtringit diſpoſitionem cum perſeverantia uſque ad tempus, cui eſt adjecta.*

6 Dictio -- poſtquam -- *includit tempus.*

7 *Ordinaria auctoritas eſt diverſa ab illa ad tempus delegata.*

8 *In Diſmembratione Eccleſiæ Patronalis omnino neceſſaria eſt citatio Patroni.*

9 *Sicuti indiſpenſabiliter requiritur citatio quoque Rectoris, ſeu Paſtoris.*

10 *Licèt alias erectio novæ Parochiæ fieri valeat eodem Rectore, ſeu Paſtore invitis.*

11 *Citatio tolli nequit à Statuto, vel contraria conſuetudine.*

12 *Poteſt variari modus, ſed non auferi defenſio.*

13 *Nec etiam Supremus Princeps poteſt tollere citationem*

14 *Non eſt novum, quòd in Diſmembrationibus requiratur Proceſſus cum citatione omnium intereſſe habentium.*

15 *Tunc adeſt juſta cauſa erigendi novam Parochiam, quando diſtantia loci, flumina intermedia, & alia ſimilia impedimenta, difficultatem pariunt accedendi ad Eccleſiam Matricem pro ſuſceptione Sacramentorum.*

16 *Corruit juſta cauſa, & neceſſitas erigendi novam Parochiam, non probato, quòd propter difficultatem accedendi ad Eccleſiam Matricem, aliquis ex Parochianis obierit ſine Sacramentis.*

17 *Diſmembratio eſt remedium extraordinarium, & exorbitans, ad quod deveniri non ſolet, quotieſcumque adeſt aliud remedium minus odioſum &, exorbitans.*

18 *Si Rector, ſeu Paſtor offerat deputare ſuis ſumptibus Presbyterum, ſive Capellanum, qui in aliqua Capella, ſeu Oratorio, Populis, à Parochiali diſtantibus, Sacramenta miniſtret, Miſſam diebus feſtivis celebret, aliaque expleat pro illorum neceſſitatibus; hoc caſu locus non eſt Diſmembrationi.*

19 *Rebrobatur* Monacell. in Formular. part. 2. tit. 2. Formul. 3. n. 6.

20 *Quomodo procedatur in attentatis, quæ non ex culpa poſitiva, ſed ex ignorantia, & erronea credulitate committuntur*, & n. 21.

DECISIO XXI.

RECtor Matricis, & Parochialis Eccleſiæ Oppidi Beringen. de Jurepatronatus Marchionis de Trichateau, à primæva illius erectione ſemper Sacramenta miniſtravit, tam Oppidanis, quàm Suburbanis commorantibus in quator Vicis, nuncupatis -- *Peel*, *Brealer*, *Merbergh*, & *Tervaent*: Hicque juxta Regionis ſtylum nuncupatur Paſtor, & in ſuæ Curæ adjutorium retinet duos Presbyteros, qui diu, noctuque una cum ipſo Paſtore dictæ Curæ incumbunt. Pari ſemper pietate conjunctus fuit uterque Populus Oppidanus, & Suburbanus in parandis expenſis pro indigentiis dictæ Eccleſiæ; immò mediante ſolemni Concordia, ſtipulata de anno 1530. Suburbani promiſerunt contribuere duas ex tribus partibus dictarum expenſarum, Oppidani verò ſolummodo unam, ſicuti promiſſa adimpleverunt de anno 1654. in quo eandem Eccleſiam in pulchriorem formam reædificarunt; atque in ea admodum eminentem elevarunt Turrim.

Anno 1700. præmeditantes Suburbani ſe eximere à ſubjectione dictæ Eccleſiæ, ſumpto præſidio à nimia illius diſtantia ab eorum Vicis, à viarum inundatione, ac à Januarum dicti Oppidi Beringen. clauſura tempore nocturno, recurſum habuerunt ad Vicarium Generalem Leodien. ad hoc, ut diſmembraris dictis quatuor Vicis ab antiqua Matre, erigeret in Parochialem Capellam S. Joannis Bapiſtæ ſitam in Vico *Peel*; ſed comperto, quòd Vicus *Tervaent* magis diſtaret à Capella, quàm ab Eccleſia Matrice, quòd nonnullæ Domus in æquali reperirentur diſtantia, & duæ adeſſent viæ, quarum altera non erat inundationibus obnoxia, & demum; quòd Januæ dicti Oppidi ſemper, & omni tempore ad nutum Suburbanorum aperirentur, à cepta inſtantia receſſerunt mediante declaratione, quòd ſemper debito tempore à proprio Paſtore recepiſſent Sacramenta, & revocato eorum aſſenſu pro petita Diſmembratione, proteſtati fuerunt, nolle quidquam contribuere pro indigentiis dictæ Parochialis Eccleſiæ erigendæ.

Poſt quinquennale ſilentium reſtaurarunt de anno 1705. eandem inſtantiam: Et quamvis Paſtor, & Conſules dicti Oppidi pro dirimenda quacunque controverſia obtuliſſent deputare in præfata Capella Presbyterum, qui Sacramenta eis miniſtraret, & ſingulis diebus feſtivis concionaretur, ac Miſſam celebraret; attamen Vicarius Generalis, non citato Paſtore, Patrono, & conſulibus, ac omni prorſus ordine judiciali prætermiſſo, ſub die 26. Junii 1708. ſententiam Diſmembrationis, & Erectionis reſpectivè dictæ Capellæ in Parochialem protulit, de qua habita intra decennium notitia, & interpoſita ad S. Sedem Appellatione, poſt mihi delegatam Cauſam, conceſſis, & ſucceſſivè in partibus præſentatis Literis Inhibitorialibus, & Compulſorialibus, non perhorruerunt in illarum ſpretum Fontem Baptiſmalem erigere, mortuos tumulare in dicta Capella, atque conſimilia, & majora patrare attentata; Undè pro illorum purgatione diſputato dubio ſub die 27. Junii 1710. Domini reſcripſerunt -- *Videatur de bono Jure etiam ad effectum attentatorum* -- Quo circa ad trutinam revocato in hodierna Audientia congruo dubio, fuit à Dominis definitum -- *Conſtare de bono jure Adriani, dictæ Matricis Eccleſiæ Paſtoris, etiam ad effectum attentatorum purgandorum per viam nullitatis, & ad mentem.*

Etenim de bono jure Adriani conſtare compertum fuit, attenta nullitate, & injuſtitia Diſmembrationis, & reſpectivè Erectionis novæ Parochialis, expletæ à Vicario Generali Leodien. Et quidem nullitas viſa fuit inſanabilis, uti proveniens, tam à defectu Juriſdictionis, quàm ab illo citationis, juxta ſancita in 1
Bullis Pii IV. & Clementis VIII. de quibus *Gratian. diſcept. foren. cap. 765. num. 11. Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 13. num. 348. & ſeqq. Rice. collect. 2865. Rota dec. 36. n. 1. & ſeqq. p. 10. recent.*

Defectus primæ apertè promanat ex eo, quod Diſmembratio, & Erectio novæ Parochiæ facta fuit auctoritate Ordinaria à dicto Vicario Generali, qui abſ- 2
que ſpeciali facultate, & mandato Celſiſſimi Epiſcopi, nequivit Diſmembrationes, & novas Parochiarum Erectiones explere. *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 116. num. 6.* ea per ipſum allegata ratione, quòd Diſmembratio eſt ſpecies alienationis, quæ uti fieri 3
nequit à Procuratore ſine ſpeciali mandato, ita nec pariter à Vicario, qui dicitur Procurator Epiſcopi. *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. allegat. 54. numer. 76. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 21. Pax Jord. Lucubrat. tom. 1. lib. 12. tit. 1. num. 160. Rota coram Puteo dec. 53. nu. 1. l. 3. in correct. & coram Ubald. dec. 865. num. 3.*

Neque dicta nullitas ſalvari poteſt ſub prætextu, 4
quòd Vicarius proceſſerit uti Adminiſtrator Celſiſſimi Epiſcopi; quia dicta qualitas tantummodo educitur à quibuſdam enunciativis, emiſſis de anno 1700. & 1701. quæ nequeunt concludere, illam adfuiſſe de anno 1708. de quo tempore fuit ab ipſo lata ſen-

tentia Diſmembrationis, veluti de mandato Domino-
rum meorum fuit à me in comperto poſitum occulari
recognitione Literarum Apoſtolicarum, quibus Celſiſ-
ſimus Epiſcopus fuit de Eccleſia Leodien. proviſus, dum
illæ fuerunt expeditæ ſub die 29. Septembris 1694. &
in eis aſſeritur, tunc fuiſſe conſtitutum in ætate 21. an-
norum. ideoque in Spiritualibus fuit dictæ Eccleſiæ
deputatus Adminiſtrator, quouſque ipſe ad ætatem le-
gitimam perveniret, ibi -- *Teque ex nunc, donec ad
ætatem legitimam pervenerit, eidem Eccleſiæ Leodien. Ad-
miniſtratorem in Spiritualibus quidem & ab eis dependen-
tibus &c.* Et in eiùs ibi -- *Ac ex nunc prout ex tunc,
poſtquam ad ætatem legitimam hujuſmodi perveneris, de
perſona tua prædicta Eccleſiæ Leodien. eadem auctoritate
providemus* -- Cum igitur legitima ætas Epiſcopi ſit
4 triginta annorum, uti præfinitur à *Text. in cap. cum
in cunctis 7. de elect. & in can. quæcunque diſt.* 77. in-
de fit, quòd ſi de tempore ſuæ Proviſionis, nempè de
anno 1694. erat conſtitutus in etate 23. annorum, du-
bio procul de anno 1702. reperiebatur in ætate legi-
tima pro Epiſcopatu, quamvis Sacerdotium, & Epi-
ſcopalem Ordinem non aſſumpſiſſet niſi de anno 1707.
& conſequenter de anno 1708. quo fuit lata dicta ſen-
tentia, Eccleſia non erat ſub Regimine Adminiſtra-
toris, ſed proprii Antiſtitis; illa enim eſt vis, & effi-
cacia dictionis -- *donec* -- & alterius dictionis -- *Poſt-
quam* --, ut prima, quæ fuit relata ad Adminiſtrato-
5 rem, donec Celſiſſimus Proviſus ad ætatem legitimam
perveniret, reſtringat diſpoſitionem cum perſeveran-
tia uſque ad tempus, cui eſt adjecta: *Bart. in libr. 1.
numer. 15. ff. de condit. & demonſtr. Gratus conſ. ſive re-
ſponſ. 81. num. 26. lib. 2.* Secunda verò, quæ eſt relata
ad ipſum Proviſum -- *ex nunc prout ex tunc, poſtquam
ad ætatem legitimam perveneris* -- excludit tempus ante
6 ætatem legitimam, & includit tempus poſterius *Parſ.
conſ. 32. n. 83. lib. 1. & conſ. 31. nu. 31. lib. 2. Menoch.
conſil. 1103. n. 4.*

Id etiam comprobatur ex confeſſione ipſius Vicarii,
qui de anno 1700. ſe enunciavit Vicarium, & Co-
adminiſtratorem: In ſententia verò lata de anno 1708,
prætermiſſo titulo Coadminiſtratoris, ſolummodo pro-
nunciavit utì Vicarius Generalis, quinimmo expreſſit
procedere -- *auctoritate Ordinaria* --, quæ eſt diverſa ab
7 illa, à Sede Apoſtolica ad tempus ipſi delegata. *cap.
cum aliquibus §. Si verò, de reſcript. in 6. Gloſſ. in cap.
fin. ſub V. caſibus. de offic. Judic. Ordin.*

Et inutiliter facultas Vicarii educitur à Libello, ab
ipſis Suburbanis porrecto Celſiſſimo Epiſcopo; quo-
niam ille duas continebat petitiones; Alteram ſuper
lita orta inter ipſos, & Magiſtratum ſuper contributio-
ne Taxarum; Alteram verò ſuper ſepararione dictorum
quatuor Vicorum à Matrice; undè cum Epiſcopus remi-
8 ſiſſet Cauſam ad ſuum Conſilium cum illa reſtrictiva --
quanto al temporale dumtaxat --, & circa Cauſam Spiri-
tualem nil dixiſſet, ceſſat ex facto ſuppoſitum tribu-
tæ facultatis Vicario; Tantò magis, quia eadem fa-
cultas erat ſpecialiter neceſſaria, juxta Auctoritates
ſupra allegatas, & Epiſcopus in ſua Epiſtola aſſeruit,
Diſmembrationem fuiſſe ſecutam ipſo inſcio, ibi -- *ſen-
za alcuna mia ſaputa*.

Defectus verò ſecundæ eſt æquè patens, dum nec
Patronus, neque Paſtor dictæ Matricis Eccleſiæ citati
fuerunt, & nihilominus ambo erant in Diſmembra-
tione audiendi; Nam quoad Patronum, ille per ſuum
Procuratorem comparuerat, & dum agebatur de Diſ-
9 membratione propriæ Eccleſiæ, ſuppoſitæ ſuo Patro-
natui laicali, ejus citatio erat omninò neceſſaria. *Co-
var. Practic. Quæſt. c. 36. n. 11. Barboſ. in Conc. Trid. ſeſſ.
7. de reformat. cap. 6. num. 22. Turricell. de Union. cap. 9.
num. 40. & ſeq. Garz. de Benefic. part. 12. cap. 2. n. 202.
Pax Jordan. tom. 2. lucubrat. 10. tit. 32. nu. 86.* Prout pa-
riter indiſpenſabiliter requirebatur citatio Rectoris,
ſive, ut ibi dicunt, Paſtoris. *Fagnan. in cap. ad audien-
tiam il primo, num. 29. de Eccleſ. ædific.* ubi ait, quòd
etſi Erectio novæ Parochiæ valeat fieri invito Recto-
10 re Matricis, tamen nequit fieri eo irrequiſito, &
non citato, & refert reſolutionem *Sac. Congregationis
Concilii. Garz. de Benefic. part. 12. cap. 3. num. 3. verſ.
requiritur. Genuen. in Prax. numer. 17. Corrad. in Prax.
Benefic. lib. 3. cap. 2. numer. 8. Nicol. Lucubr. Jur. Canon.
lib. 3. capit. 48. tit. de Eccleſ. ædific. numer. 1. verſ. non
verò Monacell. in Formul. For. Eccleſ. tom. 1. tit. 2. for-
mul. 3. n. 9.*

Nec dicta nullitas declinari poteſt ſub prætextu con-
ſuetudinis vigentis in Curia Leodien. de non audien-
dis Partibus in Cauſis Diſmembrationum, quia hujuſ-
modi conſuetudo excluditur à Proceſſu hujus Cauſæ, à
quo conſtat de anno 1700. 1701. & 1702. Patronum,
& Rectorem fuiſſe in quolibet actu citatos, & ideò ſi
fuerunt citati in compilatione Proceſſus, nulla ratio
aſſignari poteſt, quare non debuiſſent citari in prola-
tione ſententiæ: Præſertim quia citatio, utì de Jure
naturali, nequit tolli à Statuto, vel contraria conſue- 11
tudine. *Ubert. de Citat. capit. 8 num. 109. Pax Jordan.
tom. 3. Lucubrat. lib. 14. tit. 1. num. 2. & ſeq.* ubi quòd po-
teſt variari modus, dummodo non auferatur defen-
ſio, ſive abſolutè non tollatur citatio: latè *Rot. dec.* 12
639. numer. 20. & 21. ubi quòd nec etiam ſupremus
Princeps citationem tollere poteſt, *part. 18. recent.* 13
tom. 2.

Prout nec pariter citatio dici valet ſublata ex diſpo-
ſitione *Sac. Concilii Tridentini ſeſſ. 21. cap. 4. de reform.*
ut innuit *Corrad. in Prax. Benefic. l. 3. c. 2. n. 9.* Siquidem
prædictus *Author*, in antecedenti *numer.* 8. defendit,
quòd pro juſtificandis cauſis fieri debeat Proceſſus,
ac omnia in eo regiſtranda ſint, nec eſt novum, quòd
in Diſmembrationibus requiratur Proceſſus cum cita- 14
tione omnium intereſſe habentium. *Pignatell. conſult.
230. num. 18. tom. 4. Rota deciſ. 224. n. 13. part. 10. re-
cent.* & ultimo loco reſolvit *Sac. Congregat. Concilii in
Lunen. Sarzanen. 28. Februarii* 1711. quæ reſcripſit --
*Dilata, & Epiſcopus conficiat Proceſſum auditis intereſſe
habentibus*.

Nullitatem dictæ ſententiæ, tam ex defectu Juriſdi-
ctionis, quàm ex defectu citationis, concomitatur mani-
feſta illius injuſtitia. Nam prætermiſſo examine, ne pro
hac Diſmembratione concurrat juſta Cauſa, & neceſ-
ſitas, ſive magna difficultas accedendi ad Eccleſiam Ma-
tricem pro ſuſcipiendis Sacramentis; Cum loci diſtan-
tia, flumina intermedia, Portæ Civitatis clauſæ, &
ſimilia impedimenta, tunc præbeant juſtam cauſam eri-
gendi novam Parochiam, quando pariunt dictam diſ- 15
ficultatem accedendi ad Eccleſiam Matricem pro ſu-
ſceptione Sacramentorum: optimè *Fagnan. in cap. ad
audientiam, ſub num. 23. de Eccleſ. ædificand.* Prætermiſ-
ſo inquam, an iſta difficultas ſit legitimè, & conclu-
denter probata, ſive potiùs ſubmoveatur ab immemo-
rabili acceſſu ad eandem Eccleſiam Matricem, abſque
ulla contradictione, ſive aliqua legitima probatione,
quod aliquis ex Parochianis obierit ſine Sacramentis pro- 16
pter difficultatem accedendi ad dictam Eccleſiam Ma-
tricem ex cauſa illius majoris diſtantiæ, ac ex aqua-
rum inundationibus, ſive ex clauſura Portarum, ut pro-
bant *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 8. n. 26 Rota
dec. 484. num. 5. part. 1. & dec. 288. ſub n. 1. part. 2. rec.*
Domini præſuppoſita etiam ſubſiſtentia cauſarum, eas
non ſufficere crediderunt, quotieſcunque poteſt aliun-
de provideri, cum Diſmembratio ſit remedium extra-
ordinarium, & ſubſidiarium, ad quod nunquam à Ju-
dicibus deveniri ſolet, quotieſcunque adſit aliud reme- 17
dium minùs odioſum, & exorbitans, ut firmavit *Rot.
d. dec. 484. ſub n. 4. part. 1. & dec. 223. num. 11. part.
6. d. 224. n. 18. p. 10. & dec. 578. num. 6. & 7. p. 19. re-
cent. tom. 2.*

Idcircò cum Paſtor ſe obtulerit deputare Presbyte-
rum, ſive Capellanum Vicarium, amovibilem ad nu-
tum, qui ſuo nomine, ſuiſque ſumptibus, & expen-
ſis in dicta Capella S. Joannis Baptiſtæ Sacramenta
Suburbanis miniſtraret ſingulis diebus feſtivis, concio-
nes faceret, ac Miſſam celebraret, & cum dicta depu-
tatione remaneat omnibus conſultum, neceſſitatibus
nempè Suburbanorum, ac indemnitati Eccleſiæ Matri- 18
cis, ac ejus Paſtoris, necnon etiam Patroni, conſequens
eſt, quòd dum poteſt alio modo provideri, nullatenùs
deveniri debeat ad odioſum remedium Diſmembratio-
nis, ut in præciſis terminis reſolvit *Rota in d. dec. 578.
per tot. part. 19. tom. 2. recen.* & ex mente *Sac. Con-
gregationis Concilii* communiter probant *Barboſ. ad Con-
cil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 4. de reformat. num. 10. & de
Poteſtat. Epiſc. allegat. 78. num. 7. & in Summ. Apoſt. dec.
in V. Diſmembrare n. 2. Bertarchin. Vot. deciſ. 157. num.
2.* ubi refert reſolutionem dictæ *Sacræ Congregationis*

in

in Militen. 26. Januarii 1697. inquiens etiam, non ſufficere ad effectum Diſmembrationis notabilem diſtantiam, nec ioter medium flumen, oec multos ſine Sacramentis deceſſiſſe, niſi probetur, quòd per appoſitionem Capellani ſuppleri non poſſit. *Carol. Anton. de Luca de Apoſt. Regioque Aſſenſu quæſt.* 81. *n.* 3. *Monacell. in Formular. part.* 1. *tit.* 2. *formul.* 3. *num.* 4. *Card. de Luca ad Conc. diſc.* 16. *n.* 3. *& in Miſcell. Eccleſ. diſcurſ.* 1. *n.* 116. *verſ. ſecus autem, & de Parocb. diſ.* 34. *n.* 6. *Ricc. in Prax. part.* 5. *reſol.* 486. *ſub num.* 6. *Trullencb. in Decalog. lib.* 3. *cap.* 3. *dub.* 8. *n.* 7. *Caſtropal. tract.* 13. *de Benefic diſput.* 6. *punct.* 10. *num.* 4. *in fin. verſ. Illud tamen. Rota cor. Coccin. dec.* 1428. *num.* 4. *& ſeqq. & in rec. dec.* 239. *num.* 4. *& dec.* 484. *num. pariter* 4. *part.* 5. *& deciſ.* 288. *num.* 3. *part.* 3. *& deciſ.* 223. *nu.* 15. *part.* 6. *& dec.* 578. *n.* 7. *&* 8. *p.* 19. *tom.* 2.

Nec in tot Auctoritatum concurſu meretur attendi illa *Monacelli in Form. d. p.* 1. *tit.* 2. *form.* 3. *n.* 6. aſſerentis, quòd ubi Communitas polliceatur novam Parochiam dotare, ſit deveniendum ad Diſmembrationem non obſtante oblatione Parochi conſtituendi Capel-
59 lanum ſuis ſumptibus; nam ultra quòd idem Auctor præcedenti *n.* 4. ſibi contradicit, & Reſolutio *Sac. Congregationis Concilii* ab eo adducta loquitur in diverſis circumſtantiis, ejus opinio adverſatur ſententiæ *Sacræ Rotæ* communiter receptæ *in d. dec.* 578. *num.* 7. *&* 8. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* cui ſunt conformes Reſolutiones dictæ *Sac. Congregationis Concilii*, quæ poſtmodum dictæ ſententiæ ſemper adhæſit, ſicuti elicitur à pluribus Reſolutionibus, ad hunc effectum cumulatis à *Paſcucc. ad Pignatell. de Parocb. tom.* 2. *fol.* 203.

At quia Paſtor obtulit deputare in Cappella Sancti Joannis Baptiſtæ unum ex ſuis Vicariis Capellanis actu inſervientibus Eccleſiæ Matrici, cui opponebatur impotentia reſidendi, & miniſtrandi Sacramenta in dicta Capella, propter onus Chori in Matrice, ac propter ſtipendium, quod habet à Magiſtratu Beringenſi; Idcirco Domini non curando inquirere, an hujuſmodi ſuppoſita ſubſiſtant, pro dirimendis quibuſcunque controverſiis cenſuerunt, quòd deputari debeat alius Sacerdos idoneus, ad nutum dicti Paſtoris amovibilis, qui hæc, & ſimilia impedimenta non patiatur, & poſſit ibi reſidere, ac diù noctuque Sacramenta miniſtrare, prout in Reſcripto *Ad mentem* continetur.

In ſequelam boni juris hactenùs canonizati favore Adriani, ſive Eccleſiæ Matricis, ſuccedit purgatio attentatorum, quæ in tantum fuerunt à DD. una cum bono jure diſcuſſa, in quantum excludi prætendebatur à Suburbanis culpa poſitiva ex ignorantia, & erronea credulitate, quòd ſententia Diſmembrationis fuiſſet valida, quòdque illius executio fuiſſet potiùs continuatio poſſeſſionis circa exercitium novæ Parochialis jam
20 erectæ: Quinimmo illa nequiviſſet impediri per Appellationem, nè diſcrimen animarum eveniret, ut de attentatis commiſſis per erroneam credulitatem, à meritis Cauſæ dimetiendis, *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 115. *n.* 3. Ideoque DD. eos abſolvendo à rigoroſa purgatione attentatorum facti, demandarunt illa eſſe purganda per viam nullitatis, juxta plenè deducta per *Rot. in Nullius, ſeu Terræ Pontiani Succeſſionis ſuper attentatis* 4. *Maii* 1699. *coram R. P. D. meo Anſaldo, inter ſuas impreſſas in ordine la* 87. *n.* 5. *& ſeq. & in illius addit. n.* 34. *&* 35. cum Concordantibus.

Et ita fuit concluſum omnibus Informantibus.

R. P. D. KAUNITZ.

Leodien. ſeu Aquiſgraneo. Canonicatus.

Lunæ 2. *Julii* 1703.

ARGUMENTUM

Adepta poſſeſſione Beneficii incompatibilis, ſtatim vacat primum, non tamen incurritur privatio utriuſque Beneficii, ſi Proviſus non retinuerit utrumque ultra duos menſes, etiamſi per Proviſum ſteterit quominus poſſeſſionem ſecundi apprehenderit. *Extravagan. Execrabilis, de Præben. in* 6. an habet locum tantùm in Beneficiis Curatis, aut in Dignitatibus, Perſonatibus, & Officiis, & non in Canonicatibus.

SUMMARIUM.

1 *Refertur ſtatus Cauſæ.*
2 *Idoneitas, & Clericatus præſumitur juſtificatus expeditione Literarum in forma gratioſa.*
3 *Ex conſuetudine Germaniæ valor Beneficii exprimitur per non exceſſum in* 24. *Ducat. de Camera.*
4 *Adepta poſſeſſione ſecundi Beneficii incompatibilis vacat primum.*
5 *Prædicta vacatio tunc habet locum, quando Proviſus ultra duos menſes utrumque Beneficium retinuerit.*
6 *Obtinens mandatum de immittendo in poſſeſſionem Beneficii, ſi nullum habuit impedimentum, habetur pro poſſeſſore.*
7 *Utriuſque Beneficii vacatio, ſeu privatio, non cenſetur inducta, niſi per amborum retentionem.*
8 *Ille, qui impetravit Beneficium ob aſſecutionem alterius incompatibilis, non tenetur juſtificare, niſi ſolam qualitatem incompatibilitatis.*
9 *Papa cenſetur habere omnia jura repoſita in ſcrinio pectoris.*
10 *Extravagan.* Execrabilis de Præben. in 6. *non habet locum, niſi in Beneficiis Curatis, Dignitatibus, Perſonatibus, vel Officiis.*
11 *Verior eſt opinio contraria, ut procedat in Beneficiis qualitercunque incompatibilibus.*
12 *Expreſſa Pontifici vacatione ob incompatibilitatem, & retentionem, illa ſaltem de facto debet juſtificari ad ſubſtinendam Gratiam.*
13 *In impetratione Beneficii ad ſubſtinendam Gratiam neceſſe eſt juſtificare narrativam ad differentiam Collationis factæ per Papam ratione reſervationis menſium*, num. ſeq.
15 *Ex clauſula adiecta in Literis* vocato Poſſeſſore, *reſultat, Gratiam fuiſſe ſimpliciter certo modo.*
16 *Clauſulæ*, ſive ut præfertur, ſeu alio quovis modo, *non ſuffragantur, ut Impetrator ſit exemptus ab juſtificanda ſua narrativa.*
17 *Gratiæ expiſcatoriæ, utpote odibiles, non ſubſtinentur ex generalibus clauſulis appoſitis in* Literis Apoſtolicis.
18 *De Gratia nulla non eſt facienda mentio ad effectum validitatis alterius ſubſequenter obtentæ.*

DECISIO XXII.

Vacavit de menſe Auguſti 1692. per obitum Leonardi Nutten Canonicatus Inſignis Collegiatæ Sancti Adalberti Aquiſgrani, quem jure devoluto de menſe Februarii 1699. Sedes Apoſtolica contulit Joanni Kreins, qui etiam ab Executore de partibus obtinuit prædictarum Literarum executionem. Verùm nulla ſubſecuta poſſeſſione, fuit proviſus ad nominationem Patronorum de alio Canonicatu in Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis Juliacen. cujus de menſe Julii anni 1700. cæpit poſſeſſionem.

Primus igitur Canonicatus tanquam incompatibilis a
cum ſecundo diverſimodè fuit obtentus à Sede Apoſtolica: Wilhelmus enim Zanders illum impetravit ſub expreſſione, quòd Joannes Kreins Canonicatum, & Præbendam Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi Juliacen. cum dictis Canonicatu, & Præbenda incompatibilibus, nulla ſibi ſuffragante diſpenſatione Apoſtolica, non tamen ab anno detinebat indebitè occupatos, & ob incompatibilitatem hujuſmodi vacarent.

In contrarium Quirinus Kreins, licèt ex poſt dictum primum Canonicatum, & Præbendam, ob pacificam aſſecutionem ſecundi in menſe Julii Sedi Apoſtolicæ reſervato juxta Concordata Germaniæ ab eadem Sede obtinuit: quare delata Cauſa ad Rotam ſub die 26. Junii anni præteriti dubitatum fuit, an, & quæ Literæ forent exequendæ. Cum autem ob Votorum ſciſſuram nulla fuerit capta reſolutio; revocatis iterum ad trutinam Juribus utriuſque Litigantis, in hodierna propoſitione pro executione Literarum Quirini reſponſum fuit.

Quia ejus Literæ apparuerunt in omnibus juſtificatæ, ſcilicet idoneitas, & Clericatus ex expeditione Literarum in forma gratioſa, cum præſumatur, de omnibus doctum fuiſſe ante expeditionem. *Rota dec.* 1176. a

 n. 1. *&*

num. 1. *& 2. coram Emerix Jun. & in Aprutina Parochia-
lis* 26. *Junii anni præteriti §. Arbitrium, coram R. P. D.
meo Priolo, & in Placentina Beneficii* 20. *Aprilis curren-
tis anni §. Earum autem cor. R. P. D. meo Caſſarello.* Va-
lor autem per non exceſſum in 24. ducatis de Camera
ex conſuetudine Germaniæ non exprimendi majorem
3 quantitatem in Proviſione cujuslibet Canonicatus. *Ro-
ta dec.* 400. *num.* 12 *&* 13. *cor. Cerro*; Vacatio demum
per aſſecutionem alterius incompatibilis de menſe Julii
Sedi Apoſtolicæ reſervato, patet ex publico Inſtru-
mento Collationis, & ſubſecutæ poſſeſſionis *Summa-
rio num.* 2. Cum ſtatim ac adepta eſt poſſeſſio ſecundi
4 Beneficii incompatibilis vacet primum, ut firmat *Lot-
ter. de Re Benef. lib.* 3. *quæſt.* 23. *numer.* 40. *Rota deciſ.*
241. *num.* 12. *& ſeqq. part.* 12. *rec. & in Mediolanen. Ca-
nonicatus* 22. *Aprilis, &* 4. *Julii* 1701. *coram Reveren-
diſs. D. meo Decano*, quibus concurrentibus, denegari
non debet executio prædictarum Literarum, *capit. ſi
Capitulo, ibique Gloſs. V. exequatur, de conceſs. Præ-
bend. in* 6.

Non ita tamen ſupradicta verificari potuerunt de
Literis Wilbelmi; etſi enim ſint anteriores, quæ de
Jure eſſent præferendæ, vulgato *cap. cum cui, de Præ-
bend. in* 6. attamen cum ſint fundatæ in retentione, ſeu
occupatione utriuſque Canonicatus, & Joannes nun-
quam adeptus fuerit poſſeſſionem primi; nullo modo
cenſeri poteſt ex iſto capite inducta vacatio, cum diſ-
poſitio *Extravag. Execrabilis, de Præbend. in* 6. requirat,
5 quòd Proviſus ultra duos menſes utrumque Beneficium
retinuit. *Garc. de Benef. lib.* 3. *quæſt.* 23. *num.* 34. 40. *&*
43. *Card. de Luca de Benef. diſc.* 59. *num.* 2. *Rota coram
Buratt. deciſ.* 175. *num.* 5. *& ſeqq. & deciſ.* 248. *nu.* 2.
& in Mediolanen. Canonicatus 22. *Aprilis* 1701. *§. Aut
igitur, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & in Craco-
vien. Canonicatus* 13. *Junii ejuſdem anni §. At quando, co-
ram R. P. D. meo Anſaldo.*

Nec relevat, quòd cum Joannes obtinuerit manda-
tum de immittendo ad primum Canonicatum, nullum-
que habuerit impedimentum, quo minus capere potue-
6 rit poſſeſſionem, haberi debuerit pro poſſeſſore: *Card.
de Luca de Benef. diſc.* 56. *num.* 8. *Rota coram Buratt. de-
ciſ.* 233. *num.* 5. *& dec.* 60. *num.* 21. *part.* 19. *rec.* Quia
ultra quòd probandum eſſet per Joannem ſtetiſſe, quo
minus cœperit poſſeſſionem: objectum procederet, qua-
tenus obtentum fuiſſet mandatum de immittendo ad
ſecundum Canonicatum, & nulla capta poſſeſſio, nè
vacaret primus, cum tunc in illius odium, & ad evi-
tandas fraudes haberi debeat pro poſſeſſore; ſecus ve-
rò eſt, quando Proviſus de ſecundo incompatibili, nul-
lam cœpit poſſeſſionem primi, quamvis potuiſſet, quia
tunc nulla fraus conſiderari poteſt, cum primus ſtatim
vacaverit ob aſſecutionem ſecundi, & utriuſque vaca-
tio, ſeu privatio non cenſetur inducta niſi per ambo-
7 rum retentionem. *Fagnan. in c. ſuper inordinata, nu.* 9.
de Præb. Capra concluſ. 90. *num.* 22.

Minuſque juvari potuit Wilhelmus ex ſubſecuta ex-
preſſione facta in ejus Literis, ibi, *& ob hujuſmodi in-
compatibilitatem vacaverint, & vacent ad præſens*, ac
aliis clauſulis *ſive præmiſſo, ſive per liberam Joannis di-
miſſionem ſponte factam, aut alterius aſſecutionem*, itaut
omiſſa juſtificatione expreſſionis, retentionis, ac occu-
pationis utriuſque Canonicatus, ſatis ſit juſtificari ſo-
lam qualitatem incompatibilitatis, in parte diſpoſiti-
8 va narratam: *Roſ. de Execut. Liter. Apoſtol. cap.* 5. *num.*
65. *Rota deciſ.* 1432. *num.* 9. *coram Seraphin. & in Ur-
gellen. Canonicatus, & Sacriſtiæ* 23. *Junii* 1702. *§. fina-
li, coram R. P. D. meo Caprara*; præſertim cum Papa,
qui præſumitur habere omnia Jura repoſita in ſcrinio
9 pectoris, non potuerit conferre primum Canonicatum,
tanquam vacatum ob retentionem cum ſecundo vigo-
re *extravag. execrabilis de Præb. in* 6. quæ non habet lo-
10 cum, niſi in Beneficiis Curatis, aut Dignitatibus,
Perſonatibus, vel Officiis, non verò comprehendit Ca-
nonicatus. *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 3. *c.* 7. *num.* 36.
§. Cum autem. Rot. coram Buratt. dec. 242. *num.* 1.

Quia ultra quòd ſecundum veriorem ſententiam ho-
die per retentionem ſecundi incompatibilis cum primo,
vacat utrumque, etiam vigore dictæ Conſtitutionis
Execrabilis, quæ habet locum in omnibus Beneficiis
11 qualitercunque incompatibilibus. *Guglielm. de Laudun.
in d. Extravag. Execrabilis num.* 9. *Fagnan. in cap. refe-
rente, num.* 8. *in fine de Præbend. Zabarell. conſ.* 3. *num.*
3. *& ſeqq. Gervell. dec. Doſan.* 89. *num.* 15. Cum tamen
expreſſa fuerit Papæ vacatio ob incompatibilitatem,
& retentionem; illa ſaltem verificari debuit de facto
ad ſubſtinendam Gratiam, nè aliàs proprius dolus im- 12
petranti opituletur, juxta *Text. in cap. ſuper Literis, de
reſcript. Lotter. de Re Benef. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 67. *&*
68. *Roſ. de Execut. Liter. Apoſtol. cap.* 5. *num.* 33. *& ca-
pit.* 7. *num* 87. *& in Addit. ad cap.* 7. *num.* 158. *Rota co-
ram Dunozett. Jun. dec.* 971. *num.* 12. *& coram Priol. de-
ciſ.* 34. *num.* 42. *& dec.* 154. *num.* 8.

Idque ſuadet evidentiſſima ratio, quia in tantum Pa-
pa contulit Canonicatum Wilhelmo, in quantum iſte
reticita vacatione ratione menſium, & ob aſſecutio-
nem incompatibilis, crimen impegit Joanni illicitæ
uſurpationis, ſeu detentionis utriuſque; quo caſu cum
Dataria ſoleat Beneficia conferre primò venientibus, 13
non mirum, ſi ſic Proviſus opus habet juſtificare nar-
rativam Gratiæ etiam de facto, ſecus verò eſt, ſi fuiſ-
ſet expreſſum, Canonicatum liberè & abſque difficul-
tate ad Papam ſpectare: Cum enim hoc caſu ſoleat re-
ſcribere, *concurrat cum aliis*, ut conferri poſſit Bene-
ficium magis idoneo, & ſibi benè merenti, ſatis eſt re-
ſervationem expreſſam ſaltem de Jure verificari. *Lot-* 1
ter. de Re Benef. lib. 2. *quæſt.* 44. *à num.* 2. *ad* 6. *& num.*
13. *& ſeqq. Rota coram Put. dec.* 267. *in fine lib.* 3. *& co-
ram Carill. dec.* 250. *num.* 8. *& ſeqq. & dec.* 575. *in fin.
part.* 3. *diverſ. & deciſ.* 379. *num.* 2. *in fine, & numer.* 6.
part. 3. *rec.* Quod comprobatur ex clauſula *vacato dicto
Joanne*, appoſita in dictis Literis, ex qua reſultat, 5
Gratiam fuiſſe ſimpliciter certo modo, & nè inaudito
Poſſeſſore idem remaneret privatus utroque Beneficio,
ut firmant *Barboſ. de Clauſulis clauſ.* 185. *nu.* 11. *& ſeqq.
Lotter. de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 44. *num.* 6. *& ſeqq. Al-
den. ad Greg. dec.* 305. *poſt princip.*

Hinc ceſſat argumentum deſumptum ab aliis clau-
ſulis, *ſive ut præfertur, ſive alio quovis modo vacet, ac
etiamſi Canonicatus, & Præbenda diſpoſitioni Apoſtolicæ
ſpecialiter reſervati exiſtant*: Cum enim aſſecutio ſecun-
di Canonicatus fuerit facta de menſe Julii, perpetuò
reſervati Sedi Apoſtolicæ vigore Concordatorum Ger-
maniæ, Clauſulæ prædictæ eo minus valent ſuffraga-
ri Wilhelmo, cum dicta reſervatio debeat ſpecialiter
exprimi ſub pœna nullitatis. *Gonzal. ſuper Reg.* 8. *Can-* 16
cellar. Gloſſ. 32. *num.* 9. *Roſa de Execut. Liter. Apoſtolic.
cap.* 5. *num.* 252. *Rota deciſ.* 154. *num.* 9. *& ſeqq. coram
Priol. & dec.* 556. *num.* 4. *coram Coccin*, præcipuè in Gra-
tia piſcatoria, in qua propter materiæ odibilitatem Pa-
pa procedere ſolet majori cum circumſpectione, nè aliàs
aperiatur via expiſcantibus Beneficia, ſub clypeo ge-
neralium Clauſularum Beneficia aſſequendi, quæ facta
vera expreſſione, vel difficiliùs, vel nullo modo obti- 1
nuiſſent. *Burſatt. conſ.* 352. *num.* 24. *tom.* 4. *Garz. de Be-
nef. p.* 6. *c.* 2. *num.* 199. *Rota dec.* 150. *num.* 5. *cor. Greg.
& cor. Bich. dec.* 302. *num.* 7. *& dec.* 410. *n.* 16.

Data autem nullitate dictæ primæ Gratiæ, nec mi-
nùs retardari potuit executio Literarum Quirini ſub
motivo omiſſæ expreſſionis ejuſdem, cum de Gratia
nulla non ſit facienda mentio ad effectum validitatis al-
terius ſubſequenter obtentæ. *Fagnan. in c. Illa, n.* 5. *nè* 1
Sede Vacante, &c. Rota dec. 69. *per tot. de reſcript. in an-
tiq. & dec.* 150. *n.* 6. *cor. Greg.*

Et ita utraque &c.

Rmo P. D. MOLINES DECANO.

Lucana Præeminentiarum.

Lunæ 28. *Junii* 1700.

A R G U M E N T U M.

Inter Eccleſias, & Clericos decet ſervari ordinem Præcedentiæ, & Majoritatis. Præcedentia, cæteris paribus, debetur antiquioribus ſupra recentiores. Collegiatæ Inſigni debetur Præcedentia tanquam digniori ſupra cæteras hujuſmodi qualitate non decoratas.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia Militans ad inſtar Triumphantis tribuit unicuique ſecundum ſuam dignitatem honorem, & Præcedentiam.*

2 *Damnandi ſunt, qui ambitu humanæ gloriæ primas Cathedras uſurpare conantur.*

3 *Laudandi ſunt, qui de Præcedentia contendunt, at ordo, & conſonantia inter Eccleſias, & Clericos ſervetur*, & n. 4.

5 *Regulariter loquendo, antiquiores, cæteris paribus, præferendi ſunt recentioribus.*

6 *Inſtitutum Canonicorum à quo tempore cœperit.*

7 *Per inſtrumenta antiqua, in quibus fit mentio, quòd aliqua Eccleſia eſſet Canonica, oritur publica fama, quòd Clerici illius Eccleſiæ fuerint Canonici.*

8 *Maximè ſi in dictis Inſtrumentis fit mentio de Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, eidem Eccleſiæ inſervientibus, quia præſumitur vera Collegialitas.*

9 *Collegiatæ Inſigni debetur Præcedentia ſupra cæteras tali qualitate non inſignitas.*

10 *Secuta translatione Cathedræ Epiſcopalis ab una Eccleſia, cenſentur extincta omnia antiqua privilegia, & applicata Eccleſiæ, in quam fuit facta translatio ejuſdem Cathedræ.*

11 *Collegiata Suburbana, translata in Civitatem, non præcedit aliam Collegiatam jam exiſtentem in Civitate.*

12 *Ex habitu nobiliori, quo utuntur Canonici alicujus Collegiatæ, infertur ad eorum Præcedentiam, & affertur ratio.*

13 *Communis æſtimatio multum confert ad probandam Præcedentiam.*

14 *Item obſervantia elicita ex actibus, tam judicialibus, quàm extrajudicialibus.*

15 *Probatur pariter Præeminentia ex deſcriptione primo loco facta, maximè in* Synodis Diœceſanis.

16 *Item ex Præcedentia in aliquo caſu particulari, cum referri debeat ad cauſam univerſalem, & ex aliis circumſtantiis, præſeferentibus majorem dignitatem*, & num. 17.

18 *Dignioritas Eccleſiæ non probatur ex eo, quòd illa cæteris ſit amplior, majoribuſque fruatur extrinſecis ſolemnitatibus, & afferuntur exempla* numer. 19.

20 *Epiſcopus non dicitur altero dignior ex hoc ſolùm, quòd majorem habeat Diœceſim, aut divitias.*

21 *Si eodem nomine nuncupati fuerint Canonici Cathedralis, & alterius Eccleſiæ, arguitur ex hoc, quòd in ea adeſſet Collegium Canonicorum.*

22 *Æquiparatorum natura eſt, ut habeant inter ſe ſimilitudinem.*

23 *Epiſcopus præſumitur benè informatus de ſtatu Eccleſiarum, & Beneficiorum ſuæ Diœceſis.*

DECISIO XXIII.

QUemadmodum Divina Sapientia in Cœleſti Hieruſalem, ac Triumphanti Eccleſia, miro ordine manſiones multas appoſuit juxta diverſitatem gradum Præcedentiæ, vel ſecundum miniſteria, ut in An-
1 gelis, vel ſecundum merita, ut in Beatis; Ita etiam Divino afflatu Militantem Eccleſiam ad inſtar Triumphantis admirabili diſpenſatione per ſuos Vicarios condecorari mandavit, qui certos gradus, & ordines diſtribuerunt, ut illorum harmonia, & varietate unicuique ſecundùm ſuam dignitatem daretur honor, & Præcedentia, neque hoc modo in Eccleſia Militante, tanquam imagine Triumphantis, adeſſet concordia inter majores, & minores, & rectè ſingulorum gereretur adminiſtratio Officiorum ut dicitur *in cap. ad hoc 7. diſtinct. 89.* & explicat *S. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 183. *art.* 2. Quare ſicuti condemnandi ſunt, qui ambitu, & humanæ gloriæ cupiditate, primos recubitus, & primas
2 Cathedras uſurpare conantur, de quibus loquitur *cap.* 22. *Matthæi, & Divus Thomas* 2. 2. *quæſt.* 131. *art.* 1. in quo ſenſu intelligitur etiam *Juſtinianus in l. ad ſplendidioris 7. C. de div. Off. lib.* 10. ita laudandi, qui de Præcedentia, & Majoritate contendunt, ut ordo, & conſonantia inter Clericos, & Eccleſias particulares, ma- 3
jori perfectione ſervetur, ut explicant *Menoch. conſ.* 51. *à num.* 2. *ad* 5. *vol.* 5. *Tondut. Quæſt. Benef. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 81. *num.* 2. *Gratian. diſcept. foreaſ. cap.* 845. *nu.* 2. *&* 3. *Franc. de Eccl. Cath. cap.* 33. *à num.* 7. & favent Pontificia, & Cæſarea Jura, ſtatuentia, unicuique ſecundum ſuum gradum, dignitatem, & honorem Præ- 4
cedentiam deberi, *cap. ſolitæ 6. de major. & obed. c. at debitus 59. de appell. c. ex ore 57. de privil. l. 4. & toto tit. C. ut dignit. ordo ſervetur, lib.* 12.

Cum itaque hac de cauſa exorta fuerit controverſia ſuper univerſali jure Præeminentiarum inter Canonicos vetuſtiſſimæ Eccleſiæ Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ, & Capitulum ulterius pariter antiquæ Eccleſiæ, ſed recentioris Collegiatæ SS. Paulini, & Donati, poſt manutentionem in partibus per Vicarium Generalem conceſſam dictæ Eccleſiæ SS. Joannis, & Reparatæ ſuper Præcedentia in aſſociandis cadaveribus, reſervatis juribus quoad Præcedentiam in aliis Proceſſionibus, & Functionibus, delata fuit ad noſtrum Tribunal contentio, & renovata ad inſtantiam ejuſdem Eccleſiæ prætenſio ſuper univerſo jure præcedendi: Undè dubium ſubſcripſi - *An, & cui debeatur Præcedentia*, eoque propoſito in hodierna Audientia, cenſuerunt Domini illam competere Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ.

Verùm quia Scribentes pro utraque parte, ad conſtruendam molem prætenſi Juris honorifici, utebantur angulari lapide antiquitatis, quæ ex concordi DD. opinione in ſubjecta materia admodum operatur, cum regulariter loquendo, antiquiores cæteris paribus præferantur aliis recentioribus: *Canon. Epiſcopus, diſtinct.* 5
17. Canon. ſtatuimus 51. diſtinct. ubi gloſ. V. juniores, capit. 1. de major. & obed. l. 1. C. de Conſulib. lib. 2. l. honores C. de decurion. lib. 10. Butrius, & Gemin. in c. cum in tua, num. 11. de conſuetud. in 6. Decian. reſponſ. 7. numer... lib. 3. Baſat. conſ. 343. à num. 41. lib. 4. Petr. Gregor. in Syntag. Jur. c. 21. lib. 14. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. capit. 14. num. 16. cum aliis, pleno calamo congeſtis per *Franc. de Eccl. Cathedr. capit. 33. num. 109. & ſeq. Rot. coram Seraph. dec. 326. num. 3. coram Caval. deciſ. 588. num. 4. cor. Buratt. dec. 868, num. 1. coram Coccino dec. 1871. num. 5. coram Bich. deciſ. 566. num. 1. & dec. 156. num. 1. part. 17. rec.*

Propterea Domini viciſſim collatis probationibus, adductis in Summario utriuſque diſtributo, ut certiores fierent de prioritate temporis ad effectum, de quo agitur, potiùs habuerunt reſpectum ad formalitatem conſiſtentem in Collegialitate, quàm ad materialem utriuſque Eccleſiæ conſtructionem, quæ licèt promiſcuè extolleretur ducta origine à ſuperſtitioſa Gentilitate Idolorum cultrice, attamen in re, de qua contenditur, parum prodeſt.

Et ſanè prioritas temporis circa qualitatem Collegialitatis citra ullum dubium viſa eſt aſſiſtere favore Capituli SS. Joannis, & Reparatæ, eaque poſſe primò præſuppoſitivè deduci ex quodam vetuſto teſtamento, condito ab Epiſcopo Vulprando in octavo Seculo à die noſtræ reparatæ Salutis, nempè de anno 754. in quo religioſus Præſul diviſo ejus aſſe hæreditario in quatuor partes, earum duas reliquit Cathedrali Eccleſiæ S. Martini, cui præfuit, tertiam Eccleſiæ S. Frigidiani, quartam Eccleſiæ S. Reparatæ, in qua, ut Teſtator inquit, *Raymundus Clericus Caſtos eſſe videtur, & at Sacerdotes, qui in ipſis Eccleſiis ordinati ſunt, pro facinoribus meis Deum deprecare debeant*, ex quibus verbis tacitè colligitur, præfatam Eccleſiam SS. Joannis, & Reparatæ fuiſſe tunc temporis qualitate Collegialitatis condecoratam, licèt Presbyteri, inibi Divinis mancipati officiis, adhuc non fulgerent Canonicorum titulo, forſan nondum uſu recepto in iſta Eccleſia. Siquidem altiùs hanc materiam repetendo ſciendum eſt, quòd ante Seculum 700. hoc nomen Canonicorum attribuebatur iis, qui Canoni, ſeu Matriculæ Eccleſiæ adſcripti erant tanquam Beneficiarii, quibus Canon, ſeu Dimenſum diſpenſabatur. Poſt annum verò 700. quia creverat numerus hominum, qui propter Deum ſe tonſuraſſent, cœperunt diſponere Concilia Provincialia, ſuadente etiam Carolo Magno, ut dicti homines, vel in Monaſterio ſub Abbate in vita Regu-

lari viverent, vel quòd Clerici ſub Epiſcopo eum or-
dine Canonico, & juxta Canonicam vitam ſtarent,
& ex hoc introduci cœpit nomen Canonicorum, quod
ad præſens adhuc durat, ut relatis pluribus Conciliis,
probat antiquæ, & novæ Diſciplinæ Eccleſiaſticæ *mo-*
6 *dern. Scriptor. Thomaſſin. part. 1. l. 3. c. 9. Grattan. diſcept.*
foren. cap. 298. n. 18. Barboſ. de Canon. & Dignit. cap. 1. à
num. 1. ad 4.

Inſuper prædicta corroborantur, ſeu veriùs maniſe-
ſta fiunt ex novem publicis Inſtrumentis, datis *in Summ.*
Capituli SS. Joannis, & Reparatæ nu. 4. quæ apparent
diverſis confecta temporibus, ſed omnia intra undeci-
mum Seculum, nimirum ab anno 1018. uſque ad an-
num 1069. & præſeferunt pias diſpoſitiones, relictas à
Chriſti Fidelibus favore ejuſdem Eccleſiæ SS. Joannis,
& Reparatæ, cum expreſſa mentione, quòd illa eſſet
Canonica. ex quibus enunciativis, utpote antiquiſſi-
7 mis, & emiſſis à perſonis non ſuſpectis, non eſt du-
bium quin oriatur publica fama, & clariſſima veritas,
quòd Clerici dictæ Eccleſiæ viverent juxta Canonicas
Regulas, & vocarentur Canonici, ex dictis per *Tho-*
maſſin. ubi ſupra. Quinimmò cum in reliquis inſtrumen-
tis fiat expreſſa mentio de Presbyteris, Diaconis,
Subdiaconis, & Clericis, uti inſervientibus, & reſi-
dentibus in præfata Eccleſia, utique ex hujuſmodi or-
dinata denominatione remanet probata Collegialitas,
uſque de eo tempore in eſſe perfecto exiſtens in prædi-
8 cta Eccleſia, cum dictæ perſonæ veriſimiliter non fue-
rint acceptæ uti ſingulæ, ſed tanquam facientes Ca-
pitulum, ſeu Collegium.

Quibus ſic poſitis, ſuperfluum viſum eſt aggredi ſin-
gulare examen aliarum probationum, quæ pleno cala-
mo adducebantur pro ſuadenda qualitate Collegialita-
tis, conſiſtentes in diverſis Bullis Pontificiis, & in exa-
mine Teſtium deponentium, quòd excepta Eccleſia
Cathedrali Sancti Martini, illa SS. Joannis, & Repa-
ratæ ſit cæteris Eccleſiis Civitatis Lucenſis nobilior,
utpote majoribus coruſcans prærogativis cum titulo In-
ſignis Collegiatæ: Undè fit, ut ei, ultra antiquiorita-
tem temporis, debeatur etiam Præcedentia, tanquam
9 digniori, per *Text. in l. honores, ibiq. gloſ. & Bart. C. de*
Decur. l. auctaiq. C. de prox. ſacr. Scrin. lib. 12. cap. ſtatui-
mus, de major. & obed. Tiraquell. de Leg. Connub. gloſ. 7.
n. 8. & 9. Contel. de Præced. numer. 3. Mazzar. conſ. 26.
num. 8. Rot. cor. Seraph. dec. 1445. n. 3. coram Pamphil.
dec. 375. n. 5. & dec. 226. n. 2. p. 14. & dec. 303. n. 19.
p. 16. & dec. 37. n. 9. p. 17. rec.

Atque hinc fruſtra per Defenſores alterius Colle-
giatæ Eccleſiæ SS. Donati, & Paulini, cumulata fue-
runt quamplurima documenta ad effectum obtinendi
eandem Præcedentiam. Etenim quidquid ſit, an ple-
raque ex illis probent temporis anterioritatem circa
materialem conſtructionem Eccleſiæ S. Paulini, quæ
citra opportunitatem Cauſæ jactabatur antiquitùs fuiſſe
ab eodem Sancto, tanquam primo Antiſtite Civitatis
Lucanæ, conſecratam ſub invocatione Sanctiſſimæ
Trinitatis, & cum qualitate Cathedralitatis; Est cer-
tum, quòd cum ſucceſſu temporis Cathedra Epiſcopi,
tranſlata fuerit ad Eccleſiam S. Martini, nominatam
in dicto antiquo Inſtrumento Wlprandi Epiſcopi, om-
nes proinde prærogativæ formales, omniaque antiqua
privilegia remanſerunt extincta, & fuerunt appli-
10 cata illi Eccleſiæ, in quam fuit facta tranſlatio Ca-
thedræ Epiſcopalis. *Innoc. in cap. 1. verſ. ſi verò de ano,*
ne Sed. vac. Jo. Andr. in cap. cum perſonæ. col. 2. de privil.
in 6. Lap. alleg. 68. Grat. diſcept. for. capit. 291. numer.
1. Rebuff. in Prax. Benef. tit. de Tranſlat. Epiſc. num.
19. Franc. de Eccleſ. Cathedr. capit. 7. numer. 59. &
60. Et de veriori teſtatur *Rota cor. Seraph. dec. 1149.*
num. 16.

Nec ad effectum, de quo agitur, quidquam prodeſſe
poteſt conſimilis tranſlatio Collegiatæ, aliàs exiſtentis
in Eccleſia Sancti Donati extra muros Civitatis Luca-
næ, temporum & bellorum injuria jam diruta. Quia
ſive dicta Eccleſia Sancti Donati conſideretur ſeor-
ſim ſumpta ante tranſlationem, ſive conjunctim
poſt tranſlationem ad præfatam Eccleſiam S. Paulini
factam de anno 1518. mediante Bulla Leonis X. utro-
que caſu pro comperto Domini habuerunt, ipſam
non gaudere temporis anterioritate, minùſque ho-
noris majoritate circa eſſe formale, & ratione Col-
legialitatis, quæ, ut dictum eſt, unicè attenditur
in hac Præeminentiarum materia.

Quandoquidem antiquius Inſtrumentum, datum in
ejus *Summ. n. 7.* non eſt ſtipulatum niſi de anno 1083.
& ſic circa finem undecimi ſeculi, quando ex ſupra a-
nimadverſis anteriora documenta militant pru Capi-
tulo Eccleſiæ Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ;
Ulteriùs ponderatum fuit, quòd dicta Eccleſia San-
cti Donati ante tranſlationem erat Collegiata extra
muros Civitatis, & in loco ruſtico, & Suburbano, ex
quo fit, ut ratione loci nequibat contendere de Præ- 11
cedentia cum Inſigni Collegiata Eccleſia SS. Joannis,
& Reparatæ, quæ uſque à ſuis primordiis ſemper ſi-
ta fuit intra Civitatem Lucanam.

Multoque minùs Capitulum Eccleſiæ SS. Donati,
& Paulini ratione majoris dignitatis præſumere valet
ſibi eſſe debitam controverſam Præcedentiam: Nam
actualiter Majoritas honoris reſidet penes Canonicos
Eccleſiæ Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ, non
ſolum quia iſti utuntur Cappa, & Rocchetto, quod
indumentum videtur nobilius, & decentius ſimplici Al-
mutia, quam pro ſigno Canonicali deſert Capitulum
alterius Eccleſiæ, ex qua prærogativa veſtium Præ-
cedentiam deberi tradit in puncto *Grattan. diſcept. for.* 12
cap. 845. n. 32. ex ratione, quòd aliàs eſſet quid mon-
ſtruoſum in publicis Functionibus aſpicere Canonicos
humilibus indutos veſtibus, præferri aliis majorem ſi-
bi conciliantibus venerationem à ſpecioſiore indumen-
to, ut de ſimili monſtruoſitate teſtatur *Rot. dec. 37. n.*
9. p. 17. rec.

Verùm etiam, quia ultra communem exiſtimatio-
nem ab ipſis acquiſitam, quæ in ſubjecta materia mul-
tùm venit attendenda, ad tradita per *Rot. coram Bi-*
chio dec. 566. n. 4. & dec. 251. num. 4. & 5. p. 5. rec. mi-
litat favore Canonicorum Eccleſiæ SS. Jnannis, & Re- 13
paratæ obſervantia, ſeu conſuetudo, elicita, tam ex
actibus extrajudicialibus, quàm judicialibus, quæ qui-
dem obſervantia ad effectum, de quo agitur, habetur
perindè ac ſi eſſet lex, itaut neque requirat titulum
pro ſuo fundamento, *Joan. Andr. in cap. 3. de conſuetud.* 14
Grat. diſcep. for. d. c. 845. num. 4. Rot. coram Merlin. dec.
779. n. 2. coram Serap. dec. 964. n. 1. & dec. 99. n. 8. p.
19. rec. alibique paſſim.

Et certè quatenùs attinet ad ſtatus extrajudiciales,
patet ex tribus Unionibus, factis per Epiſcopos Lu-
cenſes in annis 1542. & 1544. in favorem dictæ Eccle-
ſiæ SS. Joannis, & Reparatæ cum ſuppoſito, quòd
iſta Eccleſia in Civitate Lucana ſit antiquior dignitas,
excepta Cathedrali, ut *in Summ. n. 6.* Præterea ex da-
tis *in eodem Summ. num. 14. 15. & 16.* conſtat, præfa-
tam Eccleſiam fuiſſe primo loco deſcriptam in diver-
ſis Bullis Pontificum, illiuſque Capitulum, tam in
antiquis, quàm in modernioribus Synodis, fuiſſe et-
iam primo loco vocatum ante illud SS. Donati, &
Paulini, ex quo deſcriptionis, & reſpectivè vocatio-
nis ordine, ab Epiſcopis pro tempore facto, non re-
clamantibus Canonicis alterius Eccleſiæ SS. Paulini,
& Donati, optimè arguitur prærogativa, & præemi-
nentia Dignitatis ad effectum præcedendi. *Tex. in l.* 15
1. ff. de in alb. ſcrib. Gemin. in cap. fin. de offic. delegat. Abb.
in cap. cum olim, num. 7. de conſuetud. Gloſſ. in cap. be-
nè quidem 96. diſtinct. & in puncto caſus noſtri *in Lu-*
cana Præcedentiæ, quæ eſt deciſio 483. nu. 7. part. 5. rec.
Rota dec. 322. num. 15. part. 6. & dec. 242. à numer. 14.
part. 16. & dec. 156. n. 5. part. 17. & dec. 596. nu. 3.
part. 18. recen.

In actibus verò Judicialibus pariter dictum Capitu-
lum SS. Joannis, & Reparatæ habet fundatam in-
tentionem, cum eidem fuit per Vicarium Generalem
conceſſa manutentio Præcedentiæ ſuper aſſociatione
Cadaverum, quæ præſupponit ejus antiquam poſſeſſio-
nem, ex quo magna oritur Præſumptio, & veriſimi- 16
litudo quoad alios actus præcedentiæ, licèt diverſæ
ſpeciei, cum habeant eandem cauſam univerſalem,
& uniformem, *ut firmatur per Rotam dec. 903. n. 9. 10.*
& 11. cor. Burat.

Quin ad intentum Capituli Eccleſiæ Collegiatæ SS.
Paulini, & Donati viſa ſint poſſe ſuffragari plura ad pro-
priam exaltandam excellentiam cumulata, ſcilicèt, quòd
in ejus Eccleſia requieſcit, & colitur Corpus S. Pauli-
ni, qui luce Evangelica primus expulit Gentilitatis
tene-

tenebras à dicta civitate Lucenſi, quòdque veluti ad primum Præſulem, & electum Pattonum ejuſdem
17 Civitatis, magna cum pompa & ſolemnitate in die Feſtivitatis totus accedat Senarus, qui tam in veſpertinis, quàm marutinis Officiis aſſiſtit, & exindè intervenit in ſolemni Proceſſione, quæ etiam interveniente Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Cardinali Epiſcopo celebrarur cum univerſali totius Populi lætitia, & cultu; quòdque demum Ipſummet Capitulum ſit majori Canonicorum numero refertum. Quoniam ex his omnibus nequit inſerri ad eam majorem dignitatem, & prærogativam, quæ intrinſecè requiritur ad effectum præcedendi ratione Collegialitatis, quæ cum prioritate temporis acquiſita fuit à Capitulo SS. Joannis, & Reparatæ ex ſupra firmatis.

Quibus addi poteſt reflexio, quòd non ex eo, quòd aliqua Eccleſia ſit cæteris amplior, majoribuſque fruatur extrinſecis ſolemnitatibus ob conſpicuas Reliquias
18 in ipſa repoſitas, inſerri poteſt ad majorem dignitatem Miniſtrorum, & Officialium, ur iſti in publicis Functionibus, aliiſque actibus prorſus ſeparatis, valeant præcedere aliis perſonali dignitate, & habitu ſulgentibus: & quamvis ſuper hoc poſsent quamplura adduci exempla, ſufficiant illa, relata *per Maſtrill. de Magiſtratibus lib. 4. cap. 14. num. 16. & 23.* Primo ſcilicèt, quòd cum Salvatori noſtro inter cæteros duo adhæſerint Diſcipuli, ambo nomine Jacobi nuncupati, qui primus adhæſit appellatus fuir Jacobus Major, alter verò Minor,
19 quamvis hic ultimus eſset ætate major. Secundo quòd Civitas Hieroſolymitana licet de per ſe ſit dignior aliis ob ejuſdem Salvatoris noſtri Vitam, & Mortem, attamen illius Patriarca poſtponitur aliis tempore prioribus in eadem dignitate, & cum dicto *Maſtrill.* concordat *Card. Jacobat. de Conſil. lib. 1. capit. 57. col. 1. & capit. 23.* Atque etiam videmus, quòd Epiſcopus non dicitur altero dignior ex hoc ſolum, quòd majorem ha-
20 beat Diœceſim, potentiam, & divitias, *juxta doctrinam Innocent. in cap. ſtatutum, de major. & obed. & facit Text. in capit. penult. 96. diſt. Bartol. in l. 1. C. de dignit. Fab. Ann. conſ. 122. num. 41. lib. 2. Decian. reſponſ. 59. num. 209. vol. 3. Maſtril. de Magiſtr. d. lib. 4. capit. 14. num. 20.*

Demum redeundo pro coronide undè digreſſi fuimus, nempè ad teſtamentum Vulprandi Epiſcopi, ex eo apparet juxtà verba ſuperiùs relata, quòd religioſus, & pius Præſul parficavit Presbyteros tunc temporis degentes in tribus Eccleſiis, quibus ſuum diviſum aſsem hæreditarium reliquit, mediante communi appellatione Sacerdotum, ibi, *ut Sacerdotes*: quamobrem cum una ex dictis Eccleſiis tunc eſset Cathedralis, ſcilicet illa S. Martini, & perneceſse quoque
21 Collegiata, nempè cum Capitulo, ut relatis concordantibus *tradunt Barboſ. de Canonic. & Dignitat. cap. 2. num. 2. Card. de Luca de Præemin. diſc. 4. num. 15.* exindè dicendum eſt eadem qualitate Collegialitatis uſque tunc temporis gaviſam quoque fuiſse Eccleſiam SS. Joannis, & Reparatæ, cum bæc ſit natura æquiparatorum, ut habeant inter ſe ſimilitudinem, juxta re-
22 gulam, de qua *Surd. conſ. 383. num. 2.* & latè *Barboſ. tract. Var. axiom. 14. num. 1. Rota deciſ. 284. num. 22. part. 18. rec.* & per conſequens quemadmodum eſset vanum contendere de Præcedentia cum Capitulo Cathedralis Eccleſiæ, ita etiam fruſtra Canonici SS. Paulini, & Donati, tempore poſteriores, nutriunt prætenſionem præcedendi illis Collegiatæ Eccleſiæ SS. Joannis, & Reparatæ, præſertim quia dicta æquiparatio non fuit facta ab aliqua extera perſona, ſed ab
23 Epiſcopo, qui regulariter præſumitur benè informatus de Eccleſiis, & Beneficiis ſuæ Diœceſis, ex notiſſimis Juribus.

Et ita utraque Parte acerrimè Informante reſolutum fuit.

R. P. D. ANSALDO.

Majoricen. Beneficii.

Lunæ 15. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

In electionibus ad Beneficia, & Dignitates Eccleſiaſticas, licitus non eſt uſus ſortium; quamvis locum habere poſſit in conferendis Officiis ſecularibus.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies narratur.*
2 *In actu, explendo collegialiter, minor numerus remanet à majore ſuffocatus.*
3 *Major pars conſideratur, habito reſpectu ad totam Maſſam Collegii, ſeu Capituli.*
4 *Aliquibus de Collegio, ſeu Capitulo, abutentibus jure eligendi, illud conſolidatur penes alios, qui Canonicè ſe gerunt, etiamſi ſit unicus.*
5 *Electio, ſeu præſentatio, à Collegio facienda, expleri non valet per compromiſſum, niſi ad compromittendum concurrant omnes de Collegio.*
6 *In iis, quæ pertinent ad Corpus Univerſitatis, major pars præjudicat minori.*
7 *Major pars Collegii, ſeu Capituli, in electione facienda poteſt admittere etiam extraneos, pro capiendo conſilio.*
8 *Quando eligere debentes committunt aliis proprias vices, & ſuffragia, dicitur factum compromiſſum.*
9 *Non valet tamen prælectio Compromiſſariorum, à Collegialibus, ſeu Capitularibus facta per ſortes.*
10 *Eo minus valet electio, ſeu præſentatio ad Dignitates, vel Beneficia Eccleſiaſtica, per eoſdem Compromiſſarios hoc modo facta.*
11 *An collatio Officiorum, ac Dignitatum ſecularium ſortibus ritè committatur*, & num. 13.
12 *Aſſumptio D. Matthiæ ad Apoſtolatum, per ſortes ſecuta fuit.*
14 *Sortium uſus quoad Beneficia Eccleſiaſtica improbatur.*
15 *Quando locus eſſe poſſit electioni, per ſortes faciendæ.*
16 *In electionibus fieri debet collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum.*
17 *Regula, & reſpectivè limitatio, intelligendæ veniunt in ſuis caſibus.*
18 *Reſpondetur objecto, deſumpto ab exemplo D. Matthiæ, in Apoſtolum per ſortes electi.*
19 *Prohibetur fieri per ſortes, quoad Beneficia Eccleſiaſtica, tam electio, quàm collatio, & præſentatio.*
20 *Duo teſtes in omni materia plenè probant.*
21 *Paria ſunt ſcire, & ſcire debere.*

DECISIO XXIV.

DIſſentientibus (ut plerumque ex humana varietate contingit) inter ſe Conſulibus, ſive Juratis Loci Sunii, à quorum præſentatione pendebat repletio Beneficii ſiti in Eccleſia Parochiali ejuſdem Loci, ipſorum tres totidem eligere Compromiſſarios, ſed hi neque pariter inſimul convenientes de perſona eligenda, ſatius duxerunt Urnæ fatalis arbitrio nomina prætendentium, cæca ſorte extrahenda, committere, & de facto ex illorum parte ſors cecidit ſupra Michaelem.
Verùm Antonio, quarto ex præcitatis Conſulibus acri- 1
ter oppugnante hujuſmodi formam eligendi, tam Judex de Partibus in prima Inſtantia, quàm hodie Tribunal noſtrum in ſecunda, medullitus introſpecta rationabilitate oppugnationis, Raphaeli ſimpliciter, & extra fortunæ aleam per ipſum Antonium Canonicè præſentato, controverſum Beneficium adjudicandum fore exiſtimarunt.

Etſi namque plura adverſus eundem Raphaelem promoverunt objecta, & ſignanter capitale videretur illud, quòd dum ipſe nactus tantummodo fuerat præſentationem ab uno ex quatuor Conſulibus, ſive Patronis,

nis, æquali prædictis Jure ſuffragandi, non poſſet id-
circo inſtitutionem ullam, ſeu adjudicationem ad ſui
ſavorem præſumere, & attentare, in materia ſiquidem
2 explenda Collegiativè, minor numerus ſemper rema-
net à majori ſuffocatus, ad *Tent. in cap. 1. de his, quæ
fiunt à major. part. capit. & in l. quod major. 19. ff. ad Mu-
nicip. Barboſ. Vot. dec. 46. num. 17. Tamburin. de Jur. Ab-
batiſs. diſp. 6. quæſt. 5. num. 10. Ceccop. Lucubr. Canonic.
lib. 4. num. 61. Rota coram Cavaler. dec. 402. nu. 2.* adeo-
ut neque ſufficiat obtinuiſſe majorem numerum compa-
ratione alterius præelecti, niſi in ſe idem numerus ex-
3 cedat medietatem, ſecumque trahat majorem partem
habito reſpectu ad totam Maſſam Collegii, & Capi-
tuli, ſicuti uno ore tradiderunt *Mirand. in Manual. Præ-
lat. Regul. tom. 2. quæſt. 23. art. 27. Ceccop. l. cit. num. 62.
Matt. de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 19. §. 3. num. 30. & 31. Ad-
den. ad Buratt. deciſ. 809. numer. 10. Rota coram Dura-
no deciſ. 232. num. 2. & deciſ. 214. num. 2. coram Da-
nozett. Jun.*

Arriſit tamen prompta reſponſio, videlicet, Theo-
ricam hanc minimè applicari, quando iidem Electo-
res, ſive Patroni, ſcienter, abertantes ab Eccleſiaſti-
ca ſorma, deveneruot ad actum omninò illicitum, &
improbatum, tunc etenim, vel ex Jure accreſcendi,
vel rectiùs ex altero non decreſcendi, jus eligendi, ac
præſentandi remanet conſolidatum penes illum, qui
4 Canonicè ſe geſſit; Quia cum idem Jus eligendi, ac
præſentandi, in ordine ad propriam eſſentiam ſit indi-
viduum, ſolumque ſcindatur quoad exercitium; eo ip-
ſo quòd cœteri de Collegio, vel Capitulo, ſemetipſos
per abuſum propriæ poteſtatis effecerunt indignos, vel
infirmos, tota virtus expanditur, & reſpectivè coale-
ſcit etiam in unico membro ſano, quemadmodum non
minus citra contradictorem affirmarunt *Barboſ. de Jur.
Eccl. lib. 1. cap. 19. ſub num. 86. verſ. immò etſi unus. Lot-
ter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 18. num. 4. & 5. Cardin. de
Luca de Jurepatr. diſc. 31. num. 3. & diſc. 34. num. 9. Ro-
ta coram Cavaler. deciſ. 231. num. 2. & deciſ. 219. num. 4.
& ſeqq. part. 9. rec.*

Quòd autem reliqui alii tres Conſules, ſeu Patro-
ni, ſeſe de facto reddiderint indignos, & tanquam in-
utilia ad hunc effectum membra ſeparatos ab ipſo Cor-
pore Magiſtratus, & Collegii, lucidiſſimè conſtitit ex
duobus: Primo ſiquidem, quia non obſtante juſtiſſima
renuentia quarti Collegæ, prædicti tres in eam abiere
ſententiam, ut eorum vices compromitterent in toti-
dem Presbyreros, quando certiſſimum eſt, per viam
Compromiſſi deveniri non poſſe ad ullam electionem,
vel explicationem actus Collegiativi, niſi ad ineun-
5 dum Compromiſſum omnes de Univerſitate, Capitu-
lo, ac Collegio, tanquam cor unum, & anima una
conveniant, aliàs nullitate inevitabili claudicat, &
corruit quælibet electio, ac præſentatio, prout ex do-
ctrina *Abb. in cap. In cauſis 30. num. 3. de elect.* communi-
ter demonſtrarunt *Vivian. de Jurepat. lib. 8. capit. 2. num.
28. Lavor. de Elect. tit. 4. cap. 19. num. 31. Fagnan. in ca-
pit. Licèt de vitanda, ante num. 70. verſ. Compromiſſum au-
tem, eodem tit. Peyrin. de Regula. tom. 2. in addit. ad Con-
ſtit. Greg. XIII. capit. 3. num. 17. Matt. de Cauſ. Conſiſt.
dicta ſect. 19. §. 4. num. 5. cum ſeqq. Paſſerin. de Elect. ca-
pit. 22. num. 19.*

Idque ex ea potiſſima ratione, quia negotium præ-
ſentationis, ſeu electionis pertinet ad ſingulos de ipſo
Magiſtratu, ac Capitulo, non autem, ut accidit in
6 aliis rebus pertinentibus ad ipſum Corpus Univerſita-
tis, & Collegii, quo caſu, ne publica, ſive commu-
nis utilitas fraudata remaneat, per oppoſitionem unius,
vel alterius, major para præjudicat minori, vel, quod
idem eſt, minor pars obſtringitur ſubire legem majo-
ris, prout egregiè materiam enucleando diſtinguit idem
Abb. in capit. cum Vintonienſis, à num. 3. de elect. quem ſe-
quuntur *Vivian. Paſſerin.* cæterique ſuperiùs allegati:
Et generaliter, quòd ubi agitur de intereſſe ſingulo-
rum, major pars non præjudicet minori *Surd. conſ. 65.
num. 16. & ſeq. Adden. ad Buratt. deciſ 573. numer. 10.
& ſeqq. Urceoll. de Tranſact. quæſt. 25. num. 7. cum ſeqq.
Cardin. de Luca de Jurepatr. diſc. 64. num. 17. Rota de-
ciſ. 85. num. 7. part. 8. recen. & deciſ. 473. num. 4. co-
ram Cardin. Cerro & in Romana Immiſſionis 26. Mar-
tii 1696. §. Ut etiam, coram R. P. D. meo de la Tre-
moille.*

Abſque eo quòd hujuſmodi nullitatem offuſcare va-
leret ſubalterna *Doctrina* ejuſdem *Abb.* admittentis cum
Compoſtell. in cap. Scriptum, eodem tit. de elect. poſſe per
majorem partem fieri ſpeciem quandam Compromiſſi
mediante extraneorum admiſſione pro habendo conſi- 7
lio, uti ſubdit idem *Abbas in dicto c. cum Vintonienſis,
ſub num. 4. verſ. idem dicit*: Quoniam in noſtra hypo-
theſi concluſio hæc jugulabatur in facto, tres quippe
Presbyteri non fuerunt adſciti pro capeſſendo ab eis
conſilio, quod propriè coincidit, quotiès eligere de-
bentes admittunt ad hunc effectum in ipſo loco electio-
ni dicato (ut inquit *idem Abb.*) Forinſecos; poſitivè
etenim alii tres Conſules, ſeu Jurati, depuravere tres
Presbyteros in figura veri, & effectivi Compromiſſi,
nimirum, non ut aſſumerent conſilium ab eis, ſed ut 8
in eos proprias vices, & ſuffragia mandarent, & com-
promitterent, juxta naturalem importantiam, & eſ-
ſentiam in ſubjecto, de quo agitur, cujuslibet Com-
promiſſi, ad tradita per *Fagnan. in cap. Cauſam, num.
6. & ſeq. de elect. Paſſerin. eodem Tract. cap. 22 num. 3.
cum ſeqq. Matt. de Cauſ. Conſiſtor. dicta ſect. 19. §. 4. ex
num. 1.*

Urgentiùs verò ſecundo loco præſulgebat nullitas,
& reſpectivè impoſſibilitas habendi rationem de tribus
contradicentibus Conſulibua, quia ſi ad literam *Text.
in capit. fin. de ſortileg.* ipſa præelectio Compromiſſario-
rum irrita eſt, & nulla, quando per ſortem facta fuit
à Collegialibus, vel Capitularibus, ſub illa perpetua 9
damnatione, de qua *Pontifex Honorius III. in eodem c.
fin. in fin.* ibi: *Sortis uſum in talibus perpetua prohibitione
damnantes*; quid dicendum, quando ipſimet Compro-
miſſarii loco perhibendi ſuffragium vice, & nomine
Compromittentium, delapſi ſunt ad eligendum Mi-
chaelem per viam ſortis, & urnæ? Electionem nam-
què, ac præſentationem ad Eccleſiaſticas Dignitates, 10
& Beneficia, à fortiori ſubjacere gladio prædictæ *De-
cretalis*, latè examinato articulo demonſtravit *Gonzal.
in precit. c. fin. de ſortileg. ex num. 4. ad fin.* & ante eum
idipſum docuere *Petr. Greg. Tholoſ. in Partit. Jur. Canon.
tit. de Elect. cap. 3. num. 10. Azor. Inſtit. Mor. part. 1. lib.
9. cap. 22. verſ. At verò. Garz. de Beneſ. part. 5. capit. 4.
num. 204. Sanchez. ad Præcept. Decol. lib. 2. cap. 38. n.
71. P. Moron. reſponſ. 95. num. 121. Paſſerin. de Elect. ca-
pit. 18. per tot.*

Quin ad tuendam Electionem ſucceſſivè expletam
ab hiſce Presbyteris Compromiſſariis ſuffragarentur Ju-
ra, & exempla, deſumpta per Deſenſores Michaelis
ab eodem *Gonzal.* quòd ſcilicet non minùs Officia, ac 11
Dignitatea Seculares conferri conſueverint ritè, & le-
gitimè per ſortes, ut etiam admonent *Tiraquell. de Jur.
Primog. quæſt. 17. opin. 1. ſub num. 15. verſ. ſed in Secu-
laribus. Romaguer. in addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub.
lib. 1. rub. 7. num. 26. cum duobus ſeqq. Modern. Epiſc.
Verulan. ad Statut. Favent. lib. 1. rubr. 2. ex num. 49. cum
pluribus ſeqq.* quòdque etiam idemmet faſtigium Divi-
ni Apoſtolatus fuerit in perſona S. Matthiæ per orga- 12
num ſortis collatum, ut habetur in *Act. Apoſt. capit. 9.*
& referunt *Caput. de Regimin. Reip. c. 4. n. 15. Capon.
diſcept. 112. num. 33. in fin.*

Siquidem circa Officia Civilia, reſque prophanas,
potuiſſet in contingentia caſuum forſan ſubſtentari E-
lectio Magiſtratuum, diviſio Bonorum, aut hæredita-
tis, cum ſimilibus, quamvis, & in hoc (niſi id cir- 13
cumſtantiæ ſuadeant) res dici mereretur undequaque
ambigua, repugnante cenſura clariſſimorum hominum,
ipſe namque *Cornel. lib. 3. ſuor. Annal.* poſtquam de hu-
juſmodi conſuetudine teſtatus fuit, ut ibi: *dein ambitu
ſuffragiorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero Præto-
rum, qui præeſſent*, incontinenti ſubjungit, *nec id diù
manſit, quia ſors deerrabat ad minùs idoneos*, & concla-
mante *Sen. in ejus Hercul. Furent.*

Fortuna viris invida fortibus
Quam non æqua bonis præmium dividis!

At in materia Eccleſiaſtica, in qua totum prove-
nit à Sanguine, & Patrimonio Domini Noſtri Jeſu
Chriſti, (prout ſunt Beneficia reſultantia plerumque
ex peccatis Mortuorum) Jura penitus abhorrent com-
mitti ſortis inſaniei diſtributionem ejuſdem Patrimo-
nii, adeout aptari poſſet lamentatio Divini Redem-
ptoris: & *ſuper Veſtem meam*, qualis eſt Eccleſia in-
conſutilis, *miſerunt ſortem*, Proinde ea, quæ uſu ita
ſua-

ſuadente permittuntur in ordine ad Officia Secularia,
eſſo penitus improbata quoad Eccleſiaſtica Beneficia,
14 præfinitum habemus in urroque Jure, ut apparet ex *Ju-
ſtin. in l. Sacris noſtris* 45. *C. de Epiſc. & Cleric.* & ex *Ho-
nor. III. in d. c. fin. de Sortil.* ac præter ſuperiùs conge-
ſtos *ſub §. Urgentiùs verò*, comprobant *Pellizzar. in Ma-
nual. Regul. tr. 9. capit. 2. ſect. 1. num. 16. Donat. in Prax.
Regal. tom. 2. tr. 1. quæſt. 12. num. 1. & 2. Matt. de Cauſ.
Conſiſtor. ſect. 19. num. 29.*

Vixque forſan admitti poſſet præelectio cæco, ut di-
cunt, fato, & ideali fortunæ commiſſa, quoties eli-
gere, vel præſentare debentes, prona animi alacrita-
te, & ſtudio perpendentes merita plurium prætenden-
15 tium, hærerent circa gratificationem, & præelectio-
nem, quia data paritate meritorum, & conflictatione
proprii Judicii in eligentibus, etſi laudabilius eſſet (ut
ait *Sanchez ad Præcept. Decal. lib. 2. c. 28. num. 74. in fi-
ne*) recurrere ad Sententiam Epiſcopi; Adhuc abſre
non eſſet, ſi Divino implorato præſidio, eadem præ-
electio demandaretur urnæ revolutioni, prout videntur
conſenſiſſe *Trosl. Malvet. de Sortib. p. 3. ſub num. 11. verſ.
Nam fors tunc mittitur. Mandoſ. ad Regul.* 33. *Cancell.
quæſt. 14. ſub num. 18. verſ. ſed advertendum. Garz. de Be-
nef. p. 5. c. 4. num. 204. & ſeqq. Paſſeria. de elect. c. 18.
num. 10. Matt. de Cauſis Conſiſt. d. ſect. 19. num.* 31. & in-
cidenter dictum fuit *in dec.* 106. *num. 6. cor. Cardin. Cer-
ro*, licèt contrarium etiam in hoc caſu teneant *Caſtro-
pal. Oper. moral. part. 3. tract. 17. diſput 1. punct. 6. num.
6. Del Bene de Offic. SS. Inquiſit. part. 2. dub. 225. ſect. 3.
per tot. Gonzal. in d. capit. final. num. 8. in fine, de Sor-
tileg.*

In præſenti verò caſu nullibi conſtabat de æqualitate
meritorum inter Michaelem, & Raphaelem, nulla ete-
nim facta fuerat collatio meriti ad meritum, zeli ad ze-
16 lum ſicuti *Canones* deſiderant *in cap. in Geneſi* 55. *& in
cap. Eccleſia veſtra* 57. *de elect.* Verùm præfati tres Pres-
byteri abeundum eſſe cenſuerunt in perſonam Michae-
lis de eo tempore puri laici, & idcircò remanente po-
tiùs inæqualitate meritorum, neque etiam intrare va-
lebat judicium ſortis in terminis quoque tolerandæ li-
17 mitationis, ex quo tam regula, quàm limitatio ve-
nit intelligenda in ſuis caſibus, ad notata per *Alto-
grad. conſ. 68. numer. 46. lib. 1. Modern. Mantuan. con-
ſult. 110. num. 18. Rot. deciſ. 6. num. 4. & deciſ. 342.
num. 3. p. 18. rec.*

Eoque propterea non erat opus diſcutere eaemplar
Sancti Matthiæ, qui fuit in locum proditoris Judæ ſub-
rogatus; Ultra enim quòd congruum tunc temporis vi-
debatur per Sacroſanctum Collegium Apoſtolorum re-
mitti non jam ſorti, niſi nominetenùs, ſed Divinæ
18 Providentiæ, prævio jejunio, & oratione, deſtinatio-
nem vacantis Apoſtolatus ſub ulteriori enixa vocatio-
ne; *oſtende nobis quem elegeris*: adhuc hodie idem Spiri-
tus, qui ubi vult ſpirat, eodem modo, quo tunc præ-
cordia Apoſtolorum inſpiraverat, inſufflavit etiam for-
taſſe ob frigeſcentem charitatem in corda Summorum
Pontificum Divi Petri Succeſſorum, ut damnarent hu-
juſmodi Electiones per ſortem: Ac demum ulteriùs in
eodem caſu S. Matthiæ duo jam merito æquales juxta
humanam prænoſcentiam extiterant à ſedulitate Apo-
ſtolorum inter cæteros Diſcipulos undequaque dignos
præelecti, undè nil mirum, ſi in hac paritate nego-
tium cum tot circumſtantiis, & præparationibus Di-
vinæ Bonitati commiſſum fuit, ut benè reſponden-
do ad hoc idem eaemplar obſervant *Sebaſt. Medic. in
Summ. Concord. Canon. Decr. cauſ. 26. quæſt. 2. art. 1. per
tot. Donat. in Prax. Regul. part. 2. tract. 1. quæſt. 12. num.
2. Del Ben. de Offic. SS. Inquiſit. part. 2. dub. 225. ſect. 7.
ex num. 9. uſque ad fin. Gonzal. in d. capit. fin. num. 11.
de Sortileg. Matt. de Cauſ. Conſiſt. dict. ſect. 19. numer.
29. & 30.*

Palpabant Defenſores Michaelis hanc veritatem,
& idcirco tentabant evitare diſpoſitionem, ac forficem
hujuſmodi Jurium, & rationum ſub eo prætextu, quòd
eadem Jura, & rationes percuterent caſum veræ, &
effectivæ Electionis Canonicæ; non autem ſimplicis
Præſentationis ineundæ per Magiſtratus, & perſonas
ſeculares: ſed Domini retenta diſtinctione, de qua ſu-
pra, præ oculis habuerunt objectum ipſius Præſenta-
tionis, nam ubi actum extitiſſet de Magiſtratu Secu-
lari, eligente aliquem, vel aliquos ad Officia, vel mu-
nera Secularia, profectò idem objectum ex ſuperiùs
animadverſis valuiſſet colorari, aut etiam rectiùs ſub-
ſtentari; Sed cum pertractaretur de Beneficio Eccle-
ſiaſtico, & Patrimonio Chriſti, eadem ratio, quæ pro-
cedit in Electione, abſque ulla aſſignabili differentia 19
militat etiam in Collationibus, ac Præſentationibus,
teſte ad abundantiam in his punctualibus terminis *Joan.
Cirier. de Primog. lib. 1. quæſt. 9. ſub num. 7. verſ. Si enim
non licet. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 5. quæſt.
22. num. 9. Rot. coram Duran. dec. 291. num.* 36. & in ſi-
mili, quòd diſpoſitio *Text. in c. Avaritiæ, de elect. in 6.*
loquens de Electis ad majores Prælaturas, habeat et-
iam locum adverſus præſentatos ad inferiora Benefi-
cia. *Rebuff. in Prax. Benef. part. 2. tit. de Subrog. Collitig.
gloſſ. 4. num. 9. Vrvian. de Jurepatron. lib. 8. cap. 8. num.
12. cum tribus ſeqq. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 13.
num. 3. & 4. & num. 15. cum duobus ſeqq. Franc. de In-
truſ. quæſt. 2. numer. 13. & 14. Corrad. in Prax. Benefic.
lib. 4. capit. 7. num. 16. Cardin. de Luca de Canon. &
capit. diſcurſ. 26. num. 10. Rota coram Bichio deciſ. 331.
num. 1. & 2. & dec. 22. ex num. 13. uſque ad finem, part.
16. recent.*

Deſtituti igitur iidem Defenſores hoc præſidio ad ex-
cuſandam nullitatem Præſentationis Michaelis, con-
volabant ad alterum fulcimentum ignorantiæ in ipſis
Conſulibus, quod nempè neſciverint hi, præſentatio-
nem factam à Presbyteris Compromiſſariis promanaſ-
ſe ab extractione ſchedularum ab urna: Sed & hoc mo-
tivum pariter mactabatur in facto, quia ultra notorie-
tatem ipſius rei in parvo loco, legebatur *in Summ.* Ra-
phaelis *num.* 3. depoſitio quarti Teſtis, qui palàm aſ-
ſerebat una cum ſecundo Teſte, percepiſſe à duobus
in ſubſtantia Juratis, extitiſſe Michaelem præelectum
per nudam ſortem, ſicque non erat ambigendum de po-
ſitiva ſcientia Juratorum, cum illa reſultaret ex depo-
ſitione duorum Teſtium, qui ſemper in omni materia
plenè probant, ad *Text. in capit. in noſtra, de teſtib. &
in l. ubi numerus ff. eodem*; maximè in actu illorum no-
mine geſto, quem ve non ignorare tenebantur, ad regu-
lam, quòd paria ſint ſcire, vel ſcire debere, de qua in
l. quod te, in fin. cum ibi not. per Gloſſ. ff. ſi cert. petat, cum
concordantibus per *Grattan. diſcept. 194. num. 1. Barboſ.
axiom. 174. num. 29.*

Et ita innitentes Domini etiam primordiali defectui
Compromiſſi, & neglecta altera objectione Loci, in
quo ſecura fuerat Electio Raphaelis, tamquam abun-
dè nuper interverſa *in altera Deciſione Leodien. Monaſterii
4. Maii proximè præteriti §. Non itaque, & ſeq. coram Me*,
reſolverunt, utraque &c.

Rmo P. D. MOLINES DECANO.

Mediolanen. Canonicatus.

Ven. 22. Aprilis 1701.

ARGUMENTUM.

Ad ſubſtinendam Gratiam Impetrationis factæ de Be-
neficio, vacante per aſſecutionem alterius incompa-
tibilis, quoties agitur, non de præjudicio Proviſi de
ſecundo Beneficio, ſed odioſi poſterioris Impetrato-
ris, primi conſideratur vacatio, ipſo Jure per in-
compatibilitatem inducta, nulla habita ratione tem-
poris actualis dimiſſionis.

SUMMARIUM.

1 Literæ Apoſtolicæ, *non in omnibus juſtificatæ, nul-
lam promerentur executionem.*

2 *Inter duos Proviſos Apoſtolicos, ille venit præferen-
dus, qui eſt anterior in Data ſuæ Gratiæ.*

3 *Qui Beneficium impetrat, in cujus poſſeſſione jam alter
exiſtat, gravatur onere rigoroſioris probationis ad hoc,
ut obtinere valeat executionem ſuarum Literarum,
quandam odibilitatem præſeferentium.*

4 *Tum quia agitur de vindicando Beneficio ex manu vi-
ventis.*

5 *Tum etiam quia ſubſequens Gratia, præſupponens ean-
dem vacationem, ſubſiſtere nequit, tanquam facta
de Beneficio jam pleno.*

6 *Ex*

6 *Ex duobus Beneficiis incompatibilibus, primum ipſo Jure vacat per aſſecutionem ſecundi.*

7 *Et ſecuta vacatione, poteſt alteri liberè conferri ab habente jus conferendi.*

8 *Unum, & idem Beneficium, nequit ex facto unius perſonæ pluries vacare, niſi novus titulus acquiſitionis ſuperveniat.*

9 *Limita concluſionem, poſitam ſub* num. 6. *quòd ea non procedat, quoties obtinens ſecundum Beneficium incompatibile, nunquam habuit pacificam poſſeſſionem, ſed paſſus fuit moleſtias, ob litis ſubſtentationem.*

10 *Incompatibilitas obſtat retentioni poſt duos menſes à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis, non autem aſſecutioni ſecundi.*

11 *Declara limitatione, de qua ſupra* num. 9. *quòd locum habeat, quando agitur de præiudicio illius, qui ſecundum Beneficium incompatibile obtinuit, nè citra ejus culpam utroque Beneficio privatus remaneat.*

12 *Secus autem, ſi agatur de præjudicio Impetrantis primum, independenter à Proviſo de ſecundo, quia tunc vacatio dicitur inducta ipſo jure, per ſolam Collationem ſecundi incompatibilis.*

13 *Lapſus bimeſtris, poſt adeptam pacificam poſſeſſionem, eſt expectandus, ut poſſit etiam induci vacatio ſecundi, per ſpeciem pœnæ non dimittentis primum.*

14 *Reo, poſſeſſioni incumbenti, ſufficit vincere pee non jus Actoris.*

15 *Et hæc regula procedit etiam in Beneficialibus.*

16 *Gratia ſubreptitia, efficitur nulla.*

17 *Et talis exiſtit, ſi non fuerit narratum id, quod ſi Principi innotuiſſet, vel non conceſſiſſet, vel ſaltem difficiliùs.*

18 *Decretum de dimittendo primum Beneficium, non impedit vacationem, jam à Jure inductam, per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, ſed refertur ad nudam detentationem de facto.*

19 *Quæ ad majorem cautelam adhibentur, nemini præjudicant.*

20 *Parviſacienda ſunt lites in Beneficialibus, utpote quæ non carent ſuſpicione, ad inventas eſſe retardandos Juris effectus.*

DECISIO XXV.

IN unum, eundemque adſpitantes Canonicatum ſitum in Collegiali Eccleſia Sancti Nicolai Oppidi Leuci, Joannes Baptiſta Signorinus, & Baſilius Baldeſius; illum diverſo tempore, varioque impetrationis modo obtinuerunt à Dataria Apoſtolica: Cum primus Gratiam reportaverit de anno 1695. ſub obtentu, quòd vacaret per ſolam Collationem alterius Canonicatus impetrati ab Andtea Villa, ot patuit ex Literis Apoſtolicis datis in *Summ. num.* 4. quarum vigore abſque olla contradictione adeptus etiam fuit Capitulariter illius pacificam poſſeſſionem, ut ex Iuſtrumento exhibito in *dicto Summ. num.* 5.

Secundus verò conſimilem, ſed poſtetiorem Gratiam obtinere cutavit de anno 1697. ſub narrativa, quòd inducta eſſet vacatio per actualem dimiſſionem factam à præſato Aodræa Villa, ut ex Literis Apoſtolicis datis in altero *Summ. numer.* 8. quas cum R. P. D. *Sergardus* Judex Commiſſarius executioni demandaverit per ſuam Senteuriam, prolatam ſavore dicti Baldeſii; Ideò provocante adverſus eam dicto Signorino, commiſſaque mihi Appellationis Cauſa, dubium hodie propoſui *An ſit procedendum ad legitimam executionem*, cui Domini exiſtimarunt eſſe negativè reſpondendum.

Cum enim momentum hujus Cauſæ reſideret in verificatione vacationis controverſi Canonicatus, & de quo tempore fuerit inducta; propterea præmiſsæ in abſtracto fueruut vulgatæ, ac præliminares Juris theo-
1 ricæ, in hac mareria Beneficiali regulatiter per noſtrum Tribunal admiſsæ, quòd ſcilicet quoties Literæ Apoſtolicæ non ſunt in omnibus juſtificatæ, nullam promerentut executionem. *Rot. dec.* 246. *num.* 1. *part.* 14. *& dec.* 331. *num.* 17. *part.* 15. *& deciſ.* 413. *num.* 19. *paet.* 18. *& dec.* 274. *num.* 4. *part.* 19. *rec. alibique*
2 *paſſim*; Quòdque inter duos Proviſos Apoſtolicos, veniat ille præferendus, qni eſt auterior in Data ſuæ Gratiæ, *cap. duob. de reſcript. in 6. cap. eum cui, de præb. in 6. Rot. deciſ.* 223. *num.* 13. *part.* 13. *& in Mediolan. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. *§. Penultimo, coram Me, & dicitur in reg.* 17. *Cancellariæ*. Et demum quòd concurrente altetutrius pacifica poſseſſione capta, ſi quis
poſtmodum in odium poſſeſſoris impetret idem Bene- 3
ficium, gravatur onere rigoroſioris probationis, ut valear obtinere executionem ſuarum Literarum præſeferentium quandam odibilitatem. *Gonz. ad Reg. octavam Cancell. Gloſs.* 15. *num.* 24. *Rot. deciſ.* 46. *num.* 9. *part.* 12. *& dec.* 231. *num.* 4. *part.* 15. *& dec.* 412. *numer.* 15. *part.* 18. *rec.* nedum ex ea ratione, quòd agi-
tur de vindicando Beneficio ex manu viventis, ut ad 4
rem dixit *Rota dec.* 128. *num.* 2. *coram Cerro*; Verùm etiam, quia ſubſequens Gratia, præſupponens eandem vacationem, ſubſtineri nequit, tanquam facta
de Beneficio jam pleno, ex traditis per *Rot. dec.* 997. 5
num. 1. *coram Seraphino*, & magis in puncto *dec.* 116. *num.* 1. *part.* 16. *rec.* ubi concordantes, *& in Neapolitana, ſeu Tranen. Præceptoriæ* 20. *Junii* 1686. *§. Quod autem, cor. Me*.

His igitur præmiſſis, devenientes modò Domini ad applicationem in concreto caſus præſentis, pro comperto habuerunt, nullam in controverſo Canonicatu adſuiſſe vacationem de tempore, quo illum impetravit Baldeſius. Nam admiſſo, prout controverti nequit, quòd Andræas Villa antiquus illius Poſſeſſor fuiſſet præſentatus à Patronis Laicis ad alterum Canonicatum Collegiatæ Eccleſiæ loci Incini, obtenta per ipſum Apoſtolica Gratia ſuper derogatione medietatis vocum, quæ ab Executore deputato debitæ executioni demandata fuit, & per eundem Andræam ca-
pta poſseſſio dicti ſecuodi Canonicatus *Summario Si-* 6
gnorini num. 3. utique concurrente incompatibilitate inter utrumque Canonicatum, primus vacavit ipſo Jure per aſsecutionem ſecundi, *ad Text. expreſſos in capit. de multa*, ubi *Gloſſ. & Fagnan. de præbendis, capit. cum ſingula, eodem titul. in 6. & in Extrav. Execrabilis §. Si verò, eodem titulo*, cum quibus concordat etiam cenſura *Sac. Conc. Trident. capit.* 4. *ſeſſ.* 7. & firmant communiter plures, pleno calamo relati per *Ventrigl. in Praxi annot.* 17. *num.* 5. *&* 2. *lib.* 1. *& annot.* 3. *numer.* 12. *lib.* 2. *Antonell. de Regim. Eccl. lib.* 3. *c.* 3. *§.* 1. *num.* 2. *Rot. cor. Cocc. dec.* 2060. *num.* 1. *&* 10. *cor. Buratt. dec.* 102. *&* 473. *utrobique num.* 1. *dec.* 54. *num.* 16. *& dec.* 154. *num.* 13. *coram Priolo & deciſ.* 120. *num.* 1. *part.* 4. *& dec.* 241. *num.* 5. *p.* 12. *rec.*

Data igitur tali vacatione, rectè potuit de anno
1695. conſerri Signorino, ut expreſsè ſancitum reperitur *in dicto capit. de multa, de præbendis* ibi — *is quoque, ad quem Prioris ſpectat Donatio, illud poſt receptionem alterius liberè conferat, cui meritò videbitur conferendum*, & concordat *Text. in capit. licèt, eodem tit. in* 6. itaut cum eſſet jam conſumpta dicta vacatio, non poterat ampliùs idem Canonicatus impetrari à Balde- 7
ſio ex ſuperiùs firmatis; Et ratio eſt, quia unum, 8
idemque Beneficium, nequit ex facto unius perſonæ pluries vacare, primò nimirum per aſſecutionem alterius Beneficii incompatibilis, & ſecundò per dimiſſionem, niſi novus titulus acquiſitionis ſuperveniat, ut conſiderat *Rot. dec.* 599. *num.* 1. *part.* 4. *diverſ. & coram Cocc. d. dec.* 2060. *num.* 5.

Hinc minimè viſum eſt obſtare, quòd ad hoc, ut controvetſus Canonicatus vacaret per aſſecutionem, ſeu Collationem ſecundi incompatibilis, obtenti ab Andræa Villa, requireretur ejus pacifica poſſeſſio, non ſolùm de facto mediante perceptione fructuum, ſed etiam de Jure, quòd ſcilicet illa eſſet abſque con-
troverſia, & moleſtia, cum decutſu duorum menſium; 9
Secus autem dicendum ſit concurrente lite, qualis in themate præſenti dicebatur interceſſiſſe ſuper dicto ſecundo Canonicatu Andreæ Villa *ad tradita per DD. ſuper capit. ſi ſibi conceſſo, de præb. in 6. Gloſs. in d. cap. de multa, eodem tit. V. poſt receptionem*, & reprobata doctrina *Innoc.* ita tradita *Fagnan. num.* 10. *&* 11. *Ventrigl. d. adnot.* 17. §. 1. *num.* 7. *Garz. de Beneſ. part.* 11. *cap.* 3. *à num.* 100. *cum ſeqq.* Incompatibilitas enim ob-
ſtat quidem retentioni poſt duos menſes à die adeptæ 10
pacificæ poſſeſſionis, non autem aſſecutioni ſecundi Beneficii. *Lotter. de Re Beneſ. lib.* 3. *quæſt.* 23. *num.* 17.

Roſ.

Roſ. de Execut. Liter. Apoſtolicarum cap. 5. num. 195. Rota coram Cerro dec. 359. *num.* 8. & dictum fuit *in Colonien. Canon. primæ Gratiæ* 13. *Februar.* 1696. *§. Minuſque, coram* R. P. D. *meo Muto*.

Quoniam pro omnimoda objecti remotione diſtinguebant DD. quòd aut agitur de præjudicio illius, qui obtinuit ſecundum Beneficium, ſuper quo nunquam habuit pacificam poſſeſſionem, ſed paſſus fuit
11 moleſtias ob litis ſubſtentationem, & in his terminis loquuntur, ſeu intelligi debent Doctrinæ in objecto relatæ, excludentes dictam vacationem, ſeu veriùs illam ſuſpendentes, ea ratione, nè Proviſus abſque ejus culpa utroque Beneficio privatus remaneat. *Card. de Luca de benef. diſc.* 54. *num.* 5. *Rot. cor. Seraph. dec.* 997. *num.* 11. ubi hunc caſum latè examinat, ſed hic non eſt noſter.

Aut agitur de præjudicio Impetrantis primum independenter à Proviſo de ſecundo, prout in themate præ-
12 ſenti, & eſt certum, quòd dicitur exorta vacatio ipſo Jure per ſolam Collationem ſecundi incompatibilis, ex Doctrinis ſuperiùs adductis, quam diſtinctionem tradit *Caſtren. in celebri conſ.* 265. *verſ. ſed agitur, lib.* 2. *Card. de Luca de benef. d. diſc.* 54. *num.* 6. *&* 7. eamque in puncto amplexa fuit *Rot. cor. Coccin. d. deciſ.* 2060. *num.* 13. *& deciſ.* 241. *num.* 12. *& ſeqq. part.* 12. *rec.* ubi quòd lapſus bimeſtris poſt adeptam pacifi-
13 cam poſſeſſionem ſit expectandus, ut poſſit etiam induci vacatio ſecundi per ſpeciem pœnæ non dimittentis primum. *Card. de Luca de benef. diſc.* 59. *num.* 2. *& Carol. Anton. de Luca in Obſerv. ad Ventrigl.* 17. *num.* 5. *& in Colonien. Paſtoratus* 28. *Jun.* 1688. *§. De non Jure, coram Me*.

Qua diſtinctione retenta, cum exceptio non faciendæ dimiſſionis, niſi terminata lite, fuerit tantùm reſervata favore obtinentis ſecundum Beneficium, dubio procul non videtur allegabilis à tertio Impetrante, qualis eſt Baldeſius, cujus Literæ, non ſolum carent debita verificatione ſuper prætenſa vacatione, prout requiritur, & per conſequens non ſunt exequendæ ex ſupra firmatis; præſertim adverſus Signorinum,
14 cui etiam ſufficit vincere per non jus Actoris, ut per *Text. in l. fin. C. de rei vindicat.* firmat individualiter *Ro-*
15 *ta dec.* 231. *num.* 1. *p.* 15. *rec.* ubi quòd hæc regula procedit etiam in Beneficialibus.

Verùm etiam, quia præfatæ Literæ Baldeſii ſalvari nequeunt à vitio ſubreptionis ob non factam mentionem actualis poſſeſſionis captæ ſuper controverſo Canonicatu per Signorinum, & ab eodem ferè per
16 biennium continuatæ, quæ ſanè ſubreptio operatur, ut Gratia Apoſtolica nullius roboris exiſtat *ad Text. in c. ſuper literis*, ubi *Gloſſ. & Scribentes, de reſcript. Rot.*
17 *deciſ.* 399. *num.* 13. *part.* 13. *rec.* Pontifici enim ſemper narrari debet id, quod ſi illi innotuiſſet, vel non conceſſiſſet, vel ſaltem difficiliùs. *Rot. deciſ.* 372. *num.* 6. *part.* 17. *rec.*

Abſque eo quòd prædictis viſum ſit adverſari objectum fundatum in altera Gratia revalidatoria *Perinde valere*, obtenta ab eodem Villa ſuper ſecundo Canonicatu, in qua legitur Decretum de dimittendo primum, & proinde arguebant Defenſores Baldeſii, quòd Signorinus non poterat illum impetrare ante effectivam, ſeu realem dimiſſionem, non factam à Villa niſi de anno 1697. ut ex tranſactione data in *Summ. Baldeſii num.* 6. ſiquidem omiſſo, an Signorinus habue-
18 rit, nec nè, ſcientiam dicti Decreti; Hoc unum eſt certum, quòd illud non impedit vacationem jam à Jure inductam per prius, ſed refertur ad nudam detentionem de facto, ut de conſimili verbo *dimittere* juxta *Gloſſ. in d. Extravag. Execrabilis* dixit in propoſito *Rot. d. deciſ.* 2060. *cor. Coccin. & dec.* 599. *ſub num.* 1. *part.* 4. *diverſ.*

Præterquamquòd animadverſum quoque fuit, quòd cum in priori Gratia impetrata à dicto Villa, & relata in *Summ. Signorini nu.* 1. legeretur expreſſio pri-
19 mi Canonicatus abſque ullo Decreto de dimittendo; Indè ſequitur, quòd ſanatoria *Perinde valere*, ubi illud appoſitum fuit, remanſit ſuperflua, & tanquam citra neceſſitatem, & ad majorem tantùm cauthelam reportata, nemini præjudicat. *Rot. dec.* 148. *num.* 10. *part.* 18. *rec.*

Demum pro coronide additum fuit, quòd quidquid ſit de exiſtentia prætenſæ litis de facto ſuper ſecundo Canonicatu, quem aſſecutus fuit Andræas Villa ex datis in *Summ. Baldeſii à num.* 2. *ad* 6. adhuc ſuper ea non poterat conſtitui aliquod fundamentum pro impedienda prima vacatione inducta à Jure favore Signorini, cum plerumque contingat in ſubjecta materia Beneficiali hujuſmodi lites non carere ſuſpicione colluſionis, & eſſe adinventas ad retardandos Juris effe- 20
ctus; Ideoque illas eſſe parvi faciendas monuit *Caſtren. d. conſ.* 265. *verſus finem*, & dixit noviſſimè *Rot. in Auſculana Beneficii Ven.* 6. *Aprilis* 1699. *§. Poſſiſſimè, confirmata* 8. *Martii* 1700. *coram R. P. D. meo Anſaldo*.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. ANSALDO.

Mindonien. prætenſæ obſervationis Conſtitutionis.

Lunæ 12. *Januarii* 1705.

ARGUMENTUM.

Capitulum non habet facultatem obligandi ad Syndacatum Officiales ab Epiſcopo deputatos.

SUMMARIUM.

1 *Quilibet Appellans, intra annum à die prætenſi gravaminis, procurare debet Commiſſionem reſtaurativam Appellationis, & infra biennium proſequi Cauſam ejuſdem Appellationis.*

2 *Juſtitia, vel injuſtitia antecedentis judicati, ſemper & principaliter attendi debet pro canonizanda, vel excludenda re judicata.*

3 *Quilibet Officialis generaliter rationem reddere tenetur ſuæ adminiſtrationis.*

4 *Extende etiam ad Supremos Magiſtratus.*

5 *Onus redditionis rationis à Principe non remittitur, niſi vel Officiales munus exerceant ſub illius oculis, vel ei placeat derogare adverſativæ Juris diſpoſitioni.*

6 *Officiales tamen à Superiore deputati, non ſunt cogendi ab inferiore ad redditionem rationis*, & numer. 7.

8 *Sede Epiſcopali vacante, Capitulum ſuccedit in locum Epiſcopi in iis, quæ ſunt Juriſdictionis, non tamen Ordinis.*

Non poteſt autem ſe immiſcere in iis, quæ ab Epiſcopo prædefuncto geſta fuere, vel ligare Succeſſorem ſuis ordinationibus, ibidem.

9 *Poſterior ordinatio prioribus eſt præferenda.*

10 *Vicarii, ſeu alii Officiales Epiſcoporum, non tenentur ſtare Syndacatui*, & n. 12. 13. & 14.

11 *Decreta* SS. Congreg. *faciunt Jus quoad omnes, exceptis iis, quæ dependent à facto particulari.*

DECISIO XXVI.

Reverendiſſimi Hiſpaniarum Nuncii Tribunal definiverat, aſſertam à Capitulo Conſtitutionem Synodalem anni 1617. per quam videbatur ſanciri, quòd nonnulli Officiales minimè valerent proprium munus exercere, niſi præſtita cautione de fideliter adminiſtrando provinciam eis demandatam, ac proindè de ſtando juri, & Syndicatui, nequaquam afficere Officialem generalem, alioſve Miniſtros Menſæ, & Curiæ Epiſcopalis: Appellantibus verò Capitularibus è contra litigantibus, Cauſamque eorum appellationis tantummodò proſequentibus poſt fermè conſummatum triennium, contigit ad limites, & reſpectivè viſcera hujus controverſiæ diſceptari adverſus eoſdem Capitulares proſequentes illorum querimoniam, ſive appellationem, utrùm potiùs *conſtaret de re judicata* materialitèr, & palam jam inſurgente ex præfata contumacia, ſive ſilentio ſupra biennium. Quapropter *Domini* nullibi in hoc negotio fluctuantes, facilè, unoque ore reſponderunt, non minùs inſpecta figura, & tela Judicii, quàm etiam palpata juſtitia Judicati præcedentis, *Conſtare de re judicata*.

Ete-

Etenim, ut præmiſimus, jam ſuapte natura per la-
pſum ſupradicti biennii aſſurgebat res judicata, cum
quilibet Appellans obſtringatur intra annum à die præ-
tenſi gravaminis procurare Commiſſionem reſtaurati-
1 vam Appellationis, & infra biennium arctetur proſe-
qui Cauſam ejuſdem Appellationis, ſive præbere in-
dicia commemoratæ proſecutionis, ut commixtim tra-
dunt *Decian. conſ.* 436. *num.* 1. *Marant. in Specul. part.* 6.
art. 2. *num.* 231. *Scacc. de Appell. quæſt.* 15. *art.* 8. *n.* 119.
Ojaſcb. dec. 28. *num.* 4. *& ſeqq.* Rot. *dec.* 457. *num.* 1. *cor.*
Seraph. dec. 33. *num.* 4. *coram Caval. dec.* 812. *num.* 1. *cor.*
Dunoz. *Sen. dec.* 154. *num.* 2. *cor. Royas, dec.* 586. *num.* 2.
coram Emerin *Jun. & in rec. dec.* 69. *num.* 2. *part.* 6. *dec.*
226. *num.* 2. *& dec.* 546. *num.* 1. *part.* 19.

Aſt præter materialitatem ordinis, & telæ judicia-
siæ, fulgentiùs emicabat juſtitia, & reſpectivè ex-
cludebatur injuſtitia antecedentis, ut pariformiter di-
2 ximus, Judicati, quod ſanè ſemper, & principaliter
attenditur in canonizanda, vel excludenda re judica-
ta, ex ſolo lapſu temporis derivante, ad noviſſimum
Tent. in l. 4. *§. Condemnatum ff. de Re Judicat. Veſtr. in
Prax. lib.* 7. *capit. fin. Coſſador. deciſ.* 4. *in fin. de appel-
lat. Albit. de Inconſtant. in Judic. quæſt.* 37. *num.* 315. *&
ſeq.* Rot. *deciſ.* 373. *num.* 7. *coram Dunoz. Jun. dec.* 156.
num. 3. *part.* 2. *rec. in Annimana Juriſpatronatus* 27. *Ju-
nii* 1701. *§. Rationem, cum ſequent. in Melevitana Be-
neficii* 19. *Junii* 1702. *§. Quin in ratione, & in Leo-
dien. Exemptionis* 2. *Julii* 1703. *§. Adhuc in omnibus,
coram Me.*

Licèt enim petitio Capitularium abſtractivè appare-
ret fundata ſuper generica obligatione, quòd quilibet
Officialis teneatur reddere rationem villicationis ſuæ,
3 juxta celebrem determinationem *Innocentii III.* ſtabi-
litam in generali *Concilio Lateranenſi* uſque ad exem-
plum Sanctiſſimi Noſtri Salvatoris, qui apud *Sanctum
Evangeliſtam Joannem* ſe quodammodo ſubiicere voluit
accuſantibus, per illa verba -- *Quis ex vobis arguet me
de peccato?* & apud D. *Lucam* de cæteris loquendo -- *red-
de rationem villicationis tuæ* -- quemadmodum uberiùs
legitur *in cap. qualiter, & quando, il ſecondo de accuſa-
tion.* & cui ſanè Divino præſcripto concordavere leges
prophanæ *Zenonis Imperatoris in l. prima Cod. ut omnes
Jud.* ex his, quæ per hæc, & ſimilia Jura, & exem-
pla adnotavere *Raudenſ. conſ.* 49. *numer.* 1. *& ſeqq. Pi-
gnatell. Conſult. Canon. tom.* 9. *conſult.* 76. *ſub numer.* 1.
Dulcet. de Syndicat. quæſt. 1. *Bobadill. in Polit. lib.* 1. *ca-
pit.* 1. *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 4. *capit.* 8. *numer.* 1.
& 2. *Berart. de Viſitat. Magiſtrat. capit.* 1. *numer.* 7. *Ma-
ſtrill. de Magiſtrat. lib.* 8. *cap.* 1. *à num.* 2. *ad ſeqq. Borell.
De Magiſtrat. Edict. lib.* 1. *capit.* 15. *numer.* 1. *Capiblanc.
de Baron. & cor. Offic. pragmat.* 5. *numer.* 180. *De An-
gel. de Official. Baron. capit.* 37. *numer.* 2. *Caſa de Viſitat.
Magiſtrat. diſſert.* 17. *num.* 6. *& ſeqq.* ubi etiam de Su-
4 premis Magiſtratibus. *Zaul. Obſervat. ad Statut. Fa-
ven. lib.* 1. *rub.* 9. *à num.* 1. ubi latè de neceſſitate Syn-
dicatus.

Adeout ſubextenderint DD. ut neque hoc per Prin-
cipem diſpenſari valeat, etſi remittere volente hujuſ-
modi ſubjectionem Syndicatui, & redditioni rationis,
5 niſi vel Officiales exerceant eorum Officium ſub ocu-
lis Principis, ut in Urbe animadvertit *Scac. de Appellat.
quæſt.* 19. *remed.* 4. *num.* 8. vel eidem Principi placeat
adverſanti diſpoſitionis Juris derogare, & diſpenſare,
ut proſequuntur *Bart. conſ.* 572. *num.* 5. *lib.* 1. *Muta ſu-
per cap. Regn. Sicil. tom.* 3. *cap.* 7. *num.* 118. *Ludov. Ro-
dulph. de Abſolut. Princ. Poteſt. c.* 6. *num.* 69. *concl.* 7. *Fra-
goſ. de Regim. Reſp. part.* 1. *lib.* 7. *diſp.* 23. *num.* 6. *&* 7.
de Angel. de Official. Baron. cap. 37. *num.* 1. *Cobell. ad Bull.
Bon. Regimin. c.* 19. *num.* 40. *in fin. Zaul. Obſerv. ad Statut.
Faven. lib.* 1. *rubr.* 9. *num.* 5.

Nihilominùs Domini ſapienter ponderarunt, hanc
theſim non congruere hodiernis facti circumſtantiis,
videlicèt quando Capitulares prætendunt imponere ju-
6 gum hujus ſervitutis Officialibus, habentibus dependen-
tiam ab eorum Superiore: Nam ſi *par in parem non ha-
bet imperium*, ut inquit *Cott. in Memorial. V. Par. fol. mi-
hi* 657. quid dicendum, ubi inferior, ſive inferiores,
quales ſunt Capitulares reſpectu Epiſcopi, ſatagunt
animadvertere contra Superiorem, ſive habentem ſu-
7 perintendentiam à Superiore? obſiſtente regula, de
qua *in capit. inferior. diſtinct.* 21. *Federic. de Senis conſ.*
12. *numer.* 2. *verſ. item videtur. Surd. conſ.* 558. *numer.* 3.
cum ſeqq. Oldrad. conſ. 259. *numer.* 6. *verſ. tamen ad Jura.
Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. capit.* 2. *gloſ.* 1. *numer.* 20.
Fermoſin. de Capit. Sed. Vacant. quæſt. 11. *numer.* 21.
& 30. *Cavalcan. deciſ.* 11. *numer.* 49. *part.* 1. cum
aliis *in Carpentoraten. Parochialis de Marzan,* 13. *Fe-
bruarii* 1699. *§. fin. coram Me, inter hactenus impreſſas
deciſ.* 72.

Quòd ſi Capitulum viduata Sede Epiſcopali quodam-
modo in illius locum ſuccedit; in iis tamen, quæ ſunt
Juriſdictionis, & non Ordinis, ad tradita per DD. *in* 8
*cap. illa, nè Sede Vacant. Abbas in capit. cum olim, de ma-
jorit. & obed. Felline. Quæſt. Moræ tom.* 3. *tract.* 41. *cap.*
2. *num.* 4. cum aliis apud *Barboſ. de Canon. & Dignit. ca-
pit.* 42. *num.* 61. *&* 113. hoc tamen locum ſibi vindicat
durante illo ſpatio Sedis viduatæ, non tamen ſeſe po-
teſt commiſcere in iis, quæ geſta fuerunt ab Epiſcopo
prædefuncto, cujus non eſt Aſſertor, neque Vindica-
tor, neque ab Epiſcopo futuro, quem ligare non po-
teſt ſuis legibus, & ordinationibus, ut habemus in Sa-
croſancto Conſeſſu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardina-
lium, Summum Pontificem eligentium, & in Capitu-
lationibus caſſatis, & abolitis per *ſan. mem.* Pontifi-
cem Innocentium XII. ut in ejus *Conſtit. inter impreſſas
in ordine* 51.

Quapropter minimè refragabatur ab initio laudata
Conſtitutio Synodalis anni 1617. non minùs ex quo la-
borabat defectu Pontificiæ confirmationis, quæ pote-
rat abſcedere à Jure; Verùm etiam quia in ſuis termi-
nis non oſtendebatur uſu recepta ſecundum Teſtes ex-
traditos ex parte Reverendiſſimi Epiſcopi, & ulteriùs
evincebatur abrogata (forſan agnito pravo intellectu,
vel abuſu) per alteram conſimilem Conſtitutionem an-
ni 1679. quæ ſanè poſterior ordinario etiam quatenus,
opus fuiſſet, erat præferenda vulgatis Juribus, de qui- 9
bus *Succin. Sen. conſ.* 145. *ſub num.* 5. *lib.* 1. *Surd. conſ.*
202. *num.* 1. *Thomaſ. reg.* 230. Rot. *deciſ.* 2060. *num.* 17.
coram Coccin. dec. 424. *num.* 14. *coram Dunoz. Jun. deciſ.*
222. *num.* 3. *coram Celſ. dec.* 11. *num.* 12. *coram Bich. dec.*
61. *num.* 8. *coram Ninot. & in rec. dec.* 531. *num.* 10. *part.*
18. *& dec.* 304. *num.* 12. *part.* 19.

Adſtipulabantur pro tutiori cotonide oracula San-
ctæ Sedis Apoſtolicæ promulgata occaſione aliarum Ec-
cleſiarum, & ſignanter declaratio *ſan. mem. Gregorii
XIII.* ſub anno 1578. cujus verba recenſet *Auguſt. Bar-* 10
boſ. de Off. & Poteſtat. Epiſc. part. 3. *allegat.* 54. *num.* 185.
Ulteriùs animadvertens, contrarium ſenſum, ſi qui
irrepſerat in Hiſpaniis, non eſſe attendendum; Licèt
namque hæc declaratio, ſeu Conſtitutio, emanaverit
pro Eccleſia Tarentina Italicæ Provinciæ, veluti ta-
men innixa eidem genericæ rationi, & fundamento,
facit jus quoad omnes Eccleſias, ut in durioribus ter- 11
minis ſimplicis declarationis Sacrarum Congregatio-
num, circa ea, quæ non dependent à facto particula-
ri, perpenderunt *Barboſ. de Jur. Eccleſ. in univerſ. lib.* 1.
cap. 4. *num.* 81. *Marchett. de Sepult. §.* 6. *num.* 13. *Adden.
ad Buratt. dec.* 479. *num.* 21. & in terminis hujuſce Con- 12
ſtitutionis *ſan. mem. Gregorii XIII.* tradiderunt *Quarant.
in Summ. Bullar. V. Capitulum Sede Vacant. quæſt.* 10. *num.*
14. *Fermoſin. eodem tract. quæſt.* 11. *num.* 8 *Gavant. in Ma-
nual. V. Vicarius Generalis, numer.* 33. *Nicol. in Floſcul. V.
Vicarius, numer* 53. *&* 54. *Gennen. in Prax. Cur. Archiep.
Neapol. c.* 58. *Pax Jord. Lucubr. Eccleſ. tom.* 2. *lib.* 12. *tit.*
1. *num.* 286. *Conciol. Reſol. Crimin. V. Syndicatus, reſol.* 3.
num. 3. *Card. de Luca de Judic. diſc.* 5. *num.* 11. & in ad-
notatione ad *Conc. diſc.* 31. *num.* 21.

Addebantur, quantumvis ad exuberantiam, in idem
Decreta prædictarum *Sacrarum Congregationum*, nem-
pè Epiſcoporum, & Regularium, & Sanctæ R. Ec-
cleſiæ Cardinalium Interpretum *Sacri Concilii Triden-
tini*, quæ hoc ipſum in conſimili controverſia *in una* 13
Tarentina ſub anno 1601. *& in Carthagin. de anno* 1622.
declaravere, fortaſſe etiam quia aliàs ſegniores redde-
rentur Officiales Epiſcopi viventis, ſi pertimeſcerent,
quod ea, quæ geſſerunt ſub oculis ejuſdem Epiſcopi vi-
ventis, valerent poſtea ſubjectari Syndicatui inferio-
rum, quandoque percuſſorum, quod maximè in omni 14
Regimine Eccleſiaſtico, vel Laico, cavendum eſt ad
propulſandas querimonias, & poſſibiles calumnias in-
juſtè reclamantium, & nè refrigeretur vigilantia, &
correctio Superiorum, teſte *Gennen. in Prax. Cur. Archie-
piſcop.*

piſcop. cap. 73. in adnot. num. 2. 3. & 4. Pax Jord. Elucubr. Diverſ. lib. 52. tit. 2. ſub num. 44. Fermoſin. de Cap. Sede Vacant. cap. 51. num. 21.

Atque ita reſolutum fuit Epiſcopo benè, ac ſolùm informante &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Moguntioa Canonicatus.

Lunæ 1. Julii 1697.

ARGUMENTUM.

Retineos duo Beneficia incompatibilia, quorum utrumque requirar perſonalem reſidentiam, abſque diſpenſatione Apoſtolica; per non dimiſſionem primi, intra bimeſtre à die adeptæ poſſeſſionis ſecundi, utrumque amittit; non obſtante generali contraria conſuetudine, vel particulari alicujus Eccleſiæ Statuto, vel illius devaſtatione.

SUMMARIUM.

1 *Non poſſunt obtineri duo Canonicatus, quorum uterque perſonalem, ac præciſam reſidentiam requirit.*

2 *Et ſi prior non dimittatur intra bimeſtre à die adeptæ poſſeſſionis ſecundi, inducitur ipſo Jure utriuſque vacatio.*

3 *Excluditur incompatibilitas ex generali Germaniæ conſuetudine retinendi plures Canonicatus, & Præbendas in diverſis Cathedralibus, & Collegiatis. Contrarium* num. 6. & 7.

4 *Item ex particulari Statuto alicuius Eccleſiæ, requirente ſolummodo reſidentiam cauſativam, non autem præviam, & perſonalem, incompatibilitatis inductivam. Cont arium* num. 8. 9. & 10.

5 *Sicuti pariter ob deſtructionem Cathedralis, vel Collegiatæ, per hoſtium irruptiones, unde reſidentia perſonalis redacta fuerit ad ſtatum impoſſibilis implementi. Limita* num. 12.

11 *Accedente propria confeſſione retinentis plura Beneficia incompatibilia, excluditur ea bona fides, per quam pœnalis privatio, à Jure inducta, potuiſſet declinari.*

13 *Canonicatus non remanet exemptus ab onere reſidentiæ ob modicitatem fructuum.*

14 *Ita ex eadem cauſa non tollitur illius incompatibilitas cum altero.*

15 *Lis ſuper ſecundo Beneficio incompatibili, habita poſt jam inductam vacationem, non eſt attendenda.*

16 *Vacatio Beneficii inducitur en non facta mentione Beneficiorum jam obtentorum.*

DECISIO XXVII.

REſponſum fuit, procedendum eſſe ad legitimam executionem Literarum Apoſtolicarum Nicolai, quia iterum juſtificatus videbatur modus Vacationis in eis expreſſus, ſuper quo unicè reſidet Articulus controverſiæ, quòd nimirum Joannes Petrus, nulla intercedente Apoſtolica diſpenſatione, retineret duo incompatibilia, Canonicatum nempè cum Decanatu in Collegiata Eccleſia S. Andreæ Wormatien. & alterum Ca-
1 nonicatum Collegiatæ Eccleſiæ S. Bartholomæi Francoſurti ad Mœnum, quorum uterque cum perſonalem, & præciſam requireret reſidentiam, juxta apertam ſanctionem *Sacr. Concilii Trid. in c. 12. ſeſſ. 24. de Reform.* & ibidem relatis concordantibus obſervat *Barboſ. in Adnotation. num. 53. & ſeqq.* per non dimiſſionem primi intra Bimeſtre à die adeptæ poſſeſſionis ſecundi, indu-
2 cta fuit ipſo Jure utriuſque Vacatio, tam ex antiquiori Juris determinatione *in c. de multa, de Præbendis, & in Extravaganti Execrabilis §. Si verò deinceps, eodem Titulo*, quàm ex noviſſima *Sacr. Concilii Tridentini in cap. 5. ſeſſ. 7. & c. 17. ſeſſ. 24. de reform.* plenè *Fagnan. inc. referente, ſub num. 8. & in d. c. de multa num. 8. & 25. de Præbendis. Rot. in Colonien. Paſtoratus 13. Januarii 1687. §. Aut allegatur, & 28. Junii 1688. §. De non Jure, cor. R. P. D. meo Molines*, & cæteris adductis probat *deciſio Cauſæ, edita in ſuperiori Inſtantia 6. Aprilis anni præteriti §. Qualitates autem, coram Reverendiſſimo D. meo Decano.*

Neque incompatibilitas prædictorum Canonicatuum, à Jure Conciliari inducta, excludi, iterum viſa eſt, vel in univerſum, ex generali contraria conſuetudine Germaniæ retinendi plures Canonicatus, & Præben-
das reſidentiales in diverſis Cathedralibus, & Colle- 3
giatis, de qua *Amayden. de Stylo Datariæ lib. 5. c. 17. ſub numer. 26. & 29. Layman. Oper. Moral. lib. 4. tr. 2. c. 6. num. 2. & c. 8. ſub num. 6. in fin. Enric. Pcyrin. in Compend. Jur. Canon. lib. 3. tit. 4. §. 3. & lib. 3. tit. 5. §. 5. ſeſſ. 5. in fin. Claud. Puritan. de Reddit. Eccleſ. quæſt. 3. verſ. quare, & quæſt. 6. per tot.* vel ex particulari Sta-
tuto Eccleſiæ S. Andreæ Wormariæ, per quod dice- 4
batur requiſita ſolummodo reſidenria cauſativa, non autem præciſa, & perſonalis, incompatibilitatis inductiva. *Gonz. ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 15. num. 20. & ſeqq. Pax Jord. Elucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 28. numer. 16. & ſeqq. Rot. deciſ. 483. num. 1. & ſeq. part. 5. diverſ. & deciſ. 13. num. 3. & ſeqq. cor. Bichio*, vel demum quia deſtructa per bellicas irruptiones hac Collegiata Eccleſia, reſidentia perſonalis redacta ſuerit ad
ſtatum impoſſibilis implementi, ita ut illius Canoni- 5
catus babitu duntaxat, non autem actu reſidentiales, deſierint eſſe incompatibiles cum alrero verè Reſidentiali. *Barboſ. de Off. Parochi part. 1. c. 1. num. 50. & 5. Rot. cor. Bichio deciſ. 198. num. 50. & in rec. deciſ. 341. num. 3. & 4. p. 15.*

Quandoquidem contra prædictam generalem conſuetudinem Germaniæ duplex occurrit reſponſio; Altera, quòd illa minimè probatur cum ſuis requiſitis le-
gitimè præſcripta ex Auctoritatibus in contrarium lan- 6
datis: tum quia excepto *Amayden.* qui etiam fatetur loqui contra ſenſum *Rotæ in deciſ. 600. coram Manzaned.* quam refert per extenſum, cæteri non excludunt, quin requirarur Apoſtolica diſpenſatio, quam paſſim concedi in Germania obſervat *Kocbier. ad Regul. Cancell. 51. de diſpenſ. n. 5. & 6.* ex rationibus, quas affert *Cardin. Pallavicinus in Hiſtoria ad Concil. Trid. lib. 24. c. 12. num. 17. circa fin. Fagnan. in c. dudum, num. 29. de elect.* Tum quia contrarium apertè convincunt tot Reſolutiones noſtri Tribunalis, quod nunquam retentionem pluriam Canonicatuum in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis Germaniæ, tam ſub eodem, quàm ſub diverſo tecto admiſit, niſi Apoſtolica præceſſerit diſpenſatio, & utramque tam Juris communis, quàm *Sacr. Concilii Tridentini*, diſpoſitionem ſervari in illis partibus præſuppoſuit, ut præter Deciſiones allegatas in *præterita Deciſione §. Et quidem*, patet ex noviſſimè firmatis *in dicta Colonien. Paſtoratus 13. Junii 1687. & 28. Junii 1688. coram R. P. D. meo Molines, & in Colonien. Canonicatus 19. Junii 1693. §. Nec Bernardus, coram Eodem*; Et ex his proma-
nat altera reſponſio, quòd videlicet conſuetudo præ- 7
dicta etiam probata non relevaret, & ſumma quidem ratione, cum illam prorſus inficiat *Concilium in dicto capit. 12. ſeſſ. 24.* itaut nec attendi immemorabilem ex mente *Sacr. Congregationis Concilii*, præter allegatos in *præcitata Deciſione §. Nec ad evitandam*, firmat *Fagnan. in capit. cum omnes, num. 31. & ſeqq. de Conſtit.* quem refert, & ſequitur *modernus Pignattell. Conſult. Canon. 144. num. 9. & 10. & conſult. 115. numer. 11. tom. 9.*

Non item officit particulare Statutum Eccleſiæ S.
Andreæ; Tum quia ex eo, quòd prohibeat Canoni- 8
cis non reſidentibus medietatis fructuum perceptionem, cum non loquatur per verba taxativa, non exindè ſublata videtur Juris diſpoſitio, pœnam privationis ſuperinducens; Quidquid ſecus eſſet, ſi verſaremur in ſimplicibus Capellanis, ſub Conciliari ſanctione non venientibus, quæ ſecluſa peculiari lege fundationis, ex univerſali conſuetudine Reſidentiam non requiruot, & de bis loquuntur *Authoritates in objecto allegatæ*, & dictum fuit *in Valentina Beneficii ſuper Gratia ſubrogationis 17. Februarii anni præteriti §. Nec obſtat, coram*
Me; Tum etiam quia cum diſpoſitio Conciliaris, in- 9
ducens præciſam, & perſonalem reſidentiam in Canonicatibus Collegiatarum, deroget, ut præfertur, cuicunque Statuto, vel conſuetudini in contrarium, conſequens ſit, ut præciſa lege in limitatione fundationis adjecta, quam unicè eſſe attendendam advertit

Card.

Carlin. de Luc. in Adnot. ad Concil. diſc. 4. ſub num. 12. illud minimè attendi debeat, niſi oſtendatur fuiſſe A-
10 poſtolica auctoritate in ſpecifica forma, & ex certa ſcientia confirmatum. *Fagnan. in capit. licèt, num. 62. de Præbend.*

Potiſſimum verò quia contra aſſertam diſpoſitionem Statutariam ſtat propria ejuſdem Joannis Petri confeſſio, qui monitus à Capitularibus Eccleſiæ Collegiatæ S. Bartholomæi, ut vel dimitteret primò dictum Canonicatum, vel deſuper Apoſtolicam impetraret diſpenſationem, hanc ſe impetraturum ſpopondit; Fa-
11 ctum enim hoc, nedum adverſatur utrique, & generali, & particulari conſuetudini incontrarium, verùm præterea excludit eam bonam fidem, per quam pœnalem privationem à Jure inductam declinare potuiſſet, ut benè proſequitur *præterita deciſio Reverendiſſimi Decani §. Demum.*

Devaſtatio denique prædictæ Collegiatæ, ex qua inferebatur reſidentiam evaſiſſe habitualem, non re-
12 levat, dum adhuc effulget ſpes illius probabilis reparationis, ad latè deducta per *Fagnan. in d. c. de mulcta, num.* 44.

Præterea fruſtra repetebat Joannes Petrus pro evitanda vacatione, in Literis Nicolai expreſſa, quòd non probetur ipſum poſſediſſe utrumque Canonicatum cum actuali fructuum perceptione, quinimmò id apertè excludatur, ex quo paucos, quos ex priori percepit, in Eccleſiæ Beneficium erogaverit; Poſſeſſio verò ſecundi interverſa fuerit per litem cum Capitulo habitam: Quoniam perceptio fructuum primi probata remanet ex hoc ipſo, quòd illos in pios uſus impendit, & ex eorum modicitate, quemadmodum Canoni-
13 catus ab adnexo onere Reſidentiæ non evaſit exemptus, ut relatis Reſolutionibus *Sacr. Congregationis Concilii* obſervat *Pignatel. conſult. Canon. 115. numer. 8.*
14 *& ſeqq. tom. 9.* ita nec tollitur illius incompatibilitatis cum altero. *Fagnan. in c. ſuper inordinata, num. 8. de Præbend.* Lis autem ſuper ſecundo non probatur ex in-
15 formibus documentis, & probata non relevaret, utì percutiens ſuſpenſionem fructuum, poſtquam jam præcedenter fuerat inducta vacatio, ut etiam obſervat *prædicta Deciſio Reverendiſſimi Decani §. Minuſque relevabat.*

Et ita, abſque eo quòd opus fuerit deſumere Vacationem, reſultantem, ex quo Joannes Petrus in no-
16 va Proviſione controverſi Canonicatus S. Bartholomæi mentionem non fecerit, tam prædicti Canonicatus S. Andreæ, quàm alterius ab ipſo pariter obtenti in Collegiata S. Leonardi, per *Text. in c. ſi motu proprio, & c. non poteſt, de præben. in 6. Rota in Valentina Vicariæ 7. Junii 1694. cor. Reverendiſſ. D. meo Decano,* reſolutum fuit utraque parte audita.

R. P. D. URSINO.

Novarien. Aggregationis.

Ven. 20. Junii 1681.

ARGUMENTUM.

Canonicis aggregatis, exiſtentibus in quaſi poſſeſſione peragendi aliqua negotia Capitularia una cum Canonicis antiquis, concedenda eſt manutentio quoad omnia dependentia à titulo, & jure univerſali Aggregationis; cum diſtinctione tamen, quòd admitti debeant ad actus, reſpicientes ipſum Corpus Capituli, non autem particulares perſonas Canonicorum; & alia plura ad materiam manutentionis.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio danda eſt ei, qui poſſidet.*
2 *Canonici aggregati faciunt cum antiquis unum Corpus Capituli, Eccleſiam repræſentans*, & nu. 18.
3 *Quando cauſa eſt univerſalis, poſſeſſio, quoad unum particularem actum acquiſita, ſuffragatur etiam quoad omnes*, & num. 14.
4 *In iis, quæ ſunt communia pluribus, non uti ſingulis, ſed uti univerſis, ubi agitur de rebus neceſſariis, ſat eſt conſenſus majoris partis.*
5 *Non dicitur interverſa poſſeſſio, ſtante prohibitione, niſi etiam probetur acquieſcentia.*
6 *Poſſeſſione per actus præcedentes perfectè quæſita, non attenduntur actus poſteriores, tanquam turbativi, & clandeſtini*, & num. 12.
7 *Poſſeſſio reſultans ex actibus proximis tempori motæ litis, & conformibus Juris aſſiſtentiæ, ſemper eſt præferenda.*
8 *In Summariſſimo retinendæ remedio ſola detentatio, & nudum factum inſpicitur.*

Eadem coram Eodem.

Ven. 12. Junii 1682.

9 *Ex unico etiam actu acquiritur poſſeſſio.*
10 *Manutentio non datur, niſi præcedenter juſtificetur poſſeſſio.*
11 *Denegatur autem ei, qui à poſſeſſione ex propria voluntate, & facto cecidit.*
13 *Proteſtationes præſervant poſſeſſionem jam acquiſitam.*
15 *Particularis expreſſio alicujus rei firmat regulam contrariam in reliquis non expreſſis.*
16 *Genus præcedens per ſubſequentem ſpecierum enumerantem limitari non ſolet.*
17 *Dictio* accìò *cauſam deſignat.*
19 *Optio introducta in Præbendis erectis non extenditur ad noviter auctas, quæ ſunt diſtinctæ, ac diverſæ naturæ.*
20 *Neque datur in iis, quæ ſunt de Jurepatronatus laicali.*
21 *Ob productionem tituli in Judicio manutentionis, non admittuntur exceptiones reſpicientes ipſius validitatem, niſi ſint claræ, & indubitatæ.*

Eadem coram Eodem.

Ven. 31. Julii 1682. in Relationibus Cauſarum.

22 *Qui ſentit commodum, ſentire debet & incommodum.*
23 *Canonici novi tenentur ad onera Capituli, quando onus ipſum, & commodum reſpicit Corpus Capituli.*
24 *Actus facultativi non ſunt manutenibiles.*

DECISIO XXVIII.

ANtonius Langus Canonicus Inſignis Collegiatæ S. Gaudentii Novariæ, in ultimo ſub quo deceſſit elogio, ſibi ſcripſit hæredem præſcriptam Eccleſiam, ea addita conditione & lege, ut ex fructibus, & redditibus univerſæ ſuæ hæreditatis cumulato ſufficienti multiplico, decem erigerentur Canonicatus, totidemque Præbendæ, qui ad majus Divini Cultus augumentum uniri, & aggregari deberent Capitulo Canonicorum tunc exiſtentium in eadem Eccleſia, reſervato perpetuo Jurepatronatu ad ſavorem propriæ Familiæ Langæ pro quatuor Canonicatibus, ad ſavorem Conſilii Generalis Novarien. pro totidem aliis, & demum pro reliquis duobus favore Capituli ejuſdem Eccleſiæ Collegiatæ, utì latiùs apparet ex Teſtamento dato *Summ. Act. num. 1.*

Cum autem poſt elapſum ſexennium ab obitu Teſtatoris compertum fuerit, quòd ex prædictis Bonis hæreditatis Antonii, detractis oneribus, & neceſſariis expenſis, tot redditus non ſupererant, qui cumulari, & multiplicari valerent, niſi poſt longum, & diuturnum temporis ſpatium pro ſufficienti quantitate neceſſaria ad erectionem omnium decem Canonicatuum, fuit proindè ab Executoribus Teſtamentariis impetratum de anno 1672. Breve Apoſtolicum, cujus vigore, prævia reductione numeri à Teſtatore præfixi, authoritate Apoſtolica erecti fuerunt quinque dumtaxat Canonicatus cum explicita reſervatione Juriſpatronatus pro Familia Langa ſuper duobus, pro Civitate Novariæ ſuper aliis duobus, & pro Capitulo Collegiatæ ſuper remanenti.

Secuta verò hujuſmodi erectione cum pleno conſenſu Capituli, Vicarius Generalis Curiæ Epiſcopalis Novarien. utì Sedis Apoſtolicæ Delegatus, ad formam Teſtamentariæ diſpoſitionis quinque Canonicatus novi-

noviter erectos univit, atque aggregavit Capitulo, & Canonicis antiquis prædictæ Collegiatæ S. Gaudentii Itaut, cum ipſis habeant ſtallum in Choro, vocem, & votum in Capitulo in quocunque caſu, gaudeantque iiſdem privilegiis & prærogativis, aliis Canonicis conceſſis, ut ſunt verba præciſa decreti relati in *Summ. prædicto num.* 1.

Orta deindè nonnullis ab hinc annis controverſia inter Canonicos antiquos, & aggregatos, ſuper Jure, & quaſi poſſeſſione exercendi actus Capitulares, & Judicio coram Vicario Generali Novariæ introducto, fuit ab iſto conceſſum Canonicis novis mandatum de manutenendo ſuper quaſi poſſeſſione votandi, cooptandi Canonicos Coadjutores, negotia Capitulariter proponendi, aliaque faciendi, & poſtmodum ab eodem fuit per diffinitivam Sententiam declaratum, moderationem novæ Aggregationis, ſive erectionis, à Canonicis antiquis prætenſam, faciendam non eſſe, & Canonicos Hæreditatis Langhæ ab impetitis fore abſolvendos. Cauſa poſt hæc ad Rotam devoluta, & diſputato hodie coram Me dubio — An novis Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Gaudentii Novariæ ſit dandum mandatum de manutenendo in poſſeſſione exercendi Actus Capitulares, & alia negotia Eccleſiæ Collegiatæ, inſimul cum Canonicis antiquis peragendi, favorabilis pro novis Canonicis prodiit reſolutio.

Cum enim ipſi concludenter docuerint de quaſi poſſeſſione votandi in actibus Capitularibus, intereſſendi, aliaque Eccleſiæ Collegiatæ negotia peragendi una cum Canonicis antiquis & Capitulo, tam ex Inſtrumentis publicis, in quibus plures continentur Capitulares, datis in *Summ. num.* 2. 3. *&* 4. quàm ex mandato de manutenendo in Partibus obtento, & ſucceſſivè illorum quaſi poſſeſſione in executione illius continuata, omnis Juris ratio poſtulat, ut in ea ſint manutenendi, ea celebri Interdicto Prætoris, vetante vim
a fieri ei, qui poſſidet, de quo *in l. unic. C. uti poſſidetis ita*
poſſid. ff. de acquir. poſſ. & §. *Retinendæ Inſt. tit. de Interdict.*

Concurrente præſertim pro hujuſmodi quaſi poſſeſſione apertiſſima Juris aſſiſtentia, quæ reſultare videbatur ex erectione quinque Canonicatuum, authoritate Apoſtolica facta, nec non ex ſucceſſiva illorum aggregatione; ſive illorum unione ad Capitulum Canonicorum antiquorum cum pleno jure Canonicali, Stalli in Choro, ac vocis in Capitulo, qua attenta, novi Canonici effecti dicuntur de Corpore Capituli, omniaque Jura Capitularia tam in Choro, quàm in Congregationibus, conſecuti fuerunt, & conſequenter fundatam habent intentionem in Jure generaliter quoad omnes actus, & functiones Canonicales, ſicque quoad quaſi poſſeſſionem eadem Jura communicata exercendi, tanquam fructus Aggregationis ſecutæ, qua mediante u-
2 num conſtituere dicuntur Corpus Capituli Eccleſiam
repræſentans, ad *Text. in cap. final.* §. *De illis de conceſſ. Præben. in* 6. *Fagnan. in cap. dilectus il* 1. *n.* 19. *&* 26. *de Præbend. Barboſ. de Canon. & Dignit. cap.* 3. *num.* 15. *Poſth. de Manut. obſerv.* 40. *n.* 20. latè *Tondut. Quaeſt. & Reſol. Benef. tom.* 1. *c.* 111. *n.* 1. *cum plur. ſeq. & Rota dec.* 193. *n.* 2. *& ſeqq. coram Buratt. & in Bononien. Aggregationis* 31. *Junii* 1646. §. *Iſta verba, cor. Eminentiſs. Cerro.*

Quibus ita poſitis, obſervarunt DD. petitam manutentionem reſtringendam non eſſe ad actus particulares, à Canonicis novis exercitatos, de quibus docetur in *cor. Sum. n.* 2. 3. *&* 4. ſed etiam ad omnes alios actus, ſub eodem genere contentos, & ab eodem titulo univerſali Aggregationis provenientes, non obſtante vulgata Juris concluſione, quòd manutentio tradi non poſſit niſi ad ſtatum, & limites poſſeſſionis, in qua quis reperitur, nec poſſeſſio unius actus extendi debeat ad alium. Etenim quando cauſa utentis eſt univerſalis, prout hic, certum eſt etiam in Jure, quòd per unicum actum particularem acquiritur, & conſer-
3 vatur quaſi poſſeſſio univerſalis, & optima quidem ſua-
dente ratione, quia in poſſeſſoriis attenditur magis cauſa univerſalis actus, quàm ipſius actus exercitium, juxta doctrinam *Bald. in l.* 1. *num.* 24. *verſ. in dic. C. de emanc. liber.* quam paſſim ſequuntur DD. & ſignanter in terminis noſtris *Poſth. de Manut. obſerv.* 73. *n.* 135. *& ſeqq.* latè *Tondut. d. Reſol. Benef. tom.* 1. *c.* 111. *nu.* 14. *Beltramin. ad Gregor. dec.* 351. *n.* 6. *Rot. dec.* 139. *n.* 12. *part.* 2. *diverſ. & dec.* 558. *nu.* 4. *apud Poſth. de Manut. & dec.* 39. *n.* 10. *part.* 3. *rec.*

Nec exindè quòd in primo actu Capitulari ſimultaneè geſto à Novis Canonicis, & Antiquis de anno 1673. adjectum legitur verbum *noluerunt*, in Inſtrumenti margine contrapoſitum nominibus aliquorum veterum Canonicorum, inferri modò poteſt, quòd Canonici Aggregati interfuerunt cum diſſenſu Antiquorum, quòdque poſſeſſio, per dictum actum quæſita, non fuerit pacifica, & conſequenter nec manutenibilis. Quoniam cum ex eodem Inſtrumento pariter appareat, Canonicos Novos nedum interveniſſe in dicta Congregatione Capitulari una cum aliis, ſed ulterius in ea fuiſſe communi nomine totius Capituli deputatum unum ex illis Adminiſtratorem, ſeu Officialem cujuſdam Hæreditatis, ipſi Capitulo obventæ, ceſſat argumentum deſumptum ex diſſenſu Canonicorum, maximè dum hujuſmodi actus admiſſionis pacificè effectuatus demonſtratur ab univerſo Capitulo, & proindè contradictio illa Canonicorum diſſentientium elicita ex verbo *noluerunt*, appoſito in margine, referri potius debet ad actum deputationis, de quo principaliter agebatur, ſeu magis ad Perſonas deputatas, quàm circa admiſſionem Novorum Canonicorum, nè aliàs oporteret dicere, fuiſſe proteſtationem contrariam facto, quæ ſimiliter in caſu propoſito nec eſſet attendenda.

Præterquam quòd diſſenſus aliquorum dicti Capituli habendus nequaquam eſt in conſideratione, quando, prout hic, conſenſus majoris partis intervenit in admittendo novos Canonicos ad dictum actum Capitularem; ex tali namque admiſſione negari nequit, quin poſſeſſio
acquiſita fuerit. Nam in iis, quæ ſunt communia pluri- 4
bus non uti ſingulis, ſed uti univerſis, in actibus neceſſariis ſat eſt conſenſus majoris partis ad hoc ut ab omnibus factum dicatur, ut in terminis noſtris dixit *Rot. dec.* 263. *n.* 4. *&* 5. *part.* 17. *recent.*

Prout nec hujuſmodi quaſi poſſeſſio Novorum Canonicorum ab anno 1673. uſque ad hodiernam diem continuata, interverſa dici poteſt ex quo in aliquibus Congregationibus, & actibus Capitularibus ſubindè factis nullo modo ipſi interfuerint, & in nonnullis aliis admiſſi fuerint cum præcedenti proteſtatione adverſus eorum admiſſionem, quam illegitimam prætendunt aliqui ex Canonicis Antiquis.

Suppoſita ſiquidem legitima poſſeſſione, Canonicis novis antea perfectè quæſita, animadverſum fuit, nullum Jus, nullamque præſcriptionem acquiri potuiſſe Canonicis Antiquis per actus illos Capitulares, abſentibus novis Canonicis celebratos: Tum quia in nonullis eorum agebatur de ſolo intereſſe particulari ſpectante ad Antiquos Canonicos circa eorum Præbendas, & Diſtributiones, in quibus nec hodie aliquid jus prætendunt Canonici Aggregati: Tum quia ſola negativa non intereſſentiæ non intervertit poſſeſſionem antea acquiſitam, nec ſufficit, niſi docto, quòd novi Canonici intervenire voluerint in dictis actibus, & fuerint à Capitulo prohibiti, quòdque dictæ prohibitioni acquieverint. Jus enim conſiſtit in denegatione cum acquieſcentia ad hoc ut dicatur derelictus actus poſſidendi, aliàs cenſetur potius quædam facultativa abſtinentia à
votando, & intereſſendo, quàm interverſio poſſeſſio- 5
nis, ex latè traditis *per Caſtill. de Tert. c.* 29. *n.* 7. *Caren. reſol.* 8. *n.* 10. *Rot. dec.* 47. *n.* 1. *cor. Gregor. & dec.* 472. *num.* 1. *& ibi Adden. lit. A. & dec.* 265. *n.* 37. *& ſeqq. part.* 5. *recent.*

Quò verò ad alios actus Capitulares, ſimultaneè geſtos ab omnibus Canonicis antiquis, & novis, ſed præcedente proteſtatione aliquorum, nec pariter præ-
judicatum dicitur novis Canonicis; dum proteſtationes 6
illæ leguntur emiſſæ poſtquam quaſi poſſeſſio votandi ipſis fuerat per actus præcedentes perfectè quæſita, & propterea actus poſteriores, tanquam turbativi, & clandeſtini, impedire non poſſunt actus poſſeſſionis prius legitimè conſumatos, ut tradunt *Poſth. de Manut. obſerv.* 71. *num.* 4. *Rot. apud Eum dec.* 201. *num.* 7. *& deciſ.* 571. *num.* 2.

Cæterùm quando etiam dubitari poſſet per hujuſmodi actus Capitulares abſque interventu novorum Canonicorum geſtos, vel præcedentibus proteſtationibus, novos Canonicos amiſiſſe quaſi poſſeſſionem antea acquiſitam, adhuc recuperata cenſetur ex aliis actibus poſtea pacificè geſtis, qui quidem actus, uti proxi
miores tempori motæ litis, & tanquam conformes aſſi- 7
ſtentiæ Juris, prævalere debent præcedentibus; & ſunt talis

naturæ, ut poſſeſſio ex illis reſultans ſemper ſit præ-
ferenda, ut in puncto docuit *Poſth. de Manut. obſerv.
73. nu.43. & 44. Rot. dec.469. n.5. & 6. apud Eund.*
& magis ad rem *Rot.dec.208. n.3. in fin.part.3. rec.*
Denique nulla habita fuit ratio de his, quæ longa
ſerie deducta fuerunt ſuper invaliditate Aggregationis,
quia tanquam reſpicientia titulum, & altiorem indagi-
8 nem requirentia, extranea ſunt à ſummariiſſimo Reti-
nendæ remedio, in quo ſola detentatio, & nudum
factum inſpicitur, *ad Text. in cap. cum olim, de cauſ.
poſſ. & propr.* & dixit *Rota dec.337.n.10. cor. Celſo & dec.
1427. ſub n. 3. coram Seraph. & in Romana, ſeu Tuſculana
Aquæ 1. Julii 1690. §. Quibus ſic ſtantibus, cor. Me.*
Et ita Partibus auditis reſolutum fuit &c.

Eadem coram Eodem.

Veneris 12. Junii 1682.

Reſolutum fuerat *coram Me ſub die 20. Junii 1681.*
dandam eſſe manutentionem modernis Canonicis
Hæreditatis Langhæ nuper aggregatis Capitulo Colle-
giatæ Sancti Gaudentii Novariæ, in poſſeſſione exer-
cendi actus Capitulares, & peragendi cætera negotia
Eccleſiæ ſimultaneè cum Canonicis antiquis, cui reſo-
lutioni cum iſti non acquieſcerent, hodie repropoſitâ
Cauſa Domini exiſtimarunt ſtandum eſſe in deciſis.
Agitur enim de ſummariiſſimo manutentionis Judi-
cio, in quo merum, & nudum factum poſſeſſionis in-
ſpicitur. Poſſeſſionem autem intereſſendi, & votandi
in Capitulo una cum Canonicis antiquis, ſatis manifeſtè
Domini Canonici moderni juſtificarunt, non ſolùm ex
actu Capitulari geſto immediatè poſt factam aggrega-
tionem, ſcilicet de anno 1673. in quo unitim Canonici
novi, & antiqui intervenerunt ad votandum; immò
unus ex dictis Canonicis novis fuit deputatus inſimul
cum altero ex antiquis ad conficiendum inventarium cu-
juſdam hæreditatis; relictæ dictæ Collegiatæ, ut in
præt. Summ. modernorum Canonicorum *n.1.* verùm et-
9 iam ex pluribus actibus ſucceſſivis, abſque contradi-
ctione continuatis, & repetitis de anno 1674. & 1675.
ut in *eodem Sum.m.n.2.& ſeq.* adeout illorum multiplicitas
citra aliquam dubietatem hujuſmodi poſſeſſionem con-
vincat, quæ in corporalibus ex unico etiam actu ſatis
ſufficienter acquiritur, ad *Text. in c. cum Eccleſia Sutri-
na de Cauſ. poſſ. & propr. Rot. poſt Poſth. de Man. dec.
201. num. 2.*
In id præſertim concurrente tam Juris aſſiſtentia,
reſultante ex aggregatione, quæ communicat Canoni-
cis Aggregatis omnia Jura Capituli, & Canonicorum
quibus aggregantur, etiam circa quaſi poſſeſſionem ex-
ercendi actus Capitulares, ut fuit oſtenſum in præteri-
ta *deciſione §. Concurrente §. Præſertim*, quàm poſitivo
facto Judicis, qui conceſſit dictis Canonicis modernis
mandatum de manutenendo in exercitio Jurium, &
functionum Capitularium, quod præſefert comproba-
tionem dictæ poſſeſſionis, cum manutentio non detur
10 niſi præcedenter juſtificetur poſſeſſio. *Dunozett. Jun.
dec. 788. n. 1.*
Non obſtante, quòd dictis actibus poſſeſſoriis, &
mandato de manutenendo renunciatum fuerit per ſub-
ſequentes actus Capitulares contrarios, initos ab anno
1675. uſque ad annum 1680. in quibus Canonici mo-
derni nec interfuerunt, nec votum præſtiterunt in nego-
tiis Capitularibus, ſed ipſa peracta omninò fuerunt
per Canonicos Antiquos, ſcientibus, & patientibus
iiſdem Canonicis novis. Undè propterea infertur, quòd
ſi quæ poſſeſſio ab initio quæſita fuerit à dictis Canoni-
cis novis, ipſi poſtmodum ab ea ex propria voluntate re-
ceſſerint, & proprio facto ceciderint, juxta *dec. Priol.
468. n.6. & in Praten. Juris conferendi 19. Junii 1670.
§. Et hic ſtatus, coram R.P.D.meo Paulucceio.*
Quoniam, vel hujuſmodi amiſſio, & interverſio
poſſeſſionis, deſumitur ex repugnantia, & contradi-
ctione Canonicorum Antiquorum circa admiſſionem
Canonicorum novorum ad intereſſendum, & votandum
in actibus Capitularibus, celebratis poſt annum 1675.
& objectum corruit in Jure, quia poſt adeptam perfectè,
12 & pacificè memoratam poſſeſſionem de anno 1673.
1674. & 1675. non poterant ampliùs Antiqui Canonici
turbare, & impedire actum jam præcedenter legitimè
expletum, & conſumatum, ut firmat *Poſth. de Ma-
nut.obſer.71. n.4. Rot. poſt eum dec.571.n.2.*
Vel interruptio poſſeſſionis elicitur ex eo, quòd
Canonici novi in actibus Capitularibus poſterioribus
ſcienter ſe abſtinuerint à præſtando ſuffragio, immò
toleraverint ſperni, & negotia Eccleſiæ, & Capituli
ſolùm pertractari à Canonicis Antiquis, ideoque poſ-
ſeſſionem animo dimiſerint, ultra reſponſiones datas
in altera Deciſione, motivum eliditur ex facto, quia
conſtat Canonicos novos in illis Capitulis, in quibus
excluſi fuerunt à præſtando ſuffragio, expreſsè emi-
ſiſſe proteſtationem ſuper nullitate quorumcunque a-
ctuum Capitularium, qui gererentur, abſque eorum
interventu, & voto, inſuper addendo, eis debitam
eſſe manutentionem in Jure votandi, & intereſſendi
in actibus Capitularibus in vim mandati de manutenen-
do, à Vicario Generali Novariæ conceſſi, ut latiùs in
proteſtationibus, pluries per dictos Canonicos repetitis,
de quibus eorum præſenti *Summ.n.1.* Undè tantum ab-
eſt, quòd ſe ſe habuerint pro ſpoliatis, quòdque ſpon-
tè, & libenter quæſitam poſſeſſionem dimiſerint, quin
potiùs apparet eam ſemper animo mordicus retinuiſſe,
eamque mediantibus pluribus proteſtationibus pro viri- 13
bus præſervaſſe, ad ea, quæ tradit *Gratian.diſcept.517.
n.7. Rot.dec.29.n.1.part.6.& dec.141.n.52.part.58.rec.*
Subſiſtente igitur dicta poſſeſſione, videtur extra
dubium concedenda manutentio Canonicis modernis,
& quidem non ad ſtatum, & limites actuum Paro-
chialium, in quibus dicti Canonici reperiuntur poſſeſ-
ſionem exercuiſſe, ſed ad omnes actus dependentes à ti-
tulo, & Jure univerſali Aggregationis, quia in Benefi-
cialibus poſſeſſio capta quoad aliquos actus particulares,
cenſetur apprehenſa, & continuata quoad omnes. *Ton-
dut. Reſol.Beneſ.tom.1.c.111.n.14. Rot.dec.39.n.10.part.3.
recen.cum aliis in præterita Deciſione §. Quibus ita &c.*
Non refragante, quòd hujuſmodi titulus, & cauſa
univerſalis poſſidendi deficiat, inſpecta ipſius Funda-
toris diſpoſitione, qui in *c.10.* ſubjunxit — *Acciò li Si-
gnori Canonici di S.Gaudenzio permettano, che li miei Ca-
nonici, che gli ſi aggregheranno, poſſano reſtare con loro,
quando verranno dalle Vacanze nelli meſi Capitolari, ò
ſpettanti alli Canonaci Vecchi, ordino e laſcio in virtù di* 14
*legato, & in ogni miglior modo immaginabile do, e con-
feriſco al ſuddetto Capitulo di Santo Gaudenzio il Jus Pa-
tronato, cioè il Jus præſentandi, nominandi, & eligendi
due delli mei Canonici* — Et poſtea in *cap. 13.* privat
Canonicos antiquos dicto Jure præſentandi, quoties
recuſarent, quòd Canonici novi votum proferrent in
Vacationibus menſium Capitularium *Summ. Canoni-
corum Antiquorum num.* 13. Ex quo diſpoſitionis con-
textu arguitur, Fundatorem non demandaſſe Aggre-
gationem generalem, & abſolutam cum omnibus pri-
vilegiis, prærogativis, & vicibus Canonicorum Anti-
quorum; ſed eam tantùm coartaſſe, & reſtrinxiſſe ad
votandum in Vacationibus menſium Capitularium,
& proindè in reliquis aliis vicibus non eſſe verifica-
bilem dictam univerſalitatem tituli, cum ea, quæ
Fundator non dixit, cenſeatur conſultò omiſiſſe, immò
particularis expreſſio alicujus rei firmet regulam contra- 15
riam in cæteris non expreſſis, ad *trad. per Grat.diſcept.86.
n.19. Lotter.de Re Beneſ.lib.1.quæſt.10.n.48.& ſeqq. Barboſ.
de Canon.c.3.n.15.*
Namque totum oppoſitum ex ipſiuſmet diſpoſitio-
nis tenore colligitur, dum in principio Fundator lite-
raliter demandavit omnimodam illimitatam, & univer-
ſalem aggregationem per ea verba — *Che debbano aggre-
garſi alli Canonici Vecchi con tutti i privilegi, prerogati-
ve, e ragioni, che godono li medeſimi.* Undè ſi poſtea
in *cap. 10.* tribuit Canonicis Antiquis Jus præſen-
tandi in duobus Canonicatibus, ad hoc ut ipſi permit-
terent Jus votandi Canonicis novis in Vacationibus Ca-
pitularibus, id non fuit actum ad reſtringendum genus
præcedens, quod per ſubſequentem ſpecierum enume-
rationem limitari non ſolet *Eminentiſſimus Cerr.dec.68.
num.21. & dec. 71. nu.5.* ſed potiùs ad oſtendendam
quandam retributionem, & remunerationem ejus, quod
præcipuè Antiquum Capitulum circa admiſſionem ad
votandum, in vacationibus novorum Canonicorum
iidem Antiqui Canonici ad præſentandum, & no-
minandum pro duabus vicibus admitterentur, quod
maximè ſuadent eodem verba *cap. 10.* ibi — *Acciò
li Si-*

li Signori Canonici di S. Gaudenzio permettano, che li miei Canonici ec. ordino e laſcio in virtù di legato, ed in ogni miglior modo immaginabile dò, e conferiſco al ſudetto Capitolo di S. Gaudenzio il Jus patronato ec. — In quibus apertè videtur, quòd cum diſpoſitio circa Juspattronatus relictum Canonicis Antiquis non eſſet præcedentet ſub appellatione omnium privilegiorum, prærogativarum, & Jurium comprehenſa, fuit poſtmodum ſignanter, & peculiariter demonſtrata, uti quædam correſpectiva cauſa ſubſequentis diſpoſitionis, ut indicant illa verba — *Acciò li Signori Canonici di S. Gaudenzio ec.* quæ cauſam deſignant, ut in *Clem. 2. de ætat. & qual. Surd. conſ. 143. ante num. 1. Barboſ. diction. 439. num. 8.*

Et ſic univerſalitas Aggregationis non remanſit per dictam diſpoſitionem reſtricta, ſed fuit genetalis, & abſoluta, non ſolum ex lege Fundatoris, qui eam voluit *con tutti i Privilegj, Prerogative, e Ragioni, che godono li medeſimi*, ſed etiam ex Decreto Vicarii Novariæ Executoris, qui ſtatuit, Canonicos Aggregatos debere gaudere iiſdem privilegiis, & prærogativis, aliis Canonicis conceſſis, ut notatur in altera *Deciſione §. Secata verò*.

Proindè titulus univerſalis poſſidendi ſuffragari debet ad omnes actus Capitulares, & ad omnia negotia Eccleſiæ, non obſtantibus præjudiciis, quæ reſultare aſſeruntur in Canonicos Antiquos, quoad electionem Officialium, & deputationem Capellanorum, qui ſtipendia recipiunt à Maſſa Capituli Antiqui, quia circa eos Domini tranſierunt cum diſtinctione, quòd aut Officiales prædicti inſerviunt Eccleſiæ, & Sacriſtiæ, & eorum electio ſimultaneè facienda eſt à Canonicis Anti-
28 quis, & Novis, quia Aggregatio conſtituit inter eos unum, idemque Capitulum, & proindè nil vetat, quòd ipſi unitim, & ſimultaneè gaudeant facultatibus, & prærogativis annexis Capitulo, & Canoniæ. *Fagnan. in c. cum dilectus il 1. nu. 26. Eminentiſſimus De Luc. de Canon. & Dignit. diſc. 6. num. 12. Buratt. dec. 193. num. 3. 4. & 11.*

Aut agitur de deputationibus Officialium, qui adminiſtrant Maſſam propriam, ſive de electionibus, quæ concernunt negocia particularia Antiquorum Canonicorum, & in iis non debent ſe ingerere Canonici Novi. Quoniam in rebus pertinentibus ad Maſſam Capituli Antiqui, eorum aggregatio, & admiſſio non eſt operativa, ſed illa remanſit ſpecialiter reſervata, & excepta, ut etiam admittunt Scribentes pro DD. Canonicis Novis.

Quo verò ad Optionem, nullum poteſt, conſiderari præjudicium, quia conſuetudo optandi, introducta in Præbendis erectis, non extenditur ad Præbendas de novo erectas, quæ ſunt diſtinctæ, & diverſæ naturæ,
29 ut notat *Monet. de Option. cap. 3. quæſt. 8. ſub nu. 173.* Signanter quia Præbendæ Canonicorum modernorum ſunt pro majori parte de Jurepatronatus laicali, in quibus propterea Optio non datur. *Monet. loc. cit. n. 112. & & ſeqq. Tondut. Quæſt. Benefic. tom. 1. reſol. 110. n. 7.*

Quæ demum ſubduntur, ſuper nullitate Aggregationis, eo quia Vicarius, vel exceſſerit fines delegationis, vel ad eam proceſſerit poſt expiratam ſuam juriſdictionem, tanquam turbida viſa ſunt reiicienda ad petitorium: non relevante, quòd ob productionem tituli admittantur exceptiones reſpicientes ipſius validitatem, etiam in judicio manutentionis, quia id procedit in exceptionibus claris, & indubitatis, reſultantibus ex lectura, & ventre ipſius, ut diſtinguit *Menoch. de Retinen. rem. 3. num. 683.* quem ſequitur *Eminentiſſimus Cerr. dec. 588. num. 7. & ſeqq.*

Et ita utraque &c.

Eadem coram Eodem.

Veneris 31. Julii 1682. in Relationibus Cauſarum.

POſtquam me proponente duæ prodierunt in hac Cauſa Deciſiones ad favorem Actorum; Prima nempè ſub die 20. *Julii* 1681. decernens Canonicis Novis Hæreditatis Langhæ, ultimo loco Aggregatis Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ S. Gaudentii Novariæ, concedendum fore mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione univerſaliter exercendi actus Capitulares, & alia omnia negotia Eccleſiæ Collegiatæ inſimul cum Canonicis Antiquis peragendi; Altera verò ſub die 12. *Julii* 1682. prioris confirmatoria, addita tamen ſola declaratione, ſive reſtrictione, quòd ſupradicta univerſalis manutentio conceſſa nequaquam intelligatur in electionibus Officialium adminiſtrantium redditus ſpectantes ad Capitulum antiquum, nec in deputationibus, quæ concernunt negotia particularia antiquorum Canonicorum, & multò minus in Optionibus Præbendarum ante Aggregationem exiſtentium, ſed in electionibus dumtaxat illorum Officialium, qui communi inſerviunt Eccleſiæ, & Sacriſtiæ; Poſtquam, inquam, hæ duæ emanarunt Deciſiones, Canonici novi in Generali Cauſarum relatione hodie habita enixè inſteterunt, ut ad formam prædictarum Deciſionum Cauſa tandem expediretur; è converſo verò Canonici Antiqui ſeſe opponentes, triplici ex capite Cauſę expeditionem Adverſariis denegandam, novamque Audientiam rurſus ſibi dandam contendebant. Primo ex eo quòd quaſi poſſeſſio, quam Canonici Novi probarunt acquiſiviſſe ex actibus Capitularibus, geſtis de annis 1673. 1674. & 1675. fuerit totaliter interverſa, & amiſſa per alios actus poſteriores, & omnimodo contrarios: Secundo ex eo quòd Aggregatio Novorum Canonicorum non ſit univerſalis, ſed juxta diſpoſitionem Fundatoris illa reſtricta fuerit ad certos caſus particulares: Tertio demum ex eo quòd juxta in poſtrema Deciſione tradita, Canonici novi ritè nec etiam poſſint manuteneri in quaſi poſſeſſione votandi in electionibus, & deputationibus Officialium, & Capellanorum communiter inſervientium Eccleſiæ & Sacriſtiæ, quia cum omnes ferè ſalarium habeant conſtitutum à Canonicis Antiquis ex eorum Maſſa particulari, & redditibus propriis, cadere pariter dicantur illorum omnium electiones ſub prima ſpecie jurum, quæ omnimodo dependent à Maſſa particulari, & ex Præbendis Antiquorum Canonicorum.

Verùm his minimè obſtantibus, exiſtimarunt Domini adhuc ſolidè ſubſiſtere fundamenta Deciſionum, in quibus duo priora objecta funditus ſublata fuerunt, & enervata, ac ſubindè Mihi demandarunt, ut Cauſam expedirem, hac tamen brevi extenſa Deciſione declaratoria, quæ modum in electionibus & deputationibus Officialium ſervandum contineat,

Modus autem præſcriptus fuit, quòd Canonici Novi in ſequelam univerſalis manutentionis ſibi conceſſæ, poſſint quidem, & debeant intereſſe, ac ſuffragia dare in deputationibus, & electionibus Officialium, qui communi inſerviunt Eccleſiæ, & Sacriſtiæ, ex rationibus, & Authoritatibus deductis in primo membro diſtinctionis, quæquæ ſuſius redditur in poſteriori *Deciſione in §. Proindeque titulus &c.* cui Domini etiam nunc adhæſerunt, ſed cum hac tamen limitatione, ſeu circumſcriptione, ut teneantur & illi, ſicut Canonici Antiqui, pro æquis portionibus concurrere ad ſtipendia, & ſalaria, quæ de jure, vel ex conſuetudine debentur eiſdem Officialibus ratione ſervitii, quod communiter præſtant. Nam quemadmodum Aggregatio novorum Canonicorum operatur, ut ipſi ſimultaneè gaudeant facultatibus, & prærogativis annexis Capitulo, & Canoniæ; Ita pari ſuadente ratione ſubiici debent oneribus & expenſis eidem Capitulo annexis, & conſequenter pro rata tenentur ad ſtipendia per Capitulum ſolvenda illis Officialibus, & miniſtris, qui certa quædam in templo Miniſteria explent, Canonicis tam Novis, quàm Antiquis inſerviendo, cum ſit vulgata naturæ æquitas, ut is, qui commodum conſequitur, onus etiam & incommodum pati debeat ad *Text. in cap. qui ſentit, de reg. Jur. in 6. l. ſecundum naturam ff. eodem tit.* Et in caſu ſimili, quòd nempè Canonici Novi teneantur ad onera Capituli, quando onus ipſum, & commodum reſpiciat Corpus Capituli, in ſpecie notarunt *Calderin. conſ. 21. in fin. tit. de præben. Tuſch. lit. O. concluſ. 130. n. 10. & ſeqq.* & latius *Tondut. Quæſt. Benefic. c. 68. n. 16. & ſeq. part. 1.*

Veruntamen ſi Canonici Novi ad ſtipendia ſuperiùs expreſſa pro rata ſibi tangente concurrere fortaſſe recuſent, placuit Dominis contrarium decernere, quia cum in caſu ipſo Officiales ſalarium accipiant à ſolis Canonicis Antiquis ex propriis iſtorum redditibus, & ex Maſſa particulari, non Jure Capituli, ſed particularium Canonicorum, & quidem ex mera eorum liberalitate, tales utique electiones & deputationes ſpecta-

re dicuntur *non* ad Corpus totius Capituli, ſed ad ſingulares Perſonas Antiquorum Canonicorum, & conſequenter actus cenſentur merè facultativi, in quibus proindè non datur contraria quaſi poſſeſſio, nec intrat univerſalis manutentio, ad tradita *per Poſtb. de Manut. obſ. 55. n. 12. & 13. cum concordantibus &c.*

Et ita Domini demandarunt, ut facta priùs hac declaratione Cauſam expedirem Partibus hinc inde per Memorialia informantibus.

R. P. D. ANSALDO.

Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini,

Veneris 2. Julii 1706.

ARGUMENTUM.

Vacante Eccleſia Parochiali, debet per Epiſcopum indici Concurſus, ut melior, quantum fieri poteſt, eligatur; niſi tamen per immemorabilem conſuetudinem probetur, Concurſum nuſquam fuiſſe practicatum, vel eadem Eccleſia unita fuerit alicui Capitulo, Monaſterio, Collegio, aut his ſimilibus, Hæc autem unio non minùs probatur per effectivum Inſtrumentum, quàm per æquipollentes demonſtrationes, & indicia.

SUMMARIUM.

1 *Si adſit conſuetudo immemorabilis non faciendi Concurſum in electione ad Curam Animarum, ea eſt ſervanda.*
2 *Extende etiam, non obſtante* S. C. Tridentini *diſpoſitione*, & n. 3.
4 *In multis aliis caſibus poteſt prætermitti Concurſus, remiſſivè.*
5 *Exemplis non eſt judicandum.*
6 *Limitatur præcedens regula, quoties eadem ratio militat.*
7 *Mortuo uſufructuario, conſolidatur uſusfructus cum proprietate.*
8 *Cura Animarum, quæ reſidet penes Capitulum, per obitum Rectoris, ſeu Vicarii, deputati ad nudum Miniſterium, non dicitur verè, & formaliter vacare, cum eadem habitualiter ipſimet Capitulo inhæreat.*
9 *Deputatus ad hujuſmodi Curam debet ab Epiſcopo, prævio examine, approbari.*
10 *Licèt Inſtrumentum effectivum ſit certior modus probandæ unionis; poteſt tamen etiam per æquipollentes demonſtrationes, & indicia juſtificari*, & n. 11.
12 *De natura ſubrogatorum eſt, ut ſubrogatum induat qualitates illius, in cujus locum ſubrogatur.*
13 *Translatio ſemper cenſetur facta abſque ullius præjudicio.*
14 *Item cum omnibus ſuis qualitatibus, niſi aliqua intermediet innovatio.*
15 *Traditio habitationis, & ſupellectilium pro uſu Deputati ad aliquod miniſterium, præſefert dominium extare penes tradentem.*
16 *Inventarium non ſolet fieri, niſi ab eo, qui tenetur rationem reddere rerum à ſe habitarum, per legalem, vel conventionalem obligationem.*
17 *Utrùm aliqua res, cæteroquin incorporata alicui Dominio, vel Coronæ, ſit Feudalis, vel non, dignoſcitur à præſtatione Juramenti fidelitatis.*
18 *Membra, ex quo ſunt membra, Capiti ſubiciuntur, illique ſerviunt.*
19 *De natura Sententiæ, quæ tranſit in judicatum, eſt quæſtiones dirimere, & facere de albo nigrum.*
20 Pius V. *in ejus* Conſtit. Ia 47. *mandans Curæ ſubalternanti præfigi Vicarium, ſive ad tempus, ſive vita durante, non ſubſtulit unionem, per quam apud alterum reſidet.*
21 *Valet argumentum à ſimili.*
22 *Limita in rebus ſeparatis, & in caſibus, etiam in minimo inter ſe diſſidentibus.*
23 *A diverſis numquam fit illatio.*

DECISIO XXX.

VIncentius, adminiſtrans Curam Eccleſiæ, Sancto, & glorioſo olim Archiepiſcopo Turonenſi Martino dicatæ, illam in manibus Capituli alterius Collegiatæ Eccleſiæ, quæ nuncupatur *Sancti Gaudentii*, liberè reſignavit; Ideoque vacante per hanc ceſſionem hujuſmodi Cura, Epiſcopus Novariæ excitatus à ſuomet munere, nec non à Sanctione *Sacroſancti Concilii Tridentini ſeſſ. 7. cap. 13. & ſeſſ. 24. c. 18. de reformat.* ac Bullæ conſecutivæ *B. Pii V. Ia* 33. deſuper indixit Concurſum, à quo reclamantibus Capitularibus prænominatæ Eccleſiæ S. Gaudentii, utpotè prætendentibus, eandem Eccleſiam, ſive Curam D. Martini, fore exemptam ab hac indictione Concurſus; tum ex quo Cura habitualis omninò reſideret penes idem Capitulum, proindeque nulla extaret vacatio, niſi ſolius Miniſterii; Tum etiam ex eo, quòd nuſquam antea per tempus immamorabile ſeſe ingeſſiſſet Epiſcopus in hac Eccleſia D. Martini, Sacrum Tribunal, ad quod aſcendit contentio, *coram Eminentiſſimo Domino meo Caprara* cenſuit, non minus bonum Jus aſſiſtere Capitularibus Sancti Gaudentii, ſed etiam ipſi Capitulo concedendam eſſe manutentionem in abſoluta deputatione Presbyteri, ſeu Vicarii ad immediatè ſubeundum nudum exercitium ejuſdem Curæ præfatæ Eccleſiæ Sancti Martini, quemadmodum liquet *ex Deciſionibus editis coram prænunciato Eminentiſſimo D. meo Cardinali Caprara ſub die 22. Junii 1705.* ſcilicet ſuper bono Jure *in Deciſione*, quæ incipit *Secuta vacatione* --, & quoad manutentionem *in altera contemporanea*, quæ ſic exorditur -- *Propoſito per me in hac Cauſa*.

In hoc ſtatu rerum rurſus provocante Epiſcopo, ſive ejus Promotore Fiſcali, placuit R. P. D *Regenti Apoſtolicæ Cancellariæ*, ſequenti, prout moris eſt, diſtributionem in caſu appellationis noſtrorum Turnorum, *Mihi* negotium hujuſce appellationis delegare, ſed interpellatis omnibus *Dominis* meis, qui ſimul cum altero in partem coincidente, ſeu fraternizzante articulo diſcuſſo in illa *Legionen. Parochialis cor. R.P.D. meo à Kaunitz ſub die 11. Januarii prox. præt.* votum non diſſonum præbere de reliquo intendebant, contextualiter audivi *Mihi* reſcribi in cunctis *pro Capitulo*.

Noravimus mox, quòd ſimilis concidebat ſeu fraternizabat inſpectio *in prænominata Legionen. Parochialis, coram R.P.D. meo à Kaunitz*, dum inibi Epiſcopus
Legionen. per obſiſtentiam conſuetudinis immemorabilis nuſquam intimandi Concurſus, cedere coactus fuerat nominationi factæ de Curato per Archidiaconum
habentem Jus conferendi, quemadmodum examinan- 1
do vim hujus immemorabilis nuſquam facti Concurſus traditum fuit, atque firmatum *per Rotam coram Ubago dec. 52. n. 2. cum ſeqq.* & benè reaſſumpſit eadem *Rota in dec. 197. n. 5. part. 9. & dec. 516. n. 16. part. 18. rec. in Tarraconen. Parochialis 2. Maji 1698. §. Quia verò, coram Reverendiſs. Conchen. & in Deciſione hujus Cauſæ edita in præcedenti Inſtantia cor. Eminentiſſimo D. meo Cardinali Caprara ſub die 22. Junii 1705. & §. nihilominus, cum ſeq.*

Siquidem, licèt ubi tractatur de regimine Animarum, ultra *veteres Canones, Sacra Synodus Tridentina* præcipiat, Epiſcopum Loci poſſe, ac debere Paſtorem illis Animabus præficere ſub præcedenti intimatione Concur-
ſus, & Examine ſucceſſivo, ut melior, quantum fieri 2
poteſt, eligatur, prout ad ornatum ejuſdem *ſeſſ. 24. cap. 18. de reform.* proſecuti ſuot *Barboſ. ibidem ſub num. 126. Mareſc. Var. Reſol. lib. 1. c. 52. num. 1. Navarr. de Reſtitution. lib. 3. c. 2. n. 350. Leſſ. de Juſt. lib. 2. cap. 19. dub. 3. Aloyſ. Ricc. part. 4. reſolut. 75. num. 2. Novar. in Summ. Bullar. commentar. 45. à num. 1. ad ſeqq. Garz. de Benefic. part. 9. cap. 2. numer. 102. Card. de Luc. de Jurepatronat. diſc. 7. numer. 12. & 15. & in Annotat. ad Concil. diſc. 32. Rot. dec. 358. numer. 24. coram Bich. dec. 156. num. 13. part. 10. dec. 317. num. 1. part. 16. dec. 566. numer. 13. & d. 434. in fin part. 19. recemior.*

Nihilominus quoties ſuperaccedat in contrarium immemorabilis conſuetudo nuſquam, ut diximus, factæ indictionis Concurſus, nuſquam practicati Examinis, hoc totum tribuendum erat titulo præſumptivo conceſſionis Pontificiæ, forſan juxta temporum contingentias

elar-

3 elargientis Prælato inferiori hanc poteſtatem providendi Curæ Animarum abſque alia immiſtione Epiſcopi, cum conſuetudo immemorabilis, vel centenaria verè præſcripta ſecum ferat facultatem allegandi omnem, & quemcunque titulum, & (ut dicunt noſtri Doctores) *meliorem de mundo* ex allegatis *in Deciſione R. P. D. meo à Kaunitz in prædicta Legionen. Parochialis hujuſce Audientiæ ſub §. Fortiùs attento, cum ſeqq.* & generaliter dixerunt *Felin. in cap. cauſam, num. 7. verſic. puto, de præſcription. Innocent. in cap. veniens, de V. ſignific. Alex. conſil. 6. num. 1. lib. 1. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 18. à n. 45. & gloſſ. 33. n. 4. Rocc. Diſput. Jur. ſelectar. cap. 168. num. 1. tom. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 578. num. 11. De Roſa conſult. 9. n. 57. Rot. deciſ. 32. num. 6. coram Celſ. dec. 318. n. 28. coram Priol. dec. 614. num. 1. part. 2. dec. 27. num. 8. part. 4. tom. 2. & dec. 150. n. 5. part. 5. recent. cum aliis in Giennen. Juris mutandi 28. Junii 1702. §. Quæ ſanè, coram bon. mem. Pio, & in Ferrarien. Primogenituræ 56. Februarii 1705. §. Parumque refragabatur, coram Me.*

Abſque eo, quòd proſequendo terminos captæ reſolutionis *coram R. P. D. meo à Kaunitz* redargui valeret hujuſmodi conſuetudo, etiam immemorabilis, veluti in ſui aptitudine nutritiva abuſus contra Sacroſanctam Sanctionem Conciliarem, dum videmus, quòd *Joannes Baptiſta Ventriglia* valdè practicus in antecedentibus muneribus Vicariatuum, quos exercuerat, & poſtea Epiſcopus Caſertanus multos caſus annotaverat *in ſua Praxi part. 2. annot. 5. §. 2.* in quibus aſſerit, ex
4 variis cauſis, & rationibus poſſe prætermitti Concurſum, non obſtante eadem determinatione Conciliari, ut liquet *ex num. 51. cum ſeq. uſque ad n. 32.* & correlativè ad hos, vel illos caſus animadverterunt *Fagnan. in capit. mandato, num. 51. de ſimon. Lotter. de Re Beneſ. lib. 2. quæſt. 31. n. 529. Maſſobr. in Praxi habendi Concurſum prælud. 26. dub. 24 in princ. & dub. 37. num. 3. & requiſit. 7. dub. 24. per tot. Ugolin. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. cap. 30. §. 3. num. 3. verſ. 3. Garz. de Beneſic. part. 9. cap. 2. num. 270. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloſ. 6. à num. 116. ad ſeqq. Vivian. de Jurepatron. lib. 10. cap. 1. n. 53. & ſeq. Tondut. de Penſion. cap. 18. n. 9. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. alleg. 60. nu. 6. de Beneſic. quæſt. 4. num. 180. ex numer. 18. & in Summ. Apoſtolic. dec. collectan. 63. n. 4. Rot. deciſ. 214. n. 1. coram Burat. deciſ. 565. n. 26. coram Bich. & dec. 136. n. 42. part. 19. rec.*

Atque hæc erant, quæ poterant ſufficere de per ſe ad ſtabiliendum bonum Jus Capituli, inelunctabiliter detinentis in ſe Jus conferendi controverſam Eccleſiam, videlicet in ordine ad immemorabilem, unam, eandemque ſimilitudinem habentem, quatenus opus fuiſſet, ſuper prædicta, ac pariformi quæſtione agitata in memorata *Legionen. cor. R. P. D. meo à Kaunitz*: Quantumvis etenim non ſit exemplis judicandum, ut ait *Im-*
9 *perator in l. nemo Judex Cod. de ſenten. & interlocut.* hoc fallit ubi eadem ratio militet, & intercedat, teſte *Menoch. conſ. 2. n. 207. & ſeqq. Surd. conſ. 417. num. 16. lib. 3. Vermigliol. conſil. 316. n. 18.*

Verùm deſcendendo propiùs ad noſtram theſim, ſub-
6 ſiſtebat favore Capituli in omnem caſum alterum vehementius fundamentum, quod derivabat ab unione Eccleſiæ S. Martini, facta ipſi Capitulo Sancti Gaudentii. Quippè ubi in his terminis occumbit Rector, ſeu Vicarius deputatus ad nudum Miniſterium ab habente Curam habitualem, nullum locum ſibi vindicat vocabulum, & eſſentia veræ vacationis, ſed Cura, ſeu illius exercitium, conſolidatur ad normam, ut ita dica-
7 mus, uſusfructus cum ſua proprietate, per *Text. in §. Finitur, Inſtitut. de uſufruct.* ſcilicet redit Cura ad oneratum præambula Cura habituali ſine poſitiva, ac formali vacatione: Ideoque retentis iiſdem terminis, ne-
8 que valet indici, neque dari Concurſus ad Beneficium, Rectoriam, ſeu Curam, quæ non vacat in ſemetipſa, juxta ea, in quæ conveniunt cuncti Scribentes ex collectis per *Pariſ. de Reſignat. lib. 8. quæſt. 9. num. 93. & 94. Barb. ad Concil. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. num. 7. & in tract. de Paroch. part. 1. cap. 2. nu. 20. Marg. de Beneſic. quæſt. 2. num. 13. & ſeqq. & quæſt. 3. num. 506. Rot. dec. 511. num. 5. coram Bich. dec. 550. nu. 2. cor. Merlin. dec. 252. num. 57. cor. Priolo dec. 102. num. 1. part. 1. dec. 10. n. 2. part. 17. & dec. 516. num. 1. part. 18. rec. in Gerunden. Hebdomadariæ 5. Maji 1690. in principio, coram bon. mem. Urſino, & in Novarien. Portionum Parochialium 4. Julii 1696. §. Et ſanè, & 26. Junii 1697. §. Inde ſequitur, cor. Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano, inter impreſſ. ad Card. de Luc. tom. 2. ſuper mater. de Beneſic. dec. 27. 28. & 29.*

Relicto tamen ſemper in hoc loco Examine (quod ad præſens per Capitulum minimè impugnabatur) ubi namque ſortiens ex capite unionis Curam habitualem, intelligit alium vice ſui deputare Miniſtrum, tunc quia adhuc Populus, & Grex paſcendus in hiſce circumſtantiis pendet ab Epiſcopo, is debet recognoſcere 9
hunc deputatum in moribus, & doctrina per exquiſitum Examen, nè aliàs loco Paſtoris ab altero prælecti Lupum adinveniat, qui oves ſuas, vel ſibi creditas devoret, & non paſcat, ſicuti uno ore ad hunc finem Examinis, etiam in Cura unita Dignitati, Capitulo, aut cuivis alteri Collegio, Monaſterio, cum ſimilibus rectè dixerunt *Garz. de Beneſ. part. 9. cap. 2. num. 291. & ſeqq. Ventrigl. in Prax. Rer. notabil. part. 1. annotat. 20. §. 2. ſub num. 11. Barboſ. de Offic. Paroch. part. 1. cap. 2. ſub num. 19. & in Collectan. ad Concil. cap. 7. ſeſſ. 7. de reformat. num. 25. Card. de Luca in Annotat. ad idem Sac. Concil. Trident. diſcurſ. 32. nu. 35. Rota deciſ. 192. n. 1. part. 18. recent.*

Et ob id, præciſivè etiam à primo fundamento jam ſtabilito, punctus in hac ſecunda parte hujus peculiaris Cauſæ, mavis reducebatur ad prætenſam unionem à Capitulo S. Gaudentii circa Curam, & Eccleſiam S. Martini, cujus reſpectu revera nullum afferebatur effectivum Inſtrumentum unionis factæ à Supremo Pontifice, aut aliàs deſuper legitimam poteſtatem
habente, qui ſanè modus eſt efficacior, & certior ju- 10
ſtificandæ unionis, ut ait *Felin. conſ. 2. num. 2. 3. & 11. Cravett. conſ. 258. nu. 10. Zerol. in Prax. part. 1. V. Unio §. 8. Garz. de Beneſic. part. 12. cap. 2. de Union. num. 226. Murg. eod. tract. de Beneſic. quæſt. 4. num. 196. Vivian. de Jurepatronat. part. 3. lib. 14. cap. 5. num. 62. Rota deciſ. 951. num. 3. coram Dunoz. Jun. dec. 785. n. 2. & dec. 2316. & dec. 2323. utrobique num. 1. coram Coccin. dec. 244. num. 3. coram Emerix Jun. dec. 557. num. 4. part. 3. diverſ. dec. 233. num. 5. part. 1. dec. 452. nu. 4. part. 18. dec. 134. n. 5. & deciſ. 203. n. 1. part. 19. recent. & in Aprutina Præpoſituræ de Nereto 9. Decembris 1695. §. Præſuppoſita, coram bon. mem. Urſino.*

Aſt loco hujuſce Inſtrumenti ſubrogabantur per Defenſores Capituli conjecturæ tales, ſive demonſtrationes, quæ clarè uſurpabant, ſeu ſibi vindicabant excambium ipſius Inſtrumenti, cum non minùs comprobetur unio per literale Diploma Summi Pontificis, ſive
alterius, ut præmiſimus, juridicam facultatem deſuper 11
induentis, quàm per æquipollentes demonſtrationes, & indicia, quemadmodum profitentur, & docent *Tondut. Quæſt. Beneſic. tom. 1. cap. 37. n. 54. Rebuff. de Union. num. 19. Menoch. de Præſumption. lib. 5. cap. 80. num. 2. & 3. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. allegat. 66. num. 51. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 8. n. 186. & ſeqq. dec. 10. num. 1. penes Murg. in Commentar. ad Conſtit. Apoſt. Rota dec. 886. n. 1. & 7. coram Cerr. dec. 625. num. 2. cor. Merlino dec. 2138. num. 10. coram Coccino dec. 1354. num. 2. coram Emerix Jun. deciſ. 153. numer. 1. & ſeqq. & deciſ. 204. num. 2. part. 2. & dec. 48. à num. 5. ad ſeqq. part. 10.*

Evidens namque ante omnia comparuit illa demonſtratio, quòd Capitulares S. Gaudentii oſtendebant in ipſa Eccleſia S. Gaudentii extitiſſe ab antiquiſſimo tempore geminas, ut inibi nuncupant *Portiones* Curatas, alteram ſub nomine *D. Thomæ*, & alteram *D. Andreæ — Summ. Capituli num. 6.* cumque Antiſtes Novarien. de anno 1585. tranſtuliſſet portionem curatam ſub appellatione S. Thomæ pro majori Plebis commodo in hanc Eccleſiam S. Martini, non erat dubitandum, quòd Eccleſia S. Martini reſtaret ſubrogata eidem ſervitio, & annexioni, cui ſubjacebat Portio Curata 12
S. Thomæ, uti eſt de natura ſubrogatorum, ex collectis per *Cravett. conſ. 973. num. 2. cum ſeqq. Decian. conſ. 43. numer. 14. cum ſeqq. vol. 3. Menoch. conſ. 52. num. 68. Mareſcott. Var. lib. 2. cap. 8. num. 8. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 624. num. 2. & ſeq. Merlin. de Pignor. lib. 2. quæſt. 51. num. 1. Robl. de Repræſ. lib. 1. cap. 12. nu. 18. & lib. 3. cap. 5. n. 7. Bellon. de Jur. accreſcen. cap. 5. quæſt. 43. nu. 64. & quæſt. 50. n. 10.*

Rota dec. 445. *num.* 1. *& ſeqq. coram Merlin. dec.* 193. *num.* 22, *cor. Rojas dec.* 1088. *nu.* 5. *&* 6. *& dec.* 1181. *n.* 30. *coram Emerix Jun. & in recen. dec.* 279. *num.* 5. *part.* 7. *dec.* 70. *num.* 11. *part.* 9. *dec.* 52. *num.* 4. *& dec.* 481. *pariter num.* 4. *part.* 14. *deciſ.* 303. *num.* 6. *part.* 16. *dec.* 561. *n.* 20. *part.* 18. *& dec.* 590. *num* 11. *part.* 19. *recent. tom.* 2. *& in Romana prætenſæ nullitatis contractus* 56. *Februarii* 1699. *§. fin. coram Me inter hactenus impreſſ. dec.* 74. & non minùs de eſſentia Tranſlationis, quæ ſemper cenſetur facta abſque ullius præjudicio, ad tradita per *Frances de Eccleſ. Cathedr. c.* 9. *à num.* 104. *ad ſeqq. Rota dec.* 1444. *à n.* 8. *ad ſeqq. coram Seraphin. & dec.* 740. *à n.* 3. *inaus n.* 49. *& ſeq. part.* 18. *recent.*

Diximus *de natura ſubrogatorum*, quoniam prænunciatæ binæ Portiones Curatæ conferebantur ſemper per antea à Capitulo S. Gaudentii, ita nuncupato, non minùs ob vetuſtam, quam ob recentiorem cognominationem, ac propterea ſubintrabat argumentum, quod Logici dicunt *in forma*: Capitulum S. Gaudentii conferebat has geminas Portiones Curatas, & ſignanter illam D. Thomæ; ergo cum Eccleſia D. Martini fuerit ſubrogata vice Portionis Curatæ S. Thomæ, conſequens erat, quòd ea collatio, quæ præcedenter attinebat ad Capitulum S. Gaudentii circa Portionem D. Thomæ, remanſerit transfuſa in vim perdurantis unionis ſubjectivæ, & Juris conferendi, in Rectoria, ſive Eccleſia S. Martini, cum quælibet tranſlatio, ſeu transfuſio, niſi ulla intermediet innovatio, cenſeatur facta cum omnibus ſuis qualitatibus, ad Jura vulgata, de quibus præter adductos *in §.* antecedenti, rectè affirmarunt *Innoc. in c.* 1. *in princip. verſ. Si verò de uno, nè Sed. vac. aliq. innov. Joann. Andr. in c. cum perſona, col.* 2. *de privil. in* 6. & ibi *Ancharan. not.* 13. *Oldrad. conſ.* 267. *num.* 2. *Lap. alleg.* 68. *Maur. alleg.* 66. *ſub num.* 1. *Tondut. Quæſt. Benefic. part.* 3. *capit.* 129. *n.* 6. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 291. *à n.* 1. *Amayden de Styl. Datar. lib.* 1. *c.* 25. *§.* 7. *n.* 111. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 37. *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 7. *à nu.* 58. *ad ſeqq. & nu.* 97. *Matt. de cauſ. Conſiſtorial. ſect.* 13. *num.* 6. *Rota deciſ.* 1149. *nu.* 16. *cor. Seraphino dec.* 995. *n.* 15. *coram Dunoz. Jun. dec.* 885. *num.* 13. *& dec.* 1023. *num.* 5. *coram Emerix Juniores.*

Subſequebatur hujuſmodi demonſtrationi inconcuſſa obſervantia, quòd Capitulares S. Gaudentii occaſione præeligendi, ſeu inſtituendi Presbyterum, Rectorem, ſeu Vicarium circa Eccleſiam D. Martini, extradebant huic præelecto habitationem, ac domum, nec non ſupellectiles opportunas *Summ. d. num.* 2. undè non poterat ambigi de unione, quodque conſequenter Rectoria, ſeu Vicaria hæc S. Martini, dependeret omninò à Capitulo S. Gaudentii, & foret illius quodammodo Grancia, ſive Beneficium ſervitorium ſubordinatum;
15 quia hæ traditiones habitationis, & ſupellectilium, ſignificant plenum dominium extare penes tradentem, uti res ipſa manifeſtabat, & in propoſito adverrit *Rota dec.* 240. *n.* 4. *coram Cerro*, repetita *in recent. dec.* 48. *n.* 5. *part.* 10. *& dec.* 516. *n.* 8. *&* 9. *part.* 18.

Multò autem magis quoniam eædem ſupellectiles conſignabantur ſub præciſo Inventario *dicto Summ. nu.* 2. *&* 3. Inventarium quippe fieri non ſolet à ſuſcipiente, niſi is ſubordinatus exiſtat reddere, vel de jure, vel de facto rationem rerum à ſe habitarum per lega-
16 lem, aut conventionalem dependentiam, ſicuti colligitur ex *Bart. in l. Tutor, qui repertorium, num.* 1. *& ſeqq. ff. de adminiſtr. tutor. ubi cæteri Scribentes. Fulgoſ. conſ.* 25. *col.* 2. *num.* 3. *Gratian. diſcept. for. cap.* 711. *num.* 19. *Cancer. Var. Reſol. part.* 3. *c.* 2. *n.* 1. *Munnoz Eſcobar. de Ratioc. c.* 9. *n.* 1. *& ſeqq. Rota dec.* 45. *n.* 1. *poſt Merlin. de Pignor. & dec.* 142. *n.* 1. *coram Celſo.*

His accedebat, quod pariformiter per Capitulum S. Gaudentii in *Summ. num.* 10. *&* 12. juſtificabatur, quòd Deputati ad exercitium hujus Curæ S. Martini in illius apprehenſione jurejurando ſeſe obſtringebant vinculo fidelitatis quoad bonorum adminiſtrationem, & in abſtinendo ab eorundem alienatione ſine Capituli conſenſu. Quapropter mediante hoc ſigno palam reſul-
17 tabat, quòd Rector, ſeu Vicarius totale dominium, totalem ſubordinationem fateretur agnoſcere à Capitulo, ſecundum ea, quæ in non aberrantibus terminis Feudorum de cætero incorporatorum alicui Dominio, vel Coronæ, in propoſito utrùm aliqua res ſit Feudalis, vel non Feudalis, ac vigore dominii ſuperioris incorporata ipſi Dominio, vel Coronæ, comprobarunt per *Text. in c.* 1. *de prohibit. Feud. alien. Surd. conſ.* 151. *n.* 33. *Bellon. Jun. conſ.* 44. *& ſeqq. Theſaur. quæſt. for.* 105 *in fine lib.* 3. *Intrigliol. de Feud. cent.* 5. *quæſt.* 37. *n.* 31. *&* 34. *Card. de Luca de Feud. diſcurſ.* 11. *ſub n.* 8. *Revit. dec.* 72. *n.* 8. *Rota dec.* 670. *n.* 1. *coram Merlin. & dec.* 310. *n.* 31. *&* 33. *part.* 6. *recent.*

Coincidebat in idem, quòd prælaudatus Antiſtes Novarien. de ſupradicto *anno* 1585. transferens, ut jam diximus, Portionem Curatam D. Thomæ, tunc exiſtentem in Eccleſia S. Gaudentii, ad alteram Eccleſiam hodie controverſam D. Martini, poſitivè præcepit, & injunxit, quòd hic Rector, hic Vicarius in futurum deputandus gubernationi Curæ translatæ ad Eccleſiam S. Martini prope mœnia ipſius Civitatis, foret obligatus aſſiſtere functionibus adimplendis in Eccleſia S. Gaudentii *Summ. capituli nu.* 6. *lit.* D. Non etenim Epiſcopus legem hanc imperaſſet, niſi novus Rector Curatus, aut Vicarius, fuiſſet membrum Eccleſiæ S. Gau- 18
dentii, membra ſiquidem, ex quo ſunt membra, capiti ſubiiciuntur, ut inquit *Divus Paulus ad Epheſios* 5. & animadverterunt *Felin. in cap. Paſtoralis ſub num.* 10. *de offic. deleg. Marant. Controverſ. Jur. part.* 3. *reſponſ.* 69. *num.* 19. *& part.* 5. *reſponſ.* 6. *nu.* 43. *Gratian. diſcept. forenſ. c.* 111. *num.* 2. *&* 3. *Card. de Luc. de Regular. diſc.* 17. *num.* 6. *Rota deciſ.* 284. *ſub num.* 2. *cor. Ludoviſ. deciſ.* 665. *num.* 26. *coram Bichio.*

Superaccedebat denique manifeſtationi ejuſdem unionis ſubjectivæ alterum coruſcantius lumen, quod aliàs habita diſputatione ſuper hoc puncto collationis, prodiit Sententia de *anno* 1622. in qua dictum fuit, *Canonicos, & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Gaudentii Novariæ eſſe in poſſeſſione conferendi Parochialem Sancti Martini, aliàs Sancti Thomæ, proindeque eſſe in ea manutenendos, & propterea ab illis electum eſſe admittendum ad examen, & quatenus reperiatur idoneus, remittendum ad ipſos Canonicos, & Capitulum, ut ab eis ad Parochialem ipſam inſtituatur, dicto Summario num.* 8. proindeque dum ab inde ultra nulla apparebat interpoſita appellatio, quinimmò ſubſequens acceſſiſſet obſervantia, & in præſenti de alio non quæreretur, profectò hujuſmodi Sententia concedens Capitulo collationem ac inſtitutionem poſt examen intermedium faciendum ab Epiſcopo, dirimebat hanc quæſtionem, quemadmodum eſt de natura Sententiæ, quæ fecit tranſitum in rem judicatam, ex congeſtis apud *Poſth.* 19
Var. Reſol. cap. 106. *num.* 68. *& de Subhaſt. inſpect.* 66. *num.* 12. *Cenſal. dec. Lucen.* 6. *num.* 37. *Rot. deciſ.* 26. *nu.* 8. *cor. Burat. dec.* 147. *n.* 6. *part.* 5. *dec.* 266. *num.* 10. *& dec.* 313. *num.* 5. *part.* 15. *& dec.* 31. *num.* 7. *& dec.* 270. *n.* 8. *part.* 56. *cum aliis in Novarien. Portionum Parochialium* 4. *Julii* 1696. *§. Prædictaque, cor. Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.*

In nihilo officiente, quòd hæc Rectoria, ſeu Vicaria Sancti Martini, conferretur in titulum perpetuum, ſcilicet durante vita Rectoris: etenim non exinde oriebatur ſubjectio favore Epiſcopi, itaut poſſet deſuper indicere Concurſum, cum hujuſcemodi collatio in titulum, hujuſcemodi perpetuitas, non tollat eam unionem, quæ præcedenter extabat favore alicujus Dignitatis, vel Capituli; *Beatus* namque *Pius V.* in ejus Conſtitutione *la* 47. mandavit, hiſce curis ſubalternantibus præfigi Vicarium, ſive ad tempus, ſive vita durante, ſed non per hoc ſuſtulit Unionem, aut 20
Curam, quæ aliunde comprobata valeret reperiri apud alterum, & hoc eſt, quod in ſubſtantia reſpondendo ſimili objectioni dictum fuit *in dec.* 38. *num.* 8. *part.* 4. *& dec.* 445. *num. fin. part.* 5. *tom.* 2. *rec.* reaſſumptis *in deciſione hujus Cauſæ, edita in præcedenti Inſtantia coram Eminentiſs. D. meo Cardinali Caprara ſub die* 22. *Junii* 1705. *§. His poſitis, poſt medium.*

Minùs poſtremo pariter refragante ad excluſionem hujuſce unionis, & ſubjectionis, militantis pro Capitulo, conſobrinum exemplum alterius Portionis Curatæ, de qua ſuperiùs pluries meminimus; Quòd olimpe per Breve *S. M. Clementis VIII.* de quo *Summario Epiſcopi diſtributo in die expeditionis Cauſæ coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Caprara numero unico*, altera Portio Curata, quæ compellabatur Sancti Andreæ, delapſa in hodiernam nuncupationem Sancti Gau-

ĉti Gau-

ꝺi Gandentii, & adhuc præexiſtens in Eccleſia principaliter dicta Sancti Gaudentii, maneat ad collationem Epiſcopi, & S. Sedis, juxta notoriam Regulam Cancellariæ *la* 9. & reſpectivè indultas temporum repartitiones, ideoque fraternizans hoc exemplum explicaret alterum Sancti Martini, deducto argumento à ſimili, de quo per *Text. in l. non poſſunt* 12. *ff. de legib. & cap. translato, de conſtit. cum concordant. Bero. conſ.* 4. *num.* 6. *vol.* 1. *Decian. conſ.* 31. *num.* 47. *lib.* 1. *Peregrin. conſ.* 9. *num.* 29. *lib.* 2. *Pacian. de Probat. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 10. *Menoch. de Arbitrar. caſ.* 84. *num.* 8. *&* 9. *Surd. dec.* 78. *n.* 13. *Amat. dec. March.* 21. *num.* 43. *Rota deciſ.* 632. *n.* 2. *part.* 19. *rec.*

Quoniam in primis replicabant, & benè, Scribentes pro Capitulo, quòd hoc aſſertum Breve *Clementis VIII.* nullatenus foret in forma probante, nullumque ſpecimen haberet veri Brevis, & veræ Bullæ, & ſecundario ſtrenuè ſubjungebant, quòd quidquid ſucceſſum foret de Porrione Curata Sancti Andreæ cum intermiſſione Laicorum, de quibus obloquebatur prætenſum Breve, ob id non poterat fieri illatio ad Portionem Curatam D. Thomæ, & Eccleſiam Sancti Martini, circa quam aderant tot argumenta demonſtrativa unionis, & ſuper intercedebant res judicatæ; argumentum quip-
22 pe à ſimili non procedit in ſeparatis rebus, ſeu corporibus, & caſibus, etiam in minimo inter ſe diſſidentibus, ut limitando tradit *Bart. in repetit. l. ſi quis major, C. de tranſact. num.* 761. *& ſeqq. Bald. conſ.* 188. *in fin. verſic. non obſtat argumentum lib.* 1. *Andreol. controv.* 12. *num.* 13. *Everard. in loco à ſimili num.* 11. *Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſul.* 4. *Gloſſ.* 12. *num.* 80. *Cald. de Jur. Emphyteutic. cap.* 2. *num.* 27. & eſt tritum axioma,
23 quod à diverſis nuſquam fiat illatio ad *Text. in l. Papinianus exuli ff. de minor. & l. inter ſtipulantem, §. Sacram ff. de V. oblig. Surd. conſ.* 150. *num.* 94. *Altograd. jur. controv.* 89. *num.* 30. *Rot dec.* 23. *n.* 12. *cor. Cerr. deciſ.* 85. *num.* 28. *& dec.* 103. *num.* 9. *cor. Peutinger. deciſ.* 98. *n.* 35. *part.* 17. *dec.* 563. *n.* 15. *& dec.* 607. *num.* 31. *part.* 19. *rec. cum aliis in Cracovien. Scholaſteriæ ſuper Sequeſtro inter Impreſſ. coram Me dec.* 33. *n.* 12.

Quamobrem, vel quia ſuperabundabat ratio neutiquam ullo tempore facti Concurſus ab Epiſcopo in hac peculiari Eccleſia Sancti Martini, ac locum proinde ſibi vindicabant reſoluta in ſuperiùs memorata Cauſa *Legionen. Parochialis, cor. R.P. D. meo à Kaunitz*; Vel quia ſtringebat præcordia Dominorum motivum Unionis in favorem Capituli, ut ab initio enunciavimus, concorditer ita reſponſum fuit, & ſi Capitulo dumtaxat informante.

R. P. D. LANCETTA.

Novarien. Præcedentiæ.

Lunæ 3. *Julii* 1753.

ARGUMENTUM.

Canonicis ex ſolo titulo, abſque re, non debetur Præcedentia, in concurſu alterius Canonici, qui verè, & propriè ſit talis. Ex quibus probetur in caſu, de quo agitur, qualitas Canonici, merè honorifici.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies narratur.*
2 *Canonici etiam juniores, quando ſunt de Corpore veri Capituli, præcedere debent alios, qui non ſunt tales, licèt antiquiores.*
3 *Aliter daretur ſeparatio, & diviſio Corporis, nempe Capituli, quod unitum ſtare debet.*
4 *Potiſſimùm quia præcedentia competere non poteſt Canonico, qui talis non eſt, niſi in honorifica denominatione, in concurſu illius, qui verè, & propriè eſt Canonicus.*
5 *Ex quibus dignoſcatur in caſu, de quo agitur, qualitas Canonici honorifici, ſeu ſupranumerarii*, & n. 8.
6 *E converſo quæ ſint ſigna veri Canonici.*
7 *Ex præſervatione Jurium, alicui competentium, cenſetur excluſum illius præjudicium.*
9 *Factum, quod quis obſervare juravit, immò & obſervavit, non poteſt ampliùs impugnare.*
10 *Verba, alioquin ampla, intelligenda ſunt juxta limitationes, non proteſtationes præcedentes.*
11 *Non datur præcedentia, in concurſu alterius Dignitate ordinis inſignioris.*

DECISIO XXX.

IN Oppido Intri Novarien. Diœceſis adeſt Inſignis Collegiata S. Victoris, compoſita ex ſex Canonicis, inter quos unus eſt Præpoſitus, & hi omnes habent Curam habitualem, atque actualem Animarum dicti loci, ac inſuper unuſquiſque iſtorum exercet Curam actualem in Valle Intraſca, diviſam in ſex Parochiales,
cum propria ſeparata Præbenda, habetque domum Ca- 1
nonicalem, additis ulteriùs in communi, & onere reſidentiæ, & quibuſcunque aliis, quæ ad veram Collegiatam conſtituendam ſunt neceſſaria.

Fuerunt de anno 1675. ex pia largitate erecta alia tria Beneficia nuncupata Canonicatus, quorum poſſeſſores tanquam Canonici Supernumerarii incedunt quidem ſub Cruce ejuſdem Collegiatæ, deferunt eadem inſignia, ſed tantùm diebus Feſtis Choro interveniunt, nec habent onus quotidianæ reſidentiæ, carent voce in Capitulo, nec admittuntur ad ullos actus Capitulares, retinent proprios, ac peculiares redditus, nec Curam Animarum exercent, ita ut nullam cum aliis ſex Canonicis unionem, ac dependentiam habere dignoſcantur.

Subindè verò mox elapſis temporibus, videlicet de anno 1709. à pietate cujuſdam Antonii de Notatiis fuit erectus Canonicatus cum onere trium Miſſarum in hebdomada, & ea lege adjecta, quòd Juſpatronatus in infinitum ad ſuos deſcendentes maſculos ſpectaret, ſemperque proximior Fundatori eſſet præferendus, licèt minor 14. annorum, nec prima Tonſura initiatus, qui poſſet etiam in eadem Collegiata alia Beneficia abſque ulla diſpenſatione retinere, atque tunc ſolummodo diebus Feſtis Choro intereſſe deberet, quoties exiſtens in Oppido nullo honeſto impedimento detineretur; verùm hujuſce Canonicatus erectionem admiſit Capitulum una cum Vicario Generali, ſub expreſſa proteſtatione, & præſervativa, quòd nempè erectio hujuſmodi intelligeretur abſque ullo præjudicio dicti Ven. Capituli, ipſiuſque Jurium Parochialium quorumcunque, prout re vera in iſtis terminis erectio ipſa expleta fuit ab Ordinario.

Præſentavit igitur in ſequelam erectionis Fundator Fauſtum Joſephum ejus filium, & licèt iſte in actu apprehenſæ poſſeſſionis ſedendo in ultimo ſtallo poſt Canonicos Supernumerarios omnia prædicta, favorem Capituli reſpicientia, medio Juramento approbaverit, tamen ſuperventa vacatione unius ex ſex Canonicatibus, cæpit quæſtionem de Præcedentia movere adverſus Dominicum Bozzolum, qui fuerat proviſus de Canonicatu, & conſecutivè admiſſus inter antiquos Canonicos, quæ ſanè controverſia primo loco ab Ordinario Novarien. favore Fauſti Joſephi definita, diſſimilem exitum habuit coram Metropolitano Mediolanen. quia iſte præcedentem Sententiam revocavit, illamque ex capite nullitatis circumſcripſit, undè in gradu appellationis delata Cauſa ad noſtrum Sacrum Auditorium, & Commiſſione mihi directa, propoſui, informante tantùm Bozzolo, Dubium -- *An, & cui competat Præcedentia* -- & Domini illud favore Informantis reſolverunt.

Cum enim hic non agatur de Canonicatu erecto cum omnibus prærogativis, & omnimoda unione, ac annexione cum vero Capitulo, & antiquioribus Canonicis, ſed de Canonicatu extra Corpus Capituli, & cum ſimplici nomine, nulla admiſſa participatione, & unione cum aliis veris Canonicis, utique Dominis viſum fuit dubitari non poſſe, quòd eidem Fauſto Joſepho eſſet deneganda Præcedentia in Concurſu Bozzoli, eo
quia in iſtis terminis Canonici, etiamſi Juniores, 2
quando ſunt de Corpore veri Capituli, ſemper præcedere debent alios Supernumerarios, licèt antiquiores, & priùs de Canonicatu proviſos juxta ſenſum *Sacræ Congregationis Concilii in una Sutrina* 28. *Januarii* 1668. quam refert *De Luc. de Canon. & Dignit. diſc.* 37. *n.* 2. & notant *Caſſan. in Cathal. Glor. Mund. part.* 4. *conſiderat.* 12. *in fin. verſ. ita etiam obſervat. Coccoper. Lucubrat. Canon. lib.* 1. *num.* 178. *& ſeq.*

Quibus Authoritatibus procul dubio ratio viviſſima adſtipulatur, quoniam ſi Canonici ſupra numerum erecti non ſunt de Corpore Capituli, quod ea ſolis antiquis, & Numerariis conſtituitur, nimis patens eſſet incongruentia, quoties illis, quantumvis præcedenter
3 proviſis, competeret Jus præcedendi veros, atque antiquiores Canonicos, ſic ſeparando, & dividendo Corpus, quod unitum ſtare debet. *Pignatell. Conſul. Can. 90. tom. 6. num. 4. & conſult. 72. num. 18. tom. 9. Pitoa. diſcept. Eccleſ. 15. n. 3. Gratian. diſcept. 867. num. 23. & ſeq. Paaimoll. dec. 98. anaot. 1. num. 17. Rot. dec. 121. num. 5. part. 5. rec.* potiſſimùm, quia revera iſti Canonici Supernumerarii, qui non ſunt de Corpore Capituli, nec alia omnia cum cæteris Canonicis com-
4 munia habent, non dicuntur verè Canonici in re, ſed in ſola honorifica denominatione, cujus intuitu propterea in concurſu aliorum verè, & propriè Canonicorum, Præcedentia competere haud quaquam poteſt. *De Luc. de Canon, & Dignit. dict. diſc. 37. ſub num. 2. verſ. Altera eſt ſpecies*.

Et ſanè Domini exiſtimarunt, Canonicatum, à Fauſto poſſeſſum connumerari poſſe dumtaxat inter Canonicos, qui Supernumerarii dicuntur, ac nullam habent connexionem, & unionem cum vero Capitulo, idque, retento facto ſupra expoſito, deſumebant ex actibus geſtis in ipſa erectione, necnon ante, ac poſt erectionem; Quantum enim ad ea, quæ præceſſerunt erectionem, Inſtrumentum aſſenſus præſtiti à Capitulo pro
5 erectione iſtius Canonicatus ſatis clarè præſefert, nullatenus hujuſmodi Canonicatum eſſe incorporatum, atque annexum aliis ſex, & quia Canonici revera præbuerunt conſenſum, ſed cum clauſula præſervativa ibi *abſque ullo præjudicio Capituli, ipſiuſque Jurium Parochialium quorumcuaque &c.*, ita ut ex iſta dubitari nequeat, Capitulum voluiſſe ſolùm admittere Canonicatum Supernumerarium, & extraneum à Capitulo, minimè vero augere numerum ultra ſexennarium, dum hoc profectò præjudicium produxiſſet antiquis Canonicis, ut ex *Caſtr. conſ. 170. nu. 2. verſ. non videtur verum, lib. 1.* notat *Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 19. num. 45. Gratian. diſcept. 867. n. 11. & ſeq. Paaimoll. dec. 98. n. 7. cum ſeqq.*

Erectionem verò Epiſcopus non peregit juxta ſolitas formulas, videlicet cum plenitudine Juris Canonicalis, cum aſſignatione Stalli in Choro, ac loci, & vocis in
6 Capitulo, quæ omnia ſunt demonſtrativa veri, & proprii Canonicatus: *Lotter. ubi ſupr. num. 46. & ſeq. Barboſ. de Can. cap. 3. num. 5. Toaſut. Reſolut. Benef. lib. 1. cap. 111. num. 8. & 9.* ſed dumtaxat cum limitationibus, & præſervationibus appoſitis ab eodem
7 Capitulo in Inſtrumento Conſenſus præſtiti, ita ut ſubſequatur, hujuſmodi proteſtationes, ac præſervationes cenſeri ad excludendum præjudicium Capituli repetitas. *Rot. coram Priol. dec. 423. n. 4. & in Romana Statas Zagarolæ 29. Novembris 1706. §. Quamobrem, cor. Me.*

Dum autem fuit facta poſtmodum proviſio controverſi Canonicatus in perſona Fauſti Joſephi, iſte fuit tantùm admiſſus à Capitulo ſub explicata conditione, quòd nempè in futurum non poſſet habere vocem in Capitulo, ſicuti nec habent alii tres Canonici, qui non
8 ſunt de gremio Capituli, & conſequenter tanto magis ex hac nova declaratione arguitur voluntas non uniendi, & annectendi Capitulo hunc novum Canonicatum. *Rot. coram Coccin. dec. 1308. num. 3.* maximè, quia de facto alii tres Canonici nunquam habuerunt vocem in Capitulo, nec, licèt ſeniores, præceſſerunt alios juniores de gremio, quàm procul dubio conſuetudinem in actu capiendi poſſeſſionem Fauſtus
9 Joſephus obſervare juravit, immò obſervavit, proindeque nullo modo eidem permiſſum eſſe debet à ſua obligatione reſilire. *Rot. in Romana Præcedentiæ 5. Maji 1710. §. Quam quidem conſuetudinem, coram R.P.D. meo Criſpo.*

Neque in contrarium urgere poſſunt verba erectionis, quibus convincitur, Canonicatum erigi *cum honoribus, & privilegiis, quæ de Jure ſimilibus Canonicatibus ſpectant, & quæ aliis Canonicis ejuſdem Eccleſiæ competunt &c.* nam ſatisfecit Dominis reſponſio, quòd prædicta verba erant intelligenda cum iiſdem limitationibus, & præſervationibus, quibus Conſenſus fuerat præſtitus à Capitulo, & cum quibus Epiſcopus ad erectionis actum devenit, ſicque non poſſe importare, quàm quoddam Jus honorificum intra ſphæram Canonici Supernumerarii extra Corpus Capituli, & excluſivè ad 10
Præcedentiam. *Fagnan. in cap. dilectus, num. 24. de præbend. Lotter. ubi ſupr. num. 47.* præſertim, quia novus Canonicatus non habet annexum Ordinem Sacerdotalem, dum poteſt conferri puero, prout è contrà verificatur hujuſmodi neceſſitas Sacerdotalis in aliis ſex 11
Canonicis, qui habent actualem Curam Animarum, ex cujus Ordinis Dignitate inferioribus adimitur facultas præcedendi. *Rot. in Eugubina Præeminentiarum 20. Februarii 1702. §. Ex ordine, cor. Eminentiſſ. Card. Priolo, & in dicta Romana Præcedentiæ 5. Maji 1710. §. De majori, coram Criſpo.*

Et ita unica &c.

R. P. D. BARBADICO.

Novarien. Præcedentiæ.

Lunæ 11. Decembris 1713.

ARGUMENTUM.

Præcedentia debetur vero Canonico; non Canonico, impropriè ſic dicto, ſeu honorario. Ex quibus deducatur in caſu, de quo agitur, iſta qualitas Canonici Supernumerarii; & argumentis contrariis plenè ſatisfit.

SUMMARIUM.

1 *Controverſiæ ſuper Præcedentia inter Canonicos ex antianitate regulariter dirimuntur.*

2 *Secus quando lis eſt inter verum Canonicum, & Canonicum impropriè ſic dictum, ſeu honorarium; quia tunc Præcedentia debetur vero Canonico.*

3 *In quibus terminis procedat concluſio, quòd ſecuta legitima Canonicatus erectione, qui illum obtinet, gaudere debeat omnibus prærogativis, & privilegiis, quibus fruuntur alii Canonici antiquiores,* & num. 4.

5 *Ex præſervatione præjudicii Capituli, ejuſque Jurium Parochialium quorumcunque, deſumitur in caſu, de quo quæritur, qualitas Canonici improprii, & honorarii.*

6 *Verba* abſque ullo præjudicio, *veluti univerſalia negativa, excludunt omne, & quodcunque præjudicium.*

7 *Talis ampla præſervatio, dum agitur de Eccleſia, in qua nullæ adſunt Diſtributiones quotidianæ; ſed unuſquiſque Canonicus habet propriam Præbendam, & ſeparatam, non reſtringitur ſolùm ad emolumenta burſalia; ſed extenditur etiam ad omnia, & ſingula Jura Canonicalia.*

8 *Verba prolata per modum augendi, aliquid operari debent ultra præcedentia.*

9 *De Jure ſpecies adjecta cenſetur ad majorem declarationem prioris diſpoſitionis.*

10 *Prohibitio, quòd Canonicus admittendus in rebus Capitularibus ſe immiſcere non debeat, omnimodam præſefert ſegregationem à Canonicis Capitularibus.*

11 *Idem ſuadet pariſicatio aliis Canonicis, qui non ſint de gremio Capituli, ſed tantùm Supranumerarii.*

12 *Actus præcedentes declarationem recipiunt à poſterioribus.*

13 *Qui acceptavit conditiones, ſibi oblatas, non poteſt deinde contra propria acceptationis factum venire.*

14 *Mandans, qui factum ſui Procuratoris obſervavit, præſumitur ratum habuiſſe quidquid egerat Procurator.*

15 *Nec per eum opponi poteſt ignorantia actus, à Procuratore concluſi, quia talis caſu in eo ſupponitur certa, & ſpecifica ejuſdem actus notitia.*

16 *Et etiam quia factum proprium ſemper obſiſteret, & habetur pro implicita confeſſione.*

17 *Poſſidens Canonicatum, qui etiam per ſimplicem Clericum retineri poteſt, præcedere non valet Canonico, Præbendam Sacerdotalem habenti.*

18 *Generica, & indefinita conceſſio, facta cum relatione ad aliquid modificativum, & reſtrictivum, ad illius limites eſt intelligenda.*

19 *Ordinarius non poteſt, variando præcedenter diſpoſita, concedere Inſtitutionem, ab erectione, & fundatione difformem, in præjudicium Capituli.*

20 Mi-

20 *Minuſque obſtat ſi talis Inſtitutio non fuerit in hac parte executioni demandata.*

21 *Eccleſia S. Victoris Oppidi Intri ex reſcripto S. R. C. canonizata eſt uti Collegiata inſignis.*

22 *Non licet incidenter in dubium revocare ea, quæ alias fuerunt cum legitimis Contradictoribus definita.*

23 *Præſertim quando agitur de Reſolutionibus* S. Congregationum, *quæ ſunt reverenter excipiendæ.*

DECISIO XXXI.

ORta controverſia inter Dominicum Bozzolum & Fauſtum Joſephum de Notariis, Canonicos Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Victoris Oppidi Intri, ſuper Jure præcedendi in Choro, aliiſque Eccleſiæ Functionibus, eaque coram Ordinario, & Metropolitano vario marte definita, delata tandem ad *Sacræ Rotæ Auditorium, R. P. D. meus Lancetta prævia Deciſione edita die 3. Julii labentis anni*, ſententiam protulit favore Dominici, quam hodiè Domini in gradu ulterioris appellationis ſub conſueto dubio à me requiſiti, confirmandam eſſe authumarunt.

Ea moti ratione, quia Dominicus adſcriptus reperitur inter Canonicos primæ erectionis, habentes Animarum Curam, & Eccleſiæ Capitulum efformantes; E' contra verò Fauſtus Joſeph obtinet Canonicatum ita impropriè dictum, & ab eodem Capitulo ſeparatum: Undè meritò pronunciatum fuit, Præcedentiam debitam eſſe Dominico, non obſtante, quòd Fauſtus Joſeph eſſet antiquior, nam licèt controver-
1 ſiæ hujuſmodi ex antianitate regulariter dirimantur, ad notata per *Rot. in Romana Præcedentiæ 3. Junii 1712. §. Denique, coram R. P. D. meo Criſpo*, hoc tamen non procedit, ubi lis agitur, ut in præſenti, inter verum Canonicum, & improprium, ſive honorarium; In his enim terminis poſthabita antianitatis prærogativa,
2 Præcedentia ſemper debetur vero Canonico, & quia is dignior reputatur, & quia tanquam membrum Capituli ab ejus corpore ſeparari non debet per interpoſitionem alterius in eodem Capitulo non incluſi, ut promiſcuè advertunt *Gratian. diſcept. for. cap. 867. ferè per tot. Ceccoper. Lucub. Canon. lib. 1. num. 178. verſ. & quamvis Pignattell. conſult. Canon. 90. num. 4. tom. 6. & conſult. 72. num. 18. tom. 9. Caſſan. in Catalog. Glor. Mund. part. 4. conſid. 12. in fin. Card. de Luc. de Canon. & Dignit. diſc. 37. n. 2. Panimoll. dec. 98. annot. 1. n. 17.*

Nullatenus ſubſiſtente, quod ſequuta legitima Canonicatus erectione cum auctoritate Ordinarii, & con-
3 ſenſu Capituli, Fauſtus Joſeph effectus fuerit vetus Canonicus, & gaudere debeat in omnibus, & per omnia iiſdemmet prærogativis, & privilegiis, quibus alii antiquiores Canonici fruebantur, ut plenè firmatur *in recen. part. 3. deciſ. 720. & coram Buratt. deciſ. 193. à num. 1.* Id namque procederet, quatenus per erectionem Canonicatus conſtituta fuiſſet vera, & perfecta Canonia, per infractionem numeri jam præexiſtentis, & cum ejus incorporatione in antiquorum Collegio, in quibus circumſtantiis loquuntur, & intelligendæ ſunt Authoritates in objecto allegatæ; At cum in caſu, de quo agitur, præſervato antiquo Canonicorum numero, Canonicus de novo admiſſus nullam habeat cum Canonicis antiquis participationem, aut ſocietatem, & conſtituat figuram Canonici merè honorarii, & ſupranumerarii, hinc neque dicitur de
4 gremio Capituli, neque per conſequens potiri valet Juribus, & prærogativis ad antiquos Canonicos pertinentibus, ut benè diſtinguendo tradunt *Ceccoper. Lucubr. d. lib. 1. num. 180.* cum aliis plenè relatis per *Panimoll. dec. 198. n. 7. & 8. & annot. 1. n. 15.* & admittit *Rot. coram Buratt. dicta dec. 193. ſub n. 4.*

Quod verò Fauſtus Joſeph receptus fuerit in Canonicum ſupranumerarium abſque infractione antiqui numeri, & à Capitulo ſeparatum, ex eo principaliter probatum remanet, quod porrecta Capitulo ſupplicatione pro admiſſione novæ fundationis, Canonici conſenſum non aliter præſtiterunt, quàm *abſque ullo præjudicio dicti Vener. Capituli, ipſiuſque Jurium Parochialium*
5 *quorumcunque*. Ex hac etenim adeò ampla præſervativa neceſſariò conſequitur, eoſdem antiquos Canonicos, admittere nullatenus voluiſſe novum Canonicum in eorum conſortio, cui ex eadem admiſſione indubitanter emerſiſſet præjudicium, ob participationem, & reſpectivè diminutionem Jurium Canonicalium, ut præter relatos *in deciſ. Cauſa §. Et ſanè videre eſt penes Tondut. Quæſt. Benef. tom. 1. cap. 111. n. 10. & 11. Card. de Luc. de Canon. diſc. 6. ſub n. 12. & Barboſ. eod. tract. de Canon. c. 3. n. 15. verſic. declarat.*

Non attenta reſponſione, quod præſervativa iſta referenda ſit ad emolumenta burſalia, tum quia ex hac interpretatione læderetur amplitudo, & generalitas ejuſdem præſervativæ conceptæ ſub verbis illis, *abſ-* 6
que ullo præjudicio, quæ veluti univerſalia negativa, omne, & cujuſcumque generis præjudicium excludunt *l. Julianus 66. ff. de legat. 3. Natta conſ. 410. num. 6. & ſeqq. Spada conſ. 337. nu. 5. lib. 2. Rot. coram Priol. dec. 314. n. 6. coram Bich. dec. 158. n. 11. coram Cerro dec. 28. n. 20. & in rec. p. 18. dec. 811. num. 1.* Tum etiam quia cum in eadem Eccleſia nullæ adſint diſtributiones quotidianæ, ſed unuſquiſque Canonicus ſuam habeat propriam Præbendam, & ſeparatam, indeque definiat ea emolumenta, quæ pati poſſent diminutionem ex participatione Canonici de novo admiſſi, ea- 7
dem præſervativa, ne remaneat inutilis, & otioſa, coarctanda non eſt ad emolumenta burſalia, ſed extendenda venit ad omnia, & ſingula Jura Canonicalia ad *Text. in c. Paſtoralis, & c. in his, de Privileg. Pagnan. in c. olim ſibi num. 4. de V. ſignif. Gallin. de V. ſignif. lib. 1. c. 9. n. 15. Rot. in rec. p. 7. deciſ. 201. n. 56. & p. 19. dec. 85. n. 9.*

Abſque eo quod recurrere liceat ad emolumenta, de quibus Canonici antiqui ratione curæ participant; Quoniam cum hæc fuerint diſtinctè, & ſpecialiter præſervata, ex verbis illis — *ipſiuſque Jurium Parochialium quorumcumque*, & verba iſta prolata appareant per modum augendi præſervativam cujuſcumque præjudicii præcedenter expreſſam, nullatenus proindè di- 8
cendum eſt, quod Capituli præjudicium ad ſola Jura Parochialia reſtringi debeat, contra regulam *Text. in l. legata inutiliter ff. de legat. 1. l. cum tale 27. §. fin. ff. de condit. & demonſtr. Rot. cor. Cerro deciſ. 906. nu. 9.* Dato etiam citra veritatis præjudicium, quod Jura ipſa Parochialia ſint ſpecies, & effectus Jurium Capitularium, nam non indè conſequeretur, quod Canonici antiqui ſibi dumtaxat præſervaverint emolumenta derivantia ab adminiſtratione Curæ, quia de Jure ſpecies adjecta cenſetur ad majorem declarationem prioris diſpoſitionis, & ex ea præcedenti generalitate nullatenus 9
præſumitur derogatum, juxta Theoricam *Bartoli in l. quæſitum §. Si quis fundum circa fin. ff. de fund. inſtruct. Gratian. diſc. for. cap. 992. n. 1. & 2. Rot. coram Seraph. dec. 584. n. 7. coram Priol. dec. 113. n. 20. & 21. coram Emerix Jun. dec. 1272. n. 8. & in recen. part. 9. dec. 154. num. 15. & 17.*

Hæcque adeo plana intelligentia indeclinabilis reddebatur, ex eo quod ſecuta erectione Canonicatus per Fauſtum Joſephum poſſeſſi, ejus Procurator ad illius poſſeſſionem immiſſus fuit ſub ea explicita declaratione, *quod nunquam poſſit, nec habere debeat in futuram vocem in Capitulo, prout non habent alii tres Canonici, qui non ſunt de gremio Capituli*, eique aſſignatus extitit ultimus ſedendi locus poſt eoſdem tres Canonicos ſupranumeratios: Exinde enim ad evidentiam convincitur, præcedentem erectionem Canonicatus non aliter admiſſam, & approbatam fuiſſe ab antiquis Canonicis, quam ſub conditione conſtituendi Canonicum merè honoratium, à corpore Capituli ſegregatum, tum quia conventum extitit, quod ipſe nullo umquam tempore in rebus Capitularibus ſe immiſceret, quod certè omnimodam præſefert ſegregationem à Ca- 10
nonicis Capitularibus, cum aliàs ei denegari non debuiſſet facultas ſuffragium ferendi circa ea, quæ ad Capitulum ſpectant, ut loquendo de hiſce Canonicis de novo admiſſis, docuit *Federic. de Sen. conſ. 290. col. 3. verſ. an iſti*, & firmavit *Rota dicta dec. 720. p. 3. rec. & coram Buratt. dicta dec.* 193. Tum etiam quia parificatus fuit cum aliis tribus Canonicis ſupranumeratiis, nullam habentibus cum ſex antiquis Canonicis connexionem, quod pariter eandem ſegregationem manifeſtè concludit, cum ſtante dicta parificatione, collatum Fauſto Joſepho non præſumatur jus illud, quo non pollent alii tres Canonici ſupranumerarii *argum. Text. in c. de privil. in 6. & in l. ad ſimilitudinem C. de Ad-*

voc.

*voc. diverſ. Judic. Rota coram Emerix Jun. dec. 1166. nu.
4. & in Imolen. adminiſtrationis Sacramentorum 11. Janua-
ris 1704. §. Hoc autem coram bon. mem. Omanna.*

Et ex hoc actu nedum reſultat præſumptio, quod
ſub præſervativa cujuſcumque præjudicii generaliter
explicata in actu conſenſus præſtiti pro erectione Ca-
12 nonicatus, includantur omnia Jura Canonicalia, jux-
ta familiarem regulam, quod actus præcedentes decla-
rationem recipiunt à poſterioribus, de qua *in l. ſi ſer-
vus plurium §. fin. ff. de legat. 1. Bocc. conſ. 29. nu. 26. Jo-
ſeph Ludovic. concluſ. 38. per tot. Rot. coram Pen. dec. 943.
n. 3. cor. Cocc. dec. 954. n. 6. & dec. 1125. n. 10. & cor.
ſan. mem. Alexand. VIII. dec. 565. nu.* 20. Verum etiam
emergit contra Fauſtum Joſephum certa, & conclu-
dens mali Juris probatio, nam ipſe, qui jam accepta-
13 vit conditiones ſibi à Canonicis præſcriptas, non po-
teſt modo illas impugnando, propriæ acceptationis fa-
ctum ſubvertere *l. poſt mortem ff. de adopt. Rota coram
Priol. dec. 113. nu. 32. & in rec. p. 5. dec. 336. num. 22.*
Haud ſubſiſtente, quod poſſeſſio capta fuerit per Pro-
curatorem præjudicare non valentem Principali in his,
quæ ſunt ſpecialiter demandata, quia cum Fauſtus Jo-
ſeph adverſus actum à Procuratore geſtum, nullum
emiſerit diſplicentiæ ſignum, & illius ſequelam con-
tinuaverit in poſſeſſione Canonicatus, ratum hinc ha-
14 buiſſe præſumitur quidquid egerat Procurator, inde-
que ex ejus facto ob ſuperventam ratihabitionem re-
manſit efficaciter obligatus, etiam ſecluſo mandato *c.
ratihabitione, de reg. Jur. in 6. Altogr. conſ. 17. nu. 53. &
ſeq. lib. 1. Rab. de validit. legal. c. 13. n. 54. Fontanell. de-
ciſ. 504. n. 12. Rot. in rec. p. 6. dec. 194. n. 8. p. 18. dec.
739. num. 4. & in Cabilonen. ſeu Ordinis Ciſtercien. Juriſ-
dictionis 4. Maji 1706. §. Verùm coram Reverendiſſ. D.
meo Decano.*

Neglecta pœnitùs replicatione, quod ad præſumen-
dam acceptationem actus adeo præjudicialis proban-
da eſſet in Fauſto Joſepho illius præciſa, & indivi-
dua notitia. Dum enim ipſe abſque ulla reclamatio-
ne recenſeri paſſus fuit inter Canonicos Supranumera-
rios, ac libenti animo ſe contulit ad poſtremam Cho-
ri Sedem Procuratori aſſignatam, inutiliter excipit de
ignorantia actus cum Procuratore concluſi, ſive quia
ex ſubſecuta poſſeſſione per Fauſtum Joſephum conti-
nuata eiſdem modo, & forma, quibus illam accepta-
15 verat Procurator, credendum omninò eſt, quod in eo
certa, & ſpecifica reſederit ejuſdem actus notitia
quia, ſive illum nullatenus approbaſſet per actus con-
tinuatos, ſibique præjudiciales, ut advertitur *in Æſi-
na Cenſus 18. Aprilis 1695. §. Non relevante, coram Emi-
nentiſſimo D. meo Priolo, & in Illerden. Vigeſimæ, ſeu Sa-
larii 24. Novembris 1702. §. Quo enim ad ſcientiam, co-
ram R. P. D. meo Lancetta.* Sive etiam quia, ſecluſa
Procuratoris acceptatione, eidem Fauſto Joſepho pro-
prium factum ſemper obſiſteret, nam ſi ipſe Præceden-
tiam non impugnavit tribus Canonicis Supranumera-
ris, qui nunquam illam prætendere auſi ſunt adver-
16 ſus ſex Canonicos efformantes Capitulum, implicita
indè emergit confeſſio, quod non fuerat inter eoſdem
ſex Canonicos cooptatus; cumè converſo ſi ſe de gre-
mio Capituli crediidiſſet, ſedere, ac incedere debuiſ-
ſet immediatè poſt Canonicos primæ erectionis, cum
eo ſimul unum, & idem Collegium conſtituentes,
poſtbabitis tribus ſupranumerariis ab eodem Collegii
corpore ſeparatis, juxta auctoritates relatas in *§. Ea
moti ratione.*

Præterea in præmiſſorum omnium comprobationem
Domini animadvertere non omiſerunt, quod in fun-
datione Canonicatus per Fauſtum Joſephum poſſeſſi,
explicitè cautum fuerit, eum retineri poſſe per ſim-
plicem Clericum ætatis annorum quatuordecim, ex
hac etenim circumſtantia indubiè concludendum eſt,
Præcedentiam debitam eſſe Dominico, qui ratione
Curæ inter omnes Canonicos diſtributæ obtinet Præ-
17 bendam Sacerdotalem; Undè præferri nequaquam va-
let à Fauſto Joſepho, qui retinet Canonicatum, juxta
legem fundationis, pro ſimplici Clerico deſtinatum *c.
ſtatuimus, de major. & obed. cum concordant.* plenè cumu-
latis *in Romana Præcedentiæ 5. Maji 1710. §. De majori,
coram R. P. D. meo Criſpo, & in ejus confirmatoria 3. Ju-
nii 1712. §. Quemadmodum, cor. eodem, & in Deciſione
Cauſa §. final.*

Hiſque ita firmatis, in nibilo Fauſtum Joſepho pro-
deſſe valuit, quod Ordinarius ejus Canonicatus ere-
ctionem demandaverit *cum omnibus honoribus, & privi-
legiis, quæ de jure ſimilibus Canonicatibus ſpectant, & quæ
aliis Canonicis ejuſdem Collegiatæ competunt.* Quia cum
hanc generalitatem immediatè reſtrinxerit ad termi-
nos admiſſionis Capitularis ibi — *Cum limitationibus, ta-
men, & reſervationibus à Ven. Capitulo appoſitis in dicta
præinſerta ordinatione Capitulari, & non aliter &c.* ge-
nerica hinc & indefinita horum, & privilegiorum con-
ceſſio, utpotè modificata, & reſtricta ex limitationi-
bus, & reſervationibus in actu Capitulari conten- 18
tis, ad quos habita fuit approbativa Relatio, nullum
Jus tribuere valuit pro aſſequenda Præcedentia, quam,
ut ſupra probatum eſt, Canonici Capitulares in eo-
dem actu Capitulari ſibi virtualiter præſervarunt per
*Text. in l. Stycum, qui meus erit ff. de legat. 1. l. quis an-
te ff. de acquir. poſſeſſ. Honded. conſ. 2. nu. 14. lib. 1. Rot.
coram Buratt. dec. 772. n. 4. cor. ſan. mem. Alex. VIII. dec.
76. n. 7. & 8. & cor. Merlin. dec. 319. n. 3.*

Ejuſdemque, immò minoris relevantiæ reputata fuit
ſucceſſiva inſtitutio ad eundem Canonicatum per Fau-
ſtum Joſephum reportata, ubi omnia conferuntur ju-
ra, cæteris Canonicis pertinentia; Tum quia Ordi-
narius non poterat, variando præcedenter diſpoſita, 19
concedere inſtitutionem ab erectione, & fundatione
difformem in præjudicium Capituli: *Navarr. conſ. 8. n.
1. de Conſtit. Berous conſ. 5. nu. 6. & ſeqq. & nu. 33. lib. 1.
Card. de Luc. diſc. 96. n. 7. Rot. coram Seraphin. dec. 538.
n. 1. & in rec. p. 1. dec. 496. n. 9. & p. 2. dec. 216. nu. 4.*
Tum etiam quia eadem Inſtitutione minimè attenta,
Fauſtus Joſeph Canonicatus poſſeſſionem acceptavit,
& approbavit tanquam Canonicus Supranumerarius,
& à corpore Capituli ſeparatus: Quo poſito ad aſſe-
quendas prærogativas, cæteris Canonicis competen-
tes, nulla vis fieri valet ſuper dicta inſtitutione exe-
cutionis in hac parte non demandata, penituſque re- 20
ſoluta ex contraria Capituli proteſtatione, per Fau-
ſtum Joſephum confirmata. *Lotter. de Re Benef. lib. 1.
q. 28. n. 281. Rot. cor. Coccin. deciſ. 1680. nu. 174. coram
Celſo dec. 282. n. 16. coram Emerix jun. dec. 843. n. 8. &
in rec. p. 10. dec. 561. n. 13. & p. 19. dec. 381. n. 17.*

Et denique inutiliter contendebatur, quòd Eccleſia
S. Victoris non eſſet vera Collegiata, ſed ſimplex Con-
gregatio Presbyterorum, indè inſerendo, quòd, ceſ-
ſante Collegialitate, aſſignabilis haud ſit differentia
inter unam, & alteram ſpeciem Canonicorum. Quo-
niam hujuſmodi exceptio, cui de cætero diametrali-
ter adverſantur fundatio, & erectio Canonicatus, cæ-
terique actus à Fauſto Joſepho expleti, qui omnes præ-
ſupponunt modò controverſam Collegialitatem, peni-
tus eliminata remanet ex Reſcripto *Sacræ Congregatio-
nis Rituum*, ex quo declaratum extitit, Eccleſiæ S. 21
Victoris tanquam Collegiatæ inſigni competere Præ-
cedentiam adverſus alias Collegiatas ſimplices; Hæc
enim declaratio omnem ſubſtulit dubietatem, nam per-
miſſum non eſt in præſenti Collegialitatis ſtatu in
controverſiam reducere poſtquam Sacra Congregatio il-
lum in aliarum Eccleſiarum contradictorio canoniza-
vit, cum revocare incidenter non liceat ea, quæ aliàs 22
fuerat cum legitimis contradictoribus definita ad *Tex.
in l. ingenuum ff. de ſtat. homin. Rot. coram Priol. deciſ. 34.
n. 14. coram Zarat. dec. 74. num. 18. & in rec. p. 16. dec.
808. n. 2.* Præſertim quando judicatum provenit, pro-
ut in themate, à Sacris Congregationibus, quarum
Reſolutiones noſtrum Tribunal reverenter, & abſque 23
ulla diſcuſſione excipere profitetur, ut videre eſt *in
dec. 479. nu. 2. ibique Adden. nu. 20. coram Buratt. dec. 60.
n. 4. cor. Celſo, in rec. p. 18. dec. 279. nu. 2. p. 19. deciſ.
166. num. 2. & in Faven. prætenſæ aſſociationis 17. Junii
1707. §. Neque obſtant, coram R.P.D. Scotto Almæ Urbis
Gubernatore.*

Et ita utraque &c.

R. P.

R. P. D. ANSALDO.

Pampilonen. Juris Sedendi.

Veneris 28. Januarii 1707.

ARGUMENTUM.

Parocho non debetur Sedes diſtiucta, & cæteris præcelſior, ſed tantùm primus locus ſedendi in Scamno.

SUMMARIUM.

1 *Poteſt Epiſcopus contra inobedientes etiam excommunicationis gladio uti.*
2 *Contra contumaces omnia Jura clamant.*
3 *Confirmanda eſt ſententia; quæ dignoſcitur valida, & juſta.*
4 *Non omnium rerum, quarum initii memoria non extat, certa ratio reddi valet.*
5 *Elatiorem locum in Choro occupabant antiquitus in Regno Hiſpaniarum Abbates Regulares, Divina Officia cum ſuis Monachis adimplentes.*
6 *Epiſcopo in qualibet Eccleſia ſuæ Diœceſis debetur ſedes elatior, & ab aliis diſtincta*, & n. 9.
7 *Parochus eſt tanquam Epiſcopus in ſua Parochia.*
8 *Limita quoad locum Sedendi, qui ei non debetur niſi primus in Scamno.*
10 *A' diverſis non valet fieri illatio.*
11 *Ab exemplis non eſt judicandum.*
12 *Judicio Epiſcoporum S. Rot. libenter adhæret.*

DECISIO XXXII.

ADerat in Eccleſia S. Cervini temporibus pervetuſtis quidam Chorus cum elevatione præcelſioris Sedis, & Scamnis circa Officiatura ejuſdem Eccleſiæ vacuis, uſquequo exiſtimantibus fortaſse Operariis, ſeu Fabriceriis, vel Presbyteris eidem Choro deſervientibus veterem ipſius Chori ordinationem, in melius reſtaurare, novum Chorum extruxere, in quo selicta in medio pariformiter magis excelſa Sede, Subſellia, ſive Scamna officiari debentium diviſa extiterunt à Cornu Sacroſancti Evangelii, & reſpectivè Epiſtolæ, ideſt à dexteris, & à ſiniſtris: Prætendente autem Parocho ſecundum hanc recentiorem edificationem arrogare ſibi ſupradictam Sedem magis auguſtam, reverendiſſimus Ordinarius inhibuit Parocho, ne hanc Cathedram, ſive Sedem occuparet, deveniendo etiam ad Canonica remedia ratione ejus inobedien-
1 tiæ, atque ad bonc effectum ulteriùs evaginando gladium, qui fuit traditus Epiſcopis, excommunicationis nempè, cum ſimilibus, ad coercendos refractarios per *Textum in cap. dilecto, de ſentent. excommunicat. in 6. cap. ſi quis deinceps in fin. 17. quæſt. 1. Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1. ante fin. & ſeſſ. 25. cap. 3. per tot. Abbas in cap. 1. num. 10. de Judic. Franc. in cap. cum ſit Romana §. Præterea, nu. 3. de appell. Sayr. de Cenſur. lib. 1. cap. 9. num. 32. Scacc. de appellation. quæſt. 17. limit. 22. num. 38. Card. de Luc. in adnot. ad Sacrum Concilium Tridentinum diſcurſ. 43. à numer. 13. ad ſeqq. & per tot. R. P. D. Petra in Commentar. ad Conſtitution. Apoſtolicar. tom. 1. Conſtitut. 1. Leon. X. ſect. 3. ſub num. 91. fol. 213. col. 2. Rot. deciſ. 567. num. 6. part. 19. rec.*

Provocavit Parochos ab hiſce juſſibus Epiſcopi ad Sanctam Sedem, ſive Sacram Rotam, ac prima vice ſolus comparens in Theatro noſtri Auditorii facilè ei fuit reportare *coram R. P. D. meo Scotto* manutentionem in ſibi adſcito ordine ſedendi, cum nemine in contrarium veniente, paſſim idem noſtrum Auditorium reſpondere ſoleat *Pro Informante*, ut ita exciteutur à ſomno, qui dormiunt, ſuoque loco, & tempore alacriores fiant in adducendis eorum rationibus, tum ex
2 iis, quæ de jure habeutur, quod contra contumaces omnia jura clament, & quod regulariter Reorum ſit fugere, juxta adnotata per DD. *in l. properandum 11. §. Sin autem Reus C. de Judic. Maceraten. Var. Reſolut. lib. 3. reſol. 3. numer. 15. Marant. controv. Jur. part. 3. reſponſ. 78. num. 9. & part. 4. reſponſ. 75. num. 3. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 93. ſub num. 1. Rot. Bononien. diverſ. deciſ. 71. ſub n. 10. Rota noſtra dec. 6. de dol. & contumac. in novis dec. 336. in princ. part. 16. rec. & in Romana, ſeu Januen. Pecuniaria 22. Januarii 1696. §. Sufeciſſet, coram Me*; Tam ex iis, quæ enunciata fuerunt *in Viterbien. Fideicomm. 8. Maji 1702. coram Me*, quæ poſtea Deciſio ad trutinam ventilata per comparentiam alterius partis, meritò, ut ſuſpicabatur, etiam in die reſolutionis Tribunal, fuit revocata, quemadmodum liquet ex *ſuperventa mea Deciſione ſub die 6. Junii 1703.* contra quam poſteriorem definitionem, nec etiam Victor in prima contumaciali ſucceſſivè reclamavit.

Eoque faciliùs *Domini* tunc temporis decreverunt Parocho manutentionem, quia laceſſiti Scribentes contra eundem Parochum occaſione expeditionis Cauſæ ſuper præſtita manutentione, adeo, ut ita dicamus, ſocordes fuerunt, ut permiſerint eandem manutentionem, ac deſuper definitum tranſire in rem judicatam, donec tandem expergeſacti Presbyteri ejuſdem Eccleſiæ, & habito recurſu ad Signaturam Juſtitiæ, emanavit ab eadem Signatura reſcriptum *de Cauſis reſtitutionis in integrum*; Delataque proindè re ad *R. P. D. meum Caffarellum*, apud eum reſponſum fuit *conſtare de Cauſis petitæ reſtitutionis*, cum ſucceſſiva, & adverſaria ſententia infirmante manutentionem Parocho conceſſam à *R. P. D. meo Scotto*, uti de his omnibus liquet habita confrontatione deciſionum, ac temporum, tam *R. P. D. mei Scotti ſub die 20. Aprilis 1705.* quàm *R. P. D. mei Caffarelli ſub die 10. Maji anni 1706. mox elapſi.*

Quia tamen per hoc negotium terminatum dici non poterat, & proindè memorati Oppugnatores Parochi ad ipſius quæſtionis obtruncationem tutius obtinendam curarunt *mihi* committi hujuſmodi cauſam, neceſſe habui interrogare *Dominos meos — An poſtrema ſententia Rotalis, ſive R. P. D. mei Caffarelli confirmanda foret, vel infirmanda*; Hodieque *Domini Mihi* ſuffragantes (detrectaote à contrario Parocho, ex qua cauſa neſcitur, jura ſua in præſenti Audientia deducere) citra hæſitationem unanimiter reſponderunt, *ſententiam Rotalem, ſeu R. P. D. mei Caffarelli fore prorſus confirmandam*, quemadmodum ſibi promeretur quælibet ſententia, quæ dignoſcatur inniti irrefragabili va- 3
liditati, & indubitabili juſtitiæ per *Text. in cap. cauſam, quæ de ſentent. & re judicat. cap. Raynutius, in fin. de Teſtam. deciſ. 286. in princ. coram ſan. mem. Alex. VIII. deciſ. 351. num. 1. part. 14. deciſ. 514. numer. 9. & deciſ. 556. numer. 2. part. 19. recent. & in Romana hæreditatis de Ruſpolis 14. Maji 1706. in princip. coram R. P. D. meo Caffarello.*

Jam enim circa validitatem præmiſſæ poſterioris ſententiæ *R. P. D. mei Caffarelli* quæſtio non aderat, nec poterat adeſſe, undè etiam ex officio apud *Dominos* seducto certamine ad juſtitiam, fundamenta *ſupradictæ Deciſionis R. P. D. mei Caffarelli* reddebantur ineluctabilia; retento quippè themate veteris, & novi Chori, etſi ſciri non poſſet, qua de cauſa extaret in veteri Choro Sedes eminentior, & qua de cauſa etiam in conſtructione novi fuerit, derelictis ſcamnis antiquis, elevata in cornibus diviſis Sedes præcelſior,
cum non omnium rerum quarum initii memoria non 4
adeſt certa ratio reddi queat, ut in ſuis, & non diſſonantibus terminis inquit *Julianus in l. non omnium 20. ff. de Reg. Jur.* & animadvertit *Sacr. Rota in Urbanien. Archipresbyteratus ſub die 17. Maji 1697. coram Me*, & legitur *in primo Volumine mearum Deciſionum la 9. ſub initio.*

Adhuc veriſimile erat, quod hæc Sedes elatior, & fortaſſe illa alia ſcamna, ſive ſubſellia, quæ primitùs manebant vacua, ferirent ſtatum temporis tunc decurrentis, ratione interventus Epiſcopi, vel alterius Regularis Abbatis Divina Officia adimplentis cum ſuis Monachis, prout in ordine ad tempora antiquiora, & in ordine ad Abbates Regulares fuit tactum, 5
& animadverſum in hoc ipſo Catholico Regno Hiſpaniarum cum doctrina *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap. 8. ex num. 132. in Gennen. Juris mutandi 20. Februarii 1699. cor. Me inter impreſſas dec. 76. in annotat. ad eandem deciſ. ſub n. 16.*

Et ſi fortè hæc ratio, ſeu veriſimilitudo, ac probabilitas non ſubſiſteret, illa ſedes magis eminens

nimium

nimium de facili poterat cenſeri reſervata pro Epiſcopo, quoties accedere maluiſſet ad hanc Eccleſiam S.
6 Cervini, cum Epiſcopo ſemper in qualibet Eccleſia ſuæ Civitatis, ac Diœceſis debeatur Sedes Auguſtior, ac prorſus eminenter diſtinctu ex annotatis per DD. *in c. Epiſcopus 9. diſtinct. Bald. in addit. ad ſpecul. tit. de ſpecial. Jurisdict. omn. Judic. & in l. nullus C. de decurion. lib. 10. & in l. ad ſimilitudinem C. de Epiſc. & Cleric. Cupon diſcept. forenſ. tom. 3. diſcept. 329. num. 2. Pignattell. conſult. Canon. tom. 1. conſult. 7. ſub num. 1. Daniel. de Nobilib. diſput. ſelect. tom. 2. diſput. 6. n. 18.*

Nuſquam tamen eandem ſedem anguſtiorem pro ſe occupare valebat Parochus, etſi ad aliquos ſubalter-
7 nos effectus reputetur Epiſcopus ſuæ Parochiæ, ſen parvæ Diœceſis, ut notant *Vvaguereſt. in Jus Canonic. tom. 1. lib. 1. tit. 28. de Offic. Vicar. cap. 1. verſ. Vicarius, Maran. controv. jur. part. 4. reſponſ. 21. n. 64. Tranchedin. conſult. 99. n. 13. lib. 1. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Parochi p. 1. c. 9. n. 1.* Nihilominùs per declarationes *Eminentiſſimorum Patrum Sac. Congregationi Rituum Præpoſitorum,*
8 non habet Parochus niſi primum ſedendi locum in ſcamno, quemadmodum apparet ex declaratione edita *in Turritana* 14. *Febr.* 1632. quam retulit *Barboſ. in Summ. Apoſtolic. dec. collectan.* 557. *n.* 6. Quapropter ſolidè ex eadem fundata ratione idipſum firmatum fuit *cor. R. P. D. meo Caſſarello in Deciſione hujus Cauſæ ſub die* 10. *Maii* 1706. *§. Utrumque verò.*

Sublimior quippè ſedes ſupra prædicta ſcamna à dexteris, & à ſiniſtris elevata referri non poterat, niſi ad alteram eminentiorem Dignitatem, quæ Parocho non conveniebat firmo ſiquidem remanente principio, quod in Eeeleſia inferiori locus magis principalis Parocho debeat attribui, id intelligitur, ut præmiſimus, circa ſeamna, minimè autem quoad ſedem diſtinctam, & cæteris præcelſiorem; nam ea quatenus eſt diſtin-
9 cta à ſeamnis, & ſedilibus à læva, & à dextera ſtabilitis, nequit cenſeri reſervata, niſi Epiſcopo, vel illius locum Canonicè implenti, ut rectè admonet *Cecoper. Lucubrat. Canonic. lib. 2. numer. 46. verſ. ſedes Epiſcopi, Squillant. de obligat. & privileg. Epiſcop. part. 1. c. 7. numer. 6. Pan Jordan. Lucubrat. Canonic. tom. 1. prælud. 4. numer. 16. Francet de Eccleſ. Cathedral. cap. 18. num. 244.*

Parum relevantibus aſſertis exemplis aliatum Eccleſiarum, videlicet, *S. Laurentii*, & *S. Nicolai*; nam de illarum Eccleſiarum ſtructura apud *Dominos* non conſtabat, & jam non erat quæſtio ex præmiſſis, quod Parochus reſpectu aliorum Capellanorum, vel inſervienrium Eccleſiæ aſcendere non deberet ad gradum Superiorem, ſed quod poſſet ſibi adſcire jus ſedendi in hac diſtincta à ſcamnis, & probabiliter relicta ſede pro Epiſcopo, vel aliter deſuper babente ſupra Parochum altiorem Dignitatem nullibi præcitata exempla demonſtrabant, ideoque non oſtenſa à Parocho
10 vera quidditate facti præciſi, & contrarii, nequibat à circumſtantiis fortè diverſis fieri illatio, ſecundùm vulgata principia, de quibus eſt *Text. in l. Papinianus exuli ff. de minor, & l. inter ſtipulantem §. Sacrum ff. de verbor. obligat. Surd. conſ.* 130. *num.* 94. *Altograd. Jun. contr.* 89. *num.* 50. *Rot. dec.* 103. *num.* 9. *coram Peutinger. & dec.* 607. *num.* 31. *part.* 9. *recent. cum aliis in Forolivien. Fideicommiſſi de Torrellis ſuper reſervatis* 20. *Januarii* 1706. *§. Minimè refragante, coram bon. mem. Muto*, impreſſa penes *Modern. Forolivien. diſſertat. legal.* 43. *deciſ. unic. numer.* 27. *& in Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini* 2. *Julii ejuſdem anni §. Quoniam in primis*
11 *coram Me*; ultra regulam, quod ab exemplis non ſit judicandum *l. ſed licet ff. de Offic. Præſid. & cupit.* 1. *de poſtulat. Prælat. Menoch. conſ.* 75. *numer.* 93. *& ſeqq. Grattian. diſcept. forenſ. cap.* 27. *numer.* 31. *Saminiat controv.* 34. *num.* 96. *tom.* 1. *Cardin. de Luc. de Præemin. deciſ.* 13. *numer.* 23. *& in adnotat. ad deciſ.* 40. *numer.* 29. *inter hactenùs impreſſ.*

Atque in hoc propoſito (quantumvis ad exuberantiam) non leve fundamentum *Sacra Rota* conſtituit in Judicio Ordinarii, de quo ſuperiùs; nonetenim ita de facili Ordinarius in facie loci præexiſtens deveniſſet ad excommunicationem, alioſque nodos Eccleſiaſticos contra Parochum, ſi ſciviſſet, prout certò ſcire credendum erat, quod finitimæ Eccleſiæ, ita vel forſan de probabili jure, aut ex tolerabili conſuetudine practicarent, ſemper quippè Sacrum Tribunal in abſtracto, quantum fieri poteſt, Judicio Sacro- 12
ſanctorum Epiſcoporum in loco verſantium circa hujuſmodi conſuetudines, & laudabilia firmamenta libenter adhæret, ex his, quæ videri poſſunt *in dec.* 467. *nu.* 9. *coram Cerr. dec.* 105. *nu.* 1. *cor. Emerin ſenior. dec.* 39. *num.* 7. *part.* 15. *dec.* 90. *num.* 16. *p.* 16. *& dec.* 636. *nu. fin. p.* 19. *recent. & in Barchinonen. Beneficii* 22. *Februarii* 1704. *§. Oppoſita, coram R. P. D. meo Caſſarello Almæ Urbis Gubernatore, cum aliis in Pampilonen. Exemptionis* 25. *Junii §. Vel ſi ad omne pejus* 6. *Decembris* 1706. *§. Quod eſſandum, coram Me.*

Quamobrem à primo ad ultimum ponderato, quod ad limites ſemper anteponendæ, & venerandæ declarationes *Sacræ Congregationis Rituum*, nequeat Parochus præeligere niſi primum locum in ſcamnis, non verò diſtinctam, & quodammodò Pontificalem ſedem (etſi Ego tanquam Ponens forſan exoptaſſem ſub oculis habere ſtructuram ipſius novi Chori pro rectius, & firmius efformanda deciſione) audivi uniformiter, & ut opinor benè *Mibi* reſponderi ſuper confirmatione Sententiæ noſtræ Rotalis, Sacriſta dumtaxat informante.

R. P. D. DELL' OLMO.

Pampilonen. Præeminentiarum.

Mercurii 3. Februarii 1700.

ARGUMENTUM.

Viris inſignis nobilitatis, una cum uxore, filiis, filiabus, ac tota familia de Jure debetur Præcedentia in Sedendo in Eccleſiis, in quibus ſunt Parochiani, attenta præſertim conſuetudine. Quid ſit Presbyterium, & an in eo, in vim immemorabilis, poſſint hujuſmodi Nobiles habere Sedile, An, & quando gaudere quoque debeant Præeminentia in oblationibus faciendis, tam quoad prælationem, quàm quoad locum.

SUMMARIUM.

1 *Ex quibus arguatur in Regno Navarræ Nobilitas Familiarum illuſtrium*, & n. 2. 3. & 4.
5 *His, qui ſunt Nobilitate conſpicui, debetur etiam in Eccleſia, Præcedentia in Sedendo.*
6 *In materia præeminentiarum omnino attendenda eſt conſuetudo.*
7 *Et ſecundum illam Cauſæ Præcedentiæ judicari debent.*
8 *Etiamſi diſpoſitio Juris eſſet contraria*, & n. 57.
9 *Ad inducendam præſcriptionem præeminentiæ, ſufficit decennalis poſſeſſio.*
10 *Et ſuffragatur nedum in poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio.*
11 *Conſuetudo quadragenaria ſervanda eſt etiam in iis, quæ haberent Juris reſiſtentiam.*
12 *Immemorabilis dat juſtum titulum retinendi in Eccleſia Scamnum, ſeu Sedile*, & n. 56. & 63.
13 *Potiſſimum, ſi concurrat fama privilegii.*
14 *Præcedentia competit de Jure magis ratione poſſeſſionis, quam tituli.*
15 *Laici miſceri non debent inter Clericos, quando Officia Divina celebrantur.*
16 *Quamvis ſint præcelſæ nobilitatis, & in magna Dignitate conſtituti.*
17 *Patrono Laico licet locus honorabilior in Eccleſia patronali debeatur, non eſt tamen permittenda Sedes in Presbyterio.*
18 *Plenè, Teſtium depoſitionibus, corroborata plenè probat.*
19 *Capella major non eſt Presbyterium, nec Chorus, ſed pars principalis Eccleſiæ.*
20 *Quid ſit Presbyterium, & quare hoc vocabulo nuncupetur.*
21 *Quis propriè locus dicatur Chorus.*
22 *Quæ fuerit ratio prohibitionis, nè Laici ſedem habeant inter Clericos tempore Divinorum Officiorum.*
23 *Laicis prohibitum eſt nè dum ſedere, ſed etiam ſtare in Presbyterio.*

24 Con-

Digitized by Google

24 *Conſuetudo Locorum vicinorum valdè ſuffragatur, ad juſtificandam poſſeſſionem, quam quis acquiſivit.*

25 *Quod videntibus, & patientibus Superioribus introductum eſt, cenſeri non debet, fuiſſe permiſſum, ſi deformitatem, aut indecentiam pareret.*

26 *Immemorabilis ſublata non cenſetur per Cæremoniale Romanum.*

27 *Immemorabilis non tollitur per quamcunque legem contrariam, niſi de ea fiat expreſſa mentio, illique in ſpecie fuerit derogatum.*

28 Conſtitutio Clementis VIII. *abrogat omnem conſuetudinem contrariam Cæremoniali Romano*, & num. 61.

Declara, id non procedere quoad conſuetudinem immemorabilem n. 30. & 65.

29 *Pro retentione Scamni in Presbyterio, ſervari debet favore Laici conſuetudo quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis cum fama privilegii.*

31 *Stante longæva poſſeſſione, acquiſitum cenſetur Jus, & juſtus titulus oblationes faciendi prius, ac in excelſiori loco* & n. 68.

32 *Amplia, quando non adeſt Juris reſiſtentia, ſed potius aſſiſtentia.*

32 *In oblationibus faciendis, Nobilior de Jure ſemper præferri debet.* Ibidem & n. 71.

33 *In oblationibus faciendis, Præcedentia, quæ competit viro, debetur etiam ejus uxori.*

34 *Uxor coruſcat radiis mariti, honoribuſque eidem debitis gaudet.*

35 *Conſanguinei invitati, ac familiares eadem cum Invitantibus prærogativa gaudent, non uti ſinguli, ſed tanquam unius corporis, familiæ.*

36 *Oblationes recipi debent per Sacerdotem in ipſo Altari*, n. 69.

37 *Servitus adverſus Eccleſiam, abſque legitimo titulo, nunquam acquiri poteſt.*

38 *In oblationibus faciendis, non idem mos in omnibus Eccleſiis ſervatur, ſed diverſus, juxta varietatem Regionum, & temporum.*

39 *Oblationes facientibus, olim apud Romanos per Sacerdotes occurrebatur.*

40 *Permiſſum eſt Parocho, juxta conſuetudinem Regionis, in qua degit, obligationes recipere*, & numer. 70.

41 *Qui novas Miſſas celebrant, prohibentur circuire Eccleſiam ad colligendas oblationes, ob affectum avaritiæ.*

42 *Teſtes contra inducentem plenè probant*, & n. 76.

43 *Teſtes Univerſitatis, qui deponunt de re ſingulorum intereſſe, aut honorem concernente, non probant*, & num. 73.

44 *Teſtes conſanguinei non probant.*

45 *Teſtes deponentes de tempore infantilis ætatis non probant.*

46 *Præferendi ſunt Teſtes numero maiores*, & n. 74.

47 *Deferendum magis eſt Teſtibus, benè informatis de re ſuper qua deponunt.*

48 *Teſtium affirmantium depoſitio prævalere ſemper debet illi negantium*, & n. 75.

49 *Ex antiqua quaſi poſſeſſione acquiritur Jus præcedendi in Proceſſionibus, aliiſque publicis functionibus*, & num. 78.

50 *Amplia, etiam quoad totam Familiam.*

55 *Nobiliores, & digniores, etiam attento Cæremoniali Romano, cæteris aliis præferri debent in functionibus Eccleſiaſticis.*

52 *Acquiri poteſt præeminentia, ut Sacerdos finita Miſſa Conventuali, accedat ad aliquod Sepulchrum pro recitando Reſponſorio pro Defunctorum ſuffragio.*

53 *Teſtes deponentes, pro libertate Eccleſiæ, ſunt aliis præferendi.*

54 *Ex actibus facultativis nullum Jus, nec quaſi poſſeſſio acquiritur.*

55 *Limita quando concurrit prohibitio, & acquieſcentia.*

58 *Quæ ſint requiſita ad probandam immemorabilem, remiſſivè.*

59 *In Judicio Manutentionis probationes etiam minores, & leviores admittuntur.*

60 *D. Ambroſius Imperatori Theodoſio locum in Presbyterio negavit.*

62 *Immemorabilis conſuetudo, apta eſt in qualibet materia quemcumque meliorem titulum tribuere.*

64 *In materia Præeminentiæ conſuetudini Regionis, ſtandum eſt.*

66 *Prohibitio retinendi ſcamna in Presbyterio per Laicos, objecta à Cæremoniali, tanta non eſt, ut non poſſit iſtud Jus per immemorabilem acquiri.*

67 *Conſtitutio* Clement. VIII. *eas tantum conſuetudines damnat, quæ expreſsè, ac directè dicto Cæremoniali adverſantur.*

75 *Facultatis præſumptio excluditur ex pluralitate actuum, per longiſſimum tempus continuatorum.*

77 *Declarantur* deciſ. in Pampilonen. Præeminentiarum coram Comitulo, confirmata coram Mantica.

DECISIO XXXIII.

JUdiciali inſtructa contentione coram Ordinario Pampilonen. inter Parochum, juratos, & Incolas loci de Galdiano ex una parte, & D. Petrum Garziam ex altera, qui tanquam Dominus Palatii ejuſdem loci, una etiam cum ejus filiis, conſanguineis, ac aliis ab ipſo invitatis, præeminentia gaudere prætendebat priùs offerendi in plano tertii gradus Altaris majoris Eccleſiæ Parochialis, & quidem ſeparatim ab aliis habitatoribus dicti loci, qui in fine dicti tertii gradus oblationes exponebant; nec non per ipſum Petrum, filios, conſanguineos, invitatos, ac familiares præcedendi cæteros Incolas in Proceſſionibus, & aliis functionibus, tam intra, quàm extra Eccleſiam, ac ſimiliter per ejus Uxorem, filias, & conſanguineas, invitatas, ac familiares præcedendi etiam cunctas alias fœminas dicti Oppidi, ac rurſus dicendi per Sacerdotem celebrantem Reſponſorium particulare ſuper ſepultura familiæ, ac Palatii de Galdiano, poſt Reſponſorium generale, prælativè quoad cæteras ſepulturas exiſtentes in dicta Eccleſia; obtinuit Parochus manutentionem, nedum in quaſi poſſeſſione recipiendi oblationem in tertio gradu ab omnibus Parochianis, data tamen prælatione tam Domino Palatii, ejuſque filiis, conſanguineis, aliiſque, invitatis, quàm etiam ejus Uxori, filiabus, conſanguineis, invitatis, & familiaribus reſpectu cæterarum mulierum ejuſdem loci in tranſitu Sacerdotis propè ſepulturam familiæ ubi ſedent, ſed etiam in quaſi poſſeſſione dicendi reſponſorium poſt generale in ſepulturis, ubi ſit oblatio annualis, pariter tamen conceſſa prælatione ſepulturæ Domini Palatii, ſi ſuper illa adſit oblatio annualis, & quando ſuper ſepulturis oblationes non adſint, obtinuit manutentionem in quaſi poſſeſſione dicendi Reſponſoria per ordinem ſibi beneviſum, & in ultimo loco, cum redit ad Sacriſtiam ſuper ſepultura Domini Palatii.

Cum verò ab hac Sententia (provocante eodem Petro ad Nuntium Hiſpaniarum) decretum favorabile manutentionis in omnibus reportaverit, hinc cauſa per ulteriorem appellationem ex parte Parochi interpoſitam, ad me devoluta, dubium in ſimplici articulo manutentionis ſub die 30. Martii anni proximè elapſi in Rota propoſui, ſed dilata tunc illius reſolutione, ac inſuper per Dominos demandato, ut videretur de bono Jure, etiam ad effectum manutentionis, cum etiam ſucceſſive fuerit per Parochum oppoſitum, non licere eidem Petro retentionem ſcamni in Presbyterio ejuſdem Parochialis Eccleſiæ, cauſam propterea in hodierna audientia repropoſui, ſub dubio, an & de cujus bono jure conſtet, tam ſuper retentione ſcamni, ſeu ſedis in aſſerto Presbyterio Eccleſiæ Parochialis de Galdiano, quam ſuper Præcedentia in oblationibus faciendis, & Reſponſoriis recitandis circa ſepulturas dictæ Eccleſiæ, nec non in Proceſſionibus, & aliis functionibus publicis, intus, & extra Eccleſiam celebrandis, etiam ad effectum manutentionis, & Dominis viſum fuit conſtare de bono jure Petri, ad effectum manutentionis juxta modum inferius ſubnectendum.

Aſſumpto enim præfati dubii examine per omnes ſui partes, reſpectu primæ, concernentis retentionem ſcamni, ſeu ſedis in aſſerto Presbyterio, ſuper qua nulla fuit quæſtio in duabus præcedentibus inſtantiis, favore ejuſdem Petri capta fuit reſolutio, ipſe enim eſt

per-

perſona notoriè nobilis, de familia antiquiſſima, &
qualificata Regni Navarræ, ut deponunt Teſtes exa-
minati de anno 1654. præſenti Summ. Petri num. 3. &
conſtat tum ex lapide ſepulchrali hujus illuſtris fami-
liæ, in quo ab anno 1003. ſicque ſeptingentis ab hinc
annis inſculpta ſunt Arma Gentilitia illius Domus d.
Summ. n. 2. lit. P. Tum ex quo tam idem Petrus, quàm
Pater, Avus, & cæteri ejus aſcendentes, fuerunt Do-
1 mini Palatii de Galdiano, quod in Regno Navarræ
eſt ſingulare Familiarum Illuſtrium, ut teſtantur Remig.
in tractat. de Immunit. Eccleſ. ampliat. 21. nu. 3. Bovadill.
in ſua politic. lib. 2. cap. 14. num. 10. verſ. 9. ex Navarr.
Salzed. in Theatr. honor. gloſſ. 20. num. 34. verſ. cum & ſi
2 aliquando, tum quia ejus familia eſt caput Armeriæ
titulus antiquæ nobilitatis in dicto Regno Navarræ,
ut referunt dicti Teſtes examinati de annno 1574. di-
cto Summ. num. 3. lit. B. C. & G. aliique noviter indu-
cti, dicto Summ. numer. 2. lit. A. & F. Tum etiam quia
3 Didacus Garzia alter ex ejus aſcendentibus, tanquam
Dominus dicti Palatii vocatus fuit de ordine Regio
ad Comitia generalia Regni Navarræ de annis 1589.
& 1592. ut apparet ex literis Regiis dicto Summar.
num. 4. atque ex dictis Teſtibus noviter examinatis
dicto Summ. num. 2. lit. E. & demum ex quo in Proceſ-
4 ſione, quæ fit quolibet anno de menſe Maji per om-
nes habitantes Vallem de Erlen. ad Templum Sanctiſ-
ſimæ Virginis Mariæ Civitatis Stellæ, ipſe præcedit
omnes Incolas dictæ Vallis, ut habetur ex Teſtibus
d. Summ. num. 2. lit. F.

Undè ex his conſtito de ſic conſpicua, & adeò exi-
mia nobilitate ejuſdem Petri, manifeſtum apparuit
Dominis illius bonum Jus, ad effectum retinendi ibi-
dem prædictum ſedile, cum attenta Juris diſpoſitione
5 debeatur Præcedentia in ſedendo etiam in Eccleſiis,
his, qui in genere, & nobilitate ſunt clariores l. 1.
& 2. C. ut Dignit. Ord. Serv. lib. 12. l. honor §. Gerendo-
rum l. ut gradatim de muner. & honor. cap. ſolitæ, de ma-
jorit. & obed. Caſſan. in Cathalog. glor. mundi part. 8. con-
ſider. 38. Menoch. conſ. 126. numer. 36. Valenzuel. Velaſ-
quez conſ. 1. num. 42. & ſeqq. Giovagnon. conſ. 8. lib. 2.
Ludovic. Bell. conſ. 27. numer. 13. & 14. Lar. in l. ſi quis
à liberis in princip. num. 30. & ſeqq. ff. de liber. agnoſcen.
Grat. diſcept. for. cap. 510. num. 19. & 20. Perez de Lar.
de Anniverſ. & Capell. lib. 1. cap. 24. numer. 18. & 10.
Frances de Eccleſ. Cathedral. cap. 25. num. 385. Caſtill. de
Tertiis cap. 41. n. 39. & ſeqq. Cyriac. controv. 201. n. 146.
& ſeqq. tom. 2. Rot. dec. 310. nu. 3. coram Gregor. & dec.
588. n. 4. cor. Caval. dec. 868. num. 1. coram Buratt. &
in recen. dec. 87. n. 3. p. 17.

Fortiùs verò, quia cum in hujuſmodi præeminen-
tiis habendi ſcamnum in Eccleſia, omninò attenden-
6 da ſit conſuetudo, cum illa tribuat jus, & faciat to-
tum per Text. in cap. cum olim, extra de conſuetud. Fab.
de Ann. conſ. 40. num. 2. & ſeqq. & num. 7. & 10. lib. 1.
Lar. de Anniverſ. & Capellan. dicto cap. 24. numer. 20. &
25. Valenzuel. conſ. 134. num. 32. Bartolin. de Præcedent.
quæſt. 10. art. 6. fol. 197. col. 2. verſ. temporis enim longi-
tudo, Altovit. vot. 8. nu. 4. poſt dec. Rembold. late Cyriac.
controv. 201. num. 165. & ſeqq. Salzed. in Theatr. honor.
gloſſ. 49. num. 1. & ſeq. & per tot. Frances de Eccl. Ca-
thedr. cap. 25. num. 376. & cap. 33. num. 313. & ſeqq.
& num. 177. Sperell. deciſ. 179. ſub num. 1. Rot. deciſ.
527. nu. 9. coram ſan. mem. Innoc. X. & in rec. dec. 202.
num. 17. part. 10. dec. 168. n. 5. p. 16. dec. 87. n. 6. p. 17.
& dec. 781. num. 5. p. & ſeqq. part. 18. & ſecundum il-
7 lam Præcedentiæ cauſa judicanda ſit, ut monent Fab.
de Anna d. conſ. 40. num. 10. Larrea alleg. Fiſcal. 52. num.
19. verſ. ſed etiam, Prat. diſcept. forenſ. 39. num. 46. Cy-
riac. controv. 201. num. 173. & ſeqq. Rovit. dec. 77. n. 7.
8 etiam ſi diſpoſitio Juris Communis eſſet contraria,
ut proſequitur Cyriac. d. controv. 201. num. 168. Rot. co-
ram Seraph. dec. 964. num. 1. cor. Merlin. dec. 70. nu. 17.
& in rec. part. 5. dec. 85. n. 6. & ſeqq. & dec. 202. n. 17.
& 18. part. 10.

Profectò idem Petrus præter adeo eximiam nobili-
tatem, non ſolum habet pro ſe decennalem poſſeſſio-
nem retinendi prædictum ſcamnum in plano Capellæ
majoris, quæ ad præſcriptionem hujuſmodi præemi-
9 nentiæ ſufficeret, cum talis prærogativa non ſit con-
tra jus, ſed debita de jure nobilioribus, ad tradita
per Purpurat. conſ. 540. n. 22. lib. 2. Peregrin. conſ. 3. n. 2.
& ſeqq. lib. 2. Fab. de Ann. d. conſ. 40. nu. 1. & ſeq. lib. 2.
Cyriac. controv. 201. nu. 169. & 170. Manſ. conſult. 617.
num. 53. & ſeqq. tom. 7. Jacob. Gottofred. de Jur. Præced.
part. 1. cap. 2. fol. 46. & 47. Beſol. de Præced. ſeſſ. & præ-
rogat. cap. 3. fol. 116. Ferr. de Præced. quæſt. 18. Pignatel.
conſult. 4. num. 3. tom. 4. Gamm. deciſ. 2. n. 49. Rot. deciſ.
1275. n. 6. cor. ſa. me. Innoc. X. dec. 1170. num. 15. cor.
Coccin. & in rec. dec. 102. n. 10. & 11. p. 10. & dec. 87.
n. 6. p. 17. & dec 781. n. 7. p. 18. & dec. 99. n. 12. p. 19.
adeout hæc decennalis conſuetudo ſuffragetur nedum 10
in poſſeſſorio, verum etiam in petitorio, ut ſentiunt
Fab. de Ann. d. conſ. 40. n. 7. verſ. hic autem lib. 1. Gottofr.
de Præced. p. 1. cap. 2. §. Cujus autem temporis fol. 50.
Altovit. d. vot. 8. n. 4. poſt dec. Rembold.

Sed etiam probavit conſuetudinem quadragenariam,
primo ex oculari inſpectione, & relatione facta in fa-
ciem loci de anno 1614. de mandato Epiſcopi Pampi-
lonenſis per Petrum de Mariſchalar ejus Secretarium
occaſione alterius ſimilis controverſiæ inter Dominum
Palatii, & Incolas loci, exortæ ſuper impedimento,
quod ſepulturæ dicti Palatii præſtabant ſcamna Inco-
larum, tunc noviter poſita dicto Summ. num. 1. lit. A.
E. ibi -- Ed ho trovato, che li Signori del detto Palaz-
zo vi tengono il ſuo Banco, e Sedia cognito dentro li gra-
dini della Cappella maggiore, alla parte dell' Epiſtola, ſen-
za concorſo alcuno -- & ſecundo ex Teſtibus exami-
natis de anno 1642. dicto Summ. numer. 5. ac ex aliis
in præſenti Judicio formiter repetitis præſenti Summ.
Petri num. 10. quæ quidem quadragenaria conſuetu- 11
do, ubi etiam Jus reſiſteret, adhuc tamen ſervanda
eſſet, juxta Gloſſ. in cap. final. V. legitimè, de conſuet. in
6. Corn. conſil. 193. nu. 14. lib. 2. Valenzuel. conſ. 34. num.
164. verſ. per tempus. Pignattell. conſ. 72. num. 2. tom. 4.
Rot. dec. 10. num. 4. poſt Tambur. de Jur. Abbat. & in rec.
dec. 226. n. 7. p. 14.

Et quod magis eſt idem Petrus probavit etiam im-
memorabilem poſſeſſionem retinendi ſcamnum in d.
Capella majori, ut conſtat ex aliis Teſtium depoſitio-
nibus nuperrimè in actis productis, dicto præſenti Sum.
n. 2. lit. F. AA. & ſeqq. cum quibus concordat antiqua
enunciativa contenta in ſupplici libello de dicto an-
no 1614. Epiſcopo Pampilonenſi porrecto dicto Summ.
nu. 1. E queſto da tempo immemorabile, hæc enim præ-
bet Juris aſſiſtentiam, juſtumque dat titulum pro ſe-
dili in eodem loco retinendo, ut in puncto tradunt 12
Frances de Eccleſ. Cathed. cap. 5. num. 48. Rot. dec. 781.
num. 6. part. 18. rec.

Potiſſimùm quia ex relatis Teſtium depoſitionibus
adſtipulatur etiam fama Privilegii, qua ſtante, imme- 13
morabilis conſuetudo, poſita etiam incapacitate in Lai-
co, eidem nihilominus dat juſtum titulum poſſidendi,
ut firmat Rot. dec. 714. num. 1. & 8. coram Coccin. & in
rec. dec. 109. nu. 2. part. 16. quamvis de cætero dictus
titulus in caſu noſtro non requiratur, cum de Jure
Præcedentia magis competat ratione poſſeſſionis, 14
quàm tituli cap. 1. de major. & obed. Menoch. conſ. 126.
num. 4. lib. 2. Prat. diſcept. forenſ. 39. num. 44. verſ. tra-
dit hanc conſuetudinem tom. 4. Rot. deciſ. 779. numer. 8.
cor. Merlin.

Nec ad excludendum bonum Jus Petri ſuffragari
viſum eſt. quod ſcamnum, ſeu ſedile poſitum ſit in
Choro, ſeu Presbyterio, proindeque illius retentio
haud permittenda ſit, cum Laicis non liceat habere 15
locum inter Clericos, quando celebrantur Divina Of-
ficia ad Text. in cap. 1. de vit. & honeſt. Cleric. cap. nulli
cap. pervenit, cap. Sacerdot. de Conſecrat. diſtinct. 2. Lot-
ter. de Re Beneſic. lib. 1. cap. 13. num. 10. Frances de Ec-
cleſ. Cathedr. cap. 5. nu. 42. & ſeqq. Gonzal. in d. cap. 1. de
vit. & honeſt. Cleric. Piſcar. in Prax. Cæremon. lib. 2. ſect.
1. n. 16. Pignattell. conſult. 3. num. 6. & ſeq. & conſult. 7.
n. 6. & ſeqq. tom. 3. Panimoll. dec. 1. adnotat. 11. n. 33. &
ſeqq. Rot. in Valentina Capellæ 5. Martii 1599. coram Ju-
ſto; Quamvis etiam ſint excelſæ nobilitatis, & in 16
magna Dignitate conſtituti, ut diſponitur in Cæremon.
Rom. lib. 1. cap. 13. & referunt Frances de Eccleſ. Cathed.
d. cap. 5. n. 45. Piſcar. ubi ſupr. d. ſect. 1. n. 16. Pignattell.
d. conſult. 7. num. 28. tom. 3. Panimol. d. dec. 1. adnot. 11.
n. 33. & in fortioribus terminis Patroni Laici, cui li- 17
cet in Eccleſia Patronali honorabilior locus debeatur,
non tamen permittitur habere ſedem in Presbyterio
Lotter. de Re Beneſic. lib. 2. cap. 13. num. 23. Frances ubi
ſupra

ſupra d. c. 5. n. 46. Ventriglia in Prax. Rer. Notab. annot. 1. §. 4. n. 9. propè finem lib. 2. Pignatell. conſult. 3. nu. 6. in fin. tom. 3. & conſultat. 16. tom. 4. & ex mente S. Congregationis reſpondit Rota in Valentina Capellæ 5. Martii 1599. cor. Juſto, & in Burgenſi Sepulturæ de Villadiego 5. Maji 1603. coram Lancellot.

Præmiſſo enim, quod hic agitur de modica Eccleſia longitudinis tantum 75. pedum, & latitudinis 26. utpotè deſerviente pro exiguo Populo 28. Domorum, quæ unicum habent Sacerdotem, & Altare, abſque ulla forma Presbyterii dicto hodierno Summ. Petri n. 9. lit. A. F. & num. 2. lit. Z. & numer. 3. lit. C. Ac rurſus etiam præmiſſo, quod ſcamnum non retinetur in loco Presbyterii Altaris, ſed in plano illius tertii gradus, ubi eſt Capella major Eccleſiæ, à qua aſcenditur per duos alios gradus ad Altare, ut conſtitit ex dicta oculari inſpectione facta de mandato Epiſcopi de anno 1614. dicto Summ. n. 1. & patet ex planta, quæ
18 unita cum Teſtibus examinatis de anno 1642. hoc idem deponentibus, plenè probat Card. de Luc. de Jud. diſc. 24. n. 8. Rot. dec. 154. num. 5. coram Peutinger, & in Melevitana Bonorum 10. Martii 1688. §. Tutum, coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano; Quamvis alii Teſtes per ipſum Petrum inducti aſſerant, quòd ſedile poſitum ſit in Presbyterio, quia in hoc intelligendi ſunt vulgariter, & impropriè loquendo, ut deponunt alii Teſtes nuper in actis producti dicto Summar. numer. 2.

Inde ceſſant rationes, & auctoritates in objecto allegatæ, nam cum dictum ſedile poſitum non ſit in loco recluſo, & deſtinato dumtaxat ad Sacra peragendum, vel ad pſallendum Divinas laudes, ſed ut præmiſimus collocatum ſit in Capella majori, prout erat caſus in dec. 781. p. 18. to. 2. rec. quæ nec eſt Pres-
19 byterium, nec Chorus, ſed pars principalis Eccleſiæ, ut notat Frances de Eccleſ. Cathed. cap. 16. n. 27. palam idcircò ſit illorum terminos huic noſtræ theſi ne-
20 quaquam poſſe applicari, nam Presbyterium dicitur illa prima manſio, quæ propè Altare majus ſolet Cancellis includi, & tale, ſeu Diaconium appellatur, quia ibi Presbytero Sacra peragenti Diaconus, & Subdiaconus miniſtrant c. 1. de vit. & honeſt. Cleric. c. Sacerdot. 30. de conſecrat. diſtinct. 2. cap. non oportet diſt. 23. Doctiſſ. Anton. Auguſtin. olim Sacr. Palatii Apoſtolici Auditor in Epitom. Jur. Pontif. veter. lib. 3. tit. 26. cap. 1. Durant. de ritu Eccleſ. lib. 1. capit. 17. numer. 2. & 3. Lotter. de Re Beneſic. lib. 1. quæſt. 13. à numer. 20. Piſcar. in Prax. Cæremon. lib. 7. ſection. 1. numer. 16. Frances de Eccleſ. Cathedr. capit. 5. numer. 31. & ſeqq. Gonzal. in dict. cap. 1. numer. 4. de vit. & honeſt. Cleric. Pignatell. conſult. 3. numer. 8. tom. 3. & conſult. 35. num. 1. & ſeqq. tom. 7. Cho-
21 rus verò penes Sacros Canones propriè nuncupatur locus ille, in quo Clerici Pſalmos, Himnos & Laudes Divinas canere ſolent ad Text. in d. Canon. 1. de vit. & honeſt. Cleric. Concil. Tolet. 4. capit. 27. Concil. Turon. 2. c. 3. Durant. de rit. Eccleſ. Cathol. l. 1. c. 17. n. 1. & per tot. Gavant. in theſaur. Sacror. Rit. part. 1. tit. 15. V. in Choro Durand. in rational. lib. 1. c. 1. n. 18. Valenzuel. conſ. 101. n. 4. Frances d. c. 5. n. 176. & ſeqq. Pignatell. conſul. 3. n. 8. to. 3. & conſult. 35. to. 3. Rot. coram Cocc. dec. 142. num. 1. Neque per retentionem ſcamni in dicto loco
22 præſtatur impedimentum Celebranti, quo minus liberè, & honorificè poſſit inſervire Divinis Officiis, id quod fuit potiſſima ratio illius prohibitionis per Text. in cap. Sacerdotum 30. de conſecrat. diſt. 2. Anton. Auguſtin. d. cap. 1. Gavant. in Rubric. Miſſal. & Breviar. p. 2. tit. 10. verſ. Sacerdotes, Pignatell. conſult. 48. n. 2. in fin. tom. 7. Romaguer. ad Conſtit. Synodal. Gerunden. lib. 3. tit. 14. cap. 2. n. 50.

Et hæc certiora redduntur, cum aliæ præterea non deſint circumſtantiæ, quæ ad evidentiam excludunt locum illum, in quo poſitum eſt dictum ſedile, non eſſe Presbyterium, nec Chorum, etenim concurrit primo, quod in ipſomet plano tertii gradus Altaris dè tempore, quo celebrantur Divina Officia ſtant pueri, & alii Incolæ dicto præſenti Summar. numer. 2. lit. U. quod ſanè non permitteretur, ſi inibi adfuiſſet
23 Presbyterium, cum Laicis in illo ne dum ſedere, ſed etiam ſtare prohibitum ſit juxta Text. expreſſ. in dict. capit. 1. de Vit. & Honeſt. Cleric. ibi — Stare, vel ſedere inter Clericos non præſumant — ibique Gonzal. numer. 8. Lotter. de Re Beneſ. lib. 1. quæſt. 13. n. 26. Frances de Eccleſ. Cathed. d. cap. 5. num. 42. Secundò ſeſe offert, quod in Regno Navarræ plures Domini Palatiorum retinent eorum ſedilia in ſimili loco Capellæ majoris Eccleſiarum, ubi ſunt Parochiani, ut probant Teſtes in d. Summar. Petri num. 2. lit. H. quæ 24
conſuetudo Eccleſiarum vicinarum multum juvat, non ſolùm ad probandum, quod in eadem Capella ſitum haud ſit aſſertum Presbyterium, ſed etiam ad juſtificandam poſſeſſionem Domini de Galdiano habendi ſcamnum in loco controverſo juxta Text. in cap. Apoſtolicæ, de Decim. Abbat. in cap. cum olim de conſuet. Oldrad. conſ. 267. nu. 9. Cravett. conſ. 118. n. 3. Frances de Eccleſ. Cathed. cap. 12. num. 63. Et tertiò demùm accedit, quod nec in prima, nec in ſecunda Inſtantia controverſum fuit Jus Palatii quoad retentionem ſcamni, quinimmò in Sententia Hiſpaniarum Nuntii id fuit expreſſe præſuppoſitum præterito Summ. Petri num. 3. & 8. & quod magis eſt hoc idem ſemper patuit Epiſcopo Pampilonenſi, vel ex ſæpè dicta relatione habita de anno 1614. vel ex continuis viſitationibus in dicta Eccleſia, tum per ipſum, tum etiam per ejus Miniſtros expletis, quapropter credendum non eſt, quod videntibus, & patientibus Epiſcopis, Viſitatoribus Eccleſiæ, Rectoribus, Conſilio, & Ho- 25
minibus dicti loci, ſi verè ſcamnum eſſet in Presbyterio, vel impedimentum, aut deformitatem irrogaret Cultui Divino, non fuiſſet ſublatum, ut ponderat Rota cor. Merlin. dec. 593. n. 8. & dec. 781. n. 8. p. 18. rec.

Sed dato etiam, & non conceſſo, quod ſedile poſitum ſit in vero, & proprio Presbyterio, adhuc objectum non obſtat ob poſſeſſionem immemorabilem Petri, quæ in qualibet materia ſemper attenditur, nec ſublata cenſetur per Cæremoniale Romanum, ut per Sacr. Congregationem Rituum ſæpiſſimè reſolutum refe- 26
runt Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. §. 1. num. 191. Barboſ. de Canon. & Dignitat. cap. 33. n. 24. Panimol. dec. 1. adnot. 11. n. 39. Pignatell. conſult. 7. num. 25. tom. 1. & conſult. 4. nu. 2. & conſult. 26. n. 23. & ſeq. tom. 4. Sperell. deciſ. 179. n. 37. ad fin. & ita firmavit Rot. dec. 509. num. 1. coram Merlin. & dec. 198. num. 3. coram Dunoz. Sen. ea ratione, quod conſuetudo, ſeu poſſeſſio immemorabilis nunquam tollitur per quamcunque legem contrariam, niſi de ea fiat expreſſa mentio, illi- 27
que fuerit in ſpecie derogatum Gloſſ. in cap. 2. de præſumpt. in 6. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 492. num. 5. & cap. 578. num. 10. Pignatell. d. conſult. 7. num. 24. Panimol. d. dec. adnot. 11. num. 38. Sperel. d. dec. 179. nu. 37. Rot. dec. 676. n. 1. part. 4. & dec. 197. n. 6. part. 9. rec.

Non attenta replicatione, quod etiam ſtante conſuetudine immemorabili in contrarium, non liceat Laicis habere ſedem in Presbyterio, vel ex quo talis conſuetudo judicetur irrationabilis ex indecentia, & incapacitate Laici, & tanquam contra expreſſam prohibitionem Sacrorum Canonum, vel ex quo uti adverſativa ſanctioni ejuſdem Cæremonialis Romani, 28
cenſeatur reprobata per Conſtit. ſan. mem. Clem. VIII. abrogantem cum decreto irritanti quamcunque conſuetudinem in contrarium, ut tradunt Pignatell. d. conſult. 7. num. 27. & ſeq. Panimoll. d. dec. 1. adnot. 11. numer. 41. & ſeqq. Sperell. dec. 179. n. 36. & ſeqq. Quoniam aſſerta irrationabilitas conſuetudinis, ex quo contrarietur prohibitioni Sacr. Canon. non refragatur, quia contraria Sententia, quod ea nempè obſervari debeat quoad retentionem ſedis in Presbyterio, quando favore Laici adeſt præſcriptio quadragenaria cum 29
titulo, vel immemorabilis cum fama Privilegii, licèt id repugnet Juri Communi, fuit aliàs per Sacr. Rotam admiſſa in Valentina Capellæ 5. Martii 1599. coram Juſto, quam ſecuti ſunt Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 13. num. 27. Daniel. de Nobil. diſput. 60. num. 44. Valenzuel. conſil. 176. Frances de Eccleſ. Cathed. d. cap. 5. num. 48. & ipſemet Pignatell. conſult. 3. num. 10. tom. 3. & conſult. 4. num. 2. & conſul. 16. tom. 4. ubi eandem deciſ. in Valentina Capellæ per extenſum refert, Conſtitutio verò ſan. mem. Clemen. VIII. expreſſè derogans cuicumque conſuetudini, pariformiter non obſiſtit, cum ea præſcriptionem immemorabilem præſervet, ut relatis declarationibus Sacr. Rituum Con- 30
gregationis monet Pignatell. conſult. 4. num. 6. tom. 4. & ſenſit præcedenter Rot. coram Merlin. dec. 109. ſub n. 1.

n. 1. cor. Dunoz. ſen. dec. 198. n. 7. & in rec. p. 4. tom. 3. dec. 647. n. 10. & ſeqq.

Hactenùs quoad primam dubii partem; quantum verò ad Præcedentiam Petri in oblationibus faciendis, non impugnabant Parochus, & litis conſortes dictum Petrum debere eſſe primum in offerendo, cum idipſum deponant *Teſtes* per eos inducti præterito *Summ. illorum num.* 2. ſed negabant ſolùm id fieri poſſe in loco nobiliori, & ſeparato ab illo, in quo Parochus oblationes à cæteris Parochianis recipiebat; verumtamen illius bonum Jus etiam in hac parte reſultare viſum eſt, nedum ad effectum gaudendi prælatione hujuſmodi quoad omnes Incolas, per ſe, filios, & conſanguineos, & invitatos in loco digniori, videlicet in principio tertii gradus Altaris, & in conſpectu prædicti ſedilis, ſed etiam per ejus Uxorem, filias, conſanguineas, invitatas, ac familiares propè ſepulturam Domini Palatii, quæ ſita eſt propè ultimum gradum dictæ Capellæ majoris, & quidem ſeparatim à cæteris aliis mulieribus, quæ ex poſt propè locum aquæ benedictæ offerre ſolent, nam reſpectu Præcedentiæ competentis Petro, filiis, conſanguineis, aliiſque invitatis, plenè conſtat de illorum antiqua poſſeſſione ex pluribus Teſtibus, aliis nempè examinatis de anno 1574. *d. Sum. præſenti n.* 3. aliis repetitis de anno 1642. *dicto Summ. nu.* 5. aliis nuper in præſenti lite inductis *præterito Summ. num.* 11. *& modern. num.* 2. *lit. N. AA. & BB.* & demum aliis duobus ex tribus nobilibus, qui erant etiam actores in cauſa contra Petrum, & poſtea à lite receſſerunt *dicto* præterito *Summ. n.* 9. & reſpectu ad relatarum, Uxoris, filiarum, conſanguinearum, cæterarumque fœminarum, quæ fuiſſent invitatæ, ac familiarium, antiqua pariter poſſeſſio probatur, tum ex dictis Teſtibus tum etiam ex omnibus aliis ex Parte Parochi inductis *præterito* illius *Summ. numer.* 2. qua quidem longæva poſſeſſione ſtante, acquiſitum cenſetur Jus, & juſtus titulus etiam pro of-
31 fertorio, priùs, ac in loco excelſiori faciendo, tam favore virorum, quàm Uxoris, & aliarum fœminarum, ut tenet *Jo. Faber. in §. Aliam verò inſtitut. de bonor. poſſeſſ. Laur. in l. ſi quis à liberis in princip. ſub numer. 32. ff. de liber. agnoſc. Perez de Lar. de Anniverſ. & Capellan. lib. 2. cap. 24. ſub num. 22. verſ. tamen poſſit. Marzar. conſil. 25. in princip. fol. 229. verſ. hinc Jo. Faber. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 210. ſub num. 34. Hermoſil. ad Lopez. gloſ. 2. prolog. part. 5. num. 103. Salgad. de Reg. protect. part. 2. cap. 9. num. 24. Rot. dec. 102. n. 17. & ſeqq. p. 10. rec.*

Præmaximè quia poſſeſſio prædicta non habet Ju-
32 ris reſiſtentiam, ſed potiùs aſſiſtentiam, ex quo in oblationibus faciendis Nobilior de Jure ſemper præferri debet, juxta notata *per Caſſan. in Cathalog. Glor. Mund. part. 1. conſiderat. 18. & ad conſuetudin. Burgund. rub. 6. entre gens nobles, V. qui dicantur nobiles num. 1. Carol. Rot. de Privileg. Mulier. capit. 2. num. 129.* id quod
33 procedit etiam reſpectu Uxoris, nam Præcedentia, quæ competit viro in oblationibus faciendis, debetur etiam ejus Uxori, ut in puncto firmat *Rota in recent. dec. 234. num. 7. & deciſ. 257. num. 7. & ſeq. & num. 8. part. 14. & dec. 210. n. 4. & ſeq. part. 15.* cum eidem de-
34 bitus ſit idem honor, ac Marito, cujus radiis coruſcat *l. Fœminæ 8. l. Nupt. 12. ff. de Senator. Caſſan. in Cathalog. Glor. Mund. p. 8. conſiderat. 21. Tiraquell. de Nobilit. cap. 18. num. 1. & ſeq. Ottalor. eod. tract. cap. ult. circa fin. Giovagnon. conſ. 8. num. 22. & 28. lib. 2. Cyriac. controv. 273. num. 22. & ſeqq. Jul. Capon. diſcept. 329. num. 25. & ſeq. Capyc. latr. dec. 181. num. 38. & 39.* idemque locum habet etiam quoad filios, & filias, conſanguineas invitatas, ac familiares, cum iſti eadem gaudeant nobi-
35 litate, nec dicantur hujuſmodi præeminentias acquirere, uti ſinguli, & ex eorum Perſonis tantum, ſed omnes tanquam unius corporis, & familiæ Palatii, ex firmatis per *Caſſan. in Cathalog. Glor. Mund. part. 6. conſid. 6. Larr. Allegat. Fiſcal. 52. nu. 21. & ſeq. Ciarlin. controv. lib. 2. c. 119. n. 8.*

Neque obſtat, quod oblationes recipi debeant per
36 Sacerdotem in ipſo Altari *ad Text. in c. ut omnis Chriſtianus, de Conſecrat. diſtinct. 1. Concil. Illerden. 2. Canon. 4. Mantiſconenſ. 1. Canon. 4. Gavant. in Manuali Epiſcop. V. oblatio nu. 9. Barboſ. dec. Apoſtolic. 532. num. 3. Novar. in Lucern. regular. V. oblationes num. 3. Fagnan. in cap. Paſtoral. de his, quæ fiunt à Prælatis n. 41. Pignatell. conſult. 142. num. 3. tom. 8.* quin ſacris veſtibus indutus pro illis recipiendis cogi valeat per Eccleſiam indecenter ulteriùs progredi, nè secùs per hujuſmodi coactivum
progreſſum imponatur ſervitus Eccleſiæ, quæ nunquam 37
de cætero abſque legitimo titulo acquiri poteſt, ut ponderant *Ugolin. de Poteſt. Epiſcop. c. 17. n. 7. Pignatell. conſult. 129. n. 14. tom. 4.*

Quandoquidem, cum non idem mos circa locum, in quo recipi debent oblationes, ſervetur in omnibus
Eccleſiis, ſed diverſus, juxta varietatem regionum, 38
& temporum, ut videre eſt apud *Durand. de Rit. Eccleſ. lib. 2. c. 26. num. 4.* eruditè *Chriſtian. Lup. ad Concil. tom. 5. in Not. ad Concil. Roman. 5. Canon. 13. fol. 219. & ſeqq. Cardin. Bon. rer. Liturgicar. lib. 2. cap. 9. n. 1. Gonzal. Ad Concil. Illibertan. lib. 2. cap. 55. fol. 292. lit. C.* adeout olim apud Latinos morem diu viguiſſe occur-
rendi per Sacerdotes offerentibus dona ex ordin. Ro- 39
man. ſcriptum reliquerint *Chriſtian. Lup. ubi ſupra fol. 219. Cardin. Bon. dict. lib. 2. cap. 9. num. 1. in fin.* Nulla exindè aſſignabilis eſt indecentia, ſi Parochus in Eccleſia de Galdiano ſe retrahens à medio Altaris deſcendat ad ejus infimum gradum ad effectum colligen-
di oblationes ab Hominibus, & poſtea ad ulteriorem 40
Eccleſiæ locum progrediatur pro illis recipiendis à mulieribus, cum id, ſtante conſuetudine, Parocho permiſſum cenſeatur, ut in *Synodo Aquiſgranen. lib. 1. cap. 6. num. 7. Synod. Toletan. lib. 3. tit. 14. de celebrat. Miſſar. conſtit. 7. Baulir. part. 3. de Rit. ſervand. cap. 11. de Miſſ. Solemn. artic. 7. num. 10. Biſſ. in Hierurg. V. Sacerdos nu. 21. tom. 2. Fagnan. in dict. cap. Paſtoralis, nu. 41. de his, quæ fiunt à Prælatis Pignatell. conſult. 142. numer. 3. poſt med. tom. 8. Chriſtian. Lup. ubi ſupra in notis ad Conc. Roman. 5. d. Canon. 13. fol. 219.* Sacerdotes enim, & ſignanter illi, qui novas Miſſas celebrant, prohiben-
tur ſolùm Eccleſiam circuire pro exigendis, & po- 41
ſtulandis oblationibus ob affectum avaritiæ, quem actus iſte redoleret, ut ex declaratione *Sacr. Congreg. Concilii* tradunt *Zerol. in Prax. Epiſcop. V. Miſſa verſ. 2. Barboſ. in collectan. ad Concil. ſeſſ. 22. de Sacrific. Miſſæ cap. 8. num. 2. Gavant. in Rubr. Miſſal. cap. 2. tit. 7. num. 5. verſ. ſi facienda eſt oblatio Biſſ. in Hierurg. V. oblatio, num. 4. tom. 2. Pignatell. d. conſult. 142. numer. 3. tom. 8. Quart. in Rubr. Miſſal. part. 2. tit. 7. ſect. 3. dub. 1. verſ. colligitur 3.*

Quod certiùs in præſenti evadit, quia controverſia non vertitur ſuper eo, quod Parochus cogendus ſit pro habenda oblatione accedere ad ſcamnum, ubi ſedet Dominus Palatii, quemadmodum exadverſo perperam præſupponitur, ſed contentio eſt ſolùm, ut idem Parochus occaſione qua voluntariè deſcendit ab Altari ad illius infimum gradum pro recipiendis donis ab Hominibus oblatis, & teneatur juxta ſolitum prius recipere in plano tertii gradus à Domino Palatii, ejuſque filiis, conſanguineis, invitatis, ac familiaribus ibidem ad hunc effectum conventis, & ſucceſſivè per Eccleſiam ulteriùs progrediendo pro colligendis oblationibus à mulieribus, eas priùs teneatur accipere in ſepultura ejuſdem D. Palatii ab ejus Uxore, filiabus, conſanguineis, aliiſque mulieribus invitatis, & familiaribus, quod ſanè cum nullam Parochi indecentiam præſeferat, ſed præeminentiam tantum nobiliori de Jure debitam importet, neque ullam per conſequens Eccleſiæ ſervitutem imponere videtur.

Nec Petri poſseſſio turbata remanet ex Teſtibus ex parte Parochi, & litis conſortum inductis; Quoniam ultra quod duo præcæteris in eo conveniunt, quod Dominus Palatii oblationem facit ſuper plano tertii gradus Altaris, cæteri verò Incolæ ſubtus dictum gra-
dum *d. Summ. Petri num. 14. lit. B. & N.* qui proindè 42
contra ipſos inducentes plene probant *Farinac. de Teſtib. quæſt. 62. num. 244. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 505. numer. 6. & ſeqq. Rot. coram Buratt. deciſ. 553. num. 6. cor. Celſ. deciſ. 150. num. 6. & ſeq. & in rec. deciſ. 208. n. 12. part. 17.* Prætetea dicti Teſtes, vel nullam in eorum dicto promerentur fidem, cum nonnulli ſint ha-
bitatores, & naturales ejuſdem loci de Galdiano, & 43
per conſequens in cauſa principaliter intereſsati, ut de Teſtibus univerſitatis deponentibus in re, quæ ſingulorum intereſse, aut honorem concernit *Curt. jun. in tract. de Teſtib. numer. 11. Bovadil. lib. 3. Polit. capit. 8. num. 97.*

*num. 97. & ſeqq. Surd. deciſ. 236. num. 2. Rot. dec. 604.
num. 4. coram Baratt. deciſ. 284. num. 3. coram Celſo , &
deciſ. 233. num. 15. part. 13. recent.* & in puncto Præ-
cedentiæ *Capyc. latr. deciſ. 181. num. 41. lib. 2.* alii ſunt
conſanguinei in primo & ſecundo gradu illorum, qui
44 mandatum dederunt ad præſentem litem, *Rot. coram
Durand. dec. 427. num. 3. coram Celſ. deciſ. 166. numer. 6.
& in rec. dec. 327. n. 14. part. 12. & dec. 54. numer. 12.*
45 *part. 17.* Cæteri verò deponunt de tempore Inſantilis
ætatis. *Farinac. de Teſtib. quæſt. 58. n. 61. & ſeq. Rot. co-
ram Dunoz. jun. dec. 886. n. 6. & in recent. dec. 293. n. 7.
& ſeqq. p. 13.*

Vel contraponendi non ſunt tot aliis Teſtibus per
eundem Petrum examinatis, cum iſti præferendi ſint,
46 nedum quia longè alios in numero excedunt *ad Text.
in cap. licèt cauſa , de probat. Rot. in recent. deciſ. 369.
numer. 65. part. 19. & in Romin. Teſtamen. 7. Decembris
proximi præteriti §. Et in omnem caſum coram Me* ſunt
47 exteri, & aliqui, utpotè quia eidem Parochiali Ec-
cleſiæ inſervierunt, ſunt plenè informati, *Felin. in c.
noſtra , numer. 10. de Teſtib. Rot. in recent. part. 19. deciſ.
297. num. 20.* Sed etiam quia in concurſu Teſtium af-
firmantium de Præcedentia aliorumque illam negan-
48 tium, ſemper prævalere debet depoſitio illorum, qui
pro affirmativa deponunt, juxta Theoricam *Bartoli in
l. in diem proferre §. Si plures , ſub n. 3. ff. de recept. ar-
bitr.* quam in his terminis ſequitur *Rota in rec. deciſ.
242. num. 4. p. 16.*

Ex eiſdem principiis verò conſtitit pariter de bono
Jure Petri quoad Ius præcedendi in Proceſſionibus &
aliis publicis functionibus, tam intus, quàm extra Ec-
cleſiam non ſolùm per ſe, filios, conſanguineos, &
invitatos, cæteris aliis Incolis, & Hominibus ejuſdem
loci, ſed etiam per Uxorem, filias, conſanguineas,
invitatas, ac alias Perſonas de ejus familia reſpectu
aliarum fœminarum, nam quemadmodum de antiqua
illius quaſi poſſione deponebant plures teſtes formiter
examinati præterito *Summar. Petri num. 10. lit. A. & n.
12.* & præſenti *Summar. ejuſdem num. 1. lit. A. num. 2.
lit. C. & D. & num. 3. & 5.* quæ neque à ſcribentibus
49 pro Parocho impugnabatur, ita ex illa acquiſitum
dubio procul dici debet Jus præcedendi in antedictis
functionibus, tam ſavore virorum, quàm Uxoris,
aliarumque fœminarum, ut tenent *Lar. in d. l. ſi quis
à liberis in princip. num. 31. & ſeqq. ff. de liber. agnoſcen.
Perez de Lar. de Annverſ. & Capellan. lib. 1. cap. 24. ſub
numer. 22. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 26. numer. 145. &
ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 210. ſub num. 34. Her-
moſil. loc. citat. num. 104. Salgad. de Reg. protect. part. 2.
cap. 9. numer. 24. Ciarlin. controv. lib. 2. cap. 119. ſub nu-
50 mer. 7. & ſeqq.* ubi id ampliat ad totam familiam *The-
mud. dec. Portugal. 32. ſub num. 20.* eo ſignanter, quia
51 etiam de Jure, & ſecundum Cæremoniale Romanum
nobiliores, & digniores in omnibus functionibus Ec-
cleſiaſticis cæteris aliis præferuntur, ad tradita per
*Frances de Eccleſ. Cathed. cap. 25. num. 383. & ſeq. Pi-
ſcar. in Prax. Cæremonial. lib. 2. ſect. 10. cap. 21. num. 21.
Pignatell. conſult. 62. tom. 6. Themud. Dec. Portugal. deciſ.
49. 50. & 51. per tot.*

Quo verò ad præeminentiam dicendi reſponſorium
particulare ſuper Sepultura Familiæ Palatii prælati-
væ quoad omnes alias poſt reſponſ. General. quæ re-
liquam dubii partem concernit, reſolutum fuit, non
conſtare de bono Jure Petri, neque ad effectum ma-
nutentionis, quamvis enim acquiri poſſint præeminen-
52 tia, ut Sacerdos finita Miſſa Conventuali accedat ad
aliquod ſepulchrum, recitaturus reſponſorium pro ſuf-
fragio Defunctorum, ut firmavit in puncto *Rot. dec.
234. num. 9. deciſ. 257. in princip. & num. 11. verſ. bo-
num etiam Jus part. 14. & deciſ. 210. num. 1. part. 15.
recent.* atque ad hunc effectum fuerint per Petrum in-
ducti aliqui Teſtes deponentes Parochum conſueviſſe
poſt reſponſorium Generale recitare Reſponſorium in
Sepultura Palatii prælativè quoad alias ejuſdem Ec-
cleſiæ, præterito illius *Summar. numer. 13.* Nihilomi-
nus quia quamplures alii Teſtes ex parte ejuſdem Pa-
rochi examinati, aſſerunt illum ad ſui libitum reci-
taſſe ſuper Sepulturis Reſponſoria, abſque ulla præ-
latione, præterito *Summar. Parochi num. 2.* hinc Do-
mini in harum probationum conflictu magis adhæren-
53 dum eſſe cenſuerunt illi, quæ reſultat ex Teſtibus pro
Parocho inductis, cum iſti tanquam deponentes pro
libertate Eccleſiæ veniant præferendi *Gabr. de Teſtib.
lib. 1. concluſ. 4. nu. 79.* cum aliis relatis per *Farinac. de
Teſt. q. 65. n. 188. & ſeqq.*

Faciliùs autem quia actus omnes, de quibus Teſtes
ex parte ejuſdem Petri deponunt, videntur merè fa-
cultativi, ac procedentes ex urbanitate, ſeu potiùs
conſanguinitate Parochi, qui tunc temporis erat de
ipſamet familia de Galdiano, undè ex illis nullum 54
Jus, nec quaſi poſſeſſio eidem acquiri potuit, ut per
*DD. in l. ſi certis annis C. de pact. Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 113. num. 61. Poſth. de manut. obſerv. 53. num. 10. &
per tot. Pignatell. conſult. 49. num. 4. & per tot. tom. 7. Rot.
cor. Seraphin. dec. 189. num. 1. & coram Gregor. dec. 162.
num. 10. ibique Add. numer. 16. coram Merlin. deciſ. 593.
num. 7. & in recent. deciſ. 251. num. 16. part. 19.* in his
enim actibus facultativis, ut quaſi poſſeſſio alicui ac-
quiſita dicatur, requiritur, quod ipſe Parochus probi- 55
bitus fuerit recitare priùs Reſponſorium in aliis Se-
pulturis, eidemque prohibitioni acquieverit, ut no-
tant *Tranchedin. conſult. 120. n. 20. Poſth. de manut. d. ob-
ſerv. 53. n. 28. Giovagnon. conſult. 9. n. 87. lib. 1. Add. ad
Ludoviſ. d. dec. 162. n. 15.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Pampilonen. Præeminentiarum.

Lunæ 7. Martii 1701.

IN Diſputatione hujus Cauſæ habita die 3. Februa-
rii ſuperioris anni, reſolutum fuit, conſtare de
bono Jure Petri, etiam ad effectum manutentionis,
tam ſuper retentione Scamni in aſſerto Presbyterio,
ſeu plano tertii gradus Altaris Capellæ majoris Eccle-
ſiæ Parochialis loci de Galdiano, ac ſuper Præeminen-
tia priùs offerendi per ipſum, filios, conſanguineos,
& invitatos in plano dicti tertii gradus, ac per ejus
Uxorem, filias, conſanguineas, invitatas, ac fami-
liares propè ſepulturam Domini Palatii, quàm etiam
ſuper jure præcedendi in Proceſſionibus, aliiſque pu-
blicis functionibus, tam intus, quàm extra Eccle-
ſiam, non ſolùm per ſe, filios, conſanguineos, & in-
vitatos cæteros alios Incolas ejuſdem loci; ſed etiam
per Uxorem, filias, conſanguineas, invitatas, cæte-
raſque perſonas de ejus familia reſpectu aliarum fœ-
minarum; Negativè verò reſponſum fuit, quoad aſ-
ſertam Præeminentiam dicendi Reſponſorium parti-
culare ſuper ſepultura familiæ Palatii prælativè quo-
ad omnes alias ſepulturas. Cum autem ob novam
audientiam utrique ex Partibus elargitam, diſputatio
ſuper his omnibus fuerit hodiè reintegrata, Domini
ob votorum ſciſſuram, dilata reſolutione circa dictum
Reſponſorium prælativè recitandum ſuper Sepultura
Palatii, quoad reliqua ſteterunt in deciſis.

Iterum namque quoad prædicta viſum eſt conſtare
de bono jure Petri; reſpectu ſiquidem ad retentio-
nem ſcamni in plano dicti tertii gradus Altaris, cum
ipſi aſſiſtat longiſſima Conſuetudo, memoriam homi-
num excedens, juxta quam, nedum ipſe, ſed etiam
majores ſui, tanquam Domini Palatii, ac perſpicua
Nobilitate decorati inibi dictum ſcamnum, videnti-
bus, ac patientibus Epiſcopis, & Rectoribus, paci- 56
ficè ſemper retinuerunt, ex hac ſanè, adeò longi
temporis intercapedine, juſtus illi reſultat titulus poſ-
ſidendi, ex his, quæ in terminis præciſis tradunt *Va-
lenzuel. conſ. 176. numer. 1. & ſeqq. Frances de Eccleſ.
Cathedr. cap. 5. numer. 48. Rot. deciſ. 681. numer. 6. part.
18. recent.* cum aliis adductis in mea præterita *Deci-
ſione §. Et quod magis eſt*; cum in qualibet præeminen-
tiarum materia conſuetudo jus tribuat, totumque ope-
retur, tametſi Juris Communis diſpoſitioni repugnaret 57
*gloſſ. in capit. 2. V. auſcultetur in fin. de Offic. Archidia-
con. Felin. in capit. ſtatuimus, de majoritat. & obedient.
Cyriac. controverſ. 201. numer. 173. Rota coram Gregor.
deciſ. 124. numer. 2. & 4. coram Merlin. deciſ. 593. nu-
mer. 1. & in recent. part. 5. deciſ. 85. numer. 6. & ſe-
quent. & in Colonien. Præcedentiæ ſuper bono jure 4. Ju-
nii 1696. §. Quamvis enim, & 22. Martii 1697. §. Si-
quidem, cor. R. P. D. meo Muto*, quæ impreſſæ reperiun-

tur poſt *Antonell. de jur. & oner. Clericorum in ordine la*
19. & la 21.
Fuiſſe autem Petrum, ejuſque Anthores in poſſeſ-
ſione immemorabili retinendi Banchum, ſeu ſedile
in loco controverſo, non poteſt in dubium revocari,
utpotè quia id perſpicuè apparet, tum ex enunciativa
contenta in ſupplici libello porrecto Epiſcopo Pampilo-
nen. de anno 1614. ibi --e *che hanno tenuto, e tengono il*
loro poſto dentro li gradi della Cappella maggiore, e queſto
da tempo immemorabili a queſta parte; tum etiam ex
Teſtibus examinatis uſque de anno 1642. de ejuſdem
ſcamni retentione in eodem loco deponentibus; tum de-
58 nique ex aliis Teſtibus octuagenariis nuperimè inductis,
qui tanquam deponentes cum omnibus circumſtantiis
requiſitis à *gloſſ. in cap. 1. V. memoria de præſcript. in*
6. dubium non eſt, quia hujuſmodi immemorabilem
poſſeſſionem concludant; Haud relevante, quod non
fuerint formiter repetiti, quia cum robur acquirant
à ſupradicta enunciativa emiſſa de anno 1614. & ad-
minieulentur ab aliis Teſtibus formiter examinatis de
anno 1642. utique etſi ad perpetuam deponant, con-
cludentem tamen probationem conſtituunt, ſignanter
ad effectum aſſequendi manutentionem, in cujus ju-
59 dicio probationes etiam minores, & leviores admit-
tuntur, juxta notata per *Poſth. de manu. obſerv. 28. n. 31.*
Rot. poſt eundem dec. 347. num. 2. & in rec. part. 18. dec.
93. num. 7. & ſeq.
Nec prædicta immemorabilis conſuetudo tolli
videbatur ex denuò inculcata reſponſione, quod illa vi-
delicet, vel ſit irrationabilis ob indecentiam, & in-
60 capacitatem Laici habendi ſcamnum in Presbyterio,
exemplo Divi Ambroſii, qui Theodoſio Imperatori
ſedem in loco hujuſmodi denegavit, ut refert *Card. de*
Luc. de præemin. diſc. 44. n. 3. vel tanquam repugnans
61 ſanctioni Cæremonialis Romani cenſeatur abrogata
per Conſtitutionem ſa. me. Clementis VIII. irritantem
quancumque conſuetudinem in contrarium. Quoniam,
ultra quod ex latè animadverſis in mea præterita *De-*
ciſione §. Præmiſſo enim cum duobus ſeqq. ſatis ſuperque
apparebat loco illi, in quo ſedile poſitum eſt, nulla-
tenus Chori, ac Presbyterii nomen convenire poſſe,
minuſque ejuſdem ſedilis retentionem impedire, quo-
minus celebrans liberè, ac honorificè valeat Divinia
Officiis incumbere, validiſſima rurſus occurrebat re-
plicatio, quod objecta irrationabilitas quicquid operari
valeat reſpectu aliarum conſuetudinum, de quibus lo-
quuntur quotquot authoritates in contrarium adductæ,
certè allegari nequit reſpectu alterius, quæ per tempus
62 memoriam hominum excedens inducta fuit; hæc enim
cum in qualibet materia privilegium, ſeu alium quem-
cumque meliorem titulum tribuere apta ſit *cap. ſuper*
quibuſdam 26. §. Præterea de V. ſignif. Card. de Luc.
de Canonic. diſc. 11. num. 6. Rot. in recent. part. 18. dec.
671. num. 16. & in Gerunden. Ferial. 11. Decembris
1699. §. Quæ omnia, cor. R. P. D. meo Lancetta, hinc
à Doctoribus admittitur, ut etiam Laici ea mediante
63 valeant ſcamnum in Presbyterio retinere, quamvis de
cætero id repugnet Juris Communis diſpoſitioni, ut vi-
dere eſt penes *Valenzuel. conſ. 176. Daniel. de Nobilit. diſp.*
60. num. 44. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 13. num.
27. Frances de Eccleſ. Cathed. ad cap. 5. num. 48. Pigna-
tell. conſult. 3. num. 10. tom. 3. & conſult. 4. n. 2. tom. 4.
illamque in his terminis admiſit *Rot. in Valentina Ca-*
pellæ 5. Martii 1599. cor. Juſto, quæ legitur regiſtrata
penes eundem Pignatell. poſt conſult. 16. tom. 4. undè po-
tiori jure admittenda venit in præſenti hypotheſi;
cum immemorabili poſſeſſioni ejuſdem Petri adſtipule-
tur etiam mos generaliter vigens in Regno Navarræ,
juxta quem Domini Palatiorum ſedilia in ſimili loco re-
tinere ſolent; Concurrente autem Regionis conſuetu-
dine, huic potiſſimè deferendum eſt, cum quod in
64 aliis partibus illicitum, & ſcandaloſum videtur, in
altera licitum, & congruum ſoleat reputari, ut in
his ferè verbis monet *Card. de Luc. de præemin. diſc.*
44. num. 10. ubi quod potius ſcandalum redoleret id
negare.
Conſtitutio verò ſan. mem. Clementis VIII. derogat
quidem omnibus aliis conſuetudinibus, ſed immemo-
65 rabilem præſervat, ut ea mente *Sacr. Rituum Congre-*
gationis tradit *Pignattell. conſult. 4. num. 6. tom. 4.* &
firmat *Rot. coram Dunoz. Sen. dec. 198. n. 7. coram Mer-*
lin. dec. 109. ſub num. 1. & in rec. part. 4. tom. 3. dec. 65
647. n. 10. & ſeqq. ea ratione, quia conſuetudo reti-
nendi ſedes Laicorum in Presbyterio non eſt directè con-
tra Cæremonialis diſpoſitionem, dum illud expreſsè
id non prohibet, ſed ſolum ſtatuit decere Principibus
habere ſedes plus, & minus ornatas pro cujuſquam Di-
gnitate, & gradu extra Presbyterium, & Chorum; 66
ex hoc autem cum inferri nequeat prohibitio per actum
negativum, ſed ea ſolum eliciatur per modum affir-
mativum, implicitam negationem tantummodo haben-
tem; inde ſequitur, tantam non eſſe ejuſdem Cæremo-
nialis reſiſtentiam, ut per immemorabilem conſuetudi- 67
nem non poſſit Laicus acquirere Jus retinendi ſcam-
num in Presbyterio, ut notant *Panimoll. dec. 1. adnot.*
11. num. 40. Pignatell. conſult. 7. n. 26. tom. 1. eandem-
que conſuetudinem per conſequens non cenſeri per
dictam Conſtitutionem abrogatam, cum hæc eas tan-
tùm conſuetudines damnet, quæ expreſsè, ac dire-
ctè adverſantur diſpoſitis in dicto Cæremoniali, ad
firmata per *Rot. deciſ. 102. numer. 14. part. 10. re-*
cent.
Ex his verò tranſeuntes Domini ad Jus faciendi obla-
tiones per Petrum, ejuſque filios, conſanguineos, &
invitatos in principio tertii gradus Altaris, prælativè
quoad alios Incolas, qui illas offerunt infimo gradu, ac
per ejus Uxorem, filias, conſanguineas, invitatas, ac
familiares propè ſepulturam Domini Palatii, ſepa-
ratim à cœteris aliis mulieribus, quæ propè locum
Aquæ Benedictæ ex poſt offerre ſolent, illius bonum
jus conſtitit ea longæva poſſeſſione in iiſdem locis prius
offerendi, comprobata ex Teſtibus de annis 1574. 1642.
atque ad præſens reſpectivè examinatis *Summario di-*
ſtributo die 30. Martii 1699. num. 2. 9. & 11. atque
altero exhibito in præterita propoſitione num. 2. 3. & 5. 68
quæ ad hunc effectum, ſufficientem, juſtumque titulum
tribuit, tam favore virorum, quàm Uxoris, aliarum-
que fœminarum, ut ex *Marzar. Gratian. Hermoſill. ad*
Lopez Salgad. aliiſque pluribus firmat deciſio, quæ
revidetur *§. Hactenus quoad primam.*
Nec quaſi poſſeſſio hujuſmodi inficiari poteſt ex præ-
ſuppoſita indecentia, quod Parochus Sacris veſtibus
indutus, teneatur Eccleſiam circuire, pro dictis obla-
tionibus recipiendis, quando illas in ipſo Altari exigere
debet ad *Text. in cap. ut omnis Chriſtianus, de conſecrat.* 69
diſtinct. 1. Fagnan. in cap. Paſtoralis num. 41. de his quæ
ſunt à Prælat. Pignatell. conſult. 142. num. 3. tom. 8.
Cum etenim, ut benè advertit deciſio, quæ revide-
tur *§. Quandoquidem*, ob diverſitatem moris unius re-
gionis ab altera, circa locum recipiendi dictas ob- 70
lationes, eveniat, quod Parochus juxta conſuetudi-
nem illius Regionis, in qua degit, eas licitè, ac de-
center valeat exigere ex notatis per *Chriſtian. Lup. ad*
Concil. tom. 5. in notis ad Concil. Roman. 5. Canon. 13.
fol. 219. Fagnan. in dicto cap. Paſtoralis nu. 41. de his, quæ
ſunt à Prælat. nullum ſanè irrationabilitatis, ac inde-
centiæ abſurdum allegari poteſt ſi Parochus loci de
Galdiano juxta ſolitum deſcendat ad infimum gra-
dum Altaris pro dictis oblationibus colligendis ab
hominibus, & ſucceſſivè pro illis habendis à mu-
lieribus ad ulteriorem Eccleſiæ locum progrediatur;
Et tanto minùs in caſu præſenti, in quo quæſtio eſt
ſolùm, ut idem Parochus occaſione qua, juxta me-
moratam conſuetudinem, deſcendit ad dictum infi-
mum gradum, oblationes prius recipiat in Plano ter-
tii gradus à Petro, tanquam Domino Palatii, ejuſ-
que filiis, conſanguineis, & invitatis, & cum ul-
terius ſucceſſivè progreditur pro illis colligendis à mu-
lieribus, eas prima debeat recipere propè ſepulturam 71
Domini Palatii ab ejus uxore, filiabus, conſangui-
neis, invitatis, ac familiaribus. Hoc namque, cum
ſubſtantialiter importet Præcedentiam dumtaxat, quæ
de jure in oblationibus faciendis, Nobilioribus debi-
ta eſt, ad tradita per *Caſſan. in Cathal. Glor. Mund.*
part. 5. conſider. 18. & ad conſuetud. Burgund. rubr.
6. entre gens Nobles V. qui dicantur Nobiles num. 1.
Carol. Rat. de privil. mulier. capit. 2. numer. 129. nul-
lam per conſequens eidem Parocho indecentiam irro-
gare poteſt.
Minuſque manutentio denegari poterat, vel ex quo
Poſſeſſio Petri eliciatur ex actibus, qui proceſſerunt ex
mera voluntate, ac facultate Parochorum, vel quia
ex de-

Digitized by Google

ex depoſitionibus aliorum teſtium reſultet cæteros Pa-
rochianos feciſſe oblationes in eodem loco, in quo Pa-
rochus eas recepit à Domino Palatii, hac ſola inter-
cedente differentia, quod ipſe erat omnium primus in
offerendo. Quoniam præſumptio facultatis in thema-
72 te excluditur ex pluralitate actuum per longiſſimum
tempus, ita à Parochis continuatorum, qui proindè
conſtituunt Petrum in ſtatu omnino manutenibili,
ad tradita per *Poſth. de manut. obſerv.* 53. *numer.* 20.
Rot. poſt eundem dec. 32. *n.* 9. *& in Urgellea. Servitutum*
15. *Martii* 1697. *§. Et quidem primo, coram bon. mem.*
Urſino.

Teſtes verò prædicti nullam prorſus promerentur
73 fidem, nam ultra alias, quas patiuntur exceptiones,
ſunt habitatores, & naturales ejuſdem loci de Gal-
diano, & conſequenter in cauſa intereſſati, ut tra-
dunt *Bovadill. lib.* 3. *polit. capit.* 8. *numer.* 97. *& ſeqq.*
Rot. cor. Buratt. dec. 604. *num.* 4. & in præterita *De-*
ciſione §. Nec Petri, & de cætero, nec etiam contra-
ponendi eſſent aliis teſtibus ab eodem Petro exami-
74 natis, quia iſti ſemper præferendi eſſent, vel tanquam
numero plures *capit. cum in noſtra, de Teſt. Gabriel. co-*
dem tit. concluſ. 4. *numer.* 30. *Rota coram Dunozet. jun.*
deciſ. 245. *num.* 4. vel tanquam de Præcedentia depo-
75 nentes, qui in concurſu aliorum illam negantium
prævalere debent *Rot. in recent. deciſ.* 242. *numer.* 4.
part. 16. & in dicta mea *Deciſione §. Vel contraponen-*
di, in fin. Hoc etiam rurſus accedente, quod duo ex
teſtibus ejuſdem Parochi expreſsè deponunt, Gar-
ziam feciſſe oblationes in loco diverſo, nempè in
Plano dicti tertii gradus Altaris, cæteros verò inco-
76 las ſubtus illum. Hi autem teſtes, utpotè ab ipſo Pa-
roco inducti, plenam contra ipſum probationem fa-
ciunt, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 505. *num.* 6. *& ſeqq.*
Rota coram Celſ. deciſ. 150. *an.* 6. *& ſeqq. & in Romana*
Donationis 30. *Januarii* 1697. *§. Ita, coram Me.*

Prout nec minus obſtare potuit aſſerta conſuetu-
do, vigens in Regno Navarræ, quod ſcilicet Domi-
ni Palatiorum, quamvis ſint Eccleſiarum Patroni, in
oblationibus faciendis, gaudeant ſolo jure cæteros præ-
cedendi, non autem faciendi oblationes in loco diver-
ſo, ac ſeparato; quoniam de hujuſmodi conſuetudi-
ne nlla penitùs affertur juſtificatio, neque ea deſumi
poteſt ex Deciſione edita in alia *Pampilonen. Præ-*
77 *minentiarum coram Comstul. inter illius impreſſas la* 153.
confirmata *coram Cardin. Mantica, ut in alia Deciſ.*
pariter inter illius impreſſas la 244. quia in dictis Deci-
ſionibus actum fuit ſimpliciter de Præeminentia priùs
offerendi, quam ratione Nobilitatis, ac Patronatus
Eccleſiæ Domino Palatii deberi declaratum fuit, ſed
de loco, in quo oblationes fieri debeant, nec verbum
habetur, unde nec fumum quidem dictæ aſſertæ con-
ſuetudinis præbere valent.

Similiter demum quoad Præcedentiam in proceſſio-
nibus, aliiſque publicis functionibus, tam intra, quàm
extra Eccleſiam, bonum jus Petri iterum conſtare vi-
ſum eſt, tum ex antiqua ejus quaſi poſſeſſione, quæ
78 illi, ejuſque uxori, filiis, invitatis, ac familiaribus
hujuſmodi Præcedentiam acquiſivit *Gratian. diſcept. for.*
cap. 210. *ſub numer.* 34. *Salgad. de Reg. Protect. part.* 2.
cap. 9. *num.* 24. *Ciarlin. controv. lib.* 2. *capit.* 119. *ſub nu.*
7. *& ſeqq. Themud. dec. Portbugall.* 35. *ſub num.* 20. tum
etiam ex juris diſpoſitione, quæ Nobiliores, ac di-
gniores in omnibus functionibus Eccleſiaſticis cæteris
aliis præferri demandat, ex authoritatibus allegatis
in dicta mea præterita *Deciſione §. Ex eiſdem*; Id,
quod de cætero agnoſcentes ipſimet Parochus, & alii
litis conſortes in hodierna audientia ampliùs non au-
debant impugnare.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CAFFARELLO.

Pampilonen. Beneficii de Allo.

Veneris 23. *Februarii* 1703.

ARGUMENTUM.

Qui Vicariam habet, ob Curam animarum, reſidentiam requirentem, poteſt, abſque incompatibilitate, obtinere in eadem Eccleſia Beneficium, quod reſidentiam pariter expoſcat, dummodo ea non ſit ſimplex, ſeu præciſa ſub amiſſione Beneficii, ſed tantùm cauſativa, ad effectum privationis fructuum; accedente præſertim diuturna obſervantia.

SUMMARIUM.

1 *Qui Altari ſervit, de Altari vivere debet.*

2 *Duo beneficia, æquè perſonalem reſidentiam requirentia, ſunt inter ſe incompatibilia.*

3 *Quotuplex ſit reſidentia.*

4 *Quando reſidentia eſt continua, ſimplex, & præciſa, ſub tituli privatione, & amiſſione Beneficii, inducitur incompatibilitas, propter quam per aſſecutionem ſecundi Beneficii, vacat ipſo jure primum.*

5 *Secus verò, quando reſidentia non eſt perpetua, ſed ad certum tempus, vel non eſt præciſa, ſed cauſativa, reſpectu privationis fructuum; quia tunc novum Beneficium non dicitur incompatibile cum alio, & primum per alterius aſſecutionem non vacat*, & num. 6.

7 *Quoties ſervitium Eccleſiæ adimpleri poteſt per ſubſtitutum, non cenſetur volita præciſa reſidentia, ſed tantum cauſativa.*

8 *Per aſſecutionem alterius Beneficii incompatibilis, primum vacat, & utrumque retineri non poteſt ultra duos menſes.*

9 *Ad mutandam qualitatem perpetuæ reſidentiæ in cauſativam, ſufficit lapſus quadraginta annorum.*

10 *Conſuetudine introduci poteſt, ut etiam duo Beneficia uniformia valeant in eadem Eccleſia retineri.*

11 *Diſtributiones, aliaque ſimilia emolumenta; inter præſentes de Jure repartiri debent.*

12 *Nec per particularem Beneficiatorum Conſtitutionem ſtatui poteſt, ut inſervientes habeantur pro abſentibus, contra expreſſam Juris*, & Sac. Conc. Trid. *ſanctionem.*

13 *Beneficiatus, non interveniens Choro Statutis horis, vel diebus, amittit diſtributiones illius horæ, vel diei, quibus non interfuit.*

14 *Confirmatio actus cum clauſula* quatenus ſit Juri conformis, *evaneſcit, ſtatim ac adverſativus Juri dignoſcitur.*

15 *Lex, aut Statutum nunquam tolli poteſt per non uſum, aut ſimplicem deſuetudinem.*

16 *Limita, quando contrarius uſus effectum habuit in contradictorio Judicio.*

17 *Non uſus Statuti, ſeu Conſtitutionis, per ſpatium quadraginta annorum, cenſetur abundè præſcriptus.*

DECISIO XXXIV.

RESponſum fuit infirmandam eſſe ſententiam con-
tumacialem à R. P. D. *meo Caprara* promulgatam
adverſus Joſephum, alia duo præcedentia judicata ſibi
favorabilia optinentem, tum Epiſcopalis Curiæ Pam-
pilonen. tum Metropolitanæ Burgenſis: Hic enim
uti poſſeſſor unius ex ſex Beneficiatis Parochialis Ec-
cleſiæ Loci de Allo, de omnibus fructibus, & di-
ſtributionibus ad Beneficium quoquo modo pertinenti- 1
bus, participare debet, cum æquum non ſit, ad onus
Eccleſiæ electum, à mercede repelli, *capit. cum ſe-*
cundum Apoſtolum, & capit. extirpanda, de Præbea. &
Dignit.

Paruique faciendum eſt fundamentum contrariæ De-
R 2 ciſio-

ciſionis, quòd cum Joſephus obtinuerit in eadem Ec-
cleſia Vicariam, perſonalem reſidentiam ob Curam
2 Animarum requirentem, hæc incompatibilis ſit cum
Beneficio, particulariter onus perſonalis reſidentiæ ha-
bente ad *Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 4. de ref. & ſeſſ. 24. c.
17. eod. tit.*

Ad effectum enim, ut poſſit oriri alicujus dignitatis
3 incompatibilitas cum priori Beneficio, tres reſidentiæ
ſpecies ſunt diſtinguendæ. Alia eſt reſidentia illa,
quæ dicitur continua, ſimplex, ſeu præciſa ſub priva-
tione tituli, ſi beneficiatus continuò non reſideat, ex-
ceptis tantummodo temporibus à S. Tridentina Synodo
ſtatutis: Alia non continua, ſed in certis temporibus:
Alia verò continua, non tamen ſimpliciter, & præciſè,
ſed cauſativè, reſpectu tantum privationis fructuum,
ad DD. *in cap. final. de Cleric. non reſid.* ubi *Innocent. Jo-
annes And. Anton. de Butr. & Imol.* quos ſequitur *Gon-
zal. ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 15. num.* 20. & optimè *Ro-
ta dec. 483. n. 1. p. 1. recent.*

In primo ſiquidem caſu, quando reſidentia eſt conti-
nua, ſimplex, & præciſa ſub tituli privatione, & a-
miſſionis Beneficii clara eſt diſpoſitio *SS. Concil. Tri-
dent. d. ſeſſ. 7. de reformat. c. 4. & ſeſſ. 24. c. 17.* pariter
4 *de reform.* Cujus vigore per aſſecutionem ſecundi ipſo
Jure vacat primum propter incompatibilitatem, *Gon-
zal. d. Reg. 8. ead. gloſſ. 15. n. 21. Panimol. in 1. adnot. ad
dec. 31. n. 2. & 6.* ubi concordantes.

Secùs eſt autem in aliis duobus caſibus, quando
ſcilicet reſidentia non eſt perpetua, ſed ad certum tem-
pus, vel non eſt præciſa, ſed cauſativa reſpectu pri-
5 vationis fructuum; In his enim cum Beneficium non
dicatur requirere continuam, ſeu ſimplicem, & præci-
ſam reſidentiam, ſed ad tempus, aut cauſativam, no-
vum Beneficium non dicitur incompatibile cum alio,
& primum per alterius aſſecutionem non vacat, *Pa-
riſ. de Reſignat. lib. 3. quæſt. 5. num. 128. Tondut. Quæſt.
Benef. par. 2. cap. 5. §. 6. num. 8. cum ſeqq. Antonell. de
Regimin. Eccleſ. lib. 3. cap. 3. §. 1. num. 7. Rot. coram Ca-
val. dec. 551. num. 6. & in rec. dec. 489. n. 2. & 3. p. 2.
dec. 631. part. 3. dec. 241. n. 3. p. 15. & in Moguntina Ca-
nonicatus 6. Aprilis 1696. §. Nec ad evitandam, coram
bo. me. Urſino, & in alia Moguntina Canonicatus 1. Julii
1697. §. Neque incompatibilitas, coram R. P. D. dell'Ol-
mo impreſſ. in Deciſ. Rot. ad Card. de Luc. ſuper materia
de Benef. dec. 16. n. 7.*

Idcircò à DD. indubia habita fuit compatibilitas
hujuſmodi Beneficiatus cum Vicaria, attenta cauſativa
illa reſidentia, reſpectu tantum amiſſionis fructuum,
à Synodalibus Conſtitutionibus requiſita in his Bene-
ficiis, quæque juxta ſuperiùs allegata, apta non eſt ad
inducendam incompatibilitatem; Hæ ſiquidem Con-
ſtitutiones ſtatuunt, quod omnes Beneficiati Epiſcopa-
tus Pampilonenſis habeant onus inſerviendi Eccleſiis
Parochialibus, *in quibus quatenùs adſint ſex Beneficia-
ti, aut plures præſentes, poſſint dicti ſex Beneficiati præ-
ſentes ſervire pro abſentibus, & recipere pro dicto ſervitio
quidquid concordabitur cum Beneficiato, Summar. Jo-
ſephi numer. 1. lit. A. C. vel tertiam partem emolumento-
rum lit. D. quod ſit intelligendum, quamvis unus ex ſex Be-
neficiatis ſit Vicarius, eodem Summ. lit. B.* Ideòque cum
Beneficiati aliud onus inſerviendi non habeant, quàm
illud expreſſum in Synodalibus Conſtitutionibus in-
tereſſendi per ſe, vel alium Horis Canonicis, & Pa-
rochiali Eccleſiæ in Divinis Officiis inſerviendi ſub
pœna, quatenùs abſint, amiſſionis fructuum, & emo-
lumentorum in aliqua parte, dicendum eſt ex verbis
ſupradictis reſultare cauſativam reſidentiam; nempè ſi
velint gaudere fructibus, & emolumentis, non autem
præciſam, ad effectum ſcilicet amiſſionis Beneficii,
6 ut in terminis ſimilium Conſtitutionum firmat *Rot. cor.
Rembold. dec. 237. n. 7.* & optimè *in rec. dec. 489. n. 2. p. 2.*
Cumque in eiſdem Conſtitutionibus dicatur ſervitium
Eccleſiæ adimpleri poſſe per Subſtitutum, per conſe-
7 quens eſt, nunquam fuiſſe volitam præciſam reſidentiam
ſed tantummodò cauſativam, *Lap. alleg. 35. n. 2. & alleg.
117. Burat. dec. 92. n. 2. Cavaler. dec. 551. n. 6.*

Idque non ſolum procedere viſum fuit ex ſupradi-
ctis, ſed etiam ex aliis particularibus Conſtitutionibus
Eccleſiæ de Allo; Hæ enim diſponentes, quod Bene-
ficiatus dum exercet Vicariam, habeatur pro abſen-
te, apertè demonſtrant, utrumque Beneficium eſſe com-
patibile, cum habitualis abſentia non privet titulo Be-
neficii Poſſeſſorem ejuſdem, aliàs namque per alterius 8
aſſecutionem primum vacaſſet, & Joſeph utrumque
ſimul retinere non potuiſſet ultra duos menſes, *Ho-
jed. de Incompatib. Benef. part. 1. cap. 13. num 48. & 80.
Lotter. de Re Benef. l. 2. quæſt. 23. n. 19. Amat. Dunoz. dec.
811. num. 1.*

Hæc autem omnia de per ſe vera ad inducendam
compatibilitatem, viſa fuerunt tanto magis procede-
re, attenta obſervantia, juxta quam Vicarii ſimul,
& Beneficiati in hac Eccleſia obtinuerunt non ſolum
fructus Beneficii, ſed etiam tertiam abſentium. Per
Sententias enim anni 1604. & 1643. in judicatum tran-
ſactas Vicarii, qui tunc erant inſimul Beneficiati, con-
tradicentibus aliis Beneficiatis Eccleſiæ de Allo, ad
formam Synodalium Conſtitutionum obtinuerunt, ip-
ſos participare debere de tertiis, quas amittunt Bene-
ficiati abſentes, & de omnibus aliis emolumentis,
Summ. Joſephi n. 3. & 4. in quarum ſequelam Vicarius
anteceſſor Joſephi una cum Beneficio Vicariam poſſi-
dens ſpatio annorum 40. omnes fructus, & emolumen-
ta Beneficii percepit, ut ex teſtibus, *eodem Summ. nu.
5.* idcirco hac attenta obſervantia potiori Jure non
ſupereſt dubitandum de compatibilitate, cum qualitas
perpetuæ reſidentiæ, quatenùs etiam adfuiſſet ab ini-
tio in Beneficiatis, mutari potuerit per adeò longum
temporis ſpatium; Ad faciendam enim hujuſmodi mu- 9
tationem, ſignanter in qualitate, ſufficit lapſus 40.
annorum, ad *Text. in cap. cum de Beneficio, de Præbend.
in 6. Lotter. de Re Benef. q. 34. num. 9. lib. 1.* & in ter- 10
minis fortioribus, quod ſtante conſuetudine poſſint et-
iam duo Beneficia uniformia in eadem Eccleſia retine-
ri, *Hojed. de incompatib. part. 1. c. 20. nu. 25. Antonel. de
Reg. Eccleſ. l. 3. c. 3. §. 2. n. 16.* cum aliis adductis per *Pa-
nimol. dec. 31. n. 6.*

Poſita verò compatibilitate Beneficii cum Vicaria
conſequenter ſuccedit integros deberi fructus, & diſtri-
butiones, ac etiam tertiam abſentium; ſi enim eſt ca-
pax Joſeph Beneficium retinendi, Juſtitia poſtulat, ut
idem participare debeat de omnibus fructibus, & e-
molumentis ad Beneficium pertinentibus.

Neque obſtat, quod dicto particularis Conſtitutio Ec-
cleſiæ de Allo demandet Vicarium inſervientem Vi-
cariæ haberi pro abſente, *Summ. Beneficiatorum num. 3.*
& per conſequens integros fructus, omneſque diſtri-
butiones non poſſe lucrari.

Quia cum Beneficiati dictæ Eccleſiæ onus habeant
intereſſendi Horis Canonicis, & Anniverſariis in ea-
dem fieri ſolitis, ipſiſque in remunerationem, ac ſtipen-
dium perſonalis Miniſterii, & laboris debeantur di-
ſtributiones, aliaqua emolumenta, quæ inter præſen- 11
tes de Jure ſunt repartienda, ad *cap. unic. de Cleric. non
reſid. in 6.* & dictum fuit ſæpiſſimè, & ſignanter in *Ale-
xandrina Diſtributionum 29. Martii 1699. §. Non enim,
coram R. P. D. meo Lancetta, & in Illerden. Diſtributio-
num 20. Februarii 1702. §. Cum enim, coram D. Ma-
gno Cancellario Mediolani, & in ejus Confirmatoria 5.
Martii 1703. §. Nulla ſiquidem, coram R. P. D. meo An-
ſaldo*, non erat in poſſe Beneficiatorum ſtatuere, quod
Vicarius inſimul quoque Beneficiatus inſerviens Be-
neficio, pro abſente eſſet reputandus contra expreſ-
ſam Juris Sanctionem, & *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24.
cap. 12. de reformat.* adverſus quam dubio procul non 12
eſt licitum inferioribus ſtatuere, ad *cap. cum inferior.
de major. & obed. ad Rot. in d. Illerden. Diſtributionum
§. Deſcendendo autem, coram R. P. D. meo Anſaldo*; Et
tunc tantùm diſpoſitum in dicta Conſtitutione pro-
cedere poterit, quando Vicarius Vicariæ inſerviens,
non intervenerit Choro ſtatutis horis, vel diebus tan-
quam Beneficiatus, quo caſu amittet diſtributiones 13
illius horæ, vel diei, quibus non interfuit uti Bene-
ficiatus, ad idem *Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 3. & ſeſſ.
22. cap.* pariter 3. *de Reformat.* Et quamvis prædicta
Conſtitutio confirmationis robur acceperit ab Epi-
ſcopo, attamen cum hæc effecta fuerit cum clauſula,
quatenus eſſet conformis Juris diſpoſitioni, & ex ſupra-
dictis eadem adverſativa Juri dignoſcatur, utique ab 14
Epiſcopo non cenſetur confirmata, *Barboſ. clauſ. 55.
num. 4. & clauſ. 124. num. 7. Card. de Luc. de regul.
diſc. 2. n. 10.*

Quæ magis procedere viſa fuere ſtante deſuetudine, 15
& inob-

& inobſervantia ejuſdem Conſtitutionis, quamquam enim generaliter lex, aut ſtatutum nunquam tolli poſſit per non uſum, aut ſimplicem deſuetudinem, ad tradita per *Bartol. in probem. Digeſt. ſ. Et non antea*; Attamen quoties, ut in præſenti, conſtat bis judicialiter fuiſſe pronunciatum, Vicarios inſimul Beneficiatos frui debere non ſolum tertia abſentium, ſed etiam omnibus aliis emolumentis, contrarius uſus dictæ Con-
16 ſtitutionis ſubſtinetur, cum ſufficiat eundem habuiſſe effectum in contradictorio judicio, *Roland. conſ. 55. nu. 39. verſ. ultimo, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 13. num. 42. poſt med. Gratian. diſcept. for. capit. 559. numer. 40. & 41. Ludoviſius dec. 269. num. 4.* Cumque Vicarius anteceſſor 40. annis habuerit omne id, quod ei-
27 dem, uti Beneficiato, debebatur, per hoc ſpatium 40. annorum, cenſetur etiam non uſus dictæ Conſtitutionis abundè præſcriptus, optimè *Rot. dec. 71. num. 50. coram Royas*.

Et ita utraque &c.

Emo P. D. ANSALDO DECANO.

Peruſina Præeminentiarum.

Mercurii 2. Decembris 1711.

A R G U M E N T U M.

In ſimplici Eccleſia, ſeu Oratorio, Parochiali ſubjecto, ſive ratione ſoli, ubi eſt conſtructum, ſive aliquo alio titulo, competunt Parocho tam Jura Parochialia, quàm Præeminentialia, quæ antea exercebat, ſtante præſertim clauſula, *ſine præjudicio Jurium Parochialium*, in conceſſione appoſita.

S U M M A R I U M.

1 *In omni loco ſuæ Diœceſis habet Parochus fundatam intentionem exercendi, tam Jura Parochialia, quàm ea, quæ ad digniorem ſolent attinere.*
2 *Limita quoad functiones Præeminentiales, niſi Eccleſia, ſeu Oratorium, intra fines Parochiæ exiſtens, ſit Eccleſiæ Parochiali aliquo modo ſubjectum.*
3 *Id ſtatutum fuit noviſſimè à* S. R. C. *in* Decretis generalibus *de anno* 1703. *à Sanctiſſimo approbatis anno ſequenti* 1704. *& ubi ſint impreſſa.*
4 Decretis *ejuſdem* S. R. C. *deferre reverenter ſolet* S. Rotæ Tribunal.
5 *Simplex Eccleſia, in adjutorium Eccleſiæ Parochialis erecta, dicitur illi, tanquam filialis, ſubjecta.*
6 *Quid Eccleſiæ Parochiali competat ex hac qualitate filiationis ſuper ſimplici Eccleſia.*
7 *Si Juriſdictio per privilegium adempta eſt Epiſcopo, multo magis cenſetur adempta Parocho.*
8 *Conſtitutio Eccleſiæ, tam de ſtylo, quàm de Jure concedenda eſt, ſine præjudicio Jurium Parochialium.*
9 *Clauſula* ſine præjudicio Jurium Parochialium — *nihil de novo tribuit.*
10 *Contra prædicta* Decreta generalia S. R. C. *non ſuffragantur conſuetudines, niſi ſint immemorabiles, vel ſaltem centenariæ.*
11 *Eccleſia ſimplex, ſeu Oratorium ratione dominii ſoli, ubi eſt conſtructum, dicitur plenariè ſubjectum Parochiali, quoad omnia Jura, & functiones.*
12 *Et forſan id procedit etiam ob ſolam rationem, quod intra fines Parochiæ reperitur*, & n. 13.
14 *Clauſula* — ſine præjudicio jurium Parochialium — *in conceſſione conſtructionis novæ Eccleſiæ appoſita, præſervat ſtatum antiquum, privativè pro Parocho militantem.*
15 *Clauſula* — ſine præjudicio — *præſervat omnia Jura etiam in minimis.*
16 *Sacello, in Eccleſiam erecto, cum clauſula* — ſine præjudicio — *præſervantur favore Parochi omnia Jura, quæ ibi ante conſtructionem Eccleſiæ ei competebant.*
17 *Contrarium forſan locum haberet, ſi quæſtio eſſet cum altera formali Eccleſia, cujus initium ignoraretur, & conſtructio facta non eſſet in ſolo temporaliter etiam proprio Eccleſiæ Parochialis.*
18 *Gratia redditur ſubreptitia, ſi reticeatur id, quod vel concedentem ab illa retraxiſſet, vel difficiliorem reddidiſſet.*
19 *Sæpe extorquentur à S. Sede Gratiæ, & privilegia, aliis præjudicialia, per falſas ſuggeſtiones, vel veritate reticita.*
20 *Et his propterea ſuffragari non debent Gratiæ obtentæ.*
21 *Regulare eſt, quod centenaria ſit exempta à qualibet Conſtitutione, ſive Decreto.*
22 *Ad declarationem facti, vel Juris ambigui, attendenda eſt obſervantia.*
23 *Præſentia Parochi in electione Officialium, & retentio alterius ex clavibus capſulæ ſuffragiorum, denotat ſuperioritatem.*
24 *Retentio clavis capſulæ eleemoſynarum, vel alterius hujus generis, quandoque provenire ſolet ab alio titulo, quàm ſuperioritatis.*
25 *Secus ſi jungatur cum aliis urgentibus circumſtantiis. Claves de Jure remanere debent in poteſtate Prælati* eodem n. 25.
26 *Retentio Clavis Capſulæ pro eleemoſynis recipiendis in Eccleſiis, intra Parochiam exiſtentibus, ad Parochum non ſpectat.*
27 *Signum ſuperioritatis eſt in aliquo, ſi ei ab Officialibus rationes reddendæ ſunt.*
28 *Ordinario debet reddi ratio de rebus, ac Bonis Hoſpitalium.*
29 *Recipere Epiſcopum, occaſione viſitationis, ad Eccleſiam accedentem, eique porrigere aſperſorium, ad Rectorem, ſeu Superiorem uſu, & Jure pertinet.*
30 *Ex adminiſtratione Sacramentorum, & aſſervatione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ in ſimplici Eccleſia pro majori commoditate, & ſervitio Parochianorum, arguitur ejuſdem Eccleſiæ ſubjectio Parochiali.*
31 *Teſtibus, numero, & qualitate pollentibus eſt adhibenda fides.*
32 *Ex intermiſſione exercitii alicujus Juris, dummodo non probetur contradictio, & acquieſcentia, dici non poteſt firmata aliqua poſſeſſio, ſeu obſervantia in contrarium.*
33 *Magis creditur Teſtibus affirmantibus, quam negantibus.*
34 *Quando actus remanent æquivoci, nulla de iis eſt habenda ratio, præſertim in conſpectu actuum univocorum.*
35 *Actus ſemper refertur ad jus, & titulum, de quo conſtat.*
36 *Sicut Laici non ſunt capaces ſeſe immiſcendi in ſpiritualibus, Eccleſiaſticis Functionibus, ita non eſt illis de facili permittendum, ut hujuſmodi miniſteria aliis mandent.*

D E C I S I O XXXV.

SUper ſolo, quod uſque de anno 1495. materialiter diſtraxerat Plebanus, ſive Parochus Sancti Bartholomæi Caſtri Rigonis ad commodum Univerſitatis, & Incolarum ejuſdem Caſtri, ita caſtrametati fuerunt Emptores, ut inibi conſtruendo, in locum ſimplicis Tabernaculi, perantea exiſtentis cum ſola effigie Beatiſſimæ Virginis Deiparæ *Miraculorum* nuncupatæ, novam penitus Eccleſiam, & Hoſpitale, Aciem aperuerint acri certamini, ſeu Judiciariæ, & conflictatæ perquiſitioni *An, & quæ Jura parochialia, & præeminentiæ hactenus competerent Parocho* in Eccleſia prædicta, & *Domini* libratis hinc indè digladiantium armis, & fundamentis, *Jura Parochialia, & præeminentias Parocho* abſolutè competere cenſuerunt.

Nulla ſiquidem controverſia erat, vel eſſe poterat inter Partes, quod antecedenter ad memoratam venditionem ſuper antiquo Solo, & reſpectivè Capella, Parochus fundatam haberet intentionem, non ſolum quoad Jura magis præcisè Parochialia, ſed etiam reſpectu aliarum omnium præeminentiarum, quæ de jure, vel de conſuetudine ad Digniorem ſolent attinere, cum 1
ipſe in circumdario ſuæ Parochiæ dignior præ cæteris regulariter exiſtens, quaſi Epiſcopus in ſua parva Diœceſi ſubalternanter eſſe cenſeatur, juxta affirmata per *Abbatem in cap. 1. numer. 28. de dolo, & contumacia, Barboſ. de Offic. Parochor. part. 1. cap. 9. num. 3. Ricc. in Praxi For. Eccleſ. part. 4. reſolut. 304. numer. 3.* & in terminis

minis Abbatis Curam animarum exercentis *Rot. in Burgen. Juriſdictionis ſuper exercitio functionum Parochialium 11. Junii 1706. §. Firmata, cor. Me.*

Et ſanè quoad Jura Parochialia magis præciſa, quæve plenæ manu dinumerantur penes *Abbat. in Rubric. de Paroch. num. 2.* & cum eo cæteri Canoniſtæ, quos congerit *Pbiringb. in Jus Canonic. lib. 3. tit. 29. num. 3. & ſeqq. Frances de Eccleſ. Cathedral. capit. 21. num. 20. & ſeqq. Cardinalis de Luca de Paroch. diſc. 31. num. 8. §. Ut enim, Rota coram Coccino dec. 2089. num 3. & ſeqq. dec. 352.* & ſignanter *num. 3. cum pluribus ſeqq. p. 5. tom. 2. rec. & in Mediolanen. Jurium Parochialium 23. Aprilis 1708. §. Conſtabilito, & §. Rurſus cum ſeqq. coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 6. Junii 1708. §. Applicando, coram Me,* quaſi manus victas dabant Confratres, & Capellani ejuſdem Eccleſiæ Beatiſſimæ Virginis, ſed tantummodò opponebant, quod præciſivè ab iiſdem Juribus propriè Parochialibus, nullum aliud Jus in aliena Eccleſia quicumque Parochus prætendere, & arrogare ſibi queat, niſi ſaltem oſtendat, quod ultra ſituationem ipſius Eccleſiæ intra fines ſuæ Parochiæ illa
2 ſibi exiſtat aliundè ſubjecta ex aliquo privilegio, conceſſione, præſcriptione, vel jure ſpeciali, prout ſolemniter reſcribens Archipresbytero Eccleſiæ Sanctæ Cæciliæ reſpondit, & definivit *Innocentius III. in cap. Dilectus, de Capellis Monachorum*, & latè exornat *Fagnan. in cap. Ad audientiam, num. 9. & 10. de Eccleſ. ædifican. Calderin. conſ. 6. num. 1. verſ. item ſicut de Religioſ. Domibus, Cardinalis de Luca de Paroch. dicta diſc. 31. num. 6. Rota in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. §. Decidendi ratio, coram Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano, & 6. Junii 1708. §. Fallente coram, & in Biſinianen. Præeminentiarum 10. Februarii 1710. §. Quibus omnibus,* pariter *coram Me.*

Fortiùs quia retento hujuſmodi principio ſucceſſivè etiam deinceps, ad tollendas diſſenſiones, & jurgia, ſemper in Eccleſia Dei evitanda, ac dirimenda, *Sacra Rituum Congregatio*, cui, ut fuit dictum in illa *Neapolitana Jurium Parochialium 13. Martii 1711. cor. Me in principio*, tale munus principaliter incumbit, jam per plura univerſalia *Decreta edita* ſub anno 1703. & dein quoque per Sanctiſſimum approbata de ſequenti
3 anno 1704. quæve leguntur impreſſa *in Mantiſſa dec. ad Cardinalem de Luca tom. 2. pag. 17. & ſeqq.* & repetita apud *Monacell. in ſuo Formulario Legal. practico For. Eccleſ. tit. 13. ex numer. 46.* diſcriminando eadem Jura propriè Parochialia, determinaverat quænam functiones & præeminentiæ competerent Parochis, vel reſpectivè Confraternitatibus Laicorum, earumque Capellanis, & Officialibus, quamplures earundem functionum, & præeminentiarum, de quibus ſignanter hodie erat quæſtio, declaravit ſpectare ad eaſdem Confraternitates; Undè ad normam præmiſſæ dubitationis reſolvendum omninò videbatur, eas eidem Confraternitati, & non Parocho competere, cum nemo non ſciat, quod eædem reſolutiones, & Decreta, &
4 maximè per Supremum Eccleſiæ Principem approbatæ, vim habent legis univerſalis, & illis ſemper obſequi reverenter, ut par eſt, conſuevit *Sacrum Tribunal*, teſte eadem *Rota coram Dunozett. Jun. dec. 878. num. 10. coram Celſo dec. 5. num. 12. in Avenionen. Dotationis 19. Junii 1682. §. Quæ quidem Sententia, & in Burgen. Juris deputandi Curatum 3. Julii 1684. §. Penultimo, coram bonæ memoriæ Albergato, in Carpentoraten. Parochialis 13. Februarii 1699. dec. 72. num. 7. coram Me inter noviter Romæ impreſſas, & in Neapolitana Jurium Parochialium 13. Martii 1715. §. Utique in abſtracto cor. Me.*

Quod autem prænominata Eccleſia Beatæ Virginis Miraculorum nullo modo foret ſubjecta Eccleſiæ, & Parocho Sancti Barthulomæi, ex ipſa negatione Confraternitatis ſufficientiſſimè liquebat, nam minimè ex parte ejuſdem Parochi demonſtrabatur, ut oportebat, in primis inter eaſdem Eccleſias certa antiquioritas, & in omnem caſum neqnaquam per immaginationem apparebat, quod eadem *Eccleſia Miraculorum* foret conſtructa in adjutorium Eccleſiæ Parochialis, quo caſu nomen ſortiri potuiſſet Eccleſiæ ſubjectæ, tanquam filialis, vel, ut alii dicunt, ſuccurſalis, & adjutricis
5 ejuſdem Eccleſiæ Parochialis, vel reſpectivè Cathedralis, ut tradunt *Scribentes in cap. Ad audientiam 3. de Eccleſ. ædifican. Petrus Gregor. de Benefic. cap. 10. num. 26. Decius in cap. Ex parte 2. n. 1. & 2. de reſcript. Panormit. in cap. Recolentes in fine de ſtat. Monachorum, Rebuff. in Prax. Benefic. in Addit. ad Regul. Cancellar. regul. 56. in fine verſ. Item fol. 524. Amoſtaz. de Cauſ. piis lib. 5. in cap. 5. de Eccleſ. ædificand. n. 16. Tond. Quæſt. & Reſolut. Benefic. c. 56. n. 9.* cum aliis abundè relatis *in dec. 374. n. 3. p. 1. recent.*

Immò nec etiam poſita hujuſmodi qualitate filiali (quandò potius totum erat in contrarium, ex conſtructione illius ære proprio facta per Univerſitatem, eam elevando à ſimplici Tabernaculo ad formalem Eccleſiam cum Hoſpitali) adhuc quidquid dixerint nonnulli allati, & reprobati per *Fagnanum in cap. Ad Audientiam il primo ſub num. 8.* tribuentes ipſi Eccleſiæ Parochiali,
ſeu matrici nonnullas functiones, actus prebeminen- 6
tiales, verius eſt, excepto patronatu, *& competenti honore Jure ſubiectionis, non deberi Eccleſiæ Matrici, niſi in quantum Epiſcopus prædicta jura reſervaverit in limine erectionis*, ſunt ipſiſſima verba ejuſdem *Fagnani in præcitato cap. Ad Audientiam in ſequenti num. 10. verſic. Itaque verius.*

Tantumque de cætero aberat, quod Epiſcopus talia Jura in limine erectionis, ſeu novæ conſtructionis ejuſdem Eccleſiæ *Miraculorum* reſervaverit Eccleſiæ, & Parocho Sancti Bartholomæi, ut potius *ſanctæ memoriæ Clemens VIII.* penitus prædictam Eccleſiam, ſeu fabricam præcedenti Tabernaculo, ſive Sacello adjunctam, incorporando Hoſpitali tunc adminiſtrato per Confraternitatem, conceſſerit facultatem eidem Confraternitati erigendi Campanile, applicandi in ſervitium ejuſdem Eccleſiæ, ſeu Hoſpitalis fructus, ac elæmoſynas, conſtruendi cœmeterium, & inibi tumulandi, ſive ſepelliri faciendi tam ipſorum Confratrum, quàm aliorum quorumcunque in præfato Hoſpitali degentium, & reſpectivè ſepulturam ſeligentium Cadavera, prout quoque faciendi benedicere, & conſacrare Altaria, Calices, Veſtes, & Ornamenta, nullius requiſita licentia, nec etiam ipſius Diœceſani. Quapropter ſi loco reſervationis hujuſmodi Jurium favore Pa-
rochi ad normam Juris neceſſario faciendæ per Epiſco- 7
pum, in hiſce prærogativis, & functionibus per Apoſtolicam largitatem erga confratres excludebatur idemmet Epiſcopus, quid dicendum de Parocho? vulgato *Axiomate*, de quo in *Auth. multò magis Cod. de Sac. Eccleſ. de quo Conciol. allegat. 82. n. 10. Manſ. conſult. 343. num. 81. Rota dec. 75. num. 34. & dec. 89. nu. 54. coram Me inter noviter hactenus Romæ impreſſas, & in Peruſina Pecuniaria 8. Junii 1711. §. Eoque facilius in fine*, pariter *cor. Me.*

Quin à contrario obſiſteret Alterum Breve antecedens ſanctæ memoriæ Alexandri VI. qui Pontificium concedendo beneplacitum primordiali acquiſitioni Soli, ſuper quo erat conſtruenda Eccleſia, illam præſervativam clauſulam adjecit -- *Jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo*, que-
madmodum, cæteroquin de ſtylo, vel de jure facien- 8
dum eſſe, animadvertit *Piaſec. in Prax. Epiſc. p. 3. cap. 3. n. 21.* & declaravit *Sacra Congregatio Concilii* ſecundum verba relata per *Barboſ. de Paroch. p. 1. c. 11. n. 2.*

Siquidem hujuſmodi clauſula, tanquam merè præſervativa Juris antiqui, ſeu præcedentis, non erat apta,
tribuere quidquam de novo ipſi Parochiali Eccleſiæ, ſi- 9
cuti introſpecta natura prædictæ clauſulæ præſervativæ connotarunt, *Calderin. conſ. 12. de Privileg. Cherubin. in Compend. Bullar. ſchol. 1. ad Bullam Sixti V. incipien. Si cunctas* latam favore Capituli Lateranen. *Donat. de Regul. tom. 1. part. 1. tract. 6. de extenſion. Privileg. quæſt. 1. num. 5. Pbiring. in Canonic. lib. 5. tit. 33. num. 4. Monacell. Formular. For. Eccleſ. titul. 13. numer. 82. verſ. & hæc fortius p. 2.* & in ſpecie præcitatæ adamuſſim clauſulæ *eadem Sacra Congregatio Concilii* juxta verba tranſcripta per *eundem Barboſ. de Paroch. dicta part. 5. cap. 11. num. 2. §. Quod quidem præjudicium*, ibi -- *Hoc autem præjudicium intelligitur in his, quæ ſpectant ad Sacramentorum adminiſtrationem, & alia, quæ ſunt ipſi Parocho jure debita, in aliis verò non* --

Addito, quod neque valebat officere, ſi forte ex parte Parochi adducerentur aliqui actus exerciti ſuper hiſce functionibus, & Præeminentiis, quia ſtatim ac

ad

ad limites Juris, & memoratæ generalis præfinitionis,
ſeu declarationis *Congregationis Sacrorum Rituum* à Sum-
mo Pontifice confirmatæ, controverſæ functiones,
& Præeminentiæ minimè ſpectabant ad Parochum,
nullatenus erant attendendi hujuſmodi actus, à quibus
prætendi potuiſſet aliquam deſuper reſultaſſe conſue-
tudinem in beneficium ejuſdem Parochi, quoniam ſu-
pradicta *Lex*, ſeu declaratio univerſalis *Urbis & Or-
bis*, hujuſmodi uſus, ac etiam conſuetudines rejecerat,
10 atque irritaverat, reſervando ſimpliciter in hoc pro-
poſito conſuetudines immemorabiles, vel ſaltem cen-
tenarias, ut in fine, ibi — *Et ita ſalvis tamen conven-
tionibus, & pactis, & Conſuetudinibus immemorabilibus,
vel ſaltem centenariis*, ſicuti non minus animadverſum
& reſponſum fuit *in præcitata Neapolitana Jurium Paro-
chialium 13. Martii 1711. §. Verùm quia, & §. Cæte-
rum, coram Me*.

Aſt hiſce ratiociniis, & oppoſitionibus poſthabitis,
Domini approbantes primam, & optimè judicatum ab *R.
P. D. A. C. Cerro* cenſuerunt ipſi Plebano, ſeu Paro-
cho competere Præcedentiam, nimirum (deveniendo
ad ſpecialia) *in Choro, & Proceſſionibus, aliiſque functio-
bus Eccleſiaſticis peragendis in hac Eccleſia, nempè be-
nedicendi, & diſtribuendi Candelas, Cineres, & Palmas,
aliaſque functiones fieri ſolitas in Majori Hebdomada, admi-
niſtrandi omnia, & ſingula Sacramenta juxta Populi neceſſi-
tatem, ac pro hujuſmodi effectu retinendi in eadem Eccleſia
Sanctiſſimum EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM, ad
effectum illud deferendi ad Infirmos, canendi Miſſas, & Ve-
ſperas ſolemnes, prædicandi, exponendi SANCTISSI-
MUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM publicæ A-
dorationi, & retinendi clavem capſulæ eleemoſynæ, &
Buſſulæ reſpectivè, in qua nomina Officialium Hoſpitalis, &
Eccleſiæ conſervantur, aſſiſtendi electionibus eorundem Offi-
cialium, omneſque alios actus, & jura Parochialia præe-
minentiæ ſuperioritatis exercendi in d. Ven. Eccleſia Beatæ
Mariæ Miraculorum*.

Ratio præciſa facilè viſa eſt in eo reſidere, quod que-
madmodum præcedenter à parte ante hujuſmodi præe-
minentiæ, atque functiones ſpectaſſent indubitanter
ad Parochum, *quoties proportionabiliter expleri potuiſſent*
in Sacello, ſeu Tabernaculo prius exiſtente in ſolo
pertinente ad Dominum Eccleſiæ Parochialis, ſcili-
cet antequam tribueretur per *ſanctæ memoriæ Alexan-
drum VI.* facultas Parocho alienandi, & reſpectivè
hominibus de Univerſitate acquirendi ſolum, in quo
erectum jam ſtabat Sacellum, ſive Tabernaculum
cum effigie Beatiſſimæ Virginis, ex quo totaliter ra-
11 tione Dominii poſitivi dicebatur idem Sacellum ple-
nariè Parocho ſubjectum, ſive penitus ab Eccleſia Pa-
rochiali pendere, ut hoc verbum uſurpatur *in c. Eam
te de ætat. & qualitat.* explicat *Gloſſ. in §. Seu verbo
pendeant verſ. item ſi Eccleſia Parochialis in fundo ſuo*,
ibique *Butrias numer.* 10. *Abbas numer.* 11. & reliqui
Scribentes, *impartiendi videlicet Populo Benedictionem,
adminiſtrandi omnia, & ſingula Sacramenta juxta Populi
neceſſitatem, ac pro hujuſmodi effectu retinendi in eadem
Eccleſia AUGUSTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRA-
MENTUM, ad effectum illud deferendi ad Infirmos; ca-
nendi Miſſas, & Veſperas ſolemnes, prædicandi, expo-
nendique SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRA-
MENTUM ejus publicæ adorationi, ac retinendi Clavem
capſulæ eleemoſynæ*, ut ſunt etiam verba prænominatæ
Sententiæ latæ in Tribunali A. C.

Quinimmò forſan ad effectum faciendi eadem ſine
hac præcipua. ac clara antiqua dependentia ſuffeciſſet,
12 quod idem Sacellum, Tabernaculum, & Oratorium
ſitum reperiretur intra puros limites Parochiæ, ut ſi-
gnanter in propoſito oblationum adeſt *Text. in capit.
Paſtoralis*, & ibi *Canoniſtæ, de his, quæ fiunt à Prælat.
ſine conſenſ. Capit. Barboſ. de Offic. & Poteſtat. Paroch.
part. 3. cap. 24. num. 29. in fine, Pignatell. Reſolut. conſ.*
142. *num.* 1. & plenè *Rot. cor. Merlin. dec. 257. numer. 2.
& ſeqq.* & generaliter quoad alia Jura, atque functio-
nes ratione ſolius ſituationis Capellæ, vel Oratorii
13 intra Parochiam, *Pignatell. conſ. 68. num. 1. & ſeqq.
tom. 6. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 298. num. 78. & 79.
Barboſ. de Offic. Paroch. part. 1. capit. 12. num. 1. & ſeqq.
Pasimol. dec. 1. annot. 9. num. 1. & ſeqq. Rota deciſ. 225.
num. 1. part. 19. rec. Rot. in Taurinen. Jurium Parochia-
lium* impreſſa apud *Pignatell. d. conſultat. 103. n. 15. in
fine*, & plenè *in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 6.
Junii 1708. §. Fundamentum erga finem coram Me*.

Ita ſervandum omninò videbatur etiam à parte poſt,
videlicet poſt indultam facultatem tunc temporis Ple-
bano alienandi Solum prædictum favore Univerſitatis,
etiam ad finem ampliandi idem Sacellum, conſtruen-
dique ibi Eccleſiam, ac Hoſpitale, quia prædicta clau-
ſula *Jure tamen Parochialis Eccleſiæ in omnibus ſemper
ſalvo*, genericè præſervativa omnium, & quorumcun-
que Jurium, indiſtinctè, Eccleſiæ Parochiali, ejuſque
Parocho per antea competentium, & exercibilium in
eodem loco, præpediebat nè ad quemcunque effectum
in aliquo cenſeretur immutatus ſtatus antiquus priva-
tivè militans pro Parocho, ut benè, & punctualiter 14
in terminis etiam cæterarum functionum, nedum Ju-
rium Parochialium, annotavit *Monacell. in formul. for.
Eccleſ. dict. tit. 13. form. 1. num. 81.* quodque hæc clau-
ſula vix non præſervet ea, quæ ſunt incompatibilia
ſtatui noviter efformato per Summum Pontificem, ha- 15
betur ex *Rot. dec. 6. num. 1. & 2. l. 3. coram Puteo, &
dec. 566. n. 24. cor. Card. Cerro*.

Atque hinc parum referebat, quòd juxta reſolutio-
nem *Sacræ Congregationis* apud *Barboſ. de Paroch. d. part.
1. cap. 11. numer. 2. §. Hoc ſiquidem*, clauſula hæc ni-
hil tribueret Parocho præter ea, quæ jure Parochia-
litatis ei competebant, ſiquidem præſens adamuſſim
controverſia effectivè verſabatur in pura retentione.
& præſervatione veteris Juris exercendi conſimiles fun-
ctiones non ſolùm habitu, ſed & actu, quatenus
ſaltem patiebatur anguſtia loci, ac perantiqui Taberna-
culi, ſeu Sacelli, prout præcedenter proculdubio ſe-
cumferebat poſitiva dependentia ejuſdem Sacelli ex cau-
ſa ſolius Dominii materialis Eccleſiæ Parochialis, im-
mo, ut ab initio præmiſimus, etiam ex ſola ſituatio-
ne loci intra limites ſpirituales præexiſtentis Parochiæ,
nullatenus quippè Parochus prætendebat aliquid ſibi 16
uſurpare de novo, quod foret contra vim, & effica-
ciam ejuſdem clauſulæ — *Sine præjudicio*, ut diſtin-
guunt *Barboſ. de Offic. Parochi part. 1. c. 1. num. 26. Pigna-
tell. Conſultat. Canonic. 68. n. 7. tom. 6. & conſultat. 103. in
fine tom. 10. Monacell. in Formular. Fori Eccleſiaſt. tit. 13.
à n. 54. ad plur. ſeq. Rota apud Tamburin. de Jure Abbatum
dec. 83. n. 2. & 3. tom. 3.*

Tantumque aliqualis fortè ſubeſſe potuiſſet difficul-
tas, quotiès quæſtio foret cum altera formali Eccle-
ſia, vel etiam publico Oratorio ab antiquiſſimo tem-
pore erecto, itaut ejus principium ignoraretur, & non
fuiſſet, prout hic, erectio facta in ſolo temporaliter
etiam proprio prænominatæ Parochialis, eoquæ alie- 17
nato pro conſtruenda ſimplici ampliatione, ſub prædi-
cta tamen clauſula reſtrænativa, & præſervativa *ſine
præjudicio*, prout hic, quemadmodum in prædictis ex-
traneis terminis alterius Eccleſiæ in indifferenti, & alie-
no temporali ſolo exiſtentis, aliquo modo obloquuntur,
*Abbas in cap. 1. num. 8. ut lite pendente Poſth. de Manut.
obſerv. 45. num. 49. Mareſcott. Variar. Reſolut. lib. 1. cap.
11. n. 16. & 17. Rota poſt Tamburin. de Jure Abbat. de-
ciſ. 86. num. 2. & ſeqq. cor. Coccino dec. 2089. nu. 22. &
ſeq. n. final.*

Abſquè eo quod quidquam per umbram in oppoſitum
opitularetur alterum Breve *Clementis VII.* ſuperius e-
nunciatum, præterquam enim illud nequaquam reve-
ra admodum adverſabatur ſignanter Juribus, & præe-
minentiis præciſis, ac ſupra enumeratis, quaſve com-
petere in hac Eccleſia Parocho exiſtimavit A. C. &
hodiè validius confirmavit, atquè authorizavit *Tribu-
nal*. Nihilominus ſi in aliquo præfatum Breve apparuiſ-
ſet obſiſtere, illud apertè ex cauſa ſubreptionis cor-
ruiſſet, reticitum quippè fuit eidem *ſan. mem. Clemen-
ti VII.* quod Eccleſia excitata, ſive ampliata per Uni-
verſitatem, ſeu Confratres extitiſſet in ſolo etiam tem-
poraliter pertinente ad Eccleſiam Parochialem, quod-
què in alienatione ejuſdem ſoli intercedente Apoſto-
lico, ut opus erat, Beneplacito, *ſan. mem. Alexander
VI.* ejuſdem *Clementis* Prædeceſſor adjecerat, & inſe-
ruerat memoratam clauſulam præſervativam *Jure ta-
men Parochiali in omnibus ſemper ſalvo*, quod utique ſi
Pontifex in Cathedra Divi Petri ſucceſſor ſciviſſet,
facile denegaſſet prætenſa Jura, & privilegia Con-
fraternitati, ipſamque Eccleſiam Parochialem pari-
ter præſervaſſet, vel ſaltem Parochum audiri deman-
daſſet,

daſſet, non autem abſolutè dixiſſet, *Diœceſani lo-
ci, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minimè requi-
ſita*, ſicuti ad effectum reddendi poſteriorem gratiam
ſubreptitiam, & conſimili reticentia contenti, quod
18 vel Papa denegaſſet, vel difficiliùs fuiſſet impartitus
aliquam gratiam, vel privilegium paſſim connotarunt
poſt *cap. ſi proponente 42. de reſcript. Peregrin. conſil. 78.
n. 11. l. 1 Ayman. conſ. 68. n. 5. Rota dec. 159. n. 3. p. 18.
rec.* & alibi paſſim.

Et ſanè ob quàm rectè ex lectura hujus Brevis, ſeu
Indulti poſterioris *Clementis VII.* verificabatur illud, de
quo conqueritur *Innocentius III. in cap. ſuper literis, de
reſcriptis*, quod nempè ſæpè ſæpiùs extorquentur à San-
cta Sede gratiæ, & privilegia, aliis quandoque præ-
19 judicialia per falſas ſuggeſtiones, vel per indebitum ſi-
lentium ſubripiuntur, ut ibi — *ſuper literis, quæ ab ali-
quibus ex malitia, & in nonnullis ex ignorantia tacita ve-
ritate, vel ſuggeſta falſitate impetrantur &c.* dum de fa-
cto idem *Clemens VII.* annuens petitioni Confraterni-
tatis ſeſe poſitivè declarando, id clarè exprimebat in
eodem Indulto per illa verba — *Nos igitur de præmiſ-
ſis certam notitiam non habentes*, quamobrem non erat
opus indagari ab extra, mentem Pontificis fuiſſe ſub-
20 reptam, & conſequenter intrare, quod ſubdit idem
Innocentius, *at hi, qui falſitatem exprimunt, vel ſup-
primunt veritatem, in ſuæ perverſitatis pœnam nullum ex
illis literis commodum conſequantur* prout de cætero ad-
vertunt, & proſequuntur *Bald. in dict. cap. ſuper literis
n. 10. Gloſſ. in cap. ſuſceptum verſ. noto alterius, & Fran-
cus ibidem num. 14. de reſcript. in 6. Dec. conſ. 148. n.
1. verſic. ſecundo quia, Gonzal. de alternat. in proœmio §.
7. num. 240. Gambar. de Author. Legat. de Latere lib. 5.
in princ. n. 87. Gratian. diſcep. forenſ. 283. nu. 20. & 21.
Rot. cor. Burratt. dec. 484. n. 7. & dec. 525. n. 34. p. 19.
tom. 2. recent.*

Aſt cuncta hæc ſatis in ſe perſpicua, & plana, miri-
ficè confovebantur, atquè roborabantur ex ſubſecuta de-
inceps obſervantia, quoniam poſt conſtructam, ſive
ampliatam Eccleſiam, in omnibus ferè præmiſſis acti-
bus, ac præeminentiis, præter excedentibus merè rigo-
roſa confinia Jurium Parochialium, ſic de facto ſemper
fuerat obſervatum, undè vel quatenus opus fuiſſet,
interceſſiſſet illa conſuetudo centenaria, quæ præſer-
vatur etiam in eiſdem declarationibus, & decretis *Sa-
cræ Congregationis Rituum publicatis ſub anno* 1704. juxta
literam recenſitam eorundem decretorum in prædicta
*Neapolitana Jurium Parochialium 13. Martii 1711. §. Ve-
rùm quia, coram Me*, & eſt regulariter de natura cen-
tenariæ, ut ſit exempta à qualibet Conſtitutione,
21 ſeu Decreto ſecundum animadverſa per *Jaſon. in l.
quamvis col. 6. n. 45. verſ. tertia ratio ff. de Flamin. Ro-
lan. conſil. 89. num. 17. lib. 2. & conſil. 59. n. 16. & 18.
lib. 4. Maſcard. de probat. part. 3. concluſ. 1221. num. 54.
& 55. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 2. num. 23. & 24. Ca-
ſtill. Controv. l. 6. c. 3. à num. 6. & ſeqq. Rot. dec. 786. n. 3.
p. 18. tom. 2. rec.*

Vel præciſivè à vera, & formali conſuetudine præ-
ſcriptiva exuberaſſet illa vis interpretativa quæ ſecum
ducit obſervantiam ſemper attendendam in declaratio-
ne facti, vel Juris ambigui, ad ea, quæ diſtinguen-
22 do inter obſervantiam interpretativam, & præſcri-
ptivam habentur ex Theorica *Bald. in cap. cum olim,
n. 1. & ſeqq. de conſuetud. apud Modernum Romanum in
ſuis diſceptat. Eccleſiaſt. diſcept. 9. n. 22. tom. 1. fol. 194.
Rot. dec. 365. num. 12. part. 15. dec. 441. nu. 9. & ſeqq.
part. 18. rec. & in Faventina Jurium Parochialium 17.
Junii 1697. dec. 14. n. 35. cor. Me inter noviter hactenus
Romæ impreſſas.*

Et primo quidem à per antiquo *Decreto anni* 1602.
edito pro gubernio ejuſdem Eccleſiæ occaſione Viſi-
tationis aſſuetæ Epiſcopalis, determinabatur, quod
Parochus in electione officialium Confraternitatis eſſe
deberet præſens, ac retinere apud ſe alteram ex cla-
vibus capſulæ ſuffragiorum vulgò *Palle, o pallotte*,
ſolitorum adhiberi in hujuſmodi electionibus, utraque
enim circumſtantia ſucceſſivè executioni demandata,
23 atquè in Epiſcopali Viſitatione præſcripta, manifeſta-
bat Parochi ſuperioritatem, & reſpectivè ſubjectionem
Confraternitatis, ad tradita *per Bartol. in l. cum Pater
num. 3. ff. de legat. 2. Rimінald. Sen. conſ. 95. n. 76. Pigna-
tell. conſultat. Canon. 56. numer. 1. tom. 8. Cyriac. controv.
201. num. 65. & ſeqq. tom. 2. R. P. D. Zaul. ad Stat. Fa-
vent. lib. 7. rubr. 58. num. 6. & 7. Marta dec. Piſan. 62.
numer. 9. & ſeqq. Rot. cor. Emerix Jun. dec. 1311. n.
5. tom. 3.*

Idipſum ſecundo loco reſultabat ex altera Viſitatio-
ne pariter Epiſcopi ſub *anno* 1655. in qua non ex tunc,
ſed de præterito ſupponebatur, atquè confirmabatur
retentio unius clavis capſulæ Eleemoſynarum, quam- 24
vis enim conſimilis retentio poſſit ex aliis titulis,
quàm ſubjectionis quandoque provenire, ex pondera-
tis in *Gerunden. Anniverſariorum 1. Julii 1709. §. Ejuſ-
dem pariter, & §. Retentio, cor. R. P. D. meo Criſpo*;
Attamen circumſtantia hæc juncta cum aliis validio-
ribus, de quibus ſupra, & inferius, non parum revela-
bat ad hunc effectum, cum claves de jure remanere ſo- 25
leant, ac debeant in poteſtate Prælati, teſte *Donato
in Praxi Quæſt. Regular. tom. 2. tract. 13. quæſt. 24. nu. 10.
Fagnan. in cap. Paſtoralis, num. 34. de his, quæ fiunt à
Prælatis, Card. de Luca in Miſcel. Eccleſ. diſc. 35. num.
7.* Ideoquè quoties eadem ſupponebatur, & authori-
zabatur retentio penes Plebanum, ſignum erat valdè
expreſſivum Superioritatis ipſius Plebani, ſeu Parochi
aliàs quippè ad Parochum prærogativa hæc ſpectare
non valuiſſet, uti reſpondit prænominata *Sacra Con-* 26
gregatio Rituum in laudato Decreto generali in reſpon-
ſione ad 28. *Mareſcot. Variar. Reſol. c. 42. n. 22. R. P. D.
Petra ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 2. ad Conſtitut. 1. Ana-
ſtaſii IV. ſect. 2. numer. 43. Barboſ. de Offic. Paroch. part.
3. cap. 25. num. 29. verſ. Epiſcopo ſolum, Card. de Luca,
Miſcell. Eccleſ. d. diſc. 35. num. 12. Rot. cor. Emerix jun.
dec. 1311. n. 5. tom. 3. & in Senogallien. Eccleſiæ 1. Ju-
lii 1699. §. finali coram bon. mem. Muto.*

Tertiò accedebat, quòd pariformiter computa quot
annis ipſi Plebano per Priores Confraternitatis redde-
bantur, quæ utiquè erat demonſtratio palpabilis, quòd
tota præeminentia, & ſuperioritas reſidebat in Paro- 27
cho, ſeu Plebano, cum nemo, niſi Dominus, vel
ſaltem Superior dicere valeat *redde rationem villicatio-
nis tuæ*, per ea, quæ etiam connotantur *à Barbat.
conſil. 92. num. 13. in fin. lib. 3. Rebuff. in l. Boves §. Hoc
Sermone verſ. decimo procedis ff. de verborum ſignificat.
Eſcobar. de ratiocin. cap. 3. num. 3. in fin. Rot. dec. 331.
n. 5. part. 16. recent.* & quod de bonis, rebuſquè Ho- 28
ſpitalis reddi debeat ratio ipſi Ordinario decernit *Sa-
cr. Concil. ſeſſ. 22. de reformat. capit. 9. Card. de Luc. ad
idem Sac. Concil. diſc. 5. num. 1. & 5. & diſc. 10. ferè
per tot.*

Non deerat quarto loco alia non minus inſignis pa-
tefactio Superioritatis ejuſdem Plebani, ſeu Parochi,
dum Peruſino Antiſtite, Viſitatione functuro, ad hanc
Eccleſiam adveniente, Parochus conſueverat illi oc-
currere Cotta, Stola, ac Pluviali ſuperindutus, &
eum recipiendo ad limen Eccleſiæ ipſi porrigere aſper- 29
ſorium, quod utiquè non licuiſſet, nequè liceret, ni-
ſi Parochus quaſi in ſuo Territorio non ſtaret, cum
hæc dumtaxat ad Rectorem, ſive Superiorem principa-
lem uſu, & Jure invaluerint, & reſpectivè pertineant,
ut benè oſtendit poſt *Clem. Dudum §. Hujuſmodi de Se-
pult. Pignatell. conſult. 18. nu. 14. & ſeqq. tom. 3. ubi ſub
num. 16. in terminis Aſperſorii refert reſolutionem Sacr.
Congregationis Rituum die 15. Martii 1608. Barboſ. in
Summa Apoſtolicarum dec. in V. Aſperſorium n. 1. & ſeq &
in ſpecie de Stola Pignatell. conſult. 68. ſub n. 12. §. Ne-
què obſtat in medio tom. 6.*

Atquè ob id non tantùm Parochus ad hujuſmodi u-
ſum, & ad quodlibet aliud exercitium Sacrarum fun-
ctionum, ipſorumque Sacramentorum adminiſtratio-
nem, retinebat in eadem Eccleſia capſam, & clavem,
ſub qua aſſervabantur Stola, Cotta, Mozzetta, &
Biretum, ſed quod magis quinto loco erat, in eadem
Eccleſia, tanquam in proprio Parochiali ſolo, præ-
clariora Sacramenta adminiſtrabat, conjungebat ſiqui-
dem inibi, nedum ſuos ſubditos in Matrimonium, ſed
& continuo pro majori eorundem ſubditorum commo-
ditate, & ſervitio aſſervabat Auguſtiſſimum Euchari-
ſtiæ Sacramentum, illudque juxta opportunitates defe-
rebat Infirmis, & ad hanc Eccleſiam deinceps reporta-
bat, uti demonſtrabant acta Epiſcopalia Viſitationum,
ipſomet Epiſcopo ſemper idcircò luſtrante, ac viſitan-
te Sacrum opportunæ Cuſtodiæ Tabernaculum ini-
bi exiſtens, & tamen hæc tam excelſa Sacramento- 30
rum

rum adminiſtratio, & reſpectivè retentio in faciem Eccleſiæ fieri nequit, niſi per Parochum, ſive in ſua Parochiali, vel ſaltem loco ſibi ad minus adjuture, & ſubjecto, ut liquet ex præſato Decreto Generali *Urbis, & Orbis* in reſponſione ad ſecundum *Pignattell. d. conſult. 68. num. 1. 3. & 10. Rota dec. 52. part. 2. diverſ. coram Amat. Dunoz. dec. 472. num. 9. Rot. dec. 77. nu. 1. part. 8.* & circa delationem Venerabilis in *Neapolitana Translationis 14. Februarii 1701. §. Quemadmodum, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, & in ſpecie authorizandi Matrimonia *Rota in Aretina Jurium Parochialium ſuper bono Jure 15. Januarii 1703. §. Verum, coram Me*.

Iſtaque omnia hucuſque prænarrata adeò palam coruſcabant ex longa ſerie Viſitationum, quæ dabantur ex parte Plebani, ex *Summ. à n. 3. uſque ad numer. 10.* ut ſuperfluum videretur ad alia convulare ſumenta probationum, ſed adhuc ſexto, & poſtremo loco *ſub prædicto num. 10.* tradebantur Teſtes in numero octo, & inter hos quatuor Sacerdotes, qui cuncta hæc in eorum depoſitionibus confirmantes, præciſè etiam deſcendebant ad omnes, & ſingulos actus dinumeratos, ut ſupra, & in prædicta Sententia A. C. quamobrem de-
31 negari nequibat, quod eiſdem Teſtibus numero, & qualitate pollentibus, non eſſet præſtanda fides pro eadem conſuetudine, & obſervantia detegenda, ſecundum deducta *per Text. in capit. licet cauſam verſ. ex præmiſſis de probat. l. ob Carmen §. Si Teſtes*, & ibi *gloſſ. ff. de Teſtib. Mauſ. conſul. 228. num. 21. Rota coram Buratt. deciſ. 572. num. 12. verſ. nec tandem cum duobus ſeqq. coram Emerix Jun. deciſ. 31. ſub num. 2. verſ. neque ad impediendum* & in prælaudata *Neapolitana Jurium Parochialium 13. Martii 1711. §. Agnoverant erga finem, coram Me*.

Quin officeret præmiſſis contraria teſtificatio cujuſdam Clerici, & alterius, qui in hac Parochia per antea munus Plebani exercuiſſe aſſerebat, quivè deponere ſatagebat, quod vel non ſemper Parochus Stolam induiſſet, vel ſi quandoque, id acciderat, ſeu promanaverat *per uſo di pietà, e compiaceza delli Priori di detta Chieſa, ed anche del Sagriſtano, o altri Cappellani*, quia præterquam iſti ſuffocabantur à numero contrariorum Teſtium, ut mox tetigimus, magis præciſè, & per ſingillarem dinumerationem omnium ſupradictorum actuum deponentium, nihilominus fatebantur, quod in caſibus, in quibus Parochus non utebatur Stola, non per hoc ſeſe immiſcebat cum cæteris Capella-
32 nis, & Juri ſuo cedebat, aut contradicendo poſtmodum acquieſcebat, unde poſſet aliqua deduci illatio, quod ſtante hac contradictione, & ſucceſſiva acquieſcentia, firmata dici potuiſſet aliqua poſſeſſio, ſive obſervantia in contrarium, ut animadverſum fuit *in Cavallicen. Bannalitatis Furni ſuper manutentione 26. Junii 1697. §. Nec talis obſervantia, coram R. P. D. meo Priolo, & in Aquinaten. Fideicomm. 1. Junii 1699. deciſ. 92. numer. 19. coram Me inter noviter hactenus Romæ impreſſas, & Nullius, ſeu Caputaquen. Juriſdictionis 14. Decembris 1711. §. Et altera verſus finem, pariter coram Me*. Sicuti diſtinguendum admonent relati per *Rot. coram Seraphino deciſ. 1085. numer. 6. coram Coccia. deciſ. 2285. numer. 34. & in Fulden. Juriſdictionis ſuper bono Jure 1. Junii 1708. §. Maximè numer. 124. coram Me*.

Ex parte etenim in Choro permanens Parochus, ut ipſimet adverſi Teſtes aſſerebant, facilè poterat id attribui, vel occaſionali comoditati, vel aliqualiter deturbatæ valetudini, ideoque, tanquam facta negativa, & merè æquivoca, in nulla, & maximè in conflictu, poterant haberi conſideratione, per ea, quæ
33 de Teſtibus affirmantibus, vel negantibus quotidie ad præponderantiam priorum firmant *Bart. in l. 1. num. 6. verſ. ulterius nota ff. de ventr. inſpic. Bald. in l. Actor numer. 21. C. de probat. Farin. de Teſtib. quæſt. 65. ſub numer. 130. Rot. poſt Poſtb. de Manutent. deciſ. 661. num. 10. Adden. ad Buratt. in dec. 43. num. 9.* & in terminis quan-
34 do actus remanent æquivoci, proſequuntur *Abb. in c. præſentia de probat. Rot. deciſ. 212. num. 9. coram Carillo dec. 539. num. 10. coram Cerro, & in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 6. Junii 1708. §. Prout neque, & §. Eoque facilius, coram Me*.

Excuſatio autem, quod Parochus Stolam geſſerit, Sacraſque expleverit functiones *per uſo di pietà, e compiacenza* nimium gratis aſſerebatur, cum ſemper actus referatur ad Jus, & titulum, de quo, ut ſupra, conſtabat, non vero ad Jus, & titulum, de quo non ap- 35
parebat, ex collectis *Rot. cor. Cerro deciſ. 566. num. 19. & in rec. dec. 389. num. 4. part. 3. & dec. 409. num. 3. p. 4. rec.* & alibi quotidie.

Atque ita à primo ad ultimum penetrata medulla tot fundamentorum, & deniquè conſtipante obſervantia, etiam extra dicta Teſtium, reſultante à publicis Inſtrumentis Viſitationum Epiſcopalium, *Domini* prorſus exiſtimarunt bonum Jus pro Parocho militare, quando etiam in dubio, ſicuti Confratres de per ſe exiſtunt incapaces, ſeſe per ſe ipſos immiſcendi in his ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis functionibus, ita nequit de 36
facili illis permitti ut hujuſmodi miniſteria poſſint aliis demandare, *ut notat Monacell. in formular. part. 2. tit. 13. formul. 1. numer. 55. & Sacr. Congregatio Rituum in Verulana die 22. Martii 1641. relat. per Pignattell. in conſult. 60. num. 1. in fine tom. & conſult. 79. num. 7. & ſeqq. tom. 9. Barboſ. de Off. Paroch. c. 12. numer. 1. & ſeq. Quarant. in Summa Bullar. in V. Miſſa verſic. in Eccleſiis Donat. in Prax. Quæſt. Regular. tom. 3. tract. 8. quæſt. 19. numer. 4.*

Et ita &c. utraque &c.

R. P. D. QUEIPPO.

Piſtorien. Juriſdictionis.

Lunæ 14. Junii 1632.

ARGUMENTUM.

Dignitates, ſeu Canonicatus, de novo erecti in Cathedrali Piſtorien. conſiderandi ſunt in omnibus, & per omnia de Corpore Capituli; ideoque gaudere debent privilegiis, & prærogativis, quibus antiquæ Dignitates, & Canonici fruuntur: & conſequenter etiam Jure conferendi, nominandi, & præſentandi.

SUMMARIUM.

1 *Ex verbis ampliſſimis, quibus concepta fuit erectio Dignitatum, ſeu Canonicatuum in Eccleſia Piſtorien. de novo erectorum, evincitur eos verè effectos fuiſſe de Capitulo, & antiquis in omnibus æquiparatos.*

2 *Et conſequenter etiam dictas novas Dignitates, & Canonicatus gaudere debere Jure præſentandi, nominandi, & conferendi, ut aliæ Dignitates, & Canonici.*

3 *Quomodo intelligenda ſit clauſula in erectione contenta, quod novæ Dignitates, & Canonici participare non deberent de Diſtributionibus Maſſæ communis, ad effectum, de quo agitur.*

4 *Eadem privilegia, & prærogativæ, quæ competunt Proviſis à principio de aliqua Dignitate, vel Canonicatu, competunt etiam ſucceſſoribus, quando ea conceſſa fuerunt, non ipſis Proviſis, ſed Dignitatibus, & Canonicatibus.*

5 *Declarantur contrariæ auctoritates.*

6 *Non obſtat, quod in erectione expreſſum non fuerit, quod Jus conferendi competebat antiquis, Canonicis, & de ratione.*

DECISIO XXXVI.

FEl. rec. Clemens VIII. erexit in Eccleſia Piſtorien. duos novos Canonicatus, & alias duas Dignitates; Poſtea verò Paulus V. & Gregorius XV. erigi mandavit tres alias; Inter quas, & antiquos Canonicos orta lite, & differentia ſuper communicatione *Actuum & Jurium Capitularium*, exceptis dumtaxat Juribus merè temporaliter provenientibus à Maſſa groſſa. Cauſa in *Rota* introducta, dubitavi ſub *die 27. Junii anno 1631.* an modernis Dignitatibus, & Canonicis in Communicatione ſupradictorum Jurium, dandum eſſet mandatum de manutenendo, & non fuit *capta reſolutio*; Sed ordinatum, quod de bono Jure videretur: Super quo.

quo denuo cauſa propoſita cenſuerunt Domini *Conſta-
re de bono Jure Dignitatum, & Canonicatuum erectorum de
novo*; nam ex Bullis erectionum illorum apparet, Pon-
tifices ſupradictos æquè principaliter; & abſque ulla
prorſus differentia, omnia, & ſingula Privilegia, &
Jura Capitularia cum quibuſcumque prærogativis, In-
dultis, & Gratiis, quæ competunt, & competere poſ-
ſunt aliis Dignitatibus, & Canonicis de Jure, Uſu,
& Conſuetudine, aut Privilegio, cum voce activa, &
paſſiva, & cum clauſula in omnibus, & per omnia,
1 vel aliàs quomodolibet. Ex quibus verbis ita univer-
ſalibus *Domini non dubitarunt* quin virtute ſupradictæ
ampliſſimæ Conceſſionis, Dignitates modernæ, & Ca-
nonicatus effecti fuerint de Corpore Capitulari, & abſ-
que ulla prorſus differentia gaudere debeant iiſdem pri-
vilegiis, & prærogativis eodem modo, quo antiquæ
Dignitates, & Canonici, ut in his terminis firmat *Ol-
drad. conſ.* 300. *num.* 8. *& Creſcent. deciſ.* 9. *de privile-
giis*, & conſequenter Jure conferendi, nominandi, &
2 præſentandi, & aliis actibus, quorum poſſeſſionem
oſtendunt moderni Canonici, & qui ſatis diſtinctè re-
cenſentur in illorum *Summ. à num.* 2. *uſq. à* 12. & in
quibus fuit aliàs conceſſa Communicatio, non ſolùm
ad effectum Poſſeſſorii, ſed etiam Petitorii in Cauſa
ſimili *Piſtor. Prioriæ* 9. *Decembris* 1615. *coram Eminen-
tiſſ. Veroſpio, &* 22. *Junii* 1616. *coram bo. mem. Buratto*, in quibus prius quæſtio latè diſcuſſa, deciſa, & re-
ſoluta reperitur.

Non obſtat quod in erectionibus legantur verba *præ-
terquam in participatione diſtributionum Maſſæ Communis
niſi in caſu, quo per novas Dignitates, & Canonicos fa-
3 cta fuerit contributio*; quia reſpondetur, quod exceptio
prædicta reſpicit temporale emolumentum, nempe Bur-
ſæ præjudicium, non autem reſpicit Jura ſpiritualia,
quæ inter ſe differunt, & unum non tollit alterum
Put. deciſ. 193. *lib.* 3. *Mantic. deciſ.* 131. *in fine*; Et
fuit dictum in præallegata *Piſtorien. coram bon. memor.
Buratto*.

Minus obſtat, quod Communicatio iſta habuerit
ſuum effectum in proviſis à principio, & quod exten-
di non debeat ad Succeſſores. Quia Communicatio fuit
4 conceſſa non proviſis, ſed Dignitatibus, & Canonica-
tibus de novo erectis, & ſic tranſit ad omnes Succeſ-
ſores, latè *Suarez de legib. lib.* 8. *&* 16. *per totum. Ro-
ta dec.* 24. & ibidem addens *coram Gregor. XV.* Nec con-
trarium ſentit *But. in cap. cum M. Ferrar. num.* 6. *de Con-
5 ſtit.* quia loquitur in ſupranumerariis, prout & loquitur
Abbas num. 32. *in d. cap. M.* Non autem in Ordinariis
de Capitulo, ex voluntate, & poteſtate Pontificum
creatis, quibus competunt eadem privilegia, & Ju-
ra, quæ antiquis competere poſſunt, ut ſupra di-
ctum eſt.

Denique non obſtat, quod in erectionibus non fuit
6 expreſſum, quod Jus conferendi competebat antiquis
Canonicis, quia cum Pontifices voluerint modernis Di-
gnitatibus in erectionibus concedere omnes prærogati-
vas, quas habebant alii Canonici, etiamſi Pontifices
ſciviſſent prædictum Jus conferendi, *non ſequitur, nec
probatur in Jure, quod prædictas erectiones cum ſupradicta
Communicatione non feciſſent*.

Et ita utraque &c.

Rmo P.D. MOLINES DECANO.

Placentina Cathedralitatis.

Ven. 28. *Novembris* 1704.

A R G U M E N T U M.

In præſenti Deciſione luculenter convincitur translatio Cathedralitatis ab Eccleſia S. Antonini Placentinæ Diœceſis ad illam S. Juſtinæ, ritè, ac legitimè facta, & quidem non cumulativè, ſed extinctivè: & Argumentis in contrarium adductis abundantiſſimè ſatisfit.

S U M M A R I U M.

1 *Tranſlata Cathedralitate ab una Eccleſia in aliam, ſervatis de Jure ſervandis, & quidem extinctivè, & non cumulativè, prior ſpoliata remanet ſuis veteribus prærogativis.*

2 *Eccleſiæ antiquæ competit non Concathedralitas, ſed privativa, quoties hujuſmodi tranſlatio facta fuerit à non habente poteſtatem.*

3 *Ad validitatem tranſlationis Cathedræ unius Eccleſiæ ad aliam, intra eandem Civitatem, ſufficit conſenſus Epiſcopi, & ſuorum fratrum; ſecus ſi ageretur de tranſlatione de una Civitate ad alteram.*

4 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur interveniſſe ex lapſo plurium ſeculorum cum obſervantia.*

5 *Quando eſſet generalis præſumptio cumulativæ & non extinctivæ erectionis.*

6 *Quando deferendum ſit Hiſtoricorum relationibus.*

7 *Obſervantia plurimum valet, ad effectum interpretandi naturam, & qualitatem ſimilium erectionum, & tranſlationum.*

8 *Refertur Hiſtoria tranſlationis Cathedralitatis ab Eccleſia S. Antonini ad illam S. Juſtinæ.*

9 *Ex qua hiſtorica relatione deducitur pro primo Argumento tranſlatio Cathedræ Epiſcopalis, quæ eſt præcipuum conſtitutivum Cathedralitatis.*

10 *Natura tranſlationis eſt, ut terminus à quo privetur ſuo Jure, iſtudque tranſeat ad terminum ad quem.*

11 *Epiſcopi detinere poſſunt Cathedram in omnibus Eccleſiis, pro contingentiis, in quibus ad illas accedere ſolent, ad diſtinctionem aliarum Sedium.*

12 *Declarantur Authoritates, in contrarium allatæ.*

13 *Cathedralis de novo erecta præſumitur facta ſine præjudicio, & leſione antiquæ, quoties agatur de ſimplici erectione, ſecus ſi contineat tranſlationem unius ad alteram.*

14 *Secundum Argumentum deſumitur ex tranſlatione majoris partis Canonicorum ab Eccleſia S. Antonini ad illam S. Juſtinæ.*

15 *Capitulum conſtituitur ex majori parte Canonicorum.*

16 *Tertium denique, quod ex remanentibus Canonicis eſformatum fuerit novum ſeparatum Capitulum.*

17 *De natura Concathedralitatis, ut Canonici utriuſque Eccleſiæ unum corpus conſtituant.*

18 *Dignitates etiam primariæ, in Cathedralibus cumulativis, non excludunt unicitatem Capitis Epiſcopalis, quoties reverà remaneant in ſtatu ſimplicis Dignitatis, ſecus quando ſint repreſentativæ veri Capitis, cum aliqua Juriſdictione.*

19 *Quod etiam comprobatur ex diverſa intitulatione, eaque honorificentiori, Canonicorum S. Juſtinæ.*

20 *Non præſumitur aliis, abſque contradictione, permiſſum, quod nobis præjudicat.*

21 *Recenſentur Actus, qui privativè geri ſolent ab Eccleſiis Cathedralibus, ex quibus trahunt ſigna Cathedralitatis.*

22 *An unicum ſignum ſufficiat ad hoc, ut tranſlationes præſumantur factæ cumulativè.*

23 *Enumerantur conjecturæ, concurrentes in Ceſarauguſtana Cathedralitatis ad probandam erectionem cumulativam.*

24 *Veſtigium antiquæ præeminentiæ relictum in veteri Eccleſia non indicat cumulationem Jurium, ſed potius aliquod ſignum priſtinæ Dignitatis.*

25 *Quæ ſint ſigna æquivoca, & compatibilia cum tranſlatione*, & num. ſeqq.

26 *Enunciativæ non probant, quando de illis principaliter dubitatur.*

27 *Nomen fratris non dedecet quoad ab Epiſcopis tribuatur, præter Canonicos Cathedralis, etiam aliis Eccleſiaſticis.*

28 *Locus inferior in ſedendo, oſtendit præeminentiam illorum, qui in altiori loco ſedent.*

DE-

D E C I S I O XXXVII.

AMplectentes Domini ſundamenta *Deciſionis* prodi-
tæ *coram Meſab die* 22. *Junii* præteriti, iterum
hodiè reſponderunt, *Non conſtare de Cathedralitate Ec-
cleſiæ S. Antonini*; Nam licèt antiquis temporibus dicta
Eccleſia gauderet prærogativa Cathedralitatis, anno ta-
men ſalutis 837. à Paulo Epiſcopo Placentino de con-
ſenſu Capituli nova erecta remanſit Eccleſia S. Juſtinæ,
in quam tranſlata fuit Cathedralitas, & quidem ex-
1 tinctivè, & non cumulativè, quo circa fruſtra Capi-
tulum S. Antonini, nititur ejus veteribus prærogativis,
dum iſtis fuit ſucceſſivè, ac legitimè, ſervatis omni-
bus de jure ſervandis, expoliata, *Ancharan. conſ.* 114.
numer. 2. *& ſeqq. Rota coram Seraph. dec.* 645. *num.* 2. *&
dec.* 1308. *num.* 3. *coram Coccino deciſ.* 200. *num.* 3. *cor.
Celſo, & dec.* 99. *num.* 2. *part.* 14.

De erectione Eccleſiæ S. Juſtinæ in Cathedralem
non dubitatur, dum hujuſmodi notabile factum, refe-
runt Hiſtorici Placentiæ, comprobat facti evidentia,
& admittunt ipſimet Canonici S. Antonini, qui non
contendunt hanc prærogativam dictæ Eccleſiæ, ſed
prætendunt cum illa Concathedralitatem; Undè ina-
ni conatu illorum Defenſores hodiè adſtruere ſatage-
bant, Epiſcopos carere poteſtate faciendi haſce novas
Cathedralium erectiones ſine beneplacito Apoſtolico;
Quoniam ſi hujuſmodi aſſumptum obtineret Facti, &
Juris ſubſiſtentiam, Capitulum S. Antonini non Con-
2 cathedralitatem, ſed privativam ſibi aſſerere debuiſ-
ſet, ut in propoſito benè obſervavit *Card. de Luca in ſi-
mili controverſia diſc.* 4. *num.* 13. *de præmin.* Cæterum
ultra quod, ubi, prout in caſu, agitur de tranſlatione
Cathedræ ab una Eccleſia ad alteram intra eandem Ci-
3 vitatem, non requiritur aſſenſus Apoſtolicus, ſed ſuf-
ficit conſenſus Epiſcopi, & Suorum Fratrum, ad diſ-
ferentiam tranſlationis de una Civitate ad alteram,
ut diſtinguendo tradit *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 7.
num. 70. *& num.* 15. *Rot. deciſ.* 196. *num.* 17. *part.* 19.
4 *rec.* adhuc in caſu dictum beneplacitum Apoſtolicum,
quatenus requireretur, præſumitur interveniſſe ex
Lapſu ſeptem ſeculorum cum obſervantia, ut proſe-
quitur *Rot. d. deciſ.* 596. *num.* 18. *part.* 19. *recent.* cum
aliis allegatis in præterita Cauſæ *Deciſione* §. *Nec vi-
ſum fuit*.

Quod autem Eccleſia S. Juſtinæ fuerit extinctivè,
& non cumulativè conſtituta Cathedralis, iterum DD.
5 clariſſimè evinci crediderunt ex documentis Hiſtori-
cis, & obſervantia, ex quibus remanet ſuffocata ge-
neralis præſumptio aſſiſtens cumulativè, & non taxa-
tivè, erectioni, de qua *in deciſ.* 353. *part.* 5. *recent.
& in deciſ.* 640. *num.* 12. *& ſeqq. & deciſ.* 665. *nu-
mer.* 35. *&* 48. *coram eodem*; Hiſtoricis namque eſſe in
rebus antiquis magnoperè deferendum, eſt immota DD.
6 ſententia, quandò, prout in caſu, ſunt ejuſdem regio-
nis, nullum habent Contradictorem, & formiter, &
non curſim per ſimplices enunciativas, de aliquo con-
troverſo facto teſtantur, habentque ſermonem, ex no-
tatis per *Melchiorrem Canum lib.* 11. *de locis Theol. capit.*
3. & ex noſtris *Parexa de Univerſ. Inſtrum. edit. titul.* 1.
reſol. 3. §. 5. *num.* 56. & in ſpecie dixit *Rota deciſ.* 353.
num. 21. *part.* 5. *rec.* & latiùs *in Terracinen. Cathedrali-
tatis* 23. *Junii* 1702. §. 11. *coram Me*; prout explorati
Juris eſt, ex obſervantia ſubſecuta validiſſimam con-
7 ſurgere probationem omnium humanorum actuum, ut
potiſſimè in hac materia ad effectum interpretandi na-
turam, & qualitatem ſimilium erectionum, & tranſla-
tionum Cathedralitatum, notavit *Rota in dicta Terra-
cinen. Cathedralitatis* §. 28. & priùs dixerat *in dec.* 997.
num. 14. *cor. Dunoz. jun.* cum aliis in præterita *Deciſio-
ne* §. *Quoniam*.

Ad Hiſtoricos, quod attinet, ſuppetunt Epheme-
rides Civitatis Placentiæ ſcriptæ, & in lucem æditæ
à Petro Maria Campio olim Canonico Sancti Antoni-
ni, ex quibus apertè deſumitur ſuppreſſio Cathedralis
S. Antonini, & nova Conſtitutio in Eccleſia S. Juſti-
næ, & ſignanter ex relatis *in lib.* 2. *ad annum* 324. *pag.*
8 53. ubi poſtquam narrat, quod extructo novo Tem-
plo Cathedrali, deventum fuit ad diviſionem Canoni-
corum, & bonorum antiquæ Cathedralis, ſubdit --
*Una parte de' Canonici, che furono intorno a trenta con
quelle Dignità, che v' erano di Arciprete, di Archidiacono, e
di Propoſito, ò Primicerio, che ſi chiamaſſe allora, e Vice-
domino, ſi traſferirono del tutto nella nuova Baſilica intito-
lata S. Giuſtina, inſieme con la Cathedra Epiſcopale, ed
il reſtante di eſſi, che furono circa quattordici, con uno,
che coſtituito capo, ſi nomina prima Vicedomino,, e Cuſtode,
dipoi Arciprete, e Propoſito, rimaſero in S. Antonino coll'
antico titolo della Chieſa, e col Sacro Corpo del Glorioſo
Martire, e Protettore della Città* -- ex qua narratione tria
deſumpta fuerunt argumenta aſſumptum comproban- 9
tia. Primum elicitum ex tranſlatione Cathedræ Epi-
ſcopalis, certum quippè eſt, quod præcipuum Cathe-
dralis conſtitutivum ſiſtit in Cathedra Epiſcopali, ut
probant relati in deciſione, quæ confirmatur §. *Hiſto-
ria autem*; Cum ergo iſta amota ab Eccleſia S. Anto-
nini, tranſlata fuerit in Eccleſia S. Juſtinæ, palpabi-
le eruitur argumentum, quod illa amiſerit privilegium,
& prærogativam detinendi Cathedram, id ſuadente na-
tura tranſlationis, quæ eſt, ut terminus à quo prive- 10
tur ſuo jure, iſtudque tranſeat ad terminum ad quem,
ut in propoſito inquit *Innoc. in c.* 1. *in princ. verſ. ſi ve-
rò ſit, ne Sede Vac. Grat. diſcept.* 291. *num.* 1. *Franc. de
Eccl. Cathed. c.* 7. *num.* 19. *& ſeqq. Rota coram Seraph.
dec.* 1149. *& in deciſ.* 995. *num.* 15. *cor. Dunoz. Jun. &
dec.* 196. *num.* 16. *p.* 19. *rec.* & in ſpecie, quod per ſi-
miles tranſlationes factas pro melioratione Eccleſiæ,
antiqua perdat ſua privilegia, notavit *Gloſ. in Can. ſi
quis ult.* 16. *quæſt.* 7.

Et ſanè non poterat Hiſtoricus clarioribus, & bre-
vioribus verbis exprimere, quod Eccleſia S. Antoni-
ni expoliata fuerit Cathedralitate, quàm ajendo, Ca-
thedram Epiſcopalem fuiſſe tranſlatam ad Eccleſiam
S. Juſtinæ, nam vel locutus fuit de Cathedra forma-
li, & ſub hujus denominatione compræhenditur uni-
verſa Cathedralitas, vel locutus fuit de Cathedra ma-
teriali, & juxta hanc intelligentiam ſemper viget idem
argumentum, quia ſi mens transferentium non extitiſ-
ſet privandi Eccleſiam S. Antonini Cathedralitate,
opus non erat amovere Cathedram materialem, ſed
nova conſtructa fuiſſet in recenti Cathedrali, ut pon-
deravit *Deciſio* præterita §. *Inde ſequitur*, atque hinc ni-
hil urget, quod in eadem Eccleſia S. Antonini adſit
Sedes Epiſcopalis, quoniam hæc, attenta præfata
Campi Relatione, pernecesſè fuit, poſt antiquæ trans-
lationem, appoſita, nec promeretur nomen Symbo-
licæ Cathedræ Epiſcopalis, quæ contradiſtinguitur ab
aliis, quas Epiſcopi detinere poſſunt, & detinent, ad 11
diſtinctionem aliarum ſedium, in omnibus Eccleſiis pro
cunctis contingentiis, in quibus ad illas accedere ſo-
lent, ut in puncto notavit *Franc. de Eccl. Cathedr. di-
cto c.* 2. *num.* 139. *& Rota in dicta Terracinen. Cathedr.*
23. *Junii* 1702. *num.* 39. *in fine*, prout accidit in præ-
ſenti, in quo Cathedra remanet ſemper coloris rubei
convenientis ſolemnitati S. Antonini Martyris, qua
Canonici Cathedralis accedunt ad inibi celebrandum
una cum Epiſcopo, ad excluſionem ipſorum Canoni-
corum S. Antonini, ut in antecedenti *Deciſione* ponde-
ratum fuit.

Quemadmodum ceſſant, & inapplicabilia reſpecti-
vè manent argumenta omnia, auctoritates, & præ-
ſumptiones mutuatæ à notiſſima Cæſarauguſtana Ca-
thedralitatis, de qua *in d. deciſ.* 353. *part.* 5. *rec.* cum 12
aliis, quoniam procedunt, & intelligi debent de ca-
ſu illo, in quo poſt antiquam Cathedralem, alia de
novo erecta fuerat, quæ ideò ſemper præſumitur fa-
cta ſine præjudicio, & læſione antiquæ, & non ap-
plicantur ad caſum in quo conſtat, in novam Eccle-
ſiam S. Juſtinæ tranſlatam fuiſſe Cathedram Epiſco-
palem, quod in ſubſtantia idem importat, ac ipſam
Cathedralitatem, ut diſtinguendo caſum ſimplicis no- 13
væ erectionis Eccleſiæ Cathedralis, & tranſlationis
unius ad alteram tradit *Lezzan. in ſua Turri Davidi-
ca pro Eccleſia S. Mariæ de Pilar. cap.* 3. *num.* 183. *cum
duob. ſeqq.*

Secundum argumentum deſumptum ex recenſita par-
ticula Hiſtoriæ, illud eſt, quod ex 45. Canonicis exi-
ſtentibus in Eccleſia S. Antonini, eorum triginta, una 14
cum Dignitatibus, ſe tranſtulerunt ad novam Eccle-
ſiam Cathedralem S. Juſtinæ, & quidem *del tutto*, ex
quo totali tranſitu majoris partis Canonicorum, ac per
conſequens totius Capituli, quod conſtituitur ex ma- 15
jori

jori parte ad *Text. in c. novi, de iis, quæ fiunt à Præla-
tis ſine conſenſu Capituli*, cum aliis notiſſimis, efficax de-
ſumitur probatio translationis omnimodæ Cathedrali-
tatis de una Eccleſia ad alteram, cum Eccleſia Cathe-
dralis ſubſiſtere nequeat ſine Capitulo, ex ponderatis
in præterita *Deciſione §. Ultra remotionem*.

Tantumque abeſt, quod quindecim alii Canonici,
qui manſerunt in Eccleſia S. Antonini præſtent argu-
mentum excluſivum extinctionis antiquæ Cathedrali-
tatis, quod immo ex hujuſmodi circumſtantia tertium
ſcatet argumentum in oppoſitum; nam indubitatum
eſt, tales Canonicos non potuiſſe perſiſtere in Eccleſia
S. Antonini in figura Canonicorum Cathedralis, po-
ſito, quod major pars conſtituens Capitulum *del tutto*,
16 translata fuerat in Eccleſiam S. Juſtinæ; Undè dicen-
dum eſt per dictos quindecim Canonicos fuiſſe conſti-
tutum novum ſeparatum Capitulum, eoque certius,
quia eidem Cætui datum fuit novum Caput, Vicedo-
minum, vel Præpoſitum appellatum, ac propterea ex-
cluditur Concathedralitas, de cujus natura eſt, ut Ca-
17 nonici utriuſque Eccleſiæ unum conſtituant Corpus, ex
ponderatis *in alia Deciſione §. Nil officiente*.

Quod argumentum nullatenus debilitatur ex eo, quod
in Eccleſiis quoque Cathedralibus cumulativis adſint
Dignitates etiam primariæ, quæ non excludunt unici-
tatem Capitis Epiſcopalis quoad ambas Eccleſias, &
ambo Capitala, ut in Cæſaraugustana, Objectum enim
18 evitari poſſe viſum fuit ex duabus facti circumſtantiis,
prima ſcilicet, quod prædicta Dignitas Vicedomini,
vel Præpoſiti erecta fuit in Eccleſia S. Antonini eodem
tempore, quo ſecuta fuerat translatio Cathedræ, &
Epiſcopus ſimul cum illa tranſiit ad novam Eccleſiam
S. Juſtinæ, itaut novum iſtud Caput S. Antonini ſub-
rogatum fuerit in locum Epiſcopi translati, & ſecun-
da, quod dictus Præpoſitus S. Antonini conſtitutus non
fuit in ſtatu ſimplicis Dignitatis primariæ in Collegia-
ta, ſed veri Capitis, cum aliqua Juriſdictione, ex quo
arguitur fuiſſe ſubrogatum loco Epiſcopi, nec per con-
ſequens dari poſſe unionem utriuſque Capituli, cum
duplici capite, ut probat mea præterita *Deciſio d. §.
Nihil officiente*.

Expoſita tria argumenta, petita ab expenſo loco præ-
dicti Hiſtorici, confirmantur, & à contrariis vindican-
tur ex aliis locis illius Hiſtoriæ, ex quibus clariſſimè
habetur, quod poſt dictam translationem, titulus Ca-
thedralis ſemper tributus fuit novæ Eccleſiæ S. Juſti-
næ, quodque ejus Canonici ad differentiam etiam alia-
rum Collegiatarum, & in ſpecie Canonicorum S. An-
tonini, nuncupari deberent *Cardinales*, & ſignanter hoc
refertur *in tom. 1. lib. 11. fol. 341.* prout etiam hac de-
nominatione Cardinalium leguntur honorati in pluri-
19 bus Principum diplomatibus, & conventionibus rela-
tis in præterita *Deciſione §. Et quod revera*; Ex qua di-
ſtinctione reſpectu intitulationis, efficax reſultat argu-
mentum, quod Capitulum, & Cathedralitas fuerit
translata in Eccleſiam S. Juſtinæ. Canonici namquè
S. Antonini, quatenus retinuiſſent prærogativam an-
tiquam Cathedralitatis, ſimilem, & identificam cum
illa de novo per Canonicos S. Juſtinæ obtentam, paſſi
non fuiſſent, ut iſti honorificentiori nomenclatura in-
20 titularentur, nec minùs permiſiſſent eorum Eccleſiam
denominari, vel Eccleſiam ſimplicem ſine aliquo ſci-
licet adjectivo, vel merè Collegiatam, prout ſemper
in Civitate Placentina deindè nuncupata fuit, ex no-
tatis per *Rot. cor. Cerro dec. 587. num. 5. & deciſ. 56.
num. 33. p. 19. rec.*

Quæ omnia deſumpta ab expenſa Campii Hiſtoria
confirmantur, & dilucidantur mirabiliter ab obſer-
vantia, proba, & fideli cunctarum rerum interprete;
21 nam omnes actus, qui privativè ab Eccleſiis Cathe-
dralibus geri ſolent, & ex quibus à Doctoribus trahun-
tur ſigna Cathedralitatis, omnes, inquam, geſti fue-
runt, & uſque ad noſtra tempora geruntur in Eccleſia
S. Juſtinæ, & per illius Capitulum privativè quoad Ec-
cleſiam S. Antonini; In illa enim fit prima pulſatio
Campanæ in die Sabbato majoris hebdomadæ; In illa
Proceſſiones omnes publicæ, & univeſales incipiunt,
& terminantur; In illa reſidet Epiſcopus; In illa adeſt
Præbenda Theologalis; Ab ejus Canonicis eligitur Vi-
carius Capitularis; Ab eiſdem tantùm emittitur Fidei
profeſſio in actu adipiſcendi poſſeſſionem ſuorum Cano-
nicatuum, *S. Concil. Trid.* ſolis Canonicis Cathedralis
injuncta, non Eccleſiis Collegiatis, ut *in ſeſſ. 24. c. 12.
& ibi Barboſ. num. 28.* Rurſus dicti Canonici S. Juſti-
næ incedunt in ultimo, & nobiliori loco in Proceſſio-
nibus citra unionem cum Canonicis S. Antonini; &
tandem (aliis omiſſis) ſemper iſti in contingentia unio-
nis, licèt in propria Eccleſia S. Antonini, occupant lo-
cum inferiorem, ut latè ponderatum fuit in præterita
Deciſione §. Ex monumentis uſque ad §. Cum igitur, & la-
tiùs hodiè reaſſumebant, & probabant in facto Defen-
ſores Capituli S. Juſtinæ, ex qua obſervantia inſupera-
bile conſurgit argumentum, translationem factam fuiſ-
ſe translativè, & non cumulativè: Nam Capitulum
S. Antonini quatenus non fuiſſet denudatum præroga-
tiva Cathedralitatis, non permiſiſſet, ut omnes actus
illam præſeferentes gererentur in Eccleſia S. Juſtinæ,
privativè quoad ipſam, ut perpendit *Rot. dec. 995. nu-
mer. 14. cor. Dunoz. Jun.* & innuit in deciſione Cauſæ
§. Cum igitur.

Non obſtat, quòd Eccleſia S. Antonini ſemper ali-
qua retinuerit ſigna Cathedralitatis, & ad hunc effe-
ctum, ut translationes præſumantur factæ cumulati- 22
vè, ſufficiat unicum ſignum, juxta firmata *in Cæſa-
raugustana Cathedralitatis in dd. dec. 353. num. 79. p. 5.
rec. dec. 665. num. 33. coram Bich. & coram Coccino de-
ciſ. 1867. num. 57.* Nam quidquid ſit de hac concluſio-
ne inibi ſolùm innixa generali regulæ, quod data uni-
verſalitate Cauſæ, unicus actus ſufficiat pro retentio-
ne poſſeſſionis in reliquis, & apprimè applicabili in ca-
ſu dictæ *Cæſaraugustanæ*, in quo aderant urgentes undi- 23
què probationes ſuper dicta Cauſæ univerſalitate, &
in ſpecie Capitulum S. Mariæ de Pilar concurrebat ad
faciendum unicum Corpus cum Eccleſia S. Salvato-
ris, ubi Canonici S. Mariæ ponebantur in dextera par-
te proprii Chori, & habebant Bullas, ac alia docu-
menta, & innumeras penè enunciativas pro conſerva-
tione ſuæ Cathedralitatis, pulſabat campanas ante Ec-
cleſiam S. Salvatoris, cum qua habebat diviſum jus
decimandi, & his ſimilibus potiebatur, addito, quod
ipſi Canonici Pilarenſes non fuerunt ſuppreſſi, ſeu trans-
lati, ſed ſemper, ut prius, in eadem Eccleſia S. Ma-
riæ remanſerunt, ut ſunt verba *d. deciſ. 665. num. 10.
coram Bichio*.

Quidquid ſit, inquam, de ea, utique viſa fuit inap-
plicabilis in hac hypotheſi, tum quia non agitur de
erectione novæ Cathedralis abſque qualitate transla-
tionis antiquæ ad novam, ſed de effectiva translatio-
ne, quæ cum importet privationem termini à quo, ſi
nullum in iſto relinquitur veſtigium antiquæ præemi-
nentiæ, iſtud non cenſetur relictum ad effectum indi-
candi cumulationem jurium, ſed ut permaneat in Ec-
cleſia dimiſſa aliquod ſignum priſtinæ Dignitatis, quam 24
habuit, per ea, quæ tradunt *Lotter. de Re Beneſ. lib. 1.
q. 12. n. 12. Frances de Eccleſ. Cathedr. c. 7. nu. 48.* Tum
etiam quia nullum penitus ſignum clarum, & univo-
cum Cathedralitatis remanſit in Eccleſia Sancti An-
tonini, quo unico caſu ad ſummum dicta concluſio
admitti poſſet, non enim ſufficiunt ſigna generalia,
& æquivoca, quæque ſtare poſſunt citrà prærogati-
vam Cathedralitatis, ex allegatis in alia *Deciſione §.
Cum igitur*.

Et re vera nullum ex ponderatis, ſeu cumulatis per
Defenſores Capituli Sancti Antonini obtinet univoci-
tatem ſupra requiſitam, nam retentio Cathedræ in di-
cta Eccleſia, tantùm abeſt, quod obſtet, ut immo ex
ſupra deductis, evidenter conſtet illam fuiſſe tranſpor-
tatam in Eccleſiam Sanctæ Juſtinæ; retentio Imaginis 25
Agni Paſqualis; Campanæ nuncupatæ de Interdicto,
nec etiam in facto probata, ſicut exiſtentia Palatii E-
piſcopalis, quod aſſerebatur unitum cum dicta Eccle-
ſia Sancti Antonini, ſunt Signa antiquæ Cathedralita-
tis, quæque non patiebatur translationem, non enim
conveniebat delatio Imaginis Agni Paſqualis, nec Pa-
latium erat transferibile, undè hujuſmodi Signa non ex-
cludunt translationem, & ſunt optimè referibilia ad
præſervativas Juris ex ſtatu antiquo, quod optimè com-
patitur cum translatione, ut notavit *Card. de Luc. de
præemin. diſc. 5. num. 17.* addito, quod Campanam in-
terdicti non adeſſe probant Teſtes adducti in Summa-
rio Canonicorum Sanctæ Juſtinæ; Et Palatium Epiſ-
copale in genere ſumptum, eſt ſignum æquivocum,
cum

cum Epiſcopi retinere valeant Palatium Epiſcopale,
& quidem multiplex in omni parte Civitatum, & lo-
corum, quos inhabitant, ut dixit *Rot. in Terracinen.
Cathedræ ſ. 34. cor. Mo*.

Nec adverſantur plures denominationes, & enunciati-
væ Cathedralitatis datæ Eccleſiæ Sancti Antonini,
quoniam vel ſunt æquivocæ, vel nulla eſt poſt transla-
tionem, quæ Cathedralitatem in ea præſeferat, &
quatenùs adeſſet, erronea remaneret, & confunderen-
tur ab aliis contrariis enunciativis diſtinguentibus Ec-
cleſiam S. Antonini cum ſimplici titulo Collegiatæ, &
Eccleſiam S. Juſtinæ cum titulo Cathedralis, vel Ma-
tricis Eccleſiæ, & hujuſmodi diſtinctio potiſſimè reſul-
tat ex pluribus Synodis, ut in facto benè probatum
fuit; ideòque dum hodiè principaliter dubitatur de qua-
26 litate harum Eccleſiarum, & de enunciato, nulla ha-
benda eſt ratio de dictis enunciativis variis, aut in-
ſubſiſtentibus, vel vagis, juxta tradita per *Butr. in c.
illud, num. 30. verſ. nota 4. de præſcript. Rot. coram Prio-
lo dec. 330. nu. 20. & coram Emerix jun. dec. 1138. nu.
10. & dec. 1155. num. 11.*

Æquivocum pariter viſum eſt ſignum ex eo deſum-
ptum, quod Epiſcopus aliquando vocaverit etiam poſt
translationem Canonicos S. Antonini *Fratres*, nam
hujuſmodi denominatio licèt regulariter dari ſoleat Ca-
27 nonicis Cathedralis, non dedecet tamen, ut aliis Ec-
cleſiaſticis tribuatur, juxta ſenſum *Abbatis in c. novit
5. ſub num. 2. de his, quæ fiunt à Prælatis, ubi, quod om-
nes Clerici poſſunt dici Fratres Epiſcopi, & quod Epiſco-
pus eis ſcribens non debet eos appellare filios*, ſed *fratres*;
Prætorquamquod nec documenta allata ad probandum
prædictam denominationem fratrum tale quid clarè con-
cludunt, ut in facto oſtenſum fuit.

Ad alterum ſignum ductum, ex quo Epiſcopus Pla-
centinus denominatur Antiſtes utriuſque Eccleſiæ S.
Antonini, & S. Juſtinæ occurrit *Deciſio in §. Nam reſpectu*,
prout etiam alteri ſigno elicito, ex quo Canonici S.
Antonini, quando accedunt ad Eccleſiam S. Juſtinæ
ſedent in pari Stallo, nam in facto demonſtratum fuit,
quod Canonici S. Antonini dum inibi accedunt occaſio-
ne feſtivitatis Corporis Chriſti, & Proceſſionum de
Rogationibus conſident in eiſdem Stallis potiùs pro-
pter loci anguſtiam, quàm propter æqualem Dignita-
tem, & de facto ſtant in ultimis Stallis poſt omnes
Canonicos Sanctæ Juſtinæ, & horum ultimus præce-
28 dit digniori ex Canonicis Sancti Antonini, qui modus
ſedendi, benè oſtendit inæqualitatem, quæ intercedit
inter hoſce Canonicos, nam aliàs Canonicis S. Anto-
nini deberent præcedere illos Sanctæ Juſtinæ, ut obſer-
vatur de Canonicis Beatæ Mariæ de Pilar in *Deciſioni-
bus ſupra allegatis*.

Præterea ad ſignum, quod in electione Epiſcopi in-
tervenerint etiam Canonici S. Antonini, animad-
verſum fuit, quod electiones factæ extiterunt à toto
Clero, ut in *Summ. Cathedralis num. 18. & 19.* undè
29 non tanquam ſub Capitulo Cathedralis, ſed ſolùm tan-
quam ſub Clero venientes antiquitus proceſſit talis in-
terventus, ex cujus lectura optimè diſtinguitur utrum-
que corpus, Cathedralis, & Collegiatæ; ut *in eodem
Summ. & conſonant Summ. S. Antonini num. 14.* ibi —
*Et ego cum quibuſdam aliis Clericis de Placentia ſtabam
ab alia parte*; Et cum in præſenti reſervata ſit Canoni-
cis Cathedralis ſola electio Vicarii Capitularis, jam
ſupradictum fuit, quod circa eam privativè ſe gerant
ſolùm Canonici S. Juſtinæ.

Et ad aliud ſignum, quod in Eccleſia S. Antonini
celebretur feſtum illius Dedicationis cum octava, ani-
madverſum quoque fuit in facto, quod ſolùm Canoni-
ci S. Antonini dictum feſtum cum Octava celebrant,
prout ferè omnes aliæ Eccleſiæ longè inferiores faciunt
30 de eorum Patrono, ſeu titulari, non autem tota Diœ-
ceſis, prout è contra fit de feſto Dedicationis S. Juſti-
næ, quod occurrit die 14. Octobris, & ab univerſa
Civitate, & Diœceſi celebratur, itaut ex hac ratione
potiùs manifeſtè hæc circumſtantia contra Canonicos
S. Antonini retorquetur.

Cæterùm hæc, & ſimilia, & quotquot alia pro par-
te S. Antonini adducta fuerunt Cathedralitatis ſigna,
cuncta in univerſum profligebantur ex eo, quod data
dicta translatione extinctivè, relata per dictum Hiſto-
ricum, & pro tali comprobata à ſubſecuta obſervantia
certa, & ſpecifica tot ſeculorum, in nihilo æſtimanda
forent ſigna, & argumenta contraria, quæ concludere utique poſſent aliqualem prærogativam dictæ Eccleſiæ S. Antonini, ſecùs eam oſtendere actu Cathedralem, quæ qualitas non contentatur ſignis referibilibus ad antiquum ſtatum, vel ad aliàs etiam Eccleſias non Cathedrales, ſed exigit talem ſpeciem probationis, ut minimè ad aliam qualitatem referibilis ſit, itaut ſi ea Cathedralis non eſſet, minimè ipſi competeret, quod hic dumtaxat verificatur de Cathedrali Sanctæ Juſtinæ, quæ ſola facit unicum corpus cum Epiſcopo, ſeparate incedit in Proceſſionibus in nobiliori loco, ſola eligit Vicarium Capitularem, ac alia explet tam ſuperiùs cumulata, quàm in alia *Deciſione*, cum qua DD. in reliquis tranſierunt.

Et ita utraque parte acriter Informante, reſolutum fuit &c.

Emo P R I O L O.

Portuen. Juriſdictionis.

Veneris 15. Aprilis 1711.

A R G U M E N T U M.

Manutentionem in exercitio ordinariæ Juriſdictionis in Agro Malliano concedendam eſſe Eminentiſſimo Epiſcopo Portuen. firmat *Deciſio*: & de ejus bono Jure conſtare, ex quo dictum Caſale Mallianum eſt ſituatum intra limites Diœceſis Portuen. & reſpondetur contrariis.

S U M M A R I U M.

1 *Exiſtenti in poſſeſſione, ſeu quaſi debetur manutentio.*
2 *Ex actibus, præſeferentibus exercitium Ordinariæ Juriſdictionis, dicitur probata, ad effectum obtinendi manutentionem, poſſeſſio favore Epiſcopi.*
3 *Prò obtinenda manutentione, ſufficit ſola poſſeſſio de tempore motæ litis.*
4 *Diœceſium diviſio facta fuit tempore Dionyſii Primi.*
5 *Vicariatus Urbis à Paulo IV. anno 1558. in Collegium Cardinalium reductus fuit.*
6 *Privilegia poſteriora non derogant prioribus, niſi conſtet de evidenti incompatibilitate antecedentis Conceſſionis cum ſequenti.*
7 *A' ſuprema Poteſtate Romani Pontificis, tanquam à fonte, omnis Juriſdictio Spiritualis promanat.*
8 *Confirmatio privilegii præſupponit, quòd illud aliquo modo ſubſiſtat.*
9 *Enunciativæ in Apoſtolicis Literis emiſſæ, plurimum conferunt ad probandam ſituationem alicujus Loci in Diœceſi enunciata.*
10 *Hiſtoricis valdè deferendum eſt, præſertim junctis adminiculis.*
11 *Parochia aliqua non implicat, quod ſe extendat ad partes multorum Territoriorum.*
12 *Et Parochus tenetur ſe ſubiicere Juriſdictioni plurium Epiſcoporum pro illa parte, quæ illis reſpectivè ſubeſt.*
13 *Juriſdictio Epiſcopi ſi à Parocho recognoſcatur, hæc confeſſio quæcumque probationum genera tranſcendit.*
14 *Etiam in præjudicium Patronorum, quoties actus ſint tales, ut veriſimiliter ab illis non ignorentur.*

D E C I S I O XXXVIII.

MOnaſterium, & Eccleſia Sanctæ Cæciliæ, quæ Parochialis exiſtit, & fines ſuos in Suburbia protendit, habere conſuevit Parochum ab ipſis Monialibus deputari ſolitum, qui prævia tantùm approbatione Eminentiſſimi Vicarii Urbis, Curam animarum, cæteraque Parochialia munera in univerſo ambitu totius Parochiæ exercere prætendebat. Veruntamen cum intra illius fines poſitum reperiatur Caſale Mallianum, cujus temporale dominium ſpectat ad Moniales prædictas, ſpirituale verò ad Eminentiſſimum Cardinalem Acciajolum, uti Epiſcopum Portuen. de cujus Diœceſi habitum huc uſque fuit, orta ideo eſt controverſia inter Monaſterium, & Parochum ex una,

& Emi-

& Eminentiſſimum Epiſcopum ex alia parte, dum alter prætendebat, ut ſibi tantummodo opus foret approbatione Eminentiſſimi Vicarii, ad hoc ut univerſum Parochiæ Territorium per modum unius adminiſtrare poſſet; alter autem requirebat, ut Parochus pro ea parte, quæ ſubeſt ſuo Epiſcopatui, ſuam quoque ordinariam Juriſdictionem recognoſceret. Quapropter expedito coram A. C. Monitorio ſuper libertate exercendi quæcumque Jura Parochialia in Agro Malliano independenter ab Epiſcopo Portuen. illoque redacto ad viam Juris, Eminentiſſimus Epiſcopus favorabilem Sententiam reportavit, à qua delegata mihi appellationis cognitione, admiſſoque ad Cauſam Eminentiſſimo Urbis Vicario, de cujus intereſſe potius, quàm Monialium, agebatur, dedi dubium inter omnes æquè diſceptandum — *An, & cui ſit danda manutentio, & de cujus bono jure conſtet*, Et DD. reſponderunt dandam eſſe manutentionem, & conſtare de bono Jure D. Epiſcopi Portuen.

Etenim manutentio, quæ de ſtylo Curiæ dari ſemper conſuevit ultimo poſſeſſori, tribuenda proculdubio fuit Domino Epiſcopo Portuen. quia docebat tam de indubitabili Prædeceſſorum Epiſcoporum, quàm de ſua recenti quaſi poſſeſſione exercendi ordinariam Juriſdictionem quoad Eccleſiam, & Homines Agri Malliani,
1 ni, cujus profectò virtute manutentio neceſſariò concedenda fuit, juxta vulgatam regulam, de qua *Text. in leg. 1. & tot. titul. ff. uti poſſidetis, & in leg. unica Cod. eodem tit.* & tradit *Rot. dec.* 810. *n.* 1. & 2. *coram Coccin. & dec.* 182. *num.* 1. & *dec.* 270. *nu.* 1. *p.* 17. & *dec.* 105. *n.* 2. & 3. *p.* 19. *recent.*

Poſſeſſio verò Epiſcoporum prædeceſſorum ſatis probata videbatur ex Viſitationibus paſtoralibus, quas in Agro Malliano Vicarium Generalem Portuenſem peregiſſe conſtat ab anno 1683. uſque ad hæc poſtrema tempora, in quibus nedum habemus fuiſſe viſitatam Eccleſiam in Caſali exiſtentem, ſed perſonas etiam Capellanorum, ibidem à Monialibus mercede conductas, & recognitas facultates miniſtrandi Sacramenta, atque inſuper injunctum onus de exhibendo ſingulis annis ſtatu Animarum *Summario Epiſcopi n.* 3. Reſpectu verò præſentis Eminentiſſimi Epiſcopi poſſeſſio eliciebatur ex literis Dimiſſorialibus, ſeu facultativis expeditis per illius Vicarium Generalem in perſonis Preſbyterorum, quos Moniales deſtinaverant, ut Sacrum, facerent, cæteriſque Eccleſiaſticis muneribus fungerentur in Eccleſia prædicta, eodem *Summ. numer.* 4. necnon ex miſſionibus ibidem geſtis cum facultate ab-
2 ſolvendi etiam à caſibus reſervatis, PP. Miſſionariis ab Eminentiſſimo Epiſcopo communicata *dicto Summario n.* 5. Ex quibus omnibus actibus præſeferentibus exercitium ordinariæ Juriſdictionis hæſitari non potuit, quin optima haberetur probatio ad effectum conſequendi petitam manutentionem, ad firmata per *Rot. in Nullius, ſeu Falden. Juriſdictionis* 28. *Junii* 1700. *§. Poſſeſſio verò, cor. Eminentiſſ. D. meo de la Tremoille.*

Haud refragante, quod prædicti actus Juriſdictionales, per Epiſcopos exerciti, non ſint admodum antiqui, ſed initium tantummodò ſumant ab anno 1683. quoniam advertere oportuit, quod cum Epiſcopalis Cancellaria Portuen. modo ab uno, modo ab altero ex Notariis Capitolinis exercita fuerit, & diffuſa reperiatur apud varias perſonas, de quibus nè quidem notitia ſupereſt, ſuppeditare non potuit vetuſtiora documenta. Præterquam quod prædicti actus initium ſumentes ab anno 1683. non ſunt adeo recentes; cum attingant, ferè ſpatium annorum triginta, maximè quia ad effectum, de quo agitur, ut conſequenda ſit
3 manutentio, ſufficit ſola poſſeſſio de tempore motæ litis, ut omiſſis aliis eſt *reg. Text. in d. lib.* 1. & 2. *ff. uti poſſidetis*.

Quo verò ad alteram dubii partem reſpicientem bonum Jus, res clarior videbatur favore Eminentiſſimi Epiſcopi, quia cum habeamus primævam diviſionem Diœceſum, communi hiſtoricorum calculo Dionyſio
4 primo attributam, ut ajunt Platina, & Ciacconius in vita dicti Pontificis, & tradit *Text. in Canon. Eccleſias* 13. *quæſt.* 1. & controverſum Caſale Mallianum poſitum reperiatur intra limites Portuen. Diœceſis, illud Epiſcopi Juriſdictioni ſubjacere tantummodo debet, dum Epiſcopos Eccleſiarum ſuarum ſingulis curam habere decet, ut inquit *Conc. Tridem. ſeſſ.* 24. *de reformat. capit.* 9. Quapropter cum Vicariatus Urbis inſtitutus fuerit poſterioribus temporibus, & illius Privilegia à Paulo II. primum conceſſa fuerint, deindè à ſequentibus Pontificibus amplificata, ac demum reducta fuerint à Paulo IV. in Collegium Cardinalium anno 5
1558. ut refert *Raynaldus in continuatione Annalium Eccleſiaſticorum ad dictum annum num.* 23. non poteſt præſens Eminentiſſimus Vicarius ratione ſuorum privilegiorum, ſibi impartientium Juriſdictionem Spiritualem in Diſtrictu Urbis, ſuas facultates protendere etiam ad dictum Caſale Mallianum, etiamſi dicatur in Diſtrictu, niſi prius oſtendat præciſam illius diſmembrationem à Diœceſi Portuen. & ſubjectionem ſuæ Juriſdictioni, cum in hac materia privilegia poſteriora non derogent prioribus, quoties non conſtet de evidenti incompatibilitate Conſtitutionis antecedentis cum ſequenti, totumque fieri debet, ut una cum altera concilietur, ad effectum evitandi derogationem ad 6
tradita per *Paſqual. dec.* 329. *n.* 35. *cum aliis allegatis in Firmana Juriſdictionis* 11. *Maii* 1700. *§. in brevi autem, cor. Reverendiſſimo Molines Decano.*

Aliàs enim, ſi facultates Juriſdictionales Eminentiſſimo Vicario attributæ ſuper totum Urbis diſtrictum, qui quadraginta milliaria circum circa complectitur, non intelligerentur ita conceſſæ, quod illarum uſus eſſet referibilis ad ea tantum loca diſtrictus, quæ ſpecialiter deſignata in Bullis Pontificiis leguntur, vel alterius Juriſdictioni non ſubſunt, actum eſſet de plurium Epiſcopatuum Diœceſibus, & præcipuè de iis, quæ à ſex Antiquioribus Cardinalibus optari ſolent, dum omnes ferè in diſtrictu Urbis ſitæ reperiuntur.

In comprobationem verò, quod vetuſtiſſimis temporibus Caſale Mallianum aſſignatum fuerit Diœceſi Portuen., aſſerebant Scribentes pro Eminentiſſimo Epiſcopo Bullas Benedicti IV., Leonis IX., & Joannis XIX. quæ cum ſatis, ſuperque ſufficerent ad probandam illius pertinentiam ad Epiſcopatum Portuenſem ratione ſupremæ Poteſtatis, quæ reſidet in Sum- 7
mo Pontifice, & à quo, tanquam è fonte, omnis Juriſdictio ſpiritualis in Epiſcopos fluere ſolet, *Gonzalez ad reg.* 8. *Cancell. §.* 1. *Proœm. num.* 9. & 10. *Rota in Leodien. Juriſdictionis* 28. *Aprilis* 1705. *§. Rurſus itaque, & in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 5. *Junii* 1704. *§.* 2., & 25. *coram* R. P. D. *meo Anſaldo*; Ad effectum tamen, de quo agitur, advertebant DD., quod dictæ Pontificiæ Bullæ non loquuntur per modum novæ conceſſionis, ſed per modum
confirmationis, quæ ſupponit dicti Caſalis pertinen- 8
tiam ad Epiſcopatum Portuen. abſque initii memoria ad tradita per *Dec. conſil.* 341. *num.* 7. *Rota dec.* 712. *num.* 7. *part.* 1. *diverſ. deciſ.* 597. *num.* 3. *part.* 3. *recent. dec.* 748. *num.* 30. *cor. Dunozzett. Junior. dec.* 175. *n.* 7. & *dec.* 229. *nu.* 12. & *ſequen. coram Otthobono*, & *dec.* 78. *num.* 3. *poſt Tamburin. de Jure Abbatum tom.* 3.

Potiſſimè quia ſequentibus etiam annis, & tempore, quo Summi Pontifices Julius II., & Leo X. ruſticandi gratia ſe conferebant ad Caſale Mallianum, recognitum, aſſertumque fuit de Diœceſi Portuen., dum omnes ferè Bullæ à prædictis Pontificibus ibi expeditæ, & quæ ſexcentarum numerum excedebant in *Summario Epiſcopi numer.* 10. ſignatæ fuerunt ſub hac expreſſione — *Malliani Portuen. Diœceſis* — quæ ſanè
enunciativæ in Apoſtolicis literis emiſſæ plurimum con- 9
ferunt, ad probandam ſituationem alicujus loci in Diœceſi enunciata, ut obſervant *Palma deciſ. Lucenſ.* 198. *ſub numer.* 24. *§. Coronantque, & numer.* 25. *Rota coram Millin. deciſ.* 204. *n.* 6. & *poſt Urceol. de tranſact. dec.* 91. *numer.* 6. & *dec.* 334. *numer.* 12. *part.* 13. & *in Taraconen. Juriſdictionis* 11. *Maii* 1700. *§. Concurrente, coram Reverendiſſ. dell' Olmo, & in Caputaquen. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 1. *Julii* 1707. *§. Viſum eſt enim, coram bon. mem. Caffarello.* Non enim præſumendum eſt, quod prædicti Pontifices ignoraverint qualitatem Loci, ubi morabantur, & quod motu proprio, nulloque pœnitus inſtante voluerint aſſerere Caſale Mallianum Portuen. Diœceſis, niſi eis certò conſtiterit, quod verè, & realiter poſitum erat intra limites prædicti Epiſcopatus.

His etiam adiſtipulabatur Hiſtoricum Teſtimonium, videlicet Ferdinandi Ughellii in ejus *Italia Sacra tom.* 1. *fol.*

1. *fol.* 135. *cum ſeqq.* Franciſci Eſchinardi in Typographia Agri Romani, & Bartolomæi Piazza io opere inſcripto *la Gerarchia Cardinalizia fol.* 101. qui omnes controverſam Tenutam *della Magliana* ponunt in Diœceſi Portuen., & quorum auctoritas, concurrentibus præ-
10 fertim aliis adminieulis, magni ſemper fieri conſuevit, ad effectum habendi hujuſmodi probationes, *Palma Nepos dicta dec.* 198. *ſub n.* 24. *§. Adſunt demum. Rota dec.* 395. *num.* 9. *cor. Emerix jun. & dec.* 21. *num.* 21. *& ſeqq.* inter collectas *ad Card. de Luc. de Juriſdict. dec.* 196. *n.* 4. *& dec.* 404. *n.* 5. *part.* 4. *rec. & in Surrentina Manutentionis* 4. *Maii* 1695. *§. Prædicta autem, coram R. P. D. meo Scotto, & in dicta Caputaquen. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 1. *Julii* 1707. *§. Viſum eſt eam, &* 4. *Maii* 1708. *§. Concurrunt cor. bon. mem. Caſſarellio.*

Hioc non relevabant deducta ex parte Monialium, quod nempè Parochus ab ipſis deputatus ſemper Sacramenta miniſtraverit Hominibus dictæ Tenutæ, interfuerit Matrimoniis, cadavera tumulaverit, quoniam prædicti actus probant quidem illius ſubjectionem Parochiæ Sanctæ Cæciliæ numquam tamen efficiunt, quod Caſale non ſit de Diœceſi Portueo. ſed eſſe debeat in Diœceſi Romaoa, ſicut reliqua, & major pars ejuſ-
11 dem Parochiæ. Quoniam nulla eſt implicantia, quo minus aliqua Parochia multotiès ſe extendat ad partes multorum territoriorum, ut tradunt *Bertrand. conſ.* 350. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 4. *Hieronymus de Monte de finibus cap.* 12. *numer.* 3. itaut Parochus Sanctæ Cæciliæ pro ea parte, quæ ſubeſt Epiſcopatui Romano, teneatur recognoſcere Juriſdictionem Emineotiſſimi Vicarii Urbir, pro ea autem parte, quæ ſubeſt Epiſcopatui Portuen. teneatur ſe ſubiicere Juriſdictioni illius Eminentiſſimi Epiſcopi, & approbatio ab alterutro ex eis reportata
12 latiùs patere non poſſit eo, quod pateat Diœceſis ipſi ſubjecta; cum qailibet Epiſcopus reſpectu alterius Diœceſis, habeatur pro privata perſona, *Ciarlin. controverſ. forenſ. lib.* 1. *c.* 60. *n.* 6. *Barb. de Off. & Poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 80. *num.* 8. *R. P. D. Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom.* 1. *part.* 282. *num.* 93.

Fortiùs verò quia idemmet Parochur Sanctæ Cæciliæ jam recognovit hanc veritatem, quod Caſale Mallianum eſſet de Diœceſi Portuen. nam omiſſa repetitione omnium actuum ſupra recenſitorum in *§. Poſſeſſio verò*, ſufficiebat ſolùm advertere, quod in ſtatu animarum, io dicta Tennta habitantium, efformato juxta præſcripta Eminentiſſimi Epiſcopi, exhibuit notulam in ejus Cancellaria prædicto *Summ. n.* 3. *in fine*. Quamobrem cum Juriſdictio Epiſcopi Portuenſis tam ſolemniter recognita fuerit à Parocho Monaſterii, hu-
13 juſmodi recognitio, ac confeſſio, quæcumque probationum genera tranſcendit, prout firmat *Rot. dec.* 70. *num.* 9. *& dec.* 334. *num.* 6. *part.* 13. *dec.* 483. *n.* 6. *part.* 14. *rec. & in Caputaquen. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 4. *Maii* 1708. *§. Concurrunt cor. boa. mem. Caſſarellio*. Cum de cætero prædicta exhibitio Status Aoimarum dici non mereatur actus clandeſtinus, quia cum factus fuerit poſt tot viſitationes, præcedentibus annis geſtas
14 ab Epiſcopis Portuen. & virtute Epiſtolæ Circularis, in qua id onus imponebatur Capellanis in Tenuta exiſtentibus, & à Monialibus mercede conductis, inveriſimile admodum eſt, quod iiſdem Monialibus ignorantibus peractus eſſe dicatur.

Et ita acerrime ioformantibus omnibus Intereſſe haben. &c.

Eñn PRIOLO.

Portuen. Juriſdictionis ſuper Cenſuris, & Attentatis.

Veneris 15. *Aprilis* 1712.

ARGUMENTUM.

Alienæ Juriſdictionis Perturbatores ab Eccleſiaſtico Judice ritè ſemper excommunicari poſſunt. Renuente Patrono, ſeu reſpectivè Rectore Eccleſiæ Parochialis Ordinarium recognoſcere pro ea parte, quæ ſita eſt in illius Diœceſi, poteſt idem Ordinarius Capellanum deputare, qui ibi Parochialia munera exerceat.

Summarium patet ex Argumento.

DECISIO XXXIX.

Renuentibus Monialibus S. Cæciliæ recognoſcere in Ordinarium Eminentiſſimum Cardinalem Acciajolum, uti Epiſcopum Portuenſem quoad Tenutam, & Caſale Mallianum, ibique Parochus, & Capellanus Sacramenta miniſtranter abſque licentia, quamvis admuniti, tanquam alienæ Juriſdictioais perturbatores, fuerint, Juris ordine ſervato, cenſuris irretiti, eædem Moniales deſtiterunt à deputatione alterius Capellani, qui Sacrum ibidem faceret, Confeſſiones audiret, & Panem Euchariſticum Villicis commorantibus, juxta ſolitum diſtribueret. Quapropter idem Eminentiſſimus Epiſcopur, requiſitis priùs officiosè Monialibus, ad hujuſmodi deputationem ex proprii muneris auctoritate devenit; Cumque id prætenderent attentatum, occaſione, quod diſceptaadum fuerat *coram M.* dubium ſuper negotio principali, ſubſcribi curarunt etiam hoc alterum ſuper cenſuris, & attentatis, videlicet -- *An Cenſuræ ſuſtineantur, & an conſtet de attentatis* -- quod ſimiliter favore Epiſcopi reſolutum fuit.

Cenſuras ſiquidem ſubſtineri dixerant DD. eo quia Parochus, & Confeſſarius S. Cæciliæ Sacrum confecerunt, & Sacramenta miniſtrarunt in Eccleſia Agri Malliani, qui eſt de Diœceſi Portuen. ut io altera hodierna mea *Deciſione*, nulla priùs impetrata facultate ab Eminentiſſimo Epiſcopo; Quapropter ſi Vicarius Generalis illos in pœnam turbatæ Juriſdictionis Eccleſiaſticis Cenſuris innodatos declaravit, dictæ Cenſuræ omoinò ſubſtineodæ erant, cum alienæ Juriſdictionis Perturbatores poſſint ritè ſemper ab Eccleſiaſtico Judice excommunicari, cum iſtæ ſint Eccleſiaſticorum arma, ad compeſcendum inſordeſcentium pertioaciam, ut tradit *Barboſ. in cap.* 1. *num.* 11. *de Off. & Poteſt. Jud. Deleg.* cum cæteris ibi relatis.

Fortiùs verò quia Moniales adeundo Signaturam Juſtitiæ in principio controverſiæ pro remiſſione Cauſæ ad A. C. ooo aliter illam obtinuerunt, quàm cum clauſula, *non retardato Judicio coram Ordinario Portuen. contra Parochum*, itant Parochus, & Confeſſarius poſt ſecutam cenſurarum promulgationem; illas ratas habuerint, renunciando liti, & petendo abſolutionem cum ſubſecuta ſalutari pœniteotia, ut in *Summario Epiſcopi ſuper negotio principali n.* 6. Quamobrem cum cenſurarum validitas recognita fuerit non minùs per Signaturam, quæ demandavit ipſimet Epiſcopo illarum executiooem, verum etiam per Cenſuratos, qui petierunt abſolvi, quæcumque exceptio nullitatis non erat ampliùs attendenda.

De attentatis autem, quæ Monialer educere conabantur, ex quo Emioentiſſimus Epiſcopus Januar Ruralis Eccleſiæ per vim aperiri juſſerit, & Capellaoum, qui Parochialia munera obiret, illarum ſumptibus deputaverit, non conſtare viſum eſt, quia cum indubium eſſet, quod Ager Mallianus ſit ſub Juriſdictione Epiſcopi Portuenſis, quoties Moniales ad illius officioſas requiſitiones recuſaverant Eccleſiæ claves tradere; & Capellanum deputare, ad hoc, ut appetentibus Sanctiſſimis Dominici Natalis Feſtivitatibur, poſſent Villici in propria Eccleſia, Chriſtianæ pietatis debita exſolvere, Jure potuit Epiſcopus ad hujuſmodi remedia confugere, nè ipſe ſui Gregis Curam intermitteret. Quin potiùs approbanda eſt eximia illius Paſtoralis vigilantia exemplo Sacræ Congregationis Epiſcoporum, quæ ſub die 22. Junii 1708. conſimile factum Epiſcopi Peruſini laudavit. In pago enim *delle Tavernelle* exiſtenti inter duas Diœceſes cum Parochus Eccleſiæ Mongiovini Diœceſis Civitatis Plebis, illius univerſam Curam habeos, renuerit pro ea parte, quæ ſita erat in Diœceſi Peruſina, ejus Epiſcopi Juriſdictionem recognoſcere, hic deputavit alium Capellanum, qui privativè ad Parochum Mongiovini Parochialia munera obiret, & *Sacra Congregatio* reſcripſit, *benè proviſum per Epiſcopum Peruſinum*.

Præterea cum jam Eminentiſſimo Portuenſi Epiſcopo conceſſa fuiſſet ab A. C. Cerro manutentio in quaſi poſſeſſione exercendi Juriſdictionem Ordinariam in

Agro

Agro Mallano, eaque canonizata per Signaturæ reſcriptum *ſine præjudicio*, quoties ipſi non licuiſſet ad hujuſmodi deputationem devenire, fuiſſet in poteſtate Monialium indirectè Ordinariam Juriſdictionem Epiſcopi evitare, & in hunc modum Judicem, rem Judicatam, & reſcripta Signaturæ eludere, qood non fuerat permittendum.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ALBERGATO DECANO,

Ratisbonen, Canonicatus,

Luna 13. Martii 1684.

A R G U M E N T U M.

Quando poſſit abſens alteri vices ſuas delegare in ferendo Suffragio, & quæ adimpleri debeant requiſita. Valent Statuta, Cultum Divinum, & Eccleſiæ utilitatem reſpicientia, etiamſi à Papa non fuerint confirmata; nec poſſunt à Capitulo abrogari per contraria Statuta, ſeu reſolutiones, ſine Epiſcopi conſenſu.

S U M M A R I U M.

1 *Literæ Apoſtolicæ, in omnibus juſtificatæ, celerem, ac promptam executionem merentur.*

2 *Ad effectum evitandi ſubreptionem, ſufficit, narratam fuiſſe pendentiam litis, cum clauſula* cujus litis ſtatum, *quoties Sententia non tranſiſſet in rem judicatam.*

3 *Abſenti vocali non permittitur per Procuratorem ſuffragium ferre, niſi conſtet, & quidem ſpecificè, quod legitimo impedimento detentus fuerit.*

4 *Et cum facultate Procuratori, jurandi ſuper legitimo impedimento illius non intereſſentiæ.*

5 *Quando amittatur Jus eligendi, & conſequenter conſtituendi Procuratorem ad hunc actum explendum.*

6 *An forma Decretalis* in cap. quia propter de elect. *ſervanda ſit, ſolùm in electionibus Dignitatum, annexam habentium omnimodam Juriſdictionem, vel etiam in Canonicatibus, ſeu Dignitatibus inferioris ordinis,* & num. 7.

8 *Statutum, tendens in utilitatem Eccleſiæ, circa electiones, expeditius, & facilius faciendas, pro valido, & juſto reputatur, etiamſi à Sede Apoſtolica non fuerit confirmatum.*

9 *Non uſus, & inobſervantia Statuti debet ab allegante probari, cum præſumptio ſtet pro Statuto.*

10 *Maximè diſſentiente aliquo ex Capitularibus.*

11 *Conſenſus Epiſcopi neceſſariò requiritur in iis, quæ concernunt mutationem antiqui Status, & Statutorum Eccleſiæ, & quodcumque Statutum, aliter geſtum à Capitularibus, remanet abſque robore.*

12 *In derogatione Juris, Capitularibus, ſeu Collegialibus quæſiti, uti ſingulis, requiritur omnium conſenſus.*

13 *Et contraria obſervantia non eſt admittenda, niſi probetur eam per tempus ſufficiens invaluiſſe, & in caſu præciſo, & non obſtantibus proteſtationibus, & contradictione Capitularium.*

D E C I S I O XL.

SEcuta per obitum Canonici Alberti de Rauch vacatione Canonicatus, & Præben. in Cathedrali Eccleſia Ratisbonen. de menſe Julii 1678. Capitulum, & Canonici, ad quos Jus eligendi juxta concordata Germaniæ ſpectat, ſub die 4. Julii ſequentis, Capitulariter congregati, 11. diem ejuſdem menſis pro explenda electione ſtatuerunt, quo tempore habito, & ad illam devenerunt, adſtantibus in Capitulo 14. Canonicis Capitularibus, quorum vota in duas Claſſes diviſa, ſeptem in Canonicum acclamaverunt Baronem Joannem Sigiſmundum à Pienzenau, ſeptem verò elegerunt Baronem Chriſtophorum Ottonem à Scallembergh, ad cujus favorem prætendit ipſe computari votum Canonici Adami à Torringh abſentis procuratorio nomine per Canonicum Sigiſmundum de Herberſtein traditum, qua propter inter Electos non levis emerſit quæſtio ſuper validitate, & reſpectivè confirmatione eorum electionis, quoad Ordinarium Ratisbonen. delata, illam ad favorem Baronis à Pienzenau per ſententiam definivit, iſtaque ad provocationem Baronis à Scallembergh ab Eminentiſſimo Nuncio in gradu appellationis revocata, & demum Judicio hujus S. Tribunalis in ulteriori Inſtantia cauſa devoluta; uterque ex Collitigantibus ad abundantiorem cautelam, gratiam Apoſtolicam obtinuit, alter uti electus à majori parte Capitularium, alter verò uti à medietate. Hinc pro illarum executione de Coauditorum meorum conſilio dubium ſubſcriptum propoſui; An, & quæ gratiæ Apoſtolicæ eſſent exequendæ, & pro executione gratiæ Joannis Sigiſmundi prodiit reſolutio.

Regulare enim eſt, quod gratia Apoſtolica, in om-
nibus juſtificata, paratam meretur executionem, jux- 1
ta toties firmata per hoc S. Tribunal ex *Regul. Text. de qua in cap. ſi Capitulo, ubi gloſſ. in V. exequatur, de conceſſ. Præbend. eodem tit. & utrobique DD.* & in ſpecie dixit *Rot. in dec. 477. num. 5. part. 14. & in deciſ. 697. num. 1. part. 18. rec.* Ideoque gratia præfati Baronis, uti in omnibus Juſtificata executioni demandanda venit, ſecus verò gratia Baronis de Scallembergh uti deficiens in verificatione, quod ille à majori parte Capitularium electus fuerit, dum à medietate dumtaxat vocatus reperitur, non reſiſtente quod in ſupplicatione Baronis Joannis Sigiſmundi non fuerit facta mentio ſententiæ latæ ab Eminentiſſimo Nuncio Viennenſi ad
favorem Baronis de Scallembergh, cum ad hunc effe- 2
ctum ſufficiat narratam fuiſſe pendentiam litis in *Rota* cum clauſula; *Cujus litis ſtatum*, per quam evitatur ſubreptio, quoties ſententia non tranſiſſet in rem judicatam *Addent. ad Burats. dec. 795. num. 10. & Rot. cor. Priolo dec. 166. ſub num. 7.*

Nec votorum numerus favore Baronis de Schallembergh augeri poteſt ex voto Canonici à Torringh, procuratorio nomine tradito per Canonicum de Herbeſtein: nam hujuſmodi votum non eſſe connumerandum Doctores cenſuerunt, tam ea reſiſtentia Juris communis, quàm ex diſpoſitione Statuti particularis, &
quidem antiquiſſimi, ejuſdem Capitali: Reſiſtit enim 3
diſpoſitio Juris deſumpta ex *capit. quia propter de elect. ſub §. Illud autem*, ubi diſponitur, quod abſenti vocali non permittatur ſuffragium per Procuratorem tradere, niſi ille legitimo impedimento detentus reperiatur, & cum expreſſa iſtius ſpecificatione, necnon doceatur de legitima cauſa diſceſſus, ut unanimiter ſentiunt *Barboſ. de Jure Eccleſ. part. 1. cap. 19. n. 108. & de Canonic. & Dignit. capit. 39. numer. 7. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 19. ſub num. 24. Lezzan. Quæſt. Regular. V. electio cap. 10. num. 35.* Quod ſanè non verificatur in Canonico Torringh, qui interſuit Capitulo 4. Julii, convocato pro ſtatuenda die Electionis, & poſtmodum Paſſaviom ſe contulit, relicta procuratione Canonico Herbeſtein, abſque ſpeciali facultate ju-
randi ſuper legitimo impedimento illius non intereſſen- 4
tiæ, quàm etiam requiri, uti neceſſarium requiſitum, ad hoc, ut abſentis votum per Procuratorem admittatur, ultra diſpoſita in dicta decretali, ſtatuit *cap. ſi quis juſtè; de elect. in 6.* ibique Canoniſtæ communiter tradunt, & dixit *Rota coram Ubald. deciſ. 380. ſub n. 4. & dec. 241. ſub n. 9. & ſeq. cor. Peutinger.*

Attento potiſſimùm intempeſtivo diſceſſu ejuſdem 5
Canonici, ſe transferendo ultra quatuor Dietas à loco Electionis, quo caſu amiſiſſe Jus electionis, & conſequenter conſtituendi Procuratorem ad id peragendum, dixit *Rota præter ſuperius allegatas Deciſiones coram Ninot. dec. 82. ſub n. 2.*

Nec obeſſe videbatur, quod hujuſmodi requiſita tunc ſolùm concurrere debeant, & ſint omnino explenda reſpectu abſentis, quoties de rigore eſſet ſer-
vanda forma prædictæ decretalis, prout in electione 6
Dignitatum, habentium annexam omnimodam Juriſdictionem; ſecus verò in Canonicatibus, ſeu Dignitatibus Ordinis inferioris, per quarum vacationem Eccleſia viduata non remanet, ut ſtatuit *Gloſſ. in dicto c. quia propter, in V. Eccleſ. viduat.* & expendit *Rot. coram Eminentiſſimo Cerro deciſ. 106. ſub numer. 9.* cum aliis ab Informantibus pro Scallembergh, pleno calamo adductis.

Nam

Nam admiſſo etiam ad ſenſum partis, quod in præ-
ſenti electione rigor decretalis non eſſet ſervandus; ex-
inde tamen non ſequitur, quod in quacumque electione
abſens non legitimè detentus valeat per Procuratorem
7 ſuffragium ferre, nam ratio textus generaliter loquitur,
& adaptatur cuicumque Caſui, proptera in electione
tale quid ſpeciale redditur, quod ſive præſcripta for-
ma decretalis ſervetur, ſive non, nequeat abſens alteri
vices ſuas delegare in ferendo ſuffragio, niſi adimple-
tis requiſitis ſcriptis *in dicto §. Illud autem* nempè, quod
ſit in loco, ubi commodè vocari poſſit, quod ſit le-
gitimè impeditus, quodque facultatem tribuat Procu-
ratori, jurandi ſuper hujuſmodi impedimento, ut ſu-
pra notatum eſt, & optimè notat, *Abb. in dicto c. quia
propter §. Illud num. 1. & cap. conſtitutus 45. ſub nu. 6.
in fine de appellat. Lavor. Var. Lucubr. tit. 4. cap. 17. num.
35. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. capit. 19. num. 109.* &
cum hoc ſuppoſito pluries tranſivit *Rota* in nominatio-
nibus, ſeu electionibus, in quibus abſque ulla dubie-
tate diſpoſitio *cap. quia propter* non intrabat, *ut cor.
Pamphil. dec. 657. num. 2. & ſeqq. coram Ubald. dec. 580.
num. 2. & ſeqq. & dec. 831. n. 4. cor. Peuting. dec. 241.
num. 9. & ſeqq.* & in ſpecie, reprobato prædicto fun-
damento, dixit *in dec. 396. num. 4. & ſeqq.* & præci-
puè *n. 10. p. 19. rec.*

Vigore itidem antiqui, & ſpecialis Statuti ejuſdem
Cathedralis, in Electionibus Canonicatuum reiceren-
tur abſentium vota, procuratorio nomine tradita; Ini-
bi enim literaliter diſponitur, quod in Electione Epi-
ſcopi omnes vocentur, in Electione Præpoſiti, & De-
cani nullus ultra quator dietas vocari debeat; in aliis
verò Electionibus, id, quod factum fuit per præſen-
tes, impugnari nequeat ab Abſentibus; exinde enim
per talem diſcretivum modum ſtatuendi neceſſariò in-
fertur, quòd in Electionibus Canonicorum vota ab-
ſentium non requirantur, ad contradiſtinctionem Ele-
ctionum Epiſcopi, & Dignitatum, & illæ ſic factæ
per contemptum irritari nequeant, ideoque ducto ar-
gumento à contrario ſenſu, adempta cenſeri debet fa-
cultas vocalibus per Procuratores ſuffragia ferre, ſi
illis aufertur Jus caſſandi Electiones ob eorum con-
8 temptum. Quod ſanè Statutum, licèt Pontificio pla-
cito ſpecialiter non roboratum, uti cultui Divino, &
Eccleſiæ magis proficuum, cauſa alliciendi Canonicos
ad majorem Reſidentiam, & reddendi Electiones ma-
gis expeditas, & faciliores, pro valido, & juſto repu-
tari debet, per *Text. in capit. cum in Eccleſ. de Præbend.
in 6. Abb. in cap. coram nobis ſub num. 3. de elect. Oldrad.
conſ. 269. numer. 5. in fine, Barboſ. de Jur. Eccleſ. dicto
cap. 9. num. 89. poſt princ. Paſſerin. de Elect. cap. 11. quæſt.
2. ſub num. 13.*

Non refragante, quod tale Statutum, vel non do-
cebatur obſervatum, vel ſaltem abrogatum remanſe-
rit per aliud novum Statutum, ſeu potius reſolutionem
Capitularem de anno 1671. editam ſuper communica-
tione Electionum vocalibus abſentibus, nam præmiſſo,
quod talis non uſus, ſeu inobſervantia debeat conclu-
9 denter probari ab Allegante, cum præſumptio ſtet in
contrarium reſpectu Statuti inſerti in corpore aliorum
Statutorum Cathedralis, ut de iſto verificatur *Ma-
ſcard. de Statut. concluſ. 6. n. 99. Rota dec. 99. numer. 4.
p. 1. diverſ. & dec. 22. n. 2. p. 4. & cor. Eminentiſſ. Celſa
dec. 125. n. 6. & dec. 248. n. 17. in fine.*

Nec ad hunc effectum exhibeantur niſi quam plu-
res actus Capitulares, ſeu Electiones, poſt prædictam
reſolutionem Capitularem geſtæ, conſentientibus ta-
men omnibus præſentibus abſque ullius contradictio-
ne; Ideoque ad hunc effectum contrarius non uſus non
10 ſuffragatur qui diſſentiente, prout in præſenti, aliquo
vocali, probari debet, & reſpondit *Rot. cor. Ubald. dec.
581. n. 7. & coram Pamphil. dec. 657. ſub n. 1.*

Domini cenſuerunt hujuſmodi Statutum, ſeu recens
reſolutio Capituli, uti nulla, in nihilum obeſſe, nec
abrogatoria antiqui Statuti dici mereatur, nulla ſiqui-
dem cum abſque conſenſu Epiſcopi edita fuit, quinimmò
requiſitus pro omnimoda approbatione, ſeu confirma-
tione, diſceſſit, & tamen in iis, quæ concernunt mu-
tationem, ſeu innovationem antiqui Status, & Sta-
tutorum Eccleſiæ, neceſſariò requiritur conſenſus E-
11 piſcopi, quo ſecluſo, remanet quodcumque Statu-
tum, etiam capitulariter geſtum, abſque robore *text. eſt
literal. in cap. cum conſuetudo Falin. in cap. cum omnes n.
9. de Conſtit. fundat. Quæſt. Canon. l. 1. c. 17. nu. 8. & 9.
Gratian. diſcept. 482. num. 4. Rota dec. 32. num. 8. part.
7. rec.* Attenta potiſſimum derogatione Juris, præſen-
tibus in Electionibus quæſiti, uti ſingulis, quam præ-
fatum Statutum præfefert, nunquam admittenda, pro- 12
ut in præſenti, quando pluries confectioni diſpoſitio-
nis derogantis contradixerint *Rota dec. 517. à n. 4. uſ-
que ad 11. cor. Eminentiſſ. Cerro & dec. 708. n. 3. cor. Se-
raphin. & dec. 256. n. 12. & 13. cor. Priolo.*

Et ita rejecta aſſerta obſervantia, quæ ex parte
Baronis à Schallembergh adducebatur, vel quia poſt
denegatum aſſenſum Epiſcopi nullus dabatur actus
convincens, quod abſentes fuerint vocati, votumque
dederint, licet non impediti, vel quia non effluxit
tempus ſufficiens ad præſtandum robur actui unde-
quaque nullo, & invalido, vel demum quia non pro-
batur in caſu præciſo, nempè quod fuerit admiſſum
votum Abſentis, proteſtantibus, & contradicentibus, 13
Capitularibus, ut opus eſſet adhoc, ut obſervantia
relevaret, ad tradita per *Rotam coram Pamphil. dec. 657.
n. 6. cor. Ubald. dec. 580. n. 7.*

Et ita reſponſum fuit utraque Parte informante.

R. P. D. CRISPO.

Romana Præcedentiæ.

Veneris 3. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

In antiqua Præcedentiæ controverſia inter Capellanos Toletanos Baſilicæ Liberianæ, & Clericos Beneciatos, confirmatur reſolutio, aliàs capta favore Capellanorum Toletanorum, & decernitur acceſſus ad locum differentiæ, non retardata Cauſæ expeditione.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia militans adinſtar Triumphantis, certos gradus, & ordines Eccleſiaſticis, juxta eorum Dignitatem, laudabiliter aſſignat.*
2 *Capellani Toletani in Liberiana Baſilica, tanquam Sacerdotali qualitate in eorum Inſtitutione decorati, Clericis Beneficiatis, in ſolo ordine Acholythatus, & Subdiaconatus conſtitutis, præcedere debent.*
3 *Idem ſervatur in Eccleſia Lateranenſi.*
4 *Et pariter in Vaticana.*
5 *Et in ipſa Liberiana Baſilica, quoad alios ſimiles Capellanos, qui licèt Clericis Beneficiatis poſteriores, illis tamen præferuntur.*
6 *Conſuetudo ut attendi debeat in materia Præcedentiæ, ſatis eſt, quod contra Jus hierarchicum præcisè non pugnet.*
7 *Dictio* — cum — *operatur, ut perſona cum aliis, ea mediante, conjuncta, eodem Jure, & prærogativa gaudeat.*
8 *Quid importet clauſula* — adinſtar.
9 *Regula de æquiparatorum natura exigit inter ſe ſimilitudinem.*
10 *Servanda eſt conſuetudo, ut Cappellani Toletani præcedant Clericis Beneficiatis, non obſtante quod unum Corpus facerent cum Presbyteris Beneficiatis.*
11 *Prædicti Capellani Toletani æquiparantur Beneficiatis, cum utriſque idem Chori ſervitium injunctum fuerit.*
12 *Inter pares in dignitate, ad effectum præcedendi, antianitas eſt attendenda.*
13 *Capellani, ſeu Beneficiati ex lege fundationis habentes in univerſum annexum ordinem Sacerdotalem, præferri debent Clericis, licet in erectione antiquioribus, ſi poſtea Sacerdotes efficiantur.*

DECISIO XLI.

VEruſta hæc contentio ſuper Præcedentia in Jure ſedendi in Choro Baſilicæ Sanctæ Mariæ Majoris ſupra Clericos Beneficiatos, ac æquali ſcamno cum ipſis Beneficiatis, quæ ſemper in omnibus Judicialibus diſſidiis pro Capellanis Toletanis diffinita prodiit; & reſcripto Sanctiſſimi ſub acri Partium certamine in noſtro Auditorio die 5. Maii 1710. reaſſumpta, eadem iterum pro eiſdem Capellanis Toletanis conſtabilita evaſit, Ex præſcripto itaque Commiſſionis mihi directæ, ut præviis duabus deciſionibus ad finalem hujus controverſiæ extinctionem procederem, ex parte ipſorum Toletanorum novo Tribunalis oraculo hodiè exquiſito, cum jam abundè omnia contraria objecta in mea præterita *Deciſione* profligata legerentur, inde admodum conſtantes DD. non hæſitarunt perſiſtere *in deciſis*.

Quemadmodum enim laudabiles controverſiæ, quæ inter Eccleſiaſticos ſuper ordine ſedendi, tempore præſertim, quo Sacris, & Divinis interſunt Miniſteriis,
1 à Cœleſtis Hieruſalem, & Triumphantis Eccleſiæ Imagine, in Eccleſia Militanti juxta gradus, & ordinis Dignitatem veniunt decidendæ, ut ex argumento *Text. in cap. ad hoc 7. diſtinct. 89. cap. ſolit. 6. de majorit. & obed. cap. ut debitas 59. de Appel. & cap. ex ore 17. de Privileg.* probat *Rota in Lucana Præeminentiarum 28. Junii 1700. §. 1. cor. Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*. Ex his ſanè perſpicuum redditur, quod Capellani Toletani cum ad inſtar Beneficiatorum, Sacerdotali qualitate in eorum primæva Inſtitutione decorati exiſtant, majores quoque, & digniores in ordine, ſupra Clericos Beneficiatos, ſolo, & nudo Acolythorum, & Subdiaconorum Miniſterio addictos, conſtituti dicantur, atque propterea ex ea majoris ordinis, & Dignitatis prærogativa, Præcedentiam, ſeu prælationem in ordine ſedendi ſupra ipſos Clericos
2 competere, dubium eſſe nequit, cum ſit caſus deciſus in eadem Liberiana Baſilica *in cap. Statuimus de majorit. & obed.* & ultra adductos *in præterita deciſione* probant *Pignatell. conſul. Canon. 132. num. 7. & ſeq. tom. 1. Gratian. deciſ. Marcb. 16. n. 7. Rot. in Colonien. Præcedentiæ 1. Julii 1695. apud Antonell. de Jurib. & oneribus Clericor. dec. 18. n. 6. & in Farfen. Canonicatus 8. Junii 1711. §. Tertium denique fundamentum, cor. Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, & 11. Decembris ejuſdem anni §. Verum prætermiſſa, cor. Me*.

Militante præſertim favore Toletanorum obſervantia, & conſuetudine, nedum cæterarum Urbis Patochialium, in quibus ſimiles Capellaniæ erectæ reperiun-
3 tur, ut de Lateranenſi Eccleſia teſtatur *Card. Raſpon. in ſua Hiſtor. de Patriarchal. Lateraneaſ. pag. 95.* De
4 Vaticana Teſtimonium perhibet *Card. Sacratus in dec. 214. num. 5. part. 4. tom. 2. rec.* & habetur *in dec. 288. n. 21. part. 6. rec.* quàm in ipſamet Liberiana Baſilica, ubi hæc eadem Præcedentia obſervata dignoſcitur quoad Capellanos Patritium, & columnenſem, qui
5 licèt in erectione ſint Clericis Beneficiatis poſteriores, adhuc ſine controverſia, quia eorum Capellaniæ ex fundatione Sacerdotales exiſtunt, Clericis præfatis præcedere apparent, ut aſſerit *Rota in d. dec. 214. num. 4. part. 4. tom. 2. rec.* Ex hac autem univerſali conſimilium Cappellanorum conſuetudine, Toletanos juvari poſſe videtur, cum non agatur de extendenda conſuetudine eorum favore contra Ordinem Hyerarchicum in Eccleſia ſervandum, quo caſu, ſicuti ipſa conſuetudo, veluti abuſus, & corruptela, non poſſet ſubſiſtere, ita nec minus aliis exemplum præcedendi tribuere valeret, ſed quidem agitur de conſuetudine diſpoſitioni Juris, & Hyerarchiæ uniformi, quæ ambigi nequit, quod tanquam favorabilis facilius mutuari permittatur;
6 cum de cætero ſatis ſit, ut conſuetudo, contra Jus Hyerarchicum præcisè non pugnet, ut omninò attendi mereatur, cum in Jure præcedendi conſuetudo totum operetur, ut ultra relatos in *Deciſ. §. Verum* firmant *Ventrigl. in Prax. rer. Eccleſ. tom. 1. annot. in §. unic. num. 15. Pignatell. conſult. Canon. 46. num. 4. verſ. quia etiam tom. 3. Nicol. in floſc. V. Conſuetudo numer. 1. Rota in Colonien. Præcedentiæ ſuper bono Jure 4. Junii 1696. cor. bo. me. Mato*, & pluribus relatis *in Andrea. Præminentiarum ſuper bono Jure 17. Februarii 1710. §. Præter aſſiſtentiam in fine cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Verùm præter Juris diſpoſitionem, ejuſque famulativam conſuetudinem pro Capellanis Toletanis aſſiſtit ipſa quoque litera fundationis, neceſſariam præſeferens interpretationem, ut ipſi eodem ferè modo, quo Beneficiati, Clericis præcedere teneantur; Capellanis enim prædictis ſervitium Eccleſiæ cum illius Canonicis, & Beneficiatis præcisè injunctum, & expreſſum extitit; illa autem dictio -- *cum* -- importare comperitur promiſcui conſortii ſervitium, ſive complexum Beneficiatorum, & Capellanorum; proindeque ſicuti à Beneficiatis retinetur Præcedentia ſupra 7
Clericos Beneficiatos, eodem modo, & pari Jure eadem pertinere debet Toletanis per dictam dictionem *Cum*, in Beneficiatorum conſortio ſaltem interpretativè conſcriptis ad *Text. in l. ſi quis ligaverit ff. de verbor. ſignific. Barboſ. Tractat. Var. diſt. 75. ex num. 6. uſque ad fin. cum aliis in Deciſ. quæ revidetur §. Præcipuè quia*. Accedente præſertim, quod in eadem fundatione eorum Capellaniæ ad inſtar dictorum Beneficiatorum conſtitutæ fuerunt; Undè ex illa clauſula *ad inſtar* 8
cum in omnibus, & per omnia Beneficiatis parificati evaſerint, ea omnia, quæ de illis prædicantur, etiam in ipſis verificari tenentur, ut probat *Deciſio* præterita loco mox allegato, & tradit *R. P. D. meus Anſald. in addit. ad eius dec. 82. n. 63.* & optimè *Rota dec. 252. n. 9. dec. 319. num. 1. p. 6. rec. & in dec. 89. nu. 20. p. 19. rec.*

Adverſus literalem Bullæ interpretationem, Capellanos Toletanos cum ipſis Beneficiatis in omnibus aſſimilantis, excipi minimè poterit, quod ſub Beneficiatorum nomine etiam ipſi Clerici Beneficiati venire poſſint, qui eiſdem inhærent, nec Papa explicando parificationem cum Beneficiatis, Clericos excludere intellexerit, qui ſimul cum Beneficiatis inſervire veniunt adſtricti. Corruit ſiquidem objectum præfatum, animadvertendo, quod in determinatione ſervitii Toletanorum cum Papa ſolos Beneficiatos nominaverit, ad ipſos ſolos, non autem ad Clericos reſpexiſſe dicendum erit, Toletani enim, & Beneficiati inter ſe ratione Sacerdotalis ordinis convenire quidem apparent; E' converſo verò eam Clericis apertè diſconvenire reſultat; ſervitium igitur una cum Beneficiatis demandatum, ob apertam rationis diverſitatem ad ipſos Clericos ibi non mentionatos, & conſultò omiſſos, porrigi propterea non congruit, qui mediante diſparitate ordinis, nullam cum Beneficiatis ſimilitudinem habere comperiuntur, ideoque in eiſdem æquiparatio facta cum Beneficiatis neutiquam verificari licebit juxta obviam 9
regulam de æquiparatorum natura inter ſe ſimilitudinem exigente, de qua *Rota in Lucana Præeminentiarum 28. Junii 1700. §. Demum, coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano*.

Aſſeri quin amplius valeat, quod dicti Clerici unum corpus cum Beneficiatis conſtituant, è quibus proinde per Toletanorum medium, ipſos ſcindi minimè deceat; Nullatenus namque conſtitit de hac corporis unitate per Clericos perperam allegata, quæ ſatis confutata cenſetur *in Deciſ. §. Prout quoque, & duob. ſeqq.* & inepta prorſus pro Toletanorum prælatione impedienda, reputanda veniret, quoties per longum temporis curſum alios Capellanos Patritium, & Columnenſem nuncupatos cætum hunc Beneficiatorum ab illo Clericorum interſecaſſe reſpicitur, & ſicuti abſque controverſia inter Partes procedit, quod iidem Capellani Patritius, & Columnenſis, licèt à Beneficiatis in erectione diſtincti, adhuc tamen ſupra Clericos in Choro ſemper prælationem obtinuerunt, ita non major ratio ſuadere videtur, quod etiam per Cappellanos Toletanos eadem ordinis Dignitate inſignitos, ac ex Decretis *Sacr. Rituum Congregationis à ſan. mem. Paolo V.* approbatis eodem Cappæ uſu in omnibus, & per omnia Beneficiatis æquiparatos, à Beneficiatis ſegregari licitè valeant, atque conſecutivè poſt ipſos dicti Clerici in inferiori loco ſedere teneantur, ut reſpondet *præterita Deciſio §. Sed quatenùs*, & priùs dixerat *Rota dec. 214. in fin. p. 4. tom. 2. rec.*

Prout quoque fruſtra per Clericos contendi videtur, quod Toletani conſiderandi ſint extra Chorum

tan-

tanquam ſimplices Pſalmiſtæ, ipſi verò uti Chori ſer-
vitio addicti, ſi non ratione Dignitatis, ſaltem ratione
Officii, Toletanis præferri mereantur; Nulla ſiquidem
intercedit diverſitas inter Miniſterium Clericorum, &
illud, quod Toletani in Choro vigore Bullæ Erectio-
nis præſtare remanent adſtricti, cum æquale ſit utriuſ-
que ſervitium, quod in officiatura præſtatur; ſuit e-
nim Capellanis Toletanis in Bulla præfata demanda-
tum inſervire in Choro *cum Beneficiatis*, id autem To-
letanos conſtituere videtur in eodem ordine, & quali-
tate, nedum Dignitatis, ſed etiam Choralis ſervitii
cum Beneficiatis, & per conſequens etiam ipſi in om-
nibus, & per omnia item ac Clerici, & Beneficiati de
Choro cenſeatur. Maximè quia præciſius hujuſmodi
Chori ſervitium in eadem Bulla injunctum habetur ibi
*— ſervitio Chori, Miſſis Conventualibus, Horis Canonicis,
Officiis, & Proceſſionibus, & aliis functionibus prædictis
aſſiſtendo, ac intereſſendo lucrandorum aſſignando* — quæ
21 quidem verba magis clara eſſe nequeunt pro expli-
cando omnimodo Chorali ſervitio, & officiatura, ut
ad rem arguit *Rota dec.* 98. *num.* 19. *& num.* 20. *part.*
59. *rec.* & dictum fuit *deciſ. Cauſæ diei* 5. *Maii* 1710. *§.
Minus obeſſe poterit, cor. Me*.

Denique pro excludenda Toletanorum Præcedentia
neutiquam Clericorum conditio melior effecta dici po-
teſt ex ſupervenienti Breve ſan. mem. Alexandri VII.
in quo aliquibus ex Clericis Sacerdotalis ordinis onus
injungitur, per quod paritate ordinis acquiſita, ipſi,
tanquam antiquiores, Capellanos præcellere adſtruunt,
juxta communem regulam, quod antianitas inter pa-
res in Dignitate ad effectum præcedendi ſit atten-
22 denda, de quo plenè *Rota in Romana Juris Honorifi-
ci ſuper petitorio* 24. *Martii* 1702. *§. Propterea, cor. Re-
verendiſſimo D. meo Molines Decano*. Quamobrem in
hac poſteriori Bulla Toletanorum prælationi præju-
dicatum eſſe non valuit, quia Pontifex Sacerdota-
lem ordinem ſubſtantialiter in Clericis, eorumque
Cœtu non requiſivit, ſed ſolummodo cauſativè, &
per accidens, pro ſupplendis ſcilicet Beneficiatorum
neceſſitatibus; undè in his terminis Toletani, tan-
quam ex lege fundationis in univerſum habentes anne-
xum ordinem Sacerdotalem, præferri debent Clericis,
23 licèt in erectione antiquioribus, ſi poſtea Sacerdotes
efficiantur, ut ad rem dictum fuit *in Farfen. Canoni-
catus* 8. *Junii* 1711. *§. Tertium denique, coram Reve-
rendiſſ. D. meo Molines Decano, &* 11. *Decembris ejuſdem
anni* 1711. *§. Verùm prætermiſſa, coram Me*.

Hæc quidem rationum momenta ex officio per DD.
in hac nova propoſitione rimata, Ipſos in reſolutis per-
ſiſtere omninò compulerunt. Fortiùs quia veritas hæc
hodiè magis corroborata emicuit ex ipſo facto Cleri-
corum, qui hanc Toletanorum Præcedentiam imme-
diatè poſt Beneficiatos quaſi fatendo, ſolummodo una-
cum Beneficiatis ſupplices exorarunt, quod fieret Ac-
ceſſus ad locum differentiæ, ut ex oculari inſpectione
ſcamni Beneficiatorum dignoſci, & delineari valeret
adequata locorum diſtributio, an pro ipſis Toletanis
poſt Beneficiatos locus vacuus ſupereſſe poſſet; quæ
quidem Inſtantia minimè contraria videtur fundamen-
tis præteritæ reſolutionis, in qua demandata fuit favo-
re Toletanorum Præcedentia ſupra Clericos, & imme-
diatè poſt Beneficiatos Sedes ibidem occupando, dum
in hac parte Clerici ex dicto acceſſu ullum ſubleva-
men captare nequeunt, cum ipſi preſſiori loco in Cho-
ro poſt Toletanos ſedere cogantur; Beneficiati verò ex-
indè immediatam admiſſionem Toletanorum in Jure
ſedendi in eodem ſcamno evitare pariter non valent;
Hinc propterea Domini hujuſmodi Inſtantiæ annuen-
do, acceſſum præfatum non aliter decernere decreve-
runt, quam non retardata Cauſæ reſolutione, illiuſ-
que expeditione.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Senogallien. Canonicatus.

Veneris 29. *Januarii* 1706.

ARGUMENTUM.

Quando his, aut illis formulis utatur Signatura Ju-
ſtitiæ in commiſſionibus Cauſarum. Quis dicatur
verè originarius ad effectum conſequendi Beneficium,
quod originariis alicujus loci conferri debeat; &
hac occaſione diſtinguuntur plures caſus Civili-
tatis.

SUMMARIUM.

1 *In collatione Beneficiorum, exiſtentes de loco, ſi ido-
nei fuerint, aliis extraneis præferendi ſunt*.
2 *Quando Signatura Juſtitiæ utatur in Commiſſionibus
Cauſarum clauſula* parito Arbitrio, *vel aliis ſu-
ſpenſivis, puta*, ſi quid exequendum, *& ſimili-
bus*; & n. 4. & 6.
3 *Literæ Apoſtolicæ celerem expoſcunt executionem*.
5 *Quæ ſit natura verbi* Parito.
7 *Arbitrium regulandum eſt ad tramites Juris*.
8 *Ex ſubreptione, vel obreptione Gratia redditur nulla*.
9 *Per ſententiam Executoris, judicantis Literas Apoſto-
licas non eſſe exequendas, vulneratur via executiva,
quæ illis inerat, & tunc tribuitur libera appellatio*.
10 *Idem practicatur, quando quis appellat à denegata
executione obligationis Cameralis*.
11 *Executio Literarum Apoſtolicarum, quæ fuerunt ex
omni parte juſtificatæ, non poteſt retardari*.
12 *De quo frequenter diſputari contingat, occaſione im-
petrationis, inter impetrantem, & primum Proviſum*.
13 *Statutum, ſeu etiam Bulla Pontificia favet Civibus in
concurſu extraneorum*.
14 *Domicilium, & civilitas ſpatio decem annorum con-
trahitur*.
15 *Limita, quando quis ratione militiæ, ſtudii, aut al-
terius muneris, vel negotii incolatum in aliquo lo-
co acquiſierit*.
16 *Ad acquirendam civilitatem alicujus loci, ſufficit ha-
bere in illo Beneficium*.
17 *Quando quis dicatur verè Civis alicujus loci*.
18 *In Statuto excluſivo fœminarum, non attenditur ma-
gis, vel minus caput incluſionis, niſi etiam con-
currat alterum excluſionis*.
19 *Uxor ſequitur civilitatem, & domicilium viri*.
20 *Declara quoad ſervitia, & cohabitationem mariti, ſe-
cus quoad alios effectus*.
21 *Non ſolet S. Pontifex, ſua ſuprema poteſtate, tolle-
re qualitates, & conditiones Beneficiorum, in li-
mine fundationis appoſitas*.
22 *Solus Epiſcopus approbare poteſt in fundatione condi-
tiones etiam Juri non conſentaneas, immò ipſi con-
trarias, & repugnantes*.
23 *Ob inobſervantiam pactorum reſcinditur quilibet con-
tractus, vel ſaltem datur actio ad factum, ſive in-
tereſſe*.
24 *De axiomate* Auth. *multo magis* C. de Sacroſ. Eccl.
25 *In civilibus concurſibus prævalere debet is, qui po-
tiores habet qualitates*.
26 *Et in Canonicis, ſeu Eccleſiaſticis, quoad collatio-
nem Beneficiorum*.
27 *Non dicitur originarius alicujus loci, qui nec ratio-
ne propriæ, nec paternæ nativitatis eſt de illo*, &
num. 61.
28 *Allectus per aliquam Communitatem in Civem non
gaudet privilegiis, à Principe, ſeu à Lege conceſ-
ſis veris, & originariis Civibus*.
29 *Limita, ſtantibus clauſulis comprehenſivis etiam Ci-
vium, ita aggregatorum, ſeu allectorum, à Prin-
cipe appoſitis*.
30 *Conclaviſtæ ex prægnantibus clauſulis privilegii, quo
gaudent, eligendi locum, Civitatem totius Sta-
tus Eccleſiaſtici, etiam ipſam Urbem, reputan-
tur impoſterum, tanquam veri, & originarii Ci-
ves*.

31 *Solus Princeps poteſt efficere de ficto verum.*

32 *Allectio in Civem facta per Civitatem, ſeu Communitatem ſubditam non ſuffragatur pro conſequendis muneribus, & Officiis ejuſdem Civitatis Aggregantis, in præjudicium veri, & naturalis Civis.*

33 *Adoptio, ceſſante Principis auctoritate, fieri non poteſt in præjudicium tertii.*

34 *Limita, quando talis allectio facta fuiſſet ad invitandum forenſem, pro firmanda habitatione in hoc, vel illo loco, habitatoribus deſtituto.*

35 *Bonum publicum ceſſare facit Jura privatorum.*

36 *Qui lares ſuos transfert ad aliquam Civitatem, vel locum cum ſucceſſiva habitatione ultra decennium, & ſupportatione onerum Civicorum, is in abſtracto dicitur verè Civis.*

37 *Amplia etiamſi iſte jam effectus domiciliarius accidentaliter abſit, etiam per regreſſum ad Patriam pro expediendis ſuis negotiis.*

38 *Quidquid ſit, an per regreſſum ad locum nativitatis, ſeu originis argui poſſit animus excluſivus firmandi domicilium.*

39 *An Civilitas per domicilium acquiſita præferri debeat Civilitati, de Jure, & ſecundum naturam contingenti ex nativitate, vel origine alterius loci, tam in favorabilibus, quam in odioſis.*

40 *An ſub nomine Civium hujus, vel alterius Civitatis veniant etiam ſuburbani, & diſtrictuales.*

41 *An ſub tali denominatione veniant non ſolum diſtrictuales, & concluſi in Territorio proprio illius Civitatis, vel etiam illi aliarum Civitatum, quæ ſunt in Statu, Juriſdictione, vel Principatu.*

42 *Præſuppoſita Principis lege diſtinguente extraneos, ſive alienigenas à naturalibus ſui regni, vel Principatus, transferens in alium Principatum ſuum domicilium, ibi reputatur extraneus.*

43 *Ita è converſo allecti in Cives, maximè per Principem, nullibi habentur pro extraneis.*

44 *Natus in aliquo loco acquirit Civilitatem illius loci, etiamſi natus fuerit occaſionaliter, ſive ex accidenti.*

45 *Epiſcopus non poteſt ordinare niſi ſibi ſubditos.*

46 *An Baptizatus in aliquo loco dicatur eſſe de illo ad effectum ſuſcipiendi Ordines Sacros ab Epiſcopo ejuſdem loci.*

47 *An expoſiti, & in aliquo Pio Loco, ad id deſtinato, recepti, dicantur eſſe de illo loco, tam reſpectu promotionis ad Sacros ordines, ſub aſſueta diſpenſatione, quàm quoad alios effectus.*

48 *Termini Civilitatis, à nativitate procedentis, à plurimis Doctoribus confunduntur cum Civilitate originaria.*

49 *Origo propriè dicitur, quando quis habuit Patrem, vel Avum, effectum Civem alicujus loci, quam filius retinet, licèt in alio loco natus fuerit.*

50 *Reſpectu verò originis avitæ, natus in alio loco, non ſecuta Patris emancipatione, dicitur natus in poteſtate Avi.*

51 *De competentia Fori ad terminos* l. hæres abſens ff. de Jud. *remiſſivè.*

52 *Pro acquiſitione Civilitatis ex cauſa originis, illa matris penitus deſpicitur.*

53 *Origo Patris, vel Avi, habentis in poteſtate alibi natum Nepotem, non amittitur per nativitatem quomodocumque accidentalem in alio loco.*

54 *Licèt quis ſit propriè, & naturaliter Civis illius loci, in quo naſcitur, illique obnoxius ad omnia commoda, & incommoda ſubeunda.*

55 *Tamen non repugnat, quempiam habere multiplicem Civilitatem, ex diverſis titulis proficiſcentem.*

56 *Baro, & Dominus alicuius loci, ſive habitet, ſive non, ex hoc ipſo, quod eſt Dominus dicitur, & eſt, nedum Civis, ſed etiam, primus Civis.*

57 *Cardinales Sanct. Rom. Eccleſiæ ſunt Senatores, ac Conſiliarii Papæ, tanquam Principis temporalis.*

58 *Et dicuntur Cives non ſolum Urbis, ſed etiam totius Status Eccleſiaſtici, adeo ut in quibuslibet Conſtitutionibus non veniant appellatione Forenſium.*

59 *Incola, licèt non perfectè domiciliarius, quandoque ſubjicitur Statutis, & ordinationibus loci, in quo eſt incola, tam in favorabilibus, quàm in præjudicialibus.*

60 *Ita habemus in Statuto Urbis c.* 180. lib. *1. diſponente, duas Sententias conformes habere vim trium Cives, & Incolas.*

61 *Incolatus, ſeu domicilium non ſufficit ad hoc, ut quis dicatur oriundus, vel originarius alicujus loci.*

63 *Ex eo quod quis ordinatus fuerit ab Epiſcopo talis loci, ibique habeat patrimonium, inferri non poteſt, ut dici poſſit oriundus ejuſdem loci.*

64 *Natura concurſus exigit, ut potior in hypotheca, & anterior poſterioribus creditoribus præferratur.*

65 *Verbum* præferri *importat concurſum, & reſpectivè antelationem.*

66 *In materia Succeſſionum, Patruus, aliique Collaterales, licèt ſint in rei veritate carne conjuncti, in Concurſu tamen deſcendentium, vel aſcendentium, veluti extranei in Jure nuncupantur, & habentur.*

67 *Atteſtationi Ordinarii, ſuper vita, & moribus Clericorum, eſt deferendum.*

68 *Proviſiones Beneficiorum non fiunt à S. Sede, niſi ſufficientibus Teſtimoniis honeſtatis, & probitatis vitæ.*

DECISIO XLII.

CUpientes Homines Terræ Mondulphi Patriam inſignire, cæteroquin, ut ipſi aſſerebant, Illuſtrem, ac inter principaliores, & ampliores Terras Status, ſive Ducatus Urbini, obtinuere *à ſan. mem. Urbano VIII.* Recuperatore ejuſdem Status, antiquam Parochialem inibi exiſtentem erigi in Collegiatam, quæ componeretur ex unica principali Dignitate ſub nomine Archipresbyteratus, ſexque Canonicis, ac quator Beneficiatis, & reſpectivè Manſionariis, ſuperaddita illa lege fundamentali -- *Itaut ad Archipresbyteratum, Canonicatus, & Præbendas, ac Beneficia prædicta obtinenda ex dicta Terra Oriundi, ſi idonei reperti fuerint, aliis extraneis præferantur* -- ut eſt etiam de mente Juris, tam Divini *in cap.* 18. *Deuter.* -- *Prophetam de* 1
Gente tua, quàm Canonici *in Can. nullus invitis, Can. Obitum, & Can. Emeritis diſt. 61. cap. neminem diſtinct. 79. cap. nè pro defectu de elect. cap. bon. mem. il 2. §. Intelleximus, de poſtulat. Prælatorum*, & Civilis *in l. in Eccleſiis C. de Epiſcop. & Cleric.* & tradiderunt *Innocent. in cap. quia diverſi, de conceſſ. Præbend. Odofred. in l. in Eccleſiis numer. 11. C. de Epiſc. & Cleric. Luc. de Penn. in l. quiſquis C. de omn. agr. diſert. lib. 11. Rebuff. de nominat. quæſt. 9. numer. 57. & quæſt. 21. numer. 55. Sot. de Juſt. & Jur. lib. 3. quæſt. 7. cap. 2. Azor. Inſtit. Moral. part. 2. lib. 6. c. 4. quæſt. 25. per tot. Guttierez conſ. 2. num. 23. & 24. Marant. reſponſ. 17. num. 10. & 11. tom. 3. Mandoſ. in reg. 16. Cancellar. quæſt. 91. per tot. Pariſ. de Reſignat. Beneficior. lib. 4. quæſt. 7. num. 2. Gonzal. in cap. de nobis, nu. 6. de Cleric. Peregr. Barboſ. Vot. dec. 33. n. 12. l. 2. Rot. dec. 28. num. 7. p. 15.* cum aliis *in Albanen. Archipresbyteratus 2. Junii 1702. §. Atque hinc, cor. Me.*

Cum igitur ad normam prænominatæ legis fundamentalis, ſive Apoſtolicæ ſanctionis, nulla uſque dum cecidiſſet in ſucceſſiva praxi difficultas, caſus nuperrimè præbuit, quod ſecuta vacatione unius ex prædictis ſex Canonicatibus per obitum Ubaldi, illum Ordinarius, tanquam in menſe Decembris ſibi competente replendum contulerit Franciſco Incolæ, ſeu Civi Domiciliario ejuſdem Terræ Mondulphi, ſed inſurgens Joſeph Maria, inſimulque prætendens, quod in vim memoratæ legis fundamentalis circumſtantia, ſeu qualitas *veri Oriundi* neutiquam concurreret in Franciſco, literas contrariæ proviſionis ad ſui favorem, utpotè ſuffulti hac qualitate, impetravit, reportavitque ex hujuſmodi ratione propitium Judicatum in Tribunal A. C. cui commiſſa fuerat executio earundem literarum, & tale Judicatum placuit etiam Sacro Auditorio cenſenti, *nullum intrare poſſe arbitrium pro retardatione executionis literarum Joſephi.*

Diximus reputaſſe *Dominos nullum intrare poſſe arbitrium*, utpotè obtemperantes, ut par erat formulæ, ſeu Commiſſioni, ac Reſcripto Signaturæ Juſtitiæ. Quandò enim Executor Literarum Apoſto-

lica-

licarum judicavit ſavore Impetrantis, tunc ubi ei-
dem Signaturæ Juſtitiæ videatur negotium ſibi pro-
mereri majorem aliquam diſcuſſionem reſcibere con-
ſuevit *parito literis arbitrio*, cum nequeat in his termi-
nis adhibere alias clauſulas ſuſpenſivas ex.gr. *ſi quid exe-
quendum -- conſito, quod ſit locus Ægidianæ -- conſito de
duabus, vel tribus ſententiis* -- cum ſimilibus, de qui-
bus apud *Hond. conſ.29. num.14. lib.2. Gratian. diſceptat.
foren cap.968. num.3. Mareſcott. Var. lib. 2. cap. 121. nu-
mer. 17. Marcheſan. de Commiſ. appellat. ab oblig. Came-
ral. part.1. §.1. num. 130. & ſeqq. fol. 705. Saluſt. Tiber.
in Prax. lib. 1. cap. 27. num. 4. Barboſ. de Clauſul. clauſ.
169. Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 13. num. 496. Card.
de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc. 31. n. 30. Rot. dec. 87.
num.1. & dec.79. n.2. poſt Conc. de Cenſ. dec.216. n. 3. co-
ram Coccin. dec. 574. n. 24. & 25. coram Bich. & dec.
202. n. 4. coram Emerix jun. dec. 38. part.7. dec. 79. n.2.
& 3. p.12. & dec. 685. n.2. p.18. rec.*

Siquidem ſubjecta materia Literarum Apoſtolicarum
hanc ſibi vindicat reverentiam, ut promptæ, & ce-
3 leri executioni demandentur, ut ait *Lotter. de Re Be-
nefic. l. 3. quæſt. 11. num. 64. & ſeqq. Ridolphin. in Praxi
part. 2. cap. 8. num. 54. & ſeqq.* cum aliis *in Cortonen.
Beneficii 18. Maii 1697. §. fin. cor. Me inter hactenus im-
preſſ. dec. 4.* unde ſuperaccedente Judicato Executoris,
eadem Signatura, Principem repræſentans, in commit-
tendo Cauſas, niſi crediderit canonizari poſſe Judica-
tum ſuper executione Literarum Apoſtolicarum cum
clauſula *ſine præjudicio* circumſpectè utitur verbo po-
4 tiùs abſoluto *parito literis*, quod etſi ita abſtractivè
conceptum, auferret Juriſdictionem ulteriori Judici de-
ſuper manus apponere volenti, ut eſt de natura ver-
5 bi abſoluti *Parito* ex collectis per *De Roſ. de Execut.
Literarum Apoſtolicarum par. 2. c. 4. n. 33. & ſeqq. Modern.
Aſculan. ad Stat. Urb. tom. 2. annot. 52. num. 233. & ſeqq.
& n. 362. Rot. dec. 36. n. 1. cor. Gregor. dec. 691. n. 1. ubi
Adden. n. 6. & 7. coram Pamphil. & dec. 221. n. 1. & ſeqq.
coram Emerix Jun. & in rec. dec. 335. n. 2. & 3. p. 16. &
dec. 731. n. 1. p. 18.* cum aliis *in annot. ad dec. 1. n. 5. in-
ter hactenus impreſſ. coram Me*.

Ubi tamen ob enunciatam rationem alicujùs turbidi-
tatis, vel indigentiæ alterius diſcuſſionis ſibi videatur
committere Cauſam in ſuſpenſivo ſemper ſuperadjun-
6 git *Arbitrio*, ita modeſtè impartiendo alteri Teibunali,
vel S. Eccleſiæ Romanæ Cardinali Delegato poteſta-
tem abſtinendi à jam decreta executione pro illo arbi-
7 trio, quod poſtea regulandum venit ad tramites Juris,
ut dicunt *Bartol. in Extravag. ad reprimendum V. Videbi-
tur numer. 8. & ad l. fin. §. Sed & ſi num. 16. C. de com-
mun. de legat. Mareſcott. Var. Reſolut. lib. 1. cap. 97. nu-
mer. 2. Tondut. Quæſt. Benef. cap. 146. nu. 17. Cyriac. con-
trov. 302. num. 79.* & infinitis cumulatis *Rocc. ſelect. Jur.
Diſput. cap. 86. n. 1. Barboſ. clauſ. 10. num. 2. Rot. dec. 369.
num. 2. coram Dunoz. jun. dec. 402. num. 1. cor. Peutin-
ger. deciſ. 101. num. 1. cor. Zarat. & dec. 165. numer. 1.
cor. Emerix jun. & in rec. dec. 154. num. 1. & ſeqq. part.
12. dec. 323. n. 1. p. 16. dec. 278. n. 2. p. 17. dicta dec. 731.
n. 2. & ſeqq. p. 18. & dec. 552. n. 1. & dec. 619. nu. 1. p.
19. tom. 2.*

E' converſo autem quoties primus, ſeu directus E-
xecutor ex aliquo capite judicaſſet, *Literas Apoſtolicas
non eſſe executioni demandandas*, ut plerumque contingit
ex fundamento ſubreptionis, vel obreptionis, quod
Gratiam, ſeu Literas Pontificias facit reputari extor-
8 tas, & acſi Gratia, vel Literæ conceſſæ non extitiſ-
ſent, juxta reſponſum *Innocentii III. in cap. conſtitutus,
& cap. ſuper literis, de reſcriptis, ubi Abb. Innocen.*,
cæterique Canoniſtæ communiter, tunc quia non in-
trat reſcriptum *parito literis arbitrio*, provocante, ſeu
appellante Parte ſuccumbente tribuitur libera appella-
tio, quæ regulariter non denegatur à denegata execu-
9 tione Literarum Apoſtolicarum, ex quo jam vulnera-
ta remanſit illa via executiva, quæ inerat omni jure
Literis Apoſtolicis, quemadmodum firmant *Ridolphin.
in Prax. part. 2. cap. 8. num. 157. & cap. 9. num. 190.
De Roſ. de Execut. Literar. Apoſtolicar. part. 1. cap. 10. nu.
16.* & videmus practicari, licèt in debilioribus terminis,
10 quando quis appellat à denegata executione obligatio-
nis Cameralis, teſte *Scacc. de Appellat quæſt. 17. limi-
tat. 9. num. 30. Zacch. de Obligat. Cameral. quæſt. 37. n.
68. & 69.*

His igitur fortaſſè pro lucidiori intelligentia reſcri-
ptorum, non omninò inopportunè præmiſſis, ac deve-
niendo ad viſcera, ſeu fundamenta hodierni Rotalis
articuli, ſeu reſponſi; Retentoque principio, de quo
ſupra, quod arbitrium reguletur à jure, utique de
jure viſum eſt, quod executio literarum Joſephi Ma-
riæ retardari non poſſet, cum eædem literæ forent in
qualibet ipſarum parte juſtificatæ, ex iis, quæ perpe-
tuò in hoc caſu dixit *Rota*, & ſignanter *in dec. 369.* 11
*n. 2. cor. Dunoz. jun. dec. 89. n. 1. cor. Celſ. dec. 402. n. 2.
coram Peutinger. dec. 101. num. 3. coram Zarat. dec. 165.
num. 2. dec. 410. num. 1. & dec. 1091. pariter n. 1. coram
Emerix jun. & in rec. dec. 558. n. 1. part. 1. dec. 348. n. 1.
p. 5. dec. 109. num. 22. p. 6. dec. 174. n. 1. p. 7. dec. 323.
n. 2. part. 16. dec. 48. num. 2. p. 18. & dec. 552. nu. 2. p.
19. tom. 2.*

Et de facto ſuper cæteris requiſitis, nempè vacatio-
nis, idoneitatis Joſephi ad aſſequendum Canonicatum,
excepto obice, de quo infra, necnon valoris cum ſimi-
libus nulla coincidebat quæſtio inter Partes, illaque
proinde principaliter reducebatur ad examen, utrum
vigore præmiſſæ regulæ ſtabilitæ *per ſan. mem. Urba-
num VIII.* in hac erectione Collegiatæ, Franciſcus ab
Ordinario aliàs legitimè proviſus, careret volita, &
ſancita qualitate *ex dicta Terra* (nempè *Mondulphi*) *O-
riundi*, cum in hoc effectivè ſubſtantiaretur Gratia
Sanctiſſimi D. N. *Clementis XI.* feliciter Regnantis,
quam Joſeph fuerat aſſecutus, juxta frequentes caſus 12
diſputari conſuetus *in Sacra Rota* ſuper defectu qualita-
tis in primo Proviſo, ſeu Contendente, & concurren-
tia ejuſdem qualitatis in altero impetrante aliquod Be-
neficium à Sancta Sede, de quibus videre eſt *in dec.
289. num. 2. coram Rojas dec. 122. à num. 7. coram Bich.
dec. 241. num. 2. & 3. cor. Peutinger. dec. 86. num. 4. cor.
ſan. mem. Alexandro VIII. dec. 867. à num. 1. ad ſeqq. co-
ram Emerix. jun. dec. 97. à num. 3. part. 3. rec. dec. 122.
num. 1. & ſeq. p. 11. & in Valentina Beneficii 9. Janua-
rii 1693. §. Moti quia, cum ſeq. cor. Reverendiſſimo P. D.
meo Molines Decano, & in Faventina Beneficii 11. Februa-
rii 1704. §. Cum enim Franciſcus, cum ſeqq. cor. R. P.
D. meo Muto*.

Dicebat itaque ad ſui defenſionem Franciſcus Col-
latarius Ordinarii in menſe vacationis ſecutæ ad provi-
ſionem ipſius Ordinarii quod perperam illi objectaba-
tur defectus qualitatis *ex Terra Mondulphi Oriundi*;
Cum enim mens Pontificis *Urbani VIII.* mandantis
præferri præfatos *Oriundos ex dicta Terra* alia eſſe non
poſſet, quam providere hominibus, nè dicamus Ci-
vibus Mondulphi, ſecundum Divini Redemptoris Re-
ſponſum Mulieri Cananeæ, efflagitanti recuperatio-
nem ſalutis *Matthæi cap. 15. n. 24.* quæ ſanè intentio 13
imbibita eſt in omnibus Statutis faventibus Civibus
in concurſu extraneorum, ut de ratione ſimilium Bul-
larum, & ſignanter *Bonifacii IX.* fuit dictum in illa
*Ferrarien. ſeu Imolen. Bonorum 1. Julii 1701. & 23. Apri-
lis 1703. coram Me*.

Subjungebat idcircò Franciſcus, quod non minùs ip-
ſe, quam ejus Pater per ſpatium circiter 40. annorum
domicilium contraxerant in Terra Mondulphi; Undè 14
cum domicilium, & ſubalterna civilitas contrahatur
longè minori ſpatio, ſcilicet decem annorum, ad tradi-
ta per *Sard. conſ 361. num. 47. Becc. conſ. 1. num. 23. Al-
tograd. ſenior. conſ. 27. n. 11. & conſil. 28. num. 39. vol. 2.
Ciarlin. controv. forenſ. cap. 10. num. 140. Adreol. controv.
239. ſub numer. 37. & controv. 364. ſub num. 14. Anto-
nell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 75. num. 1. Rot. dec. 154.
num. 4. penes Merlin. de legitim. deciſ. 331. num. 4. cor.
Merlin. cum aliis in tract. de Commerc. & Mercat. diſc.
10. num. 10.*

Non poterat idem Franciſcus non cenſeri Civis, ſi-
ve Homo ex Terra Mondulphi, dum, ut præmiſimus,
illius Pater, & ipſe per intervallum adeo exuberans,
contraxerat in eadem Terra, & acquiſiverat perfectum
domicilium; nullibi in facto applicabilibus limitationi-
bus, quando quis ratione Militiæ, Studii, aut alterius
muneris, vel negotii non fixi Incolatum acquiſiverit in
aliquo loco, quia tunc deeſt animus, qui aliàs requi-
ritur ad acquirendum domicilium, ac perfectam civi-
litatem, ex relatis per *Alciat. conſ. 3. num. 16. lib. 5.
Redenaſch. conſ. 90. n. 21. & 23. lib. 1. Gabriel. conſ. 189.
n. 20. vol. 2. Gratian. diſcept. forenſ. 181. num. 4. Manſ.*

conſult. 60. n. 12. Farinac. in Fragm. part. 1. lit. D. n. 225. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 75. n. 5. Novar. de Electione. & variat. for. ſect. 3. quæſt. 73. n. 3. Rot. dec. 279. n. 7. cor. Gregor. & ibi Adden. n. 26. dec. 145. n. 29. coram Ottobon. dec. 43. n. 16. p. 5. & dec. 459. num. 16. p. 19. rec. in Bononien. Pecuniaria 24. Martii 1701. §. Sed quatenus etiam, & 13. Junii ejuſdem anni §. Non refragante, cor. R. P. D. meo Priolo, & in Burgen. Beneficii, ſeu Portionis de Gredilla 17. Februarii 1702. §. Neque valet deſumi, cor. R. P. D. meo Muto.

Fortiùs dum Franciſcus in præfata Terra Mondulphi reperiebatur ordinatus, atque promotus ad Dignitatem Sacerdotalem, ſub titulo Patrimonii effectivè exiſtentis in Terra Mondulphi; Undè per eminentiam rationis cenſeri debebat idem Franciſcus de prædicto
16 loco Mondulphi, dum ad hujuſmodi effectum Civilitatia, etiam præciſivè à Patrimonio inibi ſito, conſiderant, & admittunt Doctores, quòd ſufficiat habere Beneficium in dicto loco, *Bartol. in l. 1. n. 14. ff. ad Municipal. Oldrad. conſ. 32. per tot. Surd. conſ. 301. num. 7. Capyc. Galeotta controv. 67. lib. 8. num. 2. Carol. de Groſſ. de effect. Clericat. in proœm. num. 371. in fin. verſic. & quod dictum eſt, Bellet. Diſquiſit. Clerical. tit. 1. §. 20. n. 15. & ſeqq. Ageta in Annotat. ad dec. Moles tom. 2. §. 8. quæſt. 1. num. 49. Boer. dec. 60. num. 20. Rot. dec. 598. n. 3. coram Coccin. dec. 73. n. 7. & dec. 89. n. 24. cor. Cerro, & dec. 127. n. 7. p. 9. rec.*

Conſpirante in hoc ipſum communi ſententia *Scribentium*, quod ubi quis retinet Domicilium in aliquo loco, ibique habeat bona, & idcircò ſubſtineat onera Communitatis, mediante ſolutione eorundem onerum publicorum, ſeu vectigalium; tallearum, ac impoſi-
17 tionum Principis, vel Communitatis, reputetur, & ſit verè Civis illius loci, ſicuti ad duriorem effectum fuit dictum *in illa Ferrarien. de Pendaſiis 7. Junii 1647. 10. Februarii, & 1. Julii 1648. coram Royas inter ejus impreſſas dec. 332. dec. 355. & dec. 382.* & proſequuntur *Dec. conſ. 661. n. 6. Menoch. conſ. 1129. num. 14. & ſeqq. Caſtren. conſ. 89. in fine lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ. 623. num. 26. Paitell. Dec. Cauſ. Civil. annot. 97. ſub num. 28. Giurb. obſervat. 75. & 76. Card. de Luc. de Præemin. diſc. 37. num. 3. Rota dec. 98. num. 2. cor. ſan. mem. Alexand. VIII.*

In omnem verò caſum quando de ſtricta intelligentia verborum *Oriundi ex dicta Terra* valeret inſurgere aliqualis ambiguitas, profectò (ſubdebat Franciſcus) ille nequibat cenſeri extraneus, prout ſunt re vera alii Alienigenæ, in hoc, vel illo loco bona non tenentes, vel aliàs non perfecti Domiciliarii, adeout dum ipſe non erat extraneus, ſed in Terra Mondulphi bona, & Patrimonium retinebat, atque fortitus ex hoc capite fuerat gradum Sacerdotalem, nullibi cadebat favore Joſephi illa antelatio, quæ ſolùm in Verbis, & ad veriſimilem, & juridicam intentionem *ſan. mem. Urbani VIII.* conceſſa fuerat *Oriundùs*; Non enim in qualibet diſpoſitione ſat eſt implere magis, vel minus caput incluſionis, niſi concurrat, & conjungatur
18 alterum excluſionis ex iis, quæ non abſcedendo à terminis Statutorum; habemus in propoſito Statuti excluſivi fœminarum, ex adductis per *Dec. conſ. 383. nu. 4. verſ. & quia, Altograd. jun. contr. 22. nu. 4. Palm. Nepos alleg. 89. num. 14. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 1. Card. de Luc. de Succeſſion. ab inteſtat. diſc. 22. n. 7. Rot. dec. 438. n. 4. p. 14. rec.*

Potiſſimè, quia ad tollendam hanc omnimodam extraneitatem in Franciſco, quæ ipſum repelleret à concurſu, intercedebat, quod ejus mater effectivè erat de Terra Mondulphi; Licèt etenim origo materna ad dimetiendam veram originem parum attendatur, ex quo mulier nupta, quæ fit per Matrimonium una caro
19 cum viro, ſequi dicatur Civilitatem, & Domicilium viri ex juribus, & rationibus animadverſis per *Bald. conſ. 439. col. 2. verſ. ſed dicet lib. 4. Gratian. conſ. 12. numer. 11. lib. 2. Guttierez conſ. 7. nu. 8. Altograd. conſ. 97. vol. 1. Ciriac. contr. 273. & 291. Gratian. diſcept. forenſ. c. 623. n. 11. & ſeqq. Molin. reſol. 8. num. 46. Tiraquell in l. 1. Connubial. à n. 28. Petrus Barboſ. in l. hæres abſens artic. de for. original. numer. 40. Otter. de Paſc. cap. 4. n. 14. Card. de Luc. de Dote diſc. 194. num. 4. & 5. Revit. dec. 75. Theſaur. dec. 123. Surd. dec. 330. poſt. 4. vol. conſil. ex num. 9. Rot. dec. 9. n. 2. & ſeq. p. 18. recentior.*

Adhuc ad finem expurgandi notam totalis extraneitatis, Civilitas, & naturalitas illius matris ſufficere valebat, cum æquo modo ſortiantur natalis, immò magis certitudinaliter à Matre, quam à Patre, & in tantum origo Matris minimè ex præmiſſis ſpectetur, in quantum ex Cauſa Matrimonii, nè mulier diſtrahatur à ſervitiis, & cohabitatione ejus Mariti, ſolùm ſuſpenditur ejus origo, ſed mulier ad alios effectus
bene retinet originem propriam, itaut præciſivè à ſeque- 20
lis Matrimonii remaneat obnoxia, & hypothecata, ſicuti maſculi oneribus Patriæ ſuæ, prout ex Doctrina *Bartol. in l. final. §. Item reſcripſerunt n. 5. ff. de municip. & in l. unic. n. 1. C. de mulier. & in quo loco li. 10.* obſervarunt *Dec. in l. 1. num. 17. l. inter virum, & uxorem, Tiraquell. ad l. connubial. part. 1. gloſ. 1. nu. 30. & 37. Antun. de Donat. Reg. lib. 2. cap. 15. num. 19. Card. de Luc. de Dote diſc. 109. num. 4. & ſeqq. Modern. Balducc. ver. Judic. tom. 1. tit. de Dote, & Muller. oblig. dec. 39. à n. 41. & ſeqq.*

Verum hiſce ratiociniis; & diſcurſibus parum refragantibus, *Domini* concorditer exiſtimarunt *nullum*, ut diximus, *eſſe locum arbitrio*, ſeu quod idem in effectu eſt, literas Joſephi ad normam Judicati in Tribunali A. C. indubiam ſibi promereri executionem, quia non per hoc Franciſcus, & ſi forte non foret totaliter extraneus, adhuc habebat Veſtem nuptialem, veri *Oriundi ex Terra Mondulphi*, cum etenim hæc lex, ut præfertur *Oriundus ex Terra Mondulphi* conſtabilita fuiſſet in ipſo limine fundationis; ſeu Erectionis Collegiatæ, de qua agebatur, certum utique in abſtracto erat, quod poſita deficientia veſtis nuptialis in Franciſco, nequibat Epiſcopus eidem legi fundationis, directè, vel indirectè per Collationem ipſi Franciſco
factam, præjudicare, aut derogare, dum neque idem 21
Summus Pontifex qualitatibus, & conditionibus adjectis in fundatione ſoleat unquàm utendo ſua ſuprema poteſtate contraire, quemadmodum tradunt *Caſtropal. Oper. Moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 1. n. 17. Lambert. de Jur. Patr. lib. 2. part. 3. quæſt. 9. art. 10. per tot. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 10. à n. 98. & ſeqq. Vivian. de Jurepatr. lib. 14. ca. 3. num. 16. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 9. §. 1. num. 26. Rot. dec. 368. num. 1. lib. 1. & dec. 229. pariter num. 1. lib. 2. coram Puteo dec. 117. n. 15. coram Carill. & dec. 168. num. 2. coram Emerix ſenior. deciſ. 159. num. 12. p. 10. & dec. 372. num. 7. p. 57. recent.*

Eaque eſt ratio, quia nedum Eccleſia amat pro ſalute Animarum debere potiùs allici Sæculares ad fundanda Beneficia, quàm per inobſervantiam pactorum,
ſeu conditionum, ac qualitatum appoſitarum in fun- 22
datione deterreri, adeout ſufficiat interfuiſſe approbationem ſolius Epiſcopi, factam in fundatione, continente conditiones, & qualitates etiam aberrantes à jure, ſive ipſi contrarias, & repugnantes ad *Text. in cap. nobis, & cap. præterea, de Jur. patr. Ancar. conſ. 129. Gratian. diſcept. forenſ. 522. num. 47. Tondut. Quæſt. Beneſic. lib. 1. cap. 1. num. 12. & ſeqq. Cyarlin. contr. forenſ. c. 139. num. 7. Lambertin. de iur. patr. l. 2. quæſt. 1. art. 7. num. 2. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. alleg. 53. & alleg. 70. num. 39. & ſeq. Lotter. de Re Beneſ. lib. 1. quæſt. 32. nn. 2. & ſeq. Card. de Luc. de juriſdiction. diſcurſ. 6. num. 10. & diſc. 41. n. 7. Rot. dec. 274. n. 5. cor. Royas dec. 553. & dec. 1000. utrobique numer. 4. cor. Emerix jun. deciſ. 290. numer. 9. & 10. part. 13. & dec. 252. numer. 22. part. 16. & dec. 476. num. 1. part. 19. recent. & in Tiraſonen. Patronatus 19. Novembris 1691. §. Prout nullius in fine coram Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano impreſſ. penes Modern. Piton. diſcept. 25. numer. 31. in fin. pag. 423.*

Sed etiam quia Eccleſia tanquàm pia mater, & Cultrix Juſtitiæ, & æquitatis, libenter abſtinet à violatione conditionum, ac qualitatum adjectarum in fundatione, ex quo alias in illa Eccleſia Beneficium abſque tali pacto, conditione, & qualitate fundatum non fuiſſet. Quapropter dum homines Terræ Mondulphi ære proprio contribuerunt ad efformandam dotem hujus Collegiatæ in ſc. 700. ut legitur in Bulla *ſan. mem. Urbani VIII. ibi — & pro dotibus omnes proprietates, fructus, & emolumenta ipſius Parochialis Eccleſiæ, ac bona ſtabilia valoris in proprietate ſc. 700. per Univerſitatem, & Homines prædictos aſſignanda, & emenda — Summ.*

Joſephi

Joſephi num. 1. *lit. d.* hinc ſi reſcinderetur quilibet contractus etiam prophanus ob inobſervantiam pactorum,
23 vel ſaltem ceſſantibus clauſulis reſolutivis, daretur actio ad factum, ſive ad intereſſe, ut conveniunt *Natt. conſ.* 171. *n.* 1. *lib.* 1. *Bellon. Jun. conſ.* 13. *num.* 79. *& 43. Rocc. diſput. jur. ſelectar. cap.* 205. *num.* 3. *lib.* 2. *Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 53. *Adden. ad Buratt. dec.* 640. *num.* 28. *Rot. dec.* 365. *numer.* 18. *& ſeq. per tot. part.* 16. *rec. & dec.* 138. *num.* 7. *part.* 18. cum aliis *in Romana, ſeu Reatina Fideicomm.* 23. *Januarii* 1696. *cor. R. P. D. meo de la Tremoille.*

Quid dicendum, ubi hæc lex radicata fuit in centro fundationis per Auctoritatem Summi pontificis, io cujus poteſtate eſt abſolutè iu his materiis ſancire, & diſponere, notorio impellente axiomate *Auth. multo*
24 *magis C. de Sacroſan. Eccleſ.* cum aliis ad oroatum potius, quam ad neceſſitatem allatis per *Sud. conſ.* 453. *nu.* 18. *Cravett. conſ.* 290. *n.* 7. *Decian. conſ.* 49. *n.* 55. *vol.* 2. *Fontanell. deciſ. Cathalon.* 166. *n.* 4. *Surd. dec.* 254. *nu.* 15. *Rot. dec.* 69. *num.* 4. *p.* 18. *dec.* 498. *n.* 39. *p.* 19. *rec. & in Ferrarien. Primogenituræ* 16. *Februarii* 1705. *§. Quin etiam pro coronide, cor. Me.*

Applicando igitur ad rem, utique viſum non fuit, quod Franciſcus, & ſi oonomnino extraneus, valeret ex motivis ſupra in objecto recenſitis concurrere cum Joſepho vero originario Terræ Mondolphi; nam dato millies concurſu, & non totali excluſione Franciſci per expurgatam objectiooem veræ extraneitatis; Nihilominus quoties ex mox ſubnectendis, Franciſcus non erat *verè oriundus ex Terra Mendulphi*, pro-
25 ut erat Joſeph, palam ſequebatur, quod Joſeph in hoc ipſo concurſu anteponeretur, cum in omnibus concurſibus prævaleat, & ſuperexcellat ille, qui habet potiores qualitates, ut in Civilibus in concurſu potiorum habetur per *l.* 1. *& tot. tit. ff. & Cod. qui potior. in pign. habeantur cum cæteris per Salgad. labyr. Creditor. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 166. *& alibi frequentiſſimè*, & in propoſito Canonicarum determinationum, ſive Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſeu Eccleſiarum Paro-
26 chialium, frequens eſt, & quotidianum ex *Rot. dec.* 486. *n.* 6. *cor. Royas dec.* 174. *nu.* 1. *dec.* 204. *nu.* 2. *& dec.* 219. *num.* 8. *cor. Celſo, dec.* 273. *num.* 1. *& dec.* 815. *in principio cor. bon. me. Emerix dec.* 393. *nu.* 20. *p.* 17. *& dec.* 175. *num.* 4. *p.* 18. *rec. cum aliis adductis concordan. in Albanen. Archipresbyteratus* 2. *Junii* 1702. *§. Altera verò ratio, cor. Me.*

Quod verò Franciſcus nunquam in concurſu Joſephi dici poſſet *oriundus ex Terra Mondulphi*, liquere videbatur manifeſtè, quia Franciſcus natus erat in Terra *Montis Podii*, eratque omninò, & certitudinaliter originarius ejuſdem Terræ *Montis Podii*; Quamobrem cum & ratione paternæ originis, & propriæ nativitatis, non eſſet in rei veritate ex Terra Mondulphi,
27 clarum erat, quod Franciſcus eliminandus eſſet à concurſu cum Joſepho, prout ad explicationem vocabuli, ſeu termini *Oriundi* dixerunt *poſt Gloſ. in cap. Uſurarum verbo — Alienigenas — de uſur. in* 6. *Jaſon. in leg. hujuſmodi P. Megatum numer.* 18. *ff. de legat. Alciat. in l.* 147. *&* 190. *ff. de V. ſignific. Briſſon. eodem tractat. lib.* 13. *V. oriundum, Spiegel in Lexicon Jur. Civil. in V. oriundus, Ciarlin. contr. forenſ. lib.* 2. *capit.* 149. *num.* 9. *Carleval. de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 88. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1141. *numer.* 1. *a.* 8. *& ſeq. Garz. de Benef. part.* 7. *cap.* 9. *n.* 25. *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcopi alleg.* 4. *num.* 6. *Pax Jordan. Elucubrat. Canonic. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 25. *numer.* 15. *Seſſ. deciſ. Aragon.* 30. *Rota dec.* 66. *numer.* 20. *part.* 16. *rec.*

Et quoniam ad limites hodiernæ controverſiæ plures ab hinc indè Scribentibos ſuper hoc Articulo, atque intelligentia vocabuli *Originis*, *Originarii*, vel *Oriundi* coacervabantur doctrinæ, & concluſiones, placuit *Dominis* plures pariſormiter caſus io materia hujus derivationis, ſive civilitatis, paſſim in foro obtingentis, quantum fieri poterat, ſecernere. *Primus* igitur caſus erat in ordine ad illam civilitatem, quæ acquiritur, mediante allectione in Civem, quæ fiat per aliquam Communitatem, & hic revera non dicitur Civis Originarius, aut Oriundus, ſive proprius, &
28 naturalis, & idcircò non gaudet, niſi impropriè favoribus à lege, vel à Priocipe conceſſis veris, & originariis Civibus, ideoque ſi Lex, Prioceps, vel Statutum meminerit de origine, hic Civis allectus non fruitur hujuſcemodi privilegiis, ut notat *Barb. in l. hæres abſens §. Proinde de foro ratione originis num.* 58. *ff. de Judic.* niſi Princeps clauſulas tales adiiciat in ſuo 29
privilegio, per quod voluerit Civem à ſe aggregatum, & allectum huic, vel illi Communitati, gaudere, ac ſi foret propriè Originarius, uti limitant *Bart. in l. ſi quis pro emptore n.* 34. *ff. de uſucapion. Bald. in l. omnes Populi nu.* 92. *ff. de juſtit. & jur. Barboſ. ubi ſupra num.* 62. *Bald. conſ.* 460. *lib.* 1. *Riminald. jun. conſ.* 23. *numer.* 110. *& ſeqq. lib.* 1. *Menoch. conſ.* 1129. *numer.* 11. *Robertus Marant. conſ.* 103. *nu.* 20. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. *in fine Seſſ. dec. Aragon.* 90. *nu.* 2. *p.* 1. *Rot. dec.* 24. *num.* 10. *poſt Merlin. de legitim. dec.* 882. *n.* 9. *cor. Merlin. & dec.* 292. *n.* 6. *cum ſeq. p.* 6. *recent.*

Exemplum familiare habemus iu Privilegio Conclaviſtarum, cum enim hujuſmodi privilegium concedi ſoleat per Summum Pontificem noviter electum, ex rationabiliſſima cauſa laborum, vigiliarum, aliarumque onerum, quæ ſupportant Conclaviſtæ, inſervientes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, in tam grandi negotio electionis Supremi Antiſtitis Eccleſiæ univerſalis occupatis, & inter arctos limites ipſius Conclavis intercluſis, atque inſimul intercedant clauſulæ prægnantiſſimæ, quod hi Conclaviſtæ valeant eligere quem malueriot locum, ſeu Civitatem totius Status Eccleſiaſtici, comprehenſa etiam ipſa Urbe aliarum Regina, pro nanciſcenda omnimoda Civilitate Civitatis 30
prælectæ; itaut gaudeant imposterum omnibus privilegiis veris Civibus competentibus, *ſine ulla prorſus differentia inter eos, & ſingulos alios veros Originarios, & antiquiſſimos etiam Nobiles, & participantes Cives ipſius Urbis, vel Civitatis*, quemadmodum ſonant verba hujuſmodi Indulti, nefas eſt dubitare de inſuſione originalitatis, & perfectæ Civilitatis, ut fuit admiſſum *in Ferrarien. ſeu Imolen. Bonorum* 23. *Aprilis* 1703. *cor. Me*, ſalvis interpretationibus, ſeu declarationibus in eadem *Deciſione* recenſitis, in qua latè habetur de materia; & declarantur in propoſito *Deciſiones* iu altera *Ferrarien. Bonorum de Schianchis cor. Pamphilio juniore, ſive ſan. mem. Innoc. X. la* 545. *&* 680.

Atque hiuc retento themate diſtioctionis inter allectionem factam à Civitate, ſeu Communitate ſine Priocipis munimento, qui ſolùm Princeps poteſt effi- 31
cere de ficto verum, ut optimè inquit *Card. de Luca de præeminent. diſc.* 36. *n.* 3. utique electio hæc facta per Civitatem, Communitatem ſubditam minimè ſuffragatur pro conſequendis muneribus, & officiis ejuſdem Civitatis aggregantis, in præjudicium veri, & naturalis Civis, cum Civitas, vel Communitas nequeat juri tertii, ac Civibus particularibus præjudicare, juxta diſtinctionem *Bartol. in l. ſi Maritus* 15. *§. Legis Juliæ in fine ff. ad leg. Jul. de Adulteriis Salicet. in l. Cives numer.* 4. *C. de appellat. Roman. conſ.* 62. *num.* 9. *Roland. conſ.* 79. *num.* 16. *lib.* 2. *Berous conſ.* 104. *num.* 6. *&* 8. *l.* 1. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 30. *numer.* 22. *Seſſ. dec. Aragon.* 90. *num.* 3. *&* 4. hæc etenim allectio eſt
ſpecies adoptionis, quæ, ceſſante Principis auctoritate, 33
fieri non poteſt in præjudicium tertii ex *Hopinch. de Jur. Inſign. cap.* 13. *num.* 70. *&* 71. *Knipeſchil. de Fideicommiſſ. familiar. Nobil. cap.* 14. *num.* 29. *&* 30. *& capit.* 8. *n.* 410. *& ſeqq. Card. de Luc. de præeminent. diſc.* 13. *num.* 26.

Niſi hujuſmodi allectio facta dignoſcatur ex cauſa quodammodo neceſſaria, vel ſaltem omnino æqua, & rationabili, *ex. gr.* ad alliciendum forcoſem pro firmandis laribus in hoc, vel illo loco, aliàs habitatoribus 34
deſtituto. Quia tunc hæc allectio bona fide facta, ſapit quodammodo contractum ex utraque parte irrevocabilem, vel ſaltem perdurare debentem, perdurante habitatione, & incolatu couvento, quemadmodum limitat *Card. de Luc. diſc.* 13. *n.* 31. *de præeminentiis*. Booum enim publicum facit ceſſare jura privatorum, ut inquit 35
Pelagius Papa in Can. ſcias frater. 7. *quæſt.* 1. *Gloſſ. in c. Bonæ V. Communem de poſtulat. Prælator. Novar. conſ.* 6. *num.* 1. *l.* 2. *de Conſtitution. Gratian. diſcept. forenſ. c.* 176. *n.* 8. *&* 9. *Marant. controverſ. forenſ. part.* 4. *reſp.* 45. *n.* 60. *&* 62. *& p.* 5. *reſponſ.* 67. *n.* 42. *Rota dec.* 257. *n.* 27. *p.* 19. *rec.*

Secundus eſt caſus *reſpectu* illius Civilitatis, quam
quis nanciſcitur ex domicilio; Ubi enim quis verè
Penates ſuos tranſtulerit ad aliquam Civitatem, ſeu
locum, cum ſucceſſiva habitatione ultra decennium,
& ſupportatione onerum Civicorum, is in abſtracto
36 dicitur verè Civis, ut communiter tradunt *Bertrand. conſ.* 103. *num.* 25. *& ſeqq. lib.* 2. *part.* 2. *Surd.conſ.* 471. *num.* 47. *Cyarlin. controverſ.* 10. *num.* 140. *Paitell. jun. annotat.* 97. *num.* 23. *Otter. de Paſcuis cap.* 4. *nu.* 11. *Card. de Luca de ſucceſſion. diſc.* 20. *num.* 4. *Rot. dec.* 137. *nu.* 5. *& ſeqq. p.* 3. *rec.*

Adeout acquiſita hac Civilitate, quæ pendet ab animo, procedatur cum iiſdem regulis, cum quibus ambulatur in propriiſſima, vera, & naturali Civitate ratione nativitatis in aliquo loco, ad terminos *Quinti* caſus, de quo mox diſſeremus; Siquidem firmato animo, & domicilio, illa Civilitas, quæ ſupradictis acquiritur, nullatenus amittitur per accidentalem abſentiam illius jam effecti veri Domiciliarii, etiamſi ea-
37 dem abſentia cauſata extitiſſet per eventualem regreſſum ex ſubalternante motivo accidentali, ut puta pro tractandis, & dirimendis negotiis ad propriam Patriam veræ originis, vel veræ nativitatis, ut opportunè conſiderat *Gob. conſult. dec.* 116. *ſub num.* 88. *&* 90. *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 75. *n.* 3. *in fine*, *& de præeminent. diſc.* 37. *num.* 5. *& ſeqq.* & generaliter tradiderunt *Angel. conſ.* 270. *verſ. non enim*, *circa med. Menoch. conſ.* 288. *num.* 51. *Gratian. diſcept.* 484. *num.* 23. *cor. Buratto dec.* 9. *n.* 5. *& ſeqq. & dec.* 431. *n.* 1. *& ſeqq. p.* 18. *rec.*

Dubietate tantùm contingente, an per regreſſum ad locum nativitatis, ſive originis, valeat elici conjectura, quòd prætendens ſe domiciliarem, ex hoc facto animum ſuum demonſtraverit exclusivum firmandi domicilii, uſque ab initio, quia de cætero, ſuppoſita
38 declaratione ejuſdem animi, ac perfecta jam acquiſitione Civilitatis in abſente, circa ejus occaſionalem abſentiam, recurrit propoſitio ſuperius firmata, ſicuti egregiè ſubdit, & notat idem *Card. de Luc. de Succeſſ. ab inteſtat. diſc.* 20. *n.* 7.

Cætera verò, quæ concernere poſſunt hunc caſum acquiſitionis perfectæ Civilitatis domiciliariæ, uſque ad præferentiam hujus Civilitatis alteri de jure, & ſecundum naturam contingenti ex nativitate, vel origine alterius loci, tam in materiis favorabilibus, quàm
39 odioſis, videntur fusè tractata *in Volumin. de Commerc. & Mercatur. diſc.* 20. *per tot.* ubi examinantur *Text. in l. Municipes ff. de verbor. ſignificat. & in l. Cives C. de Incol. l.* 10. *cum gloſſ. in cap. Statutum*, *de reſcript. in* 6. *& Clementin. prima de for. competent.*

Tertium caſum ſuppeditat occaſio quandoque perpendendi quæſtionem, utrum ſub nomine Civium hujus, vel alterius Civitatis veniant etiam ſuburbani, & di-
40 ſtrictuales, de qua quæſtione loquitur in ſuo propoſito *Card. de Luc. de Regal. diſc.* 94. *num.* 80. & utrum ſub nomine *ex. gr. Senenſium* veniant non ſolùm diſtrictuales, & concluſi in Territorio proprio Civitatis Senarum, vel potiùs nomine Civium Senenſium veniant
41 etiam illi aliarum Civitatum, quæ ſint in Statu, & Juriſdictione, vel Principatu, (quemadmodum proſequendo exemplum Senarum) latè ad interpretationem cujuſdam teſtamenti, & legati Dotium, ſuffragantibus omibus *Dominis*, reſolutum ſuit, ac explicatum *in Romana*, *ſeu Senen. Dotium* 22. *Junii* 1703. *§. Evidens*, *coram R. P. D. meo Caprara* cum ibi plena manu relatis, quibus addi poſſunt *Abbas conſ.* 51. *num.* 6. *lib.* 2. *Caſtren. conſ.* 307. *Surd. conſ.* 319. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 2. *Valenzuel. conſ.* 58. *n.* 20. *& conſ.* 79. *n.* 60. *Meroll. tom.* 3. *diſput.* 6. *c.* 6. *dub.* 50. *n.* 206. *Corollar.* 50. *Ricc. Collectan.* 269. *per tot.*

Quartus caſus, qui revera ſubalternat *Primo*, & poteſt aliquo modo facere ad objectum præſentis Cauſæ, quoties Princeps diſtinctionem fecerit in aliqua ſua lege, vel Conſtitutione inter extraneos, ſive alienigenas, ac naturales ſui Regni, vel Principatus;
42 Quia quemadmodum in hoc caſu, translato domicilio per Patrem in aliud Regnum, vel Principatum, tam ipſe, quàm illius filii nati in prædicto alio Regno, vel Principatu, reputantur extranei, ut cenſuit *Barboſa in l. hæres abſens §. Preindè*, *art. de for. origin.*, *Carleval. de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 104. *&* 122. *Antunez. de Donat. Reg. lib.* 2. *capit.* 15. *num.* 25. *Afflict. dec.* 384. *Dexart. deciſ. Sardin.* 67. cum aliis *in tract. de Commerc. & Mercatur. diſc.* 20. *num.* 18. quem refert, & ſequitur *Rota in Nepeſina Legitimæ* 21. *Junii* 1697. *§. penult. coram R. P. D. meo Muto impreſſ. inter recollect. ad Card. de Luc. ſuper mater. de Teſtam. dec.* 37. Ita è converſo cives allecti maximè per Principem, nullibi
habentur pro extraneis, prout plures explicationes 43
afferendo tenet idem *Antunez de Donat. Reg. d. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 35. *allegans Text. in l. liberos C. de collat. & l. ex oratione §. final. ff. de excuſat. Tutor. Dec. conſ.* 28. *num.* 1. *Boer. dec.* 260. *num.* 23. *&* 31. *Rebuff. ad Gall. tom.* 2. *tit. de literis naturalit. gloſſ.* 2. *num.* 2. *&* 54. *Barboſ. d. art. de for. origin. n.* 26. *Mierez de Majorat.* 1. *p. quæſt.* 51. *n.* 76. *& ſeqq. Salzed. l. Polit. l.* 2. *c.* 18. *n.* 28. quibus addi poſſunt *Manſ. conſult.* 237. *à n.* 3. *ad ſeqq. Modern. Balducc. ad Ramon. conſ.* 99. *n.* 15. *Sanfelic. dec.* 75. *&* 76. cum aliis pluribus per iſtos cumulatis.

Quintus ſubintrat caſus, qui eſt omnium in jure, & natura potentior, nempè Civilitas, quæ reſultat ex nativitate in hoc, vel illo loco, in hac, vel illa Civitate, quævè nullam habet in ſe fictionem, ut rectè ait *Card. de Luc. in Summa de Præemin. num.* 95. *verſ. altera*, illa etenim veluti requirens nativitatem in loco per *Text. in l.* 1. *ff. ad municipal.* immunis eſt ab
omni limitatione, quia natus in aliquo loco acquirit 44
civilitatem illius loci, etiamſi natus fuerit occaſionaliter, ſive ex accidente. Cum etenim in hoc mundo ſimus omnes Viatores, & veram Patriam habeamus in Cœlis juxta illud D. *Pauli — nos autem ſumus Cives Sanctorum*, *& domeſtici Dei*, in quantum ambulamus in Terris non aliam veram Patriam, & naturalem agnoſcimus, quam locum ubi nati ſumus, & tractant, tanquam de Civilitate vera, propria, & fortiſſima *Felin. in c. Rodulphus n.* 14. *de reſcript. Cravett. conſ.* 441. *n.* 3. *Menoch. conſ.* 80. *num.* 10. *Surd. conſ.* 343. *num.* 21. *Gratian. diſceptat. forenſ. capit.* 75. *à num.* 1. *ad ſeqq. Cyriac. controv. for.* 292. *num.* 31. *Ciarlin. controv.* 149. *per tot. Giurb. obſerv.* 76. *Caren. reſol.* 239. *Altograd. ſen. conſ.* 28. *vol.* 2. *Maſcard. de probat. concl.* 1146. *nu.* 1. *& ſeq. Fab. in C. lib.* 6. *tit. de verb. ſignif. def.* 20. *Barboſ. de Judic. in l. hæres abſens §. Proindè*, *art. de for. origin. Carleval. de Judic. tit.* 1. *diſput.* 2. *num.* 91. *Antunez de Donat. Reg. lib.* 2. *capit.* 15. *à num.* 2. *ad ſeqq. Amoſtaz de Cauſ. Piis lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 2. *& ſeqq.* neglecta ſubdiſtinctione conceptionis in alio loco, quam de reliquo animadvertit *Card. de Luc. de Præeminent. diſc.* 37. *n.* 8 *& Capyc. Latr. conſult.* 87. *n.* 1.

Sextus ſubindè caſus, quem ad effectum Sacrorum Ordinum ſuſcipiendorum à proprio Epiſcopo, qui non
poteſt ad eoſdem Sacros Ordines promovere, niſi ſi- 45
bi ſubditos, ad cenſuram *Sacri Concilii Trident. in ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *de reformat.* ponderant Scribentes in eo, qui fuerit in aliquo loco Baptizatus, utrum ex cauſa ejuſ-
dem Baptiſmatis dicatur eſſe de illo loco, in quo tam 46
neceſſarium ad noſtram ſalutem Sacramentum ablutionis recipit, & de hoc agunt *Jacob. de Pen. in l. Cives col. ultima in princip. verſic. nam prætor cauſam C. de Incol. lib.* 50. *Amaya in d. l. Cives num.* 47. *Gratian. diſcep. forenſ. cap.* 75. *num.* 16. *Cyarlin. contr. for. cap.* 149. *num.* 12. *& ſeq. Sabell. Var. Reſol. cap.* 48. *num.* 2. *Novar. de elect.*, *& variat. for. ſect.* 4. *quæſt.* 63. *nu.* 28. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancellariæ Gloſſ.* 9. *§.* 1. *nu.* 106. *& ſeqq. Paſchal. de Patr. poteſt. p.* 3. *c.* 2. *num.* 34. *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 4. *num.* 3. *Antunez de Donat. Reg. d. l.* 2. *cap.* 15. *num.* 5. *Amoſtaz de Cauſ. Piis l.* 4. *c.* 7. *ſub num.* 2. *&* 3. *Rota dec.* 253. *cor. Buratt. & dec.* 66. *n.* 16. *p.* 16. *rec.*

Septimus, & huic finitimus caſus eſt in ordine ad expoſitos, videlicet eos, qui Patrem neſcientes allegare, reperiuntur, publica impellente Charitate, ſortiti receptionem in Loco Pio ad id deſtinato, in hac, vel
illa Urbe, & is pariter percutit terminos, de quibus pro- 47
ximè quoad Epiſcopum, illum ſub aſſuetis diſpenſationibus ordinare volentem, vel non valentem, vel etiam cæteros, qui concernant denominationem, & originem ex illo loco, in quo fuerunt recepti propter capacitatem, vel incapacitatem officiorum, ſive activam, ſive paſſivam illius loci, ubi fuerunt expoſiti, & de hujuſmodi caſu pariter tractant *Bart. in l.* 1. *num* 21. *ff. de municip. Angel. in l. hæres abſens §. Si quis tutelam. nu.*

17. ff.

,17. ff. de Jud. Grat. diſcept. for. d. c. 75. n. 12. Montan.
controv. 30. n. 19. Anton. Faber. in C. lib. 6. tit. 19. defi-
nit. 20. in fine Anna ſingul. 785. Barboſ. de Off. & Poteſt.
Epiſcopi part. 2. d. alleg. 4. num. 17. Antonell. de Loc. Le-
gal. lib. 1. cap. 6. num. 47. Carleval. de Judic. lib. 1. tit.
1. diſput. 2. quæſt. 2. ſub num. 101.

Octavus eſt caſus, qui magis appeoximabat ad ſpe-
ciem controverſam de Civilitate, quam quis ſortitur
ratione originis, quæve æquipollet efficaciæ orienti
ex vera, & effectiva nativitate in aliquo loco; Nam,
48 & ſi terminos hoſce confuodere videantur plurimi Do-
ctores cum quinto caſu ſuperiùs deſignato, ut liquet
apud Amaya in l. Cives C. de Incol. lib. 10. numer. 5. Jo:
Andr. in cap. cum nullus, num. 3. de temp. ordin. in 6. Fab.
in C. lib. 9. tit. 30. def. 24. ante num. 10. Guttierez conſ.
7. num. 1. de Roſ. Select. Jur. obſerv. cap. 55. num. 3. cum
ſeqq. Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. d. quæſt. 2.
ſub num. 85. Antonell. de Loc. Legal. lib. 1. cap. 6. num. 37.
Oliva de for. Eccl. part. 3. quæſt. 21. num. 2.

Adhuc origo ſaniùs intelligitur de eo, qui Patrem,
49 vel Avum habuerit certum, & jam effectum civem
alicujus Civitatis, quoniam licèt quiſpiam naſcatur in
uno locu, retinet tamen originem Paternam, vel Avi-
tam ad Text. in l. aſſumptio 6. §. 5. ff. ad Municipal. &
l. ſi ſit ut proponis C. de incol. lib. 10. Alciat. in l. 147. num.
4. ff. de verb. ſignificat. Jaſ. in l. hujuſmodi §. Legatum, n.
58. ff. de Legat. Novar. conſ. 19. de Tempor. Ordin. Cyriac.
controv. 292. num. 31. Andreol. controv. 239. num. 46. &
ſeqq. Giurb. obſerv. 75. num. 23. Antunez. de Donat. Reg.
lib. 2. capit. 15. num. 13. Boer. deciſ. 13. num. 13. Ric.
in Prax. for. Eccl. Neap. dec. 298. num. 4. Rot. dec. 154.
num. 8. poſt Merlin. de Legit. dec. 327. num. 3. part. 1. di-
verſor. & dec. 364. num. 8. part. 5. rec. Volentibus ta-
men noſtris Juris Interpretibus, quod reſpectu origi-
50 nis avitæ, ille natus in alio loco, ob non ſecutam
emancipationem Patria ortus fuerit io poteſtate Avi
Amaya in l. 7. C. de Incol. lib. 10. num. 21. Carleval. de
Judic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 2. num. 54. Amoſtaz
de Cauſis Piis lib. 4. capit. 7. num. 9. Antunez de Donat.
Reg. lib. 2. cap. 15. num. 15.

Atque hoc multum deſervit occaſione frequentis al-
tercationis ſuper competentia fori, ad intelligentiam
Text. in l. hæres abſens ff. de Judic. ſuper quo commen-
51 dabile edidit Commentarium Petrus Barboſ. cum aliis,
quos videre eſt penes Boſſ. tit. de for. competent. num. 73.
Capoblanc. de Off. Baron. pragm. 8. p. 2. num. 240. Oliva
de for. Eccl. p. 3. quæſt. 22. ſub num. 7. Pax Jord. Lucubr.
Canon. lib. 3. tit. 8. de for. compet. num. 243. Ubert. de cit.
cap. 9. à num. 44. ad ſeqq. Paul. Criſtin. dec. Belgic. 31.
cum pluribus ſeqq. vol. 5.

Diſputant tameo Doctores, an in hoc propoſito ali-
quid faciat origo matris, etiam ſi quis natus fuerit in
loco originis maternæ, & præſciodendo à Civilitate,
52 quæ aliàs fundetur in vi ipſius nativitatis, quatenus
pertinet ad originem, ſeu civilitatem ex cauſa origi-
nis, origo materna penitus deſpicitur ex rationibus al-
latis per Amaya d. l. 7. num. 26. C. de Incol. lib. 10. Gut-
tier. conſ. 7. num. 8. Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſcopi part.
2. alleg. 4. num. 14. & ſeqq. Carleval. de Judic. lib. 1. tit.
1. diſput. 2. d. quæſt. 265. & 101. Antonell. de Loc. Le-
gal. lib. 1. capit. 6. num. 46. Amoſtaz de cauſ. piis lib. 4.
cap. 7. num. 10. Antunez de Donat. Reg. lib. 2. d. capit.
15. num. 16.

Atque hujuſmodi origo adeo potens eſt, ut illa nun-
quam tollatur, ſuppoſito, quod agatur de vera origine
53 derivante à Patre, vel Avo habente in poteſtate alibi
natum Nepotem, nec amittatur per nativitatem acci-
dentalem, vel quomodocumque occaſionalem in loco
diverſo ab origine Patris, vel Avi, ex communiter
affirmatis per Caſtr. in l. hujuſmodi 86. §. Legatum num.
3. & ibidem Jaſ. num. 9. & 10. Barboſ. in l. hæres abſens
§. Proinde art. de for. origin. num. 22. & 23. ff. de Judic.
Caphal. conſ. 246. num. 1. Hond. conſ. 5. ſub num. 5. verſ.
licet ſi parentes, & num. 32. lib. 5. Altograd. ſen. conſ. 27.
num. 46. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 3.
num. 16. Maſcard. concl. 1141. num. 4. Paſchal. de patr.
poteſt. part. 3. cap. 2. ſub num. 35. in fine, Carleval. de Ju-
dic. d. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 2. num. 102. Rot. dec.
63. num. 16. & ſeq. coram Merlin.

Et ea quidem eſt ratio, quia quantumvis aliquis re-
ſpectu nativitatis ſit magis propriè, & naturaliter Ci-
vis illius loci, io quo natales ſortitur, itaut cenſea-
tur ex hoc capite hypothecatus illi loco, in quo na- 54
ſcitur, ad omnia commoda, & incommoda ſubeunda,
ut dixit Bald. in l. adoptionem ad fin. C. de adop. Spin. de
Teſtam. gloſſ. 14. num. 69. Giurb. ad Statut. Meſſan. cap.
1. gloſſ. 4. num. 1. Canctol. ad Statut. Eugubin. in addit. ad
rubr. 6. num. 45. lib. 1. Antunez de donat. Reg. lib. 2. ca-
pit. 15. ſub num. 4. Capoblanc. de Offic. Baron. pragm. 8.
p. 2. num. 247. & ſeq. Ganaver. dec. 48. per tot.

Adhuc minimè repugnat quempiam habere poſſe du-
plicem, & quadruplicem civilitatem, videlicet in una
Civitate per allectionem, in altera per nativitatem, 55
in altera per originem, in altera per domicilium, &
ſic de ſingulis, at ſupra, Deciſ. conſil. 282. ſub num. 11.
verſ. non obſtat. Alciat. reſponſ. 12. num. 7. lib. 4. Menoch.
conſ. 329. num. 38. Card. de Luc. de præem. diſc. 37. num.
5. & in Summ. à num. 93. ad ſeqq. Adden. ad Buratt. deciſ.
811. num. 47. Rot. deciſ. 31. num. 2. coram Duran. & de-
ciſ. 459. num. 17. part. 19. rec.

Nonum Caſum ſuppeditat præeminentia Juriſdictio-
nalis, quoniam ad effectum præcipuè Juris paſcendi,
Juris lignandi cum ſimilibus, Baro, & Dominus ali-
cujus Loci, ſive habitet, ſive non habitet in illo lo-
co, & ex hoc ipſo, quod eſt Baro, & Dominus, 56
dicitur, & eſt nedum Civis, ſed etiam primus Ci-
vis ejuſdem Loci, vel Civitatis, ut ait Bald. in l. qui-
dam cum filium ff. de V. oblig. Pariſ. conſ. 71. lib. 1. Surd.
conſ. 313. num. 15. Gratian. diſcept. for. cap. 559. num.
24. Pariſ. de Syndic. V. Civilitas, Capoblanc. de Off. Ba-
ron. lib. 2. pract. quæſt. ſuper Pragmat. 12. capit. 84. num.
1. & ſeqq. num. 14. & per tot. Antonell. de loc. legal. lib.
1. capit. 6. num. 60. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. capit.
36. num. 39.

Et hac prærogativa funguntur Ampliſſimi S. Ro-
manæ Eccleſiæ Cardinales, quamvis enim illorum plu-
rimi exteri ſint, nihilominus quia ſunt membra con-
nexa illorum Capiti, illique adhærent, ejuſque ful-
gore irradiantur, nempè Summi, & Supremi Pontifi-
cis Eccleſiæ univerſalis, & ſucceſſerint aliquo modo 57
loco Senatorum, ac Conſiliatiorum Papæ, tanquam
Principis temporalis, ut inquit Card. de Luca de Juriſ-
dict. diſc. 34. num. 15. & proſequitur ibidem Card. Albit.
diſcep. 2. quæſt. 2. num. 20. Hinc ipſi ex hac præemi-
nentia Juriſdictionali, licet ſubalternante, efficiun-
tur Cives, tam Urbis, quàm univerſi Status Eccle- 58
ſiaſtici, adeout in quibuslibet Conſtitutionibus non ve-
niant appellatione forenſium, ſicuti diſcuſſum, & re-
ſolutum fuit in Nullius, ſeu Senogallien. Bonorum ſuper
manutentione 13. Junii 1695. §. Ex his itaque fruſtra-
neum poſt medium coram R. P. D. meo Muto impreſſ. pe-
nès Modern. Lucen. deciſ. Rot. Lucen. diverſor. tom. 2.
dec. 187. num. 22.

Decimus Caſus totaliter impropriæ Civilitatis, ſed
illi ad aliquos effectus fraternizans, eſt ille, qui ſubo-
ritur ex puro, & mero incolatu io aliquo loco, vel
Civitate, quia quoties idem incolatus non tranſeat ad
acquiſitionem perfecti domicilii ad terminos ſecundi Ca-
ſus, de quo ſupra, adhuc incola ſubiicitur, quando-
que Statutis, & ordinationibus loci, in quo eſt inco- 59
la, licèt non perfectè Domiciliarius, & id quandoque
favorabiliter, quandoque præjudicialiter, juxta Car-
men Davidicum in alio ſacroſancto ſenſu — Heu mi-
hi, quia nimiùm incolatus meus prolongatus eſt, & mul-
tùm incola fuit anima mea. Et hanc figurationem De-
cimi Caſus ſubminiſtrat Statutum Urbis occurrere in-
tendens correptioni, ſive abbreviationi Judiciorum in 60
propoſito duarum ſententiarum, quæ habere debeant
vim trium inter Cives, & Incolas, ut in cap. ejuſdem
Statuti 180. lib. 1. de quo ad propoſitum habetur penes
Gratian. diſcept. foren. cap. 898. num. 1. & 5. Adden. ad-
not. 2. Angel. num. 32. impreſſ. poſt deciſ. 165. coram Co-
mitul. deciſ. 253. num. 2. coram Buratt. dec. 137. num. 5.
part. 5. deciſ. 192. num. 1. part. 13. & deciſ. 577. num. 2.
part. 18. rec. cum aliis in Romana Salviani 9. Martii 1703.
§. Quo verò, coram Me.

His itaque caſibus diſcretis, nè una doctrina fe-
riens unum caſum alteri applicaretur, redeundo ad
Cauſam, nullibi apparebat, quomodo valeret favore
Franciſci aptari qualitas Oriundi volita, & ſancita
per legem erectionis hujus Collegiatæ; tranſcurren-
do ſiquidem terminos caſuum ſupra enumeratorum,
jam

Google

jam *Primus* erat inapplicabilis, cum Franciſcus neque
ullam allegaret allectionem, ſive factam à Communi-
tate, ſive à Principe, ſoluinque videbarur immorari
poſſe *in ſecundo* ratione domicilii, de quo mox diſſere-
mus, *Tertius* quippè, *Quartus*, & *Quintus* aberant ab
hypotheſi, & ob id doctrinæ, quæ cumulabantur, re-
manebant inutiles, prout & illæ reſpicientes *Sextum*,
& *Septimum* caſum, & circa *Octavum* is confovere po-
tius valebat jura Joſephi Mariæ, iu ordine verò ad
Nonum, quem pariter ferire poterant congeſtæ Aucto-
ritares, nulla emergebat poſſibilis applicatio, quem-
admodum nec merebantur attendi allegationes oblo-
quentes de *Decimo*, & *ultimo* caſu; Sicque punctus re-
ſtringebatur ad indagationem *ſecundi*, utrum ratione
domicilii Franciſcus ſortiri potuerit talem qualitatem
in ſe, quæ poſſet comparari verè *Oriundo*, ut erat Jo-
ſeph Maria natus in Terra Mondulphi non minus,
quàm ejus Pater, cæterique illius majores, & Aſcen-
61 dentes; Sed ad hoc repugnabat intellectus omnium
Scribentium circa explicationem vocabuli *oriundi*, vel
originis, de quibus actum fuit in *octavo* caſu, & præ-
cæteris *gloſſ. interpretativa cap. 1. de uſur. excerpti à Con-
cil. Lugdunenſi de tempore Gregor.* X, loquente etenim
Textu extirpativo uſurarum contra quoſcumque cujus-
libet Dignitatis, conditionis, ſeu ſtatus *Alienigenos*,
& *alios non oriundos de Terris*, ut in principio ejuſdem *c.
gloſſ.* dicit *in V. alienigenas -- Oriundus autem de Civita-
te dicitur, qui vel in Vico Civitatis illius ortus eſt*, & ad-
ditio ſubſequens ſubnectit -- *Oriundus de Civitate dici-
tur, qui ibi ortus eſt, vel cujus Pater indè originem du-
xit* -- undè applicando ad rem prætenſa qualitas domi-
ciliaris, prætenſa civilitas exinde reſultare valens, re-
manebat extra proprietatem vocabuli *Oriundi*, de quo
erectio Collegialis, ſive Bulla *ſa. mem. Urbani VIII.* lo-
quebatur, & concordant ad explicationem ejuſdem vo-
cabuli cum interpretatione *Gloſſa*, *Jaſon. Mandoſius*,
aliique recollecti apud *Barboſ. de Offic. & Poteſtat. Epiſ-
copi part. 2. alleg. 4. num. 6.* & præciſè, quod incola-
62 tus, ſeu domicilium non ſufficiat ad hoc, ut quis di-
catur *oriundus*, vel *originarius* talis loci, qui merè eſt
domiciliarius, definivit *Rot. in una Giennen. Præſtimonii
coram Blanchetto*, quam aliis allegatis, refert, & am-
plectitur *Murg. de benef. quæſt. 3. num. 859. & ſeq.*

Atque hoc themate retento, parum adjuvabat ju-
ra Franciſci illius promotio ad Sacerdotium cum patri-
monio habito, & firmato in Terra Mondulphi, ex
hoc etenim nihil aliud inferri poterat, niſi quod Epiſ-
copus eundem Franciſcum juſtè ordinaſſet tanquam ſi-
bi legitimè ſubditum ex cauſa incolatus, vel domici-
lii tam proprii, quàm paterni, & ex motivo, quod
ad ſatisfaciendum Oecumenicæ determinationi *Sacr.
Concilii Tridentini in ſeſſ. 21. capit. 2. de reformat.* ſuffi-
ciens haberet patrimonium ad ſe ſubſtentandum, et-
iamſi certo extitiſſet in Indiis, verùm ad finem, ut
63 exindè dici poſſet oriundus ad mentem, & literam
Bullæ *Urbani VIII.* id erat impervium, & repugnans,
ſicuti præ cæteris animadvertit *Gregor. Lopez in l. 2. tit.
24. partit. 4. V. Maguer. verſ. adverte tamen Menoch. de ar-
bitrar. lib. 2. caſ. 86. Oliva de for. Eccl. part. 3. quæſt.* 21.
*n. 25. verſ. & hinc eſt, quod in materia Beneficiali oriun-
dus quiſque accipitur pro verè orto Garz. de benefic. part. 7.
cap. 9. num. 30. Murg. eodem tract. quæſt. 3. ſect. 13. n. 861.*
cum aliis in fortioribus terminis adductis *in Vaden. Ca-
nonicatus 19. Junii 1705. §. Tantò porrò abeſt, cor. Re-
verendiſs. P. D. meo Molines Decano.*

Stabilito itaque, quod Franciſcus non eſſet inclu-
ſus in prima parte, ſeu capite incluſionis ſub nuncupa-
tione, ac antelatione *oriundi*, parum oberat, quod
non eſſet excluſus in concurſu veluti propriè alienige-
na, & extraneus, exemplo Statutorum fœminas, &
conjunctos ex earum latere excludentium, uti anno-
tavimus in objecto. Quoniam prælatio conceſſa Oriun-
dis reſpectu extraneorum veniebat in conſequentiam
ipſius prælationis, nam dato etiam millies, quod Fran-
ciſcus non foret extraneus, attamen non erat *oriun-
dus ex Terra Mondulphi*; Ideoque ſubalternauter rema-
nebit extraneus à concurſu faciendo cum verè oriuo-
do, quemadmodum retinendo terminos ejuſdem con-
curſus Creditorum videmus, quod licèt quis dici poſ-
64 ſit, vel exiſtat Creditor, tamen potior in hypothe-
ca, vel anterior præfertur, ac ſi alius poſterior in eſ-
fectu non eſſet Creditor, ita exigente natura concur-
ſus ad tradita per *Card. de Luc. in conflict. leg. & ration.
ſerv. 132. de debit. & credit. per tot.* verbum etenim *præ-
ferantur* ſuaptè natura præſefert concurſum, & reſpe- 65
ctivè antelationem ad *Text. in l. 2. qui pot. in pignor. ha-
beant, & in l. utrum in 2. ff. de aſſignan. libert. & in §.
Præferuntur inſtit. ad S. C. Tertullianum Bellon. Jun. con-
ſil. 72. à num. 31. ad plures ſeqq. Salgad. in Labyrint Cre-
ditor part. 1. cap. 11. num. 116. & 117. Rot. dec.* 2007.
*num. 1. & per tot. & dec. 152. num. 1. cum plurib. ſeqq.
part. 6. rec.*

Hinc videmus, quod quamvis *ex. gr.* Patruus, alii-
que Collaterales undique proximi, & conjuncti in rei
veritate non ſint extranei, ut ſunt cæteri, nullo mo-
do participantes de ſanguine, adbuc in ſucceſſionibus
Juridicis, quotiès concurrant cum deſcendentibus, vel 66
aſcendentibus ad hunc ipſum effectum interpretationis
Juris in præfatn concurſu, & ſi in ſubſtantia carnis
non ſint ullo modo extranei, adhuc veluti extranei
nuncupantur, & habentur in jure, ut communiter no-
tant *Picard. aliique Inſtitutiſtæ in §. Cæteri, qui Teſtato-
ris inſtitut. de bæred. qualit. & differ. Alexander conſ. 38.
in princ. verſ. nec obſtan. lib. 1. Dec. conſ. 125. num. 6.
lib. 3. Surd. conſ. 365. num. 3. & 4. Cæpoll. conſ. ci-
vil. 53. num. 2. Gratian. diſcept. for. 380. num. 2. Goz-
zad. conſ. 64. num. 15. Ruſtic. de Fideicomm. lib. 2. ca-
pit. 9. num. 2. Rota Bononien. deciſ. 128. num. 12. &
deciſ. 150. num. 92. Rot. deciſ. 1. num. 43. coram Ot-
thobono.*

Atque ita maturè *Domini* examinantes materiam *Mi-
hi* illos ſuſcitanti reſponderunt, poſthabita altera obje-
ctione allata contra Joſephum Mariam ex eo, quod ip-
ſe, ejuſque cor quandoque pluſquam oporteret, vino
lætificaretur, cum viſa ſit *Dominis* materia hæc ni-
mium objectiva in ſimplici Canonicatu, & veriſimi-
liter non vera, cum idem Joſeph Maria aſſueris lite-
ris bonæ vitæ, & famæ commendaretur à proprio Or-
dinario, cujus atteſtationi in hoc ſtatu erat deferen- 67
dum ad terminos *Text. in cap. 1. 2. & 3. de Cleric. Pe-
regrin.* de quo *Rot. dec. 343. num. 2. coram Peuting. &
deciſ. 459. num. 2. part. 19. rec.* & oſtenderet approba-
tionem ejuſdem Ordinarii ad ſubſtentandam quoque
Curam Animarum, prout de facto illam ſubſtentave-
rat, non etenim erat credendum, quod vigilantiſſimus
Pontifex, illiuſque Officiales, & miniſtri undequaque
experti, & ſolliciti, contuliſſent hujuſmodi Canonica-
tum ipſi Joſepho Mariæ, niſi ſufficientibus Teſtimo- 68
niis honeſtatis, & probitatis vitæ apud S. Sedem ſuiſ-
ſet commendatus, ut fert litera ordinaria Bullarum
conſimilium proviſionum relata apud *Corrad. in Prax.
benef. lib. 4. cap. 6. num. 10. verſ. nos eidem &c.* & me-
ritò dijudicavit, & affirmavit *De Roſ. de Execut. Lite-
rar. Apoſt. part. 1. cap. 2. num. 87.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Tarraconen. Juriſdictionis ſuper Edictis.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

An Archiepiſcopo Tarraconen. danda ſit manuten-
tio in quaſi poſſeſſione affigendi Edicta, pro indi-
cendis concurſibus ad Parochiales vacantes, in Ec-
cleſia Cathedrali, retro Chorum, abſque licentia
Capituli.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus habet in Jure intentio-
nem fundatam exercendi liberè ſuam Ordinariam Ju-
riſdictionem, in omnibus Eccleſiis exiſtentibus in ſua
Diœceſi.*

2 *Et in ſpecie poteſt affigere Edicta in Eccleſiis totius
Diœceſis.*

3 *Itaut abſque alia poſſeſſionis probatione eidem conce-
denda ſit manutentio.*

4 *Factum ipſum ex ſe ſolo probat ad evidentiam poſſeſſio-
nem, ſeu quaſi.*

5 *Teſtis*

5 *Teſtis deponens de facto proprio plenam fidem facit.*
6 *Teſtes etiam examinati extrajudicialiter, & ad perpetuam ſufficienter probant in Judicio manutentionis.*
7 *Manutentio facilius concedenda venit, concurrente, ultra aſſiſtentiam Juris, etiam poſſeſſione, ſeu quaſi.*
8 *Edictorum affixio ſoli arbitrio Ordinarii, vel Synodi Provincialis relinquitur.*
9 *Pro generali Viſitatione indicenda poteſt Epiſcopus Edicta publicare abſque conſenſu, & conſilio Capituli.*
10 *Actus non probans negativam non petitæ licentiæ non valet aliquem conſtituere in poſſeſſione, ſeu quaſi.*
11 *Limita, quoties accedit etiam Juris aſſiſtentia, quia tunc prætendens, licentiam fuiſſe petitam, concludere debet affirmativam.*
12 *Qui habet pro ſe immemorabilem allegare poteſt Privilegium Apoſtolicam, concordiam, & alium quemcunque titulum magis proficuum.*
13 *Ad deſtruendam immemorabilem unicus actus in contrarium ſufficit, immò & ſolus rumor.*
14 *Archivium privatum Capituli nullam probationem facit favore ipſius Capituli contra Tertium.*
15 *Enunciativa, non aliunde juſtificata, quam ex aſſertione enunciantis, non probat in præjudicium Tertii.*
16 *Maximè ſi fuerit emiſſa ipſa abſente, & penitus inſcio.*
17 *Anteceſſor non poteſt ſuo facto Succeſſoribus præjudicare in iis, quæ Jure proprio ad eos ſpectant.*
18 *Manutentio ſemper conceditur ad ſtatum, in quo quis reperitur de tempore motæ litis.*
19 *Canonicorum depoſitiones, ad proprium commodum emiſſæ, non ſunt attendendæ.*
20 *Teſtis de auditu à Parte plus fidei non meretur, quàm ipſamet Pars.*
21 *Multoque magis, ſi appareat convictus de mendacio.*
22 *Magis deferendum eſt Teſtibus, qui de facto proprio deponunt, & habent pro ſe Juris aſſiſtentiam.*
23 *Canonici dicuntur Domini Eccleſiæ Cathedralis, & ad illos ſpectat adminiſtratio omnium rerum, & Negotiorum, quæ intus eam explentur.*
24 *Res inter alios acta non probat.*
25 *In iis, quæ pertinent ad exercitium Juriſdictionis Ordinariæ, Jus Epiſcopo aſſiſtit, abſque conſenſu, & licentia Capituli.*
26 *De Mandato Archiepiſcopi poſſunt publicari Edicta etiam in Metropolitana Eccleſia, irrequiſito Capitulo.*
27 *Juriſdictio, quæ competit Decano quoad Cultum divinum, non cenſetur ei conceſſa privativè quoad Ordinarium.*
28 *Ad effectum impediendi Juriſdictionem Ordinarii, probari debet à Capitulo Dominium, & Jus in Eccleſia ſibi competere ad omnes effectus.*
29 *Edicta pro indicendis Concurſibus ad Parochiales vacantes plerumque affigi ſolent ad Valvas Eccleſiæ Cathedralis.*
30 *Conſuetudini tamen locorum ſtandum eſt, tam ex* Bulla Pii V. *quàm* Conc. Trid.
31 *Ideo proinde uſus, & conſuetudo affigendi ſimilia Edicta in alio loco, etiam intus Eccleſiam ſervari debet.*

DECISIO XLIII.

CUm Reverendiſſimus Archiepiſcopus Tarraconen. ob indicendum concurſum ad vacantem Eccleſiam Parochialem Villæ de Alexar, affigi mandaverit Edictam in loco retro Chorum Eccleſiæ Metropolitanæ, ubi hujuſmodi Edicta affigi ſolent, Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, quod uſque de anno 1621. impetraverat Commiſſionem directam *bon. mem. Buratto*, nè moleſtaretur ab Archiepiſcopo in illius Adminiſtratione, & Gubernio, vigore ſupradictæ Commiſſionis inſtetit *coram Me* in ejuſdem *Buratti* locum ſuffecto pro ſubſcriptione dubii: *An, & quomodo ſit danda manutentio D. Archiepiſcopo in quaſi poſſeſſione affigendi Edicta in Eccleſia Cathedrali*, quo Dominis meis hodiè propoſito concluſum fuit: *dandam eſſe manutentionem Archiepiſcopo affigendi Edicta in extra Choro Eccleſiæ Cathedralis abſque licentia Capituli.*

Et ſi enim eidem Archiepiſcopo ſufficeret habere
fundatam intentionem in Jure exercendi liberè ſuam
Ordinariam Juriſdictionem, in omnibus Eccleſiis exi-
ſtentibus in ſua Diœceſi, de qua in terminis generali- 1
bus ſunt *Text. in cap. omnes Baſilicæ, & cap. nullus 16.*
quæſt. 7. cap. conquerente, cap. cum Epiſcopus, de Off. Or-
dinar. capit. Venerabilis, de Religioſ. Dom. Barboſ. de Offic.
& Poteſt. Epiſc. alleg. 80. num. 2. Fagnan. in cap. cum con-
tingat, de for. compet. num. 25. & ſeq. Rot. coram Merlin.
deciſ. 152. num. 2. & in rec. deciſ. 128. num. 2. part. 15.
& deciſ. 383. num. 3. part. 18. & in Gerund. Juriſdictio-
nis ſuper bono Jure 5. Maii 1692. §. Abſque eo, coram
Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & in Gerund. Ju-
riſdictionis de Campo Rotundo 4. Julii 1698. §. 1. coram
R. P. D. meo Pio, & in puncto affixionis Edictorum in 2
Eccleſiis totius Diœceſis firmat *Rot. dec. 69. num. 17.*
& ſeqq. part. 19 rec. & coram Priol. deciſ. 340. num. 9.
verſ. ſecunda quæſtio, ut inde abſque alia poſſeſſionis pro- 3
batione, eidem eſſet concedenda manutentio ad *Text.*
in cap. auditis 15. cap. cum olim 18. de præſcript. c. cum
Perſonæ, §. final. de Privil. in 6. Poſth. de manut. obſerv.
45. num. 3. & ſeqq. Mareſcott. Var. reſolut. lib. 1. cap. 11.
num. 5. Rot. coram Carill. dec. 126. num. 2. & in rec. dec.
383. num. 9. part. 18. & dec. 69. num. 9. part. 19. & in
Leodien. Juriſdictionis 11. Aprilis 1698. §. Ita ex eadem,
coram Reverendiſſ. D. meo Decano.

Rurſus attamen docuit de ejus antiquiſſima, & actua-
li quaſi poſſeſſione liberè affigendi hujuſmodi Edicta in
retro Choro Eccleſiæ Metropolitanæ nullo requiſito
Capituli conſenſu, tum ex iiſdem Edictis, quæ ab an-
no 1602. uſque ad annum proximè præteritum fuerunt
de mandato Archiepiſcopi, ſeu ejus Vicarii Generalis
ibidem affixa, *Summario Archiepiſcopi num. 2.* quæ di-
ctam actualem quaſi poſſeſſionem ſe ex ſolis ad evi- 4
dentiam convincunt *Bartol. in l. omnes Populi ff. de Ju-*
ſtit. & Jur. Menoch. de retin. remed. 3. num. 586. Poſth. de
manut. obſerv. 31. num. 31. tum etiam ex uniformi de-
poſitione plurium Parochorum, & Beneficiatorum ejuſ-
dem Eccleſiæ, *dicto Summario num. 3.* qui nedum atten-
ta eorum qualitate, ſed etiam ex quo deponunt de fa- 5
cto proprio, dum ipſi Edicta hujuſmodi affixerunt,
plenam fidem merentur, *cap. licet cauſam verſ. ex præ-*
miſſis, de probat. Rot. coram Cerr. deciſ. 104. num. 7. &
coram Bich. deciſ. 386. num. 2. coram Celſ. dec. 379. num.
2. & in rec. deciſ. 374. num. 5. part. 3. & deciſ. 348. nu.
4. part. 16. quamvis etiam extrajudicialiter, & ad per-
petuam examinati ſint, cum adhuc in hoc Summariiſ- 6
ſimo manutentionis Judicio ſufficienter probent *Poſth.*
de manut. obſerv. 38. per tot. Rota in Romana Manuten-
tionis 18. Junii 1694. §. Et hinc irrelevans circa med.
coram R. P. D. meo Muto; concurrente autem ultra Ju-
ris aſſiſtentiam etiam actuali quaſi poſſeſſione, petita 7
manutentio faciliùs concedenda venit *Rot. poſt Novar.*
ad Summ. Bullar. deciſ. 26. numer. 12. & in rec. deciſ.
375. num. 5. part. 18. & in Brixien. Juriſdictionis 5. Ju-
lii 1688. §. Et omnem, & §. Fruſtra, coram R. P. D.
meo Caprara, & in Theleſina Adminiſtrationis Eccleſiæ, &
Hoſpitalis 26. Martii 1696. §. Poſſeſſio, coram bon. mem.
Urſino.

Et tanto magis in hypotheſi, cum etiam ex diſpo-
ſitione *Sacr. Concilii Tridentini* hujuſmodi Edictorum af-
fixio ſoli arbitrio Ordinarii, vel Synodi Provincialis 8
relicta ſit, *ut in ſeſſ. 24. de reform. capit. 18.* ibi: *Et ſi*
Epiſcopo, aut Synodo Provinciali pro regionis more videbi-
tur magis expedire per Edictum etiam publicum vocentur,
qui volent examinari, quod etiam confirmatum legitur
in Conſtitut. B. Pii V. Bullar. nov. tom. 2. in ordine la 33.
& tradunt *Salgad. de Reg. protect. part. 3. cap. 9. nu. 49.*
& ſeq. Ventrigl. in Prax. tom. 1. annotat. 5. §. 1. numer.
12. & ſeq. Pignatell. conſult. 3. tom. 6. Card. de Luca
de Paroch. diſ. 37. num. 6. adeout etiam pro genera- 9
li Viſitatione indicenda ſolus Epiſcopus abſque con-
ſenſu, & conſilio Capituli, valeat Edicta publicare
ex deductis per *Pignatell. conſult. 58. tom. 1. Rot. in Il-*
lerden. Viſitationis 21. Aprilis 1606. & 28. ejuſdem men-
ſis 1680. coram bon. mem. Juſto, & deciſ. 98. num. 3. &
4. & dec. 135. per tot. coram Ubald. repetita *in rec. part.*
1. dec. 440. & 483.

Nec ſubſiſtit, quod cum memorata Edicta non con-
tineant negativam non petitæ licentiæ, nequeant pro- 10
inde Archiepiſcopum conſtituere in quaſi poſſeſſione af-
figen-

figendi Edicta in retro Choro abſque conſenſu, & li-
ccotiæ Capituli, ex notatis per Card. de Luc. de Regal.
diſc. 81. num. 10. & de Camb. diſc. 28. num. 12. nam eo
ipſo, quod conſtat, Edicta fuiſſe affixa de mandato Ar-
chiepiſcopi habentis pro ſe aſſiſtentiam Juris, liberè
11 ea affigendi ſine conſenſu Capituli, ſi idem Capitulum
prætendit fuiſſe prius pro aſs. licentiæ requiſitum, ad
ipſum ſpectat hojuſmodi affirmativam concludere, non
autem Archiepiſcopo incumbit probare negativam non
petiti conſenſus, quæ de cætero ex Teſtium depoſi-
tionibus ſatis juſtificata apparet, ut fuit ſuperius ani-
madverſum.

Prout nec relevat afferta immemorabilis conſuetu-
do Eccleſiæ Tarraconen. non affigendi eadem Edicta
in Portis Chori, niſi petita licentia, & conſenſu Ca-
12 pituli, qua ſtante contenditur allegari poſſe per Ca-
nonicos Privilegium Apoſtolicum, vel concordia inter
ipſos, & Archiepiſcopum inita, vel alius quicumque
titulus magis utilis, & proficuus ad Text. in cap. ſuper
quibuſdam 26. §. Præterea de V. ſignif. Rota dec. 770. n. 18.
part. 18. & dec. 522. num. 2. part. 19. & in Tarracon. Pa-
rochialis 2. Maii 1698. §. Parum obſtante eam ſeq. coram
Me, & in Gerund. Ferialis 11. Decembris 1699. §. Quæ
omnia, coram R. P. D. meo Lancetta.

Quoniam ultra quod ex ſuperius relatis affixionibus,
de mandato Archiepiſcopi abſque ullo Capituli conſen-
13 ſu expletis, quælibet afferta immemorabilis conſue-
todo excluditur, cum ad illam deſtruendam etiam uni-
cus affixionis actus ſufficiat, quinimmò & ſolus rumor
in contrarium ad firmata per Rot. coram Bich. dec. 290.
num. 3. & dec. 528. num. 20. & coram Zarat. dec. 21. nu.
12. & ſeqq. & in Calaguritana Decimarum S. Petri Manri-
que 14. Aprilis 1698. §. Rurſus illis, coram Me, hoc in-
ſuper in facto accedit, quod dicta præſuppoſita conſue-
tudo nullatenus probata appatet.

Non quidem ex actibus Capitularibus, qui ad effe-
ctum probandi in Edictorum affixione interveniſſe li-
centiam, & conſenſum Capituli referuntur in illius
Summario num. 1. tum quia cum illi extracti fuerint ex
14 privato Archivio ipſius Capituli, nullam adverſus Ar-
chiepiſcopum probationem facere valent Rot. dec. 379.
num 9. & ſeq. part. 10. rec. & in Mediolan. Optionis 3.
Martii 1690. §. Circa defectum, coram Reverendiſs. D.
meo Manuel Epiſcopo Zamoren. & in Mediolan. Præpoſitu-
ræ 4. Julii 1692. §. Nec majorem, coram Reverendiſs. D.
meo Decano, & in terminis iſtius Archivii eadem Rota
in rec. part. 18. deciſ. 453. num 3. & in Tarracon. Juriſ-
dictionis 10. Maii proximè præteriti §. Nec eſt, coram Me;
Tum etiam quia cum præſeferant nudam, ac ſimpli-
cem enunciativam, quod Archiepiſcopus hujuſmodi li-
centiam, ac conſenſum petierit, & quidem non aliun-
15 de juſtificatam, quàm ex aſſertione ipſius Capituli,
nullum in illis fieri valet fundamentum in præjudi-
cium ejuſdem Archiepiſcopi ad leg. ob æs C. de præd.
minor. Rota deciſ. 98. num. 5. part. 6. rec. & dec. 467.
num. 19. coram Peuting. cum ſignanter ipſe abſente, pe-
16 nituſque inſcio fuerint emiſſæ capit. ſi vigilanti 17. cir-
ca fin. de reſcript. Rot. deciſ. 128. num. 12. 14. & 15.
part. 11. & dec. 391. num. 31. & ſeq. part. 13. & in Der-
thuſ. Juriſdictionis 4. Martii 1697. §. Quæ ſanè, coram
R. P. D. meo Pio; Tum demum quia admiſſo etiam,
quod Archiepiſcopi anteceſſores quandoque affixerint
17 Edicta cum participatione Capituli, illorum tamen fa-
ctum non afficeret modernum Archiepiſcopum, qui
affixiones abſque illius conſenſu ſemper fieri manda-
vit Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 31. num. 16. & tan-
18 to minus in præſenti Judicio manutentionis, quæ ſem-
per conceditur ad ſtatum, in quo quis reperitur de
tempore motæ litis §. Retinendæ inſtitut. de interdict. l.
1. in princip. ff. uti poſſidetis Poſth. de manut. obſerv. 71.
num. 49. & ſeqq. Cardin. de Luca de Jurepatr. diſcurſ.
63. num. 25. Rot. coram Duran. deciſ. 308. num. 5. co-
ram Caval. deciſ. 71. num. 4. & coram Bich. deciſ. 427.
num. 7.

Multoque minus dicta prætenſa conſuetudo deduci
valet ex Teſtibus ab eodem Capitulo inductis; Nam
ſeptem ex illis ſunt Canonici ejuſdem Metropolitanæ
19 Eccleſiæ, quorum proindè depoſitiones, tanquam ad
proprium commodum emiſſæ, non veniunt attenden-
dæ cap. Tua, cap. Nuper, cap. Rom., de Teſtib. Felin.
in capit. inſuper eodem tit. Rot. coram Coccin. dec. 1035.
num. 3. coram Cerr. deciſ. 26. num. 11. & 17. & in Der-
thuſ. Capparum 27. Januarii 1698. §. Non quidem, coram
R. P. D. meo Pio, & in Lithuana Donationis 10. Maii ejuſ-
dem anni, §. Ideoque, cor. bo. mem. Urſino, & in Lodien.
Vicariæ 21. Maii 1699. §. Minuſque, coram Me; cæte-
ri vero, vel deponunt de auditu ab ipſis Capitulari- 20
bus, undè majorem probationem quam ipſi conſtitue-
re non valent, juxta Text. in capit. Teſtium, & cap. Li-
cet ex quadam, de Teſtib. Rot. deciſ. 186. num. 5. coram
Celſ. & in Romana Aſſociationis 13. Januarii 1698. §. Ter-
tius, coram R. P. D. meo Anſaldo, vel nihil affirmant
ſuper affixione Edictorum, & omnes demum de men-
dacio convincuntur, dum deponunt Parochum Hia-
cinthum Caſes hujuſmodi licentiam petiiſſe, cum ta-
men iſte in ſua depoſitione contrarium aſſeruerit Sum-
mario Archiepiſcopi dicto num. 3. lit. A. adeout majori Ju-
re veniant repellendi, ex notatis per Farinac. de Te- 21
ſtibus quæſt. 65. num. 2. Rot. deciſ. 73. num. 20. part. 19.
rec. & in Romana Pecuniaria 1. Decembris 1692. §. Nam
quatenus coram bon. mem. Benincaſa, non etiam præter-
miſſo, quod ubi adhuc dicti Teſtes eſſent majores om-
ni exceptione, nec tamen attendendi forent in concur-
ſu aliorum, qui fuerunt ad inſtantiam Archiepiſcopi 22
examinati, cum illi deponant de facto proprio affixio-
nis, & habeant pro ſe aſſiſtentiam Juris, ad Text. in
cap. Licet Cauſam §. Ex præmiſſis, ubi Abb. num. 5. de
probat. Felin. in capit. auditis num. 5. de præſcript. Rot.
coram Baratt. deciſ. 572. num. 14. & in Conſtantien. De-
cimarum 4. Julii 1696. §. Et prædictis, coram R. P.
D. meo Priolo, & in Sabinen. ſeu Civitatis Caſtellanæ Inun-
dationis 27. Januarii 1698. §. Sed propterea, coram R.
P. D. meo de la Tremoille, & in Leodien. Juriſdictionis 15.
Martii currentis anni §. Hinc evaneſcunt, coram R. P. D.
meo Scotto.

Nec prætenſi conſenſus petitio, facienda per Ar-
chiepiſcopum, cohoneſtari valet, ex quo decens, ac
congruum videatur, ut Canonici certiores fiant de om-
nibus, quæ in Eccleſia geruntur, cum illius Domini 23
dicantur, & ad Capitulum ſpectet Adminiſtratio om-
nium rerum, & negotiorum, quæ intus illam explco-
tur, capit. Prælatam il ſecondo de Teſtam. Tondar. Quæſt.
benef. tom. 1. capit. 1. num. 9. Rota deciſ. 4. num. 12. co-
ram Ceſar. de Graſſ. & in Tarracon. Juris congregandi 4. Ju-
lii 1674. §. 1. coram bon. mem. Albergato, & plenè in Se-
gantina Præeminentiarum 17. Martii 1681. §. Et contra,
coram bon. mem. Rondinino, & in Gerund. Anniverſario-
rum 29. Novembris 1683. §. Quo poſito, coram bon. m.
Urſino, & in terminis Capituli Tarraconen. quod ha-
beat Dominium, & univerſalem Adminiſtrationem Ec-
cleſiæ Metropolitanæ, firmavit eadem Rot. in Tarracon.
Capellarum 18. Februarii 1636. §. Quo verò, coram bon.
mem. Pirovano confirmata coram Merlin. inter illius im-
preſſas deciſ. 728.

Quandoquidem omiſſo, quod Lis, in qua emana-
runt prædictæ Deciſiones, vertebatur inter dictum Ca-
pitulum, & Confraternitatem Beatæ Mariæ, ſeu Pres-
byterorum, ſuper adminiſtratione Capellarum de fun- 24
datione Archiepiſcopi Teres, ideoque nullo modo af-
ficere valet Archiepiſcopum illa non citatum ad l. 1.
& tot. tit. Cod. res inter alios acta Rota deciſ. 201. num.
17. part. 19. rec. & alibi paſſim, adhuc reſpondetur,
quod licet adminiſtratio, & Gubernium Eccleſiæ Ca-
thedralis ſpectet ad Capitulum, non inde tamen ſe-
quitur, quod Archiepiſcopus nequeat Edicta intra ejus
ambitum abſque illius conſenſu affigere, cum certum
ſit, quod in iis, quæ pertinent ad exercitium Juriſdi- 25
ctionis Ordinariæ, qualis eſt affixio Edictorum, Jus aſ-
ſiſtit Archiepiſcopo abſque conſenſu & licentia Capi-
tuli Barboſ. de Poteſtat. Epiſcop. allegat. 80. num. 2. &
in puncto publicationis Edictorum in Cathedra vul- 26
go Pulpito, legendorum in Metropolitana Eccleſia te-
net Saravia de adjunct. quæſt. 34. num. 29. & 47. ubi
quod Conſtitutiones Synodales, de recognoſcendis E-
dictis per Decanum, ſeu Capitulum ſunt revocatæ.
Quinimmò quod nec Juriſdictio, quæ competit Deca- 27
no favore Cultus Divini, eidem cenſeatur conceſſa pri-
vativè quoad Ordinarium, tenent Aretin. conſil. 102.
num. 1. Burſatt. conſil. 391. num. 10. & ſub num. 27. ver-
ſic. nec quartum lib. 4. Saravia de adjunct. dicta quæſt. 34.
num. 34. Rot. deciſ. 533. num. 2. part. 2. rec. & in Derthuſ.
Juriſdictionis 28. Januarii 1697. §. Ex quibus cor. R. P. D.
meo

meo Pio , cum ad effectum impediendi Juriſdictionem
28 Archiepiſcopo , Capitulum probare debeat Dominium,
& Jus in Eccleſia ad omnes effectus ſibi competere *Ro-
ta deciſ. 304. num. 5. part. 11. rec. & coram Priol. deciſ.
340. num. 5.*
Demum nec ſuffragatur , quod Edicta pro indicen-
29 dis concurſibus ad Parochiales vacantes, plerumque aſ-
figi ſoleant ad valvas Eccleſiæ Cathedralis, ut refe-
runt *Zerol. in Prax. Epiſcop. part. 1. V. Paroch. §. Ad ſe-
cundum fol. 346. Barboſ. in Collectan. ad Concil. Trid. ſeſſ.
24. de reform. capit. 18. num. 45. & de Off. & poteſtat.*
30 *Paroch. part. 1. capit. 2. num. 40.* Quoniam cum ſuper
affixione bujuſmodi Edictorum tam Bulla *B. Pii V.* ,
quàm *Concil. Tridens.* deferant conſuetudini Regionis ,
ibi: *Pro Regionis more* , & Archiepiſcopo de cætero aſ-
ſiſtat obſervantia , & uſus , eadem Edicta affigendi ſi-
ne licentia Capituli intus Eccleſiam in loco dicto *Tras*
31 *Choro* , hujuſmodi uſus , & conſuetudo ſervari debet ,
ut monet *Garz. de benef. tom. 2. part. 9. capit. 2. de form.
ſervand. in Proviſion. Parochial. num. 37. Pax Jordan. Lu-
cubr. tom. 2. de Re benef. lib. 10. tit. 8. num. 35. Salgad.
de Reg. poteſt. part. 3. capit. 9. num. 50. & ſeq. Cardin. de
Luca in adnot. ad Concil. Trid. diſc. 32. num. 3. & de Pa-
roch. diſc. 37. num. 6. & de benef. in Summ. num. 307. Ca-
ſtropal. part. 2. Oper. moral. tract. 13. de benef. diſp. 3. punct.
2. §. 1. num. 6.*
Et ita utraque &c.

R.P.D. MOLINES DECANO.

Tiraſonen. Portionis.

Lunæ 14. Aprilis 1704.

ARGUMENTUM.

Quando locum habeat *Regula 68.* Cancellariæ . De
natura ſimultaneæ Collationis inter Epiſcopum , &
Capitulum , quid operetur ejus diviſio per Tur-
num , & an talis diviſio requirat approbationem
Apoſtolicam .

SUMMARIUM.

1 Reg. 68. *Cancellariæ inducit tantùm reſervationem
Beneficiorum, de quibus per Ordinarios Collatores ,
vel non fuerit diſpoſitum, vel minus validè .*
2 *Ex defectu juſtificationis Gratia Proviſi à Papa execu-
tionem non meretur .*
3 *Jus Collationis ſimultaneæ , per obitum Epiſcopi , con-
ſolidatum remanet in Capitulo .*
4 *Concordia ſuper Turno eſt maximè attendenda , ad ef-
fectum probandi Jus ſimultaneæ Collationis .*
5 *Epiſcopo tanquam informato de qualitate Beneficiorum
ſuæ Diœceſis , in ſui præjudicium teſtanti , eſt val-
de deferendum .*
6 *In diviſione ſimultaneæ inter Epiſcopum , & Capitu-
lum non requiritur S. Sedis approbatio .*
7 *Per lapſum duorum Sæculorum cum dimidio , & et-
iam minoris temporis , concurrente obſervantia, præ-
ſumitur Beneplacitum Apoſtolicum .*
8 *Diviſio per Turnum inter Epiſcopum , & Capitulum
nudo exercitio Juris conferendi , altero ex eis de-
ficiente , Collatio pertinet ad ſuperſtitem per Jus
non decreſcendi , nec in ejus præjudicium intrant
Regulæ reſervatoriæ .*
9 *Declaratur* Deciſ. in Palentina Canonicatus 6. Fe-
bruarii 1696. cor. Ulmo , *confirmata* 14. Mar-
tii 1698. coram Pio .
10 *Capitulum venit ſub nomine Ordinarii Collatoris, quan-
do illi competit facultas providendi vigore ſimulta-
neæ Collationis cum Epiſcopo .*

DECISIO XLIV.

DEciſum fuerat *cor. Me ſub die 7. Maii* anni præteri-
ti non eſſe procedendum ad legitimam executio-
nem literarum Joſephi , quas eſſe exequendas pronuntia-
verat *R. P. D. meus Anſaldus prævia Deciſione edita ſub die
23. Junii 1702.* Denuo conſulti in hodierna audientia
DD. cenſuerunt ſtandum eſſe in Deciſis.

Præmiſſo namque quod *Reg. 68. Cancellariæ* , cui ni-
tebatur Apoſtolica proviſio Joſephi inducit tantùm re- 1
ſervationem , quoad Beneficia , de quibus per Ordina-
rios Collatores , vel non fuerit diſpoſitum , vel minùs
validè , prout ex litera ejuſdem Regulæ obſervant *De-
ciſio R. P. D. mei Anſaldi §. Arſam ambigendi , & Deciſio ,
quæ revidetur §. Quibus proindè* , palam exindè ſequeba-
tur , quod cum Capitulum Tiraſonen. indubitanter ha-
beret jus ſimultaneæ Collationis Beneficiorum cum E-
piſcopo , validè procul dubio potuerit conferre contro-
verſam Portionem ad favorem Pauli Michaelis , & per
conſequens verificata minimè remanſerit , narrativa ,
facta Pontifici per Joſephum , quod nemo præter ipſum
Pontificem prædictam Portionem conferre potuerit , ut
proindè ex defectu debitæ juſtificationis, gratia ejuſdem 2
Joſephi nullam promereatur executionem ad monitum
*Textus in capit. 1. de lit. conteſt. in 6. Rot. coram Bich. de-
ciſ. 285. num. 1. coram Priol. deciſ. 38. & deciſ. 469. utro-
bique num. 1. coram ſan. mem. Alex. VIII. deciſ. 132. num.
4. in rec. dec. 108. num. 5. part. 10. in Valent. benef. 26. Fe-
bruarii 1697. §. Ratio reſolutionis , cor. R. P. D. meo Prio-
lo in Hipporegien. Præpoſituræ 27. Junii 1698. §. Panda-
mentum , in fine coram R. P. D. meo Pio , & in Cracov. Ca-
nonicatus 13. Junii 1701. §. Præhabitis namque , coram R.
P. D. meo Arſaldo .*
Idque procedere poſſe viſum fuit , etiamſi vacatio
prædictæ Portionis contigerit in menſe Novembris an-
ni 1700. reſervato Sedi Apoſtolicæ , ex vi alterius *Re-
gulæ 8. hodie 9.* Quia cum de eo tempore Sedes Apoſto-
lica Supremo Paſtore deſtituta reperiretur , quæcumque
reſervationes , & Regulæ Cancellariæ ceſſaverant , fa-
ctuſque fuerat locus conferendi , etiam in menſibus alias
reſervatis , ad liberam voluntatem cujuſcumque Ordi-
narii Collatoris , quale profecto dici poterat Capitulum
ſimultaneam Collationem habens cum Epiſcopo , & 3
ad eius favorem per ejuſdem Epiſcopi obitum ſecutum
paulo poſt vacationem controverſæ Portionis conſoli-
datum remanſerat Jus conferendi , juxta communiter
firmata per *Lor. de Anaiver. & Capell. lib. 2. cap. 10.
num. 8. Gonz. ad Regul. 8. Cancel. gloſſ. 5. proœm. num. 46.
& ſeq. Ventrigl. in Prax. for. Eccl. lib. 2. adnotat. 2. de re-
ſerv. benef. §. 2. num. 71. Marchet. de Vicar. Capitul. part.
2. tit. 32. ex num. 26. eam ſeqq. Pyrr. Corrad. in Prax. be-
nef. lib. 3. capit. 7. num. 71. Card. de Luca de benef. diſc.
16. num. 8. & diſc. 31. num. 4. & 5. Rot. deciſ. 980. n.
6. coram Seraphino deciſ. 192. num. 4. & 5. coram Milli-
no , & deciſ. 635. num. 10. & 11. part. 18. & dec. 121.
num. 8. & ſeq. part. 19. rec.*
Hoc autem Jus ſimultaneæ Collationis ſatis ſuper-
que DD. probari viſum fuit , ex antiquiſſima concor-
dia inita de anno 1446. inter Capitulum , & Epiſco-
pum , in qua præſupponitur Jus ſimultaneum conferen-
di , & ad conſulendum bono pacis , & tranquillo Ec-
cleſiæ ſtatui , diviſa fuit per Turnum collatio Canoni-
catuum , Portionum integrarum , & dimidiarum , nec
non Capellaniarum , quæ quidem concordia ad effectum 4
probandi Jus ſimultaneæ Collationis maximè venit at-
tendenda , prout ex *Rota coram Seraphin. deciſ. 980. ſub
num. 12. animadverſum fuit in Deciſione diei 7. Maii 1703.
coram Me in §. Objectum enim .*
Accedentibus præſertim nedum pluribus Collationi-
bus Canonicatuum , Portionum , & Capellaniarum ſe-
cutis de annis 1654. 1680. 1684. & 1690. in quibus
enunciatur , Jus conferendi eſſe ſimultaneum juxta Con-
ſtitutiones Eccleſiæ , & prædictam concordiam ; Ve-
rum etiam ex atteſtatione Moderni Epiſcopi aſſeren-
tis , hoc ſimultaneum Jus ex inconcuſſa conſuetùdine
ſemper obſervari , cui tanquam veriſimiliter informato
de qualitate Beneficiorum ſuæ Diœceſis , & tanquam 5
in ſui præjudicium teſtanti , valdè deferendum eſſe mo-
nent *Rot. coram Greg. deciſ. 58. num. 3. coram Caval. de-
ciſ. 46. num. 1. in rec. deciſ. 152. num. 5. & 6. part. 7.
deciſ. 73. num. 3. part. 11. deciſ. 162. num. 7. part. 12.
deciſ. 244. num. 10. part. 16. & in Mediolan. Præpoſituræ
3. Martii currentis anni §. Superaccedebant , coram R.
P. D. Anſaldo .*
Non obſtat , quod præfata concordia non ſit munita
Apoſtolicæ Confirmationis robore , proindeque at-
tendi non debeat in præjudicium ipſius S. Sedis. Ultra
quod enim Apoſtolica Confirmatio neutiquam neceſſa-
ria apparebat in caſu , de quo agitur , dum in memo-
tata

6 rata Concordia nil novi tribuebatur Capitulo in præjudicium Apoſtolicarum reſervationum, ſed ſolum dividebatur exercitium Juris conferendi in ſuis menſibus, in quibus terminis nullum Beneplacitum, nullavè Apoſtolica confirmatio requiritur, ut ponderatum fuit in *Deciſione* quæ revidetur *§. Minuſque*. Adhuc removebatur objectum ex quo cum à die celebratæ concordiæ uſque ad præſens effluxerint duo ſæcula cum dimidio, eademque concordia ex Collationibus ſupra allatis obſervata dignoſcatur, præſumendum eſt quodlibet opportunum beneplacitum, & Apoſtolicam Confirmationem intercesſiſſe, prout de longè minori tem-
7 poris lapſu concomitante obſervantia tradiderunt. *Grat. diſcept. for. cap. 667. num. 5. & cap. 893. num. 17. Gonz. ad Regul. 8. Cancell, gloſs. 52. num. 76. & ſeq. Mareſcott. Var. Reſolut. cap. 13. lib. 1. num. 9. Rot. dec. 803. num. 15. coram Emerix jun. dec. 39. nu. 12. coram R. P. D. meo Anſald. in rec. dec. 155. num. 89. part. 19. & deciſ. 533. num. 17. part. 18. cum aliis in dicta Mediolan. Præpoſituræ 3. Martii præteriti §. Validius, coram R. P. D. meo Anſald.*

Minus obſtat, quod vacatio Portionis controverſæ contigerit in Turno Epiſcopi, ac propterea deficiente ipſo Epiſcopo, ante expletam Collationem, ſubintrare non potuerit Capitulum. Omiſſo namque, quod minimè probatur concludenter, ut opus eſt, præfatam vacationem ſuiſſe ſecutam in Turno Epiſcopi, adhuc tamen DD. ea peculiaris arriſit reſponſio, quod cum in præſenti non fuerit per Turnum diviſa ipſa proprietas conferendi, ſed tantùm nudum ipſius exercitium,
8 exindè ſequitur, quod proprietas, ſeu ſubſtantia Juris conferendi inſolidum remanſerit penes utrumqua Collatorem, Epiſcopum nempe, & Capitulum, quæ per diviſionem prædictam ab ipſis abdicata non fuit, itaut altero ex eis deficiente, collatio pertineat ad ſuperſtitem per viam Juris non decreſcendi, nec in ejus præjudicium intrent Regulæ Reſervatoriæ, ac propterea etiamſi vacatio ſucceſſerit in Turno Epiſcopi, adhuc ob illius obitum, jus conferendi conſolidatum remanſerat in Capitulo, quod Jure independenti, & tanquam proprius, & Ordinarius Collator, conferre poterat, ex frequenter animadverſis *per Gonzal. ad Regul. 8. Cancel. gloſſ. 45. §. 3. num. 48. & ſeqq. Garz. de Benef. part. 5. capit. 1. ex num. 234. & ſeqq. Tondut. Quæſt. & Reſol. Benef. part. 2. capit. 3. §. 8. num. 39. Rot. coram Seraphin. deciſ. 980. num. 11. & coram Millino dec. 173. num. 5.* & firmat *Deciſio, quæ revidetur §. Ceſſare*.

Atque hinc denuò viſæ ſunt inapplicabiles authoritates in contrarium adductæ, & ſignanter *Deciſio in Palentina Canonicatus 6. Februarii 1696. coram R. P. D. meo dell' Olmo Magno Cancell. Mediolan.* confirmata *14. Martii 1698. coram R. P. D. meo Pio*, quæ eſt inter recollectas poſt *Antonell. de Jur. & Oner. Cler. deciſ. 23.*
9 Etenim vel loquuntur in terminis devolutionis factæ ad Superiorem, ob non collatum Beneficium tempore habili ab eo, qui reperiebatur in Turno, vel in caſu, quo Sedes Apoſtolica non vacaverit, ut reſpondet *Deciſio coram Me, edita ſub die 7. Maii 1703. §. Cæterum*. *Deciſiones* verò in Cauſa *Palent. Canonicatus coram RR. DD. meis Olmo, & Pio* potius retorquentur, ibi enim legitur pro fundamentali ratione, quod ratificatio facta à Capitulo, quod erat in Turno, & ad quod pro illa vice vigore ſimultaneæ ſpectabat jus conferendi, non poterat in conſideratione haberi ad convalidandam Collationem, nulliter ab Epiſcopo in Turno non exiſtente expletam, eo quod fuerit emiſſa Sede Apoſtolica jam plena, & ſic poſtquam Pontifex Jus ſuum reaſſumpſerat, itaut videatur, quod præfatæ *Deciſiones* admittant, quod ſi Capitulum ratificaſſet, Sede Apoſtolica adhuc vacante, utique ſubſtineri potuiſſet memorata Collatio, & ſic eædem *Deciſiones* longè diverſæ ſunt à caſu noſtro, in quo facta fuit Collatio, utraque Sede, Pontificia nempe, & Epiſcopali vacante, in quibus terminis ceſſantibus quibuſcumque Regulis Reſervatoriis, liberæ undequaque rema-
10 nent manus cujuslibet Ordinarii Collatoris, ſub cujus nomine venit etiam Capitulum, quando illi competit facultas providendi vigore ſimultaneæ Collationis cum Epiſcopo, ut probant authoritates ſupra recenſitæ *in §. Idque procedere*, & expreſsè admittit ipſamet *Deciſio Palent. Canonicatus 6. Februarii 1696. §. Minus autem, coram prælaudato Magno Cancell. Mediolan.*

Et ita DD. remiſſivè in reliquis ſe habentes ad præteritam meam *Deciſionem* reſolverunt utraque &c.

Rmo P. D. MOLINES DECANO.

Valentina Juriſdictionis.

Lunæ 6. Aprilis 1699.

A R G U M E N T U M.

Quæ Juriſdictio tributa cenſeatur Rectori Collegii, de quo agitur, in Conſtitutionibus, in illius limine authoritate Apoſtolica conditis; quæque Ordinario reſervata.

S U M M A R I U M.

1 *Epiſcopus habet de Jure fundatam intentionem exercendi in omnibus locis ſuæ Diœceſis omnimodam Juriſdictionem.*
2 *Contra diſpoſitionem Conſtitutionum alicujus Collegii, quæ fuerint per Papam approbatæ, non valet Ordinarius Jus aliquod exercere.*
3 *Etiamſi obſtet Sacr. Canonum reſiſtentia.*
4 *Quidquid non legitur alteri expreſsè conceſſum, cenſetur Ordinario reſervatum.*
5 *Ex facultatibus Rectori Collegii, de quo agitur, conceſſis, quæ hic recenſentur, nulla Juriſdictio contentioſa promanat, ſed tantùm quædam præeminentialis prærogativa, & œconomica majoritas,* & num. 7. & 11.
6 *Obedientia, & obſequium habenti primam Sedem, & Dignitatem Officii debentur.*
8 *Cauſarum criminalium cognitio nunquam ab Ordinario abdicata cenſetur, niſi ſpecificè, & nominatim exprimatur.*
9 *Privilegium exemptionis ita debet interpretari, ut minùs, quam fieri poſſit, Juriſdictionem Ordinarii lædat.*
10 *Cognitio, & punitio gravium criminum ad Ordinarium ſpectat, ad differentiam levium delictorum.*
12 *Valet argumentum à contrario ſenſu in conceſſionibus, Sententiis, & Contractibus etiam ſtricti Juris.*
13 *Declara in actibus ejuſdem generis, ſecus in aliis.*
14 *Si quid alicui fuit limitatè reſervatum, extra reſervantis Dominium dicitur totum id, quod in reſervatione expreſsè non continetur.*

D E C I S I O XLV.

JUriſdictionalis controverſia circa Viſitationem exorta in anno 1653. inter Archiepiſcopum Valentinum, & alios Conviſitatores Collegii, ſeu Seminarii Corporis Chriſti, ſumma cum laude de anno 1594. in executionem *S. Concil. Trid. in capit. 18. ſeſſ. 23. de reform.* fundati à piiſſimo, & in ævum colendæ mem. Joanne de Ribera, Patriarcha Antiocheno, & Archiepiſcopo Valentino, devoluta fuit ad noſtrum Tribunal, prout videre eſt in *Deciſione edita coram Peuting.* inter ejus impreſſa *la 480.* ſilvitque poſtmodum per multum tempus hæc cauſa, donec occaſione nonnullorum actuum geſtorum in Curia Archiepiſcopali, ſuſpicantes Rector, & Collegiales, velle iterum modernum Reverendiſſimum Archiepiſcopum exercere Juriſdictionem in præfatum Collegium, curavit vigore litis pendentiæ contra eum expedire conſuetam Rotalem citationem cum inhibitione, qua in actis poſt præſentationem reproducta, prævia *Deciſione edita coram R. P. D. meo Priolo ſub die 14. Februarii anni præteriti* pronunciatum fuit per Sententiam, Archiepiſcopo non competiiſſe, nec competere aliquam Juriſdictionem in dictum Collegium, ejuſque Collegiales, Officiales, & Miniſtros, niſi in actu Viſitationis, & una ſimul cum Conviſitatoribus. Sed cum ob inordinatum proceſſum, ex quo prædicta citatio cum inhibitione Rotali non fuerat præſentata Archiepiſcopo, nec ejus Procuratori Fiſcali, ſed ſolùm Vicario, & Gubernatori Generali Archiepiſcopatus, recurſum interpoſuerit idem Archie-

chiepiſcopus ad Signaturam Juſtitiæ, quæ reſcripſit ad *Rotam* ex integro, mihique extiterit cauſa commiſſa, iterùm propoſui antiquum Dubium. *An Archiepiſcopo competat Juriſdictio in Collegium extra Viſitationem, ſuper quo Conſultis DD. in hodierna audientia, reſponſum habui, Juriſdictionem competere juxta modum infra exprimendum.*

Non enim aliquod emerſit dubium circa præliminarem juris theoricam, juxta quam Reverendiſſimus Archipræſul dicitur de jure habere in hac materia fundatam intentionem pro exercitio omnimodæ Juriſdictionis Eccleſiaſticæ in omnibus locis piis, ſitis intra ſuam Diœceſim, multoque magis in Eccleſiis, & Col-
1 legiis exiſtentibus in Civitate Valeorina, ad effectum illa viſitandi, Cauſas civiles, & criminales cognoſcendi, aliaque peragendi, quæ Paſtorali Officio incumbunt reſpectu fori Eccleſiaſtici, tam inſpecta diſpoſitione Juris communis per *Text. in capit. 1. & cap. conquerente 16. de Off. Ordinar. capit. Cum Venerabilis 7. de relig. dom. capit. cum perſonæ, de privil. in 6. Can. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. Barboſ. de Poteſt. Epiſcopi part. 3. allegat. 125. num. 28. & lato calamo dictum fuit in Gerund. Juriſdictionis ſuper bono Jure 13. Junii 1692. §. Ex qua ſituatione, & in Leodien. Juriſdictionis 21. Aprilis 1698. §. Poſita igitur, utraque coram Me*, quàm attenta ſpeciali ſanctione *S. Conc. Trid. ſeſſ. 24. capit. 20. de reform. ut probant mox relata authoritates*, quibus attentis nulla videbatur adeſſe difficultas reſpondendi, competere de jure Archiepiſcopo plenariam Juriſdictionem in prædictum Collegium.

Attamen quia in illius erectione piiſſimus Antiſtes fundator ſupplicavit ſanct. mem. Clement. VIII. Summo Pontifici tunc temporis, ut pro ſalubri illius regimine poſſet condere nonnullas leges, ſeu conſtitutiones, quas poſt obtentam opportunam facultatem compilavit in quodam libro, typis mandato, quibus inhærendo, juxta ea, quæ in antecedenti inſtantia proponebantur, ſolùm à Defenſoribus Collegii (moderno Archiepiſcopo non informante) *Sacra Rota coram R. P. D. meo Priolo* cenſuit, eidem eſſe denegandam Juriſdictionem extra viſitationem, ex ratione, quod quando authoritate Pontificia in limine fundationis factæ fuerunt pro regimine Collegii, certæ, & determina-
2 tæ conſtitutiones, tunc Ordinarius contra illarum diſpoſitionem non valeat jus aliquod exercere ſupra illos de Collegio, ad tradita per *Gloſſ. in capit. de Monachis 12. V. de proventibus verſ. ſi habent Eccleſiam ex conceſſ. Epiſcoporum, ſi certa forma fuit appoſita, illa ſervetur, de præb. Oliva de for. Eccl. part. 3. quæſt. 34. numer. 38. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell Gloſſ. 5. in princ. num. 4. Rot. coram Cerro deciſ. 161. num. 7. coram Bich. dec. 448. num. 3.*

Etiam ſi reſiſtant ſacri Canones, tribuentes Ordinario dicti Juris aſſiſtentiam, quia hæc ſilet, nec ope-
3 ratur ſuum effectum in illis locis, ubi adſunt leges, ſeu fundamentales conſtitutiones approbatæ per Sedem Apoſtolicam *Corn. conſ. 193. num. 5. Gratian. diſcept. forenſ. 270. num. 4. & 5. Frances de Eccl. Cathed. capit. 31. num. 20. Rota deciſ. 157. ſub num. 2. coram Coccin. cum aliis noviſſimè allegatis in Dertbuſ. Juriſdictionis 28. Januarii 1697. §. Conſulto, coram R. P. D. meo Pio.*

Propterea hodie ad inſtantiam moderni Archiepiſcopi, & Collegii iterum ex integro examinata per DD. hujus Cauſæ materia, ad limites fundamentalium conſtitutionum ejuſdem Collegii, jure meritò dixerunt pertinere ad Archiepiſcopum Juriſdictionem in Collegium juxta modum, ſcilicet quod Archiepiſcopus illam valeat exercere extra viſitationem in Cauſis contentioſis, civilibus, criminalibus, & mixtis, ſecus autem in aliis non contentioſis reſpicentibus ſolùm obſervantiam conſtitutionum, gubernium Collegii, ſervitium Eccleſiæ, & Chori, de quibus Rector ejuſdem cognoſcere poſſit, cum recurſu ad viſitationem certo tempore, & cum perſonis à Fundatore deſignatis, faciendam ad formam conſtitutionum in limine fundationis editarum.

Et ſanè medullitus, ac ſingillarim introſpectis dictis conſtitutionibus datis in *Summ. Archiepiſcopi à nu. 1. ad num.*, nullibi legitur fuiſſe interdictum Archiepiſcopo, quo minus ipſe extra viſitationem poſſet exercere ſuam Ordinariam Juriſdictionem, pro delictis commiſſis à Collegialibus, in iis, quæ regulas, ſeu conſtitutiones Collegii non concernunt, & pro quibus Juris ordine ſervato procedendum eſt ad vindictam. Undè ſuccedit recepta in hac materia propoſitio, quod quidquid in fundatione non legitur expreſsè conceſſum 4
Rectori, cenſeatur Archiepiſcopo reſervatum ex cauſa univerſali ſuæ Ordinariæ Juriſdictionis, omneque omiſſum, tacitum, vel ambiguum relictum dicatur ſub diſpoſitione Juris communis juxta *Doctr. Anchar. in capit. poſtulaſti verſ. quidquid per exemptionem de for. compet. in capit. 2. ſub num. 50. de conſtitut. Cocchier de Juriſdict. in exempt. part. 2. quæſt. 45. num. 12. Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 24. num. 96. in d. Gerund. Juriſdictionis 13. Junii 1692. §. Ac per conſequens, coram Me, & in Barcn. Juriſdictionis 26. Aprilis §. Neque juris aſſiſtentiam, coram bon. mem. Urſino, & in Dertbuſ. Juriſdictionis ſuper gravibus 4. Maii 1697. §. Cum ergo, coram* R. P. D. *meo Pio*.

Abſque eo quod obicem præſtent præeminentiales prærogativæ conceſſæ Rectori per Fundatorem in *capit. 5.* ubi ſtabiliens Officium illius ſtatuit in §. 1. quod Rector ſit Caput Collegii, in §. 2. quod in Capitulis, & Congregationibus ſit præſidens, habeatque primum votum cum qualitate prælationis in caſu paritatis, in §. 3. quod ſit ſuper intendens in omnibus, quæ reſpiciunt Beneficium ſpirituale, & temporale Collegii & Capellæ, quodque omnes Perſonæ Collegii illi pareant, & obſequantur, in §. 4. quod debeat ſummopere invigilare ſervitio Chori, & Eccleſiæ ad hoc, ut Divina Officia cum omni majori cultu, & devotione celebrentur. Quoniam cenſuerunt Domini has præemi- 5
nentias, & omnes alias conceſſas Rectori, non ſignificare, fuiſſe eidem datam aliquam Juriſdictionem contentioſam, ſed ſolùm præſeferre quandam ſuperioritatem, & majoritatem Æconomicam quoad regimen ſpirituale, & temporale Collegii, & Eccleſiæ, ac perſonas illius ad hoc, ut Divina Officia cum omni poſſibili cultu, & perfectione celebrentur, in qua conſiſtit principalis intentio piiſſimi fundatoris, & ipſe ſe explicat in *d.* §. 4. ibi — *per il primario di queſta noſtra fondatione*, & ad hunc finem mandavit in citato §. 3. quod ab omnibus perſonis Collegii præſtaretur obedientia, & obſequium Rectori, ibi - *di maniera, che da tutti ſarà obedito, e riſpettato* -- Obedientia enim in ſubjecta materia debetur Rectori in ſignum ſuperioritatis & regiminis ei commiſſi, prout etiam reſpectus, 6
obſequium ob excellentiam perſonæ habentis primam Sedem, & Dignitatem Officii, ut in ſimili explicant *Bald. in l. liberti, libertæque num. 10. Cod. de Oper. Pub. libert. Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 16. num. 521. Div. Thom. 2. 2. quæſt. 102. art. 2. in Corpor.*

Nec major vis fieri poteſt in *d.* §. 4. ubi Rector circa regimen Collegii, Eccleſiæ, & Chori deputatur ordinarius, & perpetuus Viſitator, ibi: *Si tenga per Ordinario, e perpetuo Viſitatore, come deve eſſere, poiche a ſua carica ſta la ſopra inteadenza di tutto quello, ſi deve fare in queſta Caſa, tanto nel ſervizio della Chieſa, come negli altri miniſterj*. Nam fundator non conſtituit Rectorem Ordinarium, & perpetuum Viſitatorem, cum intentione, quod voluerit à ſe abdicare Juriſdictionem contentioſam in Cauſis Civilibus, & Crimi-
nalibus, eamque in Rectorem transferre, ſed ſolum 7
ad hoc, ut ipſe eſſet perpetuus domeſticus Gubernator, ac continuus Viſitator, & ſpeculator, diu, noctuque vigilans circa bonum regimen Collegii, & diſciplinam Collegialium, & obſervantiam Conſtitutionum, & nè in exercitio Chori, & ſervitio Eccleſiæ introducerentur abuſus in præjudicium Cultus Divini, qui ſemper in ſumma perfectione conſiſtere, & continuare deberet, prout toto conatu deſiderabat, & commendavit Religioſiſſimus Fundator.

Quodque ipſe intellexit ſolum concedere Rectori illam ſuperioritatem, & authoritatem neceſſariam pro bono regimine Collegii, & Eccleſiæ in caſibus expreſſis in Conſtitutionibus, & juxta modum in eiſdem ſtabilitum, manifeſtè comprobatur ex *d. cap. 5. §. 3.* ubi poſtquam locutus fuit Archiepiſcopus Fundator de ſuperintendentia, & ſuperioritate Rectoris ſic diſpoſuit quoad ejus uſum, *intendendoſi, che hada procedere conforme all' ordine, che diamo in queſte noſtre Conſtitutioni*:

ex

ex quibus cum ſuperintendentia conceſſa Rectori reſtrictionem patiatur, juxta ſubjectam materiam ſiogularium Conſtitutionum, & ad ordinem procedendi in eiſdem præſcriptum, utique comprehendere nequit majora, ſeu diverſa ab expreſſis io dictia Conſtitutionibus, io præjudicium Archiepiſcopi, habentis fundatam inrentionem in Univerſali, & Ordinaria Juriſdictione conteotioſa in cauſis criminalibus, quarum cognitio nunquam ab Ordinario abdicata cenſetur, ni-
8 ſi ſpecificè, & nominatim exprimatur, non autem ſub involucro verborum *Lap. alleg. 70. num. 9. & 10. Rota coram Bich. decif. 167. num. 5. & decif. 191. nu. 50. part. 19. rec. & in dicta Baren. Juriſdictionis §. Nec majorem coram bon. mem. Urſino*, quinimmò dicta ſuperintendentia, & ſuperioriras taliter interpretari debet,
9 ut minus quam fieri poſſit, lædat Juriſdictionem Ordinariam, competentem Archiepiſcopo ex diſpoſitione Juris communis *Cochier. de Juriſdictione in exempt. part. 1. quæſt. 2. num. 7. & quæſt. 4. per tot. Latter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 23. num. 24. Frances de Eccl. Cathed. capit. 30. à num. 114. ad 133. & in dicta Gerunden. Juriſdict. 23. Junii 1692. §. Ac per conſeqaens, coram Me*.

Præterea cum io dictis Conſtitutionibus fuerit præſcriptus modus procedendi abſque compilatione proceſſus, & ſine examine Teſtium, ſed tantum per correctionem exttajudicialem, & inſuper determiuata fuerit contra Collegiales delinquentes certa qualitas pœnarum, prout ſunt jejunium in pane, & aqua, recluſio in propriam cellam, cum præcepto non egrediendi, expulſio ex gremio Collegii, *d. Summ. num. 8. §. 4.* quæ ultima pœna expulſionis ſtabilita fuit omnium maxima, & infligenda dumtaxat in caſu, quo aliquia Collegialis fraterna monitus correctione non reſipiſceret, ſed effectus eſſet incorrigibilis, illiuſque inflictio reſervata ſuit Viſitatoribus cum voto aliorum Collegialium, *d. Samm. num. 9. §. 8.* Utique ex his clarè aſſequimur in eundem Rectorem per dictas Conſtitutiones non ſuiſſe translatam Ordinariam Juriſdictionem contentioſam cognoſcendi cauſas criminales eorundem Collegialium, juxta qualitatem delictorum gravium, ad quorum pu. itionem procedendum eſt judicialiter, &
10 cum formali proceſſu, quæ omnia ſpectaot de jure ad Dignitatem Archiepiſcopalem, ſicuti ad differentiam punitionis delictorum levium ſancitur *in capit. final. de Off. Archipresbyteri, ibique gloſſ. V. referant. Fagnan. in capit. Cum dilectus à nam. 28. ad 35. de reſcript. Pyring. in decret. tit. 23. num. 1. & tit. 24. §. 2. verſ. & quamvis, & in puncto Rot. decif. 20. num. 3. part. 1. rec. & in Gerund. Juriſdictionis ſuper quiato dubio 27. Junii 1698. per tot. coram R. P. D. meo Caprara, & in d. Dortuſ. Juriſdictionis ſuper gravibus 4. Martii 1697. §. Quod ipſum etiam in fine, coram R. P. D. meo Pio*, ubi *§. ſeq.* optimè firmatur in terminis conſimilium conſtitutionum, quòd quemadmodum ſuit conceſſa alteri mulcta domeſtica pro delictis levibus, ita cenſetur conſultò omiſſa in aliis delictis gravioribus.

Quæ omnia clatiora redduntur ex Conſtitutionibus ſtabilitis in *capit. 38. de expulſione Collegialium d. Summ. num. 9. §. 6.* in quo cavetur poſſe Collegiales expelli, quoties aliquis ex eis propter aliquod delictum fuiſſet condemnatus in aliquo tribunali Eccleſiaſtico, vel Seculari, & inter delicta gravia exprimitur concubinatus, addita declaratione, quod in tali caſu dum Collegialis delinquens erit carceratus in prædictis Tribunalibus, ſpulietur habitu Collegiali, & in nihilo poſſit ſubveniri à Collegio, ex quo palam fit, Fundatorem non privaſſe alios Judices ſua Juriſdictione in Collegiales delinquentes concubinatu, vel aliis delictis gravioribus, neque intellexiſſe penes Rectorem Collegii reſidere debere Juriſdictionem criminalem contentioſam, aliàs injunxiſſet, delinquentes poſſe retineri carceratos iotra Collegium. Quinimmò cum in præcedenti *capite 37.* loquendo de pœnis Collegialibus delinquentibus infligendis expreſsè prohibuerit retentionem carceris in eodem Collegio, ut patet ex *d. Summ. num. 8. §. 4.* ibi: *perchè non è noſtra intenzione, che vi ſia Carcere in queſta Caſa*; exinde ſequitur, Fundatorem noluiſſe concedere Rectori Juriſdictionem criminalem contentioſam iu præjudicium ſuæ Dignitatis Archiepiſcopalis, & ſucceſſorum in ea, nec Collegiales

eſſe exemptos à Juriſdictione Ordinarii in gravibus de- 11
lictis ab eis perpetratis. Immo dicendum eſt pro his puoiendis voluiſſe Jus ſuum intactum relinquere Ordinario, ad præſcriptum *S. Conc. Trid. in ſeſſ. 24. cap. 20. de reform.*

Firma igitur ex hucuſque perpeoſis remanente Juriſdictione contentioſa ſavore Archiepiſcopi extra Viſitationem in Criminalibus, confirmata etiam ex obſervantia reſultante ex actibus, de quibus teſtatur Philippus Amoros Notarius Curiæ Eccleſiaſticæ Valentiæ, ut reſertur *in Summ. Archiep. num. 10.* Multo minùs dictæ Conſtitutiones eidem Archiepiſcopo adverſantur in civilibus, quia ex illarum lectura dignoſcitur, nullam etiam ſuiſſe tributam Rectori facultatem circa cognitionem contentioſam Cauſarum civilium, & proindè quoad iſtas remanet quoque illæſa aſſiſtentia juris, militantis pro dicto Archiepiſcopo, ex Doctrinis ſuperiùs allegatis.

Non obſiſtente, quod cum in eiſdem Conſtitutionibus ſuerit eidem Archiepiſcopo eapreſsè reſervatum Jus explendi viſitationem Collegii cum duobus aliis Conviſitatoribus; hioc cenſeatur generaliter illi denegatum exercitium ſuæ Ordinariæ Juriſdictionis contentioſæ, tam in Criminalibus, quàm in Civilibus extra Viſitationem, argumento ductn à coutrario ſenſu, quod 12
in conceſſionibus, Sententiis, & Contractibus etiam ſtricti Juris valet per *textum in l. inter Socerum 26. §. Cum inter ff. de pact. dotal. Surd. dec. 202. num. 11. & 12. Rota dec. 22. num. 7. cum ſeqq. coram Ubago, & in Vicen. Scribaniarum ſuper bono Jure 27. Junii 1692. §. Indeque de plano, coram Urſino*.

Etenim objectum tunc urgeret, quando verſaremur in eodem genere Juriſdictionis, quod ſcilicet Rector Collegii vigore dictarum Conſtitutionum poſſet illam quoque exercere in actibus coutentioſis, tam Civilibus, 13
quàm Criminalibus, ſed cum ex ſuperiùs ponderatis Juriſdictio Rectotis reſpiciat diverſa, & non ſe extendat, niſi ad ea, quæ concernunt obſervantiam Conſtitutiunum, gubernium ejuſdeio Collegii, & Eccleſiæ, quam Domini ſalvam illi præſervarunt cum recurſu ad dictam Viſitationem demandatam à Fuodatore, & io hoc ſtetit modus ſupra inſinuatus, juxta quem DD. cenſuerunt, temperandam eſſe Juriſdictionem Archiepiſcopi, habentis intentionem ſundatam in Jure, ex inde ſequitur, quod dictum argumentum à contrario ſenſu non procedit in noſtra hypotheſi, ſed conſonat alia Juris propoſitio, quod quidquid alicui fuit limitatè 14
reſervatum extra Reſervatarii dominium dicitur eſſe totum id, quod in reſervatione expreſsè non legitur conceſſum *per textum in l. nam quod §. fin. ff. de pœn. legat. Pariſ. conſ. 33. num. 59. verſ. & quia lib. 3. Rot. dec. 150. n. 2. part. 16. & dec. 107. num. 8. & dec. 790. num. 38. part. 18. rec. & in d. Vicen. Scribaniaram 27. Junii 1692. §. Potiſſimum coram bon. mem. Urſino*; adeout Archiepiſcopo ſemper illæſa remanſerit ſua Ordinaria Juriſdictio extra Viſitationem in Cauſis contentioſis Civilibus, Crimioalibus, vel mixtis, & dumtaxat limitata in favorem Rectoris Collegii iu aliis non contentioſis, reſpicientibus ſolùm obſervantiam Conſtitutionum, bonum regimen Collegii, ſervitium Eccleſiæ, & Chori, juxta regulas, & Conſtitutionea fundamentales ejuſdem Collegii.

Et ita reſolutum ſuit, utraque Parte acerrimè informaote &c.

Rm̃o P. D. URSINO DECANO.

Urgellen. Servitutum.

Ven. 15. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

In concernentibus Cultum Divinum inducitur Servitus ex multiplicitate actuum, & continuata poſſeſſione, eriamſi ab initio cauſam habuerit voluntariam. Eccleſiæ in poſſeſſione exiſtenti iudubitanter conceditur manutentio, & poſſeſſio acquiſita contra ſingulos, uti de Corpore Univerſitatis, eſt manuteoibilis etiam quoad omnea. Ex quibus dicatur aliquid geſtum fuiſſe coactivè, non facultativè.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Servitutem allegants incumbit onus probandi coactionem, ſine qua induci non poteſt conſuetudo aliqua reſtrictiva libertatis.*

2 *Potiſſimè agendo contra Communitatem, cui non ita de facile per actus, geſtos à particularibus, præjudicium infertur.*

3 *Quoties dubitatur, an aliquid geſtum fuerit ex voluntate, vel etiam obligatione, recurrendum eſt ad conjecturas.*

4 *In reſpicientibus Cultum Divinum præſumitur, actum fuiſſe geſtum animo ſe in futurum obligandi, quamvis initium fuerit facultativum.*

5 *Et in hac materia manutentio concedenda eſt Eccleſiæ in poſſeſſione exiſtenti, nec debito ſervitio ſpolietur.*

6 *Graduum, & ordinum diſtributio Eccleſiaſticam unitatem conſervat.*

7 *Si poſt contradictionem ſequatur acquieſcentia, fortius redditur Jus in poſſeſſione exiſtentis*, & n. 8.

9 *Non attenditur qualitas certarum perſonarum, ſed effectus Cauſæ univerſalis*, & n. 12.

10 *Poſſeſſio acquiſita contra ſingulos ratione Cauſæ univerſalis, conſtituit agentem in quaſi poſſeſſione manutenibili quoad omnes.*

11 *Temporalis deputatio, & taxatio Salarii reſpicit particulares perſonas Officialium, quibus ratione laboris aliquid ſubminiſtrandum eſt.*

13 *Electio involvens præjudicium, & Servitutem odioſam, abſque conſenſu Electi facta, & ab eo abſque repugnantia acceptata, cenſetur potius provenire ex Cauſa neceſſaria, quàm voluntaria.*

14 *Teſtibus numero pluribus, & in proprium præjudicium deponentibus, eſt maximè deferendum.*

15 *Qui fatetur errorem in aliquo actu, fatetur etiam obligationem illum exercendi.*

16 *Deficere in adimplemento non dicitur qui implere non tenetur.*

17 *Supplicare pro reintegratione, gratias agere, pati mulctam, excludunt materiam facultativam.*

18 *Aſſumptio dicitur neceſſaria, quando originem trahit à participatione emolumentorum, & correſpectivè ad illam eſt facta.*

19 *Quando Maſſa Capitularis ſit diſtincta à Maſſa diſtributionum.*

20 *Penes Capitulum reſidet poteſtas regendi Eccleſiam, & ſtatuendi circa Chorum, ejuſque Servitium.*

21 *Quam Capituli Juriſdictionem impugnare nequeunt Beneficiati, qui in eorum ingreſſu promiſerunt ſub Juramento obedientiam eidem Capitulo, tanquam Superiori, & obſervantiam Statutorum, aliarumque ordinationum Capitularium.*

DECISIO XLVI.

INter cæteras Juriſdictionales prærogativas, quibus pollere contendit Capitulum Canonicorum Prælatorum Urgellen. erga Communitatem Beneficiatorum in eadem Cathedrali exiſtentem (quarum aliquæ fuerunt à *Rota* canonizatæ *in Urgellen. Beneficii* 22. *Junii* 1695. *coram Me*, & de cæteris particularis controverſia pendet *coram R. P. D. meo Priolo*) ea non inferioris notæ eſt, eligendi ſingulis annis tempore Paſcali nonnullos ex Beneficiatis ejuſdem Eccleſiæ ad certa Officia in Eccleſia, & Choro exercenda, duos ſcilicet pro Magiſtris Silentii, unum pro Magiſtro Ceremoniarum, alterum pro cantu Epiſtolæ, & alterum pro cantu Evangelii in diebus feriatis, & ſemiduplicibus, necnon alios pro aſſiſtentia præſtanda Canonicis Prælatis in celebratione Miſſarum more Prælatitio, ſicuti nonnullos pro aliis miniſteriis Servitoriis, aſſiſtendi oſtio Aulæ Capitularis, cujus præeminentiæ electivæ unà cum ſucceſſiva univoca, & nunquam controverſa Beneficiatorum acceptatione, cum Capitulum ab antiquiſſimo, & immemorabili tempore poſſeſſor reperiretur, ad illius tramites ſingulis annis electionem explere curavit, in qua tamen cum ſenſerit ſe perturbatum anno 1691. ab univerſa Communitate Beneficiatorum, quæ occaſione mulctæ impoſitæ cuidam ex Beneficiatis, cuncta officia acceptare recuſavit, & à mulcta indicta appellationem interpoſuit, hinc judicialiter inſtructa controverſia in mero, & ſummariiſſimo poſſeſſorio, ob ſolemnem petitorii ſuſpenſionem utrinque concorditer factam, Capitulum obtinuit à R.P.D. *Gomez* Judice ab A.C. deputato, mandatum de manutenen. in quaſi poſſeſſione habendi aſſiſtentiam Beneficiatorum in omnibus, & ſingulis functionibus, & officiis, pro quibus eliguntur per Canonicos quolibet anno tempore Paſchali, & ſignanter pro cantu Epiſtolæ, & Evangelii in diebus feriatis, & ſemiduplicibus, pro Ceremoniarum, & Silentii Magiſtris, & pro aſſiſtentia præſtanda Canonicis, & Dignitatibus Miſſam celebrantibus juxta conſuetudinem Cathedralis Eccleſiæ Urgellen. ut ex tenore mandati, & aſſuetæ Sententiæ adverſus exceptiones *Summ. hodierno capituli n.* 4. à quibus interpoſita per Beneficiatos appellatione, cum illius cognitio mihi à Signatura Juſtitiæ fuerit delegata, cum Clauſula facultativa manutenendi quem de Jure, ad illius normam, uſque ſub die 27. Januarii, anni præteriti, Jura Partium propoſui ſub dubio -- *An, & cui eſſet dandum mandatum de manutenendo* -- ad cujus ſolidam diſcuſſionem cum PP. neceſſarium duxerint videre de bono jure, etiam ad effectum manutentionis; hinc poſt varia diſſidia ſuper dubio dando, & tandem de ordine *Rotæ* concordato in his præciſis verbis; *An, & de cujus bono Jure conſtet ad effectum manutentionis tantùm* -- illud identicè in hodierna Audientia repropoſui, & ſub ſedula illius diſcuſſione reſponſum obtinui -- *Conſtare de bono Jure Capituli quoad cuncta officia reſpicientia ſervitium Chori, & Eccleſiæ, exceptis officiis aſſiſtendi Canonicis, & Dignitatibus Miſſam celebrantibus, & altero Janitoris, ſeu Aſſiſtentis oſtio Aulæ Capitularis* -- ſuper quibus particularem diſputationem reſervarunt.

Et diſtinguendo ſanè terminos præſentis controverſiæ, PP. neceſſarium duxerunt præmittere, hodie quæſtionem non cadere ſuper Jure facultativo electionis in capitulo, minuſque ſuper facultativa acceptatione in Beneficiatis, quæ ultro, citroque admittebatur, prout etiam in illius ſequelam, quod acceptato officio, illud ex quacumque cauſa dimitti non poteſt ſine licentia Capituli, in quo legitimam facultatem reſidere agnoverunt, non ſolùm condendi, & promulgandi Conſtitutiones pro regulari officiorum exercitio, ſed etiam delinquentes in munere aſſumpto mulctandi, & corrigendi; quia omnia hæc Jura reſpicientia debitum exercitium munerum acceptatorum, uſque ad evidentiam probabantur Capitulo, & Canonicis pertinere, juxta documenta *in ejus Summ. n.* 17. *& duob. ſeqq.* 19. 21. 25. 26. 29. *&* 30. in hac parte à Communitate Beneficiatorum non controverſa, ſed difficultatis cardinem unicè reſidere; An primæva officiorum acceptatio eſſet Beneficiatis facultativa, ex contractu locatitio, & conductitio operum, certo ſtatuto ſalario intercedente, inter Capitulum, & Beneficiatos, vel procederet ab aliquo Jure coactivo, quod neceſſitatem acceptationis induceret, itaut illi etiam inviti officia ſubire teneantur; in quo puncto licèt regula ſtet contra ſervitutem, ex naturali libertate unicuique competente, itaut illam alleganti incumbat probare actum ſervitutis, elicitum non modo facultativo, ſed coactivo; quia ſine coactione induci non poteſt conſuetudo aliqua reſtrictiva libertatis, ad ſenſum 1
Rot. coram Celſo dec. 393. *num.* 10. *& in rec. dec.* 254. *num.* 2. *part.* 10. *& deciſ.* 515. *num.* 21. *part.* 14. ubi etiamſi fuerit longiſſimi temporis, potiſſimè agendo contra Communitatem, cui non ita de facili per actus geſtos à particularibus præjudicium in re tam conſiderabili irrogatur, juxta *conſ. Dec.* 215. *num.* 5. ſequutum à *Rota dec.* 774. *in fin. part.* 3. *rec.* Attamen quia PP. univerſa documentorum mole perpenſa, cenſuerunt ex facti circumſtantiis, inferiùs perpendendis, acceptationem officiorum, uniformiter ſemper expletam à Beneficiatis, modum coactivum præſeferre, ſenſum inclinarunt favore Capituli ad effectum tamen ſimplicis manutentionis, inhærendo regulæ, quod quoties dubitari contingit, an aliquid geſtum fuerit ex voluntate, vel etiam obligatione recurritur ad conjecturas, & circumſtantias, ex quibus Judex unum, vel alterum arbitrari poſſit ad theoricam *Innoc. in cap. bonæ mem. il* 2. *gloſ.* 2. *&* 3. *de poſtulat. Prælat.*, quàm ſequi-

ſequitur *Bart. in l. 1. §. Hoc interdicto, numer. 9. ff. de itiner. actuque privat. Nat. conſ. 522. num. 9. in fin. Caſanat. conſ. 39. num. 48. & 49. Gratian. diſcept. 681. num. 6. & 7. unà cum Concord. Pen. dec. 542. n. fin. coram Bichio.*

Et quidem primò concurrit ad aſſumptum longæva, & immemorabilis obſervantia acceptationis officiorum, de quibus res eſt, expleta ſemper, & univocè à Beneficiatis, abſque eo quod doceatur aliqua eorum reclamatio, ſeu recuſatio, *ut in Summ. Capituli num. 16. & tribus ſeqq.* in quo deſignantur electiones quolibet anno tempore Paſchali acceptatæ à Beneficiatis ab anno 1493. uſque ad præſens, comprobatæ etiam à depoſitionibus Teſtium *eodem Summ. n. 23. & ſeqq.* ex qua longæva conſuetudine in reſpicientibus ſervitium Eccleſiæ, & Cultum Divinum, manutentio ritè concedi valet, non obſtante dubio principii manantis ab actu facultativo, quia conſuetudo favore Cultus Divini, & Cauſæ piæ eſt obligatoria in futurum, quamvis habuerit cauſam voluntariam, quia ex actuum
4 multiplicitate, & continuata poſſeſſione, favore piæ cauſæ præſumitur actum fuiſſe geſtum, animo ſeſe in futurum obligandi, ut optimè notant *Fælin. in c. ad Apoſtolicam an. 3. de ſimon. Abb. in cap. ſuam num. 9. eod. tit. Lagunez. de fructib. part. 1. cap. 33. §. unic. nu. 59. & ſeqq.* ubi quamplures allegat, & in puncto cantus Miſſæ *Guttier. Can. quæſt. lib. 2. cap. 21. n. 151.* & in puncto Clericorum in ipſa Eccleſia non intitulatorum, quòd teneantur continuare in aſſiſtentia Rectori celebranti pro Diacono, & Subdiacono, firmavit *Rota deciſ. 365. num. 6. part. 2. rec.* ubi quod Canonicis ſervitutem præſtando per tot tempora, viſi fuerunt velle inducere talem conſuetudinem, & obligationem in futurum, *& dec. 54. n. 8. & 9. part. 4. tom. 2. & dec. 702. num. 3. & ſeqq. part. 4. tom. 3.* & magiſtraliter *Rot. cor. Bich. dec. 522. nu. 17. & dec. 542. per tot.* ubi ſolidè materia enucleatur.

Et hoc in hac materia indubium eſt, quod donec diſputari contingat de qualitate conſuetudinis in concernentibus Cultum Divinum, manutentio ſemper con-
5 ceditur ad limites poſſeſſionis, nè Eccleſia ſolito cultu, & debito ſervitio præſertim ante Cauſæ *Deciſionem* indebitè ſpolietur, ut ad propoſitum ſubdit *laudata dec. 522. & 542. cor. Bich.* & firmatum fuit poſt *Poſth. de Manut. dec. 96. num. 2. & 3. & dec. 97. per tot. & in Nullius, ſeu Vicen. Proceſſionum 28. Novembris 1687. in princ. & §. Atque ex hac longæva poſſeſſione, coram bo. me. Benincaſa.*

Nec ſubſiſtit, quod in præſenti ceſſet ratio Cultus Divini, ex quo Beneficiati illi melius inſerviant aſſiſtendo Choro, cui ſunt peculiariter deſtinati ex Statuto Eccleſiæ edito anno 1340. & è converſo ſervitium Eccleſiæ uberiùs adimpleretur, aſſumendo pro cæteris Officiis Presbyteros extraneos, quàm cumulando in eadem Beneficiati perſona plura Officia, contra monitum D. Gregorii *in Can. ſingula diſt. 89.* quia præmiſſo, aſſertum Statutum anni 1340. non fuiſſe exhibitum in forma probanti, nec uſu receptum in Cathedrali Urgelleo. quinimmò contraria conſuetudine penitùs abrogatum, ſeu veriùs innovatum, ideoque in eo nullam vim fieri poſſe, hoc unum certum eſt, quod primæva Beneficiatorum deſtinatio poſt eorum erectionem ſecutam anno 1340. fuit ad inſerviendum Capitulo, & eidem obedientiam præſtandam in concernentibus ſervitium Chori, & Eccleſiæ, ut legere eſt *Summ. Capituli n. 18. & 21. lit. C. §. Die 18. Aprilis 1514.* Ideoque cum ferè ab immemorabili conſuetudine fuerint Beneficiati ex deſtinatione Capitulari electi ad Officia explenda in Eccleſia, in Choro, & pro Cultu Divino, hoc ſummopere tendit in illius augumentum, nec oritur exinde aliqua Officiorum confuſio, quin po-
6 tius unitas, & ordo Hierarchicus reſurgit, juxta quem ab illo de gremio Capituli gradus, & ordines aſſumendi ſunt, quia graduum, & ordinum diſtributio inter Capitulares Eccleſiaſticam unitatem conſervat, ut ad literam ex auctoritate Gregorii, & Bonifacii cautum habemus *in Can. ad hoc diſpenſationis proviſio diſt. 89.*

Minuſque relevat quod conſuetudo iſta, quæ ob favorem Cultus Divini contenditur reduci in coactivam, non fuerit univoca, & nunquam interrupta, quia aliquoties aſſumpti fuerint Presbyteri extranei ad ſupplendam deficientiam Beneficiatorum, quia licèt aliquando, non quidem abſolutè, & indiſtinctè, ſed in caſu præciſo, quo Beneficiati tumultuariè deſerentes Officia, nè Cultus Divinus detrimentum, & Eccleſia diminutionem ſervitii paterentur, Capitulum Capellanos cæteros proviſionaliter elegerit, ut *in Summario Communitatis num. 5. lit. A. & numer. 7. §. Super ſecundo, & §. Super tertio*; Non exinde tamen vel interrupta
fuit conſuetudo, vel deſtitutum jus coactivum favore 7
Capituli, quia cum Beneficiati ſubinde officia reaſſumpſerint, & quidem recognoſcendo Capituli Juriſdictionem, & ſuperioritatem, ut contigit in anno 1669. de quo infra diſſerendum erit, ab hac contradictione cum ſubſecuta Beneficiatorum acquieſcientia, fortior evadit quaſi poſſeſſio Capituli, ut dixit *Adden. ad Gregor. dec. 126. lit. C. Poſth. de Manut. obſerv. 53. num. 28. & Rota in Barchinonen. Parochialis del Prato 13. Junii 1695. §. Non relevat. & 2. Decembris ejuſdem an-*
ni §. Innegabilis, in fine cor. Me, & deputatio illa pro- 8
viſionaliter, & uſque ad exitum litis facta, minimè deſtruit jus coactivum Capituli, quin potius illud confirmat, dum in tanta temporis intercapedine unus, vel alter actus affertur, ex ipſomet facto Beneficiatorum revocatus, & eliſus, ut obſervat *Rota dec. 739. num. 4. & per totam cor. Buratt. dec. 214. nu. 3. part. 4. tom. 2. dec. 107. n. 12. part. 7. & dec. 160. nu. 4. & ſeqq. part. 10. rec.*

Denique nec urget, quod obſervantia etiam uniformiter inducta contra particulares Beneficiatos, nequeat conſtituere quaſi poſſeſſionem contra Communitatem, & ſucceſſores in ea. Quoniam licèt actus particularium Deputationum reſpexerint materialiter ſignatas Beneficiatorum perſonas, tamen in ratione formali afficiebant illas, uti de corpore Communitatis, & Communitatem reſpiciebant, ideoque inducta dicitur conſuetudo eligendi Beneficiatos, ſed uti de corpore Univerſitatis, quæ ratio univerſalis cum fuerit animativa conſuetudinis, quia non attenditur qualitas
perſonarum, ſed effectus ipſius Cauſæ, ut ponderat 9
Natt. conſil. 325. Theſaur. deciſ. 16. ſub num. 7. Poſth. de Manutent. obſervat. 73. num. 141. & ſeqq. & Adden. ad Burat. dec. 38. num. 81. & Rota coram eodem deciſ. 22. num. 10. & 11. efficit proindè, ut ex multiplicitate
actuum, & ratione Cauſæ univerſalis, coactio, & 10
poſſeſſio acquiſita contra ſingulos, conſtituat Agentem in quaſi poſſeſſione manutenibili quoad omnes, ut in ſpecie proſequitur *Poſth. de Manutent. obſervat. 73. nu. 167. verſic. prout quaſi poſſeſſio*, & dixit *Rota poſt eum dec. 646. n. 1. & ſeqq.* & individualiter *Coccin. dec. 1817. n. 13.* ubi concordantes.

Et hoc retento motivo conductio ad certum tempus, cum conſtitutione mercedis, non deſtruit obligationem Beneficiatorum, inſerviendi in officiis, ad quæ eliguntur, nec efficit contractum voluntariæ locationis operarum, quia temporalis deputatio, & taxatio ſalarii reſpicit particulares Perſonas Beneficiatorum, quibus ratione laboris aliquid ſubminiſtrandum eſt, ut
notat *Pacion. de Locat. & conduct. cap. 15. num. 35.* 11
& ſeqq. ſed nihil commune habet cum Communitate, quæ non temporaliter, ſed perpetuò deſtinata eſt ad hæc officia ſubeunda, & ratione continuati ſervitii Capitulum eſt in quaſi poſſeſſione illam cogendi, ſicuti illa eſt in quaſi poſſeſſione habendi electionem paſſivam, abſquè eo, quòd illa alteretur à temporali certi Bene-
ficiati deſtinatione, quia illa eam non reſpicit, nec 12
reſpectu illius verificatur, niſi in ratione cauſæ univerſalis actus animativæ, quæ eſt, ut Capitulum eligat ex gremio Communitatis, & ex gremio Communitatis electi officia acceptent, ut in ſimilibus dixit *Rota coram Coccin. dec. 1817. num. 11. cum ſeqq. & in dec. 54. part. 4. tom. 2. & dec. 507. numer. 26. part. 7. rec.*

Secluſo autem etiam favore Cultus Divini, ſeu adminiculativi ad illum, ſecundo pro coactiva facultate electionis in Capitulo, militat methodus ipſa eligendi Beneficiatos, & acceptatio practicata ab electis; nam in Capitulo Paſchali cujuslibet anni Capitulum independenter, & de per ſe nominat certos Beneficiatos ad omnia controverſa, & nominatione notificata, ſimpliciter, & abſque ulla ſolemnitate Beneficiati officia

acce-

acceptant, & exercent, nec ullus eorum requiritur
conſenſus, ut deponunt Teſtes Beneficiati *in Summ. Ca-
pituli n.* 22. à qua libera, & prompta acceptatione ſub
ſola, & nuda notificatione Decani Capitularis, in-
ducitur perneceſsè quædam cognitio propriæ obligatio-
nis, & quod neceſſariò poſſint ad onus ſubeundum co-
gi, cum aliàs non tam de facili abſque eorum con-
13 ſenſu electionem factam acceptarent, quæ proindè in
dubio, uti involvens præjudicium, & ſervitutem odio-
ſam, potiùs cenſetur aſſumpta ex cauſa neceſſaria,
quàm voluntaria, ad tradita per *Caſtren. conſ.* 133. *num.*
3. *circa med. lib.* 2. *Cravett. conſ.* 106. *num.* 48. *Rot. co-
ram Gregor. dec.* 236. *num.* 3. *& in rec. deciſ.* 309. *n.*
56. *part.* 9.

Non regit in facto, quod antè actum electionis Ca-
pitulum interroget Beneficiatos, illoſque requirat, An
velint officia acceptare, quia licèt hoc deponere cogatur
unus ex Beneficiatis, lite pendente informiter exami-
natus, & exhibitus *in Summario Communitatis nu.* 7.
illius tamen depoſitio, uti tendens ad proprium com-
modum, nullam fidem facit ex notis Juribus. Potiſ-
ſimè cum veritas in oppoſitum probata remaneat à
pluribus Teſtibus Beneficiatis à Capitulo adductis *in
Summario num.* 22. quibus, & uti numero pluribus,
14 & uti teſtantibus in proprium præjudicium, & ad
aſſumendam ſervitutem ipſiſmet deponentibus gra-
vantem, & odioſam, ſummoperè deferendum eſt, ut
firmavit *Rota dec.* 107. *num.* 27. *cum ſeqq. part.* 7. *rec.*
& alibi millies.

Tertiò quoque conſurgit pro patentiſſima demoſtra-
tione Juris coactivi, actus geſtus de anno 1668. &
1669. per extenſum datus in *Summario Capituli n.* 36.
& ſeqq. ex quo elicitur, quod cum Capitulum mulctaſ-
ſet Beneficiatos *per falli commeſſi, e per non voler fa-
re la ſervitù, che come Beneficiati li toccava.* Commu-
nitas univerſa Beneficiatorum, adhibita etiam inter-
ceſſione Magnatum, — *li detti Beneficiati riconoſciuti
li loro falli*, veniam à Capitulo petierunt, & iti-
mul reintegrationem, reaſſumendo officia dimiſſa. —
hanno tornato à ſervire, & Capitulum indulgendo of-
ficiis interpoſitis, prævia tamen gratiarum actione, &
recognitione facta per Beneficiatos Juris, & poteſtatis
Capitularis, eos ad ſuum beneplacitum reintegrarunt,
cum hac tamen notabili circumſtantia, quod illos ad-
huc retinuit mulctatos in uno ſolido pro quolibet, à
quibus omnibus non ſolùm probatur omnimoda pote-
ſtas in Capitulo, per eoſdem Beneficiatos confeſſata,
ſed ulterius virtualis agnitio, quòd poſſent cogi ad reaſ-
ſumenda officia, dum faſſi fuerunt errorem dimiſſio-
nis, & recuſatæ ſervitutis, ibi — *per falli commeſſi, e
per non voler far la ſervitù, che li toccava*, qui ſtare
non poteſt ſine præciſa obligatione officia exercendi,
ut in puncto ratiocinatur *Rota coram Bich. dec.* 522.
numer. 14. ex ea viva ratione, quod deficere in ad-
15 implemento non dicitur, qui non debet per *Text. in*
16 *l. non illis* 3. *§. Mulcta, ff. de Jur. Fiſci*, & certò
certiùs ſine tali præexiſtenti obligatione non ſupplicaſ-
ſent Capitulo pro reintegratione, gratias non reddidiſ-
ſent, nec paſſi eſſent retentionem uniùs ſolidi pro quo-
libet, quæ ſicut ſuperioritatem Capituli indicat, ita
ſubjectionem Beneficiatorum demonſtrat, & apprimè
excludit materiam facultativam, cum totiès continuata
gratia, & voluntas non præſumatur, juxta regulam de
qua *Poſth. de Manutent. obſerv.* 53. *n.* 20. *Tondut. Quaſt. Ci-
vil.* 169. *n.* 8. *&* 9. *part.* 2. *Rocca diſput.* 167. *nn.* 47. *&*
17 48. *tom.* 2. *Rot. coram Seraphin. deciſ.* 212. *num.* 2. *coram
Merlin. dec.* 583. *num.* 8. *& in recent. dec.* 85. *pariter n.*
8. *part.* 5. *& in Gerunden. Anniverſariorum ſuper pactis* 15.
Junii 1696. *§. Quia facultativa qualitas, cor. R. P. D.
meo della Tremoille.*

Quartò denìquè extra claſſem nudæ poſſeſſionis, &
pro titulo ſaltem allegabili, ad nudum effectum ma-
nutentionis, concurrit pro ſtatuenda quaſi poſſeſſione
coactiva Capituli, quod antiquitus in Cathedrali Ur-
gellen. onus hoc officiorum, tam in Choro, quàm ex-
tra Chorum explendorum, ſpectabat ad poſſeſſores ſta-
doriarum, ut ex confeſſione Capituli, *in Summario Be-
neficiatorum num.* 2. & hodiè iſtis ſtadoriis ſuppreſſis, ali-
quæ unitæ fuerunt Canonicatibus, aliquæ verò Men-
ſæ Capitulari, & ex earum redditibus impinguata
maſſa, ex qua extrahuntur Diſtributiones quotidianæ,

quæ proportionabiliter diſtribuuntur inter Canonicos,
& Beneficiatos, qui ad libitum Capituli ad earum per-
ceptionem admittuntur, *ut in ejus Summ. num.* 10. & ad
illarum lucrum habilitantur *eodem Summario num.* 19.
& 31. hinc proindè benè inolevit conſuetudo ad men-
ſuram lucri, & reddituum repartiendi onera inter gau-
dentes redditibus ſtadoriarum, & ſicuti Canonici ex
hac præciſa cauſa pondus ſuſceperunt in diebus Feſtis,
& ſolemnibus canendi Epiſtolam, & Evangelium,
ita æquum erat, ut ad Beneficiatos participantes de
emolumentis ſtadoriarum vigore annexionis, & im-
pinguationis maſſæ Capitularis, cætera onera pertine-
rent ex regula, qui ſentit commodum, debet ſentire
& incommodum, ex qua in neceſſariam conſequen-
tiam excluditur omnis quæſtio facultativitatis, quia
aſſumptio dicitur neceſſaria, uti originem trahens à par-
ticipatione amolumentorum, & inducta correſpectivè
ad illam, ut punctualiter dixit *Rot. in recent. dec.* 701. *n.* 18
4. *verſic. ultra quod ex diſpoſitionibus part.* 4. *tom.* 3. & priùs
dixerat *in dec.* 54. *num.* 10. *ad fin. verſ. & etiam, quia
participant part.* 4. *tom.* 2. Quamobrem ſicut neceſſariò
Canonici certis ſtatutis diebus officia cantus Evange-
lii, & Epiſtolæ ſubire debent, ita cætera, quæ ex
præſumpta diſtributione dicuntur pertinere Beneficia-
tis, ab eis adimplenda ſunt, ut eis obventa correſpe-
ctivè ad titulum lucrativum participationis reddituum
ſtadoriarum.

Neque ſubſiſtit, Benificiatos non participare de Men-
ſa Capitulari, ſed ſolùm de diſtributionibus pro intereſ-
ſentia in Choro, nam ex documentis exhibitis *in Sum-
mar. Capituli n.* 49. *&* 50. liquet, diſtributiones quo-
tidianas ſolvi ex redditibus Maſſæ Capitularis, immò
unicam eſſe maſſam diſtributionum, ex qua proportio-
nabiliter participant Canonici, & Beneficiati, & Ju-
re quidem merito, nam diſtinctio inter Maſſam Capi-
tularem, & diſtributionum, procedit quoties Cano- 19
nici non habent inter ſe Præbendas diſtinctas, quandò
verò, prout in Cathedrali Urgellen. Præbendæ Cano-
nicorum ſunt peculiares, & ſeparatæ, unica Maſſa
diſtributionum ſit, ex qua omnes de gremio Capituli
participant, ut diſtinguunt *Monet. de Diſtribut. part.* 3.
quæſt. 6. *num.* 19. *& Cardin. de Luca de Canonic. diſc.*
16. *n.* 5. *&* 6.

Cum ergo æqualis ſit participatio, æqualia debent eſ-
ſe onera illi correſpectiva; quæ idcircò dicuntur aſ-
ſumpta ex quaſi poſſeſſione coactiva, quæ ex tot re-
latis titulis optimè conſovetur, maximè in judicio ſum-
mariiſſimo manutentionis, quod levioribus probationi-
bus contentatur, ad Jura notiſſima.

Quibus omnibus ſi addatur aſſumptum generale, po-
teſtatis Eccleſiæ regendæ, & ſtatuendi circa Chorum,
ejuſque ſervitium, & Cultum Divinum, quæ juxta Ju-
ris Communis diſpoſitionem reſidere penes Capitulum
dignoſcitur, juxta *Gloſſ. in cap. Conſtitutionum* 2. *in V.
Statutum de verbor. ſignificat. in ſexto*, & communiter
Doctores *in cap. cum omnes de conſtit.* & ſignanter
Fagnan. numer. 37. & conſuetudo ipſa particularis Be-
neficiatorum, qui agnoſcendo Juriſdictionem, & Su-
perioritatem Capituli, in poſſeſſione adeptionis eo-
rum Beneficiorum ſolemni Jurejurando promittunt Ca-
pitulo, tanquam Superiori, præſtare obedientiam ma-
nualem, necnon ſervare omnia Statuta, & Conſuetu-
dines Eccleſiæ, ac reſolutiones, & ordinationes Ca- 20
pitulares, ex his potentior efficitur Juriſdictio coacti-
va in Capitulo reſidens, eaque adminiculatur ad effe-
ctum, ut non valeant Beneficiati hodiè impugnare
exercitium officiorum, quod in favorem Capituli ex
conſuetudine, vel de Jure debetur, *cap. cum Contin-
gat, de Jurejuran. cap. Quamvis eodem tit. Garz. de Be-
nefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 434. *& Rota dec.* 159. *n.* 3. *part.*
57. *recentior.*

Et ita utraque &c.

Eño. P R I O L O.

Urgellen. Plebaniæ.

Lunæ 25. Aprilis 1712.

A R G U M E N T U M.

Literas Apoſtolicas, vigore *Regulæ IV.* Cancellariæ expeditas, non eſſe exequendas firmat hic *S. Rota*, non probata qualitate Collegialitatis. Ex quibus probetur, & reſpectivè excludatur Collegialitas.

S U M M A R I U M.

1 *Literæ Apoſtolicæ, non verificata illarum narrativa, executionem non merentur.*

2 *Qualitas Collegialitatis de Jure non præſumitur, niſi in Cathedralibus, & Regularibus Eccleſiis.*

3 *Sed à Proviſo debet concludenter probari, vel ex primæva Inſtitutione, vel ex ſubſequenti Privilegio Apoſtolico.*

4 *Non probatur ex ſervitio Eccleſiæ, Miſſarum celebratione, cætu pro tractandis negotiis, & Sede Plebani digniori præ cæteris in medio Chori, cum hæc conveniant, etiam ſimplici Congregationi Presbyterorum.*

5 *Ex quibus probetur, & reſpectivè excludatur Collegialitas.*

6 *In gratiæ impetratione narrari debet præjudicium, quod ex ea alteri inferretur; alioquin dicitur ſubreptitia.*

7 *Licet Pontifex cenſeatur quandoque velle Ordinariis Collatoribus præjudicare, nunquam tamen perſonis, in fundatione vocatis.*

8 *Ex Collatione, facta vigore unius Regulæ Cancellariæ, non bene infertur ad poteſtatem Collationis, facienda vigore alterius.*

9 *Per Indultum Apoſtolicum poſterius, Regulis Cancellariæ contrarium, illis cenſetur expreſsè derogatum.*

10 *Major derogatio dari non poteſt ea, quæ oritur ex incompatibilitate Gratiæ.*

11 *Quando Concedens diſpoſuit adverſativè ad aliquam Conſtitutionem in perpetuum, dicitur illi derogaſſe.*

12 *Regula tertia, ſeu quarta Cancellariæ ceſſat per contrariam conſuetudinem.*

D E C I S I O XLVII.

HAbet Parochialis Eccleſia S. Mariæ Balagarii
Urgellen. Diœceſis nonnullos Clericos Beneficiatos,
honeſtiori Canonicorum titulo nuncupari ſolitos,
cum ſuo Rectore, ſeu Plebano, qui de tempore
vacationis, juxta præſcripta antiquæ cujuſdam Concordiæ,
Apoſtolico Beneplacito *Pauli III.* confirmatæ uſque
de anno 1539. ille debet eſſe, qui inter eoſdem primus
ad perceptionem diſtributionum quotidianarum admiſſus
reperiatur, ut *in Summ. Pleb. n.* 1. Hac autem Rectoria
nuper vacante, illius Collationem tanquam de
reſervata vigore *Regul. IV. Cancell. olim tertia* Hieronymus
Oller ad ſui favorem impetravit, ſed cum
Literarum executioni ſe oppoſuerit Ignatius Revert
antiquior Clericus prædictæ Parochialis Eccleſiæ, &
qui ad formam prænarratæ Concordiæ jam in poſſeſſione
reperiebatur, Conſului DD. an Literæ Apoſtolicæ
ſint exequendæ, & negativum reſponſum accepi.

Indubitati enim Juris eſt, quod Literæ Apoſtolicæ,
quarum eximia eſſe ſolet auctoritas, quemadmodum
quando ſunt juſtificatæ celeri mandantur executioni, ita
è contra non verificata illorum narrativa facta Papæ, in
1 pœnam obreptionis, & ſubreptionis nullam merentur
executionem *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 266. *num.* 6. *& cor.
Rembold. dec.* 365. *n.* 1. *dec.* 341. *num.* 2. *cor. Roxas, & deciſ.*
147. *n.* 1. *& ſub n.* 21. *part.* 10. *& dec.* 331. *n.* 2. *part.* 12.
rec. & in Urgellen. Canonicatus 4. *Maji* 1703. *coram Reverendiſſ.
D. Lobaten.*

Obreptio manifeſta apparebat, cum enim Hieronymus
Oller in impetratione hujus Parochiæ, duo Pontifici
expoſuiſſet, & quod ſit prima Dignitas in Collegiata
Eccleſia, & quod excedat annuum redditum ducatorum
decem auri de Camera, neutrum illorum ſubſiſtere
compertum eſt, & principaliter aſſ. qualitas Collegialitatis
in dicta Eccleſia, quia cum hæc de Jure non
præſumatur niſi in Cathedralibus, & Regularibus Eccleſiis, 2
ad tradita per *Hoſtien. in cap. Nobis ſub num.* 11.
circa medium verſ. quidquid etiam de Jure Patron. ubi
etiam *Jo: Andr. ſub n.* 10. *verſ. dic etiam, Felin. in c. accedentes
ſub num.* 2. *de præſcript. Rot. deciſ.* 147. *nu.* 1.
part. 10. *rec.* debuerat à Hieronymo tanquam fundamentum,
& ſubſtantia Gratiæ concludenter probari,
vel ex primæva legitima inſtitutione, vel ex ſubſequenti
Apoſtolico Privilegio, *Innoc. in c. poſtulaſti in princip. 3
de Jurepatr. Rot. dict. deciſ.* 147. *num.* 3. *part.* 10. *rec. &
in Placen. prætenſæ Collegialitatis §. Cum enim, cor. R.
P. D. meo Urbis Subgubernatore*, quorum neutrum cum
minimè fuerit hucuſque exhibitum, probata idcircò
dici non debet prætenſa Collegialitas.

Et quamvis etiam ex aliis ſignis, & longævo exercitio
actuum, illam neceſſariò præſeferentium, probari
aliquando ſoleat, hujuſmodi tamen Indolis non dignoſcebantur
eſſe actus, quos afferebat Proviſus Apoſtolicus,
nam ſervitium Eccleſiæ, Miſſarum celebratio,
cætus pro negotiis tractandis, & Sedes Plebani dignior
præ cæteris in medio Chori, cum ſint actus convenien- 4
tes etiam ſimplici Congregationi Presbyterorum, nihil
concludere videbantur pro inducenda legitima, & ſuperlativa
Collegialitatis probatione *Gonzalez ad reg.* 8.
Cancell. gloſſ. 19. *num.* 15. & latè *Lotter. de Re Benefic.
lib.* 1. *quæſt.* 14. *à num.* 55. *ad* 59. *Rot. dec.* 56. *num.* 9.
& ſeqq. part. 5. *dec.* 243. *num.* 16. *&* 17. *& dec.* 216. *n.*
2. *& ſeq. part.* 7. *dec.* 147. *num.* 11. *& ſeq. part.* 10. *dec.*
177. *n.* 7. *& dec.* 192. *nu.* 10. *&* 11. *part.* 14. *dec.* 469.
n. 41. *part.* 19. *& in Romana tenutæ Campi Salini* 30. *Martii*
1705. *§. Deficientibus, & ſeq. coram R. P. D. meo Lancetta.*

Fortius verò reſiſtente prædicta Bulla Pauli, in
qua non appellantur Capitula, ſed Parlamenta, &
inſervientes Eccleſiæ denominantur Clerici, cum hac
additione *Canonici nuncupati*, exemplo fortaſsè denominationis
ejuſdem Loci Balagarii, qui cum ſit merum
Oppidum Urgellen. Diœceſis, Civitatis tamen nomine
gaudet, ut in noſtro *Summ. Rever. n.* 2. Quibus accedebat
non probari, quod iis tradatur poſſeſſio capitularis,
cum aſſignatione Stalli in Choro, & vocis in
Capitulo, nec quod in ingreſſu præſtent juramentum de
ſervandis Conſtitutionibus, & Statutis particularibus 5
Eccleſiæ, itaut nullatenus de illorum exiſtentia doceretur,
& hæc omnia eſſe validiſſimum argumentum pro
excluſione Collegialitatis, firmat *Rota cor. Merlin. dec.*
495. *num.* 7. *& in dicta dec.* 216. *num.* 13. *part.* 7. *rec.
& in Mediolanen. Præpoſituræ* 26. *Novembris* 1691. *§.
Prout nulla, coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, &
in d. Placentina prætenſæ Collegialitatis* 19. *Novembris*
1703. *§. Circumſtantia, coram R. P. D. meo Urbis Gubernatore.*
Et cum nihilominus concurrentibus etiam
prædictis ſignis, voluerit Papa, quòd dicta Plebania
ſemper ſpectaret antiquiori inter dictos Clericos
in dubio dicendum venit, quod neque Eccleſia ſit
Collegiata, neque Plebania prima Dignitas, aliàs
enim gratia fuiſſet de vento, quod ſupponendum minimè
eſt.

Sed ceſſare videbatur quælibet imaginaria difficultas,
attento etiam altero defectu ſubreptionis ipſius
gratiæ, quia cum vigore Concordiæ jam reperiretur in
poſſeſſione præfatus Revert, tanquam antiquior, Hieronymus
tamen id in impetratione gratiæ reticuit: E-
videns quo circa apparet illius ſubreptio, cum Papa 6
ignoraverit præjudicium, quod inferebatur inſtituto ad
formam concordiæ, quo caſu gratiam non conceſſiſſet,
vel difficiliùs, nec Juri jam quæſito ita derogaſset,
cum ei niſi ex certa ſcientia ſolitus ſit derogare ad *Text.
in cap. cum noſtris de conceſs. præbendæ;* Aut ſaltem
debuerat narrare, hanc Parochialem ex præſcripto
Concordiæ debitam eſſe certo perſonarum generi, nempè
Clerico antiquiori Eccleſiæ, quæ ſanè qualitas ſi
Pontifici innotuiſset, veriſimile eſt gratiam minimè
conceſsurum fuiſse, eo quia Pontifex cenſetur velle
quandoque Ordinariis Collatoribus præjudicare, nunquam
tamen Perſonis in fundatione vocatis, & qui- 7
bus de Jure Beneficium debetur *Lotter. de Re Beneſ.
lib.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 17. *Rota cor. Seraph. dec.* 1420.
num. 3. *& cor. Puteo dec.* 368. *nu.* 1. *& coram Bichio
dec.* 189. *num.* 16.

Nec

Nec relevare viſum eſt objectum, quod aliàs de dicta Parochiali proviſum fuerit ab Apoſtolica Sede, ut ſatis probari videbatur ex binis Sententiis R. P. D. *Farſetti*, *& Spadæ*, necnon ex binis *Deciſionibus noſtri Tribunalis editis 5. Decembris 1689. & 6. Martii 1690. coram Reverendiſſ. Turonen.* Quoniam cum in dictis Sententiis non appareat titulus, quo uſus fuerit Pontifex pro collatione Parochialis, de qua agitur, & è contra conſtet, illius vacationem ſecutam fuiſſe de menſe Octobris ad Sedem Apoſtolicam ſpectantis, præſumendum eſt illa contuliſſe vigore reſervationis ſancitæ in *Regula nona*, cujus pariter vigore facta fuit proviſio, de qua agebatur in *Deciſ. Reverendiſſ. Turonen.* Ideoque cum dicta *Regula nona* nihil commune
8 habeat cum *Regula quarta*, non benè ex collatione facta vigore unius, infertur ad poteſtatem Collationis faciendæ vigore alterius, quia derogationes contentæ in *Regulo nona* trahi non poſſunt ad *Regulam quartam*, ut benè *De Luc. de Benef. diſc. 6. n. 11. Spad. conſ. 48. à n. 3. & ſeq. lib. 2. Rot. dec. 767. n. 4. & ſeqq. part. 11. & dec. 200. n. 3. & ſeq. part. 4. tom. 1. recent.*

Quinimmò ex dicta Apoſtolica Proviſione uſquè ad evidentiam patebat, quod eadem Parochialis verè non eſſet principalis Dignitas in Collegiata, quia aliàs pro illius impetratione opus non fuiſſet recurrere ad *Regulam nonam Cancellariæ*, dum concurrebat perpetua, & realis reſervatio vigore *Regulæ quartæ*, quæ afficiebat Beneficium quocumque in menſe vacaturum.

Advertebant inſuper DD. quòd cum *Regula quarta* ſit longè anterior Concordiæ, de qua agitur, ex Indulto, ſeu Pontificia Confirmatione deſuper promulgata, cen-
9 ſetur dictæ *Regulæ* expreſsè derogatum, ut in puncto ſimilis Indulti tradit *Card. de Luc. de Benefic. diſc. 13. & diſc. 107. num. 6.* & ſanè derogatio dictæ *Regulæ*, quæ ſufficit etiam virtualis, & per verba æquipollentia, in hypotheſi noſtra apertè demonſtrari contigerat, quia cum in dicta *Regula* quælibet prima Dignitas ſit perpetuò Sanctæ Sedi reſervata, tamen in Indulto, de quo agitur, Pontifex voluit, ut controverſa Plebania perpetuis futuris temporibus, occurrente vacatione, ſtatim antiquiori Clerico, Canonico nuncupato, deferretur, qui ad illam deputatus, & inſtitutus cenſendus eſſet abſquè alia ordinaria, ſeu Apoſtolica deputatione, nominatione, aut poſſeſſionis appræhenſione; Quamobrem cum Indulti diſpoſitio ſit prorsùs incomparibilis cum ſanctione *Regulæ*, major dari non poteſt derogatio, quàm ea, quæ oritur ex
10 incompatibilitate prædicta, *Gemin. in cap. ſi propter, num. 15. de reſcriptis in 6. Calder. conſ. 1. num. 1. de reſcript. Gomez ad Reg. Cancell. quæſt. 6. proem. num. 1. §. Et ideò, Mareſcott. Var. Reſol. lib. 2. cap. 40. n. 16.* & individuè *Modern. Roman. diſcept. Eccleſiaſt. 25. n. 1. & ſeq.*

Præterea cum in eadem *Regula* expreſsè reſervata legatur Collatio omnium Beneficiorum, quæ vacarura forent per obitum illorum, qui fuerunt Familiares, & Commenſales continui Cardinalium, è contra verò in Indulto, de quo agitur, mandaverit Summus Pontifex, ut Clericus antiquior optaret Plebaniam, etiamſi Plebanus defunctus fuerit familiaris alicujus Cardinalis, ut *in Summ. Rever. n. 1.* Hinc profectò nullus relinquebatur dubitandi locus, quin Pontifex voluerit dictæ *Regulæ* derogare, dum adverſativè ad illam diſpoſuit favore Canonici antiquioris in perpetuum ad no-
11 tata *per Federic. de Sen. conſ. 47. n. 3. Gabr. conſ. 118. num. 58. lib. 1. Spad. conſ. 47. num. 5. lib. 2. Fagnan. in c. Nonnulli n. 29. de reſcript. Rot. in Parmen. Beneficii 16. Januarii 1702. §. Utique, coram R. P. D. Anſaldo.*

Quibus omnibus adſtipulatur obſervantia duorum ferè Sæculorum, nam ab anno 1539. uſquè in præſens ſemper Clericus antiquior aſsecutus fuit poſseſſionem Plebaniæ, abſque eo quod per Sedem Apoſtolicam unquam proviſa fuerit tanquam Principalis Dignitas vigore *ſæpedictæ Regulæ quartæ*, ut teſtantur Archiviſtæ Communitatis Presbyterorum dictæ Eccleſiæ *eodem Summ. n. 3.* talis enim obſervantia operatur, ut quamvis *Regula* per expreſsa verba Indulti non excludere-
12 tur, adhuc tamen per contrariam conſuetudinem, quælibet interpretatio eſset facienda pro illius excluſione, ut benè *Card. de Luca de Benef. diſc. 6. n. 12. Rota coram Buratt. dec. 570. nu. 2. & in Parmen. Beneficii 28. Januarii 1701. §. Ponderabant, coram R. P. D. Scotto Urbis Gubernatore.*

E ita utraque &c.

Eſin P R I O L O.

Urgellen. Statuti.

Mercurii 27. Junii 1699.

A R G U M E N T U M.

Capitulum habet poteſtatem ſtatuendi ſuper iis, quæ concernunt ordinationem Chori, & adminiſtrationem Diſtributionum, ſed hac facultate non poteſt uti, in ſolum præjudicium Beneficiatorum, & in particulare Canonicorum commodum, cum tali caſu Statutum propter inæqualitatem dicatur injuſtum, nec poteſt abrogare inveteratas Eccleſiæ conſuetudines, niſi ſe conformaret Juri Communi, vel Decretis Sacræ Congregationis.

S U M M A R I U M.

1 *Facti Series.*

2 *Sententia arbitramentalis acceptata, & obſervata habet vim reiiudicata, & reputatur tranſactio.*

3 *Quod fit in Clauſtro Eccleſiæ, dicitur fieri in ipſa Eccleſia.*

4 *Obſervantia declarat Sententiam in ea parte, in qua aliqua cadere poſſet ambiguitas.*

5 *Obſervantia non cenſetur interrupta per actus contrarios, ſi poſt illos ſecuta fuit acquieſcentia.*

6 *Punctator non poteſt dare licentiam abeſſendi à Choro, in præiudicium aliorum intereſſentium.*

7 *Capitulum non poteſt condere Statutum, quod ſolùm tendat in præiudicium Beneficiatorum.*

8 *Neque valet ſtatuere contra inveteratas Eccleſiæ conſuetudines.*

9 *Limita in caſu, quo conſuetudo eſſet Juri conformis, vel Decretis Sacræ Congregationis.*

10 *Declara dummodo Statutum ſit omninò conforme prædictis Decretis.*

D E C I S I O XLVIII.

SAncivit Capitulum Urgellenſe, nè illi, qui celebrant Miſſas in Capellis ſitis intra Clauſtrum Eccleſiæ, de eo tempore lucrarentur Diſtributiones quotidianas: Undè, occaſione hujus Statuti, excitata controverſia ſuper illius executione, A. C. Origus mandavit manuteneri Beneficiatos in poſſeſſione lucrandi dictas
Diſtributiones quotidianas. ſive Miſſam celebrent in- 1
tra Navim Eccleſiæ, ſive intra illius clauſtrum, & Signatura, agnita juſtitia judicati, illud comprobavit, reſcribendo cum clauſula ſine præjudicio; delata modo mihi cauſa in ulteriori gradu appellationis, dedi dubium ad Inſtantiam Capituli, An, & de cujus bono Jure conſtaret, etiam ad effectum Manutentionis, & in hodierna audientia illud reſolutum fuit favore Beneficiatorum.

Ratio ita decidendi deſumpta fuit ex Sententia arbitramentali lata uſque de anno 1532. in hac enim ſtatuitur, quod, *ut melius percipiantur Diſtributiones abſque ſcrupulo conſcientiæ, & ut melius Deo ſerviatur, illæ ſolùm concedantur intereſſentibus Divinis Officiis, niſi aliquod juſtum impedimentum cauſet, ut à Choro egrediantur, & redeant ante finem horæ ad Chorum, niſi eveniat, quod Miſſam celebrent, & iſti tales habeantur, uti præſentes*: undè ſi Beneficiati quando Miſsam celebrant habentur ac ſi eſsent actualiter præſentes, non poteſt illis denegari Diſtributionum participatio, nè intervertatur diſpoſitio Sententiæ, quæ cum fuerit ab ipſo Capitulo acceptata, & obſervata, habet vim rei judicatæ, & dicitur potius vera tranſactio, quam Sententia, & laudum, ut ait *Bald. conſ. 415. numer.*
2. lib. 1. Honded. conſ. 61. n. 12. lib. 1. cum aliis pluribus 2
relatis in Albanen. laudi 4. Maji 1696. §. Agitur ſiquidem, cor. bon. mem. Emerix confirmata 24. Januarii 1698. §. Hoc unum, coram Me.

Nnu relevante, quod Sententia intelligi debeat

dumtaxat in eo caſu, quo Miſſæ celebrantur in ipſa
Navi Eccleſiæ, ideoque ſuffragari non poſſit Benefi-
ciatis in alio caſu, quando nempè, egredi ndo ex-
tra navim Eccleſiæ, illas celebrant in Clauſtro ipſius
Eccleſiæ.

Quandoquidem hoc objectum, ſuper quo principali-
ter inſiſtebant Scribentes pro Capitulo, viſum fuit o-
mnino inſubſiſtens, non ſolùm quia Sententia, quæ ge-
neraliter loquitur, eſt etiam generaliter intelligenda,
& id, quod fit in Clauſtro Eccleſiæ, fieri dicitur in
ipſa Eccleſia, cum Clauſtrum ſit pars ipſius Eccle-
ſiæ, & notant, *Bart. in l. ſi quis fugitivus ff. de edilit.
edict. Bertach. in repert. V. clauſtrum*, *& del Ben. de Immu-*
3 *nit. tom. 2. c. 16. dub. 9. ſeſſ. 6. n. 1. cum ſeqq.*

Sed fortius, quia ſi verba Sententiæ fuiſſent dubia,
& ambigua, declarata remanſiſſent ex ſubſecuta ob-
ſervantia; conſtat enim poſt latam Sententiam arbi-
tramentalem, quod Beneficiati, quoties celebrarunt in
Clauſtro, participarunt etiam de Diſtributionibus, ac
ſi fuiſſent actualiter præſentes in Choro: Undè ſi Sen-
tentia mandat, quod illi, qui Miſſam celebrant, iſti ta-
les habeantur uti præſentes, certè quod illa compræ-
hendere voluit, tam ipſam Eccleſiam, quàm Clauſtrum
Eccleſiæ, quia aliàs ſi utrumque locum non compræ-
hendiſſet, Capitulum non permiſiſſet in tanto temporis
deſluxu, Beneficiatos celebrantes in Clauſtro, partici-
paſſe de Diſtributionibus tanquam præſentes, ideoque
fit, ut tanta ſit vis, & efficacia obſervantiæ, ut iſta
aperte declaret, quomodo veniat intelligenda Senten-
4 tia in ea parte, in qua cadere poſſet aliqua ambiguitas
ad *Text. in l. ſi de interpretatione, ff. de legib. Rot. in recen-
tior. dec. 158. num. 15. & dec. 385. num. 36. cum ſeqq.
part. 19. & alibi ſæpe.*

Nec obſervantia dici poteſt intertupta ex reſolutio-
nibus Capituli in contrarium emanatis; nam cum poſt
illarum publicationem Beneficiati, adhuc celebrando
in clauſto, participaverint de Diſtributionibus, tan-
quam præſentes, hoc ſanè demonſtrat, probibitionea
per Capitulum factas, non fuiſſe in hac parte execu-
tioni demandatas, quia nullibi conſtat contravenientes
fuiſſe etiam per unicam vicem mulctatos, immò ſub-
ſecuta acquieſcentia Capituli clarius oſtendit, con-
ſuetudinem participandi Diſtributiones etiam in caſu,
quo Miſſæ celebrantur in Clauſtro, ſemper fuiſſe in
viridi obſervantia, per ea, quæ tradunt *Lotter. de Re*
5 *Benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 29. Poſth. de Manut. obſerv.
53. num. 28. Rota in rec. dec. 797. nu. 16. cum ſeqq.
part. 18. & in Cavallicen. Bannalitatis Furni ſuper Ma-
nutentione 26. Junii 1697. §. Nec talis obſervantia,
cor. me.*

Citra quod replicari poſſit, Beneficiatos in tantum
non fuiſſe mulctatos, quia quando celebratunt in Clau-
ſtro, hoc fecerunt cum permiſſione, & licentia pun-
ctatoris Capituli, nam hæc replicatio non ſubſiſtit in
facto, Teſtes enim deponunt, non fuiſſe à Beneficiatis
petitam licentiam, ſed potius Punctatorem fuiſſe per
eos requiſitum, nè eos punctaret, quia ibant ad ce-
lebrandam Miſſam in Clauſtro; ideoque ſi allegando
juſtam cauſam non fuerunt punctati, dicendum eſt, hoc
factum fuiſſe in ſequelam Seutentiæ, & obſervantiæ
in Eccleſia vigentis, quia Punctator ratione proprii Of-
ficii, nec potuiſset date licentiam, & permiſſionem
abeſſendi à Choro, & quatenus Beneficiati, celebran-
do in Clauſtro, reputari debuiſseot, ac ſi eſsent abſen-
tes, habilitari non potuiſsent per Punctatorem in præ-
judicium aliorum intereſsentium, ut in fortioribus ter-
minis cenſuit *Sacra Conc. Congr.* relata per *Garz. de Benef.
part. 3. cap. 3. num. 51. verſ. ad 3. non poteſt Barboſ. de*
6 *Offic. & Poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 61. n. 24. & de Ca-
nonic. & Dignit. cap. fin. n. 75.*

Nec bonum Jus Capituli fundari poteſt ſuper abſo-
luta, & generali poteſtate ſtatuendi, quam habet ſu-
per lis, quæ ſpecialiter concernunt ordinationem Cho-
ri, & adminiſtrationem Diſtributionum; nam cum
Canonici Miſsam celebrare ſoleant in Navi Eccleſiæ,
Beneficiati verò in Clauſtro, hoc Statutum totaliter re-
dundaret in commodum ſtatuentium, & ſolummodo
tenderet in præjudicium Beneficiatorum, undè etiam ſi
eſset juſtum ratione conſtituti, redderetur tamen, pro-
pter illius inæqualitatem, injuſtum, & iniquum reſ-
pectu conſtituentium, quia hoc eſse debet cujuſcunque
legis univerſale principium, ut quod quiſque Juris in
alterum ſtatuerit, eo uti debeat, quo neglecto, quid-
quid fit, ex malo zelo procedere dicitur, ut advertit
Textus in cap. cum omnes ibique Baldus, de conſtit. & egre- 7
*giè Rot. in Syguntina Præeminentiarum 21. Februarii
1687. §. Cum etiam quia, & 9. Julii ejuſdem anni §.
Undè quamvis, coram Reverendiſſ. Turonen.* ultra quod
etiam ſi tenderet in utilitatem Eccleſiæ, & in augu-
mentum Cultus Divini, adhuc tamen illius diſpoſitio
remanere deberet ſine effectu, quia Capitulum nec
poteſt, nec debet ſtatuete contra inveteratas Eccleſiæ
conſuetudines, ut videre eſt *in d. cap. cum omnes ibi-
que Gloſſ. V. inſtitutum*, cum qua concordant, *Innoc.* 8
*in princ. & num. 2. Panormit. pariter num. 2. & alii
repetentes relati in dicta Syguntina Præeminentiarum 21.
Februarii 1687. §. Nullitas, cum aliis ſeqq. coram Re-
verendiſſ. Turonen.*

Nec dicatur, quod Capitulum uniformando ſe cum
Decretis Sacræ Congregationis, & ita redeundo ad jus
commune, potuerit etiam contta conſuetudinem ſtatue-
re, juxta ea, quæ tradit *Rota dec. 375. num. 4. part. 2.
rec.* nam decreta in contrarium adducta indiſtinctè pro- 9
hibent celebrationem Miſsæ de tempore Divinorum
Officiorum ſub pœna amiſſionis Diſtributionum, Sta-
tutum verò non prohibet indiſtinctè, ſed excipiendo
Eccleſiam, prohibet ſolùm in caſu, quo Miſsæ cele-
brantur in illius clauſtro: Undè cum ex hoc apertè di-
gnoſcatur quanta ſit diſſormitas inter Statutum, &
Decreta, & iſta diſſormitas ſolùm ſit præordinata ad
Beneficium ſtatuentium, nullo pacto dici poteſt, quod
Capitulum voluerit ſe cum illis uniformare: & ſatis eſt,
quod adſit conſuetudo, & Sententia in contrarium,
prout hic, ut decreta locum non habeant in exeuntibus
à Choro pro celebrando Miſsæ Sacrificio, ut in pun- 10
cto tradunt *Garz. de Benefic. part. 3. c. 2. n. 401. Monet. de Di-
ſtribut. part. 2. q. 11. n. 56.*

Et ita omiſſis aliis levioris ponderis, reſponſum
fuit, utraque &c.

R. P. D. CRISPO.

Vvormatien. Decanatus ſuper Declaratoria.

Lunæ 13. Maji 1709.

ARGUMENTUM.

Danda eſt Declaratoria contra Capitulum contumax
in reſtituendis integre fructibus, redditibus, ac
Diſtributionibus quotidianis Canonico ſpoliato; quæ
omnia eidem reſtituenda ſunt, etiamſi non reſe-
derit, propter impedimentum ſibi præſtitum à Ca-
pitulo.

SUMMARIUM.

1 *Non docto de paritione mandato de manutenendo, tam
per effectivam traditionem poſſeſſionis, quàm per
fructuum reſtitutionem, contra inobedientes rela-
xanda venit declaratoria.*

2 *Fructus, redditus, ac Diſtributiones quotidianæ, Ca-
nonica ſpoliato competentes, veniunt in ſequelam
manutentionis.*

3 *Canonicus reſidere impeditus ex facto Capituli, lici-
tè fructus ſuæ Prabendæ, ac Diſtributiones quoti-
dianas poteſt lucrari, eidemque per Capitulum,
quidquid ſibi appropriavit, eſt reſtituendum,* &
num. 4.

5 *Etiam lis ſuper fructibus, & Diſtributionibus quoti-
dianis dat juſtam cauſam abſentiæ.*

6 *Simplex fides Notarii, quæ non ſit de actu, coram
ſe rogato, nullum probationis gradum conſtituit.*

7 *Non poteſt Capitulum auctoritate propria ad ſui bene-
placitum erogare fructus, ſpectantes ad Canonicum,
impeditum reſidere ex poſitivo facto Capituli.*

8 *Non obſtat, quin relaxetur declaratoria illiquiditas
ſummæ reſtituendæ, niſi oſtendatur animus paren-
di, petendo liquidationem, facto depoſito alicujus
modicæ ſummæ, cum oblatione ſolvendi reſiduum,
poſtquam fuerit liquidatum.*

9 S. Rot. Tribunal *hanc pietatem adhibere ſolet in ma-*

teria

teria declaratoria relaxandæ, *at alicujus menſis tempus ad parendum indulgeat*.

DECISIO IL.

POſtquam Michael Staſſen. in Eccleſia Collegiata Sancti Pauli Vvormatien. de Decanatu fuerat à S. Sede proviſus, ac vigore mandati de immittendo per Reverendiſſimum Nuncium executorem Literarum Apoſtolicarum Decreti, actualem quoque poſſeſſionem per Canonicum Scbolaſticum, nomine aliorum Canonicorum abſentium, ipſi traditam feliciter reportaverat; Canonici ægrè ferentes, prædictum Michaelem in Decanum ipſis præſidere ſub prætextu, quod Decanatus poſſeſſionem capitulariter non apprehendiſſet, poſt alicujus temporis decurſum ipſius poſſeſſionem Joanni de Berges tradiderunt, ac de facto de Decanali poſſeſſione, ac Præeminentia præſatum Michaelem ſpoliarunt. Hinc ipſe poſt varia Judicia, & acta, prius in partibus geſta, recurſum habuit ad Signaturam Juſtitiæ, ut ſibi vim à Canonicis indebitè illatam repararet, atque ab eadem obtinuit, Cauſæ cognitionem delegari noſtro Tribunali cum clauſula *purgatis attentatis*, cujus reſcripti vigore Signaturæ Auditor manutentionem dicto Michaeli ſpoliato conceſſit in quaſi poſſeſſione Decanatus, & Jurium Decanalium, ac reſtitutione Vinearum, quod tamen propter Capituli pervicaciam in parendo, per longum tempus executioni demandari non potuit, ita quod pluries, & pluries contra Capitulum per dictæ Signaturæ Auditorem literæ declaratoriæ fuerint decretæ, donec tandem ad priſtinam poſſeſſionem Decanatus fuit reſtitutus; Ac interim etiam *cor. bo. me. Muto*, cui vigore dicti reſcripti, *ad Rotam*, devoluta fuerat Cauſa ſuper manutentione inter Joannem, & Michaelem propoſito dubio: *An, & cui ex ipſis eſſet danda manutentio*, favore Michaelis reſponſum emanavit, ut in *dec. emanata ſub die 19. Junii 1705. cor. d. bo. me. Muto*, illiuſque vigore deventum etiam fuit ad Cauſæ expeditionem *coram Me*, in locum dicti *bo. me. Mati* ſuffecto, ac expedito deinde mandato de manutenendo, Canonicis poſtea perſonaliter notificato, ac ſervatis ſolitis terminis ad docendum de paritione, nec adhuc Canonici dicto mandato de manutendo, mediante reſtitutione fructuum, doceant integraliter paruiſſe; ad Inſtantiam igitur ipſius Michaelis, in præſenti propoſitum per me fuit dubium; *An ſit danda declaratoria, & illam eſſe dandam præfixo termino trium menſium à die intimationis facienda in partibus*, Domini reſponderunt.

Siquidem cum Decanus obtinuerit à noſtro Auditorio manutentionem in quaſi poſſeſſione ſui Decanatus, poſtquam ſervati apparent ſoliti termini ad docendum de paritione, niſi Canonici doceant in omnibus integrè
1 paruiſſe mandato de manutenendo, tam per effectivam traditionem poſſeſſionis, quàm mediante reſtitutione fructuum Decanatus, qui veniunt in ſequelam prædicti mandati, venit contra ipſos tanquam inobedientes, ad hoc, ut ſe protinus emendent, relaxanda declaratoria *Poſth. de Manut. obſerv. 103. n. 5. Rot. cor. Mohedan. dec. 1. de ſent. Excom. coram Royas dec. 170. nu. 2. cor. Emeria Jun. dec. 179. n. 5. & in rec. dec. 320. num. 5. part. 10. & dec. 142. n. 1. & 2. part. 12.*

Nec valet dici, quod Canonici jam paruerint, ex quo per publicum Inſtrumentum declaraverunt recognoſcere Michaelem in Decanatu, eique tradidiſſe Claves Sacriſtiæ, & ſigillum Capitulare, & ſic reſtituerint ad priſtinum Statum poſſeſſionis, ad quem vigore mandati de manutenendo fuit reintegratus; Quoniam actus prædicti non important integram reintegrationem, ac totalem executionem mandati de manutenendo, ex quo
2 adhuc reſtituendi remanent fructus, & redditus Præbendæ Decanalis, ac Diſtributiones quotidianæ, qui veniunt in ſequelam manutentionis, & habentur, ac ſi eſſent ſpecificè in mandato de manutenendo comprehenſi, ut probat *Poſth. de manut. obſervat. 74. nu. 5. & 2. Corrad. Prax. Benef. lib. 2. cap. 16. num. 31. & 32. Rot. cor. Roj. dec. 173. n. 1. & 3. & in rec. dec. 220. num. 20. & 21. part 10.*

Nullatenus relevante duplici exceptione, qua Canonici prætenſorum fructuum, & Diſtributionum reſtitutionem evitare contendunt, quod videlicet cum Michael Decanus non reſederit, fructus ſuæ Decanalis præbendæ prætendere non valeat, nec minus Diſtributiones quotidianas, ac dato etiam, quod licèt abſens fructus, & Diſtributiones lucrari potuiſſet, adhuc, cum illi conſumpti fuerint in neceſſaria Eccleſiæ refectione, non poſſint hodie à Capitulo reſtitui.

Quoniam neutrum objectum viſum fuit relevare, nam & ſi de abſentia ſermo habeatur, illa liquido conſtat non ſecum ferre amiſſionem fructuum, & Diſtributionum, quia cum Decanus ab ipſomet Capitulo de Decanatus poſſeſſione fuerit ſpoliatus, grave habuit impedimentum ſibi per Capitulum præſtitum non reſidendi, & ſic durante ſpolio commiſſo ex facto poſitivo Canonicorum, ac ab eiſdem reſidere impeditus, fructus Decanalis Præbendæ, ac Diſtributiones quotidianas licitè potuit ſuperlucrari, ac id, quod Capi- 3
tulum indebitè ſibi appropriavit, eidem Decano omni Jure reſtituendum venit *Prob. ad Monach. cap. 1. n. 22. de Cler. non reſid. in 6. Calder. conſ. 15. de præben. Barb. de Canon. & Digan. cap. 24. n. 4. Corrad. in Prax. Benef. d. lib. 2. c. 18. n. 32. Card. de Luc. de Jud. diſc. 18. n. 6. Pignat. conſult. 48. n. 16. & 17. tom. 6. Rot. cor. Mohed. dec. 6. de præb. & cor. Coccia. dec. 21. n. 5. & per tot.*

Signanter etiam ſic diſponente ſpecificè *Conſtitutione B. Pii V.* incipiente -- *Cordi nobis eſt* in ordine *la* 104. in qua præcisè cavetur, ut ſi Canonicus impediatur per Capitulum, nè in Eccleſia reſideat, quod tunc fructus, & Diſtributiones non poſſit Capitulum ſibi ap- 4
propriare, ſed illos deponere teneatur, ad hoc ut lite terminata, in caſu victoriæ Canonico reſtituantur, de qua apud *Pignattel. conſult. Canonic. 48. n. 16. & 17. tom. 6. Rota cor. Pænia dec. 733.*

Et quamvis ſpolium duraverit uſque ad annum 1703. quo tempore ad poſſeſſionem Decanatus Michael fuit reintegratus, attamen etiam poſt dictum tempus fructus erant debiti, non obſtante abſentia, nam adhuc lis duravit cum Capitulo, & Joanne Berges, à dicto Capitulo vigore electionis in poſſeſſionem Decanatus immiſſo, prout reſultat in *Deciſione Vvormatien. Decanatus 19. Junii 1705. cor. bo. me. Mato*, ac etiam cum Capitulum detrectaret reſtituere fructus, & Diſtributiones, durabat etiam antiqui ſpolii reſidualis, per quam abeſſe ex cauſa prædictæ litis opus habuit, necnon etiam cum Capitulum eſſet ſub cenſuris ad inſtantiam ipſius Michaelis innodatum per Auditorem Signaturæ Juſtitiæ ob non paritionem, hæc omnia ju- 5
ſtam, & legitimam Cauſam non reſidendi præbuerunt, ac ex eo fructus, & diſtributiones, non obſtante abſentia, erant debiti *Pignattell. conſult. 150. num. 5. tom. 4. & conſult. 117. num. 17. Gratian. diſcept. foren. cap. 591. num. 34. Ventrigl. in Praxi Eccleſiaſ. part. 1. annot. 19. §. 1. num. 12. & 53. Adden. ad Gregor. dec. 341. ſub lit. A.*

Ejuſdem pariter irrelevantiæ recognita fuit altera exceptio, quod fructus Decanatus Capitulum erogaverit pro refectione Eccleſiæ, occaſione belli combuſtæ; De hoc enim non exhibetur ſufficiens documentum, ac ſimplex fides Notarii, qui de hoc teſtatur, referendo ſe ad libros, & computa, ipſi à Canonico Seniori ex- 6
hibita, cum non verſetur in actu coram ſe rogato, nullum penitus gradum probationis conſtituere valet *Rot. deciſ. 184. num. 3. & dec. 471. n. 9. coram Danozett. Jun. & dec. 750. num. 6. cor. Merlia. & in rec. deciſ. 562. num. 21. part. 19. tom. 2.* ſignanter quia ex atteſtatione contraria Canonicorum Juniorum *Summ. Michaelis num. 11.* contrarium evincitur, qui deponunt etiam, quod computa, & libros nunquam Canonici exhibuerint, & quod ex redditibus Eccleſiæ abſumpſerint duodecies mille florenos; Addito etiam, quod non erat in facultate Capituli pro ſui libito fructus Decanatus, quos vigore Conſtitutionis *B. Pii V.* tenebatur reſervare 7
pro Decano, poſtquam in lite Victor evaſiſſet, illos erogare in reſtaurationem Eccleſiæ ſine conſenſu ipſius Decani, & ſine ſuperioris authoritate; Ex eo igitur reſtitutionem evitare non valet.

Conſtito ex his, quod Canonici teneantur ad fructuum, & diſtributionum reſtitutionem, non venit attendendum ad effectum ſuſpendendi declaratoriam, quod fructus prædicti debeant prius liquidari ad hoc, ut Capitulum poſſit videre ad quid, & quantum teneatur, nè ſub incertitudine ſummæ declaratoria rela-

relaxetur. Etenim ad effectum, ut Capitulum mandato de manutenendo paruiſſe doceatur, debebat petere liquidationem, ac ſe promptum, & paratum reſtituendi ſtuctus exhibere, facto depoſito alicujus licet modicæ ſummæ, eum obligatione ſolvendi
8 reſiduum, poſtquam fuerit liquidatum, ſed illud cum nihil ex parte ſua expleverit, ex quo argui poſſet de ejus animo prono parendi mandatis rotalibus, & ſemper continuavit, prout adhuc continuat in ejus pertinacia, impugnando totis viribus reſtitutionem fructuum, eo caſu declaratoria relaxatur, ad hoc ut monitus poſtea fructus reſtituere incipiat. *Poſſb. de Manut. obſerv. 103. num. 20. & ſeqq. Add. ad Dec. Buratt. dec. 947. lit. B. & prius in Addit. ad dec. 17. num. 6. Rota in rec. dec. 220. num. 17. & 18. part. 10. & dec. 137. n. 9. & ſeqq. part. 19.*

Verùm Domini benignius agendo, licèt potuerint ſine ulla temporis dilatione ſtatim devenire ad conceſſionem declaratoriæ, tamen indulſerunt terminum trium menſium, à die intimationis faciendæ in partibus, ad hoc ut Capitulum agnoſcere poſſit, in quo defecerit, & hoc interim euret ſui debiti ſatisfactionem, ut ſic parendo evitet excommunicationem, prout paſſim obſervat Pietas Tribunalis, & præcipuè dum agitur de
9 inſerendo hoc ſpirituali vulnere contra Eccleſiaſticos, eiſdem alicujus menſis tempus ad parendum ſemper indulgens, ut aliàs fuit obſervatum, & ſignanter dictum fuit in *Baren. Teſtamenti ſuper declaratoria 4. Junii 1708. §. Potuiſſet, coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Et ita utraque Parte informante &c.

R. P. D. MUTO.

Vuormatien. Decanatus.

Veneris 29. Junii 1705.

ARGUMENTUM.

Quis dicatur legitimus poſſeſſor ſui Beneficii, ad effectum obtinendi Manutentionem.

SUMMARIUM.

1 *Poſſidenti auctore Prætore, ritè, & rectè procedente, deneganda non eſt manutentio.*
2 *Reſcripta Signaturæ Juſtitiæ refricare non licet.*
3 *Quando Canonici, propter bellum, ſeu aliam cauſam, ſe congregare non poſſunt, ſed reperiuntur diſperſi in longinquis partibus, tunc totum Jus Capituli dicitur reſidere penes Canonicum præſentem, etiamſi unicus exiſtat.*
4 *Ratificatio Canonicorum, & Capituli ſufficit ad convalidandam poſſeſſionem, quæ Capitulariter capta non fuerit.*
5 *In concurſu duorum poſſidentium, manutenendus eſt qui habet poſſeſſionem anteriorem.*
6 *Poſſeſſio capta, non citato altero, in poſſeſſione exiſtenti, eſt nulla, ſpoliativa, & non manutenibilis.*

DECISIO I.

EO ſub fundamento, quod electio ad Decanatum in Eccleſia Collegiata Sancti Pauli Vuormatien. facta in perſonam Canonici Joannis de Berges per Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, eſſet nulla, quodque intra novum terminum ad faciendam electionem præfixum, ad eam deventum non fuerit, obtinuit Michael Staſſen unus ex Canonicis Capitularibus dictæ Eccleſiæ uſque de anno 1697. de dicto Decanatu à Sede Apoſtolica provideri, directiſque Literis Reverendiſſimo Nuncio Colonien. coram eo, tam Capitulum dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Capitulariter congregatum quàm Joannes Berges citati fuerunt, Cauſaque proſecuta, obtinuit Proviſus Apoſtolicus Sententiam ſuper executione ſuarum Literarum, & illius vigore mandatum de immittendo ad ſui favorem expediri obtinuit, executioni demandatum mediante poſſeſſione ei tradita à Canonico Scholaſtico, nomine Capituli, in aliorum Canonicum abſentia.

Habita iſtorum notitia à cæteris Canonicis Capitulatibus dictæ Eccleſiæ, hinc indè in exilium diſperſis, Literas congratulatorias eidem Michaeli tanquam Decano ſcripſerunt, aliaſque intereſſe Eccleſiæ concernentes. Verum quia poſt lapſum aliquorum annorum, nempè die 30. Junii 1699. nonnuli Capitulares, congregati in Domo Scholaſtici poſſeſſionem dicti Decanatus tradiderunt præfato Joanni de Berges, hinc introducta lite, diſcuſſaque Cauſa prius coram Vicario Vuormatien. & deinde coram Decano Collegiatæ Eccleſiæ S. Cuniberti, quia hoc interim in ſpretum litis pendentiæ, Michael coactus fuit reſtituere Claves Sacriſtiæ, Sigillum Capitulare, & bis centum Florenos penes ipſum exiſtentes, ad inſtantiam ejuſdem fuit Capitulum condemnatum ad purgationem attentatorum priùs in partibus, & deindè à Signatura Juſtitiæ, quæ Cauſam noſtro Tribunali commiſit cum clauſula *purgatis attentatis*, & in iſtius reſcripti ſequelam obtinuit idem Michael mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione Decanatus Clavium Sacriſtiæ, Sigilli Decanalis, aliorumque, quibus fuerat per Capitulum pendente lite de facto ſpoliatus.

At quia his non obſtantibus Capitulum, & Joannes Berges ab ipſo electus, freti ſuis Juribus, credebant ipſis debitam eſſe manutentionem, ideo commiſſionem Signaturæ mihi præſentari curarunt, & ſubſcribi à me dubium — *An & cui ſit danda manutentio* — quod cum in hodierna audientia propoſuerim, reſponſum obtinui — *Dandam eſſe manutentionem Michaeli*

Docet enim Michael ſe fuiſſe à Sancta Sede proviſum anno 1697. de controverſo Decanatu, & obtinuiſſe Sententiam à Nuncio Colonien. ſuper executione Literarum Apoſtolicarum, citatis tam Capitulo, quàm Joanne Berges ab eo electo, & ſucceſſivè vigore mandati de immittendo quietè, & pacificè Decanatus poſſeſſionem adeptum fuiſſe, eique per Capitulum traditas fuiſſe Claves Sacriſtiæ, & Sigillum Capitulare,
ac proindè eidem poſſidenti auctore Prætore ritè, & 1
rectè procedente, debita eſt manutentio *Poſſb. de Manut. obſerv. 12. n. 1. Rot. poſt eum dec. 233. n. 1. & 2. & dec. 235. num. 1.*

Potiſſimè quia Michael reputatus fuit pro poſſeſſore legitimo à Signatura Juſtitiæ, dum pro effectu purgationis attentatorum illi manutentionem conceſſit, & Literas declaratorias contra Capitulum ob non paritionem dicto mandato relaxavit, & propterea amplius illa non poteſt controverti, cum reſcripta, & geſta à Si-
gnatura Juſtitiæ refricare non liceat, *Rota in Senogal-* 2
lien. Legatorum 13. Junii 1697. §. Validitas, coram Reverendiſſimo D. meo Decano Romana Monilis 27. Novembris 1699. §. Inevitabiliter, coram R. P. D. meo Anſaldo, Romana Locorum Montium 3. Februarii 1700. §. Omnemque, coram eodem, Romana, ſeu Neapolit. Pecuniaria 2. Decembris 1701. §. Validitas, cor. R. P. D. meo Scotto cum aliis adductis in Romana Status Zagaroli 27. currentis anni §. Ex quibus, coram Me.

Non attento quod poſſeſſio Michaelis, tanquam non capta Capitulariter, non ſit manutenibilis; Quia cum omnes Canonici eſſent abſentes, & per varias partes diſperſi, dempto unico Canonico Scholaſtico, qui nomine Capituli poſſeſſionem vigore mandati de immittendo decreti à Reverendiſſimo Nuncio Colonien. Michaeli tradidit, illa dicitur capta Capitulariter, nam ubicumque Canonici propter bellum congregare ſe non poſſunt, & neque in Eccleſia, neque in Civitate
reſident, ſed reperiuntur diſperſi in exilio in longin- 3
quis partibus, tunc totum Jus Capituli, & tota poteſtas Capitularis dicitur permanere penes Canonicum præſentem, etiamſi unicus exiſtat, ut tradunt *Innocent. & Panormitan. in c. cum nobis, de election. Layman. de Prælat. Eccleſ. quæſt. 36. Encoll. de elect. poteſt. §. 5. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 1. ſub n. 74. & cap. 19. n. 48. & ſub n. 86. Bonacin. de Legibus diſput. 1. quæſt. 1. punct. 3. Lotter. de Re Beneſic. lib. 2. quæſt. 18. nu. 6. Laver. Var. Lucubrat. tit. 4. cap. 6. num. 26. Rota in Majoricen. Beneficii 15. Junii 1699. §. Arriſit, cor. R. P. D. meo Anſaldo, & 26. Martii 1700. §. minus obſtat, cum duobus ſeqq. coram Me.*

Fortiùs quia cæteri Capitulares abſentes, poſt traditam nomine Capituli à Scholaſtico poſſeſſionem, illam verbis, & facto ratificarunt, nam omnes Capitulares Epiſtolas congratulatorias eidem Michaeli tanquam

Deca-

Decano conſcripſerunt, & univerſum Capitulum de anno 1697. à Decano convocatum, ſe excuſavit, non poſſe congregari propter metum belli, eumque uti Decanum recognoviſſe liquet ex confeſſione judicialiter
4 emiſſa, de qua in *Summario Michaelis n. 10.* Proindeque hæc ratificatio Canonicorum, & Capituli ſufficit ad convalidandam poſſeſſionem, quæ capitulariter capta non ſit, *Poſth. de Manut. obſerv. 30. nu. 6. & 7. Addea. ad Gregor. dec. 364. n. 6. circa finem, Rot. coram Caſſador. deciſ. 17. num. 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in recent. dec. 91. num. 6. part. 1. & apud Poſth. de Manut. deciſ. 95. num. 3.*

Minùs obſtat poſſeſſio capitulariter capta à dicto Joanne de Berges. Tum quia iſta tanquam capta de anno 1699. eſt poſterior, & non manutenibilis, in concurſu poſſeſſionis duobus annis ante captæ à Mi-
5 chaele, qui eſt manutenendus, excluſo Joanne habente poſſeſſionem poſteriorem, *Rot. apud Poſth. de Manut. deciſ. 92. num. 1.*

Tum etiam quia Joannes non cæpit poſſeſſionem de manu Executoris, neque citavit Michaelem legitimum Poſſeſſorem Decanatus, qui in vim Sententiæ eodem
6 Joanne citato, obtentæ à Nuncio Colonien. reperiebatur in poſſeſſione, ac propterea illius poſseſſio, uti nulla, & ſpoliativa non eſt manutenibilis, in puncto *Rot. apud Poſth. de Manuten. dec. 14. n. 4. dec. 16. nu. 3. & 4. dec. 173. num. 2.*

Et ita DD. prætermiſsa diſputatione validitatis, vel invaliditatis Electionis à Capitulo factæ in perſona Joannis, de quo agendum erit in alio Judicio, non in præſenti, ad ſimplicem manutentionem reſtricto, in quo attendi debet ſola poſseſsio, reſponderunt.

Utraque &c.

V O T U M

Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D.

C A R D I N A L I S   S P E R E L L I

In Cauſa

Minerbinen. ſeu Nullius Cerignolæ Concordiæ.

A R G U M E N T U M.

Prælatus Inferior, prætendens Territorium ſeparatum, debet docere de privilegio claro, vel de immemorabili, canonizata per rem judicatam, vel ſaltem de quadragenaria cum titulo colorato. Epiſcopo Viciniori competit Jus Viſitandi tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato loca Nullius Diœceſis, etiamſi Prælatus Inferior exerceat Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato. Conceſsio Dimiſſorialium, ſive ordinatio Subditorum Secularium Prælati Inferioris ſpectat ad Epiſcopum Viciniorem. Procuratio eſt debita Epiſcopo Viciniori viſitanti loca Nullius Diœceſis.

S U M M A R I U M.

1 *Refertur facti ſeries.*
2 *Probatio Territorii ſeparati debet fieri vel per privilegium literale, vel per immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo colorato.*
3 *Alioquin locus præſumitur eſſe intra fines Diœceſis.*
4 *Ex Mappa Topographica, judicialiter non confeſſa non probatur Territorium.*
5 *Oppidum cenſetur eſſe de Diœceſi, cui adhæret.*
6 *Epiſcopo Viciniori competit Jus viſitandi loca Nullius Diœceſis.*
7 *Epiſcopus Vicinior debet admitti ad plenariam Viſitationem in locis Nullius Diœceſis.*
8 *Prædictam Viſitationem poteſt Epiſcopus explere quolibet anno.*
9 *Epiſcopum Viciniorem non poſſe viſitare loca, in quibus Prælatus inferior, præter exemptionem paſſivam, exercet Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato, tenent aliqui DD.*
10 *Hujuſmodi opinio reprobatur ex mente* Sac. Congreg. Concilii, & Rotæ Romanæ.
11 *Contraria opinio procedit reſpectu Eccleſiarum Regularium, quia Concilium loquitur tantùm de Eccleſiis Secularibus.*
12 *Non adverſatur prædictæ Sententiæ praxis Sacr. Congregationis Epiſcoporum, quæ ſolet aliquando in hujuſmodi locis Nullius Diœceſis, deputare ſpeciales Viſitatores, & affertur ratio.*
13 *Prælati inferiores, etiam cum Territorio ſeparato, non poſſunt amplius vigore* Concilii ſeſs. 23. cap. 10. de reformat. *conferre Ordines minores, vel dimiſſorias concedere eorum Subditis Secularibus.*
14 *Reprobantur* DD. *ſentientes, Prælatos Inferiores cum qualitate nullius, poſſe concedere prædictas Dimiſſorias, & firmatur hoc competere Epiſcopis Vicinioribus, niſi habeant ſpeciale indultum poſt* Concilium Trident.
15 *Univerſitas Laicalis non poteſt obligari ad ſolvendam procurationem Epiſcopo viſitanti ſine Principis aſſenſu.*
16 *De Jure, & generali conſuetudine Univerſitas Laicalis non tenetur ad dictam procurationem.*
17 *Procurationis ſolutio ab Univerſitate Laicali præſumitur facta ex mera liberalitate, quæ non producit titulum coactivum.*
18 *Eſt in facultate eorum, qui viſitantur, vel ſubminiſtrare Viſitatori moderata victualia, vel ſolvere in pecunia juxta ſolitum.*
19 *Reſolvitur Epiſcopum Minerbini poſſe viſitare locum Cerignolæ, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum, ad formam* Concilii ſeſs. 24. c. 9. de reſor.
20 *Reſolutio hujus Cauſæ* in S. Congregatione Concilii.

D E C I S I O   LI.

Epiſcopus Minerbini, Archipresbyter, & Canonici Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri Terræ Cerignolæ in Apulia porrexerunt Sanctiſs. Domino Noſtro preces, ad hanc *Sac. Congregationem* remiſsas, pro confirmatione Concordiæ, quam ſub reſervatione Beneplaciti Apoſtolici inierunt, ut aliquando finem imponerent antiquiſsimæ controverſiæ, primò *in S. Rota Auditorio coram Lancellotto* introductæ, ac ſubindè in hac *S. Congregatione* proſecutæ.

Controverſiæ ſumma in eo conſtituebatur, num ſci- 1
licet Archipresbyter Cerignolæ, qui à Juriſdictione Minerbinen. & alterius cujuſcumque Epiſcopi ſe exemptum eſse, ac in dicto Oppido Cerignolæ Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato habere, & exercere contendit, Literas Dimiſsoriales pro collatione Ordinum, ad quoſcunque Catholicos Antiſtites directas, ſuis Subditis concedere poſset; vel potiùs teneretur eoſdem Subditos ordinandos cum Literis Commendatitiis, ſeu Teſtimonialibus, remittere ad Epiſcopum Minerbini, uti Viciniorem.

Diſceptabatur inſuper, an eidem Epiſcopo Minerbinen. competeret Jus viſitandi ratione Vicinioritatis dictam Eccleſiam Cerignolæ, quæ in Nullius Diœceſi exiſtere dicitur, & ab Archipresbytero regitur, tanquam à proprio Prælato cum prætenſa Juriſdictione quaſi Epiſcopali, ac Territorio ſeparato.

Succubuerat in omnibus Archipresbyter: Sacra enim Congregatio, audito etiam Epiſcopo Aſculano, qui eadem Jura Vicinioritatis vendicare conabatur, ſub *anno* 1660. declaravit, *Jus viſitandi dictam Eccleſiam competere Epiſcopo Minerbini, uti Viciniori.*

Cumque ſub *die 16. Maji* 1699. conqueſtus eſset Epiſcopus Minerbini, quod rejectis Literis Dimiſſorialibus ad ipſum directis pro ordinatione nonnullorum Subditorum dicti Archipresbyteri, auſus fuerat idem Archipresbyter cum ſimilibus Literis Dimiſsorialibus eoſdem ordinandos remittere ad Epiſcopum Aſculanum; Auditis omnibus intereſse habentibus, ac audito deſuper etiam Epiſcopo Lavellen. qui interea inſurrexerat, & in poſseſsione controverſæ Vicinioritatis ſe eſse affirmabat, *Sacra Congregatio* cenſuit — *manutenendum eſſe Epiſcopum Minerbini in poſſeſſione, vel quaſi exercendi ea, quæ ſunt Ordinis, & Juriſdictionis ratione Vicinioritatis.*

Hiſce Reſolutionibus non acquieverat Archipresbyter, qui adnitens ſe, ſuamque Eccleſiam in omnimoda libertate conſovere, *Anno* 1704. ſub prætextu antiquæ

tiquæ litis pendentiæ ad *S. Rotæ Tribunal.* divertit, *&* *coram bon. mem. Mato* Monitorium extorſit, quo inhibebatur Epiſcopo Minerbini, nè ad Viſitationem Eccleſiæ Cerignolæ procederet. Re tamen ad Signataram Sanctiſſimi delata, ſub *die* 22. *Decembris* 1705. prodiit Reſcriptum, *ejuſmodi Cauſæ cognitionem ad hanc S. Congregationem ſpectare declarans.*

Io hoc rerum ſtatu deventum fuit ad Concordiam, pro cujus confirmarione ſupplicatur; Ac præmiſſa Inculenta narrativa, qua exemptio, tam paſſiva, quàm activa dicti Archipresbyteri cum Territorio ſeparato, & Juriſdictione quaſi Epiſcopali in Clerum, & Populum dicti Oppidi Cerignolæ ſtabilitur, & aſſeritur, primo loco cooventum fuit: Quod Archipresbyter pro tempore, ceù Ordinarios Cerignolæ, teneatur in poſterum cum Literis Teſtimonialibus, ſeu Commendatitiis ſuos Subditos Prima Tonſura initiandos, vel ad Minores, & Majores Ordines promovendos mitrere ad Epiſcopum Mioerbioi, oti Viciniorem; Ita tamen ut Epiſcopus in caſibus, quibos legitimo impedimento detentus Ordinationes habiturus non eſſet, valeat eoſdem Subditos Archipresbyteri ad alium Epiſcopum dimittere, in caſibus abſentiæ ab Eccleſia, & Diœceſi Minerbinen. debeat Epiſcopus facultatem tribuere ejus Vicario Generali, eoſdem Subditos Archipresbyteri ad alios Epiſcopos dimittendi, ac in Ordinum collatorum Teſtimonio, vel in Literis Dimiſſorialibus, quas contingeret io prædictis caſibus ab Epiſcopo, vel ejus Vicario Generali concedi, fiat expreſſa meotio Literarum Commendatitiarum Arehipresbyteri, ceù dictæ Terræ Cerignolæ Ordinarii; Sede verò Epiſcopali Minerbini vacante, licitum ſit Archipresbytero ſuos Subditos ordinandos cum Literis Commendatitiis mittere ad alios Epiſcopos ſibi beneviſos, non tamen ad Epiſcopum Aſculanum, & Lavellen.

II. Proceſſus, ſeu Ioquiſitiones, faciendæ occaſione Promotionis Subditorum Archipresbyteri ad Ordines, ſuper eorum Vira, & Moribus, ae ſuper conſtitutione Sacri Parrimonii, fieri debeant ab Archipresbytero privativè quoad Epiſcopum Minerbioi, cui reſervatur Jus eoſdem Ordinandos cxaminandi quoad Doctrinam.

III. Sacramentum Confirmationis in dicta Terra Cerignolæ adminiſtretur ab Epiſcopo Minerbini, à quo pariter omnes aliæ Functiones, quæ pertinent ad Ordinem Epiſcopalem, in cadem Terra peragantur, & exerceantur; Ita tamen nt in caſibus, quibus Epiſcopus renueret pro dictis Functionibus peragendis ad dictam Terram accedere, prævia proteſtarione apud Acta publici Notarii emittenda ſuper ejuſmodi renueotia, licitum ſit Archipresbytero advocare alium, quem maluerit Catholicum Antiſtitem, oon tamen Epiſcopum Aſculanum, aut Lavellen. Idemque elapſis ſex Menſibus in caſibus impotenriæ, vel abſentiæ Epiſcopi à reſidentia ſuæ Eccleſiæ, & tranſacto anno in caſibus vacationis Sedis Epiſcopalis ſervari debeat.

IV. Quolibet Bienoio valeat Epiſcopus Minerbini Jure Vicinioritatis viſitare Collegiatam, aliaſque Eccleſias in Oppido, & Territorio Cerignolæ exiſtentes eodem modo, & forma, quibus Epiſcopus Gravien. ſimili Jure Vicinioritatis conſuevit, & ſolet viſitare Secularem, & Collegiatam Eccleſiam Altamuræ oullins Diœceſis; Ita tamen ut Viſitatio ultra deeem dierum ſpatium non protrahatur, & intra limites Viſitationis localis, & realis Epiſcopus ſe continere debeat, ac à perſonali, & ab ea dependentibus, tam quo ad Archipresbyterum, quàm alios Sacerdotes dictæ Terræ Cerignolæ prorſus abſtineat. Executio proviſionum, ſeu Decretorum, in hujuſmodi localibus, & realibus Viſitationibus edendorum, committatur eidem Arcbipresbytero; Eique tanqoam dictæ Terræ Ordinario reſervata eenſeatur facultas viſitandi cumulativè eaſdem Eccleſias. Procuratio verò Epiſcopo viſitaoti debita, quæ io certa ſumma ducatorum 40. taxatur, pro rata ducatorum 30. à Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ, & pro rata ducatorum decem ab Univerſitate ſæculari dictæ Terræ Cerignolæ perſolvenda ſir.

V. Conventum fuit, & firmatum, omnimodam Juriſdictiooem, & cogoitionem Cauſarum, etiam criminalium, & matrimonialium, ac Cenſurarum, & Immunitatis, ac Libertatis Eccleſiaſticæ, necnon approbationem Confeſſariorum tam ſæcularium, quàm Regularium in dicto Oppido Cerignolæ pertinere debere, prout in præteritum pertinuiſſe ſupponitur, ad Archipresbyterum, uti Ordinarium, & Prælatum inferiorem cum Territorio ſeparato, & Juriſdictione quaſi Epiſcopali; Sede verò Arcbipresbyterali vacaote, ad Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri ejuſdem Oppidi, ſeu illius Vicarium privativè quoad alios; Itaut Epiſcopus Minerbini nequeat ſe ingerere, præter quam in cauſis extractionis Reorum ab Eccleſiis, Lociſque immunibus ad formam *Conſtit.* 7. *ſan. mem. Gregorii XIV.* §. 4. ac in iis, quæ in ſuperioribus Concordiæ capitibus ipſi reſervantur ratione Vicioioritatis.

Fuit demum adjecta conditio reſolativa Concordiæ in caſu, quo Jura Vicinioritatis alteri Epiſcopo adjudicari contingeret.

Verùm enim verò adverſus hujuſmodi Concordiam
ponderandum occurrit, ſine ullo fundamento ſuppo-
ni, Eccleſiam Collegiatam Cerignolæ extra fines cu-
juſcumque Diœceſis exiſtere, & Archipresbyterum,
uti Prælatum inferiorem, & Ordinarium in ea exer-
cuiſſe, & exercere Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem
cum Territorio ſeparato: Non enim docetur de Pri-
vilegio Apoſtolico claro, & literali, neque de imme-
morabili canonizata per rem judicatam, neque de
quadragenaria cum titulo colorato; quibus non con-
currentibus, vel non probata originali illa, ſeu na- 2
tiva Libertate, & Territorii diſtinctione, de qua *Fa-*
gnan. in c. Nullus à nu. 12. *ad* 16. *de Paroch. & Rota in*
Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis 28. *Junii* 1700. *à* §.
1. *ad* §. *Tot autem, coram Eminentiſſimo de la Tremoille,*
Firma remanet Juris præſumptio, quod omnia Loca
Mundi intra fines alicujus Diœceſis exiſtant, juxta 3
innumeras *SS. Congreg. & Rotæ* reſolutiones, quas cu-
mulat *Pignatell. conſult.* 26. *n.* 18. *&* 25. *tom.* 2. *Card. de*
Luca de Juriſdict. diſc. 1. *n.* 12. *& diſc.* 3. *n.* 2. *in fine &*
n. 4. *R. P. D. Petra in ſuis doctiſſimis Comment. ad Conſtit.*
Apoſt. 6. *Alex. III. ſect.* 1. *num.* 16. 32. 63. *& ſeqq. tom.* 2.
Rota coram Emerix jun. dec. 411. *à num.* 4. *& per tot. poſt*
Card. de Luca ad dictum tract. de Juriſd. deciſ. 20. *nu.* 1.
in rec. p. 19. *tom.* 2. *dec.* 485. *n.* 13. *& ſeqq.* ac ſupponi-
tur in *Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis* 7. *Junii* 1700.
cor. Mato, & in dicta Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis,
& in illius Confirmatoriis 16. *Februarii* 1703. *&* 27. *A-*
prilis 1705. *coram Reverendiſſimo Domino Molines*, in
quibos neglecta nativa, & originali diſtinctione Ter-
ritorii, de qua io 1. *dec. coram Eminentiſſimo de la Tre-*
moille, deciditur, ex ſola Quadragenaria cum titulo,
derivante à Privilegiis Apoſtolicis, etſi minùs claris,
potuiſſe acquiri à Prælato Inferiori Juriſdictionem qua-
ſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato; Et cenſuit
hæc *Sacra Congregatio in Claſſina Juriſdictionis* 21. *Aprilis*
1703. *&* 5. *Aprilis* 1704.

Nec dici poteſt, ex ipſa ſituatione deprehendi,
Oppidum Cerignolæ non eſſe io Diœceſi Minerbin.
propriumque, ac ſeparatum Territorium habere, cum
medium inter Cerignolæ Territorium, & Minerbi-
nen. Diœceſim jaceat Canuſium, Nullins pariter Diœ-
ceſis: Tum quia non apparet, quod Mappa Topo-
graphica, ad id probandum mihi exhibita, fuerit ju- 4
dicialiter confecta, ut ad hunc præciſum effectum re-
quiri firmat *Rota poſt Tamburin. de Jur. Abbat. deciſ.* 71.
num. 11. Tum quia non conſtat, Oppidum Canuſii eſ-
ſe Nullius Diœceſis; cumque cenſeri debeat io Diœ-
ceſi Minerbinen. cui adhærer, idem judiciari poterit
de Oppido, & Territorio Cerignolæ, quod Canuſi-
no conjungitur, ut io terminis Inſularum docuit *Bart.* 5
in tract. de Inſulis, quem laudat & ſequitur *Rota in*
Melevitana Expenſarum 24. *Junii* 1700. §. *His ita firma-*
tis, coram Eminentiſſ. D. Card. de la Tremoille.

At etiamſi liquidò conſtaret, Oppidum Cerignolæ, illiuſque Territorium ſeparatum eſſe, ac diſtinctum à Diœceſi Minerbinen. & Archipresbyterum, uti verum Prælatum, & Ordinarium, exercuiſſe in illo, & exercere Juriſdictionem qoaſi Epiſcopalem in vim Privilegii Apoſtolici clari, vel immemorabilis Poſſeſſioois, canonizatæ per tres conſormes, vel Quadragenariæ cum titulo colorato, vel etiam originalis, ſeu na-

tivæ

tivæ libertatis ; Læſiva nihilominus , ac nimium præ-
judicialis Juribus Epiſcopi Minerbini dijudicanda eſ-
ſet Concordia : Cum enim revocari non valeat am-
pliùs in dubium, eundem Epiſcopum eſſe ſaltem Vi-
ciniorem Eccleſiæ Cerignolæ juxta *Declarationes Sacræ
Congregationis* , editas, ut innuebam, contradicentibus
tam Archipresbytero, quàm Epiſcopis Aſculano, &
Lavellen. ei utique tanquam Sedis Apoſtolicæ Dele-
gato competit Jus viſitandi ſæpedictam Eccleſiam ,
6 quantumvis exemptam , & in Nullius Diœceſi exi-
ſtentem , ut declaravit eadem *Sacra Congregatio* , &
diſponit noſtrum *Concilium in c. 9. ſeſſ. 24. de reformat.*
ubi derogatur Privilegiis , & Conſuetudinibus quibuſ-
cumque, etiam immemorabilibus.

Hoc autem Jus Viſitandi non poterat in Concor-
dia reſtringi ad Realem , & Localem Viſitationem :
Quia Epiſcopi Viciniores , quibus in *d. c. 9.* fuit de-
legata facultas viſitandi Eccleſias ſeculares Nullius
Diœceſis, admitti debent ad Viſitationem plenariam
ejuſmodi Eccleſiarum, earumque Cleri , & Populi ,
habentque poteſtatem emendandi, corrigendi, & pu-
7 niendi , tam in Capita , quàm in Membra , ut deci-
ſum referunt *Fagnan. in c. Grave nu. 22. de Off. Jud. Ord.
& in c. Nullas n. 29. de Paroch. Franc. Leo in Theſaur. Fo-
ri Eccleſ. p. 2. c. 2. n. 74. in fine Barboſ. ad Conc. d. ſeſſ. 24.
de reform. c. 9. num. 4. & 8. & de Off. & Poteſt. Epiſc. p.
3. alleg. 74. num. 7. Pignatell. conſult. 8. num. 63. & n. 66.
in fine tom. 7.*

Rurſus non poterat in pactum deduci , ut Epiſco-
pus Minerbini nonniſi ſemel quolibet biennio accede-
ret ad Viſitationem Eccleſiæ Cerignolæ : Concilium
enim *d. cap. 9.* decrevit , ut in Viſitatione Eccleſiarum
ſecularium Nullius Diœceſis , ab Epiſcopo Viciniori
eadem obſerventur , quæ de adhibenda ab Ordinariis
8 diligentia in Beneficiatorum , etiam exemptorum Vi-
ſitatione , conſtituta fuerunt in *eod. Concilio ſeſſ. 7. &
ſeſſ. 21. utrobique c. 8. de refor.* ubi annis ſingulis id ex-
plendum eſſe præcipitur.

Non ſuffragante ad aſtruendam æqualitatem Con-
cordiæ opinione nonnullorum DD. exiſtimantium *in
dicto cap. 9.* non fuiſſe conceſſam Epiſcopo Viciniori fa-
cultatem viſitandi Eccleſias illas , in quibus præter
Exemptionem paſſivam Prælatus inferior exercet Ju-
9 riſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſepa-
rato ; *Gratian. diſcept. for. c. 212. n. 30. & ſeqq. Roſa de
vera reſid. c. 4. ſeſſ. 6. n. 488. Criſpin. de Viſit. Paſtorali p. 1.
§. 13. num. 39. & ſeqq.*

Quia revera *Concil.* in ſæpè allegato *cap. 9.* exten-
dit , & ampliat facultatem viſitandi Eccleſias exem-
ptas Exemptione paſſiva , in præcedenti *ſeſſ. 7. & 21.*
delegatam Epiſcopis , etiam ad illas Eccleſias Secu-
lares , quæ extra fines cujuſcumque Diœceſis exiſtunt,
& à ſuis Prælatis cum Juriſdictione quaſi Epiſcopa-
li , & Territorio ſeparato reguntur , ut perſpicuè col-
ligitur ex eo , quod hujuſmodi Eccleſiarum Viſitatio-
nem commiſit Epiſcopo , cujus Cathedra eſt illis pro-
ximior , ac per conſequens ſuppoſuit , non adeſſe E-
piſcopum Diœceſanum , & omnimodam Juriſdictio-
nem Ordinariam cum Territorio ſeparato reſidere pe-
10 nes Prælatum . Et hanc fuiſſe mentem *Concilii* do-
cent , & reſolutum teſtantur *Fagnan. in c. Grave n. 21.
de Off. Jud. Ord. in c. Nullus nu. 23. & ſeqq. de Paroch. &
in c. Accedentibus n. 33. de Exceſſ. Prælat. Barb. ad Concil.
ſeſſ. 24. dicto c. 9. n. 2. & 5. & de Off. & Poteſt. Epiſc. p. 3.
alleg. 74. n. 5. & ſeq. Pignatell. conſult. 8. num. 66. & 67.
tom. 7. Rota rec. p. 2. dec. 501. nu. 5.* ubi quod ſi Locus
Nullius eſt in aliqua Diœceſi , Viſitatio ſpectat ad
Epiſcopum , in cujus Diœceſi ſitus eſt , non ad Vici-
niorem , *poſt Tamburin. de Jure Abbatum dec. 65. in princ.
num. 3. & per tot. & dec. 67. num. 3. in fine & num. 5. &
deciſ. 72. num. 14.*

Dicendum eſt ergo , DD. qui contrarium tenuerunt,
vel fuiſſe hallucinatos , vel eſſe intelligendos de Ec-
cleſiis Regularibus , in Nullius Diœceſi exiſtentibus,
ac Prælato itidem Regulari pleno Jure ſubjectis , quæ
ab Epiſcopo Viciniori viſitari non poſſunt , cum *in
dicto cap. 9.* Concilium diſpoſuerit de Eccleſiis Secu-
11 laribus dumtaxat , ut obſervant *Fagnan. in dicto capit.
Grave num. 19. & 24. de Offic. Ordin. in cap. ſignificaſti n.
32. de Off. Archid. in cap. Nullus de Paroch. à num. 33. ad
39. in cap. Cum dilectus num. 33. de Relig. Domib.* ubi quod
ſæpè *Sacra Congregatio* ita cenſuit , *Pignatell. dicta con-
ſult. 8. num. 66. tom. 7.*

Ejuſdem ponderis eſt Argumentum deductum ab
obſervantia , & Praxi *Sacræ Congregationis* Epiſcopo-
rum , & Regularium , deputandi alios Epiſcopos , qui 12
cum facultatibus Viſitatoris Apoſtolici accederent ad
viſitandam Eccleſiam Cerignolæ, ut ſignanter ſerva-
tum fuiſſe docetur anno 1581. & anno 1677. quo mu-
nus hujuſmodi commiſſum fuit Eminentiſſimo D. Car-
dinali Urſino , tunc Archiepiſcopo Sypontino : Eate-
nus enim opus fuit , etiam poſt Concilium, deputare
pro dicta Eccleſiæ Cerignolæ Viſitatores Apoſtolicos,
quatenus , pendente lite paulo poſt Concilii publica-
tionem , & confirmationem, anno nempè 1579. intro-
ducta in *Sacræ Rotæ Auditorio* inter Archipresbyterum
ejuſdem Eccleſiæ, ac Epiſcopum Minerbini ſuper Ju-
re Vicinioritatis , quod ſucceſſivè in hac *Sacra Con-
gregatione* venditore conati ſunt Epiſcopi Aſculanus ,
& Lavellen. non conſtabat , Epiſcopum Minerbi eſſe
Viciniorem dictæ Eccleſiæ ; Ideoque ex hujuſmodi
deputationibus non ſequitur , quod , ſecluſa Concor-
dia , Epiſcopus Minerbini , cui tandem fuerunt adju-
dicata Jura Vicinioritatis, neque in præſentiarum va-
leat , uti Delegatus Sedis Apoſtolicæ , viſitare Secu-
larem Eccleſiam Cerignolæ ex diſpoſitione *dicti cap. 9.
ſeſſ. 24. de reform.*

Nullius denum momenti ad reparandum præjudi-
cium , illatum Epiſcopo in Concordia , eſt onus aſ-
ſumptum ab Archipresbytero mittendi ad eundem E-
piſcopum Minerbini cum Literis Teſtimonialibus , ſeu
Commendatitiis ſuos ſubditos prima Tonſura initian-
dos , vel ad Minores , & Majores Ordines promoven-
dos , attributa deſuper facultate Epiſcopo concedendi
eiſdem ſubditis Archipresbyteri Literas Dimiſſorias ,
ut ab aliis Epiſcopis ordinentur : Epiſcopus enim non
obtinet vigore hujus pacti , niſi id , quod de Jure ip-
ſi competit , etiam circumſcripta Concordia , cum at-
tento *Decreto Concilii ſeſſ. 23. de reform. cap. 10.* non
liceat ampliùs Prælati Inferioribus , ſive Regulares 13
ſint , ſive Seculares , Tonſuram , & Minores Ordi-
nes conferre , vel Dimiſſorias concedere eorum Sub-
ditis Secularibus.

Et licèt non deſint DD. qui crediderunt , in dicta
Concilii diſpoſitione non fuiſſe comprehenſos Præla-
tos illos , qui habent Territorium ſeparatum , ac exer-
cent Juriſdictionem Ordinariam , & quaſi Epiſcopa-
lem in Clerum , & Populum ; *Gratian. diſcept. for. c.
212. nu. 2. & ſeqq.* aliique cumulati *per Barboſ. de Offic.
Epiſcop. part. 2. alleg. 7. nu. 6. & ſeq. & per Pignatell. con-
ſult. 8. n. 60. tom. 7. & conſult. 59. n. 3. & ſeq. tom. 8.*

Sacra tamen hæc Congregatio ejuſdem Concilii In-
terpres perpetuò tenuit , conceſſionem Dimiſſorialium,
ac Ordinationem Subditorum Secularium Prælati In-
ferioris ſpectare , vel ad Epiſcopum , intra cujus Diœ-
ceſis fines exiſtunt Loca ſubjecta Juriſdictioni Præla-
ti , vel ad Epiſcopum Viciniorem , ſi Prælatus infe-
rior habeat proprium , & ſeparatum Territorium ex-
tra fines cujuſcumque Diœceſis ; Ita ut hodiè nullus
Prælatus Inferior reperiatur , cui liceat Tonſuram ,
& Minores Ordines conferre , aut Dimiſſorias ad Or-
dines ſuſcipiendos concedere ſuis Subditis Secularibus,
etiamſi in eos habeat omnimodam , & quaſi Epiſcopa-
lem Juriſdictionem , & ſive illius Territorium ſit in-
tra fines alicujus Diœceſis , ſive extra , niſi doceat de
Privilegio Apoſtolico poſt Concilium ſupervento , ut
contra omnes Prælatos Inferiores Italiæ , & ſignan-
ter contra Caſſinen. Caven. & Farſen. quibus tamen
ex ſpeciali Indulto Sanctæ Sedis fuit poſtea tributa
facultas concedendi Dimiſſorias etiam Subditis Secu- 14
laribus , declaratum fuiſſe teſtantur *Fagnan. in cap. ſi-
gnificaſti num. 12. & ſeqq. & num. 24. & ſeq. de Offic. Ar-
chid. Barboſ. de Jure Eccleſ. lib. 1. cap. 14. numer. 21. poſt
med. de Off. Epiſc. part. 2. alleg. 7. nu. 8. in fine & ad Con-
cil. dicta ſeſſ. 23. cap. 10. num. 10. in fine Pignatell. conſult.
26. num. 25. tom. 2. & conſult. 8. à nu. 55. tom. 7. & con-
ſult. 59. à n. 14. tom. 8. Criſpin. de Viſit. Paſtor. §. 13. nu.
40. in fine part. 1. R. P. D. Petra in Comment. ad Conſtit. 6.
Alexand. III. numer. 17. in fine* , ubi de Archimandrita
Meſſanen.

Quoad onus , Univerſitati Seculari Terræ Cerigno-
læ impoſitum , ſolvendi ratam Procurationis , Epi-
ſcopo

ſcopo viſitanti debitæ, ponderandum eſt, obligationem ſuſceptam ab eadem Univerſitate non ſubſtineri, niſi accedat Regius Aſſenſus ad formam *Text. in l. 3. C. de Vendendis Rebus Civit. lib. 11.* Fuit quidem hu-
15 juſmodi aſſenſus expreſsè reſervatus in Concordia; verùm illius impetratio videtur nimis ardua, cum de Jure, vel generali Conſuetudine Epiſcopi viſitantes, procurandi non ſint ab Univerſitatibus Laicalibus, præ ertim ubi procuratio exigi vellet, ut in præſenti, intuitu Adminiſtrationis Sacramenti Confirmationis;
16 *Gloſſ. in c. 1. V Laicos de Cenſibus in 6. ibiq. Hoſtien. n. 14. & Gemin. in fine, Fagn. in c. Venerabili, n. 29. eod. tit. Pignatel, conſult. 47. num. 4. & per tot. tom. 1.* & aliis cumulatis *Monacell. in Formular. tit. 5. form. 2. à num. 20. ad 23.* Et cenſuit *Sacr. Congregatio in Amalphitana 18. Julii 1699. ad dub. 2.*

Et quamvis, concurrente contraria Conſuetudine particulari, quandoque permiſſum fuerit Epiſcopis, ut continuarent in poſſeſſione exigendi Procurationem etiam à Laicis; Id tamen permiſſum fuit cum illa modificatione — *Quoad ipſi Laici voluerint: quod ſi recuſarent, compellendi non eſſent*, ea ratione, quia procuratio præſumitur in præteritum ſoluta à Laicis ex mera liberalitate, & facultate, quæ non producit ti-
17 tulum coactivum; *Paſſerin. in cap. Exigit, de cenſibus in 6. n. 15. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. p. 3. allegat. 73. n. 45. & ad Concil. ſeſſ. 24. de reform. c. 3. nu. 37. Pignatell. dicta conſult. 47. nu. 4. & ſeqq. tom. 1. Antonell. de Jurib. & Onerib. Cleric. lib. 2. p. 6. c. 17. n. 83.*

Præterea quoad eandem Procurationem, in certa ſumma ducatorum 40. taxatam, reſervanda fuiſſet ad favorem Cleri, & Populi viſitandi, facultas ſubminiſtrandi Procurationem in Victualibus: Licèt enim Jure noviſſimo valeant Epiſcopi viſitantes Procurationem recipere etiam in pecunia juxta *Conſtit. Bonifacii VIII.* relatam *in cap. Felicis, de Cenſibus in 6.* ſemper tamen eſſe debet in optione eorum, qui viſitantur, ſi malint moderata Victualia ſubminiſtrare, vel ſol-
18 vere id, quod erat ab ipſis antea ſolvi, certa pecunia taxata, conſuetum, ut totidem verbis decrevit noſtrum *Concil. in c. 3. ſeſſ. 24. de reform.* & monent *Paſſerin. in dicto c. Felicis, num. 1. de Cenſib. in 6. Barboſ. de Offic. Epiſc. lib. 3. alleg. 73. n. 56. & ad Concil. dicto c. 3. nu. 33. Antonell. de Jurib. & Oner. Cleric. lib. 1. p. 3. c. 42. n. 7.* Et reſpondit *Sacra Congregatio in Potentina 24. Januarii 1705. ad primum*, & nuperrimè *in S. Marci 7. Julii 1708. ad primum.*

Cenſerem propterea, non eſſe locum petitæ Confirmationi, & injungendum eſſe Epiſcopo Minerbini, ut ad Viſitationem Collegiatæ, aliarumque Eccleſiarum, in Oppido, & Territorio Cerignolæ exiſten-
19 tium, uti vicinior, & tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus omnino procedat ad formam *Concilii ſeſſ. 24. de refor. c. 9.* ſine tamen præjudicio Jurium eidem Epiſcopo competentium quoad Situationem dicti Oppidi in ſua Diœceſi Minerbinen.

Hæc omnia ſubiiciens Prudentiſſimo Judicio EE. VV. quæ dignatæ ſunt mihi præcipere, ut ſuper iſta Concordia meam Sententiam proferrem, earundem EE. VV. manus humillimè deoſculor. Romæ 19. Septembris 1708.

EE. VV.

Humillimus, & Devinctiſſimus Famulus
S. Card. Sperellus.

CAuſa prædicta propoſita fuit *in Sac. Congregatione Concilii die prima Junii 1709.* ſub hoc dubio.

An Concordia, de qua agitur, ſit confirmanda?

Et reſponſum fuit. *Negativè.*

Et iterum propoſita *die 16. Novembris 1715. Sacr. Congregatio* ſtetit in deciſis, & cum fuiſſet propoſitum aliud dubium.

An Epiſcopo Minerbinen. competat Jus. viſitandi Jure delegato? *ead. S. Congregatio* reſpondit *Affirmativè*, & amplius,

R. P. D. FALCONERIO.

Barchinonen. Mulctæ.

Veneris 10. Januarii 1721.

ARGUMENTUM.

Capitulum quando habeat propriam Juriſdictionem in Canonicos. Et an abſque illa condere poſſit Statuta pœnalia. Habet ſemper impropriam, & œconomicam Juriſdictionem, qualis competit Patriſfamilias, & omni Collegio; vi cujus, & Conſtitutiones, ſtatum verò generalem Eccleſiæ non tangentes, vel Epiſcopi jura, facere valet pro ſui regimine; & Canonicos inobſervantes punire in levibus, ſubtractione fructuum, & vocis in Capitulo ad tempus abſque figura judicii. Quam poteſtatem exercere poteſt etiam, ubi ejus uſus alicui Canonico ſpecialiter commiſſus fuerit; omnis enim Juriſdictio regulariter cenſetur cumulativè conceſſa. Abſque eo quod Superiori Judici prohibitum ſit hujuſmodi punitos à Capitulo judicialiter plectere, ſupplendo pœnam delicto æqualem.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum abſque Juriſdictione an facere poſſit Statuta pœnalia?*
2 *Juriſdictionem acquirit conceſſione, præſcriptione, vel conſuetudine, & etiam ex tacito conſenſu Epiſcopi per longum tempus.*
3 *Conſuetudo hujuſmodi approbatur à Jure.*
4 *Et inducitur ſola longi temporis poſſeſſione abſque titulo.*
5 *Eſt favorabilis, & plenius interpretatur, quam præſcriptio, à qua differt.*
6 *Talis Juriſdictio in Gallia, & Hiſpania exercetur à pluribus Capitulis, vel eorum Decanis.*
7 *Capitulum etiam ſine propria Juriſdictione condere poteſt Statuta pro ſui regimine, Eccleſiæ ſtatum generalem, vel Epiſcopi jus non tangentia.*
8 *Item Canonicos inobſervantes, abſque forma Judicii, punire ſubtractione diſtributionum, & vocis in Capitulo ad tempus.*
9 *Sicuti Pater caſtigare valet Filium, Magiſter Diſcipulum, & Senior propinquum.*
10 *Omne Collegium habet impropriam, & œconomicam Juriſdictionem in membra, pro ſui directione.*
11 *Eamque exercere poteſt, etiam ſi ſpecialiter alicui de Collegio commiſſa ſit, cui tantùm cumulativè conceſſa intelligitur.*
12 *Obſervantia optimè declarat præcedentem conventionem.*
13 *Pœna per modum unius inflicta ultra fines Juriſdictionis, eſt nulla in totum.*
14 *Vel corrigenda eſt in exceſſu.*
15 *Diſpoſitio loquens de Beneficiatis non trahitur ad Canonicos.*
16 *Beneficiati non ſunt de Capitulo.*
17 *Contradictio, & correctio inſtantanea, non eſt in diſpoſitionibus admittenda.*
18 *Modus pœnarum à ſolito regulandus eſt.*
19 *Suſpenſio ab Officio amovibili non dicitur pœna.*
20 *Et venit in conſequentiam interdicti ab ingreſſu Capituli, ſub cuius directione exercetur.*
21 *Pœna gravis de Jure Canonico non cenſetur, quæ eſt infra depoſitionem.*
22 *Privatio diſtributionum etiam per paucos dies quando, & quibus dicatur pœna gravis?*
23 *Juriſdictio œconomica, & correctoria competens Collegio in membra, procedit in levibus delictis.*
24 *Suppoſita propria Juriſdictione, Collegium, & Capitulum cognoſcere poteſt etiam de gravioribus.*
25 *Dummodò pœna Degradationis imponenda non ſit.*
26 *Idem delictum duplici pœna puniri non debet.*
27 *Plures limitationes hujus regulæ indicantur.*
28 *Puniri poteſt ab uno extraiudicialiter vi poteſtatis œconomicæ, & etiam à ſuperiori judicialiter vi propriæ Juriſdictionis, ſupplendo integram pœnam.*
29 *Mulcta extraordinaria non tollit pœnam delicto debitam.*

30 *Idem*

30 *Idem delictum ob illius duplicem deformitatem duplicìter puniri poteſt.*

D E C I S I O LII.

MUlctam à Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Barchinon. irrogatam, ſeu vetius coercitionem adhibitam in Canonicum Dalmatium de Copons, pro quibuſdam exceſſibus, eum arcendo pet tres menſes ab Ingreſſu in Capitulum, Participatione diſtributionum, ac Adminiſtratione Hoſpitalis, illi pet Capitulum jam prius commiſſa, idem Canonicus ab hoc Sacro Auditorio, prævia Commiſſione appellationis ad S. Sedem interpoſitæ, vel iritam declarari ex defectu Juriſdictionis, vel ſaltem eſſe moderandam expoſtulavit: Neutrum vero potuit obtinere, qnia re cognita Domini ſuper congruo dubio per Me hodie propoſito — *Mulctam ſubſtineri* dixerunt.

De facultate ſiquidem Capituli ſimiles pœnas irrogandi, & Canonicotum exceſſus puniendi, vix dubitandi locum reliquerunt plurima documenta, quibus apparebat Capitulum, ea facultate uſum fuiſſe ab anno 1543. ad hæc uſque tempora: ſed inſuper afferebatur Statutum expreſſum factum de anno 1588. à Capitulo, cum intetventu Vicatii Generalis Epiſcopi, in quo enunciantur aliæ ſimiles antiquiſſimæ Conſtitutiones, eiſque inhærendo præſcribitur, tranſgreſſores Canonicos puniendos fore arbitrio ipſius Capituli, vel privatione portionis quotidianæ panis, vel privatione diſtributionum, aut interdicto ab ingreſſu Capituli per tempus, prout rei qualitas exegerit &c. Quod Statutum ſubindè diutiſſimè obſervatum, & ab Epiſcopo nec modò, nec unquam impugnatum, cujus etiam obſervantiam ſinguli Canonici de more promittunt, cum primum in Collegio recipiuntur, prnut ipſe Canonicus de Copons jurejurando promiſit, indu-
1 biam reddit conſuetudinem pro Capitulo. Propterea, quidquid ſit, an Capitulum ſine Juriſdictione poſſet facere Statuta pœnalia, quod explicat *Bald. in l. cunctos populos Cod. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Felin. in cap. cum omnes, n. 9. de Conſtit. Oldrad. conſil. 181. Fermoſin. de capit. tract. 3. q. 4.* ceſſat quæſtio, cum Juriſdictio Capitulo competit ex conſuetudine, planum eſt enim
2 poſſe Juriſdictionem acquiri, vel conceſſione, vel præſcriptione, vel conſuetudine. *c. Cum contingat cum ibi notat. de For. competent. Abbas in c. duo ſunt nu. 2. de Offic. Jud. Ordin. Gonzal. in dicto c. Cum contingat, in fine, & ibi Felin. n. 2. Cancer. p. 2. c. 2. de Juriſdict. omn. Jud. nu. 69. Rot. p. 3. rec. dec. 20. ſub n. 6.* nbi quod ſufficit conſenſus tacitus Epiſcopi per longam toletantiam, *& p. 4. tom. 1. dec. 606. nu. 1. in fine verſic. Hoc autem multo magis &c. p. 19. dec. 254. n. 18.*

3 Eaque conſuetudo expreſsè approbatur in *c. Irrefragabilis 13. §. Exceſſus, de Offic. Judic. Ord.* ubi Innocentius Pontifex, *exceſſus*, inquit, *Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, qui conſueverunt corrigi per Capitulum, per ipſum in illis Eccleſiis, quæ talem hactenus habuerunt conſuetudinem, corrigantur &c.* Undè ſequitur, quod irrationabilis, aut contta Jus talis conſuetudo dici non poſſit, quam Jura ipſa ſubſtentant. *Cap. cum dilectus 8. de conſuetud. c. Abbate, de V. ſignificat. Gloſſ. in c. fin. V. Rationabilis, de conſuetud. Innocent. ibidem n. 1.* Nec titulum exigit, ſed ſola longi temporis poſſeſſione in-
4 ducitur; Satis enim differt conſuetudo à præſcriptione, nt notant *Abb. & Canoniſtæ* communiter *in c. fin. de conſuetud. Alex. in l. more majorum ff. de Juriſdict. omn. Judic. Felin. in c. Statuimus n. 5. de major. & obed. Cravett. de antiquit. temp. p. 4. n. 1. & ſeqq. Balb. de præſcript. p. 1. principal. q. 10. per tot. Rot. p. 2. rec. dec. 375. num. 8. & dict. dec. 20. p. 3.* Nec odioſa reputari debet, *Felin. in c. auditis, n. 21. de præſcript.* ubi quod conſuetudo fa-
5 vorabilis eſt, & plenioris interpretationis quam præſcripsio, *Innoc. & Butr. in c. Dilecto, de Offic. Archidiac. Card. in Clem. 5. de ſupplend. negligentia Prælator. Balb. in dicta q. 10. n. 9. de præſcript. p. 1. principali.*

Similem ex conſuetudine Juriſdictionem exerceri à pleriſque aliis Capitulis Hiſpaniæ, refert *Fagnan. in dicto c. Irrefragabili §. Exceſſus nu. 21. de Offic. Judic. Ordinar.* De Eccleſiis Regni Galliæ, quod Decanus ha-
6 beat ex conſuetudine Juriſdictionem in Capitulum, & in aliquam partem Cleri teſtatur, *Vaneſpen. Jur. Ecclеſ. tom. 5. tit. 51. c. 2. nu. 6.* atque in hoc ipſo Capitnlo Barcbinonenſi eam admittere non dubitavit *Rot. in Barchinon. Juriſdictionis 5. Julii 1693. §. Suppoſita namque &c. cor. b. m. Urſino*, ubi concordantes refetuntur.

Quinimmo ſubmota conſuetudine Juriſdictionem tribuente, Capitulum adhuc haberet Juris aſſiſtentiam pro ejuſmodi animadmerſione in Canonicos Refractarios; poteſt etenim Capitulum, etſi nullam habeat Juriſdictionem, particularia ſibi condere Statuta pro 7
ſui regimine, dummodo neque ſtatum Eccleſiæ generalem tangaot, nec Epiſcopi Jura, ut omnes fatentur poſt *Gloſſ. in c. 2. V. Statutum, de verbor. ſignific. in 6. Abbas in c. Cum acceſſiſſent, n. 4. de Conſtitut.* & ibi *Dec. n. 9. Felin. in c. cum omnes, n. 10. eodem tit. Fermoſin. de capitulo tract. 3. q. 4. nu. 2. Frances de Eccleſiis Cathedral. c. 24. n. 572. Suarez de Legib. lib. 4. c. 6. n. 11. Rota p. 3. rec. dec. 20. nu. 6. & p. 7. dec. 76. nu. 1. & ſeqq.* Itidemque poteſt Inobſervantes, Petturbatores, & Contumaces compeſcere per ſubtractionem fructuum, & diſtributionum, ſeu vocis in Capitulo ad tempus, non per viam contentioſæ Juriſdictionis, & in forma Ju- 8
dicii, ſed per modum domeſticæ diſciplinæ; quemadmodum ſine uſu, & exercitio Juriſdictionis Pater caſtigat Filium *leg. Si filius C. de Patr. poteſt.* Magiſter Diſcipulum *leg. Sed, & ſi quemcumque 5. §. Si Magiſter in* 9
fine ff. ad leg. Aquil. Senior Propinquum *leg. unic. Cod. de emendat. propinquor. Imol. in c. Cum contingat, ſub n. 6. de for. compet. Abb. ibidem nu. 28. Tondut. Quæſt. Beneſ. lib. 1. c. 61. n. 10. & cap. 62. n. 17. Vaneſpen. Jur. Eccleſ. tom. 1. tit. 11. c. 2. n. 7. & ſeqq. Cabaſſut. in Jus canon. lib. 2. c. 24. n. 39. Sarav. de Juriſd. adjunct. q. 33. n. 19. & ſeqq.* ubi quod omne Collegium habet, ſi non propriam Juriſdictionem, impropriam ſaltem, & œconomicam pro Collegii directione, qualem io caſu præſenti Capitulum 10
exercuit, procedendo ſine ſtrepitu, & figura Judicii per modum domeſticæ correctionis, quam unicuique Capitulo competere, dixit etiam *Rot. par 19. rec. dec. 254. n. 12. & in Illerden. Statuti 16. Martii 1705. §. Non attenta &c. coram Muto.*

Minimè obſtante, quod hanc qualemcunque Juriſdictionem Capitulum exercere non poterat, poſtquam ea demandata fuerat Præcentori per Concordiam initam inter ipſum Capitulum, & Epiſcopum de anno 1602. à Sancta Sede confirmatam, ubi inter cætera diſponitur, qnod — *Poteſtas, ſive Juriſdictio privandi diſtributionibus, & ingreſſu Capituli Dignitates, & Canonicos propter interruptionem ſilentii, & exceſſus in Choro, & proceſſionibus ad Præcentorem, aut Succentorem, vel alias Perſonas per Epiſcopum, & Capitulum ad id deputatas, vel deputandas ſpectaret &c.* Advertebant enim Domini, ſenſum Concordiæ non fuiſſe, ut Capitulo quicquam detraheretur de facultate corrigendi Canonicos, quæ in controverſiam tunc non ducebatur, ſed potiùs eam Capitulo præſervatam videri, delegato miniſterio Præcentori, ſeu Succentori, qui ſunt pars, & membra Capituli, quique opportuniùs eam exercere poſſe dignoſcebantur pro exceſſibus commiſſis in Proceſſionibus, & Choro, cujus regimen cum quadam præeminentia ſpectat ad Primicerium, qui primus Cantor, & Chori Magiſter nuncupatur, ejuſque vice ad Præcentorem, & Succentorem *Can. Cleros §. Cantor diſt. 21. can. Perlectis §. Ad Primicerium diſtinct. 25. c. Inter Dilectos, de Exceſſib. Prælator. c. unic. de Offic. Primicer.* & ibi plenè ſcribentes *Bleynian. in rudiment. Jur. Canon. tit. 5. lib. 2. §. Septimo Præcentores &c.* ex eo enim, quod Præcentori, & Succentori talis poteſtas commiſſa fuerit, minimè remanſit à Capitulo abdicata, ut non poſſet, ſi vellet, per ſe ipſum eam exercere; nam omnis Juriſdictio regularitet conceſſa in- 11
telligitur cumulativè, non privativè, *leg. final. Cod. de Juriſdict. Omn. Jud. l. 1. Cod. de Offic. Præfect. Urbis c. Dudum, §. Nos igitur, de Præbend. in 6.* cum aliis latè cumulatis per *Felin. in c. Paſtoralis, de Offic. Judic Ordin. Fagnan. in c. Quando, n. 28. eodem titul. Guttierez Pract. Quæſt. lib. 3. q. 24. n. 2. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 2. n. 37. Grammat. dec. 30. n. 8. Rot. coram Coccin. dec. 316. n. 7. coram Buratt. dec. 912. n. 4.*

Idque confirmatur, & extra dubium ponitur ex obſervantia poſt ipſam concordiam ſecuta, quippè non ceſſavit Capitulum per ſe, quando voluit, Canonicos mulctare, & corrigere, nec Præcentore, nec E- 12
piſco-

piſcopo ſe opponentibus: Obſervantia verò ſubſequena optimè declarat quid inter partes iu conventione actum fuerit. *Leg. quadam 15. in principio ff. de Reb. Dubus* ibi — *Ex poſt facto retroducitur, & apparet quid actum eſt &c. Honded. conſ. 92. num. 30. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. num. 5. Rot. coram eodem dec. 120. num. 12. cor. Seraphin. dec. 3099. nu. 6. cor. Priol. dec. 43. num. 29. & dec. 393. n. 7.*

Nec ad præſentem Cauſam viſa fuit applicabilis eadem prædicta Concordia iu ea parte, in qua diſponitur, quod — *pro exceſſibus commiſſis per Beneficiatos, & Clericos Eccleſiæ intra Eccleſiam, ejuſque ambitum, & Clauſtra, poſſint per Capitulum privari diſtributionibus quotidianis, & per ſolum Epiſcopum condignè puniri juxta menſuram delicti &c.* Ut proprerea ſi Capitulum ul-
13 tra privationem diſtributionum, ademit etiam Canonico vocem activam, & paſſivam, atque adminiſtrationem Hoſpitalis, fiues Juriſdictionis exceſſerit, & ſic pœna debeat in totum irrita declarari, velut inflicta per modum unius abſque competenti Juriſdictione, ad tradita per *Gl. in l. fin. ff. de Juriſd. Omn. Jud. Bald. in Authen. Quas actiones Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & in l. certa ratione 5. Cod. quando appell. non eſt neceſſ. Rebuff. de Sentent. proviſional. art. 2. gloſſ. 4. Cancer. p. 3. cap. 17. n. 332. & ſeqq. Gratian. cap. 162. nu. 18.* Vel ſaltem ſit
14 corrigenda in eo, quod permiſſam ſacultatem excedit, ut in puncto dixit *Rot. in Barchinonen. Pœnæ 13. Junii 1693. cor. bon. mem. Muto.*

Etenim cum prædicta diſpoſitio loquatur de Beneficiatis, de quibus etiam agitur *in dicta Barchinonen. Pœnæ*, trahi non debet ad Canonicos reſtringendo fa-
15 cultatem Capituli eos coercendi per aliſs pœnas, prout antea conſueverat; Quod enim expreſsè non corrigitur, ſtare non prohibetur. *Leg. Præcipimus in fin. Cod. de appellat. ubi Bart. Gloſſ. in Clem. 1. V. eligatur de Electione. Jo: in cap. ſi Apoſtolicæ, de Præbend. in 6. Alciat. lib. 2. de V. ſignific. num. 34.* Et quemadmodum ſi dicta diſpoſitio pœnas augeret, Canonici nollent in ea comprebendi, quia nempè de Beneficiatis tantum loquitur, ita fateri & nunc debent, quod illa ad ſe non ſpectet; non enim auditur quis petendo id, cujns contrarium in caſu contrario non eſset petiturus. *Leg. penult. Cod. de ſolution. ubi Bald. Surd. dec. 132. nu. 13.* præſertim quia non eſt eadem inter eos ratio; Nam Canonici propriè ſunt de Capitulo, & quoad ſe ſtatuere poſsunt, & ſinguli jurant obſervantiam Statuti pœnalis de ſilenrio ſervando, facti de anno 1588. ubi
16 datur facultas Capitulo privandi etiam voce activa, & paſſiva: Beneficiati verò nec tale Jurameutum præſtant, nec de Capitulo propriè dicuntur. *Abb. in c. dilectis num. 1. de major. & obed. & in cap. ſcriptum n. 4. de Electìon. Rot. cor. Cavaler. deciſ. 57. num. 4. part. 6. recent. dec. 309. num. 4.*

Addito etiam quod ſi in ipſa Concordia anni 1605. ſtatuitur, quod Canonici ſilentium rumpeutes in Choro, & Proceſſionibus, puuiantur à Præcenrore nedum ſubtractione diſtribntionum, verum etiam privatione Vocis in Capitulo, prorsùs dicendum eſt, quod ſequens diſpoſitio de Beneficiatis, ut puniantur à Ca-
17 pitulo ſola privatione diſtributionum, ad Canonicos non pertineat, de quibus jam diſpoſitum fuerat, nè admittatur inſtautanea correctio, vel contradictio. Ad notata *in leg. non ad ea 89. ff. de condict. & demonſtr. Dec. in c. Ex parte 13. n. 5. de Offic. Judic. Deleg. Cravett. conſ. 26. n. 7. & pleniùs in reſponſ. pro gener. nu. 31. & ſeqq. Rota coram Mantic. deciſ. 136. n. 4. p. 7. rec. dec. 31. n. 7.* Et hoc etiam ſeqnens diuturna obſervantia declaravit, quia Capitulum in Canonicos, aliis etiam pœnis, præter diſtributionum privationem, animadvertit, quæ quidem obſervantia tollit omne dubium, nt ſupra dictum eſt. Undè plannm ſit, quod quidquid à *Sacra Rota* in Cauſis Beneficiatorum decretum eſt, ad præſentem Canſam Capituli cum Canonico non pertinet.

Sicut autem ex prædictis, Pœna, ſeu Mulcta, per Capitnlum impoſita, non eſt extra illius facnltatem, ita nec eam Domini ſupra meritum Delinquentis, aut immodicam agnoverunt. Ex facto enim reſultabat, quòd Canonicus Copons, in publica celebritate Capituli, probris inceſserat Canonicum alterum qui ſupplicem libellum duorum Muſicorum à Capitulo ſuſpenſorum, & reintegrationem exorantium, exponere volebat; & rem ita clamoribus turbavit, ut Capitulum nihil decernere poſſet, & ſatius duceret negotium differre. Poſt menſem audiens idem Canonicus, qui & Muſicam profitetur, ſupplicantes prædictos fuiſſe à Capitulo reintegratos, id moleſtiſſimè ferens, juxta vetus proverhium — *figulus figulo infenſus &c.* à verbis contumelioſis in Capitulum non temperavit, dicendo, quod ea determinario proceſſarat à Mentecaptis. Alia verò die cum Anniverſaria Miſſa per Capitulum ſolemniter canererur, & unus ex reintegraris ad Muſicorum Capellam pro ſuo munere accederet, ipſe Copons conceptæ indignationis tenax, eum inſecutus fuit, Chorum ingreſſus, ut reperiebatur, abſque Veſtibus Choralibus, & brachio arreptum à Capella rejecit, qui patienter paruit, nè major tumultus inter Divina Myſteria fieret. Pro his igitur admiſſis, quibus Canonicus Conſtitutionem à ſe juratam violaverat, & vim privaram Reinregraro inrulerat, & reverentiam Capitulo debiram excuſſerat, & neque locnm Eccleſiæ, neque tempus Divinorum Officiorum reveritus fuerat, leviſſima potius viſa fuit animadverſio Capituli, privantis eum ad tres Menſes Diſtributionibus, Voce activa, & paſſiva, atque Adminiſtratione Hoſpitalis; quando præſertim pro ſimilibus, aur levioribus eaſdem pœnas ad longius tempus adhibere conſueverat, 18
& modus pœnarum à ſolito, & conſueto regulandus eſt. *Gloſſ. in leg. hodie ff. de pœn Bartol. in leg. penultima §. Ad Crimen ff. de publ. Jud. Abb. & Felin. in c. inter cæteras, de reſcript. Gabriel. de conſuet. concl. 1. n. 65. Diaz. in prax. Crim. Canon. c. 147. n. 1. & ibi Salced. Tiraquell. de pœnis tempe:an. in præfation. n. 4.*

Sed quod magis commendat lenitatem Capituli, & Canonici conrumaciam auget, illud eſt, quod nec ab initio Capirulum ad certum tempus pœnam terminavit, ſed eam indixir — *uſquequo Canonicus congruam Capitulo Satisfactionem præberet* — quod idem eſt, ac pœuæ durationem in arbitrio ipſius Canonici poſuiſſe, nec tam pœnæ inflictio dici poteſt, quàm exhortatio ad reſipiſcentiam, cum exhibitione Veniæ. Tantum verò abſuit, ut Canonicus oblatam veniam grato animo exciperet, & Capituli contemptum aliqua demiſſione purgare vellet, ut interceſſorem etiam Epiſcopum, qui ad hoc eum hortabatur, quique ad ejus domum accedere dedignatus non fuerat, miuimè vellet exaudire, ac tum demum pœnæ terminum ad tres menſes Capitulum ſtatuit, quando ſcilicet exceſſus jam noti, & obſirmata Canonici contumacia, diſſimulari non poterant, nè tali exemplo, cæteris ad ſimilia provocatis, auctoritas Capituli peſſundaretur, ac domeſtica diſciplina diſſolveretur, ut enim ait *D. Thomas 2. 2. part. 2. quæſt. 72. poſt Div. Gregor. ſuper Ezechiel. homil. 9.* — *Oportet contumelias illatas quandoque compeſcere propter duo: primo propter bonum eius, qui contumeliam infert, ut eius audacia reprimatur, & de cætero talia non attentet: Secundo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illatas &c.* & opportunè *quæſt. 108. Vindicatio*, inquit, *virtus eſt, ſi intentio fertur ad bonum aliquod, ad quod pervenitur per pœnam peccantis, puta ad emendationem eius, qui peccavit, aliorum quietem, juſtitiæ conſervationem, & Dei borem &c.*

Nnlloque probabili fundamento dicebatur, quod ſaltem eſſet exceſſiva interdictio Adminiſtrationis Hoſpitalis: tum quia Capitulum erat in conſuetudine removendi ſimiles Adminiſtratores; tum quia perſpecta Origine talis adminiſtrationis, illa erat principaliter commendata Capitulo cum facultate deputandi, & pro 19
libito removendi Adminiſtratorem. Quapropter pœna dici uon meretur illius adminiſtrationis inrerdictio, quam pro ſuo libito Capitulum revocare poterat, qui enim utitur Jure ſuo, non facit injuriam, *leg. Injuriarum §. 1. ff. de injur. c. Cum Eccleſia Vulterrana, de elect.* Et *pœna non eſt, quæ non privat aliquem jure quæſito, vel Incboato quæri*, ut ſunt verba *Bald. in leg. Nemo Martyrem num. 5. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis poſt Joan. Andr. in cap. fin. de elect. in 6.* Quale Jus non habent amovibiles ad nutum *Gonzal. in regul. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 6. n. 47. Saravia de Juriſdict. adjunct. quæſt. 33. num. 30. Rot. coram Peutinger. deciſ. 15. & deciſ. 53. coram Carill. deciſ. 96.* & plenè *in Leodien. Capellaniarum ſuper manutentio-*

tentione 3. Martii 1719. cor. R. P. D. meo Foſcaro. Quod
autem Capitulum per livorem id feciſſet, gratis aſ-
ſerebatur, ex quo enim exceſſus Canonici corrigere
voluit, id potiùs quam ad livorem, referendum eſt
ad juſtitiæ, & charitatis affectum, juxta aurea ver-
ba *D. Auguſtini in Enchiridion. Non ſolum in eo, qui di-
mittit ex corde, atque orat, verum etiam in eo, qui cor-
ripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynam fa-
cit, quoniam Miſericordiam præſtat &c.* & alibi idem
D. Auguſtinus — non omnis, inquit, *qui parcit amicus
eſt, nec omnis, qui verberat inimicus; Melius eſt cum
ſeveritate diligere, quam cum lenitate decipere &c. can.
non omnis 6. q. 5.* Præter quam quod ipſa interdictio ab
ingreſſu Capituli ſecum trahebat ſuſpenſionem admi-
niſtrationis, quæ fieri non poterat niſi dependenter à
Capitulo, & ſub illius directione.

Fruſtra denique prætendebatur incompetens mulcta
per Capitulum irrogata, quia ſcilicet pro ejuſdem ex-
ceſſibus Canonicus fuit etiam ab Epiſcopo poſtea ju-
dicialiter punitus, unde deſumebatur hoc dilema, quod
aut exceſſus erant leves, & non debuit Capitulum
pro eis tam graves pœnas imponere; aut exceſſus
erant graves, & non poterat Capitulum de illis no-
tionem aſſumere. Peccat enim argumentum in utro-
que ſuppoſito; & primò verum non eſt, quod gra-
vem pœnam Capitulum inflixerit, removendo per tres
25 menſes à participatione diſtributionum, voce activa,
& paſſiva, & adminiſtratione Hoſpitalis: nam in Ju-
re Canonico pœna gravis non dicitur infra depoſitio-
nem. *Abb. in cap. tuæ diſcretioni, numer. 4. de pœnis, &
in cap. Cum contingat, num. 28. de For. compet. poſt Ar-
chid. Jo. Andr. & Hoſtien. in cap. ad hæc, de Offic. Archid.
Chartar. deciſion. 66. numer.* 120. non obſtante quod
Rota gravem exiſtimaverit mulctam privationis diſtri-
22 butionum per tres dies *in Illerden. Juris Mactandi 25.
Januarii 1705. coram bon. mem. Muto*, & rursùs *in Il-
lerden. Statuti 16. Martii 1705. coram eodem*, quia ibi
agebatur contra Beneficiatos, in quibus Capitulum,
nec Juriſdictionis conſuetudinem probare potuit, nec
Statutum aliquod oſtendere, præter decretum in Vi-
ſitatione factum ab Epiſcopo, quo facultas Capitulo
dabatur, eos in Choro delinquentes puniendi, ſola
privatione diſtributionum illius horæ, in qua deliquiſ-
ſent, & ſic erant diverſæ facti circumſtantiæ, à qui-
bus nulla eſt illatio.

Parique laborat inſubſiſtentia ſuppoſitum alterum,
quòd Capitulum nequeat de gravibus Canonicorum
exceſſibus cognoſcere; quia ut ſub initio dictum fuit,
Capitulum, quia Collegium eſt, retinet in ſua mem-
23 bra domeſticam, & correctoriam diſciplinam in le-
vibus, ut omnes DD. cum *Rota* admittunt; graviora
verò cognoſcere, & punire non poteſt, quia non ha-
bet Juriſdictionem; Sed hanc Juriſdictionem poteſt
conſuetudine acquirere, & hanc conſuetudinem ſim-
24 pliciter, & abſolutè Pontifex approbat *in c. Irrefra-
gabili §. Exceſſus de Offic. Jud. Ordin. ubi Imol.* n. 3. exci-
25 pit ſolùm, ſi eſſet imponenda pœna degradationis,
*Anchar. ibid. num. 5. Abbas in cap. Cum contingat, nu. 28.
de for. compet.* ubi — *Quod Prælati inferiores in Subditos
habeat levem Juriſdictionem, non gravem, niſi aliter ha-
beat conſuetudo, Saravia poſt alios de Juriſdict. adjunct.
q. 33. n. 35.* Ubi quod nec per *Sacr. Concil. Trident.* ta-
lis conſuetudo fuit ſublata, & *prius q. 1. nu. 21. Rot.
p. 19. rec. deciſ. 254. n. 18. & n. 21. & ſeqq.* Quamobrem
ſi Capitulum in præſenti non exceſſit conſuetudinis
terminos, nihil refert ad competentiam Juriſdictionis,
quod exceſſus fuerint graves, aut leves.

Neque obſtat, quod ita Canonicus pro eiſdem ex-
26 ceſſibus duplici pœna puniantur contra *Text. in c. De
his, de accuſat. & in l. Senatus 14. ff. eodem tit.* ibi —
*Senatus cenſuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus
reus fieret &c.* & *l. Sanctio legum 41. in fin. ff. de pœnis.*
Prætermiſſis enim pluribus limitationibus, quæ huic
27 regulæ dantur à Doctoribus, de quibus poſt veteres
*Covar. lib. 2. Var. cap. 10. Facchin. lib. 3. cap. 1. per tot.
Gomez Var. capit. 12. lib. 3. num. 39. Farinac. de Inquiſit.
quæſt.* 4. illa in præſenti ſufficit, quod Capitulum non
proceſſit judicialiter, & exercendo ſuam facultatem
ad normam conſuetudinis, coercitionem quidem ad-
hibuit intra modum ſolitum, & conſuetum, non ve-
rò pœnam delicto parem impoſuit; quo caſu poteſt
Superior Judex illam ſupplere, neque ſunt, pluribus
pœnis Reus plecti dicitur, ſed unicam patitur inte- 28
gram, ac delicto adæquatam, *Bald. in l. 2. per illum
Text. num. 3. verſ. quartò noto &c. Cod. de Sportul. & in l.
cunctos populos numer. 44. & 47. Cod. de Summ. Trin. &
Fide Catholic. Alex. ad Bartol. in l. lex Cornelia §. Si quis
librum ff. de injur. Caſtren. in dict. l. cunctos Populos, num.
7. Felin. in cap. Quod olim ſub numer. 3. verſ. fallit. 3. de
Judæis, & Saracen. Franc. in cap. Felicis §. Hoc quoque,
num. 4. de pœn. in 6. Abb. in cap. Tuæ num. 5. de pœn. &
ibi Ancharan. nu. 3. Alciat. in repet. cap. Pernicioſam, ſub
num. 128. de Offic. Ordin.* ubi quod extraordinaria mul-
cta non tollit pœnam delicto debitam per *Text. in di-* 29
*cta l. 2. Cod. de Sportul. Aretin. conſ. 58. numer. 10. Scacc.
de Judic. lib. 1. cap. 12. num. 88. & ſeqq. Farinac. quæſt. 4.
num. 8. & 12. Sperell. dec. 92. num. 3. & 4. dec. 133. n.
75. Rot. part. 1. rec. deciſ. 17. nu. 2.* ubi quod delictum
poteſt etiam dupliciter puniri ob duplicem deformi-
tatem, quod pariter dixit *Bald. in l. Placet 9. num. 16.
Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Quamquam hoc potiùs cum E-
piſcopo videtur diſcutiendum, quia quod attinet ad
Capitulum, ſat eſt, quod modum conſuetudinis non
fuit prætergreſſum.

Et ita utraque &c.

R. P. D. H E R R E R A.

Burgen. Præeminentiarum.

Veneris 24. Januarii 1721.

A R G U M E N T U M.

Canonici Eccleſiæ Cathedralis ob eorum Dignitatem, à ceteris Beneficiatis, & Clericis inferioribus diſtingui debent; & maximè in habitu, à quo præcipuè diſparitas gradus in Eccleſia indicatur: Quibus propterea uſus indumenti canonicalis, & etiam communis clericalis more Canonicorum prohibitus manet; prout hìc in ſpecie prohibetur delatio Superpellicei cum manica elevata, juxta hunc modum à Canonicis geſtari ſoliti, ea tantùm permiſſa cum manica ſuper brachiis revoluta, vel demiſſa.

S U M M A R I U M.

1 *Diverſitas inter indumentum æſtivum, ac hybernum apud Canonicos approbatur.*
2 *Delatio Superpellicei cum manica elevata more Canonicorum, Clericis inferioribus prohibetur*, & n. 20.
3 *Item prohibetur uſus Cappæ, & Mozzettæ.*
4 *Superpelliceum eſt habitus communis omnibus Clericis in functionibus Eccleſiaſticis.*
5 *Ex habitus æqualitate deſumitur æqualitas gradus.*
6 *Canonicis Eccleſiæ Metropolitanæ debetur diſtinctio à reliquis Beneficiatis.*
7 *Conſtituunt unum corpus cum Epiſcopo.*
8 *Et Eccleſiam repræſentant, ubi collegialiter incedunt.*
9 *Clerici primi gradus nuncapantur, ad differentiam Beneficiatorum inferiorum.*
10 *Habitus eſt ſignum præcipuum diſtinctionis debitæ inter Clericos ſuperiores, & inferiores.*
11 *Graduum confuſio evitanda eſt.*
12 *Submovetur ex diverſitate indumenti.*
13 *Diſtinctio indumentorum deſignata in Romana Republica recenſetur.*
14 *Item qualitas diſtincta habitus, deferendi in Conciliis, ab Epiſcopis, & Abbatibus exemptis, vel non exemptis.*
15 *Uſus veſtis ornatæ cum pellibus à Canonicis, aliiſque gradu dignioribus deferri conſuetæ, prohibetur Eccleſiaſticis inferioribus.*
16 *Magiſtri Ceremoniarum in his rebus, ad eorum Officium ſpectantibus, plenè probant.*
17 *In materia præeminentiarum Juris aſſiſtentia pro eo ſtat, pro quo militat conſuetudo.*
18 *Maximè immemorabilis.*
19 *Inter Regulares diverſi Ordinis aliqua diſtinctio habituum ſervanda eſt.*
21 *Appetentia æmulationis, & æqualitatis cum Canonicis, non eſt toleranda in inferioribus Clericis.*
22 *Obſervantia difformis, nec univerſalis quoad omnes*
Bene-

*Beneficiatos in geſtatione habitas non conſtituit poſſeſ-
ſionem manutenibilem favore Univerſitatis eorundem.*
23 *Centenaria tribuit omnem meliorem titulum, cum omni-
bus qualitatibus ad ſui firmitatem neceſſariis.*

D E C I S I O LIII.

JUS deferendi in Proceſſionibus, aliiſque Eccleſia-
ſticis Functionibus, Superpelliceum cum manicis
elevatis ſuper humores, licèt in Metropolitana Ec-
cleſia Burgenſi privativum eſſe conſueviſſet tantùm
illius Dignitatum, & Canonicorum; Attamen com-
mune ſibi authumavit Univerſitas Cleri inferioris
dictæ Civitatis; Unde in eam ſe erexit prætenſio-
nem geſtandi in Proceſſionibus Rogationum Super-
pelliceum cum manicis pari forma elevatis, idve ab
eo momento, quo Proceſſio egreditur ab Eccleſia Ca-
thedrali, uſquequo pervenit ad Eccleſiam, ubi Miſ-
ſa celebranda eſt. Cui prætenſioni, etſi per provi-
ſionale decretum priùs rejectæ, eum in Judicio poſ-
ſeſſorio poſtmodum adhæſiſſet Reverendiſſimus Ar-
chiepiſcopus. Hinc appellatione per Capitulum in-
terjecta, cauſaque mihi delegata, Dubium propoſui
in Audientia diei primæ Julii proximè præteriti —
An, & cui danda eſſet manutentio —, ſed demandato
tunc, quod videretur de bono Jure; Dominos hodie
requiſivi — *An, & de cujus bono Jure conſtet, etiam
ad effectum manutentionis* — Reſponſumque accepi in
omnibus Capitulo favorabile.

Fundata ſiquidem apparuit intentio Capituli, con-
tendentis Beneficiatos Cleri inferioris, non poſſe de-
ferre manicas Superpellicei elevatas ſuper humeros,
quia cum Canonici ejuſdem Eccleſiæ tempore hye-
mali Cappam, & Mozzettam, tempore verò æſtivo
Superpelliceum cum manicis, ſic ſuper humeros ele-
1 vatis deferant, tanquam proprium, & peculiarem ha-
bitum Canonicalem, quam diverſitatem inter unum,
& alterum indumentum æſtivum nempè, & hyber-
num, uſitatiſſimam, & ab Eccleſiaſtico ritu appro-
batam notat *Thomaſin. de veter. & nov. Eccleſ. diſci-
plin. tom. 1. part. 1. lib. 2. cap. 52. num. 4.* Ideò cla-
rum remanet, rectè per dictum Capitulum impugna-
ri reliquis Beneficiatis inferioribus geſtationem dicti
Superpellicei cum manicis, ita elevatis ad *Text. in l.*
2 *Maximè Cod. de Epiſcopal. Andreat. Ancharan. in cap. Di-
lecta, numer. 13. de Exceſſibus Prælator. Bartol. de Arm.
& Inſign. col. 5. Pignatell. conſult. Canon. 59. n. 6. tom.
6. Gratian. diſcept. foreaſ. cap. 852. n. 53. Card. de Luc.
de regalib. diſc. 21. num. 10. Rota in Tarraconen. Inſignium
11. Decembris 1702. §. Ponderato, coram bon. mem. Mu-
to.* Non diſpari ſanè ratione, qua repellere valeret
dictos inferiores Beneficiatos, quatenus illud pertur-
bare contenderent in privativa delatione Cappæ, &
Mozzettæ hyemali tempore, cum ad idem in præ-
fata Eccleſia ſe habeat Cappa, & Mozzetta tempore
3 hyemali, ac Superpelliceum cum manicis elevatis
tempore æſtivo, & per conſequens non diſſimili ſubii-
cendum judicio, *Manſ. conſult. 266. num. 22. Rot. cor. ſan.
mem. Gregorio XV. dec. 63. n. 24. cor. Emerix Jun. dec. 1166.
& dec. 1237. utrobique n. 4. & in rec. dec. 380. n. 7. part.
2. & in Ferrarien. Alimentorum, & Dotium ſuper Immiſſione
30. Januarii 1713. §. Quinimmò, coram Eminentiſſimo Do-
mino Cardinali Scotto.*

Nè aliàs ſequatur, quòd ſicuti Superpelliceum eſt
indumentum in Eccleſiaſticis Functionibus commune
omnibus Clericis cujuſcumque Ordinis, ad notata per
4 *Piſcar. Prax. Ceremonial. lib. 2. ſect. 1. cap. 19. num. 1. Du-
rand. in rationa. Divin. Offic. lib. 3. cap. 1. Gavant. in Rubr.
Miſſal. part. 2. tit. 1. V. Superpelliceum. Thomaſin. de veter. &
nov. Eccleſ. Diſcipl. tom. 1. part. 1. lib. 2. cap 52. ſub n. 4.* Ita,
ſimul convenientibus æſtivo tempore in Functionibus
Eccleſiaſticis Capitulo, & Beneficiatis inferioribus,
5 manicas pari forma elevatas ſuper humeros indiſtin-
ctè deferentibus, vel omnes Canonici, vel omnes Be-
neficiati viderentur, cum æqualitas habitus argumen-
tum ſit æqualitatis etiam gradus, & conditionis, ut
ponderant *Altograd. conſ. 1. lib. 2. Pignatell. conſult. Canon. 54.
tom. 6. Barboſ. Summ. Apoſtolicarum dec. Collect. 122. n. 12. &
Collect. 584. num. 8. 10. Tamburin. de Jur. Abbat. diſput. 27.
quæſt. 1. num. 4. tom. 2. Rota in recent. dec. 252. num
53. part. 6.*

Quod profectò nedum deſtructivum illius diſtinctio-
nis à cæteris inferioribus Beneficiatis, quam deberi 6
Canonicis Eccleſiæ Metropolitanæ advertit *Felin. in
cap. Paſtoralis n. 12. de Offic. deleg. Valenzuel. conſ. 34.
n. 50. 51. Manriquez de Præced. Canonic. quæſt. 20. nu.
2. Gambar de Offic. Legat. lib. 7. num. 136. Barboſ. de ca-
nonic. & Dignit. cap. 18. num. 85.* Cum ipſi, tanquam
Collaterales, & Fratres Epiſcopi, unumque corpus 7
cum eo conſtituentes, *cap. Novit. de iis, quæ fiunt à
Prælat.* ibi — *Novit tuæ diſcretionis prudentia, quatenùs
ea, & Fratres tui unum corpus ſitis* — *ubique Abb. num.
1. Rota cor. coccin. dec. 1691. num. 3.* Ipſamque idcircò
Metropolitanam Eccleſiam, dum collegialiter conve- 8
niunt repræſentantes, *Caſſan. in Cathalog. Glor. Mund.
part. 4. conſiderat. 32. verſ. Sed intellige &c. & verſ. 5. pro
hac parte, Panimoll. dec. 1. annot. 6. num. 8. Rota dec. 18.
n. 7. poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. & dec. 111. n.
9. part. 5. recent.* nuncupentur Clerici primi gradus, ad
differentiam aliorum Beneficiatorum inferiorum, qui 9
in ſecundo ordine Clericorum recenſentur, *cap. 4. de
iis, quæ fiunt à Prælat. Innocent. in cap. Sedes de reſ-
cript. Menoch. conſ. 52. num. 83. & ſeqq. Bott. de Synod.
part. 3. num. 26. Pignatell. conſult. Canon. 59. n. 6. tom. 6.
Rodriguez quæſt. regular. tom. 3. quæſt. 37. art. 1.* Cujus ſa-
nè diſtinctionis præcipuum ſignum in Eccleſia Dei eſſe
habitum, notant in his terminis, *Pignatell. conſult. canon.* 10
*304. n. 2. tom. 4. Capin. de Sac. Polit. lib. 3. quæſt. 2. num. 4. Tho-
maſin. de vet. & nov. Eccleſ. diſciplin. tom. 1. lib. 2. c. 15. Zacch.
de Republ. Criſtian. c. 2. num. 1. Corrad. in Prax. Benef. cap. 2.
ſub num. 15.*

Sed ulteriùs tenderet in ordinum, & graduum con-
fuſionem, quam haud tolerabilem notant *Decian. conſ. 7.
num. 71. lib. 3. Pignatell. conſult. Canon. 104. n. 6. tom.
4. conſult. 54. num. 1. & 2. & conſult. 59. num. 6. tom. 6.
Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 16. num. 46. Rota in re-
cent. dec. 288. num. 18. part. 16.* quamve ſubmoveri per
contradiſtinctionem perſonarum, & graduum, indu- 11
ctam ex aliqua diverſitate inter unum, & alterum in- 12
dumentum, ambigi non poſſe videtur, dum, omiſſo re-
cenſere ea, quæ in ipſa Romanorum Republica ad iſtum
effectum ordinata fuerant in deſignandis diſtinctis To-
gis, ſeu Veſtibus Senatorum, Equitum, Triumphan-
tium, Magiſtratuum, Judicum, aliarumque Dignita-
tum, ut apud *Tholoſan. ſyntagmat. Jur. lib. 9. tit. 19.* Certè
quod ex aliquali iſta diverſitate indumenti, in Ec-
cleſiaſtica Hierarchia, diſparitas quoque gradus indi-
cetur, ſatis clarè convincit *Text. in cap. Ut Apoſtolicæ
de Privileg. in 6.* decernens, quod in Synodis Pro- 13
vincialibus Epiſcopi deferre debeant Mitras cum lami-
nibus aureis, vel Argenteis, & gemmatis; Abbates
verò exempti Mitras aurifriſiatas; Non exempti
autem Mitras ſimplices, & albas, notantque Scri-
bentes omnes ſuper eodem Textu, ſignanter *Paſſe-* 14
*rin. ſub num. 5. & 2. Geminian. pariter ſub num. 1. Garz. de
Nobilit. gloſſ. 46. §. 3. ſub n. 63. Tamburin. de Jur. Abbat. part. 2.
diſput. 10. quæſt. 2. Barboſ. de Offic. & Poteſtate Epiſcopi part.
3. alleg. 93. Caſſan. in Cathalog. Glor. Mundi part. conſid. 28.
concluſ. 48. num. 9.* Unde eſt quod in Concilio Salis-
burgen. celebrato anno 1386. *in Canon. 6. de diffe-
ren. Habit. major. & inferior.* ita habetur — *Canonica
teſtatur Authoritas, quod ex majori decore, & majoritate
ornatuum, apparere debet majoritas Dignitatum* —; Et in
Concilio Dertonenſi anni 1429. *Canon. 1.* interdici- 15
tur Eccleſiaſticis inferioribus uſus habitus ornati pel-
libus, eo quia reſervatum id erat Canonicis Eccleſia-
rum Cathedralium, nonnulliſque Perſonis, gradu di-
gnioribus, quemadmodum refert *Thomaſin. de vet. &
nov. Eccleſ. Diſciplin. tom. 1. part. 1. lib. 2. cap. 52. ſub
num. 3.*

Geſtationem verò Superpellicei cum manicis, ſic ut
ſupra elevatis, privativam eſſe Capituli Metropolita-
næ Eccleſiæ Burgenſis, ſatis convincenter demonſtrare
viſa fuit immemorabilis conſuetudo, probata median-
te depoſitione decem Teſtium, ad inſtantiam ejuſdem
Capituli formiter examinatorum, & affirmantium,
Canonicos dictæ Eccleſiæ in omnibus Proceſſionibus,
aliiſque Eccleſiaſticis Functionibus ſemper deferre con-
ſueviſſe Superpelliceum cum manicis ſuper humeros e-
levatis, ideque ad diſtinctionem aliorum Beneficiato-
rum Cleri inferioris, qui Manicas prædictas detule-
runt, vel prolixas uſque ad humum, vel ſuper Brachiis
revo-

Digitized by Google

revolutas. Concurrente enim ſavore Capituli hac immemorabili conſuetudine legitimè, ut ſupra probata ex depoſitione plurium Teſtium, inter quos etiam Magiſtri Cœremoniarum, quibus, utpotè deponentibus de re ad eorum Officium pertinente, & de qua plenam notitiam ipſos habere certum erat, omnimodam fidem in hoc adhibendam eſſe ſæpè notavit *Rota* in ſpecie *in Colonien. Canonicatus primæ Gratiæ 2. Maji* 1701. *§ Replicatio autem, coram Reverendiſs. dell'Olmo*; Utique vana prorſus videbatus contentio Beneficiatorum Cleri inferioris, cum in hac Præeminentiarum materia notum ſit, conſuetudinem obtinere vim Legis; itaut conſ-
17 ſuetudinem legitimam habens pro ſe, Juris aſſiſtentiam habere dicatur ex Doctrina *Bald. in cap. Cum olim, num. 1. verſic. Nota de Conſuetud. & in leg. Obſervare §. Antequam ff. de Offic. Pro-Conſul. Menoch. conſil. 51. num. 49. Manriquez. de Præcedentia quæſt. 5. num. 4. Rota in recent. dec. 85. num. 5. part. 5. dec. 224. num. 1. part. 6. dec.* 102. *num. 17. part.* 10. *dec. 87. num. 6. part. 17. dec. 781. num. 5. 6. part. 18. deciſ. 779. n. 2. coram Merlin. in Pampilonen. Præeminentiarum 5. Februarii* 1700. *§. Fortius & 7. Junii* 1701. *§. Iterum, coram Reverendiſs. dell'Olmo, & in Illerden. Juris Præſidendi in Extractione Priorum 27. Junii* 1704. *§. Præſertim, coram Eminen-*
18 *tiſſimo Domino Card. Scotto*. Maximè ubi talis conſuetudo ſit immemorabilis, *Rota in Colonien. Præeminentiarum 22. Junii* 1701. *§. Verùm etiam, cor. Reverendiſs. dell' Olmo*.

In minimo non lædente reſponſione, quod ſicuti Superpelliceum eſt indumentum commune non minus Canonicis, quam etiam omnibus aliis Clericis, & Beneficiatis inferioribus, ideo nullam privativam ſuper illius delatione arrogare ſibi valeat Capitulum prædictum, etiam in vim allegatæ conſuetudinis, utpotè eliſæ ab altera contraria, vigente pro parte eorundem Beneficiatorum, in quorum præjudicium talis conſuetudo, nec allegabilis ſit, non verificata ejus qualitate coactiva, nempè quod Beneficiati Cleri inferioris tentaverint deferre manicas ſic elevatas, & ad Capituli contradictionem ſuerint rejecti, talique rejectioni acquieverint. Cribratis quippè ſingulis objectionis hujus partibus, nulla utique alicujus ponderis apparuit; Nam quod Superpelliceum ſit indumentum commune cuique in Clericali Ordine conſtituto, itaut privativam illius delationem nemo ejuſdem Ordinis arrogare ſibi valeat, incontroverſum erat pro parte Capituli, cujus oppugnatio unicè reſidet circa modum, & formam geſtandi Superpelliceum, quod utique dum ab immemorabili tempore deferri per ipſum conſuevit cum manicis ſuper humeros elevatis, idque in proprii Ordinis diſtinctionem, & tanquam peculiare ſuum indumentum; Ideò in his circumſtantiis conſiderari amplius non poterat, uti ſimplex habitus proprius cuicumque Clericorum generi, ſed particularis eorundem Canonicorum, etiamſi diverſitas conſiſtat in ſola manicarum delatione, ut in fraternizantibus terminis Cucullæ Manicatæ, ſeu cum manicis amplis, & longis, geſtari ſolitæ Monacos Benedictinos, adeoque non de-
19 ferendæ à Monacis Baſilienſibus, uti debentibus Culla cum manicis brevioribus, & arctioribus, nè inducatur promiſcua confuſio ex pariformitate Habitus, reſpondit *Rota in recentior. deciſ.* 399. *part.* 12. Et per conſequens optimo Jure valet dictum Capitulum pariformem Superpellicei geſtationem impugnare cæteris Benficiatis, & Clericis Ordinis inferioris, ex autho-
20 ritatibus jam ſupra relatis, quibus addi poſſunt *Cioff. conſil.* 537. *numero final. Pignatell. conſult. Canon.* 69. *num.* 2. 3. *tom.* 3. *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 852. *n.* 53. *Barboſ. in Summ. Apoſtol. dec. Collectan.* 60. *n.* 7. *Card. de Luca de Regular. diſc.* 1. *n.* 79. *& in Miſcell. Eccleſ. diſc.* 32. *num.* 7. 8. *Rota in rec. dec.* 399. *part.* 12.

Et profectò geſtationem hanc Superpellicei cum manicis elevatis ſuper humeros non eſſe propriam, & naturalem Clericali huic indumento, adeoque omnibus indiſtinctè communem, ſed quidem omnimodam præſeferre diſtinctionem, ſatis apertè indigitabat ipſamet prætenſio eorundem Beneficiatorum, utpotè in votis non habentium deferre Manicas, ſic ut ſupra elevatas ſemper, & ubique, ſive quolibet anni tempore, & in omnibus Eccleſiaſticis Functionibus, ſed ſolum in publicis Proceſſionibus Rogationum, & pro eo tantùm tempore, quo conjuncti cum Canonicis proceſſionaliter incedunt. Si enim delatio Superpellicei modo prædicto non ſonaret in diſtinctionem inter unum, & alterum Ordinem, ſed eſſet juxta generalem morem Regionis, naturalis ſupradicti indumenti, omnibuſque propterea communis: utiquè Beneficiati prædicti parem adhiberent, vel adhibere contenderent geſtationem manicarum in omnibus aliis Proceſſionibus, & Functionibus Eccleſiaſticis: Undè clarum erat, iſtam Beneficiatorum contentionem non aliò tendere, quam ut, ſublato de medio unico iſto exteriori ſigno, quo Capitulum diſcriminatur à Beneficiatis Ordinis inferioris, æquales apparenter ſe conſtituant Canonicis, & Dignitatibus Eccleſiæ Metropolitanæ, quod utiquè tumidam ſapit injuſtæ æqualitatis & æmulationis appetentiam, nullatenùs ferendam, ut monet *Honded. conſ.* 25
80. n. 4. Capyc. Latr. dec. 50. *nu.* 4. *& per tot. Pignatell. conſultat. Canon.* 54. *n.* 6. *tom.* 6. *Card. de Luc. de Servit. diſc.* 54. *ſub num.* 4. *& diſc.* 41. *n.* 6.

Allegata autem conſuetudo, quæ Beneficiatis aſſiſtere aſſerebatur, circa parem delationem Superpellicei cum manicis ita ad humeros elevatis, in nihilo prodeſſe poterat: quia Teſtes ad illius verificationem inducti haud affirmabant, quod Beneficiati Ordinis inferioris univerſaliter omnes geſtare ſemper conſueverint manicas ſic elatas, ſed tantummodò affirmabant, ſe vidiſſe aliquos, & quidem paucos ex dictis Beneficiatis deferentes in Proceſſionibus Rogationum Manicas, ut ſupra elatas, alios verò geſtare eas conſueviſſe, vel prolixas, vel demiſſas, vel brachiis circumvolutas; Et propterea dum ex præfatorum Teſtium dicto allegata obſervantia elucebat varia, & difformis, non verò uniſona, & univerſalis reſpectu omnium Beneficiatorum, utiquè nullo in calculo haberi promerebatur pro fundamento nedum boni Juris, verùm etiam poſſeſſionis manutenibilis favore totius Uni- 22
verſitatis, ut obſervant *Fagnan. in cap. in præſentia, num.* 103. *de Probat. Honded. conſ.* 79. *num.* 29. *lib.* 1. *Rota cor. Mantica dec.* 259. *num.* 6. *in rec. dec.* 762. *num.* 6. *part.* 3. *in Firmana Juriſdictionis* 20. *Martii* 1702. *§.* 51. *coram bon. mem. Molines, in Biſinianen. Præeminentiarum* 14. *Junii* 1713. *§. De tali autem, cor. b. m. Anſaldo, & in Ravennaten. Aggregationis ſuper Dubio Mandati Procuræ* 7. *Junii* 1717. *§. Nec ſubſiſtit, cor. Eodem*.

Contraponendaque idcirco nequaquam videbatur obſervantiæ illi, quæ favore Capituli militare, ut ſupra compertum erat, utpotè communita Juris aſſiſtentia, & uniformiter ſemper ſervata à tempore, quamcumque hominum memoriam excedente, itaut ad illius firmitatem haud verificanda eſſe qualitas coactiva, ut pro parte dictorum Beneficiatorum contendebatur, cum immemorabilis, vel centenaria non ſiſtat in puris terminis præſcriptionis, ad cujus verificationem extrema iſta hic eſſent probanda, ſed inducens præſumptionem Privilegii, vel alterius cujuſcunque Juris magis validi, ac efficacis, probationem perhibet ti- 23
tuli de Mundo melioris, cum omnibus qualitatibus ad ſui firmitatem neceſſariis, ut ad objecti eliminationem præciſe advertit *Rota in Tyburtina Caſtri Sambuci* 12. *Junii* 1711. *§. Sed quatenus, & §. Abſque eo quod, cum ſeqq. coram Reverendiſſimo Aldrovando, & in Salisburgen. Vicariæ ſuper bono Jure* 4. *Februarii* 1755. *§. Nec hujus, cor. Reverendiſſimo Griſpo Archiepiſcopo Ravennatenſi*.

Bonum itaque Jus Capituli quemadmodum ex his ſatis fundatum crediderunt Domini, ita corollariè concedendam eidem Capitulo exiſtimarunt Manutentionem in poſſeſſione geſtandi in quibuſcunque Eccleſiaſticis Functionibus Superpelliceum cum manicis elevatis ſuper humeros privativè quoad alios Beneficiatos inferiores, ut in his circumſtantiis, & conſecutivè ad bonum Jus reſponderi paſſim conſuevit, ſignanter *in Brixinen. Juriſdictionis* 10. *labentis Menſis Januarii §. finali, coram Reverendiſſimo Patre Domino meo Lancetta Decano*.

Et ita utraque &c.

M O T I V U M.

Trium Illuſtriſſimorum DD.

AUDITORUM ROTÆ FLORENTINÆ.

In Piſtorien, Plebaniæ.

21. Aprilis 1715.

Relatore, & extenſore Illuſtriſſimo D. Jacobo de Comitibus, tunc Auditore Conſultæ, nunc verò in eadem Signatura Libellorum ſupplicum Gratiæ, & Juſtitiæ primo Conſiliario, & Proauditore Cameræ.

A R G U M E N T U M.

Juſpatronatus quando dicatur hæreditarium, vel potius gentilitium. An & quando à Jurepatronatus gentilitio excludantur Naturales, & illegitimi. Tranſactio ſuper hujuſmodi Jurepatronatus, ab Anteceſſoribus facta, an præjudicet Succeſſoribus, ex propria perſona venientibus.

S U M M A R I U M.

1 *Literarum Apoſtolicarum executio retardari non valet, juſtificata narratorum veritate.*

2 *In Jurepatronatus gentilitio, jus præſentandi, deficientibus maſculis, ad fœminas agnatas ſpectat.*

3 *Sententia, declarans Juſpatronatus ad aliquam Familiam ſpectare, abſque mentione qualitatis hæreditariæ, & nulla facta portionum diſtinctione, qualitatem gentilitiam inducit.*

4 *Idem arguit limitata admiſſio fœminæ agnatæ cum excluſione extraneorum, & cum declaratione, quod poſt illius mortem Juſpatronatus conſolidari debeat in Agnatis.*

5 *Ita pariter nunquam facta per curſum antiquiſſimi temporis præſentatio ab extraneis, vel cognatis.*

6 *Hæc conjectura quando ſit reiicienda*, & n. 7.

8 *Juſpatronatus familiare item probat Laudum, illud tale Canonizzans.*

9 *Sententia, lata ſuper ſtatu Beneficii, nocet etiam non citatis, & non intervenientibus.*

10 *Præſentationes, factæ à Patre cum filiis, excludunt in Jurepatronatus qualitatem hæreditariam, & quare.*

11 *Ad hunc effectum valdè attenduntur enunciativæ antiquiſſimæ, præſertim ſi alia concurrant.*

12 *Quando lis non eſt ſuper ſubſtantia Juriſpatronatus, ſed ſuper illius qualitate, ſufficiunt leviores probationes.*

13 *Juſpatronatus præſumitur potius hæreditarium, quam gentilitium.*

14 *Hoc tamen fallit in Jurepatronatus, cujus memoria non extat.*

15 *Conjecturæ æquivocæ, vel numero, & pondere minores, non attenduntur in concurſu aliarum plurium, & urgentiorum.*

16 *Bertoldum de Guazzalotris non eſſe Spurium, ex damnato coitu, ſed dumtaxat naturalem, definivit tam* Rota Romana, *quàm* Florentina.

17 *Naturales, & illegitimi excluduntur à Jurepatronatus, reſervato per verba merè civilia; non autem quando reſervatio facta fuit per verba naturalia.*

18 *Non conſtito de fundatione, & reſervatione Juriſpatronatus, præſumitur concepta potiùs verbis naturalibus, quam civilibus.*

19 *Nomen* Familiæ *an obſtet vocationi Illegitimorum ad Juſpatronatus gentilitium*, & n. 20.

21 *Naturales, & Illegitimi ex conſuetudine Italiæ, & Tuſciæ dicuntur de Familia.*

22 *Et gaudent nobilitate paterna, avitis Inſigniis utuntur, & ad illorum honores admittuntur.*

23 *Filii naturales, ſi fuerint legitimati per reſcriptum Principis, non differunt à legitimis.*

24 *An, & quando legitimatio, à Principe ſeculari facta, prodeſſe poſſit, ad effectum ſuccedendi in Jurepatronatus gentilitio*, & n. 25. & ſeqq.

29 *Pro naturalium admiſſione in Jurepatronatus familiari multum valet obſervantia.*

30 *Ad effectum inducendi obſervantiam, & adminiculandi, admittuntur etiam actus imperfecti, & qui exceptiones patiuntur.*

31 *Juſpatronatus gentilitium, quod non probatur in plures lineas à principio diviſum, vel ex ſubſecuta obſervantia, una linea defecta, conſolidatur in altera ſuperſtite, & de ratione*, & n. 32. & ſeqq.

35 *Declarantur contrariæ Auctoritates.*

36 *In hujuſmodi Jurepatronatus præſumptio ſtat, quod à principio non fuerit diviſum.*

37 *Et hæc individuitas conjecturam præbet, ſeu adminiculum, quod univerſa Familia conſiderata fuerit, tanquam unicum Corpus.*

38 *Juſpatronatus gentilitium quando dicatur ſpectare ad omnes de Familia per modum Collegii.*

39 *Individuitatem non tollit materialis linearum diviſio, ex poſt ſecuta.*

40 *Non poteſt quis Sententiam impugnare, qua ſuus Auctor uſus fuit.*

41 *Tranſactio non præjudicat non intervenientibus, neque habentibus cauſam ab illis.*

42 *In Jurepatronatus gentilitio, ſeu familiari tranſactio, facta ab Anteceſſoribus, non præjudicat Succeſſoribus, ex perſona propria venientibus*, & n. 43.

43 *Ad inducendam tacitam ratificationem actus præjudicialis, requiritur ſcientia facti, & Juris ſpecifica, & clara.*

44 *Adeout non ſufficiat ſcientia generica, & implicita.*

45 *Quando taciturnitas referri poteſt alteri cauſæ, quàm ratificationi actus, maximè præjudicialis, illa ſemper excluditur.*

46 *Enunciativa, emiſſa in Sententia* Viſo Inſtrumento &c. *niſi plura alia adminicula concurrant, non probat illius productionem.*

47 *Actus æquivoci, & ad plures caſus referibiles, ratificationem præjudicialem excludunt.*

48 *Ubi actus fuit expreſſè impugnatus, ex ſubſecuta taciturnitate, inducta nunquam cenſetur tacita illius ratificatio.*

49 *Recipiendo pecuniam non videtur quis approbare Contractum, quem expreſſè impugnaverat.*

50 *Producens Scripturam, vel Sententiam poſt impugnationem, vel appellationem, ex hoc non cenſetur eam tacitè approbare.*

51 *Præcedens contradictio operatur, ut poſterior exactio fructuum non importet per neceſſe approbationem.*

52 *Tacita relocatio, per Statutum inducta, ob non factam in fine anni diſdictam, locum non habet, quando Locator priùs egerat contra Conductorem, ut eum expelleret.*

53 *In Materia valde præjudiciali, ſola patientia, & acquieſcentia non inducit ratificationem, niſi etiam aliquis actus poſitivus concurrat.*

54 *Ratificatio, quæ ex facto inducitur, ad limites ipſius facti reſtringitur.*

55 *Judicium executivum Literarum Apoſtolicarum non admittit exceptiones, quæ altiorem indaginem requirant.*

D E C I S I O LIV.

PLebaniam S. Petri de Ajolo, olim Juriſpatronatus Nobilis familiæ de Guazzalotris vacantem per obitum Jacobi de Stanghis, à Domina Marchioniſſa Maria Eleonora de Medicis, uti hærede beneficiata, Canonici, & Marchionis Antonii de Medicis *ejus Fratris* obtinuit Jacobus de Bettazzis, à R R. *Monialibus* S. Matthæi de prato fuit præſentatus Ioannes Baptiſta de Gattis, & à Sede Apoſtolica impetravit Ioſeph Maria Blanchinius; Exorta proinde triangulari Controverſia inter proviſos, inſtructoque judicio coram Vicario piſtorien. proviſus Apoſtolicus favorabilem ab eo reportavit Sententiam, definientem Literas Apoſtolicas, uti in omnibus juſtificatas, executioni fore demandandas.

Proſecuta poſtea Cauſa in gradu appellationis, cum ad provocationem Marchioniſſæ, & Bettazzi, ab ea præſentati, illa commiſſa fuerit Iudici Sinodali de Voto noſtro, decidenda, omnibus Dominis conſuffragantibus, prodiit Sententia primi judicati confirmatoria.

2 Apparuerunt enim in omnibus juſtificatæ Literæ Apoſtolicæ, dum obitus ultimi, & immediati Rectoris de men-

de menſe Octobris Sedi Apoſtolicæ reſervato, non
controvertebatur inter Partes; Quodque Juſpatrona-
tus ſpectaret ad Monaſterium, & Moniales præfatas
1 juſtificatum remanſit; ſicque omnium narratorum veri-
tate juſtificata, Apoſtolicarum Literarum executio non
valuit retardari ad Text. in cap. ſi capitulo, & ibi Gloſſ. V. exe-
q atur de Conceſ. Præbend. in 6. Rot. in recent. dec. 468. num. 1.
& dec. 508. n. 1. & dec. 532. n. 2. part. 19. & poſt De Luc. de
Jurepatronat. in Mantiſ. dec. 18. n. 1.

De perrinentia autem hujus Juriſpatronatus conſti-
tit Dominis, ex quo cum verſemur in Jurepatrona-
tus gentilitio, & lis ſit cum perſonis omnino extraneis,
cum omnes Maſculi de Familia jam defecerint, Ale-
xandra Monialis, unica de Agnatione ſuperſtes, & Mo-
naſterium S. Matthæi de Prato ex ejus perſona, admit-
2 ti debet ad præſentandum. In Jurepatronatus quippe
gentilitio, deficientibus Maſculis, jus præſentandi ad
fœminas agnatas ſpectat, in ſpecie Lotter. de Re Beneſic.
lib. 2. quæſt. 11. n. 72. Capon. diſcept. 12. nu. 25. Ciarlin. controv.
153. num. 21. & controv. 211. nu. 33. Caſtald. conſult. 250.
num. 2. Piton. diſcept. 14. n. 6. & ſeqq. & diſcept. 26. n. 1.
ſeqq. Calderon. reſolut. 8. num. 24. & reſol. 47. nu. 27. Rot.
coram Merlin. dec. 563. num. 15. Pamphil. dec. 313. n.
1. & ſeqq. Emerix Jun. dec. 830. num. 13. poſt Vi-
vian. de Jurepatronat. deciſ. 69. num. 3. in recent. de-
ciſ. 166. num. 1. part. 6. deciſ. 221. num. 22. part. 8.
dec. 162. num. 9. part. 11. deciſ. 662. num. 19. part.
9. ubi etiamſi à principio fœminæ fuiſſent excluſæ,
& dec. 662. n. 2. 7. 8. part. 19. & in Comen. Capellaniæ apud
Piton. diſcept. Eccleſiaſt. 53. num. 30. confirmata 4. Maji
1703. §. Sublata, & §. final. cor. Eminentiſ. D. Card.
Priolo, & in alia Cauſa hujus inclyti Dominii, dec. Volater-
rana apud Palm. Nepot. dec. 340. num. 19. & ſeqq. ubi
plurimi concordantes Palm. Nep. ibidem in eadem Cauſa
dec. 342. numer. 17. Rot. Rom. cor. Royas dec. 248.
num. 3.

Iſtamque qualitatem gentilitiam reſultare DD. vi-
ſum fuit, ex plutibus. Et primò ex Sententia teinte-
gratoria anni 1641. in qua definitum fuit Juſpatronatus,
de quo agitur ſpectaſſe, & pertinuiſſe de jure ad No-
biles de Guazzalotris Diœceſis Piſtorien. quæ Senten-
tia cum abſque mentione qualitatis hæreditariæ, &
abſque portionum diſtinctione declaraverit, Juſpatro-
natus ſpectare in genere ad Familiam Guazzalotriam,
prout in folle, & abſque ulla diſtinctione præceſſerat in-
ſtantia pro reintegratione, manifeſtò qualitatem gen-
3 tilitiam inducit, ut in individuo dixit Palm. Nep. alleg.
159. num. 29. Rot. Florentina de Ricaſolis apud Vivian.
de Jurepatr. lib. 4. cap. 1. num. 71. verſic. prædicta fol.
mihi 87. in Veneta impreſſione anni 1670. & in rec. de-
ciſ 220. num. 10. & ſeq. part. 11. & dec. 192. n. 7.
part. 19. Priolo dec. 159. num. 2. & in Faventina Be-
neficii apud Calderon. reſol. 8. num. 58. & in dicta Comen.
Capellaniæ apud Piton. diſcept. 53. nu. 28. confirmata 4.
Maji 1703. §. Sublata, coram Priolo, ultra alias plures
Deciſiones recenſitas per Rotam noſtram in dec. 45. num. 5.
inter hactenus impreſſas, coram Me, & per Rotam Ro-
manam in dec. ibi inſerta §. 1. n. 5. 10. 23. 24. 25.

Secundo hoc idem præſefert alia Sententia Vicarii
Florentini de anno 1590. in qua fuit declaratum, quod
poſt obitum Dominæ Liberæ de Guazzalotris, nuptæ
in extranea Familia, Jurapatronatus deberent conſoli-
dari in Bertoldum, & Jacobum prædictum, & ejus
filios legitimos, & naturales, & deſcendentes; nec in
præjudicium hujas conſolidationis potuiſſe, ac poſſe
donari dicta Jurapatronatus per Dominam Liberam,
aut quemlibet alium extra dictam Familiam, aut ali-
4 quam aliam Dominii tranſlationem facere. Hujuſmo-
di enim limitata admiſſio fœminæ agnatæ cum exclu-
ſione extraneorum, & declaratione, quod Juſpatro-
natus conſolidari deberet in agnatus, arguit qualita-
tem gentilitiam illius, in ſpecie Rota in dicta Comen. Ca-
pellaniæ de anno 1702. cor. Eminentiſſ. Card. della Tremoille
impreſſ. apud D. & collegam meum Piton. diſceptat. Eccle-
ſiaſt. diſcep. 53. n. 29. verſic. nec obſtat, & num. 30. con-
firmata 4. Maji 1703. §. Prout, coram Eminentiſſ. Cardi-
nali Priolo.

Tertiò eandem qualitatem gentilitiam comprobat
ponderatio, quod tertium nunc decurrit Seculum à
die, quo prodiit dicta Sententia reintegratoria, abſ-
que eo quod extranei, aut filii Fœminarum unquam

præſentaverint ad aliquod Juſpatronatus, in eadem
Sententia comprehenſum; eumque veriſimile ſit, quod
in Familia numeroſa, in decurſu duorum Seculorum,
cum dimidio, plures Cognati, & extranei hæredes
extiterint, ex nunquam facta ab ipſis præſentatione, 5
infertur Juſpatronatus fuiſſe, & eſſe gentilitium. Pi-
ton. diſcept. Eccleſiaſt. 53. num. 7. & 21. Rota noſtra di-
cta dec. 45. num. 7. inter impreſſ. cor. Me Rota Rom. ibi-
dem §. 1. num. 32. & 33. & in dicta Florentina de Ri-
caſolis apud Vivian. de Jurepatron. §. Quinimmò, & poſt
eundem dec. 41. n. 20. verſic. 5. cor. Ubeg. dec. 24. num. 4.
& ſeqq. Priolo dec. 46. num. 17. & dec. 159. num. 10.
Celſ. dec. 106. num. 9. Dunozett. Jun. dec. 716. num. 8. in
rec. dec. 679. num. 14. part. 18. & dicta dec. 662. num. 17.
part. 19. & in citat. Comen. Capellaniæ apud Piton. ubi ſu-
pra num 29. confirmata 4. Maji 1703. §. Sublata, co-
ram Eminentiſſ. Card. Priolo, & in Faventina Beneficii
apud Calderon. dicta reſol. 8. num. 56. & in Florentina
Canonicatus apud eundem reſol. 47. n. 42. poſt De Luc. de Ju-
repat. in Mantiſſa dec. 7. n. 6.

Non obſtante, quod cum in pleriſque locis adſint Sta-
tuta, excluſiva fœminarum, & deſcendentium ex eis,
dari potuerit caſus, quod Cognati nunquam fuerint
hæredes ob excluſionem Statuentium: & extranei, ex
quo non fuerint hæredes relicti in Teſtamento; ob 6
quam rationem, conjecturam hanc non eſſe conclu-
dentem, in his terminis pondetat Cardinal. de Luc. de
Jurepatronat. diſc. 60. num. 12. verſic. ſi enim, Dominus, &
olim collega meus Piton. dicta diſcept. Eccleſiaſt. 53. num.
8. & 21. Calderon. dicta reſol. 47. n. 21. ubi Concordantes
Rota in rec. dec. 82. n. 6. & ſeqq. part. 19.

Objectum enim procedere poſſet, ſi non adeſſet adeo
longævus temporis curſus; ſed concurrente duplici cen-
tenatia, cum dimidia, inveriſimile prorſus eſt, quod 7
in tam diuturno lapſu temporis, nec Cognati, nec
extranei ab aliquo nunquam fuerint hæredes inſtituti,
ſicque non factam ab ipſis præſentatinnem proveniſſe
dicendum eſt, ex quo Juſpatrnnatus, nnn in hæredes
ex Teſtamento, ſed in agnatos, ex lege fundationis
tranſiverit, ut objecto in puncto reſpondet Piton. dicta
diſcept. 53. num. 21. Rot. Rom. cor. Priolo dicta dec. 159. n.
11. & in Firmana Juriſpatronatus 1704. cor. bon. mem.
Muto, impreſſa inter Deciſ. Rotæ Florentinæ citat. dec.
45. §. 1. num. 33.

Quartò in idem conſonant aſſertiones in laudo de an-
no 1641. in quo Arbitrator aſſerit, ſibi conſtitiſſe,
Beneficia (ſunt præciſa verba) verè fuiſſe, & eſſe
de Jurepatronatus nobilis familię de Guazzalotris Terræ 8
Prati, & quod debitè non controvertitur, ut in puncto
laudi canonizantis Juſpatronatus familiare Rota in Flo-
rentina de Ricaſolis apud Vivian. de Jurepatronat. lib. 4. cap.
5. num. 71. verſic. Supradictis accedit laudum fol. 87. in Vene-
ta impreſſione.

Quinto accedit Sententia Vicarii Piſtorien. de anno
1691. confirmata in gradu appellationis ab Illuſtriſſimo
D. meo Archipræſul. Florentino, tunc Nunciaturæ A-
poſtolicæ Auditore, in Contradictorio Judicio cum Or-
dinario, & in judicatum tranſacta, in qua licèt mo-
dicus inſiſteretur pro qualitate hæreditaria, adducen-
do præcipuè ultimum Statum, fuit nihilominus pro-
nunciatum pro excluſione Menſæ Piſtorien. cauſam
habentis ab hærede extraneo D. Joannis Franciſci,
& ad favorem D. Alexandræ, tanquam Agnatæ. 9
Quæ Sententia, licèt lata inter diverſas perſonas, at-
tamen cum prodierit ſuper ſtatu Beneficiorum, nocet
etiam non citatis, & non intervenientibus ad Textum
in l. Ingenuum ff. de ſtatu hominis, & in ſpecie Rota noſtra
deciſ. 45. num. 12. coram Me, ubi plures auctoritates
individuales referuntur, quibus addimus Rot. Rom. co-
ram Dunozett. Jun. dec. 716. num. 6. poſt Piton. diſcept.
Eccleſiaſtic. 53. num. 28. & in individuo Jurepatronatus
de quo agitur Rot. dec. 471. num. 9. & ſeqq. & deciſ.
486. n. 3. & ſeqq. part. 4. tom. 2. coram Dunozet. Jun. dec.
390. n. 4. 5. & 12.

Sextò ponderatione DD. digna viſa fuit præſentatio
de anno 1601. facta à Patronis tam Guazzalotrorum de
Prato, quàm de Neapoli, quæ licet fuerit litigioſa, ta-
men in utraque linea Patres una cum filiis præſenta-
runt; idemque deſumitur ex mandato procuræ à Guaz-
zalotris de Neapoli facto in perſonam Marchionis 10
Raphaelis de Medicis, quod cum ſequi non poſſit in

Jurepatronatu hæreditario, ex quo viventis non datur hæreditas; hinc neceſſario iofertur pro qualitate gentilitia Juriſpatronatus; in puncto *Calderon. reſolut. 8. num. 83. reſol. 30. num. 5. & reſolut. 47. nu. 7. Piton. diſceptat Eccleſiaſtic. 53. n. 3.* ubi alii *Rota Rom. apud eum ibidem n. 22.* aliique relati *per Rotam noſtram in dicta dec. 45. n. 16. Rota Rom. eadem §. 1. n. 21. & in rec. dec. 204. n. 7. part. 12. dec. 237. n. 5. 6. part. 13. & poſt De Luc. de Jurepatronat. in Mantiſſ. dec. 7. num. 7.*

Et ſeptimo hoc idem demum præſeferunt plures, & continuatæ enunciativæ, emiſſæ in præſentationibus, inſtitutionibus Ordioariorum, ſupplicibus libellis, Literis Apoſtolicis, & in aliis pluribus actibus, quod Juſpatronatus, de quo agitur, ſit Nobilis Familiæ de Guazzalotris, quæ enunciativæ cum ſint an-
11 tiquiſſimæ, oumero plures, & per longiſſimum tempus continuatæ, aliis præſertim concurrentibus, benè probant in hac materia, ut in ſpecie proſequitur *Rota Rom. inter Deciſ. Florentinas coram Me editas dec. 45. §. 1. n. 23. & 26.* & pluribus individualibus auctoritatibus, ibidem relatis, nunc addimus *Calderon. dicta reſol. 8. n. 60. & reſolut. 47. n. 43. Rot. poſt De Luc. de Jurepatronat. in Mantiſſ. d. dec. 7. num. 8.* ubi alii adducuntur.

Iſtaque omnia validiora evadunt, ſi ponderetur, quod contentio in præſenti non eſt ſuper ſubſtantia Juriſpatronatus, ſed ſuper illius qualitate, quo caſu leviores ſufficiunt probationes, in individuo *Rot. coram*
12 *Merlin. d. dec. 563. num. 23. in recent. dict. dec. 630. n. 6. part. 19. & inter Deciſiones Florentinas impreſſas coram Me, dec. 45. §. 1. num. 19. & in citat. Comen. Capellaniæ apud Piton. diſcept. 53. n. 31.* ubi plures concordantes, *confirmata 7. Maji 1704. §. Non obſtat, coram D. meo Kaunitz*; quodque conjecturæ ſimul jungi debent, *Piton. d. diſcept. 53. n. 15.*

Neque DD. de Medicis aſſiſtit juris præſumptio, deſumpta ex *Clementina plures de Jurepatronat.* juxta quam Juſpatronatus, potius hæreditarium, quam Gentilitium præſumitur, ut in individuo hujus Patronatus
13 *Rota poſt Vrvian. de Jurepatronat. dec. 84. num. 13.* tum quia diſpoſitio *textus in dicta Clementina plures*, locum non habet in Patronatu, cujus initii memoria non extat; iſto enim caſu militat præſumptio in contra-
14 rium, quod nempe ſit gentilitium, & in eo ſuccedatur in capita, ad evitandas lites, & queſtiones inextricabiles, quæ aliàs orirentur, ut pluribus congeſtis firmat *Rot. Rom. inter Deciſiones Florentinas cor. Me editas d. dec. 45. §. 1. nu. 35.* quibus addimus, *eandem Rotam in rec. dec. 515. n. 34. & ſeqq. part. 14. & poſt De Luca de Jurepatronat. in Mantiſſ. d. dec. 7. n. 5.*

Nec conjecturæ, quia illæ, quæ adducebantur pro excludenda qualitate gentilitia, vel ſunt æquivocæ, vel ſunt minores numero, & pondere; ac propterea attendi non merentur in concurſu aliarum plurium,
15 quæ validiſſimæ urgent pro qualitate gentilitia ſnadenda, ut in præciſis terminis ponderat *Piton. d. diſcept. 53. ſub num. 5. Deciſio Lucana apud Palm. Nepot. allegat. 167. num. 53. Rota coram Merlino citata dec. 563. num. 23. Priolo dec. 46. num. 19. in rec. citat. dec. 670. n. 30. part. 19. & poſt De Luc. de Jurepatronat. dict. dec. 7. n. 12. & 13. in Mantiſſa.*

Probata qualitatè gentilitia Juriſpatronatus, excludi non potuit Alexandra Monialis ab eo, ex quo de-
16 ſcendat à Bertoldo Filio ſpurio. Etenim, quod Bertoldus non ſit ſpurius, & natus ex damnato coitu, ſed dumtaxat naturalis, articulo ex profeſſo diſcuſſo, fuit deciſum *in Rota Noſtra die 9. Januarii 1589. lib. motiv. 67. fol. 134. §. Nec magis probari, & pluribus ſeqq. uſque ad finem, & in Rota Romana poſt Vrvian. de Jurepatronat. deciſ. 84. num. 12. repetita in recent. dec. d. dec. 471. num. 18. & 19. part. 4. tom. 2.* unde, tanquam talis excluſus dici non poteſt ab hoc Jurepatronatus. Naturales enim, & illegitimi non ſemper excluduntur à Jurepatronatu reſervato Familiæ, ſed ſolùm quando agitur de reſervatione per verba mere civilia, non autem quando ſit reſervatio per verba natu-
17 ralia, & ſanguinis vinculum denotantia, ut egregiè diſtinguit *Garz. de Benefic. part. 7. capit. 15. num. 46. 47. 48. & 49.* pleniſſimè *Piton. poſt diſcept. Eccleſiaſt. in Parergon. n. 94. & ſeqq.* ubi plurimi, magiſtraliter *Rot. poſt Vrvian. de Jurepatronat. dec. 146. num. 6. 7. 8. & 18. & deciſ. 126. num. 1. & ſeqq. part. 5. deciſ. 262. n. 6. part. 8. dec. 241. num. 10. part. 16. rec. & coram Emerix dec. 867. n. 2. & in Comen. Capellaniæ apud Piton. diſcept. 53. num. 37. confirmata 4. Maji 1703. §. Minoris, coram Eminentiſſimo Priolo.*

Et licet in contingenti, de ſundatione, & reſervatione. Juriſpatronatus non appareat, attamen ex hoc ipſo oritur præſumptio, quod ſundatio ſit potius 18
verbis naturalibus, quam civilibus concepta, ut egregiè in individuo ponderat *Piton. in Parergon. poſt diſcept. Eccleſiaſtic. num. 104. Rota in dicta Comen. Capellaniæ apud eundem Piton. poſt diſcept. 53. num. 34. verſic. nam verò conſtabilita, & n. 35. & ſeqq.* ubi concordantes, *confirmata, ſub die 4. Maji 1703. §. Minoris denique ponderis, coram Priolo, & 17. Martii 1704. §. Potuit tamen, cor. Kaunitz.*

Nibil reſragante, quod in præcitata Sententia dictum fuerit, Jurapatronatus ſpectare ad Familiam Guazzalotriam; tum quia, cum Sententia ſit reintegratoria, & ſupponat præcedentem ſundationem; ſtat benè ſimul, quod iu Sententia enuncietur ſamilia, & nihilo- 19
minus ſundatio fuerit concepta per verba naturalia, apta etiam naturales comprehendere, cum præſertim facile ſit accipere pro ſinonymis verba *Familiæ*, & *Conſanguinitatis*. Tum quia verbum *Familia* uou ita abhorret intelligentiam naturalis ſanguinis conjunctionis, ut ex obſervantia, & aliis circumſtantiis, non poſſit etiam ad Naturales extendi; prout utraque reſponſione in individuo, objecto ſatisfacit *Rot. poſt dictam Pitonii diſcept. 53. num. 36. 37. 38.* ubi plures concordantes, *& in ejus confirmatoria coram Priolo §. Minoris denique, & 17. Martii 1704. §. Potuit, cor. Reverendiſſimo Kaunitz. Piton. in Parergon. num. 107. & ſeqq. R. P. D. Anſald. in addit. ad dec. 100. n. 72.* quidquid contrarium adverſus primam reſponſionem dixerit *Piton. d. diſcept. 53. n. 43.* cum contra dicta per eum fuerit judicatum in omnibus dictis tribus Deciſionibus, editis in ſæpe citata *Comen. Capellaniæ.*

Quod procedit, etiamſi verbò *Familiæ* ſit adjuncta civilis denominatio nobilitatis, ut in puncto *Rota in* 20
d. Comen. Capellaniæ coram Kaunit. §. Ex his tamen, cum ſeqq.

Conſiderata præſertim conſuetudine Italie, & Tuſciæ, juxta quam naturales etiam, & illegitimi dicuntur de Familia, ut de conſuetudine Tuſciæ *Bart. in* 21
l. final. num. 1. ff. de verb. ſignific. Marta de Succeſſ. Legal. part. 2. quæſt. 4. artic. 5. ſub nu. 20. Rota apud Palm. Nepot. alleg. 242. num. 14. verſ. hujuſmodi, & de conſuetudine Italiæ *Menoch. conſ. 754. nu. 16. & ſeqq. Marta de Succeſſ. Legal. part. 2. d. quæſt. 4. artic. 5. n. 23. Calvin. de Æquitate lib. 3. quæſt. 102. nu. 67. Paleot. de Noth. & Spur. cap. 33. num. 8. Palm. Nep. allegat. 241. n. 8. & 20. Rota apud eundem alleg. 242. numer. 3. & 14. & allegat. 243. num. 14. & in d. Comen. Capellaniæ apud Piton. diſcept. 53. n. 39. 7. Martii 1704. §. Potuit, cor. Reverendiſſimo Kaunitz.* gaudentque Nobilitate paterna, Avitis inſigniis utuntur, & ad illorum honores ad- 22
mittuntur *Bart. in tract. de Inſigniis n. 3. Angel. in l. ex facto §. Si quis rogatus ff. ad Trebellian. Geminian. in cap. Statutum column. final. verſ. nota ex his de Hæretic. in 6. Mart. de Succeſſ. Legal. part. 1. quæſt. 2. artic. 3. nu. 22. Rot. apud Palm. Nepot. alleg. 242. num. .... & alleg. 243. num. 14. coram Anſald.* alios referente, *dec. 100. num. 35. & 38.* qui omnes de uſu, & conſuetudine Tuſciæ teſtantur, & generaliter de aliis locis in citata *Comen. Capellaniæ 1704. §. Potuit, cor. Reverendiſſ. D. meo Kaunitz.* ubi plures concordantes.

Certoque certius prædicta procedunt, attento quod Bertoldus fuit legitimatus per Reſcriptum Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis, qui proindè nihil à legitimis differt, *ad Textum in §. Illud verſ. cui autem licentiæ, &* 23
§. Generaliter in Auth. quibus modis natural. efficiant. legitimi; & cæteris omiſſis in ſubjecta materia Juriſpatronatus *Rev. D. meus Anſald. in Addit. ad dec. 100. num. 73. Rot. coram Rojas dec. 254. num. 22. & 23. & in Mediolanen. Archipresbyteratus 27. Januarii 1710. §. Hinc non repugnat, & per totam cor. Reverendiſſimo D. meo Falconerio*, & in individuo ad ſavorem memorati Bertoldi, dixit *Rota Noſtra lib. Motiv. 67. fol. 539. §. Reſpondetur, & §. Siquidem legitimati.*

Non

Non relevante, quod legitimatio Principis Sæcularis
in rebus ſpiritualibus, & ſpiritualitati annexis, quale
eſt Juſpatronatus, prodeſſe non poſſit, quando agi-
tur de Jurepatronatus non hæreditario, ſed gentilitio,
ut declarando contrarias authoritates explicat Rot. poſt
De Luc. de Jurepatr. in Mantiſſ. dec. 17. num. 9. & plu-
ribus ſeqq. Duplici enim reſponſione ſublatum fuit
objectum præfatum. Prima quia cum Sereniſſimis Ma-
gnis Etruriæ Ducibus ob eorum inſignia merita erga
Sanctam Sedem Apoſtolicam, maxima ſint conceſſa à
Summis Pontificibus privilegia, quorum vigore plura
jura ſpiritualia exercent; Iſta reddunt legitimatos ab
25 eis capaces ſuccedendi, etiam ad Jurapatronatus fa-
miliaria, & gentilitia, ut de Sereniſſimis Magnis E-
truriæ Ducibus ad hunc præciſum effectum firmavit
Rota Noſtra d. lib. Motv. 67. fol. 139. §. Et ſane nunquam
fuit dubitatum.

Altera, cum Alexandra ſit legitima, & à Patre
legitimo deſcendat, capax eſt ſuccedendi in Jurepa-
26 tronatus, ut in ſubjecta materia Gonzalez. ad reg. 8. Can-
cell. gloſſ. 5. n. 115. Lotter. de Re Beneſic. lib. 2. quæſt. 48. n. 7.
& 8. Barboſ. de Epiſcop. part. 3. alleg. 65. num. 18. Luci-
dor. de Illegitt. cap. 10. num. 33. Piton. poſt diſceptat.
Eccleſiaſtic. in Parergon. n. 119. & ſeqq. Rota coram Eme-
rix Jun. dec. 867. n. 4. ubi alii adducuntur, præſer-
tim in Fundatione exarata per verba naturalia, reſpi-
cientia ſanguinem, & naturam, quæ pariſormiter de-
27 ſcendentes ex legitimis, & ex illegitimix comprehen-
dit, ut in puncto Garzia de Beneſic. part. 7. cap. 15. nu.
53. Gonzalez. ad regul. 8. dicta gloſſ. 5. num. 119. &
ſeqq. & nu. 121. Dominus, & olim Collega meus Piton.
poſt diſceptat. Eccleſiaſtic. in Parergon. nu. 121. Rot. apud
Spada conſ. 25. lib. 2. cor. Royas dec. 254. num. 5. & ſeq.
& num. 19. & ſeqq. Emerix Junior. dec. 867. num. 2.
in rec. dec. 241. num. 10. part. 16. dec. 313. num. 9. &
10. part. 17. & adductis hincinde Auctoritatibus, eas
conciliando diſtinguit dicta dec. 17. num. 12. & ſeqq. poſt
De Luc. de Jurepatronat. in Mantiſſa.

Eoque validius in præſenti hypotheſi, in qua quæ-
ſtio non vertitur in concurſu cum legitimis agnatis, ſed
cum DD. de Medicix omnino extraneis, quo caſu ma-
jus abſurdum reputandum eſt, quod Jurapatronatus
28 tranſeant ad omnino extraneos, quàm ad deſcendentes,
ex naturalibus, ut in individuo Juriſpatronatus firmant
Clericat. de Beneſic. diſcord. 61. num. 18. Dominus, & olim
Collega meus Piton. poſt diſceptat. Eccleſiaſtic. in Parergon. n.
112. & 121. Rot. in rec. dicta dec. 126. n. 3. 5. 7. part. 1.
& pluribus relatis poſt de Luc. de Jurepatronat. in Man-
tiſſa dec. 16. num. 11. in dicta Comen. Capellaniæ apud
Piton. diſceptat. Eccleſiaſtic. 53. num. 40. §. Et tertia, &
numer. 41. & coram Priolo §. Hæc autem, & coram
Kaunitz. §. Refragante, & in Bononien. Fidecom-
miſſi de Manzolis 14. Maji 1700. §. Nec obſtat. verſic.
non obſtantibus deductis per Garz. cor. Eminentiſſimo
Caprara.

Fortius inſpecta obſervantia, juxta quam idemmet
Bertoldus Filius naturalis obtinuit à Vicario Floren-
tino de anno 1590. per Sententiam in judicatum tran-
ſactam declarari poſt mortem Dominæ Liberæ de Guaz-
zalotris omnia Jurapatronatus in Bertoldum, & Ja-
cobum ejus Filium conſolidari debere; & ſucceſſivè
tam ipſe Bertoldus, quàm ex eo deſcendentes præ-
ferantur, tanquam agnati, ad hujuſmodi Jurapatrona-
tus, & ſunt actualiter in quaſi poſſeſſione præſentandi,
ſcientibus, & patientibus DD. de Medicis. Rurſus à
laudo anni 1641. declaratum fuit controverti non poſ-
ſe legitimam deſcendentiam Bertoldi, & dicti laodi vi-
gore Guazzalotri admiſſi fuerunt ad præſentandum in
occurrentibus vacationibus. Prout Jurapatronatus, de
quibus agitur, ſpectare ad Alexandram Guazzalotriam,
iterum declaratum fuit de anno 1695. per geminas Sen-
tentias. Hæc autem obſervantia pro naturalium ad-
miſſione, facta etiam ab ipſis DD. de Medicis, reddit
incontrovertibilem capacitatem DD. de Guazzalotris in
Jurepatronatus, de quo agitur, & omnem prætenſio-
29 nem ſpurietatis excludit, Dominus olim Collega meus
Piton. Parergon. poſt diſceptat. Eccleſiaſtic. n. 121. Rota in
dicta Comen. Capellaniæ apud eundem Piton. poſt dicta di-
ſcept. 53. n. 41. verſic. in quam Sententiam, & nu. 42. coram
Priolo §. In Cauſa autem, & in confirmatoria, coram Kau-
nitz. §. minus repugnat.

Non obſtante, quod laudum prædictum non afficiat
DD. de Medicis; quia ad effectum inducendi obſer- 30
vantiam, & adminiculandi, admittuntur etiam actus
imperfecti, & qui exceptiones pa iuntur, ut per Card.
de Luc. de Jurepatr. diſc. 22. num. 8. cum aliis in Piſana
Juriſpatronatus 26. Junii 1709. §. ult. cor. Eminentiſſ.
Priolo, impreſſa apud D. meum Piton. de contro. Patron.
allegat. 10. tom. 1.

Poſita autem pertinentia Juriſpatronatus ad Mona-
ſterium S. Matthæi, ex perſona Alexandræ Guazza-
lotræ Monialis, obeſſe DD. viſum non fuit, quod hoc
ad ſummum verificari poſſet pro medietate, pro alia
verò portione ſpectante ad Guazzalotrios de Neapo-
li tranſiverit ad DD. de Medicis, ab illis cauſam
habentes: Quia cum Iuſpatronatus, de quo agitur,
nec à principio probetur diviſum in plures ſtirpes;
vel lineas pro æqualibus vocibus, vel ratis, nec id
demonſtretur ex ſubſecuta obſervantia; ſequitur quod, 31
defecta linea Guazzalotrorum de Neapoli, Iuſpatro-
natus familiare pro hac rata non fuerit effectum hæ-
reditarium, & ob id non tranſiverit in DD. Medi-
cis, ſed conſolidatum fuerit in altera linea ſuperſti-
te, ut egregie diſtinguit Tondut. Quæſt. Beneſic. part. 3.
cap. 157. numer. 37. cum duab. ſeqq. Calderon. Reſo-
lut. 47. num. 23. & ſeqq. De Luc. de Jurepatron. diſc.
35. num. 10. Rota coram Bich. dec. 206. numer. 4. &
in Nolana Beneficii 1. Aprilis 1686. §. Nullam, coram
Rondinino, aliaque Auctoritates mox citandæ §. Non ob-
ſtantibus. Cum enim tali caſu Iuſpatronatus retineat
regulariter ſuam naturam individuam, hæc operatur,
ut in eo habeat locum Ius accreſcendi, ſeu non de- 32
creſcendi Bellon. de Jure accreſcend. cap. 6. quæſt. 48.
num. 3. & ſeqq. De Luc. de Jurepatronat. diſcorſ. 31.
num. 3. & diſc. 42. num. 7. de Feudis diſcorſ. 8. nu.
16. Deciſion Lucana apud Palm. Nepot. allegat. 167. n.
31. Rot. poſt Vrvian. de Jurepatronat. dec. 76. num. 2.
deciſ. 78. num. 1. & in recent. dec. 539. numer. 22.
dec. 589. numer. 3. & dec. 662. num. 7. part. 19.
& magis in ſpecie, quod per deficientiam unius li-
neæ non poſſit in extraneos transferri in præjudicium 33
illorum de agnatione, quibus per jus accreſcendi, ſeu
non decreſcendi acquiri deber De Luc. de Jurepatronat.
diſc. 33. num. 3. & 4. & diſc. 35. n. 10. alter de Luc.
de linea legal. art. 23. num. 14. Clericat. de Beneſ. di-
ſcordia 12. num. 8. Tondut. Reſol. Beneſ. 157. num. 39.
Epiſcopus Rocca diſput. 193. n. 11. 12. & 13. ubi plu-
rimi concordantes, Piton. diſceptat. 39. ſub numer. 3.
Fattinell. reſponſ. 110. ſub num. 54. & 55. Rot. in rec.
dec. 217. n. 18. part. 6. dec. 220. n. 14. & dec. 254. n.
12. part. 11. & dec. 630. n. 23. part. 19.

Aliàs ſi per extinctionem unius lineæ, ſuperexiſten-
tibus illis de alia linea, & agnatione, Iuſpatronatus
non ad iſtos, ſed ad hæredes ultimos de dicta linea
tranſire deberet, illud eſſet pro parte hæreditarium, 34
& pro parte gentilitium, quod admitti non poteſt,
ut proſequitur Tondut. reſolut. 157. ſub num. 37. De Luc.
de Linea Legal. art. 23. n. 14. Rota coram Bich. d. dec. 206. nu.
6. & in alia Cauſa Florentina dec. 336. n. 4. part. 5. rec. & in
Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Nec refert, co-
ram Reverendiſſ. Kaunitz.

Non obſtantibus contrariis auctoritatibus Rot. coram
Merlin. dec. 798. num. 2. & ſeqq. & in rec. dec. 667. n. 10.
11. & 12. part. 18. quia illæ procedunt, quando Iuſ-
patronatus habuit originem à duobus patronis, duas
lineas conſtituentibus, tunc enim cum ſtante diviſio-
ne in duas voces, ſeu lineas, videantur quodammodo
conſtitui duo ſeparati Iuſpatronatus, non implicat,
quod in ſingulis vocibus diverſam qualitatem aſſu-
mant, & per extinctionem maſculorum unius lineæ
evadat hæreditarium; ſecùs verò quando Iuſpatrona- 35
tus ſpectat à principio ad unicam perſonam tantùm,
vel etiam ad plures, unicum corpus conſtituentes,
Nam tunc quamvis in progreſſu exercitium juris præ-
ſentandi dividatur in duas lineas, ſeu colunnellos; ni-
hilominus, defectis maſculis unius lineæ, Ius præſen-
tandi non fit hæreditarium, ſed devolvitur ad maſcu-
los alterius lineæ, ut conciliando contrarias auctori-
tates explicat Tondut. d. Quæſt. Beneſic. 157. nu. 39. Do-
minus, & olim Collega meus Piton. diſcept. 26. nu. 17. &
diſcept. 39. n. 3. Calderon. dict. reſol. 47. nu. 30. & ſeqq. De
Luc. de Jurepatr. diſc. 35. num. 10. & diſc. 60. nu. 28. in

fire, & num. 29. Rot. coram Benincaſ. dec. 90. num. 16.
& in rec. citat. dec. 667. n. 13. & 14. part. 18. & in dicta
Nolana Beneficii 1. Aprilis 1686. §. Nullam cor. bon. m.
Rondinino, & in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707.
§. Nec refert, coram R. P. D. meo Kaunitz.

Quod autem Juſpatronatus, de quo agitur, non fue-
rit diviſum, conſtat, tam ex qualitate Jurispatronatus
gentilitii, in quo præſumptio ſtat pro individuitate,
36 cujus ratione tota Familia reputatur, tanquam unum
corpus, ſeu univerſitas, æque conſtituenda ab omni-
bus ejus membris, & partibus De Luc. de Feud. diſc.
8. n. 16. de Jurepatronat. d. dec. 37. num. 10. egregiè dec.
54. n. 5. & 7. & in Summa num. 38. Bellon. de Jure ac-
creſcend. d. quæſt. 48. ſub num. 4. & 11. Epiſcopus Rocca
diſp. 139. n. 13. Fattinell. reſponſ. 110. ſub num. 54. Deci-
ſion. Lucana apud Palm. Nepot. dicta alleg. 167. num. 31. Ro-
ta in alia Cauſa Florentina dec. 217. num. 17. p. 6. & dec.
539. numer. 20. part. 19. rec. & poſt De Luc. de Jurepa-
tronat. in Mantiſſ. dec. 15. num. 8. Itaque individuitas in-
ſervit pro conjectura, ſeu adminiculo, quod univer-
ſa Familia conſiderata fuerit tanquam unum corpus,
37 abſque formali diſcretione linearum, & portionum,
niſi ad ſolum effectum diviſionis exercitii, quoties
non conſtat de vera diſtinctione, & ſeparatione linea-
rum, & portionum De Luca de Jurepatronat. diſc. 35.
num. 10. in fin. §. Individuitas, & dicto diſcurſ. 54. nu.
7. alter De Luc. de Linea Legal. art. 23. num. 14. verſ. in-
dividuitas.

Quàm ex Sententia reintegratoria anni 1641. in
qua dicitur, illud ſpectare ad Nobiles de Guazzalo-
38 tris; quod deſignat Juſpatronatus ſpectare ad omnes
in ſolle, & in capita, & per modum Collegii, Vivian.
de Jurepatronat. lib. 4. cap. 2. num. 28. & ſeqq. De Luca
de Jurepatronat. diſc. 61. num. 14. & 20. Calderon d. re-
ſol. 47. n. 34. Anſald. ad dec. 58. num. 31. & 32. & dec.
52. a n. 28.

Nec ad hunc effectum ſat eſt probare diviſionem
materialem linearum, ex poſt facto ſecutam, ſed ne-
ceſſe eſt, quod à principio fuerit facta diviſio formalis
in plures lineas, vel quod ea obſervantia deducatur,
quamlibet ex pluribus lineis diſtinctè, & de per ſe, pro
ſuis ratis, & portionibus ſemper præſentaſſe; Cæterum
ſi talis obſervantia deficiat, ut evenit in caſu noſtro,
in quo utraque Familia Guazzalotria, Neapolitana,
& Pratenſis ſemper præſentavit in totum, & una ad
39 excluſionem alterius, & primus ſtipes eſt unicus, vel
conſideratus tanquam unum Corpus, & per modum
Collegii, excluſa remanſit neceſſaria diviſio, etiamſi
linea poſtea efformet plures Ramos, & Columnellos,
ut in ſpecie proſequitur De Luca de Jurepatronat. diſc.
33. num. 4.

Quinimmò in præſenti, nedum deficit obſervantia
inductiva diviſionis, ſed illa probatur in contrarium,
nam facta donatione Juriumpatronatus Familiæ Guaz-
zalotriæ ab Andrea de eadem Familia, uſque de anno
1480. Mariano Vernato, & à D. Libera, tanquam
ultima de Familia, Franciſco Spighio, uterque dona-
tarius fuit de anno 1590. exclusus, & declaratum, non
potuiſſe dicta Jurapatronatus in eos transferri, in præju-
dicium aliorum de Familia, ſolumque fuit admiſſa di-
cta Libera, ejus vita naturali durante, tanquam a-
gnata; qua Sententia cum uſi ſunt Guazzalotrii de
Neapoli, à quibus jus ſuum deſumunt DD. de Medicis,
40 non poteſt ab iſtis amplius impugnari, Epiſcop. Rocc.
diſputat. 10. n. 22. Gobius conſult. 121. num. 31. & 46. Pe-
regrin. de Fideicom. artic. 53. num. 33. & ſeqq. & conſil.
19. num. 17. & conſ. 44. num. 18. lib. 4. Fuſar. de Subſti-
tut. quæſt. 502. n. 2. & 3. Rot. Noſtra apud Saminiat. con-
trov. 132. n. 25. 28. & ſeqq. ubi aliæ ejuſdem Tribuna-
lis Deciſiones referuntur, & in Florentina Fideicommiſſi
Salvii de Borgherinis 25. Auguſti 1753. §. final. cor. D.
meo Auditore Piccinini Rot. Rom. cor. Gregor. dec. 556.
num. 4.

Ejuſdem irrelevantiæ detecta fuit Tranſactio anni
1671. inita inter D. Marchionem Raphaelem junio-
rem de Medicis, & Matthæum de Guazzalotris, in
qua, cum per deficientiam unius lineæ, fuerit con-
venta ſucceſſio in hoc Jurepatronatus, ad favorem li-
neæ ſuperſtitis, extincta per mortem Matthæi, Ber-
toldi, & Joannis Franciſci, linea Guazzalotrorum
de Prato; jus præſentandi conſolidatum fuerit in DD.
de Medicis. Siquidem, cum in tranſactione præfata
non intervenerit Joannes Franciſcus, à quo cauſam
habet Monaſterium Monialium S. Matthæi, nec il-
lam ratificaverit, tanquam res inter alias acta, Mona- 41
ſterium afficere, eique præjudicare non poteſt, toto tit.
C. inter alios acta, Rota Noſtra apud Magon. dec. 27. in
fine, & apud Venturin. dec. 21. num. 9. & poſt Girond.
de Gabell. deciſ. 7. num. 14. Rot. Rom. in rec. dec. 557. n.
5. part. 19.

In Jurepatronatus quippe gentilitio, ſeu familiari,
tranſactio, etiamſi facta fuerit ab Anteceſſore, non 42
præjudicat, nec nocet Succeſſoribus, ex propria per-
ſona venientibus, ut in ſpecie Ciarlin. controv. 107. nu.
82. Vivian. de Jurepatronat. lib. 4. cap. 9. numer. 8. Palm.
Nep. alleg. 159. num. 40. de Luc. de Jurepatr. diſc. 60. n.
24. Urceol. de Tranſact. quæſt. 27. num. 11. Rot. coram Pe-
nia dec. 448. num. 7. cum de Jurepatronatus gentilitio in
præjudicium vocatorum diſponi non poſſit Palm. Nep.
allegat. 159. num. 18. & ſeqq. allegat. 160. numer. 31. &
allegat. 167. num. 38. & ſeqq. Piton. diſcep. 53. nu. 13. &
19. ibique Rota num. 24. cor. Merlin. dec. 563. n. 7. Prio-
lo dec. 46. num. 22. in recent. dec. 630. num. 23. part. 19.
& poſt De Luc. de Jurepatronat. in Mantiſſa dec. 8. in 2. n.
3. & in puncto hujus Jurispatronatus Rot. Noſtra dicto
lib. Motiv. 67. fol. 134. §. Quibus ita ſublatis, edito 9. Ja-
nuarii 1589.

Nec ſubſiſtit, quod attenta præſentatione de anno
1672. ad Plebem de Ajolo per D. Marchionem Ra-
phaelem de Medicis, vigore, dictæ tranſactionis, &
acquieſcientia Joannis Franciſci inſtitutioni præſentati,
inducta cenſeatur tranſactionis ratificatio. Siquidem ad
inducendam tacitam ratificationem actus præjudicialis,
requiritur ſcientia facti, & juris ſpecifica, clara, & 43
indubitata, vigore cujus contrahens potuiſſet actum
impugnare Gobriel. concluſ. 36. ſub num. 59. & 60. lib. 5.
Gratian. diſceptat. 429. num. 22. & 29. Carena reſolut. 79.
num. 10. & 11. Actolin. reſolut. 33. num. 18. & ſeqq. Gob.
conſultat. 31. num. 15. & 23. Epiſcop. Rocc. diſputat. 152.
n. 8. Conſtant. ad Statut. Urbis annot. 44. nu. 532. & ſeqq.
D. meus Auditor Bonfin. ad Bannumenta General. Supplet
ad capit. 77. numer. 87. ubi plures alios citat Rota Lu-
cen. apud Palm. Nep. dicta dec. 308. num. 10. & 11. Ro-
ta noſtra apud Venturin. dec. 46. numer. 79. & 80 apud
Urceol. dec. 10. num. 7. & apud Manſ. conſult. 440. & in
Florentina Fideicommiſſi de Capponibus 31. Januarii 1750.
§. Reſpectu, coram D. Aud. Bonfinio, idem Urceol. de
tranſact. quæſt. 100. num. 30. Rot. Rom. poſt eum dec. 45.
num. 8. & ſeqq. dec. 48. num. 8. & deciſ. 49. num. 9. &
10. & dec. 111. n. 3. cor. Ludoviſ. dec. 208. num. 4. ibi-
que Adden. num. 8. & 9. & in rec. dec. 208. n. 9. & dec.
533. n. 12. in fine part. 1. dec. 130. num. 21. part. 16. &
dec. 306. nu. 28. p. 18. & poſt Conſtant. ad Statut. Urbis
dec. 65. num. 20. poſt De Luc. de Dote dec. 44. numer. 5.
dec. 46. n. 6. & 7. & dec. 47. n. 8.

Adeout non ſufficiat ſcientia generica, & implicita 44
Cyriac. controv. 289. num. 36. & 37. Pacion. alleg. 89. n. 6.
Conſtant. ubi ſupra n. 534. & ſeqq. & num. 537. Urceol.
de Tranſact. dicta quæſt. 109. ſub num. 30. Rota poſt eum
dicta dec. 49. num. 19. & in rec. dec. 95. num. 4. part. 1.
& dec. 632. num. 4. part. 4. & poſt De Luc. de Dote dec.
43. num. 4. nec ſcientia præſumpta Cyriac. dicta controv.
289. num. 39. Actolin. reſolut. 100. num. 45. Gob. dicta con-
ſult. 31. num. 26. Pacion. allegat. 200. num. 57. Torr. va-
riar. tom. 3. tit. 13. definit. 24. num. 26. & dicta annotat. 44.
num. 536. Rota noſtra apud Venturin. dicta dec. 46. num.
80. & apud. Manſ. conſult. 440. ſub num. 9. Adden. ad Bu-
rat. deciſ. 410. ſub num. 15. Rota coram Ottobon. dec. 204.
num. 6. & 7. Merlin. dec. 384. num. 5. in recent. dec. 98.
n. 8. part. 1. dec. 172. n. 7. & 8. part. 5. dec. 48. n. 16. p.
8. dec. 139. n. 15. p. 15. dec. 130. nu. 22. & 23. p. 56. &
dec. 422. n. 19. p. 19.

Undè cum Joannes Franciſcus credere potuerit per
extinctionem lineæ Guazzalotrorum Neapolis, Juſpa-
tronatus evaſiſſe hæreditarium in ultimo ex dicta linea,
& tranſire potuiſſe in hæredes illius, etiam extraneos,
& donatarios familiæ de Neapoli; ejus taciturnitas
tribuenda eſt potius ignorantiæ ſui juris, & credulita- 45
ti, quàm ratificationi tranſactionis, ſibi maximè præ-
judicialis; Quando enim actus ex alia cauſa fieri poteſt,
ſemper excluditur ratificatio, ad quam inducendam,
actus debent eſſe univoci, & tales, qui ad aliud

non

non ſint referibiles *Palm. Nep.alleg. 59. numer. 3. Rocca dicta diſputat. 152. n. 10. Gob. citat. conſult. 31. num. 32. & ſeqq. Manſ. dicta conſult. 386. num. 19. & ſeqq. tom. 5. conſult. 9. num. 25. & conſult. 85. num. 10. tom. 10. & conſult. 6. num. 57. & ſeqq. tom. 11. Conſtant. ad Statut. Urb. annotat. 44. num. 535. Tartaglia de reſervat. Statut. artic. 41. num. 26. D. Auditor. Bonſinius ad Bannimenta General. Supplet. ad d. cap. 77. n. 89. Surd. dec. 267. n. 5. & ſeqq. Rota coram Ottobon. dec. 16. nu. 14. Coccin. dec. 1536. nu. 10. Dunozet. Jun. dec. 879. num. 11. poſt De Luc. de Donation. deciſ. 38. num. 22.* ubi innumeri concordantes, *& de Credito in Mantiſſa dec. 51. num. 7. in rec. deciſ. 300. num. 34. & 35. part. 11. dec. 479. num. 15. & 16. part. 13. & deciſ. 267. numer. 9. & ſeqq. part. 18.*

Cujus generis non eſt productio tranſactionis, facta in Judicio, in quo fuit inſtitutus Præſentatus à D. Marchione Raphaele. Quoniam ultra quod de tali productione non docetur, & enunciativa facta in ſententia,
46 *Viſa Inſtrumento Tranſactionis*, quæ ubi alia plura non concurrant adminicula, non probat, in ſpecie *Cephal. conſ. 265. num. 16. Gratian. diſcept. 310. num. 89. Marcheſan. de Commiſſion. part. 3. tit. 4. §. 3. num. 146. Pax Jordan. Elucubrat. diverſ. tom. 3. lib. 14. tit. 25. num. 253.* ubi multipliciter limitat. *Genua de Enunciat. lib. 2. quæſt. 9. num. 2.* ubi plures citat. *Moſcard. de Probat. concluſ. 35. num. 2. & ſeqq. Rot. noſtra apud Urceol. dec. 47. num. 36. Rot. Rom. coram Buratto dec. 217. num. 7. Royas dec. 99. num. 13. Coccia. dec. 1455. n. 4. in rec. dec. 235. num. 4. part. 2.* non obſtante contraria *Deciſione Rotæ noſtræ in Florentian Fideicommiſſi de Capponibus ſuper reſcripto, & obſervantia 12. Septembris 1713. §. Quo verò fol. 48. cor. Me*, quia ibi plura adminicula concurrebant, realitatem productionis denotantia.

Cum plura alia tunc temporis fuerint producta Jura, & documenta, ex quibus, vel Judex moveri, vel Joannes Franciſcus id credere potuerit, hoc ſufficit
47 ad excludendam ratificationem ſibi præjudicialem; Cum actus æquivoci, & ad plures caſus referibiles ſint illius deſtructivi. *D. Meus Auditor Bonſinius ad Bannimenta General. Supplet. ad cap. 77. numer. 89. Manſ. dicta conſult. 6. num. 58. tom. 12. Rota noſtra apud eandem alleg. conſult. 440. ſub num. 9. tom. 5. & apud Torr. Variar. tom. 2. Miſcellan. part. 1. tit. 12. dec. 26. n. 39. Rot. Rom. coram Emerix Jun. dec. 565. n. 3.*

Maximè, quia Joannes Franciſcus productioni præfatæ expreſsè contradixit, præſentando, & proteſtando in actis, ſe eſſe unicum, & indubitatum Patronum; Quo caſu cum ab explicita impugnatione ſublata remaneat voluntas, & animus approbandi præſentatio-
48 nem D. Marchionis Medices; ex ſubſecuta taciturnitate, nunquam induci potuit tacita ratificatio actus expreſsè impugnati *Bartol. in leg. Procurator. la 2. §. 5. ff. rem rat. habere Butr. conſ. 128. num. 8. Gratian. diſcept. 151. num. 9. & 10. & dec. Marchiæ 205. in Add. n. 3. Senatus Mantuanus apud Curd. dec. 262. ſub n. 9. & dec. 267. n. 5. ibique Hodier. n. 2. Rota noſtra apud Torr. Variar. tom. 2. miſcellan. part. 1. tit. 12. deciſ. 26. num. 37. & 38. fol. 688. Rot. Rom. poſt De Luc. de Credit. in mantiſſa dec. 51. ſub num. 7.*

Unde promanat, quod recipiendo pecuniam non
49 videtur quis approbare contractum, quem expreſsè impugnaverat. *Bart. in dicta leg. Procurator. §. 1. part. oppoſit. ff. rem. rat. habere Natta conſ. 101. num. 12. Gratian. dicta dec. march. 205. in Addit. num. 3. Surd. dicta dec. 262. num. 10. & dec. 267. num. 3.* producens Scripturam, vel Sententiam poſt impugnationem, vel appellatio-
50 nem, ex hoc illam tacitè approbare non cenſetur *Cravett. conſ. 175. n. 7. verſ. ſecundo reſpondeo, Gratian. diſcep. 279. num. 25. & 27. Graſſ. de Except. except. 14. n. 89. & ſeqq. Surd. dec. 267. num. 3. & 4. Hodier. ad eundem dicta dec. 267. num. 1. Gratian. dicta dec. marchiæ 205. in Addit. num. 3. in fine Rot. diverſ. dec. 104. num. 11. part. 2.*

Sic etiam præcedens Contradictio efficit, ut poſterior actus exactionis fructuum non importet de neceſſitate approbationem *De Luc. de Feud. diſc. 24. n. 9.* &
51 tacita relocatio inducta per Statutum ob non factam diſdictam in fine anni, non habet locum, quando
52 locator prius egerat contra Conductorem, ut eum expelleret, quia conjecturata mens Locatoris ceſſat, ubi conſtat de expreſſa *Alciat. de Præſumpt. reg. 2. præſumpt. 17. n. 7. Maſcard. de Probat. concluſ. 990. num. 28. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 85. n. 42. verſic. contrarium mantic. de tacit. lib. 5. tit. 15. num. 20. Pacion. de Locat. cap. 64. n. 88. & ſeqq. Surd. citat. dec. 267. n. 4. Grzzarel. dec. 68. per tot. Rot. in recent. deciſ. 495. numer. 8. & ſeqq. part. 5.*

Fortius, quia verſamur in materia ſummopere præjudiciali, in qua ſola patientia, & acquieſcentia
non inducit ratificationem, niſi etiam aliquis actus po- 53
ſitivus concurrat, ex quo conſenſus, & approbatio deducatur, juxta Theoricam *Bartoli in l. quo enim 12. ff. Rem rat. habere*, quam conſtanter ſequuntur *Dec. conſ. 98. n. 3. Gabriel. conſil. 36. n. 62. lib. 1. Venturin. conſ. 6. num. 34. & 35. lib. 1.* latè *manſ. conſultat. 386. num. 11. Rota Januen. de mercat. dec. 14. ſub num. 74. & 75. 80. & ſeqq. Torr. Variar. tom. 2. tit. 11. quæſt. 1. nu. 15. & ſeqq. fol. 337. Rota noſtra apud eundem dicto tom. 2. miſc. part. 1. tit. 12. dec. 26. n. 39. fol. 688.*

Et in omnem caſum, cum in particula tranſactionis producta, non legeretur pactum, quod Familia ſuperſtes evadere deberet patrona in totum Plebis S. Petri de Ajolo, ſed illa contineret ſolum alternativam præſentationem, conventam in caſu exiſtentiæ, & durationis utriuſque lineæ contrahentis; quatenus etiam dici poſſet inducta ratificatio tranſactionis; hæc ad ſummum intelligenda eſſet reſpectu alternativæ in actis productæ; non verò reſpectu conſolidationis Juriſpatronatus in linea ſuperexiſtente, conventæ in caſu de-
ficientiæ alterius ex dictis lineis; ratificatio enim, 54
quæ ex facto inducitur reſtringitur ad limites ipſius facti *Rimінald. Jun. conſil. 662. n. 45. Beniel. conſil. 70. n. 23. Cyriac. controv. 204. nu. 21. Gob. conſult. 31. nu. 34. Canc. de Cenſib. q. 66. n. 62. & ſeqq. Rota noſtra apud Venturin. dicta dec. 46. n. 80. in fin.*

Quibus ita conſtitutis, retrahere DD. ab hac Sententia non potuerunt plura, quæ pro parte DD. de Medicis adducebantur contra qualitatem gentilitiam Juriſpatronatus, unicitatem linearum, contra inefficaciam Tranſactionis, aliaque deducta ab ipſorum Defenſoribus; Quia cum iſta longa egerent diſputatione, & altiorem indaginem requirerent pro illorum adæquato examine, reſervata fuerunt jura talia qualia, D. Marchioniſſæ de Medicis competentia, experienda in Judicio petito-
rio, & ordinario. Judicium enim executionis Lite- 55
rarum Apoſtolicarum, prout eſt iſtud de quo agitur, non admittit exceptiones, quæ incontinenti probatæ non ſint *Rot. cor. Duran. dec. 230. num. 12. Celſ. dec. 282. n. 21. Ottobon. dec. 154. n. 6. & 7. Priol. dec. 377. n. 6. Anſald. dec. 4. n. 23. Beninenſ. dec. 237. n. 8. & in rec. dec. 389. n. 25. part. 9. & dec. 204. n. 20. part. 18.*

Et ita utraque &c.

Jo: Bonaventura Neri Badia Rotæ Auditor.

Jacobus de Comitibus Suæ Celſitudinis Regiæ Auditor, & Cauſæ Relator.

Hieronymus Vieri S. C. R. Auditor.

R. P. D. ALTHANN.

Caſertana Beneficii.

Lunæ 15. Junii 1716.

ARGUMENTUM.

In Jurepatronatus Familiari, ſeu Gentilitio, an, & quando admittantur fœminæ agnatæ. An etiam deſcendentes ab eis. In defectum fundationis quando procedat præſumptio Juris pro qualitate hæreditaria. Ad evertendum ultimum ſtatum, quæ probationes exigantur Hujuſmodi Juſpatronatus familiare an, & quando, deficiente una Linea, fieri poſſit hæreditarium.

SUMMARIUM.

1 *Inſtitutio debetur Præſentato à perſona, juxta ultimum ſtatum in quaſi poſſeſſione præſentandi exiſtente.*
2 *Habens plures voces præfertur pauciores habenti.*
3 *Limita in Judicio Inſtitutionis, quoad eos, qui in ultimo ſtatu non præſentarunt.*

4 *In Jurepatronatus familiari, in defectum Maſculorum, admittuntur etiam fœminæ agnatæ, deſcendentes ex Maſculis; non tamen deſcendentes ex iiſdem fœminis.*

5 *Quibus propterea non ſuffragatur illarum quaſi poſſeſſio præſentandi.*

6 *Præſertim in præjudicium fœminarum ſuperſtitum de Familia, & de facto poſſidentium.*

7 *Juſpatronatus, quoties de fundatione non conſtat, præſumitur potiùs hæreditarium, quàm familiare.*

8 *In Judicio tamen Inſtitutionis non operatur hæc præſumptio, ſi præſentationes appareant factæ cum qualitate familiari.*

9 *Dictio — ut — eſt qualificativa perſonæ.*

10 *Fœminis agnatis, quæ in quaſi poſſeſſione præſentandi reperiuntur cum qualitate familiari, concedenda eſt manutentio, rejecta ad petitorium prætenſa in oppoſitum qualitate hæreditaria.*

11 *Ultimus ſtatus attenditur non ſolùm ad firmandam poſſeſſionem, ſed etiam ad arguendam Juſpatronatus naturam, pro coloranda eadem poſſeſſione.*

12 *Prædictus ultimus ſtatus validior fit per Sententiam, ſuper illius qualitate antecedenter emanatam, & in judicatum tranſactam.*

13 *Præſentatio cum certa qualitate acceptata, & in Judicio producta, non poteſt amplius impugnari,* & num. 37.

14 *Maximè ſi canonizata fuerit per Sententiam, quæ in rem judicatam tranſitum fecerit, niſi priùs obtenta adverſus illam in integrum reſtitutione.*

15 *Confeſſiones ſuper qualitate Juriſpatronatus contra Confitentes, & habentes cauſam ab eis plenè probant.*

16 *Præſentationes, quæ remanſerunt ineffectuatæ, non ſunt attendendæ, ſed illæ, quæ effectum ſortitæ ſunt.*

17 *Ex præſentationibus, factis in ultimo ſtatu, cum expreſſione qualitatis familiaris acquiritur quaſi poſſeſſio, ad excluſionem qualitatis hæreditariæ, & ſecundum hunc ſtatum procedendum eſt in Judicio poſſeſſorio, remiſſa ad petitorium ulteriori indagine.*

18 *Contra ultimum ſtatum, quæ requirantur probationis genera.*

19 *Juſpatronatus pervetuſtum, de cujus initio, & fundatione non conſtat, præſumendum eſt potius gentilitium, & familiare, quàm hæreditarium.*

20 *Ex obſervantia dignoſci ſolet hujuſmodi Juriſpatronatus qualitas, cum talis præſumatur fundatio, qualem ſubſecuta obſervantia demonſtrat.*

21 *Si per antiquiſſimum temporis ſpatium extranei nunquam admiſſi fuerint ad præſentandum, fortis oritur conjectura pro arguenda qualitate familiari, & quare.*

22 *Item ſi præſentaverint fœminæ agnatæ, & poſt earum mortem in ſubſequentibus vacationibus, non oſtendatur admiſſos fuiſſe ad præſentandum earum Filios, & deſcendentes.*

23 *Maximè quando præſentationes expletæ fuerunt ab illis de Familia jure proprio, & cum qualitate filiationis; nec per quotas, & ratas, ſed ſimpliciter, & in capita.*

24 *Qualitatem familiarem probant etiam expreſſiones, in Literis Inſtitutionis ab Ordinario emiſſæ.*

25 *Ita pariter aſſertivæ Epiſcoporum in Viſitationibus, cum ipſi præſumantur benè informati de ſtatu, & qualitate Beneficiorum propriæ Diœceſis.*

26 *Teſtium depoſitio ſuper qualitate Juriſpatronatus, per ſententiam deinde comprobata, plenam conſtituit probationem.*

28 *Conſtito ex pluribus facti circumſtantiis de qualitate familiari, expreſſio, aliquando facta qualitatis hæreditariæ, intelligitur de qualitate hæreditaria ſanguinis, non autem Bonorum.*

29 *Vel ad ſummum intelligi valet de qualitate hæreditaria, annexa illis tantum de Familia, ita ut exinde reſultet Juſpatronatus mixtum, quod ejuſdem naturæ eſt, ac ipſum familiare, ut ad extraneos tranſire nequeat.*

30 *Juſpatronatus familiare durare poteſt in una Linea, ubi ſuperſunt Agnati; in altera verò, ubi Agnati defecerunt, fieri valet hæreditarium.*

31 *Declara, quando reperitur, Agnatos præſentaſſe per quotam; ſecus autem ubi omnes ſimul ſemper præſentarunt, ut uti agnati de Familia, & componentes Familiam.*

32 *Exceptiones contra ultimum ſtatum, altiorem indaginem requirentes, ad Judicium proprietatis rejiciuntur.*

D E C I S I O LV.

GEminis non attentis Sententiis, altera nimirum proprii Ordinarii, poſtrema verò noſtri Sacr. Tribunalis, prævia *Deciſione ſub die 27. Martii 1715. cor. Eminentiſs. Scotto*, tunc ibi meritò jus dicente, emanata, quibus hilari animo nitebatur Angelus de Letitia præſentatus ad ſimplex Beneficium, ſeu Capellaniam S. Mariæ Magdalenæ, in Eccleſia Oppidi Martaniſii exiſtentem, veluti ſibi propitiis in pronunciata ſui inſtitutione, ad excluſionem Joſephi Farri alterius compræſentati, curavit iſte cauſam ulterioris appellationis mihi committi, atque ad illius etiam tramites in hodierna audientia proponi conſuetum dubium, ſed non diſſimili fato audivit reſponſum — *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam.*

Ita quidem apertè præſcribente non minus validitate hactenus non oppugnata inter Partes, quam juſtitia, quibus fulciebatur eadem Rotalis Sententia pro inſtitutione ejuſdem Angeli, tanquam præſentati ab Antonia, & Magdalena fœminis Agnatis, utriſque unicè ſuperſtitibus de Familia Morroni, quæ reperitur in quaſi poſſeſſione præſentandi; & cum effectu uti tales præſentarunt in ultimo ſtatu anni 1679. ac inſtitutionem obtinuerunt in perſonam Andreæ de Letitia earum præſentati, atque ultimi Capellani, per cujus obitum contingit vacatio ejuſdem Beneficii, cum in hujuſmodi poſſeſſorio Judicio illa ſit inſtituendus, qui præſentatus oſtenditur per perſonam, juxta ultimum ſtatum in quaſi poſſeſſione præſentandi exiſtentem, ut ſunt *Text.* 1
aperti *in cap. querelam 24. de elect. cap. Eccleſia Sutrina §. Nos igitur de cauſa poſſeſſ. & propriet. & præcipue in cap. Conſultationibus, de Jurepatronat.* & ultra adductos *in deciſ. hujus Cauſæ §. Docuit, coram Eminentiſs. Scotto* continuo reſpondit *eadem Rot. in dec. 82. num. 2. part. 19. in Novarien. Beneficiorum 26. Novembris 1703. §. Fundamentum, cor. Eminentiſſimo Scotto, in Comen. Archipreſbyteratus 1715. §. Contra, coram R. P. D. meo Falconerio, in Mediolanen. Beneficii 7. Junii 1715. §. Militat, coram R. P. D. meo Criſpo in Faventina Parochialis 6. Maji 1715. §. Alter enim, cor. R. P. D. meo Lancetta in Piſtorien. Beneficii 27. Maji 1716. §. Cum enim, coram R. P. D. meo Cerro*,

Quin in contrarium urgere valeat, quod Joſephus, tanquam præſentatus à majori parte Patronorum, exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſeu deſcendentium ab aliis, qui in antecedenti vacatione præſentarunt, eſſet inſtituendus ad excluſionem Angeli duas 2
tantùm voces ad ſui favorem numerantis, juxta diſpoſitionem *Text. in cap. quoniam 3. de Jurepatronat. ibique Fagnan. num. 1. & Rota in Faventina Ben. [illegible] 3. Julii 1702. §. Pluralitas, cor. Reverendiſs. Molines Decano, & in Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1703. §. final. cor. eod.* Etenim licet Joſeph plures adduxerit præſentationes, verumtamen illæ, ſingillatim perpenſæ, inefficaces protinus detegebantur ad impediendam decretam inſtitutionem, quia ſi agitur de præſentationibus reportatis ab illis de Stellatis, de Farro, & aliis aſſertis Patronis; & iſtæ in nulla conſideratione haberi poterant ex eo, quod nec ipſi, nec eorum auctores præſentarunt in dicto ultimo ſtatu, quando aliàs in hoc judicio inſtitutionis non proprietas, ſed poſſeſſio unicè attenditur, adeo ut ad hunc effectum illi tantùm di- 3
cantur Patroni, qui in ultima quaſi poſſeſſione præſentandi reperiuntur, per *Text. in cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & proprietat. cap. Conſultationibus, de Jurepatronat.* & ultra adductos *in deciſ. hujus cauſæ §. Indebita, coram Eminentiſs. Scotto* in præciſis terminis dictum fuit *in Mediolanen. Juriſpatronatus ſuper manutentione 15. Junii 1703. §. final. coram eodem in Comen. Juriſpatronatus 15. Martii §. final. & in Placentina Parochialis 22. Martii ejuſdem anni §. Prætermiſſa coram R. P. D. meo Cerro, in Mediolanen. Beneficii 7. Junii 1715. ſub §. Militat, coram R. P. D. meo Criſpo, & in Bituntina Beneficiorum 13. Martii proximi §. Juſtificatio cor. eodem.*

Si ve-

Digitized by Google

Si verò res eſt de reliquis aliis præſentationibas, quas idem Joſeph reportavit ab hæredibus, & filiabus Catharinæ, & Dianæ, quæ præſentarunt in dicto ultimo ſtatu, hæ profectò nullum obicem præſtare videbantur, agitur enim de Jurepatronatus familiari, in quo etiamſi in defectum maſculorum admittendæ ſint fœminæ agnatæ, & immediatè deſcenden-
4 tes ex maſculis, id tamen certè porrigi nequit ad deſcendentes ex eiſdem fœminis, ut in puncto reſpondit *Rot. in dec. 679. num. 7. p. 18. recom. in dicta Domen. Capellaniæ 31. Martii 1705. §. Non obſtat, coram Eminentiſſimo de la Tremoille, & in Romana Capellaniæ 25. Novembris 1705. §. Fundamenta cor. R. P. D. meo Anſaldo*, ac proinde cum Catharina, & Diana in dicto ultimo ſtatu præſentaverint, tanquam Agnatæ de prædicta familia Morroni, earum quaſi poſſeſſio præſentandi haud quaquam valet favere filiabus, & hære-
5 dibus, hac qualitate Agnatitia, & familiari deſtitutis, ex animadverſis per *Capon. diſcept. 263. art. 4. nu. 40. tom. 4. Lagunez de fructib. part. 1. cap. 31. §. 8. num. 66. Rot. dec. 162. num. 6. p. 11. recent. alioſque relatos in dec. hujus cauſæ §. Quo verò, coram Eminentiſſimo Scotto, & in Salernitana Juriſpatronatus 13. Januarii proximè præteriti §. Certa hæc regula, cor. R. P. D. meo Criſpo*, præſertim in præjudicium Magdalenæ, & Anto-
6 niæ, unicè ſuperſtitum de eadem familia, & de facto poſſidentium, prout monet *Rota in dicta Firmana Juriſpatronatus 21. Aprilis 1708. §. final. coram bon. mem. Muto relat. in dec. hujus Cauſæ §. Quo vero in fine, cor. Eminentiſſ. Scotto.*

Non refragante reſponſione quod controverſum Juſpatronatus; ex quo de ejus fundatione non conſtet,
7 juxta præſumptionem Juris potius hæreditarium, quam familiare dici queat, ut ait *Text. in Clem. plures de Jurepatronat.* & ita quaſi poſſeſſio Auctorum ſuffragari quoque debeat Succeſſoribus, ad effectum, de quo agitur. Quoniam id non proceſſit, quando, ut in caſu, res proponitur in hujuſmodi Judicio poſſeſſorio, in quo cum ultimus ſtatus appareat qualificatus, utpote quia præſentationes tunc emiſſæ per fœ-
8 minas Agnatas, leguntur expreſſæ cum qualitate familiari *ibi* — ipſis uti de familia Morroni ſpectare jus præſentandi &c. *Summ. Angeli n. 5. & 6.* & ſic non alia ratione ad ipſas ſpectare Juſpatronatus, niſi quia erant
9 de familia, prout indicat illa dictio — *uti* — qualificativa perſonæ, quemadmodum firmavit *Rota in Mediolanen. Præpoſituræ 3. Martii 1704. §. Et ſanè, coram R. P. D. Anſaldo, & 13. Januarii 1705. §. Suadetque, & §. Omnemque, coram Reverendiſſ. Molines Decano*, opus non eſt inſpectionem aſſumere, an ſcilicet Juſpatronatus ſit, vel præſumatur gentilitium, ſeu hæreditarium, itaut quaſi poſſeſſio Auctoris ſaltem quoad factum, & juris effectum tranſeat ad ſucceſſorem, ſed ſatis eſſe videtur, quod præſentantes Joſephum tali qualitate non polleant ad hoc, ut illa, tanquam al-
10 tiorem indaginem involvens, ad ſuum Judicium petitorium remittatur, manutentionem tamen interim concedendo fœminis Agnatis, quæ ſuperſunt, ad formam nimirum ultimi Status qualificati in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ad ſtatum qualitatis familiaris, in quo reperiuntur, ut ultra relatos *in dec. hujus cauſæ §. Donec, coram Eminentiſſ. Scotto, advertunt Vivian. de Jurepatronat. p. 2. lib. 11. c. 7. nu. 57. Palm. Nep. alleg. 160. n. 50. & Rot. in Placentina Parochialis 25. Martii 1715. §. Quare, & in §. In conſpectu, coram R. P. D. meo Cerro, & in Firmana Beneficii 11. Januarii 1715. §. Neque dicatur, coram R. P. D. meo Lancetta*; & ratio
11 eſt evidens, quia ultimus ſtatus attenditur non tantum ad firmandam poſſeſſionem, ſed etiam ad arguendam naturam Juriſpatronatus, pro coloranda eadem poſſeſſione, ex deductis *per Rot. dec. 223. n. 14. p. 19. recent. & in Romana Capellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Hac itaq. coram R. P. D. meo Anſaldo relat. in dec. hujus cauſæ §. Qua quidem, coram Eminentiſſimo Scotto.*

Eoque firmius etiam reddebatur in præſenti hypotheſi hujuſmodi aſſumptum, ex quo erga eundem ultimum ſtatum ſanctè militabant geminæ, & quidem præſtantiſſimæ facti comprobationes, altera nempe emergebat ex Ordinarii Sententia illo tempore emanata ſuper inſtitutione præſentati per fœminas de Familia, in qua cum Ordinarius pariter ad excluſionem ipſiuſmet Joſephi nunc oppoſitoris conceſſerit Inſtitutionem Andreæ, tunc ab illis præſentato per hæc verba — *de & ſuper inſtitutione ſimplicis Beneficii, ſeu Capellaniæ de Jurepatronatus illorum de Familia Morroni, pronunciamus Andream, uti præſentatam à Diana, Angela, Alexandra &c. fore, & eſſe inſtituendum in ſupradicto Beneficio ſimplici de Jurepatronatus delli Morroni* — manifeſtum exinde evadit, tale Juſpatronatus declaratum fuiſſe pro familiari; ideoque ſi fœminæ, & ſignanter illæ, à quibus cauſam habent præſentantes Joſephum, præſentarunt, uti ad Juſpatronatus familiare, & Judex etiam pronunciando eandem qualitatem familiarem ſtatuit, non ſolum validior undique ſit ul- 12
timus hic ſtatus pro ipſa qualitate familiari, veluti firmatus per Sententiam in Judicatum tranſactam, *Rot. in dec. 495. n. 3. & 5. p. 3. rec. dec. 41. nu. 12. poſt Vivian. de Jurepatronat. in Mediolanen. Priorat. ſuper qualitate Agnatitia 18. Junii 1703. §. Omnem denique, cor. Eminentiſſimo Scotto, in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Et ex his, cor. clar. mem. Card. Caprara, latius in dicta Firmana Juriſpatronatus 21. Aprilis 1704. impreſſ. penes Modern. Aſculan. deciſ. Florent. 45. §. 1. numer. 24. & ſeqq. in Rom. Capellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Quid ultra, cor. R. P. D. Anſaldo, & in Aſtorien. Parochialis 8. Junii currentis §. Eoque certius, & §. final. coram R. P. D. meo Foſcaro*; Sed etiam omnes aditus eidem Joſepho præcluſi prorſus remanebant, amplius impugnandi in hoc Judicio qualitatem illam familiarem, à ſe tunc approbatam, mediante acceptatione, & productione coram Judice, dictarum præſentationum cum eadem qualitate in ſui perſonam à fœminis Agnatis factarum, & admiſſam, ac canonizatam per ſententiam, quæ contra ipſum promulgata extit, atque in Judicatum inſuper tranſitum fecit, non obtenta prius adverſus eam reſtitutione in integrum,
ut de prima concluſione tradunt *Card. de Luc. de Ju- 13
repatronat. diſ. 22. n. 7. & Rot. coram Zarat. deciſ. 2. nu. 9. & 11. ac num. 16. in d. Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Habentur, & §. Et multo magis, coram clar. mem. Card. Caprara in d. Mediolan. Prioratus ſuper qualitate Agnatitia 18. Junii 1703. §. Comprobata, coram Eminentiſſimo Scotto, in Hipporegien. Beneficii 12. Februarii 1704. §. Dictorumque, cor. bon. mem. Muto, in dict. Firmana Juriſpatronat. 21. Aprilis ejuſdem anni coram eodem ut ſupra impreſſa penes Modern. Aſculan. dec. Florent. 45. §. 1. num. 26. & ſeqq. & §. 2. num. 19. & in aliis relatis in deciſ. hujus cauſæ §. Superaccedente, cor. Eminen-*
tiſſimo Scotto, & de ſecunda advertit *Rot. in Tuden. Pa- 14
rochialis 9. Junii 1700. §. Siquidem, coram Reverendiſſ. dell'Olmo: in Pennen. Beneficii ſuper pertinentia 17. Maji 1700. §. Ultra quod cor. R. P. D. meo Aldovrando relat. in dec. hujus cauſæ dicto §. Super accedente, coram Eminentiſſimo Scotto.*

Altera autem ex ejuſdem Joſephi judiciali confeſſione eruebatur; ipſe enim cum in Judicio tunc habito contra Andream compræſentatum, dederit articulos ad probandam qualitatem familiarem *d. Summ. Angeli num. 8.* & examinati deſuper Teſtes ad ejus inſtantiam hoc ipſum depoſuerint, non videtur quo jure eadem judicialis confeſſio hodie per ipſum impugnari valeat, controvertendo illum ultimum ſtatum à ſua confeſſione comprobatum; quando aliàs non revocatur in dubium, quod concurrentibus tribus his circumſtantiis, videlicet declaratione fœminarum, quæ præſentarunt, uti in Jurepatronatus familiari, Confeſſione collitigantis cum probatione, ſeu examine teſtium, & ſententia in Judicatum tranſacta, adverſus etiam quoſcunque alios illa apta eſſet ſtatum
firmare, ut animadverterunt *Peregrin. conſ. 33. nu. 18. 15
& ſeqq. lib. 1. Modern. Aſculan. dec. Florent. 45. n. 11. & ſeqq. & Rot. in dict. Comen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. Et his quoque, cor. Eminentiſſ. della Tremoille in dict. Firmana Juriſpatronatus impreſſ. penes eundem Modern. Aſculan. dict. dec. Florent. 45. §. 1. num. 8. & ſeqq. & in d. Romana Capellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Ad rem itaque, cor. R. P. D. meo Anſaldo.*

Abſque eo quod eadem qualitas familiaris ita firmiter comprobata, everti valeat eo ſub prætextu, quod in prædicto ultimo ſtatu anni 1679. præſentationes factæ fuerint cum dicta qualitate hæreditaria. Etenim præterquamquod non videbatur ſubſiſtere in facto, An-

dream

dream articulaſſe qualitatem hæreditariam , ſimul-
que præſentationes relatæ in Summar. Joſephi num. 6.
habentes enunciativam qualitatis hæreditariæ , ſunt
illæ, quæ emanarunt in favorem ejuſdem Joſephi tunc
etiam præſentati , & per Sententiam Ordinarii re-
jecti in concurſu Andreæ, per cujus obitum vacavit
16 Beneficium , ac qualitatem familiarem , non autem il-
læ , quæ remanſerunt ineffectuatæ , ſunt attendendæ,
ut dixit Rot. deciſ. 220. num. 12. part. 11. dec. 6. num.9.
part. 19. rec. & in Majoricen. Beneficii 28. Novembris
1704. §. Hanc autem , cor. bon. mem. Muto , ſemper va-
lida oſtendebatur reſponſio ex eo deſumpta , quod ſi
quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur in ultimo ſtatu
ex illis præſentationibus , ab Ordinario approbatis ,
cum qualitate per eum expreſſa in ſua Sententia ; uti-
que , dum Ordinarius in ea , nulla facta mentione de
qualitate hæreditaria fœminarum , ſeu de portione ,
aut quota , dumtaxat expreſſit qualitatem familiarem ,
tam Juriſpatronatus , quàm Patronorum , dubium eſſe
nequit , quod quaſi poſſeſſio acquiſita fuerit , ac ulti-
mus ſtatus firmatus remanſerit pro qualitate familiari ,
17 & ſecundum illum in hodierno Judicio poſſeſſorio ſit
procedendum , remiſſa ulteriori indagine ad ſuum Ju-
dicium petitorium , ex ponderatis per Rot. in d. Hip-
poregien. Beneficii 11. Februarii 1904. coram bon. mem.
Muto impreſſ. penes Modern. Aſculan. d. dec. Florent. 45. §.
2. num. 7. in Sorana Juriſpatronatus ſuper Manutentione
27. Junii 1710. §. Et hinc fruſtra , coram Eminentiſſimo
Scotto , & in aliis relatis in dec. hujus cauſæ §. Donec , &
§. Quibus , cor. eodem .

Cæterum etiamſi extra terminos meri poſſeſſorii ta-
le negotium peragendum foret , adhuc inſtitutio debita
eſſet Angelo , quia ſtante ultimo ſtatu pro qualitate
familiari , cum adverſus illum refragari nequeant ,
niſi tria illa probationis genera , per DD. taxativè re-
18 quiſita , confeſſio nempe Partis , undique clara , res
judicata ſuper ipſa proprietate , & publicum Inſtru-
mentum fundationis , cui nihil opponi poſſet , per ea,
quæ poſt Theoricam Panormitani in d. cap. conſultatio-
nibus , num. 9. verſ. quod ego intelligerem , de Jurepatron.
dixit Rot. in Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1703. §.
Conſtabilitis , coram Reverendiſſimo Molines Decano , &
in Bituntina Beneficiorum 23. Martii proximè præteriti §.
Sed in univerſum , in fin. coram R. P. D. meo Criſpo . In
illorum equidem numero adſcribi minimè valet ſola
juris præſumptio ; & re vera , licèt juxta illam , non
docto de contrario per iſtrumentum fundationis , Ju-
ſpatronatus præſumatur hæreditarium , attamen quan-
do agitur , prout in caſu , de Jurepatronatus perve-
tuſto , de cujus initio , & fundatione non conſtat ,
ex hujuſmodi antiquitate non modo ceſſat illa præſum-
ptio , quod ſit hæreditarium , ad normam dicti text. in
Clem. plures de Jurepatron. ſed etiam intrare potius vi-
detur contraria præſumptio , quod neque ſit Genti-
19 litium , & familiare ad evitandas illas inextricabi-
les , quæſtiones , quas conſiderat gloſſ. in d. Clem. ex plu-
res , & refert Lambert. lib. 1. quæſt. 1. artic. 25. part. 2.
ſub num. 6. Spad. conſ. 12. num. 2. lib. 2. & dixit Rot. cor.
Pæn. dec. 94. num. 7. coram Priolo dec. 159. num. 20. in
Bononien. Beneficiorum 28. Junii 1690. §. Qualitas au-
tem , coram bon. mem. Urſino , in Comen. Capellaniæ 31.
Martii 1702. §. Non enim , coram Eminentiſſimo della
Tremoille , & in Firmana Juriſpatron. 21. Aprilis 1704.
impreſſ. penes Modern. Aſculan. dec. Florentin. 45. §. 1.
num. 35.

Adeout ſi ob deficientiam fundationis , in hujuſmo-
di inter ſe diſſonante juris præſumptione , tutior ſit ſem-
per via recurrendi ad obſervantiam , ut in locum In-
ſtrumenti fundationis ſuccedentem , ex qua dignoſci
20 ſolet qualitas Juriſpatronatus , cum talis præſumatur
fundationis , qualem ſubſecuta obſervantia demon-
ſtrat , juxta deducta per Franch. in cap. unic. num. 5. de
Jurepatronat. in 6. Vivian. eodem tract. lib. 4. cap. 9. numer.
28. & ſeqq. Ciarlin. controv. 1. num. 17. Rocc. diſput. Ju-
ris Select. capit. 190. numer. 57. & ſeqq. Modern. Aſculan.
dec. Florent. 45. numer. 10. & Rota coram Priol. dec. 40.
num. 4. & 5. in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702.
§. Ex his itaque , cor. clar. mem. Card. Caprara , in d.
Comen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. Fortiuſque , co-
ram Eminentiſſimo della Tremoille , in Foſſanen. Juriſpa-
tron. 12. Martii 1703. §. De Jurepatronatus , coram eo-
dem clar. mem. Card. Caprara , & in Mediolanen. Prio-
ratus ſuper dubio ignobilium 20. Junii 1703. §. Et demum,
cor. Eminentiſſ. Scotto , & in dicta Firmana Juriſpatron.
20. Aprilis 1704. coram bon. mem. Muto impreſſ. ut ſu-
pra num. 4. Hæc profecto favere undique demonſtra-
batur qualitati familiari ; conſtat enim in hac Fami-
lia de Morrone , quantumvis numeroſa , ſemper præ-
ſentaſſe agnatos , abſque eo quod unquam admiſſi fue-
rint extranei hæredes ad præſentandum , ut patet ex
ſtatibus annorum 1503. 1592. 1680. 1640. 1643. 1656.
& 1681. ut in Summ. Angeli numer. 9. Unde quemad-
modum veriſimile eſt , quod ſpatio annorum 200. cir-
citer , tot extantibus perſonis de Familia adeo nu-
meroſa , aliquis extraneus fuerit hæres inſtitutus , ita
dum tanto temporis ſpatio nunquam extranei admiſſi 21
reperiuntur ad præſentandum , grandis oritur conjectu-
ra qualitatis familiaris , ex ponderatis per Capon. di-
ſcept. forenſ. 223. n. 3. & ſeq. Caren. reſolut. 10. num. 2. &
9. & Card. de Luc. de Jurepatron. diſc. 23. num. 6. & dec.
204. n. 13. & ſeq. p. 12. dec. 115. num. 1. part. 14. recent.
Bononien. Beneficiorum cor. bon. mem. Urſino impreſſ. in Man-
tiſſ. ad Card. de Luc. tom. 3. deciſ. 7. num. 5. in dict. Comen.
Capellaniæ 31. Martii 1702. §. Accedit , coram Eminen-
tiſſimo della Tremoille in dict. Firmana Juriſpatr. 21. A-
prilis 1708. impreſſ. penes Modern. Aſculan. deciſ. Flo-
rent. 45. §. 2. numer. 32. in Florentina Canonicatus 8.
Maii 1705. §. Obſervantia , coram R. P. D. meo Lan-
cetta .

Atque faciliùs quoque eam convincebat pondera-
tio illa , quod in præfatis ſtatibus , duplicem centena-
riam excedentibus , apparet etiam , plures adhuc præ-
ſentaſſe fœminas Agnatas , quibus extinctis , in ſubſe-
quentibus vacationibus non præſentarunt earum Filii ,
prout evenisset , ſi Juſpatronatus fuiſſet hæreditarium,
ſed continuarunt præſentare alii tantùm de Familia ,
ut liquet ex ſtatu anni 1608. ubi præſentarunt Lau-
donia , & Laura , quarum Filios poſtea præſentaſſe non
conſtat ; ita pariter in ſtatibus annorum 1640. 1943. 22
& 1656. ubi præſentaſſe docetur fœminas agnatas ,
& earum deſcendentes admiſſos fuiſſe ad præſentandum
minime oſtenditur in illis reſpectivè , & in ſucceſſivis
vacationibus , quod equidem ſi apertè demonſtrat , Fi-
lios fœminarum ideirco non præſentaſſe , quia non erant
de Familia , clarum exinde præſtat argumentum , non
aliud dijudicandi tale Juſpatronatus , quàm familiare ,
ad tradita per Rot. dict. dec. 7. impreſſ. in Mantiſ. ad Card.
de Luc. n. 5. tom. 3. in Lucana Beneficii 13. Junii 1701. §.
final. cor. bon. mem. Muto , & in dicta Comen. Capellaniæ
31. Martii 1702. §. Non obſtat , cor. Eminentiſſimo del-
la Tremoille . Maximè quando , prout in caſu , aliæ
duæ adſtipulantur facti circumſtantiæ , prima ſcilicet ,
quod illi de Familia in dictis ſtatibus ſemper præſen-
tarunt jure proprio , & cum qualitate filiationis , al-
tera verò quod nulla facta extitit præſentatio per quo-
tas , & ratas , ut fieri debuiſſet , ſtante numero tot per-
ſonarum , ſed fuit ſemper peracta ſimpliciter , & in
capita , hoc enim validum ſubminiſtrat indicium qua- 23
litatis familiaris , ut obſervat Vivian. de Jurepatr. lib.
4. cap. 1. poſt n. 71. verſ. tertio quia , & optimè Modern.
Aſculan. dec. Florent. 45. nu. 8. & 9. & dixit Rot. in dec.
259. nu. 2. cor. Priolo in d. Comen. Capellaniæ 31. Martii
1702. §. Similiter , cor. Eminentiſſimo della Tremoille in
d. Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Subſequi-
tur , cor. clar. mem. Card. Caprara , & 3. Julii 1703. §.
Cui ſententiæ , coram b. m. Caffarello , & in Romana Ca-
pellania S. Nicolai 28. Junii 1708. §. At ob idem lucem ,
coram R. P. D. meo Anſaldo .

Idque certiùs reddebatur tum ex eo , quod in præal-
legatis ſtatibus ſemper expreſſa fuit qualitas Juriſpatro-
natus , nam de anno 1592. in literis Inſtitutionis Ordi- 24
narii dictum fuit ibi -- Simplici Beneficii S. Mariæ Mag-
dalenæ de Jurepatronatus familiæ delli Morroni -- Et ita
expreſſum legitur in ſubſequentibus ſtatibus , & Sen-
tentiis Ordinariorum ſuper Inſtitutionibus , ex quibus
ſanè , tanquam exprimentibus qualitatem familiarem,
nulla emergere videtur hæſitatio , quin probata rema-
neat ejuſdem Juriſpatronatus familiaritas Card. de
Luc. de Jurepatron. diſc. 35. num. 4. & 13. & reſpon-
dit Rot. dec. 220. num. 10. part. 11. dec. 679. num. 7.
& 8. part. 18. rec. in dicta Faventina Beneficii 11. De-
cembris 1702. §. Subſequitur , & §. Ex his , coram clar.
me.

mem. Card. Caprara, *& in Firmana Juriſpatr.* 21. *Aprilis* 1704. *coram bon. mem. Muto impreſſ. penes Modern. Aſculan. deciſ. Florent.* 45. §. 1. *num.* 23. *& ſeqq.* ubi plures allegat concordantes; tùm ex aſſertivis, quod hæc Capellania eſſet de Jurepatronatus *delli Morroni*, emiſſis ab Epiſcopis in duabus peraniiquis viſitationibus, annorum videlicet 1482. & 1559. quippe quæ valde conferunt ad probandam qualitatem Juriſpatro-
25 natus, cum Ordinarii præſumantur informati de ſtatu, & qualitate Beneficiorum propriæ Diœceſis, ut advertit *Rot. in deciſ.* 168. *numer.* 24. *part.* 10. *recentior. in Gerund. Beneficii* 26. *Aprilis* 1697. §. *Comprobationem*, *coram Eminentiſſimo Priolo*, *& in Aſculana Juriſpatr.* 26. *Januarii* 1703. §. *Accedunt*, *cor. Eminentiſſimo Scotto*.

Tum denique ex depoſitione Teſtium formiter examinatorum in ſupradicto ultimo ſtatu anni 1679. ad inſtantiam Joſephi, per quos probatum extitit, controverſum Juſpatronatus ſemper ſpectaſſe ad familiam de Morronis, abſque ulla intermixtione hæredum extraneorum, hæc namque teſtium depoſitio, uti vali-
26 da, & concludens Ordinarii Sententiam recognita, atque comprobata, plenam conſtituit probationem prædicti Juriſpatronatus familiaris, ut in puncto monent *Cardin. de Luc. de Jurepatr. diſc.* 23. *ſub num.* 6. *verſ. quia*, *& Rota in dicta Firmana Juriſpatr.* 25. *Aprilis* 1704. §. *In ſecunda*, *&* §. *Pro Eliminatione*, *coram bon. mem. Muto*; Accedente præſertim ipſiuſmet Joſephi confeſſione una cum productione præſentationum
27 ad ſui favorem factarum, continentium expreſſionem ejuſdem qualitatis familiaris, ut ſupra dictum eſt, quod utique operatur, ut amplius ab eo impugnari nequeat illa qualitas familiaris, toties per ipſum agnita, & approbata, ad tradita per *Rot. in deciſ.* 4. *num.* 1. *poſt Vivian. de Jurepatr. & in Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1702. §. *Et ex his*, *& ſeqq. coram clar. mem. Card. Caprara cum cæteris adductis in dicta Firmana Juriſpatr. ubi ſupra* §. *His accedunt*, *coram bon. mem. Muto impreſſ. penès Modern. Aſculan. deciſ. Florent.* 45. §. 1. *num.* 27. *&* 30.

Comprobata itaque ex his qualitate familiari ejuſdem Juriſpatronatus, obicem minimè præſtare poterat, quod aliquando expreſſa fuerit qualitas hæredi-
28 taria, quia hujuſmodi expreſſio in his facti circumſtantiis intelligitur de qualitate hæreditaria Sanguinis, non autem Bonorum, ut tradunt *Soccin. Sen. conſ.* 57. *num.* 4. *lib.* 3. *Peregrin. conſ.* 49. *num.* 4. *lib.* 2. & magis in ſpecie reſpondit *Rot. in deciſ.* 166. *num.* 21. *part.* 6. *rec. in Mediolanen. Prioratus ſuper mixturn*, *& filiis familias* 15. *Junii* 1705. §. *Abſque eo quod*, *coram Eminentiſſ. Priolo*, *&* 29. *Januarii* 1706. §. *Siquidem*, *coram bon. mem. Caffarello*, *& in Matteranen. Parochialis ſuper pertinentiis* 11. *Januarii* 1712. §. *Et ratio*, *coram R. P. D. meo Falconerio*, vel ad ſummum intelligi valeret de qualitate hæreditaria, annexa illis tantùm de familia, itaut exinde arguatur Juſpatronatus
29 mixtum, quod nihil differt ab ipſo familiari, cum pari modo utrunque tranſire nequeat in extraneos, ſeu de aliena familia exiſtentes, quemadmodum obſervant *Pariſ. conſ.* 88. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 3. *Gabriel. conſ.* 169. *num.* 5. *lib.* 2. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 41. *& ſeqq. & Rota deciſ.* 166. *num.* 24. *part.* 6. *rec. coram Celſo deciſ.* 106. *num.* 11. *in Alexanen. Beneficii* 11. *Decembris* 1711. §. *Cæterum*, *coram R. P. D. meo Aldovrando*, *in dicta Matheranen. Parochialis ſuper pertinentia* 11. *Januarii* 1712. §. *Secundum in fine*, *coram R. P. D. meo Falconerio*, *& in Averſana Beneficii* 4. *Decembris* 1715. §. *Fortius*, *coram Eminentiſſ. Scotto*.

Minuſque tandem obſiſtit, quod cum præfatum Juſpatronatus ſit lineale, & diviſum in tribus lineis, juxta arborem ex parte Joſephi exhibitam, intrare proinde debeat concluſio, qua mediante illud in una
30 linea durare poſſit familiare, ubi ſuperſunt Agnati, in altera verò fieri valeat hæreditarium, ubi Agnati defecerunt, de qua latius *Rota in Nolana Juriſpatr.* 8. *Junii currentis à* §. *Quatenus verò*, *coram R. P. D. meo Criſpo*. Quoniam objectio iſthæc non ſubliſtit in facto, nec relevaret in Jure; non enim regit in facto, dum in eo probatur, Agnatos, qui anteactis temporibus præſentarunt, aliquando fuiſſe ſex, aliquando autem ſeptem, & ultra, non verò tres tantum ex adverſo ſuppoſitos, ut liquet *ex Summ. Angeli num.* 9. in jure autem non officeret, quia non oſtenditur, prout requiritur pro Jurepatronatus lineali, quod in ullo ex dictis ſtatibus aliquis Agnatus unquam præſentaverit 31
per quotam, ſed contrarium clare convincitur, dum omnes ſimul ſemper præſentarunt, veluti Agnati de familia, & componentes familiam, & hiſce eorum præſentationibus conſonant quoque Sententiæ ab Ordinariis latæ, hoc namque caſu omnis excluditur diviſio Juriſpatronatus per lineas, ut obſervant *Card. de Luc. de Jurepat. diſc.* 55. *num.* 5. *&* 6. *R. P. D. meus Anſaldus in adnotat. ad deciſ.* 52. *num.* 27. *& ſeqq. & Rot. in Mediolanen. Præpoſituræ* 3. *Martii* 1704. §. *Hucuſque cum ſeqq. coram R. P. D. meo Anſaldo*, *& in Romana Capellaniæ* 28. *Junii* 1709. §. *Minuſque*, *coram eodem*; recurrente ſemper reſponſione, quod ex hactenus deductis denegari ſaltem nequit, quin hujuſmodi propoſitæ exceptiones altiorem requirant indaginem; quod utique eſt plus, quam ſufficiens, quod remanente ul- 32
timo ſtatu, illæ rejiciantur ad Judicium proprietatis, ad tradita *per Calderin. conſ.* 23. *de Præbend. ut inquit Rota in Hipporegien. Beneficii* 11. *Februarii* 1708. *impreſſ. penès Modern. Aſculan. deciſ. Florent.* 45. §. 2. *num.* 7. *in dicta Papien. Rectoriæ* 10. *Decembris* 1714. §. *Et in univerſum*, *& in Comen. Juriſpat.* 15. *Martii* 1715. §. *final. coram R. P. D. meo Cerro*, *in Mediolanen. Beneficii* 7. *Julii* 1715. §. *His ita*, *coram R. P. D. meo Criſpo* cum aliis relatis *in deciſ. hujus Cauſæ* §. *Donec & ſeqq. coram Eminentiſſ. Scotto*.

Et ita, utraque &c.

R. P. D. A L T H A N N.

Mediolanen. Capellaniæ.

Mercurii 22. *Januarii* 1716.

A R G U M E N T U M.

In Jurepatronatus familiari, ſeu gentilitio, quando detur concurſus ſimultaneus Patris cum Filiis, & proximiorum cum remotioribus: vel potius vocati admittantur ad præſentandum ordine ſucceſſivo, latiſſimè examinatur.

S U M M A R I U M.

1 *Inſtituendus venit qui à majori parte Patronorum electionem, ſeu præſentationem reportavit*, & numer. 2.

3 *Quando Juſpatronatus reſervatum fuit favore Agnationis, Domus, & Familiæ in genere, tunc nulla habita ratione remotioris, vel proximioris, filii cum Patre, omneſque alii de Familia, ſeu Agnatione, admittuntur ad præſentandum.*

4 *Secus verò quando Juſpatronatus relictum apparet certis tantùm perſonis.*

5 *A' Fideicommiſſo rectè arguitur ad Juſpatronatus.*

6 *Ubi plures ſunt vocati copulativè, inter quos non cadit ordo charitatis, nec ulla prævia inſtituendi neceſſitas, vocati dicuntur ordine ſimultaneo.*

7 *Declara, quando aliqui tantùm ex filiis, ſeu deſcendentibus fratris, vel alterius tranſverſalis fuiſſent per copulam vocati.*

8 *Non autem quando vocatio facta legitur ſub nomine collectivo plurium perſonarum, & graduum, penitus incertorum, & quare.*

9 *In hujuſmodi articulo* Sacr. Rota *variavit, modò pro obſervantia ordinis ſucceſſivi tenens: modò autem pro admiſſione ſimultanei concurſus*, & numer. 10.

11 *Noviſſimè tamen in caſu collectivæ vocationis plurium perſonarum, & graduum ſletit in prima Sententia.*

12 *Auctoritates, & reſolutiones, generaliter loquentes, intelligentiam recipiunt juxta tenorem illarum, quæ diſtinguunt.*

13 *In hac materia tutius videtur ad conjecturalem Fundatoris voluntatem recurrere, vel ad ſucceſſivam ipſius diſpoſitionis obſervantiam.*

sa Na-

Digitized by Google

14 *Natura, & indoles dictionis* poſt, *ea eſt, ut ſeparationem inducat.*
15 *Et importat gradualem ſucceſſionem, excluſo ſimultaneo concurſu.*
16 *Teſtator volens in ingreſſu ordinem ſucceſſivum, cenſetur illum etiam voluiſſe in progreſſu.*
17 *Dictio* ut ſupra *oſtendit, ut idem ordo, & modus ſuccedendi volitus ſit etiam in ulterioribus vocatis.*
18 *Verbum* ſucceſſivè *operatur, ut primus gradus excludat ſecundum.*
19 *Quæ ſit vis dictionis* pro tempore.
20 *Stantibus verbis, tractum temporis remotiſſimum importantibus, cenſetur facta vocatio ordine ſucceſſivo*, & num. 21.
22 *Obſervantia, proxima fundationi, eſt potiſſimùm attendenda.*
23 *Præſentationes factæ à ſolis Patribus, licèt filios haberent in congrua ætate ad præſentandum conſtitutos, præſeferant, Juſpatronatus competere juxta prærogativam gradus, non autem collectivè, & collegialiter omnibus de Familia.*
24 *Stante obſervantia explendi præſentationes in ſtirpes, ac juxta graduum diſcretionem, clarè efficitur excluſio ſimultanei concurſus, etiam in ſenſu contrariam opinionem tenentium.*
25 *Ut robur accipiat hæc obſervantia, neceſſe eſt probare, quod occurrentibus vacationibus extiterint filii familias, habiles ad præſentandum, quodque volentes præſentare fuerint rejecti.*
26 *Limita ubi deficit lex fundationis, & redditur ratio*, & num. 27.
28 *Quinimmò ſufficit etiam unicus actus.*
29 *Etiamſi in negativa conſiſteret, aut ſit remotus.*
30 *Præſertim ſi idem actus negativi ſint qualificati, & ex proprio facto ipſius Adverſarii proveniant, & quomodo.*
31 *Præſentatio unius Compatroni Jus, & poſſeſſionem alterius præſervat.*
32 *Negligentia præſentandi in una, vel altera vacatione, cum evenire poſſit ex ignorantia ejuſdem vacationis, ſeu pertinentiæ, præjudicare nequit in aliis futuris vacationibus.*

DECISIO LVI.

JUdiciaria controverſia ſuper inſtitutione ad Capellaniam, ſeu Beneficium S. Catharinæ Virginis, & Martyris exiſtens in Eccleſia Divi Victorii Villæ Plebis Incini Mediolanen. Diœceſis, aliàs fundatam anno 1517. per Joannem de Torchio, prævia reſervatione Juriſpatronatus (ſunt verba Fundationis) *Ambroſio Agnato meo, ſi vixerit, & poſt ejus obitum ejus filiis, & deſcendentibus maſculis, & legitimis, & ab eo, & ab aliis deſcendentibus: aliis filiis & deſcendentibus maſculis, & de legitimo matrimonio procreatis uſque in infinitum, una cum tribus aliis ex nobilioribus, & antiquioribus de Parentela de Torchio &c.* admodum diſceptata inter Joannem Baptiſtam, & Joſephum ambos de Torchio, & ad illud compræſentatos à deſcendentibus ejuſdem Ambroſii, pro eodem Joanne Baptiſta tandem una voce, atque conſenſu definita extitit, primo à Judice de partibus, & deinde in gradu appellationis per noſtrum Sacrum Tribunal, reſpondendo in hodierna audientia dubio per me propoſito *Inſtitutionem eſſe dandam Joanni Baptiſtæ.*

Hujuſmodi autem decidendi ratio ab ea promanavit Juris cenſura, juxta quam nulla, prout in caſu, occurrente inter Partes quæſtione ſuper deſcendentia, ſeu pertinentia Juriſpatronatus ad eos, qui in hac poſtrema vacatione præſentarunt, tanquam ex Confeſſione utriuſque collitigantis comprobata, ſi ille ſemper inſtituendus eſt, qui plurimorum eligitur, & ap-
5 probatur aſſenſu, ut jamdudum ſub *Alexandro III.* ſtatutum fuit in *Concilio Lateranenſi* relato in *capit. quoniam 3. de Jurepatronatus*, ſummo equidem Jure Inſtitutio concedenda erat eidem Jo: Baptiſtæ, veluti præſentato à majori parte Patronorum, à Joanne nimirum, & Franciſco de Torchis, duobus ex tribus Compatronis, Jure præſentandi actu potientibus, ac in quaſi poſſeſſione exiſtentibus, & quidem ad excluſionem Joſephi, ſolùm Caroli Patris, & alterius Compatroni vocem ad ſui favorem numerantis, ut ſectan- 2
do diſpoſitionem *præfati Textus in capit. quoniam, de Jurepatronatus, tradunt ibidem Gloſſa in V. Abbas num. 13. & Fagnan. num. 1. & pluries dixit Rot. in deciſ. 117. num. 1. part. 2. diverſ. deciſ. 146. num. 4. part. 2. rec. deciſ. 394. num. 2. & ſeq. & deciſ. 733. num. 1. coram Merlin. in Faventina Benef. 3. Julii 1702. §. Pluralitas, coram Reverendiſſimo Molines Decano, & in Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1703. §. final. coram eodem.*

Minime refragante allegata vocum pluralitate erga eundem Joſephum, emergente ex præſentationibus emiſſis à quatuor Filiis præfati Caroli, ea ſub hypotheſi, quod tale Juſpatronatus, uti fundatum per tranſverſalem, & reſervatum ſolis Agnatis, quemadmodum dici debent gentilitium, ita in illo hujuſmodi præſentationes non aliter quàm in capita, & ſimultaneo ordine explendæ ſint per Patrem, ejuſque Filios. Verum enim verò quamquam res perpendenda foret juxta terminos Juriſpatronatus gentilitii, adhuc in comperto reddebatur, neutiquam admitti poſſe concurſum Filiorum ad præſentandum cum Patre, ex ea animadverſione, quod tunc ille vindicaret ſibi locum, quoties Juſpatronatus reſervatum extitiſſet favore agnationis, Domus, ſeu Familiæ, in genere, & per modum univerſitatis à Fundatore conſideratæ, nam eo caſu cum cenſeatur, eundem Fundatorem rationem tantummodo habuiſſe ad qualitatem Perſonarum, non autem ad prærogativam graduum, meritò exinde nu- 3
merantur ſolùm capita ejuſdem Familiæ, nullaque habita diſtinctione remotioris, vel proximioris, ſimul Filii cum Patre, omneſque alii de Familia, ſeu agnatione admittuntur ad præſentandum, prout in his expreſſis terminis loquuntur *Card. de Luc. de Jurepatron. diſc. 54. num. 5. & 6. Urvian. eodem tractatu lib. 4. capit. 2. num. 28. & ſeq. & Rota poſt eum d. lib. 4. capit. 1. num. 71. & capit. 9. in rec. deciſ. 166. num. 14. part. 6. deciſ. 82. num. 8. part. 7. cæteraque in oppoſitum allegatæ.* Secus verò dijudicandum eſt, quando, ut in præſenti, Juſpatronatus relictum apparet certis tantùm Perſonis, Ambroſio ſcilicet, ejuſque Filiis, & deſcendentibus in infinitum, tunc enim ſucceſſio, ejuſdemque Juris præſentandi poteſtas, uti innixa collectivæ vocationi, plures Perſonas, ac gradus de ſui natura reſpicienti, in Filiis, atque Patre eodem tempo-
re conſiſtere nequaquam valet, ſed gradatim deferen- 4
da venit in magis proximos, remotioribus ſemper excluſis, ut in puncto probant *Vital. in Clem. Plures ſub num. 42. in fin. de Jurepatron. Spad. conſ. 12. lib. 2. & conſ. 9. num. 7. lib. 3. Tondut. Quæſt. Benef. part. 1. capit. 32. num. 5. 7. & ſeq. & diſtinguendo caſum à caſu præciſivè docens R. P. D. meus Anſaldus in Addit. ad ſuam Deciſionem inter impreſſas in ordine 52. num. 27. & ſeq. & Rot. in Piſana Juriſpatronatus 26. Junii 1709. §. Procedendo, cor. Eminentiſſimo Priolo.*

Et non aliter revera reſpondi poterat, etiam inſpecta Juris diſpoſitione, ſimiliter militante in ſucceſſione fideicommiſſaria, à qua rectè arguitur ad iſtam Ju- 5
riſpatronatus, ut teſtantur *Palma Nep. alleg. 101. num. 23. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 50. num. 5. R. P. D. meus Anſaldus in Addit. ad d. deciſ. 52. num. 32. Rot. in deciſ. 325. num. 9. & ſeq. part. 17. rec. in Mediol. Canonicatus 5. Decembris 1704. §. Minus obſtat, coram bon. mem. Muto, & in dict. Piſana Juriſpat. 26. Junii 1709. §. Taliſque, coram Eminentiſſimo Priolo.* Ad illius namque tramites nullo pacto admitti queit præſcriptus ſimultaneus concurſus Patris, & Filiorum, quia tametſi regulare ſit, quod ubi plures ſunt vocati per copulam, inter quos non cadit ordo charitatis, nullaque, prout
in caſu, præciſa concurrit inſtituendi neceſſitas, ut- 6
pote quia ageretur de diſpoſitione condita à tranſverſali, dicantur vocati ordine ſimultaneo juxta *Theoricam Bald. in l. Gallus §. Quidem recte num. 5. ff. de liber. & Poſthum.* communiter receptam, ut ibidem tradunt *Alexand. num. 6. Jaſon. num. 18. Alciat. num. 49. Soccin. ſen. num. 3. Surdient. num. 9. Raſtic. in leg. cum Avus lib. 1. capit. 1. num. 34. ff. de condit. & demonſtr. Angel. conſ. 38. num. 3. Cepol. conſil. civil. 52. numer. 4. Menocch. conſ. 85. num. 39. Honed. conſ. 65. num. 7. lib. 1. Peregr. conſ. 44. num. 10. lib. 1. Facchineus controv. Jur. lib. 12. capit. 41. per tot. Mantic. de conject. ultim. volunt.*

volunt. lib. 4. tit. 8. n. 17. Simon. de Præt. de interpetr. ult. volunt. fol. 238. n. 3. Pegaer. deciſ. 101. num. 4. Boer. dec. 185. n. 16. Surd. deciſ. 346. n. 3. & 4. & Rot. dec. 934. n. 2. coram Seraphin. cum aliis pleno calamo congeſtis per Epiſcopum Roc. diſput. Juris Select. cap. 29. nu. 1. & in oppoſitum adductis.

Veruntamen hujuſmodi concluſio procedere quidem valeret, quoties aliqui tantùm ex Filiis, ſeu deſcendentibus fratris, vel alterius tranſverſalis fuiſſent copulativè vocati, prout advertunt *Alex. in dict. l. Gallus d. §. Quidem rectè, num. 48. ibique Torricell. in quæſt. 15. verſ. ſed limita ff. de liber. & Poſth. Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 80. numer. 13. Faſar. eodem tractat. quæſt. 476. num. 34.* aliique relati per *Roccam d. diſputat. 29. num. 7.* Non autem quando, ut in præſenti caſu, eadem vocatio emiſſa legitur ſub nomine collectivo plurium Perſonarum, & graduum penitus in-
8 certorum, ex quo tunc ſicut cenſeri neutiquam poteſt, omnes deſcendentes tot diverſorum graduum fuiſſe à Teſtatore contemplatos, ac invitatos ad ſimultaneam ſucceſſionem, dum ipſa natura non patitur eos ſimul adſtare, ita talis vocatio per neceſſe ſemper intelligi debet facta ordine ſucceſſivo, non autem ſimultaneo, ut ſancivit *Juſtin. in l. ſi quis duobus in fin. C. de Impuber. & aliis ſubſtit.* & docent *Bart. in d. l. Gallus d. §. Quidem rectè, num. 4. circa med. ibique Aretin. numer. 6. & Soccin. ſen. numer. 4. ff. de liber. & Poſthum. Covar. in cap. Raynut. §. 2. numer. 5. de teſtam. Dec. conſ. 205. num. 2. & conſ. 236. numer. 5. & ſeqq. Cravet. conſ. 22. & conſ. 131. utrobique numer. 2.* & cæteris generalibus omiſſis, in hujuſmodi expreſſo puncto, diſpoſitionis nimirum conditæ à tranſverſali erga Filios, deſcendenteſque alicujus, & eorum Filios omnino incertos, egregiè probant *Alexander in l. Gallus dict. §. Quidem, ibique Galiaul. num. 4. ff. de liber. & Poſthum. Ruſtic. in d. l. cum Avus lib. 1. cap. 1. num. 36. ff. de condit. & demonſtrat. Soccin. Senior. conſ. 113. numer. 4. lib. 5. Alciat. conſ. 244. num. 2. & ſeq. Guidopap. conſ. 122. numer. 57. Menoch. conſ. 496. numer. 6. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 70. num. 24. ubi aſſerit eſſe receptam ſententiam Fuſar. pariter teſtans de communi conſ. 87. num. 6. & de ſubſtit. d. quæſt. 476. num. 56. Peregrin. conſ. 44. numer. 10. lib. 1. & de Fideicommiſſ. artic. 17. numer. 36.* cum pluribus aliis congeſtis per eundem *Rocc. dict. diſput. 29. num. 8. Bellon. de Jure accreſcend. cap. 5. quæſt. 26. num. 354. & quæſt. 55. numer. 21. Oſaſcb. dec. 81. numer. 14. Bart. deciſ. 9. numer. 4. Surd. deciſ. 446. numer. . . . & Rota in Aſculana Parochialis cor. bon. mem. Benincaſa inter ejus impreſſ. deciſ. . . . . numer. 7. in Peruſina, ſeu Cortonen. Bonorum ſuper re Judicat. 5. Maji 1700. §. Neque obſtat coram bon. mem. Jacometto, & in Spoletana Immiſſionis 10. Januarii currentis §. Semper validior. cor. me.*

Hoc autem poſito, fruſtra opponebatur, quod in hujuſmodi articulo plures inter ſe diſcrepantes occurrant ſcribentium opiniones, ac ipſamet *Sacra Rota*
9 etiam variaſſe videatur, cum pro obſervantia ordinis Fideicommiſſariæ ſucceſſionis, juxta terminos *text. in l. cum ita §. In Fideicomm. ff. de legat. 2.* ſteterit *in Pientina Juriſpatronatus coram bon. memor. Litta impreſſ. apud Vivian. de Jurepatronat. lib. 4. cap. 9. poſt num. 55.* ac etiam *in deciſ. 288. num. 9. part. 5. & in deciſ. 798. numer. 21. cor. Merlin. ex authorit. Gabriel. conſ. 196. numer. 3. & ſeq. lib. 2. & Covar. Practic. Quæſt. capit. 38. in fin.* cum quibus pertranſeunt etiam *Vivian. de Jurepatr. dict. cap. 9. num. 14. & 37. & Lotter. de Re Benefic. quæſt. 11. lib. 2. numer. 124.* Contrarium verò, & pro
10 ſimultaneo ſcilicet concurſu Patris, & Filii, atque coæquali omnium ſucceſſione, & Jurepræſentandi prius ſentire viſa ſit *in Regien. Juriſpatronat. coram Penia inter ejus impreſſ. deciſ. 934.* & deinde quoque dictum fuerit *in Florentina de Ricaſolis coram bon. mem. Lancellotto impreſſ. apud eundem Vivian. de Jurepatr. lib. 4. capit. 1. ſub numer. 21. ex auctorit. Federic. de Sen. conſ. 111. numer. 9. ut monet idem Lotter. dict. quæſt. 11. num. 125. & latius advertit Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 61. numer. 9. & ſeqq.*

Quoniam, præterquamquod, ſtante hujuſmodi collectiva vocatione plurium Perſonarum, & graduum, noviſſima *Sac. Rotæ* opinio ſtat pro ordine ſucceſſivo
11 unius poſt alium ad limites ejuſdem Fideicommiſſariæ ſucceſſionis, ut maturius diſcuſſo eodem articulo deciſum oſtenditur *in dict. Piſana Juriſpatr. 26. Junii 1709. §. Taliſque, cor. Eminentiſs. Priolo* quæ proculdubio in præſenti prævalere deberet, non ſolùm quia eſt poſterior, ſed etiam quia omnem opinionum inter ſe diſcordantium tollit confuſionem, dum ſulta oſtenditur illa clara diſtinctione, quæ occurrit inter Juſpatronatus, relictum familiæ in genere, ac venienti ad actum præſentationis per ſpeciem collegii, & univerſitatis, & inter Juſpatronatus, reſervatum Agnato, ejuſque Filiis, & deſcendentibus in infinitum, aliàs eadem diſtinctio ſupervacanea redderetur, non obſtante quod ſit communiter amplexa, ad hunc præcipuum finem menſurandi modum præſentationis, quemadmodum inter cæteros ſupra relatos in §. *Minime refragante, in fine*, videre eſt *apud Spad. d. conſ. 12. n. 6. lib. 2. Panimol. deciſ. 137. num. 48. Rot. in dict. Piſana Juriſpatr. 26. Junii 1709. §. Procedendo, coram Eminentiſſimo Priolo*, & hanc ipſam rationem reddendo in puncto advertit, & probat *R. P. D. meus Anſaldus in Addit. ad d. deciſ. 52. n. 33.* cum alioquin receptum ſit, quod auctoritates, & reſolutiones generaliter loquentes, ſemper in- 12
telligi, & declarari debeant juxta tenorem illarum quæ diſtinguunt, ut obſervant *Menoch. conſ. 150. n. 44. Franch. dec. 435. n. 24. & reſpondit Rot. in dec. 32. n. 39. & 45. cor. R. P. D. meo Anſald. in dec. 349. num. 2. p. 19. rec. tom. 2. & in Giennen. Juris votandi 9. Februarii 1705. §. Quo verò coram Eminentiſs. Scotto.*

Omnis utique in tali diſceptatione removebatur hæſitatio ex ponderatione illa, quod ſi denegari haud quaquam valet, in hujuſmodi ſcribentium, & reſolutionum diſſenſione, tutius ſemper eſſe inſtitutum 13
revertendi ad conjecturalem fundatoris voluntatem, cui omnia cedunt, ſeu ad ſucceſſivam ejuſdem diſpoſitionis obſervantiam, quæ pariter in hac materia principatum obtinet, penituſque attendenda venit, ut ratiocinatur *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 61. numer. 9. & ſeq. & in terminis præciſis obſervantiæ tradunt idem Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 33. num. 8. & ſeq. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. d. quæſt. 11. num. 125. verſ. verum tota hæc controverſia, R. P. D. meus Anſaldus in Addit. ad d. dec. 52. num. 34. & Rot. in d. Piſana Juriſpatr. 26. Junii 1709. §. Hanc denique cor. Eminentiſs. Priolo.* Utraque profecto ex illis hic pro graduali ſucceſſione præſto erat, voluntas enim ejuſdem Fundatoris expreſsè ernebatur ex ipſa teſtamentaria diſpoſitione; in ea ſanè cum idem Fundator reſervando Juſpatronatus præſatæ Capellaniæ, illiuſque Jus præſentandi relinquendo, per verba ibi — *Cui Domino Ambroſio dum vixerit, & poſt ejus deceſſum dictis ejus filiis, & deſcendentibus ut ſupra in infinitum, una cum tribus aliis de nobilioribus, & antiquioribus de Parentela de Torgio &c.* expreſsè demandaverit, quod ad eam pro tempore, quo vixerit, præſentet prædictus Ambroſius, & ſucceſſivè ejus filii, & deſcendentes, ut ſupra, manifeſtum ex inde redditur, nil aliud in hujuſmodi Jurepatronatus ipſum voluiſſe, niſi ut ſervaretur ordo ſucceſſivus, admittendi ſcilicet Patronos ad præſentandum, non ordine ſimultaneo, ſed juxta gradus prærogativam, Juriſque communis diſpoſitionem, ita ſuadente non minus illa dictione *poſt*, reſpectu Ambroſii dupliciter repetita, in reſervatione videlicet Juriſpatronatus ibi — *poſt ejus obitum*, ac quoad Juſpræſentandi ibi — *poſt ejus deceſſum*, cum hæc de ſua natura, 14
tanquam ſeparativa, ut inquit *Text. in leg. ſi cui legetur ff. de legat. 1. & Barboſa tract. var. dict. 269. num. 3.* citra dubium importet ordinem ſucceſſivum per prius, & poſterius, omnemque excludat ſimultaneum con- 15
curſum Patris cum filiis, ut advertunt *Pariſ. conſ. 19. num. 6. lib. 2. Decian. reſponſ. 1. num. 226. Barboſ. ubi ſupra dict. 270. num. 6. & ſeq. & Rot. deciſ. 167. numer. 7. verſ. & illa dictio part. 2. rec.* quàm ratione ipſa à priori emergente; nam ſi Teſtator, quoad ingreſſum, in Ambroſio voluit expreſsè ordinem ſucceſſivum, vocando prius eundem Ambroſium, & poſt ejus obitum, illius filios, & deſcendentes, ita pari modo illum voluiſſe cenſendum eſt in progreſſu, reſpectu aliorum deſcendentium, ſibi remotiorum, & per con- 16
ſequens minus dilectorum, ut reſpondit *eadem S. Rota in dicta Piſana Juriſpatronatus 26. Junii 1709. §. Taliſque, cor. Eminentiſs. Priolo.*

Taliſ-

Taliſque intellectus mirificè etiam comptobatus remanebat, tnm ex alia ditione *ut ſupra* toties repetita, cujus natura eſt oſtendere eundem modum, &
17 ordinem ſuccedendi ſuiſſe volitum, & repetitum in ulteriotibus vocatis, *ut egregiè de mere tradit modernus Aſculanus in dec. Senen. 34. num. 1. 2. & 3. & inquit Rota coram Emerix Jun. dec. 1144. & 1229. utrobique nu. 1.* Tum etiam ex illo altero claro verbo *ſucceſſivè*, quoad Jus præſentandi deſcendentibus appoſito, quippe iſtud propria inſpecta indole, ejuſque ſignificatione ſemper
18 operatur, ut io ſucceſſivè vocatis primus gradus excludat ſecundum ad *Text. in l. Avia in principio ubi gloſſ. ff. de condit. & demonſtrat. Surd. conſ. 365. numer. 9. Honded. conſ. 49. numer. 19. lib. 2. Calderin. conſ. 19. de Jurepatron. Mart. de clauſul. clauſul. 57. numer. 1. part. 3. & Barboſ. tract. Var. dict. 337. numer. 1.* & in terminis clauſulæ *ordine ſucceſſivo* tradunt *Bardellon. conſ. 13. numer. 10. & 17. Torr. de primogenit. Ital. part. 1. capit. 35. §. 16. numer. 215. Rodulph. allegat. 150. num. 16. Balducc. rer. judicat. tit. 3. deciſ. 6. numer. 11. relat. in Romana, ſeu Interamnen. Fideicommiſſi 2. Martii currentis anni, pendente extenſione hujus deciſionis promulgata.*

Eoque evidentins pariter id ipſum per facile evadebat, non ſolùm ex quo ipſemet Fundator curſus ordinando quod ex prædictis deſcendentibus, & agnatis, tantùm Patroni pro tempore præſentarent ibi -- *volo ut ſupra, quod dicti Patroni &c. qui pro tempore fuerint, teneantur eligere Capellanum &c.* non omnes eoſdem deſcendentes, & Agnatos eodem tempore, & ſimultaneè, ſed illos dumtaxat, qui gradus prærogativa, ab ipſo præſctipta, potirentur, invitaſſe videtur ad actuale exercitium præſentandi, ex vi ejuſdem di-
19 ctionis *pro tempore* appoſitæ Patronis, cum hæc præſeferat alios extare vocatos, qui reſpectu ejuſdem actualis exercitii Patroni eſſe nequibant, quemadmodum ponderant *Barboſ. de clauſ. clauſ. 109. nu. 5. Mart. eodem tract. clauſ. 137. part. 1.* ſed etiam ex eo, quod reſervatio præſcripti Jutiſpatronatus ſuffulta apparet verbis, perpetuitatem, ac tractum ſucceſſivum, & remotiſſimum importantibus, prout ſunt illa -- *Ambroſio, ejuſque filiis, & deſcendentibus, maſculis &c. ab eo, & ab ipſis deſcendentibus, aliis filiis, & deſcendentibus maſculis &c.* uſque in infinitum, pluties repetitis;
20 qoibus ſtantibus non aliter equidem filii admittendi ſunt, quam de gradu in gradum, & ſic haud quaquam com Patre concurrere valent, cum ipſi hoc in caſu ordine ſucceſſivo ſemper vocati intelligantur, ut generaliter in termmis Fideicommiſſi advertunt, & probant *Alciat. in dicta l. Gallus §. Quidem recte ff. de liber. & Poſthum. Ruin. conſ. 139. numer. 22. lib. 3. Soccin. Sen. conſ. 40. num. 2. lib. 4. Rocca dicta diſput. 29. n. 10. & ſeq. Mantic. de conjectur. ult. voluntat. lib. 4. tit. 8. numer. 22. aliique relati per Peregrin. de Fideicomm. art. 19. num. 7.* & in ſpecie vocationis factæ cum clauſula io infinitum, vel in perpetuum tradunt *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 476. num. 6. Simon. de Pratis de interpret. ultim. volunt. fol. 333. Rocc. d. diſput. 29. num. 13. Barz. deciſ. 9. & Rot. cor. Seraph. deciſ. 409. num. 11.* & in his expreſſis tetmiois Juriſpatronatus gentilitii, quod nem-
21 pè in eo non ſuccedatur in capita; quando in Teſtamento, vel fundatione adſunt verba tractum temporis importantia probat *Tondut. Quæſt. Benefic. quæſt. 1. cap. 32. num. 5. & firmavit Rot. in dicta Piſana Juriſpatron. 26. Junii 1709. §. Eoque fortius, cor. Eminentiſſimo Priolo.*

Obſervantia verò clatè emergebat, tam ex facto ipſiuſmet fuodationis, præcipuè demandantis in prima proviſione poſt erectionem, & donec vixerit Ambroſius, per ipſum tantummodo fieri præſentationem, neglectis cæteris aliis deſcendentibus, poſt illius obitum dumtaxat ad præſentandum inuitatis, quæ uti derivans ex facto Teſtatoris, & tanquam proxima
22 fundationi nimium attendenda eſt, aliaſque cunctas antecellit demonſtrationes, *ut monet Caren. reſol. 10. n. 3. Rocc. diſput. 193. num. 8. & 9. Panimoll. dicta dec. 137. ſub num. 9. verſ. præcipuè ſi ſit proxima fundationi* optimè *R. P. D. meus Anſaldus in adnot. ad dicta deciſ. 52. numer. 34. & Rota coram Buratt. deciſ. 679. num. 13.* quam ex præſentationibus factis iu ultimis duobus ſtatibus annorum 1700. & 1708. in quibus prædicti Carolus, & Joannes, non obſtante quod filios haberent, in congrua ætate ad præſentandum conſtitutos, tantùm præſentarunt, & quidem cum expreſſione ſe eſſe filios quondam Jacobi; & ſic indicare curaverunt, quod ipſi nou erant filii familias, quemadmodum hujuſmodi præſentationes ad excluſionem propriorum Filiorum, & cum prædicta expreſſione non leve præſtant argumentum, quod aliàs eis, uti filiis Familias, impedita redderetur præſentatio cum Patre, ita ex illis 23
clarè excluditur natura Juriſpatronatus, collectivè, & collegialiter competentis omnibus de Familia, io quo filii præſentant ſimul cum Patre, juxta diſtinctionem, de qua *Rot. in dict. Piſana Juriſpatron. 26. Junii 1709. procedendo coram Eminentiſſimo Priolo, in Romana Capellania Sanct. Nicolai 17. Martii 1710. §. Applicando, coram R. P. D. meo Anſaldo*, & pendente extenſione hujus *Deciſionis* in puncto dictum fuit in *Nelana Juriſp. 8. Junii 1718. §. Percurrendo, cor. R. P. D. meo Criſpo.*

Adeo ut ſi in ingreſſu, ac progreſſu, & ſignanter in dictis ultimis ſtatibus, patens undique redditur eadem obſervantia explendi præſeutationes in ſtirpes, ac juxta gradus prærogativam, & agitur ulterius de Jurepatronatus fundato *poſt Clement. Plures de Jurepatr.* haud dubium eſſe queat, quod omnes quoque Doctores, & reſolutiones coatrariam ſectantes ſententiam, conveniant in eo, quod ab hujuſmodi opinione militante pro excluſione ſimultanei concurſus Patris, & 24
filiorum, non ſit recedendum, omniſque removeatur, ſi quæ ſupereſſet, difficultas circa hujuſmodi fundationis verborum intelligentiam, ut videre eſt *apud Card. de Luc. de Jurepatr. dicto diſc. 33. nu. 10. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. dicta quæſt. 21. numer. 125. Carol. Anton. De Luc. de lum. legali lib. 1. art. 23. num. 15. §. In iſta qu. R. P. D. Anſald. in addit. ad dictam deciſ. 52. num. 31. 34. & ſeq. Rot. in dicta Florentina de Ricaſolis 10. Martii 1603. in princip. & 11. Februarii 1604. §. Non obſtat quantum impreſſ. penes Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 1. ſub n. 71. in dicta Mediolan. Prioratus 15. Decembris 1699. §. Eoque fortiùs, coram Reverendiſſ. D. meo Decano, & diſcuſſo articulo deciſum fuit in dicta Piſana Juriſpatron. 26. Junii 1709. dicto §. Hanc denique in fin. coram Eminentiſſimo Priolo.*

Haud quaquam obſiſtente, quod talis obſervantia attendenda non ſit, utpote quia vacua oſtendatur illis requiſitis, neceſſariis ad inducendam præſcriptionem in actibus facultativis, quod neque occurrentibus vacationibus extiterint filii familias habiles, & capaces ad præſentandum, quodque etiam notitiam habuerint de prædictis vacationibus, & præſentare volentes judicialiter, ac in contradictorio Judicio repulſi fuerint à Jure præſentandi, ut tradit *Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 9. num. 25. & dixit Rota poſt eum dec. 30. num. 8. in rec. dec. 220. num. 25. & ſeqq. part. 11. & dec. 82. num. 4. & ſeq. part. 19.* Etenim hujuſmodi objectio nullius ponderis appatuit ex illa evidenti ratione, quia ubi deficit, prout in caſu, lex fundationis, filiis familias expreſsè tribuens facultatem præſentandi, nulla requiritur præſcriptio pro eorum excluſione à Jure præſentandi; nam contraria obſervantia in his 26
terminis non ad actum facultativum, ſed ad agnitionem proprii mali Juris referenda eſſe videtur, cum inveriſimile ſit, quod ipſi Jus ſuum negligere voluerint, niſi res ita ſe baberet, *ut reſpondit Rota in Pampilonen. Juriſpatr. 19. Januarii 1703. §. Quæ omnia, cor. Eminentiſſ. Scotto, & in Cremon. Beneficii 14. Maji 1706. §. Tanto faciliùs, coram Reverendiſſ. Kaunitz Epiſcopo Labacen.*

Ac proinde cum hic non agatur de obſervantia præſcriptiva contra habentem Juris aſſiſtentiam, aut fundatoris diſpoſitionem clatam, quo in caſu procedunt Auctoritates in oppoſitum allegatæ, ſed de interpre- 27
tativa Fundatoris voluntate, aliàs ex ſe perſpicuæ erga euadem ordinem ſucceſſivum, vel ſaltem dubiæ, ſuperabundat utique ſimplex caſus, vel nudum factum abſque prædictis requiſitis, ut in puncto ait *Grat. diſcept. forenſ. cap. 521. num. 26. verſ. quid in familia obſervatum fuerit*, & firmavit *Rot. apud Vivian. de Jurepatr. dec. 139. num. 12. verſ. abſque eo quod concurrant requiſita ad præſcriptionem & n. 19. cor. Buratt. deciſ. 183. num. 18. verſ. quia attendi debet ſola obſervantia ex ſim-*

plici

plici uſu dec. 647. num. 11. & dec. 679. n. 9. in dicta Me-
diolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Nec ad eluden-
dum, & 15. Februarii 1700. §. Hinc, coram Reverendiſſ.
28 *Molines Decano*, quinimmo ſufficit etiam unicus actus,
ut dixit *Rota coram Burott. dicta dec. 647. num. 12. verſ.*
etiam unicum actum & dicta dec. 679. num. 9. coram Pe-
nia dec. 265. num. 6. & 7. & in dicta Floren. de Ricaſo-
lis penes Vivian. de Jurep. lib. 4. cap. 1. ſub n. 71. §. Non
obſtat verſ. & ideo ſufficeret etiam unicus actus, & poſt
eundem Vivian. dicta deciſ. 139. num. 14. & ſeq. etiamſi
29 in negativa conſiſteret, aut ſit remotus, cum ſatis eſ-
ſe videatur, quod in omnibus aliis vacationibus non
doceatur filios familias unquam præſentaſſe, ut pro-
bat *Modern. Roman. in ultima ſua diſcept. Eccleſ. n. 3. §.*
Non obſtat verſ. dum in omnibus & monet Rota poſt Vi-
vian. de Jurep. dicta dec. 139. & cor. Burats. dict. dec. 679.
utrobique num. 14. præſertim quoties, ut in præſenti,
iidem actus negativi, comprobantes hujuſmodi obſer-
30 vantiam, ſunt qualificati, & proveniunt ex proprio
facto ipſiuſmet Joſephi oppoſitoris, qui in dictis ulti-
mis ſtatibus tanquam filius familias minime præſenta-
tionem facere curavit, cum tunc eo magis ipſe im-
pugnare nequeat obſervantiam illam, quam in ſemet-
ipſo adhibuit, ut reſpondit *Rota deciſ. 239. n. 18. part.*
17. recent. & in dicta Mediolanen. Prioratus 11. Decembris
1699. §. Rurſus & 15. Februarii 1700. §. Abſque, coram
Reverendiſſ. D. Molines Decano.

Ex quibus omnibus apertè undique cum pateat, in
hujuſmodi Jurepatronatus non aliter faciendas eſſe præ-
ſentationes, quam in ſtirpes, & juxta ordinem Fidei-
commiſſariæ Succeſſionis, non inde obicem præſtare
poterat, quod in geminis prædictis noviſſimis ſtatibus,
Carolus dumtaxat, & Joannes præſentaverint, nam
huic objectioni duplex, & æque valida protinus oc-
currere videbatur reſponſio, altera nimirum proma-
nabat ex eo, quod in tali Jurepatronatus de ſui na-
tura individuo, eodemque jure ad plures ſpectante,
eo ipſo quod non apparet, ipſos haſce emiſiſſe præ-
ſentationes privativè, & animo ſpoliandi Franciſcum
eorum ex fratre nepotem, & compatronum ſua qua-
ſi poſſeſſione, nullum ei certè præjudicium ab ipſis in-
31 ferri potuit, cum hoc caſu ſemper præſentatio unius
compatroni Jus, & alterius poſſeſſionem conſervet,
ut monet *Innocent. in cap. Querelam n. 3. de elect. & Fe-*
der. de Sen. conſ. 102. ſub num. 3. & ſub nu. 1. Abbas conſ.
54. ſub num. 3. lib. 1. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 11.
num. 15. Card. de Luc. de Jurepatr. in Summar. num. 133.
§. Idemque Rot. cor. Arguell. deciſ. 115. num. 8. & 9. co-
ram Priolo deciſ. 46. num. 25. in Sorana Juriſpatr. 22. Ja-
nuarii 1712. §. Ita dictante & 24. Novembris 1713. §.
Ad infringendam, cor. R. P. D. meo Falconerio, & in Sa-
lernitana Juriſp. 11. Martii 1615. §. Hac igitur in fin. cor.
eod. confirmata 13. currentis menſis, coram R. P. D. meo
Criſpo. Altera verò ex illa aſſurgebat animadverſio-
ne, quod negligentia præſentandi in una, vel altera
vacatione evenire potuit ex ignorantia vacationis, ſeu
32 pertinentiæ ob minorem tunc ejuſdem Franciſci æta-
tem, ejuſque Patris deficientiam, quæ utique ipſi præ-
judicare nequivit in aliis futuris vacationibus, & ſic
in iſta, de qua agitur, ad tradita per *Federic. de Sen.*
conſ. 112. in ultimo dubio, Abbatem d. conſ. 54. nu. 3. poſt
med. verſ. nam ubicumque lib. 1. in recen. deciſ. 273. nu-
mer. 15. part. 13. & in Celſonen. Beneficii 25. Januarii
1700. §. Non ſubſiſtit & §. Non juvat repetere, cor. bo.
mem. Jacometto.

Et ita utraque parte fortiter informante reſolutum
fuit.

M O T I V U M.

In Piſcien, ſeu Nullius *Capitul. Odoardus*,
ſive Congruæ.

Die 5. Julii 1712.

A R G U M E N T U M.

Poſt abſolutoriam ab obſervatione Judicii, poteſt Clericus, in alio Judicio à Creditore conventus, Beneficium *Capitul. Odoardus* petere, etiam non refectis expenſis. Non valet renunciatio hujuſmodi Beneficio etiam cum Juramento. Pinguiùs conſulitur Clericis per aſſignationem Congruæ Parochialis, quàm ope dicti *Capituli Odoardus*: & quomodo Congruæ taxatio fieri debeat.

S U M M A R I U M.

1 *Reo ab obſervatione Judicii abſoluto, non poteſt Actor iterum agere, niſi refectis expenſis.*

2 *Beneficium* Cap. Odoardus, *ſemel denegatum, poteſt, nova ſuperveniente cauſa, denuo expoſtulari, etiam non refectis expenſis; maximè ſi excipiendo deducatur*, & n. 5.

3 *Perempta Inſtantia, non impeditur Clericus hujuſmodi beneficium deducere.*

4 *Abſolutoria ab obſervatione Judicii cum Inſtantiæ peremptione fraternizat.*

6 *Actor perjurus, eſt à limine Judicii repellendus.*

7 *Licèt agatur de contractu, enormiſſimè læſivo, & quare.*

8 *Renunciatio* Capitul. Odoardus *non validatur Juramento.*

9 *Ita ut neque opus ſit, relaxationem ejuſdem Juſjurandi obtinere.*

10 *Idque regulare eſt in quolibet Juramento, ad validandam obligationem, quæ bonis moribus, Canonum cenſuræ, vel publicæ utilitati adverſatur, appoſito, & de ratione*, & n. 11.

12 *Clericus, conventus tanquam hæres alterius, non gaudet Beneficio* Cap. Odoardus.

13 *Hæres cum Beneficio Inventarii, non docens de illius confectione, legitimè facta, dicitur eſſe in dolo, ac Bona hæreditaria occultaſſe præſumitur.*

14 *Et ex hac doli præſumptione Clericus repellendus eſt à Beneficio* Cap. Odoardus.

15 *Inventarium ritè, & rectè factum non prodeſt, niſi ratio reddatur Bonorum, in Inventario deſcriptorum.*

16 *Hæres cum Beneficio Inventarii conveniendus eſt actione tantum reali.*

17 *Clericus, conventus actione reali, Beneficio* d. Cap. Odoardus *non fruitur.*

18 *An, & quando fructus Beneficii adjudicari poſſint Creditoribus Beneficiati*, & ſeqq.

21 *Clerici habeant verum dominium ſuorum Beneficiorum.*

23 *Parocho remanere ſemper debet Congrua Parochialis.*

24 *Quæ ſumma aſſignanda ſit Clericis vigore* Capit. Odoardus, & ſeqq.

25 *An cum iiſdem regulis procedendum ſit in taxatione Congruæ Parochialis.*

26 *Conciliare Decretum, ſtatuens Parochiales Eccleſias, quæ ſummam ducatorum centum non excedunt, Penſionibus, aut reſervationibus fructuum non eſſe gravandas, non extenditur ad caſum aſſignationis eorundem fructuum, Creditoribus temporaliter faciendæ.*

27 *In erectione novæ Parochiæ poteſt Epiſcopus Parocho aſſignare ſummam, minorem centum ducatis.*

28 *Quæ ſit differentia inter caſum reſervationis Penſionis, & adjudicationis partis fructuum Creditoribus Parochi*, & n. 29.

30 *Quæ ſpectari debeant in conſtituenda Congrua Parocho obærato.*

31 *Congrua Vicariis perpetuis in qua quantitate debeatur.*

32 *In aſſignatione Congruæ Parochialis, Regionis uſui plurimum defertur.*

33 *Declaratur* Clericat. de Benef. diſc. 34.

34 *In taxanda qualitate Congruæ an poſſint, & debeant æſtimari emolumenta Parochialia Funerum, & ſimilium*, & n. 35.

D E C I S I O LVII.

COnfirmanda cenſui Sententiam Domini mei de Ciampellis unius ex Auditoribus Illuſtriſſimæ Nunciaturæ Apoſtolicæ Floren. juxta quam Reverendus Dominus Antonius de Guaſparinis Rector Parochialis Eccleſiæ SS. Bartholomæi, & Andreæ de Monte ad Piſciam, excluſus fuit à Beneficio, Clericali Ordinis conceſſo, à vulgato *Text. in c. Odoardus, de ſolut.* per eum intentato, ad ſe eximendum à ſolutione

tione debiti, quod tanquam hæres R. D. Mariotti de
Bucciantinis, habebat cum Domino J. U. D. Jacobo,
& Fratribus de Pagnis.

Licèt enim duæ exceptiones, quæ pro parte eorundem DD. de Pagois oppoſitæ fuerunt ad repellendum
R. D. de Guaſparinis à limine Judicii corruere viſæ
fuerint, nimirum exceptio rei judicatæ Reverendiſſimi Ordinarii Piſcien. de anno 1690. dictum Beneficium *cap. Odoardus* denegantis, ac altera perjurii, nihilominus ex infra deducendis conſtitit, ſuffragari non
potuiſſe eidem D. de Guaſparinis ejuſdem *cap. Odoardus* diſpoſitionem.

Quatenus enim pertinet ad primam ex oppoſitis exceptionibus, quamvis iodubitati juris ſit, quod, reo
1 ab Judicii obſervatione abſoluto, non poſſit Actor iterum agere, niſi refectis expenſis ad *Text. in l. Properandum §. Et ſi quidem Cod. de Judic.* cui conſonat
Text. in cap. examinata eodem tit. Marant. in ſpecul. aur. p. 5. num. 49. & 52. animadverti, quod D. de Guaſparinis, contra quem de dicto anno 1690. emanavit Sententia favore DD. de Pagnis, abſolutoria ab obſervatione Judicii, in quo à dicto D. de Guaſparinis intentatum fuerat idem Beneficium *capit. Odoardus*, in
præſenti caſu reputari debet reus, non actor, tanquam denno conventus in alio Judicio ad debiti ſolutionem à DD. de Pagnis; Et cum alioquin extra
controverſiam boc Beneficium *cap. Odoardus*, licèt de-
2 negatum, nova ſuperveniente cauſa, denuo expoſtulari poſſit, ot in eodem *cap. Odoardus* docuit inſignis
Canoniſta *Fagnan. num. 67.* venit in ſequelam, quod
etiam non refectis expenſis, licitum fuit, maximè excipiendo, bujuſmodi Beneficium deducere, quia, ſicuti perempta inſtantia, non impeditur Clericus illud
3 iterum proponere ex animadverſis per eundem *Fagn. loc. proximè cit.* ita pariter impediri non debet in caſu ſenteotiæ abſolutoriæ ab obſervatione Judicii, quæ
4 cum Inſtantiæ peremptione fraternizat *Marant. d. p. 5. num. 49.* nè Clericus, non valens expenſas reficere,
5 hoc privilegio, Ordini Eccleſiaſtico conceſſo, indirectè privetur, ut ad rem *Fagnan. in cap. Cum non ab homine, num. 65. de Judic. Rot. inter impreſſ. poſt Conſil. Farinacc. dec. 241.*

Quatenus verò ſpectabat ad alteram exceptionem
perjurii, deductam ex eo, quod R. D. de Guaſparinis in Apoca, qua ſe recognoverat debitorem dictorum DD. de Pagnis, promiſerat cum jurejurando, ſe
dicto privilegio non uſurum, ac poſtea, non obtenta
abſolutione, illud io Judicio deduxerat, quo caſu perjurii reatum, à limine Judicii repellentem, Actorem
6 incurrere non eſt dubium, juxta *Text. in cap. 1.* ibique Canoniſtæ de *jurejurand. Afflict. deciſ. 220. num. 17. Altograd. conſil. 46. n. 6. lib. 1. Rot. cor. Coccin. deciſ. 268. n. 5.* licèt in Contractu læſio enormiſſima interveniſ-
7 ſet, cum nemo propria auctoritate ſui Juramenti Judex eſſe valeat, juxta notata per *Abbat. in c. cum cauſam, n. 13. de jurejur. Bald. conſ. 11. num. 1. lib. 4. Marescott. Var. Reſol. c. 84. n. 1. lib. 2. Rot. cor. Coccin. dec. 265. n. 4.* eandem exceptionem ruere putavi, quia juxta
veriorem, & communiter receptam Senteotiam, ne-
8 quaquam valet Jurameotum ad validandam renunciationem Beneficio *c. Odoardus* argumento *Text. in cap. ſi diligenti, de for. compet. Fagnan. in d. c. Odoard. n. 64. & ſeqq. ibidemque Barboſ. num. 24. Theſaur. deciſ. 36. num. 4. Maceraten. reſol. 41. n. 6.*

Etenim, cum reounciatio hujuſmodi Beneficio *cap. Odoardus* ſit contra bonos mores, ex quo opponitur
Sacrorum Canooum ſanctioni, quæ decoris Sacri Ordinis Clericalis proſpiciens, noluit, Clericos in illius
dedecus, & opprobrium, ad mendicandum victum,
fore compellendos, ut monent mox præcitati Docto-
9 res, nequaquam oportuit adjecti vinculi jurisjurandi
relaxationem obtinere *Covarruv. Var. Reſol. lib. 2. c. 1. num. 9. Rot. coram Burat. deciſ. 97. numer. 3. & in recent. deciſ. 27. part. 15.* ut etiam regulare eſt in quolibet jurejurando, quod ad validandam aliquam obligationem,
quæ vel ſit contra bonos mores, aut Canonum cen-
10 ſuram, vel publicæ utilitati adverſetur, fuerit appoſitum, cum in his caſibus nulla opus ſit ipſius jusjurandi abſolutione *ad Text. in c. ſi diligenti, de for. compet. & l. Jus publicum, ibique Bartol. ff. de pact. Suarez de Relig. lib. 2. cap. 2. & ſeq. & cap. 26. Rot. dec. 702. num. 17. part. 4. tom. 3. & dec. 262. num. 10. & 27. part. 9. rec.*
patenti id ſuadente ratione, quia in hujuſmodi caſibus nulla poteſt reputari apud Deum contracta obligatio, qui majeſtate numinis ſui iniquas hominum
fraudes non corroborat, ſed eas odio proſequens de- 11
teſtatur, & evertit *D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 2. & quæſt. 88. art. 7. Suarez ubi ſupra cap. 23. num. 1. Urceol. conſult. 98. num. 34. & ſeq. vol. 2. Rot. dec. 702. num. 17. p. 4. tom. 3. rec.*

Sublatis autem præmiſſis difficultatibus, adhuc viſum fuit, R. D. de Guaſparinis reperiri in caſu ſuccumbentiæ cum excluſione à Beneficio ſæpecitati *Tex. in c. Odoard.* Saoè io hoc Judicio ipſe cooveoitur non
ex debito à ſe contracto, ſed tanquam hæres Domini de Bucciantinis, boc enim caſu oon ſuffragari Clerico prædictum Beneficium, unanimiter firmant *Bar-* 12
boſ. de Jur. Eccleſ. lib. 2. c. 39. §. 6. n. 32. & in Collect. ad eundem Text. num. 19. Squillan. de privil. Cleric. c. 50. nu. 43. Ricc. in Prax. poſt reſol. 255. in adnot. n. 2. Thom. Triviſan. dec. 8. p. 1.

Haud relevante, quod idem Dominus de Guaſparinis ſit hæres cum Beneficio Inventarii, tum quia
de legitimo Inventario non docuit, ideoque in dolo eſſe, ac Bona hæreditaria occultaſſe præſumitur 13
§. Sancimus, & §. Si verò Auth. de hæred. & Falcid. Maſcard. de Probat. conſ. 852. vol. 2. de Franch. dec. 536. Rot. dec. 142. num. 10. part. 14. recen. ex qua doli præſumptione repellendum eſſe Clericum ab eodem Benefi- 14
cio docuerunt *Fagnan. in eodem cap. Odoard. num. 44. Maceraten. dec. 41. n. 1. Rot. diverſ. dec. 841. part. 3. & coram Royas deciſ. 475. num. 1.* Tum quia, conventus uſque
de anno 1690. coram Reverendiſſimo Domioo Ordinario Piſcien. rationem oon reddidit Bonorum in Inventario deſcriptorum, ac proinde etiam inventarium 15
ritè, & rectè factum eidem prodeſſe non valuit *Bartol. in l. final. C. de Jur. deliberand. Gratian. diſcept. for. cap. 981. n. 27. Rot. coram Merlin. dec. 721. n. 1. & ſeqq. & in rec. d. 31. num. 3. p. 13.*

Quinimmo etiamſi rationem rerum hæreditariarum
legitimè reddidiſſet, adhuc extranea fuiſſet prædicti
Beneficii *cap. Odoardus* expoſtulatio, quia in hoc caſu Clericus taotummodo actione reali contra bona, 16
in inventario deſcripta, eſt conveniendus, juxta tradita per *Rot. cor. Merlin. dict. dec. 721. n. 1. & 2. in rec. dec. 28. n. 5. & dec. 143. num. 4. part. 14. rec.* Cum verò
actione reali Clericus convenitur, hujuſmodi Benefi- 17
cio frui non poſſe, mouuerunt *Aretin. in §. Item ſi de Dote col. 1. verſ. in ea gloſſa in fin. Inſtitut. de action. Carol. de Graſſ. de effect. Clerical. effect. 7. n. 62. Ricc. in Prax. reſolut. 235. in adnot. n. 2. Squillan. de privil. Cleric. cap. 10. numer. 25.*

His ita diſcuſſis, acrior emerſit controverſia circa
modum committendæ executionis contra eundem Dominum de Guaſparinis, qui nulla bona patrimonialia, ſed tantummodo Beneficium Parochiale poſſidere,
in confeſſo erat apud Partes; an ſcilicet, & quomodo in prædicti Parochialis Beneficii fructibus executio
concedenda foret. Unde aſſumpta hujus quæſtionis diſceptatione, licet eoſdem fructus Creditoribus adju- 18
dicari non debere videretur per *Text. in cap. pervenit de Arbitr. ibique Abb. num. 2.* nihilominus aparuit illam
adjudicationem fructuum Beneficii à Sacris Canonibus improbatam non eſſe, per quam non in perpetuum, quod alienationis ſpeciem redoleret, ſed ad
tempus fructus Beneficii, ſive illorum pars Credito- 19
ribus adjudicatur, ut diſtinguendo doceot *Barboſ. de Jur. Eccleſ. cap. 17. num. 42. D. Migliorucc. in Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 30. num. 28.* unde in defectum aliorum
Bonorum poſſe in cauſam judicati temporaliter Creditoribus, Beneficii fructus adjudicari, evincitur ex 20
Text. in cap. pervenit ibique Gloſſ. in V. Creditoribus, & Abb. num. 10. de Fidejuſſ. & Barboſ. in collect. ad eundem Text. Lotter. de Re Beneſic. lib. 4. quæſt. 24. num. 25. & q. 38. numer. 24. Rot. deciſ. 470. num. 2. & ſeq. cor. Rembol. deciſ. 102. num. 18. poſt Conſil. Farinacc. & dec. 998. num. unic. p. 3. diverſ.

Hujuſmodi ſiquidem fructuum Beoeficiorum Clerici
verum domininm nacti ſunt poſt diviſionem, quæ 21
Dioniſio Papæ communiter tribuitur, ut docent *D. Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 7. & opuſc. 6. art. 12.* & plenè
examinato articulo, & rejectis contrariis *Gonzalez in*
cap.

Digitized by Google

*cap. cam ia Officiis , de Teſtam. Fagaaa. reprobat. Navarr.
in cap. ſi qui ſanè , num. 2. & ſeq. de privileg. Cleric.
Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſc. allegat. 214. num. 5.
§. Hinc colligitur part. 3. De Lac. de Beneſic. diſc. 81.
num. 12. ia fin.* ac proinde nullum eſt inconveniens , ut
in iis , tanquam propriis ipſius Clerici , juſtitia impel-
22 lenre , nt Creditoribus ſatisfiat , demandari poſſir exe-
cutio arg. *Text. ia l. ſi debitor ff. de V. ſignific. Sperell. de-
ciſ. 107. a. 26. & ſeqq. tom. 2.*

Deſcendendo verò ad modum ſervandnm in caſu ,
quo agebatur , adjudicationis faciendæ fructuum præ-
dictæ Parochialis , qui firmati fuerunt in ſumma ſcu-
torum 105. contendebat Dominns de Guaſparinis , nul-
latenus poſſe fieri eandem adjudicationem ſavore DD.
de Pagnis , eo quia prædicti redditus vix æquabant
23 Congruam Parochialem , quam ſemper Parocho eſſe
relinquendam docet *Text. in cap. Extirpanda , & cap.
de Monachis , de Preb. & cap. 1. eod. tit. in 6. Rota cor.
Maatic. dec. 269. numer. 3. & ia rec. dec. 449. numer.
23. part. 2. dec. 342. part. 14. rec.*

Per Congruæ ſiquidem Parochialis aſſignationem ma-
gis conſultum eſt Clericis , quàm per Beneficium *d.
cap. Odoardas* , juxta quod tenui , & ad menſuram ne-
ceſſitatis , ejuſdem Clerici victui tantummodo provi-
24 detur *Faga. in d. cap. Odoardus n. 31. Rot. cor. Seraph.
dec. 173. & dec. 998. p. 3. diverſ. & ia rec. dec. 207. p.
15. n. 14.* Unde relinqui debere tantummodo ſcuta vi-
ginti quinque , tradunt *Ricc. ia Prax. reſol. 555. num. 3.
Rot. dec. 207. n. 14. p. 15. rec.* licet non ſit adeo refræ-
natum Judicis arbitrium , ut pro locorum , ac per-
ſonarum conditione major ſumma eidem Clerico re-
ſervari valear , ut obſervat *De Luc. de Credit. diſc. 120.
num. 10.* & dixit etiam *Rot. in dict. dec. 998. p. 3. di-
verſ.* Cum Parocho verò non ita agendum eſt , non
25 enim convenit , adeo egeſtate premi , ut eum Anima-
rum ſibi concreditarum diſpendio de ſua ſuſtentatione
ſit ſolicitus , quemadmodum obſervat *Caſtaga. de privil.
deduct. ne egeat , De Luc. de Penſ. diſc. 17. a. 10. & ſeqq.
Rot. cor. Seraphin. dec. 173. a. 6.*

Verùm fundamentum , quo nitebatur pro excluden-
dis DD. de Pagnis à petita adjudicatione partis fru-
ctuum dictæ Parochialis , eductum ex diſpoſitione *Sa-
croſancti Concilii Tridentini in c. 13. ſeſſ. 24. de reform.* in
quo ſtatuitur , Parochiales Eccleſias , quæ ſummam
ducatorum centum non excedunt , Penſionibus , aut re-
ſervationibus fructuum non eſſe gravandas , nequaquam
ſubſiſtere viſum fuit , quia *Concilium* loquens de Penſio-
nibus , aut reſervationibus fructuum , non poteſt extendi
26 ad caſum , de quo agimus , adjudicandi temporaliter Cre-
ditoribus partem eorundem fructuum *Barboſ. ibid. n. . . .
Panimoll. ia adnot. 2. ad d. 15. n. 17. Rot. dec. 596. a. 6. p.
4. tom. 1. rec.* Quod utique clara confirmatur ratione ,
quia ſi Concilium ſtatuiſſet Congruam Parochialem
in dicta ſumma Ducatorum centum , nequaquam li-
citum foret in novæ Parochiæ erectione minorem ſum-
mam Parocho aſſignare ; & alioquin indubiè Epiſco-
pum ſuo arbitratu illam conſtituere poſſe infra ſummam
27 dictorum ducatorum centum , dummodo alimentis ne-
ceſſariis congruat , firmant *Panimoll. d. adnot. 2. n. 12.
Rot. dec. 596. a. 6. p. 4. tom. 1.* ubi refertur exemplum D.
Caroli , *& dec. 246. a. 11. p. 8. rec.*

Magna verò diverſitas intercedit inter caſum reſer-
vationis Penſionis , & adjudicationis partis fructuum
Creditoribus Parochi ; nam in prima agitur de impo-
28 nendo onere reali ipſi Beneficio ad vitam reſervatarii
*Roman. conſ. 388. n. 9. De Luc. de Penſ. diſc. 23. a. 2. Cre-
ſcent. dec. 3. a. 2. tit. de ſolut. Rot. dec. 407. num. 2. p. 3. re-
cent.* In altero verò de ſimplici aſſignatione temporali
ad favorem dictorum Creditorum , qui tanquam lega-
29 les Parochi adminiſtratores , ipſius nomine fructus per-
cipiunt , ad hoc ut ex debitis , quibus prægravatur ,
ſine magno ejus incommodo liberaretur *De Luc. de Penſ.
d. diſc. 23. a. 4.*

Ex his firmata inapplicabilitate cenſuræ *Sacri Con-
cilii* , quodque denegari non poterat adjudicatio partis
fructuum dictæ Parochialis DD. de Pagnis , remanſit
inquirendum , in qua ſumma reſervanda eſſet Congrua
Parochialis pro dicto Domino de Guaſparinis . Et cum
30 hujuſmodi Congruæ taxatio dependeat ab arbitrio Ju-
dicis , penſatis perſonarum , loci , & Eccleſiæ circum-
ſtantiis , cenſui , eandem Congruam conſtituendam eſ-
ſe in quantitate ſcutorum quinquaginta , & aliorum
decem pro Eccleſiæ manutentione , reliquos verò fru-
ctus aſſignandos prædictis Dominis de Pagnis . Et-
enim pro Congrua alimentari Parochi , indubiè ſuf-
ficiens reputari debet ſumma ſcutorum quinquaginta ,
cum in eadem quantitate conſtituta fuerit à *ſ. m. Pio V.* 31
conſtit. 47. pro Vicariis perpetuis , quorum officium ,
atque munus idem eſt , ac Parochorum Titularium ,
& ad vitam Jure proprio Parochiam adminiſtrant *Pa-
nimol. adnot. 2. ad dec. 15. n. 10. Rot. dec. 449. nu. 7. p. 2.
recent.* attento maximè regionis uſu , juxta quem quam-
plurimæ ex Eccleſiis Parochialibus , quæ in titulum
conferuntur , inferioris redditus exiſtunt , cui plurimum 32
in hac materia eſſe deferendum , notat *Abb. ia cap. ut
quiſquam , num. 1. verſ. & dicit Paulus de vit. & honeſt.
Cleric. Rot. 354. a. 12. cor. Buratt.*

Neque vis fieri potuit in auctoritate , quæ pro pun- 33
ctuali in contrarium efferebatur , *Clericat. de Benefic. diſc.
54.* præſertim ſub *n. 29.* qui cenſuit Parocho ære alie-
no gravato , eſſe reſervandam Congruam in ſumma du-
catorum centum , quia quidquid ſit de veritate ejus opi-
nionis , quæ fundatur in auctoritatibus præſertim *Bar-
boſ. de Offic. Paroch. c. 29. a. 17. & Rot. coram Cerr. dec.
58. num. 6.* qui loquuntur in terminis Penſionis , cer-
tum eſt , quod cum Congrua Parochialis reſervanda
ſit , ut ſupra diximus , conſideratis qualitatibus loci ,
perſonæ , & Eccleſiæ , alia Congrua ſtatuenda erat pro
Parocho Civitatis Paduæ , alia verò pro Domino de
Guaſparinis Parocho Eccleſiæ ſuburbanæ Piſciæ , pro
cujus ſuſtentatione minor ſumma indubiè ſufficiens re-
putari debuit ,

His denique accedit , quod ultra dictam Congruam
ſcutorum quinquaginta , domino de Guaſparinis reman-
ſerunt etiam emolumenta Parochialia funerum , & ſi-
milium , quæ quamvis incerta ſint , & juxta incerto- 34
rum naturam non viderentur in Congruam reputanda
juxta doctrinam *Ancharan. in Clement. unic. nu. 4. de con-
ceſ. Præbend.* cum concordantibus *Lotter. de Re Benef. l.
1. quæſt. 42. n. 63. Buratt. dec. 354.* Attamen cum habeant
certitudinem quoad exiſtentiam , & Jure Parochi per- 35
cipiantur , poſſunt , ac debent illa etiam æſtimari in
Congruæ quantitate taxanda , ut benè diſtinguit *Rot.
in Marianen. Penſionis 16. Junii 1625. coram Pirovaa. De
Luc. de Benefic. diſc. 90. a. 70.*

Et ita Partibus acerrimè informantibus , reſolutum
fuit ,

*Jo: Jacobus Scarfantoni Jud. Delegatus Apoſtolicus , &
Canonicus Cathedralis Piſtorien.*

Piſtorien. Annuarum Præſtationum.

V O T U M.

Inter Illuſtriſſimos DD. Operarios

S. JACOBI APOSTOLI,

ET RR. MONIALES

S. MARIÆ GRATIARUM

VULGO DEL LETTO.

Jov. 8. Februarii 1720.

A R G U M E N T U M.

Obligatio ex certa , & determinata cauſa facta , ceſ-
ſat , ceſſante ipſa cauſa , ac proinde ceſſante pau-
pertate Monaſterii , pro cujus ſuſtentatione facta fuit
obligatio , non tenetur ulterius is , qui pro eadem
ſe obligavit ; maxime ſi obligatio fuit facta pro-
viſionaliter , & non abſolutè . Centenaria non ope-
ratur , quando conſtat de principio , quodque obſer-
vantia ſubſecuta ab eo originem duxit . Univerſitas
non obligatur ex facto particularium Perſonarum ip-
ſius univerſitatis , ſed oportet , ut inſimul congre-
gata actum approbaverit . Arbitrorum poteſtas ad
quid extendatur ,

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Ceſſante fine, & cauſa obligationis ceſſat ipſa obligatio.*

3 *Obligatio facta ex cauſa paupertatis, evaneſcit ceſſante paupertate.*

4 *Obligatio alimentorum ceſſat, quoties is, qui ea accipere debet, aliunde habeat, unde ſe alat.*

5 *Aſſignatio facta Clerico promovendo ad Sacros Ordines, diminuitur pro rata acquiſitionum factarum poſt ipſam aſſignationem.*

6 *Eadem ratio, quæ militat de toto ad totum, militat de parte ad partem.*

7 *Non præſumitur, quod ſe obligans ad alimenta ex cauſa paupertatis, voluerit ſe obligare, ea ceſſante.*

8 *Centenaria tribuit poſſidenti meliorem titulum de Mundo.*

9 *Limita in caſu, quo centenaria ortum duxit à titulo proviſionali, à quo ipſa non poteſt disjungi.*

10 *Præſumptio alterius tituli ceſſat, quoties obſervantia eſt univoca juxta antiquum titulum, qui producitur.*

11 *Centenaria, aut immemorabilis, tanquam præſumptioni innixæ, cedunt titulo expreſſo, qui producit in poſſeſſore malam fidem.*

12 *Centenaria non operatur, ſi conſtet de privilegio, ſive titulo invalido,* & n. 13. & 14.

13 *Item ſi caſus utendi antiquo titulo non advenerit, quia tunc non dicitur concurrere negligentia non utentis, in quo fundatur centenaria.*

16 *Non valenti agere non currit præſcriptio.*

17 *Actus geſti ab aliquibus de Univerſitate, non præjudicant ipſi Univerſitati.*

18 *Univerſitas non cenſetur approbaſſe factum, licet longo tempore continuatum, ſi hoc non fecerit cum expreſſo conſenſu præſtito, dum eſt legitimè congregata.*

19 *Civitas læſa reſtituitur in integrum, & minoris jure gaudet.*

20 *Arbitri poteſtas limitatur à compromiſſo, cujus limites tranſgrediendo nulliter agit.*

21 *Arbiter poteſt declarare ſuper acceſſoriis, & dependentibus.*

22 *Narrativa facta in compromiſſo non eſt attendenda, ſed pars diſpoſitiva.*

23 *Arbiter quando cenſeatur etiam Arbitrator, & amicabilis compoſitor.*

24 *Arbitrator poteſt ex bono, & æquo differentiam componere, etiam excedendo aliqualiter terminos compromiſſi.*

25 *Item decernere circa cohærentia, & acceſſoria, expreſſa in compromiſſo.*

DECISIO LVIII.

1 SAN. *mem. Clemens VII.* per ſuas Literas Apoſtolicas de anno 1526. ad preces Communis Piſtorii univit Operæ S. Jacobi Apoſtoli dictæ Civitatis, quoddam Hoſpitale SS. Jacobi, & Laurentii, una cum Oratorio, ſive Eccleſiæ S. Mariæ nuncupatæ Gratiarum, cui antea piiſſimus Eques Petrus de Forteguerris, pro honore, & decore ipſius Eccleſiæ, inſigne legatum reliquerat, ut ex ejus Teſtamento de anno 1481. ea lege per ipſum Summum Pontificem adjecta, ut ſupportatis hoſpitalitatibus, aliiſque per eundem Equitem Petrum injunctis oneribus, reliquum in Monaſterii erectionem, ac Monialium, quæ apud idem Oratorium degere debebant, manutentionem convertere, & ſi quid ſuperfuiſſet, in eleemoſynis, aliiſque Piis Operibus expendere teneretur.

Conſtructo autem prædicto Monaſterio, & Monialibus in illud introductis, Generale Conſilium dictæ Civitatis de anno 1527. ſolemni Deliberatione applicavit pro victu, & veſtitu, aliiſque oportunis dictarum Monialium, ſub gubernio temporali DD. Operariorum remanentium, amore Dei, & titulo eleemoſynæ uſumfructum omnium Bonorum dicti Hoſpitalis per decennium inde futurum, injuncta per idem tempus ſatisfactione omnium onerum ejuſdem Hoſpitalis, & ſignanter relictorum ab eodem Equite Petro de Forteguerris, prædictæ Operæ S. Jacobi, ac ſubinde prædicta Communitas, volens firmiter providere futuræ dicti Monaſterii manutentioni, eidem aſſignavit Libras 15. m. extrahendas à gabellis Portarum dictæ Civitatis, per Operam prædictam in emptionem ſtabilium ad favorem memorati Monaſterii convertendas.

Verùm, immutato paulo poſt Civitatis ſtatu, ac facto Principis adempta publicorum redditum adminiſtratione à Civibus, & proinde ſublato effectu dictæ aſſignationis Librarum 15. m. idem Generale Conſilium de anno 1549. prorogavit Deliberationem, ut ſupra factam, ſuper applicatione omnium redditum Hoſpitalis ad aliud quinquennium, quæ ſubinde aliis vicibus continuata fuit. Ac denique de anno 1565. pro ſubveniendo indigentiis earundem Monialium, quibus ad id tempus ſufficienter proviſum non fuerat, ad Principis beneplacitum eis aſſignavit uſumfructum dictorum Bonorum Hoſpitalis, remanente apud Operam prædictam omnium prænarratorum onerum implemento.

Cum autem modernis temporibus nimis gravis videretur prędictis DD. Operariis omnium dictorum onerum ſupportatio, maximè quia eadem Opera, præterlapſis annis, quibus Civitas penuria laborabat, pro occurrendo Pauperum indigentiis ſeſe ære alieno ſub uſuris prægravaverat, & alioquin Moniales prædictæ propter novas bonorum acceſſiones, præcipuè verò propter Unionem alterius Monaſterii S. Mariæ de Ripalta earum Monaſterio factam, non ſolùm in optimo ſtatu œconomico reperiebantur, ſed notabiliter redditus excedebant expenſas manutentionis Monialium, prout conſtabat ex ſtatu Monaſterii confecto occaſione electionis novæ Abbatiſſæ, & in actis Curiæ Epiſcopalis exiſtente, cenſuerunt DD. Operarii, eſſe locum moderationi aſſumptorum onerum, quibus commodè eædem Moniales propriis redditibus ſupplere poterant. Quare unanimi conſenſu ad parcendum ſumptibus litis, tam prædicti Operarii cum auctoritate Clariſſimi Conſilii practicæ Secretæ S.R.C. quàm ipſæ Moniales, approbante Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Ordinario Piſtorienſi, exortas controverſias in Nos, tanquam communes Arbitros, cum plena facultate eaſdem decidendi ſummariè, & extrajudicialiter, ſola facti veritate inſpecta, compromiſerunt. Et aſſumpto per nos earundem controverſiarum examine, decernere placuit, ſupraſcriptam Operam, attento bono ſtatu œconomico prædicti Monaſterii, non teneri in futurum ad infraſcriptas annuas præſtationes, nempe ſextariorum ſexdecim frumenti pro ſalario Confeſſarii, ſextariorum decem ſimilium pro mercede Medici, & trium pro mercede Chirurgi, & ulteriùs cadorum duodecim vini, librarum tercentarum carnis Suis, librarum centum quindecim denariorum, ac denique præſtationem Ceræ pro uſu dictæ Eccleſiæ S. Mariæ Gratiarum excedere non debere ſummam librarum ducentarum, ſalvis remanentibus quoad cætera hinc inde juribus Partium, ut ex noſtro Laudo publicato uſque ſub *die 8. Februarii* anni currentis 1720.

Fundamentum captæ reſolutionis in eo ſtetit, quòd, cum conſtaret ex præmiſſis, aſſumptionem dictorum onerum factam per dictam Operam ex decreto Generalis Conſilii Piſtorienſis, tam in principio, quàm ſucceſſivis temporibus, eſſe proviſionalem, nempe quoaduſque duraret Monaſterii indigentia, ut patet ex Proviſionibus factis de dicto anno 1537. & 1561. & clarius etiam per Literas Clariſſimi Conſilii Practicæ Secretæ, datas ſub *die 27. Februarii* 1562. Ac inſuper eorundem onerum aſſumptionem fuiſſe merè voluntariam, & gratuitam, & amore Dei, cum ex diſpoſitione prædictarum Literarum Apoſtolicarum *Clementis VII.* tenerentur Operarii, ſupportatis priùs oneribus hoſpitalitatis, aliiſque injunctis per antedictum D. Equit. de Forteguerris, ſuper excedentes ſolummodo redditus in Monialium manutentionem convertere; & ad præſens, ſaltem in parte, cauſam aſſumptionis dictorum onerum propter excretos dicti Monaſterii redditus ceſſaſſe appareat, optimo Jure potuerunt prædicti Operarii moderationem earundem annuarum præſtationum prætendere ex vulgato juris principio, quòd ceſſante fine, & cauſa obligationis, ceſſat etiam ipſa obligatio, *Rot.* 2
coram Ludovſ. dec. 567. n. 1. ibique Adden. n. 1. cor. Duran. dec.

dec. 405. *num.* 1. *Rocc. diſput. ſelect.* 65. *num.* 1. *&* 5.
Rot. apud D. Auditor. Calderon. reſol. 33. *num.* 21. & ma-
gis ad rem *Altograd. conſ.* 77. *num.* 2. *lib.* 2. *Poſſib de Ma-*
nuten. obſerv. 80. *n.* 19. *&* 20. *Manſ. conſ.* 59. *num.* 5. *&*
conſult. 639. *num* 26. *Rot. dec.* 27. *num.* 3. *coram Mantic.*
concurrente maximè natura ſubjectæ materiæ, præ-
ſtationum nempe promiſſarum ex cauſa ſuſtentationis
Monialium; Promiſſio ſiquidem ob cauſam paupertatis
3 facta, ceſſat ceſſante paupertate ad *Text. in l. cura §.*
Deficientium ff. de munerib. & honorib. & in l. ab his one-
ribus §. Auctis ff. de vacat. & excuſat. muner. Roman.
conſ. 404. *numer.* 5. *Adden. ad deciſ.* 617. *num.* 510. *&*
ſeq. part. 4. *recent. tom.* 3. *Rot. dec.* 565. *n.* 2. *ibique Ad-*
den. in princ. cor. Pamphil. & dec. 90. *num.* 36. *part.* 19. *rec.*
& alimenta alicui conſtituta, proportionaliter decre-
4 ſcunt ad menſuram facultatum ei ſuperventatum *Sal-*
gad. de Reg. Protect. part. 4. *cap.* 7. *numer.* 88. *&* 97. *&*
ſeqq. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. diſcept. 613. *n.* 6.
& in proximis terminis obligationis ſuſceptæ pro ali-
mentis Clerici, ad Sacerdotium promovendi, donec
de Beneficio, vel congrua ſuſtentatione provideatur,
quod proportionabiliter ad acquiſitionem ſint dimi-
5 nuenda, docuit *Sanch. ad Præcept. Decal. tom.* 2. *lib.* 7.
cap. 1. *in fin. Bellett. diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit.* 1. *De Bon.*
Cleric. §. Pariter in fin. Rot. in Firmana annuæ præſtatio-
nis 15. *Junii* 1705. *§. Parum refragante, coram Mo-*
lines.

Nec adverſatur, quòd Monaſterium ex acquiſitioni-
bus huc uſque factis non habeat id totum, quod ne-
ceſſarium eſt pro ſua manutentione, quia id ſolùm o-
perari poteſt, quod non omnimodè ceſſaverit obliga-
tio omnia prædicta onera ſubſtinendi, ſecus autem quo-
ad ceſſationem obligationis pro rata acquiſitionum per
dictas Moniales factarum, pro qua indubiè obligatio
ceſſare debet, quia eadem ratio, quæ militat de toto ad
6 totum, militat etiam de parte ad partem *Lancellott. Gall.*
conſ. 58. *num.* 17. *&* 27. 29. 35. *&* 37. *Larr. allegat. Fiſ-*
cal. 46. *n.* 16. *Torre de Pact. fut. ſucceſſ. lib.* 1. *cap.* 4. *n.*
48. *Rot. dec.* 63. *num.* 13. *poſt Albit. de inconſtant. in Judic.*
& in terminis *Rot. in dict. Firmana annuæ præſtationis*
ann. 1705. *d. §. Parum refragante*, & ſi alias dicendum
eſſet, ſequeretur quod id, quod Civitas, ſeu Opera
erogavit, ex cauſa ſubveniendi indigentiæ ſuſtenta-
tionis Monialium, converteretur in earum locupleta-
tionem, præter omnem veriſimilem mentem & in-
tentionem ejuſdem Civitatis, ſeu Operæ, quod ferri
7 non debet *Dec. reſponſ.* 52. *num.* 20. *&* 27. *lib.* 1. *Rot.*
dec. 83. *n.* 10. *&* 11. *cor. Buratt. & dec.* 222. *nu.* 8. *cor.*
Priol. & dec. 93. *num.* 7. *part.* 19. *recent. & in Spoletana*
Bonorum 1. *Februarii* 1683. *§. Tum quia, cor. bon. mem.*
Urſino.

Haud officiente, quod in dicta Proviſione Genera-
lis Conſilii de anno 1551. enunciatum fuerit, Ope-
ram prædictam eſſe debitricem Monaſterii de ſumma
Librarum 15. m. quia (ultraquamquod dicta enunciati-
va detegitur erronea ex eo, quod, cum Opera, ut ſu-
pra diximus, ex facto Principis non potuerit exigere
ab Appaltatoribus Gabellæ Portarum dictam ſummam,
ab eodem Generali Conſilio eiſdem Monialibus aſſigna-
tam, perperam de dicta ſumma conſtituebatur debitrix)
fuit præterea à DD. Operariis probatum, Operam ſu-
perabundè dictæ obligationi ſatis feciſſe cum expenſis
factis in fabrica Monaſterii, excedentibus ſummam
ſcutorum 4. m. ut conſtitit ex Literis datis DD. O-
perariis juſſu Sereniſſimi M. Ducis de *die* 5. *Novem-*
bris 1574.

Nullatenus pariter refragante, quod ſolutio dicta-
rum Præſtationum appareat continuata per curſum ſæ-
culi, & ultra, qui alioquin aptus eſt ad tribuendum
poſſidenti meliorem, ut ajunt noſtri, titulum de Mun-
8 do *Rot. dec.* 56. *n.* 25. *p.* 7. *& dec.* 158. *n.* 3. *part.* 10. *&*
cor. Emerix dec. 848. *num.* 2. Etenim duplici reſponſio-
ne ruere putavimus objectum. Ac primò quia, cum
titulus proviſionalis reſultaret ex actibus ſupra recen-
ſitis, nullum effectum operari poterat Centenaria, dum
jam conſtabat, ex quo motivo continuata fuerat præ-
dicta ſolutio. Siquidem eadem Centenaria obſervan-
tia fuit ſequela dicti tituli proviſionalis, illeque de-
dit principium eidem obſervantiæ, ac proinde ipſa
disjungi non poteſt ab eodem titulo, veluti effectus
derivans à primæva Cauſa, & ſuo unico principio,

pio, juxta ea, quæ unanimiter docent in puncto, *In-* 9
noc. in cap. Dudum n. 2. *de Decim. Geminian. conſ.* 96. *n.* 4.
verſic. ſi ergo, egregiè Pariſ. conſ. 27. *in numer.* 18. *lib.* 1.
Covarruv. in Reg. Poſ. part. 2. *§.* 3. *num.* 7. *in fin. Cancer.*
reſol. part. 3. *cap.* 3. *num.* 125. *&* 126. *Molin. de Primog.*
Hiſpan. lib. 2. *cap.* 6. *num.* 66. *Petr. Barboſ. de Præſcript.*
in Rubr. num. 349. *Caſtill. de Teſt. cap.* 26. *ſub num.* 36.
& melius ſub num. 38. Ceſſante in hoc caſu præſum-
ptione alterius tituli propter obſervantiam univocam,
quæ ad diverſum titulum referri non poteſt, optimè 10
Fontanell. dec. 445. *nu.* 25. *& ſeq. Gratian. diſcept.* 779.
num. 17. *&* 18 juncta altera ratione, quod imme-
morabilis, & centenariæ virtus, tamquam ſimplici
præſumptioni innixa, cedit expreſſo, & poſitivo titu-
lo, qui ob ſuum initium producit in poſſeſſore ma-
lam fidem, impeditivam ipſius effectus, qui naſcitur
ab immemorabili, vel centenaria, ut tradunt *Meno-* 11
ch. lib. 3. *præſumpt.* 108. *n.* 10. *Barboſ. de Præſcript. lib.* 2.
numer. 310. *alter Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de ref.*
n. 18. ibi, *Cum enim conſtet de titulo, & privilegio in-*
valido, centenaria poſſeſſio prodeſſe non poteſt, *Gonzal. ad* 12
reg. 8. *gloſſ.* 18. *num.* 48. ibi *Si conſtaret de injuſto, &*
invalido titulo, & infecto principio, tunc quidem non ſuf-
fragaretur immemorabilis, quamvis legitimè ſit probata;
ratio eſt, quia, cum conſtet de veritate infecti principii,
& ſic ſimus in claris, ceſſat præſumptio, quæ ex imme-
morabili reſultat: & hanc opinionem perpetuò tenuit 13
Sacrum Rotæ Romanæ *Auditorium in Mutinen. Paro-*
chialis 13. *Junii* 1687. *§. Tum quia, &* 1. *Decembris*
ejuſdem anni §. Quoniam, cor. bon. mem. Rondinin. &
in Bononien. Juriſpatronatus de Ghiſleriis 31. *Januarii*
1695. *cor. bo. me. Pio impreſ. apud Balduc. ad Ramon.*
tom. 4. *dec.* 103. *num.* 22. *& ſeqq. confirmata* 22. *Junii*
1695. *§. Aut verò, cor. eodem*, ubi Monachi S. Michae-
lis in Boſco vigore Donationis Juriſpatronatus fami-
liaris, illud poſſederant ſpatio ducentorum annorum,
& Rota cenſuit, hanc duplicem centenariam non ſuf-
fragari ad effectum præſumendi alium meliorem, ex
illa ratione, quia conſtabat, tanti temporis obſervan-
tiam originem duxiſſe, & inceptam fuiſſe ex titulo
nullo, & invalido deſcripto per Monachos in antiquo
ſtatu, ſeu Camplono Diœceſis Bononien. & enun-
ciativis Monachorum ab antiquo emiſſis; idemque di-
ctum fuit in *Nullius ſeu Fulden. Juriſdictionis* 2. *Junii* 14
1710. *§.* 36. *cor. bon. mem. Reverendiſſ. Anſaldo Decano*,
ibi, *Nam ſi ipſamet immemorabilis appareat, quod inni-*
xa ſit, vel derivet à privilegio non claro, ſive inſufficien-
ti, illa non remanet ampliùs operativa, & noviſſimè in
Auguſtana Decimarum 13. *Martii* 1719. *§. final. coram*
R. P. D. Foſcaro.

Secundo quia cum non niſi excretis redditibus dicti
Monaſterii, & ceſſante illius indigentia, locus eſſe
poſſet ceſſationi, ſive moderationi aſſumptorum one-
rum, & prædictus caſus non advenerit, niſi de recen-
ti, non poterant antea dictæ præſtationes prætermit-
ti, nè Moniales, quæ eorundem DD. Operariorum
gubernio regebantur, ſufficienti manutione deſtitutæ
remanerent, ac proinde inefficax etiam ex hoc moti-
vo redditur præſcriptio, etiam centenaria, quæ fun-
datur in negligentia, & non uſu, quando caſus eve- 15
nerit, ut optimè in terminis, cæteris relatis *Rot. in*
Hiſpalen. Juris ſedendi in Synodo 21. *Junii* 1697. *§. Si*
quidem, cor. bon. mem. Muto impreſſa ad ornat. Card. de
Luc. de Juriſdict. dec. 29. *n.* 5. Unde cum non niſi de re-
centi advenerit caſus petendi moderationem dictorum
onerum, & præſtationum propter excretos redditus
Monialium, ac notitiam ad eoſdem DD. Operarios
superventam, remanet inefficax centenaria ex regula,
quòd non valenti agere, non currit præſcriptio *Rot.*
dec. 34. *nu.* 2. *poſt De Luc. ad mater. de Credit. in Man-* 16
tiſſ. cum aliis ibidem.

Præterquamquod ſolutiones, licèt diuturno tempo-
pore factæ per præfatos DD. Operarios, præjudicium
irrogare non poterant Civitati, quia penes eam ma-
net jus diſponendi de Bonis, & juribus Operæ præ-
dictæ, ſola adminiſtratione redditúum apud DD. O-
perarios reſidente, ideoque, cum eædem non appa-
reant factæ in vim conſenſus à Generali Conſilio Ci-
vitatis præſtiti, obeſſe non poſſunt eidem Civitati,
licèt factæ à DD. Operariis ex corpore Civitatis exi-
ſtentibus, ut docent *Alexand. conſ.* 84. *num.* 3. *verſ. nec*

prædictis obſtat, *Spad. conſ. 45. num. 29. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 1413. num. 9. Rota Lucen. inter collect. per Palm. Nep. lib. 2. deciſ. 103. numer. 28. Rot. Roman. cor. Dunozet. Jun. dec. 492. num. 2.* Cum ad hoc, ut dici poſſit, quòd Univerſitas per multiplicatos actus obligationem jam reſolutam confirmare voluerit, requiratur, quod iſti actus ſint geſti per eandem Univerſitatem legitimè congregatam, aliàs nullum operan- 18 tur effectum, ut punctualiter *Dec. conſ. 437. ſub num. 2. verſic. 2. reſpondet, Gall. conſ. 155. num. 80.* ibi, *Ut Communitas actum ad ſe pertinentem, longo tempore non contradicendo, confirmare, & ratificare videatur, requiritur, quod ſimul congregata Univerſitas ſciverit, & conſenſerit*, *Mell. obſerv. 89. num. 35. Altimar. de Nullit. tom. 6. rubr. 1. part. 4. quæſt. 36. num. 154. Rot. Lucenſ. inter collect. per Palmam Nep. lib. 3. dec. 257. num. 19. Rot. dec. 45. num. 16. & ſeq. cor. Zarat. & dec. 190. n. 26. p. 6. & dec. 193. n. 14. p. 14. rec.*

Et in omnem caſum ratione probabilis ignorantiæ, tam in Civitate, quàm in ipſiſmet Operariis, qui ad annum tantùm in ſuo officio continuant, denegandum non eſſet Beneficium reſtitutionis in integrum, quo 19 ſemper Civitas læſa, quæ Minoris jure utitur, ſuccurri debet, *Odd. de reſt. p. 1. quæſt. 3. n. 58. & ſeq. Trentacinq. Var. Reſol. tit. de reſtit. reſol. 3. Manſen. de cauſ. execut. ampliat. 3. nn. 6. & 7. Sabell. in Summ. diverſ. tract. §. Univerſitas n. 9. Altimar. de Nullit. tom. 6. rubric. 1. p. 4. quæſt. 38. n. 402. circa fin. verſic. Univerſitas, & verſic. quod Reſpublica, Rota dec. 402. num. 8. & ſeqq. coram Duran.*

Neque firmatis obeſſe putavimus duo objecta, ſummis, ut ita dicamus, labiis per Deſenſores Monialium promota, nimirum quòd, ſuſpenſo petitorio, pronunciandum eſſet ſuper poſſeſſorio, ac item quòd ad limites facultatum expreſſarum in compromiſſo, tantummodo cognoſcere valeremus de præſtationibus reſpicientibus manutentionem Cultus Divini Eccleſiæ S. Mariæ Gratiarum, non verò de cæteris prætenſionibus per DD. Operarios deductis.

Sanè reſpectu primæ difficultatis, eam illico ruere conſtitit, quia cum non impugnaretur à DD. Operariis quaſi poſſeſſio, in qua Moniales reperiebantur, exigendi dictas annuas præſtationes, quinimmò, pendente compromiſſo, ſive controverſia eaſdem perſolverent, ſuperfluum, & inutile fuiſſet compromiſſum, & Deciſio difficultatis, quæ apud Partes non erat in quæſtione. Clariùs verò, quia in Compromiſſo fuit deductus titulus, à quo pendebat dictarum annuarum præſtationum ſolutio, ibi, *Pretendendo detti Signori Operari, non eſſer l'Opera obligata, per aver il Monaſterio incorporate più, è diverſe rendite ec.* Ac proinde ejuſdem tituli examen per Nos aſſumi oportebat, ut ſuper juribus in Compromiſſo expreſſis congruè reſponderemus.

Pariſormitet etiam alteram ceſſare putavimus, reſpicientem defectum noſtrarum facultatum. Etenim licet Arbitri poteſtas ſit admodum coarctata intra limites, in Compromiſſos appoſitos, ſub pœna nullitatis 20 actus, *Rot. dec. 452. num. 7. & dec. 609. num. 2. coram Rembold. & in rec. dec. 307. n. 5. p. 9. Conſtatin. ad Stat. Urb. adnot. 20. art. 3. num. 338.* Nihilominus ex tenore Compromiſſi ſatis patuit, noſtras facultates non fuiſſe reſtrictas tantummodo ad dictas præſtationes pro Eccleſia, ſed ad alias mutuas Partium prætenſiones fuiſſe extenſas, licèt in eo fuerit facta expreſſa mentio præſtationis Ceræ, Olei &c. pro manutentione Eccleſiæ, quia poſt eaſdem præſtationes facta fuit expreſſio aliarum prætenſionum; ac ulterius Nobis tanquam Arbitris tributa plena facultas, & auctoritas decidendi, terminandi, & declarandi exortas controverſias, prout Nobis de Jure viſum fuiſſet, cum promiſſione obſervandi quidquid per Nos deciſum fuiſſet; Ex quo fit, ut per expreſſionem controverſiæ præſtationis Ceræ &c. non potuerit intelligi præciſè ad eam reſtricta noſtra facultas, quia per dictam ſubſequentem effrænatam auctoritatem Nobis conceſſam, adjecta etiam promiſſione, quidquid decreviſſemus, adimplendi, ibi, *Al parere, giudizio, e ſentimento de' quali SS. Arbitri le dette Parti promettono in tutto, e per tutto ſtare, e quello inviolabilmente oſſervare*, cenſentur, Partes voluiſſe extendere Compromiſſum, non ſolùm ad ſpecialiter expreſſa, ſed ad omnia quoque acceſſoria, aliaque dependentia à titulo enunciato in ipſo Compromiſſo, 21 ut in terminis minùs urgentibus optimè *Rot. poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dec. 35. n. 4.*

Non relevante, quod verba ſubſequentia cenſenda ſint tanquam famulativa præcedenti facultati, limitatè attributæ, decidendi ſuper dictis præſtationibus, ideoque ſint regulanda retentis eiſdem terminis; quippè cum dicta verba præcedentia Compromiſſi ſint narrativa controverſiæ, ſubſequentia verò, in quibus ampla conceditur facultas, controverſias exortas componendi, ſint diſpoſitiva, hæc præciſè ſunt attendenda, ut bene proſequitur eadem *Rot. num. 5. & generaliter dec. 137. num. 11. part. 16. recent. & cor. Buratt. dec. 924. n. 5.* 22

Idque indubitantiùs, quia tenore apochæ Compromiſſi nulla Nobis lex præſcripta fuit, nullaque ſolemnitas, ſed potiùs tanquam amicabiles Compoſitores electi fuimus, ibi, *A' quali danno piena facoltà di decidere ec. nel modo, e forma, che loro parrà di ragione, ſenza veruna ſolennità di giudizio, ed anche eſtragiudicialmente, riconoſciuta la verità de' fatti, con eſporre ſemplicemente in carta il loro ſentimento*, ita ut non Arbitri tantummodo, ſed Arbitratoris etiam figuram faceremus, 23 juxta diſtinctionem traditam à *Mynſinger. reſ. 55. Rot. cor. Gregor. dec. 204. num. 5. & in dicta dec. 35. num. 23. poſt Conſtantin.* Ac proinde ex bono, & æquo litigantium paci, & quieti conſulendo, controverſiam dirimere debebamus, licèt etiam aliqualiter demandatæ Juriſdictionis fines excedere oportuiſſet, *Fonta-* 24 *nell. deciſ. 451. num. 4. Rembold. dec. 540. num. 4. Gregor. d. dec. 204. n. 5. & in dict. dec. 35. poſt. Conſtant. num. 10. & 14.*

Verùm de hujuſmodi exceſſu nulla ratione redargui poterat noſtrum Laudum, ex quo, omiſſa moderatione onerum, quæ reſpiciebant Eccleſiæ cultum, declaravimus, moderandas eſſe alias præſtationes, in Compromiſſo ſpecialiter non expreſſas, quia, præterquamquod Compromiſſi fines non erant, ut diximus, limitati ad dictas tantummodo præſtationes pro Eccleſiæ manutentione, ſumma, & rationabili cauſa facta fuit aliarum moderatio, ad occurrendum ſcilicet publico ſcandalo, quod ſecuturum timebatur ex imminutione cultus prædictæ Eccleſiæ, à moderatione earundem præſtationum Ceræ reſultantis. Agebatur enim de Eccleſia, quæ ob inſignem Deiparæ Imaginem, ab ipſamet Glorioſiſſima Virgine ut conſtanti plurium ſeculorum fama nobis traditum eſt, in pariete depictam, magna, aſſiduaque Populi frequentia honoratur, ideoque non niſi totius Civitatis ægreſcentia, & murmure, ejuſdem Eccleſiæ honor, cultuſque imminui valuiſſet.

Tantoque magis, quia conſiderato Monialium intereſſe, idem prorſus erat, unas, vel alteras præſtationes moderari, cum ille, quas in Laudo moderati fuimus, valorem præſtationum, quas pro Eccleſiæ cultu ſubibat Opera S. Jacobi, non excedant. Unde nullatenus dubitari poterat de Juriſdictionis exceſſu, maximè cum exploratiJuris ſit, in Arbitri facultate eſſe juxta id, quod æquum ſibi videtur, etiam circa non expreſſa decernere, ſi ſint cohærentia, vel acceſſoria ad expreſſa, quan- 25 do expreſſa nequeunt commodè alio modo determinari, ex traditis per *Jaſon. in l. Si ſuper poſſeſſione, n. ff. de tranſact. Federic. de Sen. conſ. 216. n. 2. Abb. conſ. 62. nu. 5. l. 2. Alexand. conſ. 119. n. l. 2.*

Et ita pluries extrajudicialiter, ac judicialiter interpellatis Monialibus, & ſuper meritis Cauſæ informare recuſantibus, reſolutum fuit.

Jo: Jacobus Scarfantoni Can. Eccleſ. Cath. Piſt. & Arbit.

Jo: Andreas Pini in Piſana Univerſitate Sacr. Can. Profeſſor, & Arbit.

Pra-

Praten. Simultaneæ Collationis

Pro

Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. D.

COLUMBINO de BASSIS.

Epiſcopo Piſtorien. & Praten.

Cum

Rmo CAPITULO CATHEDRALIS PRATEN.

Reſponſum pro Veritate.

ARGUMENTUM.

Comprobatur, quod Eccleſia Praten. erat filialis, & ſubjecta Eccleſiæ Piſtorien. & poſtea exempta ab Juriſdictione illius, ac denique in Cathedralem erecta. In Eccleſia Cathedrali Dignitates, & Canonicatus pertinent de Jure communi ad ſimultaneam Collationem Epiſcopi, & Capituli. Eccleſia Collegiata in Cathedralem erecta cum extinctione, ac ſuppreſſione ſtatus Collegiatæ, non retinet Jura, quæ eidem competebant uti Collegiata, & ſignanter Jus providendi Dignitates, & Canonicatus privative quoad Epiſcopum. Collatio Beneficiorum inferiorum, quæ non ſunt de corpore Capituli, ſpectat ad ſolum Epiſcopum.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia Praten. erat filialis, ac ſubjecta Epiſcopo Piſtorien. & afferuntur plura Apoſtolica Privilegia.*
2 *Eadem Eccleſia fuit exempta ab Juriſdictione Epiſcopi Piſtorien. per Pium II. de anno 1463. & deinde erecta in Cathedralem ab Innocent. X. de anno 1653.*
3 *De Jure communi Collatio Dignitatum, & Canonicatuum in Eccleſia Cathedrali ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum.*
4 *Non convenit, ut in Canonicos aſſumantur perſonæ inviſæ Epiſcopo, & Capitulo.*
5 *Tenor Bullæ Apoſtolicæ principaliter eſt attendendus pro illius interpretatione.*
6 *In Eccleſia Collegiata de Jure communi Canonicatuum proviſio ſpectat ad Capitulum Collegiatæ.*
7 *Suppreſſo ſtatu Eccleſiæ, non remanent illius qualitates.*
8 *Qualitas non poteſt ſubſiſtere ſine ſubjecto, & ideò ſuppreſſo ſtatu Collegialitatis, non poſſunt remanere proprietates Collegiatæ.*
9 *Per mutationem ſtatus Eccleſiæ, mutatur etiam illius Jus, & effectus.*
10 *Regula de Jure quæſito non tollendo, non operatur, quando præjudicium eſt conſecutivum, & neceſſarium.*
11 *Eadem regula non operatur reſpectu expreſſorum.*
12 *Item quando præjudicium fuit compenſatum.*
13 *Beneficiorum Collatio eſt effectus Juriſdictionis.*
14 *In Eccleſia Collegiata Canonicatuum electio ſpectat ad Capitulum, ſed inſtitutio, ſive confirmatio ad Epiſcopum.*
15 *In Cathedrali verò ſpectat ad Capitulum independenter ab Epiſcopo, quando ex immemorabili, ſeu alio titulo illi ſpectat collatio:*
16 *In Collegiata exempta Canonicatuum proviſio ſpectat ad Capitulum, & Prælatum Collegiatæ, nec eſt neceſſaria auctoritas Epiſcopo.*
17 *In Beneficiis de Jurepatronatus, Epiſcopo non competit niſi inſtitutio.*
18 *Non repugnat in Jure, quod ſolo Capitulo Cathedralis competat Jus conferendi Canonicatus, independenter ab Epiſcopo.*
19 *Ad acquirendum Jus privativum conferendi Canonicatus, neceſſe eſt ut Capitulum vel habeat immemorabilem, aut ſaltem quadragenariam cum titulo putativo.*
20 *In conferendis Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis ſimultaneæ collationis, non eſt neceſſe, quod unico actu interveniat Epiſcopus, & Capitulum.*
21 *Si Epiſcopus conferat Canonicatum Uni, Capitulum Alteri, proviſio devolvitur ad Summum Pontificem.*
22 *Collatio Capellaniarum, aliorumque Beneficiorum inferiorum in Eccleſia Cathedrali ſpectat ad ſolum Epiſcopum.*
23 *Sicuti in Eccleſia Collegiata per Prælatum, & Capitulum, repræſentantes Eccleſiam, fit collatio Canonicatuum, ita extincta Collegiata, & erecta in Cathedralem, dicta collatio fieri debet per Epiſcopum, & Capitulum, qui eandem Eccleſiam repræſentant.*

DECISIO LIX.

PRatenſis Eccleſia omnimodè ſubjecta erat Epiſcopis Piſtorien. & Eccleſiæ Piſtorien. filialis, ut indubiè conſtat ex Apoſtolico Diplomate *Innocentii II.* 1 *de anno* 1134. favore S. Attbonis Piſtorien. Antiſtitis, ſupponente alias Apoſtolicas Conceſſiones, in quo poſt relatas alias Eccleſias, & Capellas Piſtorien. Diœceſis legitur — *In Prato Plebem S. Stephani: Ad hæc adjicientes ſancimus, ut occaſione Privilegii, quod Pratenſes à Nobis ſe impetraſſe congaudent, nulla injuria, vel imminutio, aut inobedientia Matri ſuæ Piſtorienſi Eccleſiæ, ſeu cuilibet ſupradictarum Plebium, vel alicui in aliquo inferatur; Nec Praten. Eccleſia, vel Clerici ipſius Loci, eodem ſcripto contra juſtitiam, vel Dignitatem, aut obedientiam Eccleſiæ, ſeu Epiſcopi Piſtorien. utantur, ſed quemadmodum Prædeceſſorum noſtrorum Urbani, Paſchalis, & aliorum, ſeu etiam bon. mem. Petri, & Ildebrandi Piſtorien. Epiſcoporum tempore extitit, ita etiam dicta Praten. Eccleſia abſque aliqua diminutione Poteſtatis, aut Dignitatis Piſtorienſis Eccleſiæ, vel Epiſcopi ejus, in omnibus obediens, & ſubjecta permaneat* — Itemque ex ſimilibus Diplomatibus ſub eorundem verborum formula poſtea emanatis favore aliorum Præſulum, nempe à *Cæleſtino II. de anno* 1143. *Anaſtaſio IV. de anno* 1153. *Urbano III. de anno* 1187. *Innocentio III. de anno* 1209. *Honorio* itidem *III. de anno* 1218. quæ conſonant Literis *Cæleſtini II. de anno* 1143. directis Clero, & Populo Praten. in quibus hæc habentur — *Quocirca per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus Ven. Fratri noſtro J. Piſtorien. Epiſcopo, diſcreto ſiquidem, & religioſo Viro, tanquam proprio Paſtori, & Animarum veſtrarum Epiſcopo, abſque ulla contradictione debitam reverentiam, & obedientiam humiliter deferatis* — Fuit autem prædicta Eccleſia ſubinde à *Pio II. de anno* 1463. una cum Præpoſitura, & omnibus 2 Canonicatibus, Præbendis, & Beneficiis in ea inſtitutis, & inſtituendis, ab Epiſcoporum Piſtorien. Juriſdictione exempta, ac denique ab *Innocentio X. de anno* 1653. à ſtatu inſignis Collegiatæ ad ſtatum Cathedralitatis erecta, & æquè principaliter unita Eccleſiæ Piſtorien. *prævia tamen*, ut ſunt verba Bullæ Innocentianæ, *in ea ejuſdem Præpoſituræ, Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, ſtatuſque Collegialitatis perpetua ſuppreſſione, & extinctione*, cum expreſſa auctoritate Epiſcopo Piſtorien. & Praten. conceſſa, *in eadem Eccleſia Praten. omnia, & ſingula exercendi, illa quæ Ordinis, Juriſdictionis, & Dignitatis Epiſcopalis, & Pontificalis exercitii ſunt, & ad illa ſpectant, & pertinent cum omnibus, & ſingulis privilegiis, honoribus, pluribus, inſignibus exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus alii Epiſcopi de Jure, uſu, & conſuetudine, aut aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, fruuntur; & gaudent, ac uti, potiri frui, & gaudere poſſunt, & poterunt.*

Ex hac nova qualitate, quam induit prædicta Eccleſia Praten. per quam, ſublato exemptionis privilegio, Epiſcopo Piſtorien. licèt diverſo Jure iterum ſubjecta evaſit, orta eſt controverſia inter Epiſcopos, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ; an Canonicatuum, & Dignitatum liberæ Collationis proviſio ſimultaneè eſſet explenda, contendente eodem Capitulo, privativè quoad Epiſcopum actum Collatis ad ſe pertinere, prout illum cum ſuo Præpoſito exercebat ante aſſumptam novam Cathedralitatis naturam; Et cum uſque ad hæc tempora, indeciſa remanente controverſia, actus hinc inde Collationum expleri fuerint pro præſervatione Jurium Partibus competentium; Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. meus Columbinus

Baſſi Piſtorien. & Praten. Epiſcopus, Vir inter egre-
gias ejus animi dotes in rebus agendis Prudentia, &
morum ſantitate nulli ſecundus, ad evitanda inter Ca-
put, & membra nimiùm pernicioſa litium, & diſcor-
diarum fomenta, cenſuit rem ad Juris tramites diſcu-
tiendam, ut Capitulum, veritate cognita, promotam
prætentionem dimittat.

Quocirca meæ tenuitati confiſus pro ſpeciali, quo
me amore complectitur, mibi provinciam hanc deman-
davit, qua in ejus obſequium aſſumpta, liberatiſque
præſentis Controverſiæ momentis, undequaque funda-
tam duxi ipſius Præſulis intentionem pro aſſerendo Ju-
re dictæ ſimultaneæ Collationis.

Sanè extra dubitationem plana eſt regula, quod Col-
latio Canonicatuum, & Dignitatum in Eccleſia Ca-
thedrali pertinet, ad ſimultaneam Epiſcopi, & Capi-
3 tuli collationem ad *Text. in capit. Poſtulaſtis de Conceſſ.
Præb. & communiter Gloſſ. & Canoniſtæ in cap. Cum Ec-
cleſia Vulterrana de Elect.* ibique plenè *Fagnanus numer.
11. & ſeqq. & in d. cap. Poſtulaſtis n. 2. 3. & 4. Gonzal.
ad reg. 8. Canc. gloſſ. 45. num. 50. Card. de Luc. de Bene-
fic. diſc. 1. n. 26. & diſc. 28. num. 19. & diſc. 30. n. 13.
Ego in Animadverſ. ad tit. 2. Ceccoper. num. 16. part. 1.*
cum cæteris adductis per *Rot. in Fanen. Canonicatuum
3. Maii 1700. §. Quamvis, coram bon. mem. Card. Ca-
prar. impreſſ. apud Me poſt Animadverſion. ad Ceccoper.
dec. 14. part. 1.* cum propter illam unionem, quæ in-
tercedit inter Epiſcopum, tanquam Caput, & Cano-
nicos ſuæ Cathedralis tanquam membra, omnino ra-
tioni conſentaneum ſit, ut nonniſi de communi aſſen-
ſu, eorundem membrorum electio fiat, nè Perſonæ
Epiſcopo, aut Capitulo inviſæ in Canonicos aſſuman-
4 tur, ut obſervant *Gonzal. ad reg. 8. Canc. gloſſ. 45. nu-
mer. 46. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. cap. 21. numer. 135.
Van. Eſpen. in Jur. Eccleſ. part. 2. tit. 21. num.* 10. Proin-
de cum Eccleſia Praten. Cathedralis titulo fuerit inſi-
gnita, aſſiſtentia Juris communis favet illius Epiſcopo
ſuper Jure ſimultaneæ Collationis per *d. Text. in capit.
Poſtulaſtis de Conceſſ. Præbend.* ut advertitur in *d. Fanen.
Canonicatuum §. At quia cor. eod.* idque indubitanter,
quia juxta relata verba Bullæ *Innoc.* X. cujus tenor
5 primariò eſt ad hunc effectum attendendus, *Hoſt. in c.
Novit num. 4. in fin. ne Sed. Vac. D. Piton. d. diſcept. 9. n.*
41. Epiſcopo Praten. in dicta Cathedrali expreſſè fue-
runt conceſſa ea omnia, quæ cæteris Epiſcopis in eo-
rum Cathedralibus competunt, tam de Jure commu-
ni, quàm ſpeciali, ac per conſequens dicta ſimulta-
nea Collatio, quæ inſpecta, ut diximus, Juris com-
munis cenſura, ad quemlibet Epiſcopum in ſua Cathe-
drali pertinet.

Neque ad elidendum hujuſmodi inconcuſſum funda-
mentum, ſuffragari poteſt Capitulo Praten. ſtatus Col-
6 legiatæ exemptionis privilegio munitæ, in qua de ju-
re communi ad Collegium ſpectat Canonicatuum, &
Dignitatum proviſio *Abbas in cap. cum venerabilis, de
Except. num. 43. Garz. de Benef. part. 5. cap. 4. num. 64.
Gonzal. ad Reg. Canc. gloſſ. 45. num. 50. Card. de Luc. de
Benef. diſcurſ. 17. num. 5. Ego in prædicta Animadverſio-
ne ad Tit. 2. Ceccoper. num. 28. Rot. dec. 157. num. 22.
part. 6. & dec. 133. num. 3. & ſeq. part. 7. recent.* Quia
qualitas prædicta per præcitatam Bullam Innocentia-
nam fuit totaliter ſuppreſſa, & extincta, ac proinde
de ea nulla haberi poteſt ratio, tanquam de re ab
abſoluta ſuprema Pontificis auctoritate deſtructa, &
ad non eſſe redacta, cum per creationem novæ à pri-
ma totaliter diverſæ, omnis etiam reliquia primævi
ſtatus ſublata intelligatur; repugnat enim in Jure,
quod id, quod de novo creatur, quidquam commune
habeat cum eo, quod extinguitur, & annichilatur, ut
7 in terminis ſuppreſſionis optimè ratiocinatur *D. Piton.
diſcept. Eccleſ. 9. n. 38. fol.* 199.

Hinc non potuit remanere apud Capitulum Praten.
Jus providendi Præbendas, ſive Canonicatus, quod
qualitati, & naturæ extinctæ Collegialitatis affixum
erat, & ab eo unicè dependebat, deficiente ſubjecto,
ſine quo dicta qualitas ſubſiſtere non valet, ut in ca-
ſu Eccleſiæ deſtructæ, ſive ſuppreſſæ notat ex doctri-
na *Alberic. in l. quominus nu. 104. & ſeq. ff. de Arborib.
Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 7. num.* 153. Nec
8 præcedens conſuetudo providendi dictas Præbendas in
ſtatu Collegialitatis attendi poteſt, mutato ejus ſtatu
per quam mutationem pariter immutatum fuit Jus, & 9
ejus effectus *Rot. cor. Seraphin. deciſ. 1445. in fin.* & in
terminis unionis duorum Epiſcopatuum *per. tot. & in
Vaden. ſeu Urbanen. 20. Junii 1687. §. Sed illas, coram
Emerix Jun. impreſſ. apud D. Piton. dict. diſcept. 9. nu. 76.
fol.* 215.

Nullatenus pariter ſuffragante regula de Jure quæ-
ſito non tollendo, quia per eam non potuit præſerva-
ri Jus, cum in conſequentiam novæ qualitatis Cathe-
dralis incomparibilis cum altera Collegiatæ, neceſſa- 10
riò derogari debebat *Seraphin. dec. 1445. nu. 5. & ſeq.*
Præterquamquod etſi in Bulla addita eſſet expreſſè clau-
ſula ſine alicujus præjudicio, quæ in præſenti deſidera-
tur, attamen operativa non foret, quia ea intelligi-
tur reſpectu non expreſſorum, ad *Text. in Extravag. 2.
de conceſſ. Præb. Rebuff. in Prax. tit. de Brev. in Colle-* 11
*giat. ad fin. De Luc. de Feud. diſc. 8. numer. 6. & diſc.
14. num. 7. de Penſion. & de Præemin. diſc. 9. numer. 3.
Seraphin. d. dec. 1445. numer.* 4. Unde cum expreſſè
Pontifex totum Collegiatæ ſtatum extinxerit, ac E-
piſcopo Praten. conceſſerit ea omnia, quæ pertinent
ad Juriſdictionem Epiſcopalem; quodque cæteris E-
piſcopis in eorum Cathedralibus competit, non ſolùm
conſecutivè, ſed potiùs expreſſè peremit Jus, quo di-
cta Eccleſia in ſtatu Collegiatæ fruebatur reſpectu di-
ctæ proviſionis Canonicatuum; eoque magis redditur
inapplicabilis dicta regula de Jure quæſito non tollen-
do, quia dictum conſecutivum præjudicium amiſſionis
Juris providendi dictas Præbendas, fuit abundè com-
penſatum per erectionem in Cathedralem, & unio-
nem æquè principalem Antiquæ Matrici Piſtorienſi,
cum communicatione facta Capitulo Praten. omnium
Jurium, & Privilegiorum, Capitulis Cathedralium
competentium, ut benè in propoſito ratiocinatur *Rot.* 12
in Mantiſſ. ad De Luc. dec. 68. numer. 10. *ad mater. de
Jureþatron.* præſertim quia nonniſi exigua ſumma ſcu-
torum 300. monetæ Romanæ pro redditu Menſæ E-
piſcopali Praten. fuit conſtituta, unde mirum videtur,
quod etiam ea, quæ ad Juriſdictionem Epiſcopalem
pertinent, denegari contendatur, & ſignanter circa
Collationem Beneficiorum magis qualificatorum, nem-
pe Canonicatuum, & Dignitatum dictæ ſuæ Eccleſiæ
cum Beneficiorum Collatio ſit effectus peculiaris Juriſ- 13
dictionis *Gloſſ. in cap. Novit, de Offic. Deleg. ubi Panor-
mit. num. 3. cap. Tranſmiſſa, de Elect. & cap. Dilectus,
de Offic. Ordin. ubi Fagnan. num. 3. cum aliis apud Rot. in
Hiſpalen. Diviſionis Simultaneæ 4. Junii 1700. nu. 5. cor.
bon. mem. Card. Priolo impreſſ. apud Me poſt Animadverſ.
ad Ceccoper. dec.* 40.

Ulteriùs animadvertere oportet, quod Jus providen-
di dictos Canonicatus in ſtatu Collegiatæ incompatibile
apparet cum novo ſtatu Cathedralis; Etenim eorun-
dem proviſio in Collegiata ſpectat ad Collegium,
non tamen abſolutè, ſed tantùm quoad actum ele-
ctionis, cum inſtitutio auctoritativa ſpectet ad Epi-
ſcopum, & actus Capituli, tanquam imperfectus, a-
ctum confirmationis Epiſcopi ad ſui complementum ex- 14
pectet *Abb. in cap. cum Eccleſia Vulterrana, de elect. nu. 8.
verſ. quoad ſecundum caſum Gonzal. ad Reg. 8. gloſſ. 45.
n. 47. & 72. Murg. de Benef. quæſt. 3. ſect. 11. numer. 198.
Barboſ. de Canon. cap. 14. num. 15. & 20. Ego in Animadv.
2. ad Ceccoper. numer.* 28. In Eccleſia verò Cathedrali
proviſio Canonicatuum fit per actum Collationis, per
ſe tribuentis plenum Jus, ac proinde actus, qui ex-
pletur in hoc caſu à Capitulo, quando eidem vel ex
immemorabili, aut alio titulo ſufficienti competit Col-
latio, Epiſcopi confirmationem non expectat ad ſui
validitatem, juxta auctoritates per Me allegatas in 15
prædicta Animadverſ. 2. num. 25. & 26. Et licèt quan-
do Eccleſia Collegiata habet ſuum Prælatum exem-
ptum, non ſit neceſſaria Epiſcopi auctoritas in provi-
ſionibus dictorum Canonicatuum, ut limitando regu-
lam prædictam docet *Garz. de Benefic. p. 5. capit. 4. num.*
67 Attamen cum in hoc caſu per ſuppreſſionem Præ-
poſituræ non adſit Superior, qui actum authorizet,
dictum Jus conferendi non eſt exercibile per Capitulum
ex Jure, quod habebat in ſtatu Collegiatæ.

Nec juvat recurſus ad laudum clar. mem. Sereniſſimi
Cardinalis Leopoldi Medices latum *de anno* 1671.
& ad motiva DD. Aſſeſſorum Ricci, & Gherardini,
inter Epiſcopum Rinuccinum, & Capitulum Praten.
quia

quia quæſtio non verſabstut circa ſimultaneam Collationem Canonicatuum Catbedralis, ſed ſolummodo Capellaniæ S. Antonii, in eadem Cathedrali exiſtentis, quod in eodem laudo declaratum fuit ſavore Capituli ſuper 14. *capite* ejuſdem Laudi, tanquam de ejus Jurepatronatus, cum Epiſcopus non habeat in Beneficiia Ju-
17 riſpatronatus, niſi inſtitutionem auctorizabilem ad *Text. in cap. Paſtoralis, & cap. quod autem, de Jurepatronat. Vivian. de Jurepatr. ib. 2. cap. 1. num. 1.* Quod verò dictum ſuit ſupet 6. *capite* ejuſdem Landi de Jure præſentandi, & conſerendi Beneficia, teſpiciebat tantummodo intereſſe Canonicorum cum Capellanis, nullaque ſit mentio Epiſcopi, unde in Laudo prædicto nullum conſtitui poteſt fundamentum, eoque maximè, quia hoc declaratum fuit ab obſervantia, dum idemmet Epiſcopus Rinuccinus ſubſequenter, nempe de *anno* 1676. contulit unum ex prædictis Canonicatibus D. Joſepho de Appolloniis, ut conſtat pet acta Ser Franeiſei de Lazzaris Cancellatii Curiæ Epiſcopalis Piſtorien.

Sicuti pariter non obſtat, quod non repugnet in Jure, Collationem Canonicatuum in Eccleſiis Cathedralibus, ſpectare ſolummodo ad Capitulum, ut ad-
28 vertunt *Garz. de Beneſ. d. p. 5. cap. 4. n. 72. Van Eſpen. ubi ſupra part. 2. tit. 21. num. 12. & admiſit Rot. in ſæpecitat. Fanen. Canonicatum n. 3. & 4.* quia hoc Jus poteſt competere Capitulo, non ex diſpoſitione Juris, per quam ex ſupra deductis apud Epiſcopum etiam in ſolidum reſidet, & ſimultaneè eſt exercendum, ſed tantùm ex Jure particulari, veluti immemorabilis, aut ſaltem quadragenariæ, ſuffultæ titulo putativo,
29 ut declaravit *Rot. in eadem Fanen. num. 5. & 6. cum aliis etiam per Me allegat. in dict. Animadverſ. 2. numer. 20. & ſeqq.* Quamobrem cum in hoc caſu nullus ſit allegabilis titulus, nec decurſus temporia ad præſeribendum neceſſarius intervenerit, dum ultra actum Collationis factæ per memoratum Epiſcopum Rinuccinum, alias pariter in actis Curiæ Epiſcopalis Piſtorien. reperitur, in quo per bon. mem. Epiſcopum Strozza; apparet de *anno* 1694. collatus unus ex Canonicatibus dictæ Eecleſiæ D. Antonio de Badianis, debet neceſſariò quæſtio dirimi ad tramites Juris communis, adeoque ſtatuendum, quod Collatio ſimultaneè ſpectet ad utrumque. Non adverſante, quod prædicti actua expleti per memoratos Epiſcopos non appareant geſti ſimultaneè, quia hoc Jus ſimultaneæ Collationis reſidet in ſolidum penes Epiſcopum, & Capitulum, cum ad hunc effectum non cenſeantut unum corpus, ſed ad invicem diſtinguantur, ac proinde non eſt neceſſe, quod ea ſiat unico contextu, ſed quilibet ſeor-
20 ſim ad eundem actum devenire poteſt. *Gonzal. gloſſ. 45. num. 51. Corrad. in Prax. Beneſ. lib. 3. cap. 6. numer. 71. Lotter. de Re Beneſic. lib. 2. quæſt. 21. num. 24. Rot. cor. Coccin. dec. 212. n. 4. & cor. Emerix Sen. dec. 104. n. 9.* licèt ſi diverſæ perſonæ eligantur, neuter actus ſit validus, ſed pro illa vice ad Sedem Apoſtolicam de-
21 volvatur proviſio *Gonzal. ad Reg. 8. dict. gloſſ. 45. ferè per tot. Lotter. de Re Beneſic. l. 2. quæſt. 25. n. 26. Ego in ſæpecit. Animadverſ. 2. n. 2.*

Firmato ex præmiſſis, favore Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Epiſcopi, Jure ſimultaneæ Collationis Dignitatum, & Canonicatuum Cathedralis Praten. ex eodem Jute pariter evincitur ejus ſacultas reſpectu Collationis cæterorum Beneficiorum, & Capellaniarum liberæ Collationis ejuſdem Cathedralis, quæ antea in ſtatu Collegiatæ providebantur per Præpoſitum, ſive inſimul à Capitulo; & quidem independenter ab eodem Capitulo, quippe in ſequelam ſuppreſſionis Collegiatæ, ac illius Ptæpoſituræ, & conceſſionis, ſactæ per Papam Innocentium Epiſcopo Pratenſi, omnium, quæ de Jure communi cæteris Epiſcopis competunt in ſuis Cathedralibus; ex rationibus ſupra ponderatis, ſequitur, quod dictæ Capellaniæ, & Beneficia ſpectent ad liberam ipſins Epiſcopi Collationem, cum juxta inconcuſſam in Jure Canonico regulam, ſimilia inſeriora Beneficia, quæ non ſunt de Corpore Capituli Eccleſiæ Cathedralis, ſi vacant in menſibus Apoſtolicæ Sedi non reſervatis, liberè conferantut ab Epiſcopis, ceſſante in his ratione ſupra perpenſa reſpectu Canonicorum, qui unum Corpus conſtituunt cum Epiſeopo,
22 ut ſequendo theoricam *Abbat. in d. cap. cum Eccleſia Vulterana, ſub num. 14.* firmat *Lotter. lib. 2. quæſt. 51. num. 20. & ſeqq. Gonzal. ad Regul. 8. Gloſſ. 45. nu. 38. & ſeq.*

Quare &c. ſalvo &c.

In obſequii argumentum
Jo: Jacobus Scarſantoni Canonicus Piſtorien.

Validiſſimis fundamentis, per Sapientiſſimum D. Canonicum Jaeobum Scarſantoni, allatis in ſua eruditiſſima allegatione, libentiſſimè adhæreo, tanquam rationi, & Juri conſonis, eoque magis animadvertendo, quod ſi ante erectionem Eccleſiæ Pratenſia in Cathedralem, proviſio Canonicatuum pertinebat de Jure ad ſolum Collegium, prout ſupponitur, hoc ſiebat nomine, & vice ipſius Eccleſiæ *Card. de Luc. de Beneſic. diſc. 17. n. 6.* Undè erecta eadem Eccleſia in Cathedralem, cum teſideat etiam nunc tale Jus apud ipſam Eccleſiam, conſequens eſt, ut ejus nomine debeat exerceri per Epiſeopum, & Capitulum ſimul, tanquam conſtituentes, ſeu repræſentantes ipſum Corpus Eccleſiæ *Card. de Luc. loc. cit. diſc. 28. n. 19. diſc. 30. n. 14. & in Summ. n. 8.*

Cæſar Bartolomei Archip. Lucan.

Reſponſum Sapientiſſimi Domini Canonici Jo: Jacobi Scarſautoni, rationeſque in eo doctiſſimè deductas, tanquam Juri conſonas, libentiſſime approbo, ejuſque opinioni me ſubſcribo

Octavias Archid. Sardi.

Doctiſſimam Conſultationem, mira Ingenii ſelicitate elaboratam à Reverendiſſimo D. meo Canonico Searſantoni, veneror, ejus validiſſimas rationes amplector, & in obſequium Auctoris, & Veritatis me libentiſſimè ſubſeribo

Jo: Franciſcus Netroni Can. Cath. Luc. Thе.

Magnum Doctrinæ, ac Veritatis ſpecimen exhibet Conſultatio Reverendiſſimi Domini mei Canoniei Jacobi Scarſantoni, quamobrem de mea ſubſcriptione requiſitua, illius Sententiæ, ſolidiſſimis legum fundamentis innixæ, libentiſſimè adhæreo

Ego Bartholomeus Lippi J. U. D. & in Lucana Curia Advocatus.

Piſtorien. & Praten. Jutiſdictionis.

Pro

CAPITULO CATHEDRALIS PISTORIEN.

Cum

CAPITULO CATHEDRALIS PRATEN.

Caſus diſputatus cor. Arbitro, qui modo pendet in Sac. Congregatione Concilii.

A R G U M E N T U M.

Ttaditur tegula tenenda in interpretatione Literarum Apoſtolicarum, nempe quod vel interpretandæ ſunt juxta intellectum Juris, vel juxta mentem Pontificis concedentis, vel denique juxta ſupplicationem impetrantis. Appellatione Oppidi quando veniant Suburbia. Exemptio ab Ordinarii Juriſdictione præſupponit, quod exemptus non habeat Territorium ſeparatum. In concurſu actorum Juriſdictionalium, factorum in aliquo Territorio, præferri debent, licèt numero minores, ii, qui apparent ſacti ab eo, qui originariam Jutiſdictionem habebat in loco controverſo. Ad effectum præſcribendi Territorium requiruntur copulativè titulus eoloratua, bona ſides, & poſſeſſio continuata per legitima tempora. Ad effectum præſeribendi Territorium an requiratur centenaria, ſeu immemorabilis, vel ſufficiat quadragenaria cum titulo colorato. Parochi habentes Populum in diverſis Diœceſibus, ſubeſſe debent Ordinariis reſpectu Populi, qui in una, vel altera Diœceſi commoratut, & non tantùm Ordinario, in cujus Diœceſi eſt ſituata Eccleſia Parochialis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Laudum emanatum in hac Cauſa.*
3 *Erectio Collegiatæ Praten. in Cathedralem.*
4 *Erecta Cathedrali cum aſſignatione Oppidi pro Civitate, & Diœceſi, intelligitur reſtricta Juriſdictio Cathedralis intra muros Civitatis.*
5 *Literæ Apoſtolicæ interpretationem recipiunt à mente Pontificis, vel à Jure communi, vel juxta ſupplicationem,* & n.6.
7 *Principis Supremi teſtimonio reluctari temerarium eſt.*
8 *Oppidi appellatio juxta Juris intellectum muris finitur.*
9 *Appellatione incolarum non veniunt ii, qui extra Oppidum in agro domicilium habent.*
10 *Declaratur* Text. in l. pupillus §. Incola ff. de V. ſignificat.
11 *Appellatione finium Oppidi veniunt Villæ, & Territorium Oppido adjacens.*
12 *Habitatores in pluribus ſubiiciuntur Epiſcopo, in cujus Diœceſi morantur.*
13 *Appellatione Vaſſalli venit ille, qui ratione Feudi ſubeſt.*
14 *Item ille, qui ſubeſt non ſolùm Marchioni, vel Comiti, ſed etiam Supremo Principi infeudanti.*
15 *Appellatione Suburbiorum veniunt ædificia, ab Oppido, ſive Civitate continuata, non autem ea, quæ ſunt ſparſa in agro.*
16 *Diœceſes non terminantur juxta terminos Dominiorum Civilium, ſed juxta fines eiſdem tributos per Sedem Apoſtolicam.*
17 *In erectione novi Epiſcopatus, debet fieri aſſignatio confinium, ad evitandas controverſias inter Ordinarios vicinos.*
18 *Non cenſetur conceſſum Territorium, niſi appareat aſſignatio confinium ejuſdem Territorii.*
19 *Literæ Apoſtolicæ interpretandæ ſunt, ut minus quam fieri poteſt, lædant jus Tertii.*
20 *Epiſcopus, qui retinet Tribunal erectum in aliquo loco, cenſetur in eo habere Ordinariam Juriſdictionem.*
21 *Diſmembratio Diœceſis eſt materia odioſa, & strictè eſt interpretanda.*
22 *Quando cenſeatur Pontificem voluiſſe conſtituere Prælatum Inferiorem in qualitatem Nullius cum Territorio ſeparato.*
23 *Epiſcopus etiam per unicum actum, præſervat ſuam Juriſdictionem in toto Territorio.*
24 *Obſervantia declarat Literas Apoſtolicas.*
25 *Etiamſi procederet ab unico tantùm actu.*
26 *Non poteſt dari melior probatio, quàm ea, quæ ex facto Partis reſultat.*
27 *Actus geſti in vim originariæ Juriſdictionis præferuntur aliis, qui cum diverſo titulo geſti fuerunt.*
28 *Titulus coloratus innitì debet probabili errori,* & n. ſeq.
30 *Ceſſante titulo, eoque detecto inſubſiſtenti; ceſſant ſimul actus in ejus ſequelam facti.*
31 *Amplia, etſi concurreret quadragenaria.*
32 *Defectus bonæ fidei præſcriptionem longiſſimi etiam temporis deſtruit.*
33 *Actus precario nomine geſti adſcribuntur Principali, qui illos commiſit.*
34 *Eſt abſurdum, quod in uno eodemque Territorio ejuſdem naturæ, una Eccleſia ſit de Diœceſi unius Epiſcopi, & altera alterius.*
35 *Non poteſt qualibet præſcriptio eſſe operativa, ut in uno, eodemque loco ſint duo capita, cum hoc ſit monſtruoſum.*
36 *Actus geſti ex mala fide nihil operantur.*
37 *Item geſti ex errore Juris.*
38 *Ad præſcribendum Territorium requiritur centenaria, vel immemorabilis.*
39 *Contrarium noviſſimè tenuit Rota, nempe ſufficere quadragenariam cum titulo putativo; ſed videtur potius adhærendum primæ Sententiæ, & affertur ratio.*
40 *Præſcriptio eſt indirecta alienatio, procedens à negligentia poſſeſſoris.*
41 *Jura Epiſcopalia ob Juris reſiſtentiam non poſſunt, etiam expreſſe, in alium transferri.*
42 *Quoties alienationi reſiſtit expreſſa, & particularis Juris prohibitio, non ſufficit ad præſcriptionem, quadragenaria cum titulo putativo.*
43 *Soli Papæ reſervatum eſt jus conſtituendi, ſeparandi, aut diſmembrandi Diœceſes.*
44 *Quando concurrit obſtaculum duplicis prohibitionis, non ſufficit ad præſcribendum ſola quadragenaria cum titulo putativo.*
45 *Unicus actus, geſtus ab eo, qui habet titulum originariæ Juriſdictionis, ſufficit ad evertendam contrariam obſervantiam, ex multiplicatis actibus inductam.*
46 *In actibus provenientibus à Cauſa univerſali, attenditur potius eadem cauſa, quàm eorundem actuum exercitium.*
47 *Locus non aſſignatus in aſſignatione Territorii, cenſetur relictus alteri Ordinario, & affertur ratio.*
48 *Infectio tituli, derivans à lectura ipſius privilegii Apoſtolici, inficit quamlibet poſſeſſionem, aut obſervantiam.*
49 *In Epiſcopis non debet præſumi animus præjudicandi juribus Diœceſis, ſed actus geſti in contrarium, præſumi debent geſti ex errore.*
50 *Parochi habentes Populum ex duabus Diœceſibus, debent ab alterutro ex Ordinariis approbationem reportare, ad exercitium Curæ animarum, & affertur ratio,* & n.52.
51 *Una, eademque Perſona diverſo jure poteſt eſſe exempta, & ſubjecta.*
52 *Exempta Eccleſia principali, poſſunt eſſe ſubjectæ Capellæ ab eadem dependentes.*
53 *Approbatio ad Curam animarum latius patere non poteſt, quam pateat Diœceſis Ordinarii approbantis.*
54 *Obſervantia in contrarium, non obtinendi approbationem ab Ordinario, cujus animarum Cura per Parochum exercetur, non poteſt ſuffragari, & de ratione.*
55 *Maximè ſi dicta obſervantia proceſſit ex errore Juris, &* n. ſeqq.
57 *Cauſæ propoſitio in* S. Congreg. Concil. *& facti ſeries.*
58 *Reſolutio ejuſdem* S. Congreg.
59 *Quando Parochia habet Eccleſiam Parochialem in una Diœceſi, & Populum etiam in altera, tunc in iis quæ Curam animarum non reſpiciunt, populus, degens in aliena Diœceſi, ſubjicitur Juriſdictioni Epiſcopi Diœceſis, in qua habitat.*
60 *Et ſignanter quoad Cauſas Matrimoniales, executiones diſpenſationum Matrimonialium, examen liberi ſtatus, diſpenſationes à denunciationibus &c.*
61 *Prout etiam quoad Conceſſionem Literarum dimiſſorialium pro Ordinibus.*
62 *Nec non approbationem Confeſſariorum.*
63 *Erectiones Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Confraternitatum.*
64 *Delictorum punitionem.*
65 *Et generaliter quoad omnia, quæ ſpectant ad merum, & mixtum Imperium.*
66 *Admiſſa ſituatione Territorii in Diœceſi, Epiſcopus habet Juriſdictionem univerſalem ſuper Populum, in ſuo Territorio degentem.*
67 *Epiſcopus habens Eccleſiam Parochialem in ſua Diœceſi cum populo, etiam in aliena, habet in eundem Populum ſolummodo jus, quod habent Parochi in ſuos Parochianos; & in quo conſiſtat tale jus.*

DECISIO LX.

AD ſedandas controverſias inter Capitulum Piſtorien. & Capitulum Praten. exortas ſuper limitibus Praten. Diœceſis, prætendente Capitulo Piſtorien. eos non egredi ambitum murorum Prati, & uſque ad eos ſe protendere fines Diœceſis Piſtorien. è contra contendente Capitulo Praten. ejus Diœceſim etiam ad Suburbia ſeſe extendere, concordi utriuſque Capituli voto cum auctoritate *Sac. Congreg. Concilii*, remiſſa fuit controverſiæ *Deciſio*, in perſonam Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Columbini Baſſi, utriuſque Eccleſiæ piiſſimi, & vigilantiſſimi Præſulis, & amantiſſimi Patris, qui, ut maturius in hujuſmodi Cauſæ diſcuſ-

Digitized by Google

diſcuſſione procederet, in ſuum Aſſeſſorem aſſumpſit Illuſtriſſimum D. Jacobum de Comitibus, R. C. Coſmi III. Auditoris, & in Signatura Libellorum ſupplicum Gratiæ, & Juſtitiæ primi Conſiliarii, Viri in omni virtutum genere præſtantiſſimi, coram quibus plenè diſcuſſo merito Cauſæ, ac me pro meo Capitulo Piſtorien. ſcribente, prodiit Votum, in quo primò de- 2 claratum fuit, totum Territorium extra ambitum murorum Civitatis Prati, uſque ad flumen Biſentii, eſſe de Diœceſi Piſtorien. excepto Oratorio S. Rochi extra portam Florentinam, quod uti ferè adjacens prædictis muris, adjudicatum fuit Diœceſi Praten.; ſicuti jus Collationis Beneficii, ſive Oratorii S. Hieronymi, tranſlati in Eccleſiam Cathedralis Praten. Secundo, quod ea pars Territorii ultra flumen Biſentii, in qua eſt Eccleſia S. Mariæ Pietatis, pariter pertineret ad dictam Diœceſim Praten.; Tertiò denique, quod approbatio nonnullorum Parochorum dictæ Civitatis, habentium partem Parochianorum extra eandem Civitatem in Diœceſi Piſtorien. ſpectaret ad Ordinarium Praten. Votum prædictum unà cum motivis rationibus, ad memoratam *Sacr. Congregationem Concilii* à præfato Domino Præſule tranſmiſſum fuit, pro obtinenda illius confirmatione, quæ adhuc ob ſubſecutam mortem *Clem. XI. Summ. Pontif.* ſuſpenſa remanet, & in dies expectatur.

in diſputationibus autem, coram dictis Judicibus habitis, acrior in primis diſceptatio fuit circa intellectum Bullæ *Innoc. X. qui de anno* 1653. ad preces Glorioſæ in ævum memoriæ Sereniſſimi Ferdinandi II. & Sereniſſimi Cardinalis Leopoldi Medices, tunc Præpoſiti Praten. pro dirimendis litibus, quæ inter Epiſcopos Piſtorien. & Præpoſitos Praten. in Romana Curia diu exarſerant, ut apud *Gratian. diſcept.* 918. *& Fagnan. in capit. cum ab Eccleſiarum à num.* 13. *de Off. Ordinarii*, ſuppreſſa Præpoſitura Praten. Inſignem Collegiatam S. Stephani Oppidi Prati, in Cathedralem ere- 3 xit, eamque æquè principaliter univit Eccleſiæ Piſtorien. ac fines dictæ novæ Cathedrali præſcripſit hiſce verbis — *Necnon eidem Eccleſiæ Praten. ſic in Cathedralem erectæ, pro Civitate, & Diœceſi ipſum Oppidum Prati, homines, habitatores, & incolas pro Populo, & Vaſſallos pro Vaſſallis &c. aſſignamus*. Ac ſucceſſivè diſputatio aſſumpta fuit ſuper obſervantia tam interpretativa, quàm præſcriptiva, quam ad ſui favorem deducebat Capitulum Praten.

Quatenus pertinet ad primum punctum dicebam, nos omnino verſari in claris: etenim, poſtquam Innocentius in præcitata Bulla quodammodo geometricè deſcripſerat Oppidum Prati, ibi — *Oppidum Prati hujuſmodi, mœnibus cinctum, plurium ædificiorum ornatu ſpectabile &c.* ſubinde — *ipſum Oppidum pro Civitate, & Diœceſi* aſſignavit, unde præter ipſum Oppidum noluit fines Juriſdictionis dictæ Eccleſiæ extendere, ſed intra illud coarctare, voluitque, quod unum, & idem Oppidum Civitatem, & Diœceſim conſtitueret, ut opti- 4 mè ad rem *Bald. in capit. Rodulphus num.* 18. *&* 19. *de reſcript.* licèt de jure aliud ſit Civitas, & aliud Diœceſis *Clem. nè Romani §. Sanè de elect. Abb. in capit. Tua nobis num.* 5. *verſic. quæro an Diœceſis, de Off. Vicar. Rot. coram Coccin. dec.* 129. *num.* 1.

Adſtipulantibus etiam tribus inconcuſſis Juris principiis, nempe quod Literæ Apoſtolicæ interpretandæ ſunt vel juxta mentem Pontificis concedentis, vel à Jure communi declarationem recipiunt, ut obſervat præ- 5 cæteris *Reverendiſs. Petra ad Conſtitut. Apoſtol. tom.* 1. *in proœm. §.* 4. *num.* 121. vel denique juxta tenorem poſtulationis; ſive precum ſupplicantis ad *Text. in capit. inter dilectos, §. Cæterum, ibique Gloſſ. in V. petitionis, de fide Inſtrum. D. Auditor Bonfin. ad Bannimènt. General. cap.* 45. *oppoſ.* 1. *num.* 42. *Mart. Medic. deciſ. Senen.* 24. *num.* 41. *Rocc. diſput. Jur. capit.* 71. *num.* 23. *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 225. *num.* 8. *coram Dunoz. Jun. dec.* 604. *num.* 7. *& coram Emerix Jun. dec.* 1042. *num.* 7. *& dec.* 1175. *num.* 2. quæ Juris principia ſimul concurrebant ad evincendam limitationem Diœceſis Praten. intra ambitum murorum dictæ Civitatis.

Sanè quoad primum præter mentem dicti Summi Pontificis, literis adeo claris patefactam, conſtabat etiam de ejus expreſſa declaratione, de qua *Teſtes* luculentiſſimi, omnique exceptione majores habebantur, nempe R. P. D. Proſper Fagnanus, & D. Marchio Gabriel de Riccardis, eo tempore Orator Sereniſſimi Ferdinandi II. apud Sedem Apoſtolicam, qui in tractatu dictæ erectionis operam ſuam impenderunt. Memoratus enim D. Marchio de Riccardis in reſponſione, data Secretariæ Status dicti Sereniſſimi Ferdinandi de *die* 8. *Maii* 1655. relata in noſtro *Summario num.* 2. teſtatur primò, *R. P. D. Fagnanum* ſibi aſſeruiſſe, quod mens Innocentii fuit, quod Eccleſiæ Praten. — *s' aſſegnaſſe per Dioceſi quanto conteneva il cerchio delle Mura ſolamente, e tutto il reſto rimaneſſe à Piſtoja* — item de facto proprio ſubjunxit — *Ed io pur mi ricordo, che il Papa diſſe, che voleva levare tutte le liti, che poteſſero naſcere tra queſte due Dioceſi, col metterví termini tanto reali, quanto erano le loro mura* — Hæc ſiquidem declaratio mentis Pontificis concedentis, educta ex Teſtibus adeo qualificatis, omnem prorſus adimeret ambiguitatem, ſi quam verba præcitatæ Bullæ paterentur.

Accedebat etiam præmiſſis, ipſamet ſupplicantium intentio, cum idem D. Marchio de Riccardis in eadem ſua Epiſtola addiderit — *In Roma ſempre ſi è da tutti caminato quà con ſuppoſto, che con le mura di Prato ſi terminaſſe la ſua Dioceſi, come ſanno beniſſimo Monſignor Gerini, Gio: Battiſta Mancini, e Franceſco Cicognini, che ebbero qualche mano in ſimile affare* —: De qua intentione aliud incontrovertibile habetur documentum, eductum ex Epiſtola ipſius Sereniſſimi Ferdinandi, ad Reverendiſſimum Gerinum Epiſcopum Piſtorien. & Praten. *de die* 5. *Julii* 1655. in qua hæc præciſa verba leguntur — *Mentre nel trattato di eregerſi la Prepoſitura di Prato in Cattedrale, fu con i Deputati de' Prateſi eſpreſſamente ſtabilito, che per Dioceſi di quel Veſcovado ſe gli aſſegnaſſe la Città di Prato, rimanendo tutto il di fuori nella giuriſdizione di Piſtoja, e con tale intendimento fu portato colla noſtra autorità il negozio in Roma, e procuratone l' approvazione da S. Santità colla ſpedizione delle Bolle ec.* Unde cum de mente Pontificis concedentis, & Supplicantis abunde conſtaret, citra dubium verba Literarum Apoſtolicarum in alium ſenſum detorqueri non poterant, ut in his 6 terminis firmat *Rebuff. in l.* 2. *§.* 4. *V. reſtringitur, de V. ſignificat.* certoque certiùs, quia adeo præclaro teſtimonio Supremi Principis de facto proprio, reluctari temerarium erat, per ea, quæ in terminis docent *Bald. in capit. cæterum col.* 3. *de Teſtib.* præclarum Juris noſtri Lumen, & Concivis meus *Cyn. in l. fin. C. ſi* 7 *contra Jus, vel util. pub. & in l. reſcript. quæſt.* 3. *&* 4. *C. de precib. Imperat. offeren.* optimè *Natt. conſ.* 482. *numer.* 46. ac plenè *Maſcard. de Probat. concluſ.* 1227. *num.* 12. 13. 30. 35. *&* 39. *vol.* 3. *Spad. conſ.* 173. *num.* 114. *tom.* 3.

Ulteriùs progrediendo animadvertebam, quòd deducendo interpretationem verborum prædictæ Bullæ ſecundum Jus commune, adhuc innegabilis reſultabat limitatio Juriſdictionis, intra limites murorum Civitatis Prati, ſiquidem Oppidi appellatio juxta proprium 8 Juris Intellectum muris finitur, *ad Text. in d. l.* 2. *ff. de verb. ſignif. capit. ſi Civitas de ſent. Excomm. in* 6. *Alciat. & Rebuff. in d. l.* 2. *Rot. coram Coccin. deciſ.* 118. *num.* 2. *&* 129. *num.* 1.

Verba autem — *homines, habitatores, & incolas* referenda eſſe neceſſariò ad homines, qui habitabant, vel domicilium habebant in Oppido, nè aliàs Populus, novæ Cathedrali aſſignatus, foret extra Diœceſim, cui ipſum tantùm Oppidum tribuebatur, cum alioquin nomine incolarum Oppidi non veniant ii, qui domicilium extra Oppidum in agro conſtituerunt *l.* 33. 9 *ff. ad municipalem, & de incolis Rebuff. in l. Pupillus §. Incola ff. de verb. ſignif.* ibi — vel non eſt incola urbis, qui in agro permanet *Alciat. in parerg. Jur. lib.* 2. *capit.* 7. *in fin.* Quin obſtaret interpretatio data prædicto Tex- 10 tui *in l. Pupillus §. Incola*, quòd fines Oppidi intelligendi eſſent de ſuburbiis, quia hujuſmodi interpretatio tanquam erronea reprobatur à doctiſſimo *Cujac. in eodem Text.* quem ſequitur *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 48. *num.* 5. ſed nomine finium Oppidi in præfato Textu, Villæ, Vici, & univerſum Territo- 11 rium eidem Oppido ſubjectum ſunt accipienda juxta *Text. in d. l. Pupillus §. Territorium, ibique Gloſſ. §. Incola, verb. agrum, l. qui ex vico ff. ad municipalem Cujac.*

Rebuff.

Robuff. & Alciat. ead. l. Pupillus Luc. de Penn. in l. Cives
C. de incol. Penia in Vot. Deciſ. impreſſ. penes Fenzon.
ad Stat. Urb. adnot. 41. num. 3. Oter. de Paſq. capit. 10.
num. 3. & 4. Amaya obſerv. Jur. Comment. in Rubr. C.
de incol. n. 134. Klocbier. de Contrib. c. 9. n. 72. & 81.

Non refragante, quod poſt expreſſionem incolarum
ſubſequatur expreſſio habitatorum, quia hæc erat neceſ-
ſaria ad exprimendos omnes ſubditos novi Epiſcopa-
tus, quia illius Juriſdictio non tantùm comprehendit
eos, qui in Oppido, vel Civitate domicilium fixum ha-
bent, verùm etiam ſimplices habitatores, cum ſim-
plex habitatio ſine formali domicilio ſufficiens ſit pro
exercitio ſpiritualis Juriſdictionis, proindeque ſimpli-
12 ces habitatores in pluribus ſubiiciuntur Epiſcopo, in
cujus Diœceſi commorantur, Amaya ubi ſup. num. 116.
& 117. Fagnan. in c. ſignificavit, de Paroch. num. 34. San-
chez de Matrim. lib. 3. diſp. 23. num. 7. Pignatell. conſult.
145. tom. 1. Proſper. de Territ. ſeparat. quæſt. 9. & 10. Pa-
nimoll. deciſ. 5. adnot. 1. num. 64. & 65.

Itidem verba Vaſſallos pro vaſſallis, pariter extenſio-
nem dictæ Juriſdictionis nullatenus importare pote-
rant, quia appellatione vaſſalli venit ille, qui ſub-
13 eſt ratione Feudi ad Text. in capit. 1. in principio ſi de
inveſtitura inter Dominum, & vaſſallum Afflict. in capit.
1. §. Si facta num. 11. ſi de Feud. defunct. contend. Me-
noch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 10. num. 73. Scrander
de Feud. part. 10. ſect. 7. num. 1. & ſect. 1. num. 113. &
ſeq. Antunez. de Donat. reg. lib. 2. capit. 29. num. 121. &
aliquando etiam illa, qui ſubeſt Juriſdictioni Marchio-
nis, ſeu Comitis, de feudo inveſtiti, non ſolùm re-
14 ſpectu ipſius Feudatarii, ſed etiam reſpectu Principis
infeudantis, ut notat Novar. de vaſſall. gravamin. ferè
per tot. tract. Sanfelic. deciſ. 55. & deciſ. 306. Antunez.
d. lib. 1. capit. 4. num. 17. lib. 2. Hinc prædicta verba
Vaſſallos pro Vaſſallis in caſu, de quo agitur, ſumi de-
bent non abſolutè, ſed conditionaliter, quatenus ni-
mirum Eccleſia Praten. vaſſallos ſub temporali Juriſdi-
ctione ante erectionem Cathedralis haberet, ut expli-
cando ſimiles inveſtituras animadvertunt Scrander de
Feud. part. 5. capit. 2. num. 55. & ſeqq. Roſental. de Feud.
cap. 12. concl. 15. num. 54.

Præterea ſupervacanea apparebat hujuſmodi inſpe-
ctio, an appellatione Civitatis, ſive Oppidi, compre-
henderentur etiam Suburbia, cum ageretur de ſuppoſi-
to non ſupponente, Civitas enim Prati de tempore edi-
tæ Bullæ erectionis Epiſcopatus, nulla habuit realiter
Suburbia, ſicut nec habet de præſenti, ſed tantùm
illorum denominationem, ad effectus civiles pro exi-
gendis contributionibus, cum Suburbia juxta juris in-
tellectum nil aliud propriè ſint, quàm ædificia ab Op-
15 pido, vel Civitate continuata, non verò ea, quæ ſpar-
ſim exiſtunt in agro pro commodo colonorum, optimè
Bald. in capit. Rodulph. de reſcript. capit. 17. ibi — Secu-
ti ſunt Suburbia conjuncta Civitati, nullo extraneo loco me-
diante -- D. Auditor Bonfin. ad Bannim. general. cap. 23.
in ſupplem. num. 12. Rot. coram Emerix Jun. dec. 470. n.
6. Quin ullatenus adverſaretur, quod ad prædictos ef-
fectus civiles aliqua loca adjacentia Civitati Prati, re-
putarentur Suburbia, quia Diœceſes non diſtingun-
tur juxta terminos, pro cauſis, & juribus civilibus
deſignatos, nec ad terminos dominii temporalis, ſed
ſolùm juxta fines, ipſis Diœceſibus in generali pri-
16 mæva diviſione, ſeu poſtmodum per Sedem Apoſtoli-
cam, expreſsè attributos, Barboſ. de Pot. Epiſcop. part.
1. tit. 1. capit. 7. num. 8. Cardin. de Luca de Juriſdict. diſc.
1. num. 16. verſic. nil refragante, idem D. Audit. Bonfin.
ad Bannim. general. in ſupplet. num. 23. Proſper. de Ter-
rit. ſeparat. quæſt. 1. num. 22. Rot. coram Cerrin. deciſ.
1128. num. 3.

Cæterùm propulſabatur etiam omnis difficultas, quia
patebat, quod Innocentius X. noluerat concedere Ec-
cleſiæ Pratenſi pro Civitate, & Diœceſi, niſi ipſum
Oppidum, prout erat mœnibus cinctum, quia extra
illud limites non appoſuit, quod utique feciſſet, ſi ul-
tra id, quod mœnibus continebatur, prædictæ Eccle-
ſiæ aſſignare voluiſſet, cum in erectione novi Epiſco-
patus finium aſſignatio ſit præciſè neceſſaria, ad evi-
tandas controverſias inter Ordinarios, habentes Diœ-
ceſes conterminas, & quidem certitudinariè in illis lo-
cis, & illis Perſonis præſcribendus eſt, ac deſignan-
17 dus diſtrictus Territorii, ſeu Diœceſis, ad plenè fir-
mata per Fagnan. in capit. perniciosam num. 42. & ſeqq.
& num. 33. & ſeqq. de Off. Ordin. Barboſ. de Poteſtat. E-
piſc. part. 3. alleg. 107. num. 4. Reverendiſſimus Petra ad
Conſtitut. Apoſtol. tom. 2. fol. 220. ſub num. 36. Rot. deciſ.
386. num. 3. coram Penia & deciſ. 12. num. 5. coram Pen-
tinger. in Gerund. Juriſdict. ſuper bon. Jur. 13. Junii 1692.
§. Pariter, coram Molines Decano, & in Nullius, ſeu Ful-
den. Juriſdictionis ſuper bon. Jur. 1. Junii 1708. num. 10.
coram bon. mem. Reverendiſſimo Anſald. Decano: Unde
nunquam cenſetur conceſſum Territorium, niſi in pri-
vilegio appareat aſſignatio confinium, ut notant Jo. 18
Andr. in capit. nimis de jurejur. Anchar. in cap. Poſtulaſti n.
4. de For. compet. Fagnan. in cap. ſignificaſti num. 17. & ſeq.
de Off. Archidiac. Rota in Romana Juriſdictionis ſuper re-
ſervat. 15. Aprilis 1701. §. Secundum fundamentum, co-
ram Molin. & in dicta Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis
num. 62. coram bon. mem. Anſald.

Denique in idem collimabat aliud Juris principium,
quod in interpretandis Literis Apoſtolicis ille ſumi de-
bet intellectus, per quem, quoad fieri poteſt, non læ- 19
datur jus tertii, ad Text. in capit. ſuper eo de Off. & Po-
teſt. Jud. deleg. Mart. Med. deciſ. 24. num. 42. Racc. diſp.
Jur. capit. 78. numer. 17. Gabriel. de Jur. quæſit. non tol-
len. concl. 3. num. 16. Rota coram Seraphin. dec. 1082.
num. 7. quapropter cum Oppidum Prati de tempore di-
ctæ erectionis in Cathedralem, & antea ſemper extite-
rit de Diœceſi Piſtorien. in eoque etiam uſque ad ea-
dem tempora Ordinariam Juriſdictionem exercuerit E-
piſcopus Piſtorien. & Sede Epiſcopali vacante noſtrum
Capitulum, retinendo ibidem Tribunal erectum, ac
Vicarium pro exercitio dictæ Juriſdictionis, ut ex do-
cumentis plenè relatis per doctiſſimum Fagnan. in d. 20
capit. Cum ab Eccleſiarum à num. 13. de Offic. Ordin. &
Gratian. d. diſcept. 918. per tot. inde ſequitur, quod ver-
ſabamur in materia odioſa, nempe diſmembrationis
Territorii, quo caſu conceſſio non extenditur ad an-
nexa, & connexa, nimirum ad Territorium Oppido
adjacens, ſed ſtrictam recipit interpretationem, jux- 21
ta monitum Felin. in capit. Auditis num. 9. cum ſeq. de
præſcript. Lap. allegat. 70. num. 9. Rot. in Barcbinonen.
Juriſdictionis 12. Junii 1682. §. Ut penitus, coram bon.
mem. Cardinal. Matthæjo, & in d. Nullius, ſeu Fulden.
numer. 59.

Præ cæteris autem conſtabat evidenter de ſituatione
Oppidi Prati, ex Indulto exemptionis Pii II. de anno
1463. conceſſo Præpoſito Collegiatæ S. Stephani Pra-
ten. tam eidem, quàm Canonicis, aliiſque Beneficia-
tis prædictæ Eccleſiæ, quia præterquamquod in ipſo
Indulto ſit expreſſa mentio ſituationis prædictæ Eccle-
ſiæ in Diœceſi Piſtorien. ipſemet titulus exemptionis
ab Ordinaria Juriſdictione excludit jus Territoriale,
ſive nullius, & tantùm operatur paſſivam exemptio-
nem, nullatenus verò activam, quæ nunquam conceſ-
ſa præſumitur, niſi quoties conſtat, Pontificem voluiſ-
ſe Territorium ſeparare à Diœceſi, in qua conſtitutum
erat, illudque transferre cum omnimoda Juriſdictione
Eccleſiaſtica favore Prælati inferioris in Clerum, &
Populum ſecularem loci ſeparati, eodem Epiſcopo pe- 22
nitus excluſo Rota deciſ. 220. num. 9. part. 9. dec. 70.
num. 30. part. 13. deciſ. 483. num. 14. part. 14. dec. 340.
num. 16. & 17. part. 15. rec. & in Gerunden. Juriſdictionis
13. Junii 1692. §. Præterea, & §. Nec conceſſionem, co-
ram Reverendiſſimo Molines Decano, & in Leodien. Juriſ-
dictionis 15. Martii 1700. §. Neutra tamen, coram Emi-
nentiſſimo Scotto, & in eadem Leodien. Juriſdictionis ſuper
bon. Jur. 29. Aprilis 1701. §. Et hæc intelligentia, coram
bon. mem. Card. Priol.

Nullaque vis fieri poterat in actibus geſtis per eoſ-
dem Præpoſitos in dicto Oppido, præſeſcrentibus qua-
litatem Nullius, quia ſuffocati remanebant ab actibus
geſtis per Epiſcopos Piſtorien. & ſignanter per ſuos Of-
ficiales, ut ſupra deputatos in Oppido Praten. cum po-
ſita aſſiſtentia Juris favore Epiſcopi, etiam per aliquem
actum Ordinariæ Juriſdictionis, præſervata intelligitur
omnimoda Juriſdictio, etiam in tota ſua generalitate,
juxta doctrinam Canoniſtarum in capit. Cum Eccleſia, 23
de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Surd. conſ. 327. nu. 45. & ſeqq.
Rot. dec. 287. num. 3. part. 8. & dec. 375. nu. 7. part. 18.
rec. & in præciſis terminis in Leodien. Juriſdictionis §.
Quoniam in fin. & in eadem ſuper bon. Jur. 29. Aprilis
1701. §. Sublata, coram Priol.

Re-

Redeundo autem ad obſervantiam ſubſecntam poſt erectionem dictæ Cathedralis Praten. conſtabat, ſenſum Epiſcoporum Piſtorien. & Praten. ſuiſſe, quod Praten. Juriſdictio intra ſolam Civitatem coarctaretur, & ſignanter piæ memoriæ Epiſcopi Gherardi, qui in relationibus factis *Sac. Congregationè Concilii* occaſione Viſitationis Sacrorum Liminum de anno 1681. 1682. & 1687. ſemper declaravit, quod Diœceſis Praten. Civitatis terminos non excedebat, quem Epiſcopum Gherardum ſecutus ſuit in ſimili relatione de anno 1702. Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Franciſcus Froſini tunc Epiſcopus Piſtorien. & Praten. modo meritiſſimus Archiepiſcopus Piſarum: Ac denique cæterorum Præſulnm ab anno 1679. uſque in præſens, qui in deputationibus Vicarinrum Generalium Piſtor. poſt demandatam Generalem Juriſdictionem, adjecerunt limitationem, quod iidem Vicarii abſtinerent ab actibus tam voluntariæ, quàm contentioſæ Juriſdictionis in Civitate Prati exercendis, proindeque omnem Juriſdictionem extra ipſam Civitatem Vicarin Piſtor. delegaverunt, quod utique non feciſſent, ſi Jnriſdictionem Prat. extra Civitatis ambitum reſtrictam non autumaſſent, & quod magis eſt, ſub oculis ipſorum Canonicorum Praten. viſitarunt, tanquam de Diœceſi Piſtorien. plura Oratoria, exiſtentia intra limites Suburbiorum Prati, & prope ipſa mænia, & ad Beneficia ibi ſita inſtitutionem conceſſerunt. Hæc ſanè conſtans, & univoca intelligentia, tributa ab Epiſcopis prædictæ Bnllæ Innocentianæ, om-
24 nem de per ſe ſubmnveret difficnltatem, *Seraph. Maſſiu. de Confiſcat. bon. quæſt. 35. num. 82. Fontanell. dec. 482. num. 11. Lar. dec. 45. num. 24. Rota in Marſicen. Juriſdictionis ſuper bon. Jur. 7. Junii 1700. impreſſ. penes Illuſtriſſimum D. meum de Comitib. dec. Florent. 33. §. 2. nu. 65.*
25 quæ ſufficeret, etiamſi ab nnico tantùm actu eliceretur, *Palm. Nep. allegat. 148. num. 36. & docuit idem D. meus dec. Senen. 3. num. 62.*

Quibus prn irreſragabili argumento addebatur ipſorummet Canonicnrum Praten. confeſſio, emiſſa occaſione renunciatinnis quinque ruralibus Eccleſiis ſuburbanis, ſuper quibus ſtatim poſt dictam erectionem Epiſcopatus præteaſionem excitarunt; In Inſtrumento ſiquidem dictæ renunciationis de anno 1656. expreſsè declararunt, ſe certiores factns ſuiſſe de mente *Innocentii* X. quod ipſum Oppidum pro Diœceſi aſſignaverat, ac proinde ceſſerunt, liti, & prætenſionibus prnmntis ſuper eiſdem Eccleſiis, extra mænia dictæ Civitatis exiſtentibus, hinc nulla majnr afferri poterat probatio ad
26 intentum, juxta *Text. in c. per tuas, de probat. l. cum te C. de tranſact. & l. generaliter C. de numerat. pecun.* cum aliis apud eundem *D. meum de Comitib. deciſ. Senen. 4. numer.* 39.

His ita conſtabilitis fruſtraneum omnino videbatur aſſumere aliam inſpectionem, ſuper qua valde inſiſtebat Capitulum Praten. adducendo quamplures actus Juriſdictionis in contrnverſo Territnrio Suburbiorum, priùs per Præpoſitos, deinde per Epiſcopos, & eorum Vicarios Generales exercitos. Exordiendo enim ab actibus geſtis à Præpoſitis ante Epiſcopatus erectionem, cum fuerit in totum ſupreſſa Præpoſitura, & loco illins erecta nova Cathedralis Eccleſia, actus exerciti ex titulo jam extincto, & omnino diverſo confovere non poterant novum titulum Epiſcopatus ex alia cauſa derivantem, ad differentiam actunm, qui afferuntnr pro Capitulo Piſtorien. cum hi nmnes ex eodem, ac nunquam interverſo titulo originariæ Juriſdictionis, licèt geſti ex anti-
27 quiſſimo tempore, proficiſcantur *ad Text. in l. eam, qui §. ult. ff. de Publician. Caſtren. in l. Celſus, num. 6. ff. de Uſucapion. Bald. ibid. num. 5. verſ. nunc venio, Maſcard. de probat. concl. 1219. num. 38.*

Actus verò Juriſdictionales, poſt illius Eccleſiæ Cathedralis erectinnem exerciti, adduci non poterant in vim contrariæ interpretationis, cum ex prædictis omnino reddatur clarus Bullæ Innocentianæ intellectus, & ii à contrariis actibus pro Capitulo Piſtorien. adductis, utpore notoriis, & cum præciſa ſcientia Capituli adverſarii geſtis, omnino ſnffocarentur; multo minùs in vim præſcriptionis opponi valebant, deficiente tituln colnrato, bona fide, ac poſſeſſione per legitima tempora conſtituta, quorum omninm ſimnltaneus concurſus ad præſcribendum exigitur, & ipſorum neutrum intentionem Capituli Praten. coadjuvare poterat.

Et quidem deficiebat titulus coloratus, ſive putativus, cum ab omni veriſimili interpretatione extraneum ſit, verba præſatæ Bullæ, aſſignantis pro Diœceſi Oppidum Prati, extendere ad Suburbia, à pluribus anteactis ſeculis diruta, & quorum nullæ reliquiæ ſupererant, maximè adverſus mentem Papæ concedentis, & ſenſum Epiſcoporum, alioſque actus interpretativos ſupra recenſitos. Titulus autem coloratus non debet conſiſtere in qualibet arbitraria credulitate ad hoc, ut cauſam præſcribendi præbere valeat, ſed à probabili errore debuit promanare *Lotter. de Re Benef.* 28
lib. 2. quæſt. 24. num. 216. & ſeq. Rot. dec. 324. num. 8. p. 5. & dec. 21. n. 12. part. 14. rec. & talis apparentiæ exiſtere, ut ſi ſubſiſteret, Juriſdictionem tribueret, ut no- 29
tant Scribentes *in l. Celſus 27. ff. de Uſucap. Larr. allegat. fiſcal. 68. Tondut. Quæſt. Benef. part. 3. c. 199. ſub num. 6. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 24. num. 217. Adden. ad Gregor. dec. 289. ſub num. 16. Rot. coram Coccin. dec. 235. num. 8. & in rec. deciſ. 91. num. 3. part. 1.* Quapropter cum Capitulum Praten. deſumat ſuum titulum coloratum à Bulla Innocentiana, ac ſi per eam ſuerint eidem pro Diœceſi aſſignata Suburbia Civitatis Prati, ſequitur, quod ceſſante hoc ſuppoſito, ac manifeſta inſubſiſtentia bujus tituli, actus, qui ab eo proceſſerunt, remanſerint inefficaces, ut in terminis *Rota in Firmana Ju-* 30
riſdictionis 10. Maii 1700. num. 32. impreſſ. poſt Monacell. in Formular. t. 2. dec. 40. & in caſu tituli nnlli, deſumpti ex privilegio Apoſtolico, licèt coadjuvati à qua- 31
dragenaria, dixit *Rota in Baren. Juriſdictionis* an. *Maii 1613. cor. Veroſpio impreſſ. apud Marcheſan. de Commiſſ. p. 1. §. 2. fol. 1069. & in Leodien. Juriſdictionis 15. Maii 1688. §. Aſſumpta, & §. Minùs obſtant, coram Rondinin.*

Præterea deficiebat etiam bona fides, quia ſub oculis ipſorum Cannnicornm Praten. Epiſcopi aſſociati à Canonicis Piſtorien. ſemper viſitarunt ſaltem quatuor Oratoria, exiſtentia in Suburbiis, & intra limites Parochiæ ejuſdem Cathedralis, cujus cura regulariter per nnum ex iiſdem Canonicis Praten. exercebatur, & quod magis eſt, in memorato Inſtrumento dictarum quinque Eccleſiarum ruralium faſſi fuerant, mentem *Innocentii* X. ſuiſſe, quod pro Diœceſi Praten. ipſum tantùm Oppidum attributum ſuerat; defectus enim bonæ fidei præſcriptionem etiam longiſſimi temporis totaliter inficit, ac deſtruit *ad Text. in cap. Vigilanti, de* 32
Præſcript. capit. Poſſeſſor, de Reg. Jur. in 6. Larr. alleg. Fiſcal. 68. num. 26. Palm. Nep. alleg. 2. num. 2. & dec. 81. num. 39. tom. 5.

Eodemqne vitio laborabant actus geſti per Epiſcopos in Viſitatione Oratorii S. Rochi exiſtentis extra, & propè ipſam Civitatem Prati, cum haberent ſcientiam indubiam pertinentiæ dicti Territorii ad Diœceſim Piſtorien. ut plenè comprobabatur ex Literis dicti Sereniſſimi Ferdinandi II. ex reiteratis eorum aſſertionibus, & poſitivis actibus dictarum Viſitationum ſupra secenſitis: Multoque fortiùs actus geſti per eorum Vicarios, in Civitate Prati deputatos, qni precario ipſorum Epiſcoporum nomine Juriſdictionem exercebant, 33
ad *Text. in capit. 1. de Præſcription. in 6. Rot. dec. 578. num. 4. coram Buratt. & in rec. dec. 530. num. 7. part. 8. & dec. 334. num. 5. p. 13.*

Eoque urgentiùs, quia, cum ageretur de Territorio ejuſdem qualitatis, & naturæ, nempe exiſtente extra dictam Civitatem Prati, & ſub nomine Snburbiorum appellato, manifeſtam reddebat implicantiam, quod in eodem conſtituerentnr duæ quodammodo Diœceſes, quodque unum Oratorium, ſitum in Diœceſi Piſtorien. ſpectaret ad Diœceſim Praten. quo nihil abſurdius poteſt excogitari, ut monuit *Fagnan. in cap. Auditis num.* 34
9. & 10. de Præſcript. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 24. num. 51. Rot. deciſ. 391. num. 24. part. 53. rec. Ac proinde nulla conſuetudo, vel præſcriptio poterat eſſe operativa, ad bujuſmodi monſtruoſam prætentionem obfirmandam, ut in præciſis terminis *Rot. dec. 334. n. 51. part. 13. rec.* ibi — *At nunc quandoquidem non agitur* 35
de manutentione, vel de exercitio Juriſdictionis, ſed de Territorio in genere, & attento quod ponitur Territorium Abbatis eſſe intra fines, nulla conſuetudo, vel præſcriptio operari poteſt, ar *in eadem Civitate ſint duo capita, hoc enim eſſet monſtrum* — Et deinde relato *Butrio*, de ejus mente proſeqnitur dicens; ibi — *Qaod cum Epiſcopatus ſit unum corpus, cujus caput eſt Epiſcopus, ſi ponantur ibi duo capi-*

ta,

Digitized by Google

ta, fiet unum corpus duo capita habens, quod eſt monſtruo-
ſum, ſive prodigioſum, quod natura abborret, & jus re-
ſpuit, & quod hoc non ſit poſſibile, ut Abbates, vel Præla-
ti inferiores præſcribant Territorium, ut ſeparatum ab E-
piſcopo, ita ut quaſi caput faciant in eadem Diœceſi &c.—
Cæterum vel actus prædicti proceſſerunt ex mala fide,
36 &, ut dictum eſt, nullatenus relevabant, vel ex er-
37 rore, & pariter inefficaces reputari debebant, cum er-
ror juris, ſive facti diſcoloret titulum, & cauſam præ-
ſcribendi adimat Felin. in c. de quarta num. 58. de Decim.
Rot. dec. 51. nu. 12. p. 14. rec. Et de errore Juris Gemin.
in c. Epiſcopum n. 19. de præſcrip. in 6. Lotter. de Re Beneſ.
lib. 1. quæſt. 24. n. 217. Rot. cor. Coccin. dec. 295. n. 4. &
5. & in rec. dec. 221. n. 10. p. 13.

Tollebatur denique requiſitum legitimæ poſſeſſionis,
quia tempus ſufficiens ad præſcribendum nondum ela-
pſum fuerat, nempe centenaria, vel immemorabilis
æquipollens privilegio Pontificis, ad quem dumtaxat
38 pertinet Diœceſibus fines attribuere, aut eas diſmem-
brare ad Text. in c. Cum contingat. de for. compet. cum cæ-
teris relat. in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper præ-
ſcriptiva 15. Junii 1711. nu. 6. cor. bon. mem. Caſſarell. &
in terminis præſcriptionis Juris Territorialis Rota in
Fanen. Canonicatuum 5. Maii 1700. §. Neque conceſſio,
cor. Card. Capr. & in Firmana Juriſd. 5. Aprilis 1701. cor.
Molines, & in Theatina Juriſd. 18. Februarii 1707. in
princ. & in §. Parum urgent, cor. Emin. Scotto. Et licèt
contra ea, quæ antea ſæpius firmaverat eadem S. Rota
cor. Priol. dec. 295. n. 11. & in rec. dec. 334. n. 22. p. 13.
& in Firmana Juriſd. 15. Aprilis 1704. §. Cum itaque, cor.
Molin. & in aliis plenè cumulatis in Leodien. Juriſdictionis
15. Martii 1700. §. Minùs ad intentum, cor. Eminentiſſimo
Scotto, & cæteris proximè allegatis, deinde cenſuerit,
ſufficere ad præſcribendum Territorium quadragena-
riam cum titulo colorato, ut in dicta Nullius, ſeu Ful-
39 den. 15. Junii 1711. n. 5. & ſeq. cor. Caſſarell. Attamen
obſervabam, ſalva ſemper ſumma veneratione erga S.
Tribunal, quod videbatur anteriori potiùs opinioni ad-
hærendum, quàm recentiori, uti magis conformi ſen-
ſui Sac. Cong. Concilii, & etiam quia ſi poſt Urban. Con-
ſtitutionem in alienatione, & etiam in locatione ad
longum tempus rerum cujuslibet inferioris Eccleſiæ,
neceſſaria eſt centenaria ad præſumendum Apoſtolicum
beneplacitum, non videtur quare ad præſcribendum
Territorium, ſufficiens reputari debeat ſola quadra-
genaria cum titulo putativo.

Concurrente itidem alia ratione, quod cum præſcri-
ptio ſit quædam indirecta alienatio, procedens à negli-
40 gentia poſſeſſoris, ad Text. in l. Alienationis verbum ff.
de V. ſignif. latè Vela diſſert. 48. à n. 12. cum plur. ſeqq. &
benè ad propoſitum Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ.
13. p. 4. n. 54. & dec. 480. n. 8. & 9. & cum alioquin ju-
ra Epiſcopalia non poſſint in alium nec expreſsè trans-
41 ferri, ob juris reſiſtentiam, per Text. in c. 1. & tot. tit.
de reb. Eccleſiæ non alienand. & per d. Conſt. Urb. VIII. ſu-
per præjudicialibus Eccleſiæ editam 5. Maii 1641. impreſſ.
poſt Galles de reſt. in integr. per conſequens, inefficax re-
putanda erat ordinaria præſcriptio ad acquirendum Ter-
ritorium, nè major eſſet vis taciti, quam expreſſi, ſed
omnino neceſſaria ad hunc effectum immemorabilis,
vel centenaria, quæ ſolæ ſunt aptæ ad præſumendum
Apoſtolicum privilegium, eoque maximè, quia, ubi
alienationi reſiſtit expreſſa, & ſpecialis Juris prohibi-
42 tio, quadragenariam etiam cum titulo putativo nequa-
quam ſufficere latè tradunt Caſtill. controv. lib. 5. c. 93.
§. 8. n. 27. cum plurib. ſeqq. Vela diſſert. 48. n. 14. Creſp. de
Valdaur. obſerv. p. 1. obſerv. 53. n. 175. Pereyra dec. Portu-
gall. 52. n. 4. & ſeqq. Panimoll. dec. 232. n. 26.

Urgentiùs etiam, quia agebatur de materia expreſsè
reſervata Supremæ Poteſtati Summi Pontificis, cujus
43 eſt Territoria, & Diœceſes aſſignare, per diſmembra-
tionem minuere, vel reſpectivè augere, juxta Textum
in c. 1. de Sed. Vac. Card. de Luca de Præem. diſc. 7. n. 12.
Adden. ad Buratt. dec. 912. nn. 11. in c. cum contingat, de
for. compet., ibique Hoſtien. n. 1. Butr. n. 8. Abb. num. 10.
Rota in Firmana Juriſdictionis 55. Aprilis 1701. §. Cum
itaque, cor. Molin. & in Burgen. Juriſdictionis 26. Junii
1709. §. Præmiſſa, cor. R. P. D. Lancetta, Ac proinde
ratione duplicis obſtaculi reſultantis tam à generali pro-
hibitione alienationis Jurium Eccleſiarum, quàm à na-
tura rei, quæ exigit expreſſam Papæ authoritatem,
reddebatur manifeſtum, quod quadragenaria etiam cum
titulo putativo, tanquam illegitima, & inſufficiens, 44
non eſſet admittenda, ex traditis per Vel. dict. diſſert. 48.
n. 14. Pereyr. dec. Portugall. 52. n. 4. & ſeqq. & in effica-
cioribus terminis Panimoll. dec. 132. n. 26. ibi — Quinim-
mò, cum præter Jus commune antiquum, alienationi rerum
Eccleſiæ reſiſtat Paulina, & noviſſimè dicta Urbana Conſti-
tutio præſervativa Jurium Eccleſiæ, per quas additur, ut
etiam in caſu licito non poſſit fieri abſque aſſenſu Apoſtolico,
quadragenaria præſcriptio, concurrente hac duplici prohibi-
tione, hodie non ſufficit.

Ad hæc ineluctabilis addebatur reſponſio pro remo-
vendo objecto hujuſmodi quadragenariæ, nempe, quod
omnis illius effectus remanebat ſublatus, quia conſta-
bat, eam non ſolùm fuiſſe pacificam, verùm etiam à
continuatis actibus ad utramque Juriſdictionem tam vo-
luntariam, quàm contentioſam pertinentibus, per E-
piſcopos, & Vicarios Piſtorien. intra limites dictorum
Suburbiorum exercitos, omnino ſubverſam, cum ad
eam elidendam ſufficiat etiam unicus actus Juriſdictio-
nalis geſtus ab eo, qui vero, & juſto titulo ſuffultus re- 45
peritur Rot. coram Zarat. dec. 21. n. 12. & 14. cor. Bich.
dec. 290. n. 32. cor. Cerr. dec. 607. n. 19. in rec. dec. 117.
n. 8. p. 4. & in Mantiſſ. ad De Luc. ad mater. de Regal. dec.
6. n. 21. Ac proinde comprobata ex Bulla dictæ erectio-
nis, ac ex mente ipſius Pontificis pertinentia ad Diœ-
ceſim Piſtorien. omnis Territorii exiſtentis extra am-
bitum murorum Prati, ac limitatione Juriſdictionis Ca-
thedralis Prati in ipſo Oppido, non obſtantibus actibus
Viſitationum in contrarium dicti Oratorii S. Rochi,
per errorem forſan per Epiſcopos geſtis, adhuc non po-
terat Cathedrali Piſtorien. denegari ipſius Oratorii per-
tinentia, tanquam pars ſui Territorii, quia probatio
pertinentiæ reſpectu unius loci influit in cæteros ejuſ-
dem generis, & qualitatis, ex regula, quod in actibus 46
provenientibus à Cauſa univerſali, ipſa Cauſa atten-
ditur potiùs, quàm aliquorum actuum exercitium Rot.
cor. Mantic. dec. 320. n. 6. & ſeq. Celſ. dec. 7. nu. 7. & 8.
& in Januen. Abbatiæ 10. Martii 1692. §. Etenim, coram
Reverendiſſ. Zamoren. & 15. Junii 1693. §. Quandoqui-
dem, cor. Card. Caprar. & in Dertbuſ. Juriſdictionis ſuper
bono Jure 26. Aprilis 1694. §. Etenim, cor. eod. & in Mar-
ſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper bon. Jure 7. Junii 1700.
impreſſ. apud præfat. D. de Comit. dec. Floren. 33. §. 11.

Deſcendendo ad ſecundum punctum controverſiæ,
nempe cujuſdam exiguæ partis Territorii exiſtentis ul-
tra flumen Biſentii, in quo ſita eſt Eccleſia S. Mariæ
de Pietate, hodie per Fratres Carmelitas Diſcalceatos
poſſeſſæ, licèt fines antiquæ Diœceſis Piſtorien. ultra
idem flumen ſeſe non extenderent, nihilominus dice-
bam, illam ſpectare ad Diœceſim Piſtorien. ad exclu-
ſionem Cathedralis Praten. Siquidem conſtabat, quod
eadem antea poſſidebatur per Præpoſitos Praten. quod-
que Eccleſiam prædictam uti exemptam ab Ordinario-
rum Juriſdictione ſolemniter benedixerit de anno 1617.
Philippus Salviati tunc Præpoſitus Collegiatæ Praten.
undè, cum poſtmodum Innocentius X. ad ſedandas li-
tes inter Præſules Piſtorien. eoſdemque Præpoſitos ere-
xerit in Cathedralem Collegiatam Praten. aſſignando
eidem taxativè Oppidum Prati pro Civitate, & Diœ-
ceſi, illudque diſmembrando à Diœceſi Piſtorien. ſe-
quitur exinde, quod dicta pars Territorii poſſeſſa per
dictos Præpoſitos remanſerit implicitè, ſeu conſequen-
ter aſſignata eidem Piſtorien. Diœceſi, ut optimè ad
propoſitum Rota in pluries citat. Nullius, ſeu Fulden. n. 47
12. coram Anſald. nè alias locus ille ſine miniſtro relin-
queretur, ut in terminis ratiocinatur eadem Rota loc.
proximè cit. Idque etiam proxima obſervantia declara-
vit reſpectu quinque Eccleſiarum Suburbanarum, quæ,
ut præmiſimus, poſſidebantur per dictos Præpoſitos,
& quas ſubinde Capitulum Praten. in ſolemni Inſtru-
mento de anno 1656. declaravit, ſpectare ad Diœce-
ſim Piſtorien. cum nulla dari poſſit diverſitatis ratio in-
ter dictas Eccleſias, ac dictam exiguam partem Ter-
ritorii, nam in utriſque parem Juriſdictionem exer-
cebant dicti Præpoſiti. Quod præterea comprobabatur
ex tractatu inito occaſione erectionis dictæ Cathedra-
lis, in quo, ut habebatur luculentiſſimum teſtimonium
Sereniſſimi Ferdinandi II. in præcitata Epiſtola ad E-
piſcopum Gerinum, actum fuit, ut totum id, quod
erat extra Civitatem Prati, remaneret Diœceſi Piſto-
rien.

rien. ibi -- *rimanendo tutto il di fuori nella Giuriſdizione di Piſtoja* --

Et quamvis quoad hanc partem Territorii nulli actus Juriſdictionales pro Diœceſi Piſtorien. adducerentur, quinimmò omnes faverent Cathedrali Praten. nihilominus pro remotione obſtaculi præſcriptionis recurrebant principia Juris ſupra deducta, nempe defectus centenariæ, vel immemorabilis, ad hunc effectum præſcribendi Territorium requiſitæ, ſimulque bonæ fidei, & tituli ſaltem rationabilis, cum ex lectura ipſius Bullæ erectionis reſultaret illius infectio per ſe apta ad in-
48 ficiendam quamlibet poſſeſſionem, aut obſervantiam *Rot. poſt Tambur. de Jur. Abb. dec. 55. n.* 10. cum cæteris plenè congeſtis in ſæpe dicta *Nullius, ſeu Fulden. n. 152. & ſeq. coram Anſald.* Et denique quod iidem actus
49 cenſeri ſaltem debebant geſti ex errore Juris, vel facti, cum in Epiſcopis animus derogandi Juribus unius, vel alterius Eccleſiæ præſumi nequeat, maximè cum de eorum intereſſe non ageretur, cum in utraque Eccleſia pari poteſtate præſiderent, quod, ut dictum eſt, ſufficiebat ad enervandam illorum efficaciam.

Quoad tertium denique, & ultimum punctum Controverſiæ circa ſubjectionem trium Parochorum Civitatis Prati, nempe Cathedralis, Sanctiſſimæ Trinitatis, & S. Marci, habentium partem Populi extra ipſam Civitatem in Diœceſi Piſtorien, dicebam, quod cum in ea habitantes ſint Diœceſani Piſtorienſes, & animæ Epiſcopo Piſtorien. concreditæ, Parochi, qui earum Curam gerunt, licèt Eccleſiam habeant in Civitate Prati, ſubeſſe debebant Juriſdictioni ejuſdem Epiſcopi Piſtorien. vel Capituli ſede vacante reſpectu exercitii Curæ animarum dictorum Diœceſanorum Piſto-
50 rien. Ac proinde debebant ab Ordinario Piſtorien. examinari, approbari, & delinquentes in eorum officio puniri, ac reliqua onera ſubire, ad quæ tenentur reliqui Parochi ejuſdem Diœceſis, prout in ſimili ſervatur ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo, Metropolitano noſtro Florentino noſtro *Summ. nu.* 35. Cum non implicet, quod una eademque Perſona poſſit eſſe di-
51 verſo Jure ſubjecta, & exempta, & ſic quod dicti Parochi non ſubſint Juriſdictioni Ordinarii Piſtorien. reſpectu exercitii Curæ animarum, quæ ſunt in Civitate Prati, & ſubjecti ſint eidem reſpectu exercitii ejuſdem Curæ Parochianorum habitantium extra eandem Civitatem argumento *Text. in c. cum Capella 16. de Privileg. Card. de Luca de Juriſd. diſc. 54. ſub n. 4. Rot. in Gerund. Juriſdictionis ſuper bono Jure 5. Martii* 1692. *§. Pariter, coram Molines*, & conferunt deducta *in d. Firmana Juriſdictionis* 10. *Martii* 1700. *§. Non enim implicat, coram eodem.* Sicuti non repugnat, quod exiſtente exempta Eccleſia, non ſint exemptæ Capellæ ab ea dependentes, cum ab exemptione capitis neceſſariò inferri non
52 poſſit ad exemptionem membrorum, ut ratiocinatur *Rot. in d. Firmana §. Parum refragante.* Et ita in præciſis terminis reſolvit eadem *Rot. in Portuen. Juriſdictionis 15. Aprilis* 1712. *§. Hinc non relevabant, & in eadem ſuper Cenſuris, & Attentatis ejuſdem diei §. De Attentatis, coram bon. mem. Cardin. Priol.* ubi firmatum fuit, quod nulla eſt implicantia, quod aliqua Parochia ſe extendat ad partes diverſorum Territoriorum, quodque eo caſu Parochus pro ea parte, quæ uni Epiſcopo ſubeſt, teneatur recognoſcere illius Juriſdictionem, & pro alia illam alterius, cujus eſt Territorium, cum approbatio ad Curam animarum ab uno Epiſcopo reportata latiùs
53 patere non poſſit, quàm pateat ejus Diœceſis, cum extra illam tanquam privata perſona cenſeatur: Quam ſententiam probavit etiam *Sac. Epiſcoporum, & Regularium Congregatio in Peruſina die 22. Junii* 1708. relata in *d. Portuen. ſuper Cenſuris, & Attentatis d. §. De Attentatis autem, in fin.*

Ad contrariam verò obſervantiam, ſuper qua fundatur Votum Illuſtriſſimi D. Epiſcopi, dicebam, quod duplici motivo excluſa remanebat illius virtus in caſu noſtro, primò namque, quod, præſuppoſito, quod idem
54 Territorium, ad quod ſe extendunt prædictæ Tres Parochiæ, pertineat ad Diœceſim Piſtorien. & conſequenter, quod Perſonæ in eo degentes ſint oves propriæ Epiſcopi Piſtorien. de quibus rationem reddere tenetur Supremo Judici, nulla poteſt dari præſcriptio, aut obſervantia, per quam ille excludatur à vigilantia ſuper dictis ovibus, ſibi commiſſis, & ab actu examinis, & approbationis Parochi, qui illarum curam ſubalternam gerit, cum iſte ſit actus inabdicabilis ab Epiſcopo, ut probavi in fine *Voti clar. mem. Card. Sperelli* infra allegandi.

Item quia obſervantia prædicta proceſſit ex manife- 55
ſto Juris errore, cum Epiſcopi Piſtorien. & Capitulnm Sede vacante non curaverint in examine, & approbatione dictorum Parochorum ſeſe ingerere, quia conſultus ſuper hoc dubio memoratus Cardinalis Sperellus à ſemper recol. mem. Epiſcopo Gherardo, & inſimul à noſtro Capitulo, tempore, quo in Romana Curia Advocationis munus exercebat, reſpondit, hujuſmodi approbationem, & examen ſpectare ad Epiſcopum Praten. ut in ſuo *Voto per Me impreſſ. primo Tom. Dec.*

Unde cum manifeſtè pateret ex ratiooibus ſupra deductis, & potiſſimùm propter Oraculum Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, & Sacræ Rotæ, quæ hunc punctum in ipſis terminis definiverunt, ſententiam ejuſdem Cardinalis Sperellii quoad hoc non ſubſiſtere, conſeqneoter etiam obſervantia,
quæ ab hujuſmodi Juris errore promanavit, ruere opor- 56
tebat, ex traditis *per Gemin. in cap. Epiſcoporum, nu. 19. de præſcript. in 6. Rot. dec. 295. num. 4. & 5. coram Coccin. & in rec. dec.* 221. *num.* 10. *p.* 13.

Quamvis autem Sapientiſſimorum Judicum Votum ſuper ſecundo, & tertio ex punctis ſupra examinatis, nobis contrarium venerari, ut par erat, non abnuerim, nihilominus, ut ingenuè fatear, meus intellectus acquieſcere omnino non potuit reſolutioni, maximè ſuper tertio ex iiſdem punctis propter rationes, & auctoritates ſuperiùs deductas, quæ ineluctabiles meo judicio videbantur.

Jo: Jacobus Scarfantoni Canonicus Piſtorien.

POſt hæc, propoſita fuit Cauſa prædicta in *Sac. Con-* 57
gregatione Concilii ſub die 2. Auguſti 1721. & Partibus contra Laudum non reclamantibus, prodiit Reſcriptum *Dilata, & ad D. Secretarium juxta mentem*; ac deinde *ſub die 2. Octobris* iterum propoſita fuit, ac in ſolito folio R. P. D. Secretarii fuit extenſum ad mentem *d. Sacr. Congregationis* illius doctiſſimum Votum, quod hic adnectitur.

Piſtorien. & Praten.

Propoſita fuit hæc Cauſa in *Congregatione* habita *die 2. Auguſti* 1721. cujus Folium una cum Scripturis tunc diſtributis, poterit ab EE. VV. benignè juxta morem reaſſumi. Tunc autem nulla fuit capta reſolutio, ſed reſcriptum fuit *ad Dominum Secretarium juxta mentem*, & meus fuit, quòd, licèt Laudum ab Epiſcopo prolatum bonis rationibus innixum eſſe videretur, & ſignanter cum editum fuiſſet juxta normam inſinuatam in ſuffragio pro veritate exarato à clar. mem. Cardinali Sperellio, dum advocati munere ſungebatur in Urbe, neceſſarium nihilominus viſum fuit, quòd ante Laudi approbationem nonnulla explanarentur; cum etenim ad tramites ſuffragii mox memorati Cardinalis Sperellii, Epiſcopus in Laudo prolato cenſuerit, ad Ordinarium Pratenſem, privativè quoad Piſtorienſem, ſpectare Juriſdictionem ſuper Parochos trium Parochialium Civitatis Prati, habentes Populum in Diœceſi Piſtorienſi, & ad eum pertinere illorum approbationem, inſtitutionem, & punitionem, quatenus in exercitio Curæ animarum deliquiſſent, remanente de cætero eodem Populo, exceptis iis, quæ pertinent ad Curam animarum, ſub Juriſdictione Ordinarii Piſtorienſis, ad præcavendas futuras lites, operæ pretium exiſtimatum fuit, ante Laudi approbationem perpendere, ad quem ex dictis Ordinariis, hoc eſt, an ad Pratenſem, vel ad Piſtorienſem, pertineat examen quoad Status liberos eorum Parochianorum, qui degunt extra Civitatem, & qui ſubduntur Parochiis in Civitate exiſtentibus, ad quem pariter ex ipſis Ordinariis pertineat executio diſpenſationum Matrimonialium, cognitio de Matrimonialibus Cauſis, judicandi facultas in Cauſis dependentibus à Cura animarum, aut à Jure Parochiali, puta ſi ageretur de puniendis Concubinariis, vel de Quarta Funerali, & conſimilibus rebus.

Ut autem mens *Sacr. Congregationis* plenè adimplere-
tur,

Digitized by Google

tur, novas dedi Literas Epiſcopo, qui fuit in ſenſu, quem tamen EE. VV. Judicio ſubmiſit, quòd omnia ſupra recenſita pertinere deberent ad Epiſcopum Piſtorienſem, hujuſque aſſertionis bina poſſunt eſſe fundamenta. Alterum eſt, quòd in ſæpecitato ſuffragio clar. mem. Cardinalis Sperellii dictum quidem fuit, quòd Parochi exiſtentes in Civitate Prati, ſeu Parochialem Eccleſiam in dicta Civitate habentes, poterant ſuam Juriſdictionem exercere in Parochianos ſuæ Parochiæ ſubjectos, non obſtante quòd degant extra Civitatem Prati, non niſi quia *Innoc. Papa* X. qui Oppidum Prati in Civitatem, & Collegiatam in Cathedralem erexit, quique novæ Cathedrali pro Civitate, & Diœceſi aſſignavit Oppidum Prati, nullum voluit afferre præjudicium Parochis, quin ipſi ſuam Juriſdictionem poſſent exercere in Parochianos, quamvis extra mœnia Prati degentes; dictum ulteriùs fuit in eodem ſuffragio, quòd Epiſcopus Pratenſis poterat Jus ſuum in dictos Parochianos extra Civitatem degentes exercere in his, quæ pertinent ad exercitium Curæ Parochialis, ſed eodem contextu dictum eſt, quòd exceptis pertinentibus ad Curam Animarum, Populus degens extra mœnia, tanquam de Piſtorienſi Diœceſi, in delictis, & in actis Judicialibus, ſubjectus eſſe debebat Epiſcopo Piſtorienſi; quo ſtante, ſi Jus Epiſcopi Praten. eſt ad Curam animarum reſtrictum, & ulteriùs ſi Jus Epiſcopi Piſtorien. exercitium reſpicit Juriſdictionis, ad Epiſcopum *Praten.* ſpectare debebit Parochorum approbatio, inſtitutio, & punitio, ſi in exercitio Curæ animarum delinquant, ut dictum ſuit in Laudo ab Epiſcopo prolato, & de Juribus Epiſcopi Piſtorien. eſſe debebit examinare ſtatus liberos, exequi diſpenſationes Matrimoniales, cognoſcere de Matrimoniis, judicare in Cauſis, in quibus opus eſt punire Concubinarios, aut de Quarta Parochiali ferre judicium, cum omnia hæc ad Juriſdictionem Epiſcopalem, ſive voluntariam, ſive contentioſam ſint referenda, quæ Juriſdictio non ab alio, quàm ab Epiſcopo Piſtorien. in dictos Parochianos exerceri poteſt, utpote in ſua Diœceſi manentes.

Alterum fundamentum eſt; quòd Epiſcopus in ſua nova Epiſtola, cum à me ſuiſſet interrogatus, ad quem juxta obſervantiam ſpectaret ordinatio Clericorum degentium in illa parte Parochiarum, quæ eſt extra Civitatem Praten. reſpondit, obſervantiam ſtare pro Epiſcopo Piſtorien. in quo rerum ſtatu applicabilis videtur diſpoſitio *Text. in c. Nullus, de Parochiis*, ibi — *nullus Epiſcopus alterius Parochianum judicare præſumat*. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare poteſt. Probat hic *Text.* ad eum ſpectare facultatem exercendi poteſtatem Ordinis, uti adnotavit *Fagnan. n.* 2. & in eodem Textu Papa argumentatur à minori ad majus, quaſi dicere voluerit, ſi Epiſcopus non poteſt ordinare, licèt Ordo ſit voluntariæ Juriſdictionis, multo minus poterit judicare, cum judicium referatur ad Juriſdictionem contentioſam, ut adnotavit *Abb. in d. Textu, n.* 2. & proſequitur *Pirbing. ad lib. 3. Decretal. tit. 29. de Parochiis §. 4. n. 15.* quo circa ſi Epiſcopus Praten. non poteſt ordinare Clericos in dictis locis degentes, & eorum Ordinatio eſt de juribus Epiſcopi Piſtorien. ejuſdem Epiſcopi Piſtorien. eſſe debebit etiam facultas actus prædictos exercendi, utpote ut plurimum referibiles ad Juriſdictionem contentioſam.

His ſtantibus, dignabuntur EE. VV. decernere.

An, & quomodo Laudum ſit approbandum in caſu &c.

58 Die 2. Octobris 1721. *S. Congr. Concilii* reſpondit. *Laudum eſſe approbandum, & quoad petitam declarationem recurratur in caſibus particularibus.*

Quamvis verò *Sacr. Congregatio* ſe abſtinuerit à declaratione prædicta ex motivo, quòd eadem complecti non poterat omnes caſus, qui circa præmiſſa contingere poterant, & quia jam generaliter ſatis proviſum fuerat in Laudo, in quo plena, & omnimoda voluntaria, & contentioſa juriſdictio in toto Territorio extra Civitatem Prati, etiam circa murorum ambitum uſque ad flumen Biſentii, declarata fuit favore Epiſcopi Piſtorien. & ulteriùs additum, non licuiſſe, neque licere Epiſcopo Praten. vel ejus Vicario, & Sede Vacante, Vicario Capitulari, ullos actus neque publicæ, neque privatæ, neque voluntariæ, neque contentioſæ Juriſdictionis inibi exercere, excepta tantummodo Cura animarum, & Sacramentorum adminiſtratione Parochianorum Cathedralis, Sanctiſſimæ Trinitatis, & S. Marci extra Civitatem Prati degentium;
Nihilominus, ut in præinſerto Voto firmatur, actus 59
in eodem recenſitos, alioſque perſimiles ſpectare credimus ad Epiſcopum Piſtorienſem, cujus eſt Diœceſis, & Populus in ea degens, & ſignanter cognitio Cauſarum Matrimonialium, quæ non ſolùm ad Juriſdictionem, ſed etiam ad Dignitatem Epiſcopi ſpectant *Lotter. de re Benef. lib. 1. quæſt. 24. n. 194.* & in ejus ſequelam etiam executio Diſpenſationum Matrimonialium, 60
& examen liberi ſtatus, diſpenſatio à Denunciationibus, quæ omnia ad dictam Juriſdictionem Epiſcopi Ordinariam ſpectant *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 10. §. 4. num. 134. & §. 6. num. 182. & ſeqq. & Poteſt. Epiſcop. part. 1. tit. 1. num. 16.* ac multo magis Ordinatio Clericorum *Gloſſ. in capit. Dilectus, in V. de lege ff. de off. in Ordinar.* & conceſſio Literarum Dimiſſorialium 61
pro Ordinibus ab alio Epiſcopo recipiendis *Barboſ. de Jur. Eccl. lib. 5. capit. 10. num. 111. & 112. Rota coram Zarat. deciſ. 10. num. 20. deciſ. 21. num. 22. & deciſ. 70. num. 36. & 57. part. 13. rec.* approbationes Confeſſariorum ad audiendas Sacramentales Confeſſiones *Rot. penes Poſſh. de Manur deciſ. 310. num. 3. coram Zarat. d. deciſ. 10. num. 19. & deciſ. 22. num. 2. part. 7. rec.* erectio- 62 63
nes Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Confraternitatum, ad *Text. in capit. Nullus omninò, quæſt. 7. Rota coram Royas dec. 111. n. 2. & dec. 7. nu. 1. p. 13. rec.* Quæ omnia pertinere ad Ordinariam Juriſdictionem plenè firmavit *Rota in Leodien. Juriſdictionis 15. Martii 1700. §. Clarior, coram Eminentiſſimo Scotto.* Ac generaliter Inquiſitio, & coercitio omnium ſcelerum, & exerci- 64
tium cæterorum actuum, ad voluntariam etiam, & contentioſam Juriſdictionem, & ad merum, & miſtum imperium ſpectantium, cum admiſſa ſituatione 65
Territorii in Diœceſi, reſultet de conſequenti, quòd 66
Epiſcopus, cujus eſt Diœceſis, habeat univerſalem, & independentem Juriſdictionem ſuper ovibus in ſuo Territorio, ſive Diœceſi depaſcentibus, ac ſuper omnes Eccleſias inibi exiſtentes, ut ſunt *Text. aperti in c. 1. & c. Conquerente, de off. Ordinar. c. Cum Epiſcopus, eod. tit. in 6. cap. Cum perſonæ, de privileg. in 6. Can. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 17. Trid. ſeſſ. 24. de reform. capit. 20. Gonzal. ad d. cap. 1. num. 6. de offic. Ordinar. Barb. de Poteſt. Epiſcop.* cum cæteris plenè congeſtis per *Rot. in Gienaen. Aſſuaſorum 13. Februarii 1702. §. Pro cauſa adſtruendo, cor. Molines Decano. Mantic. dec. 251. n. 4. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 1. n. 18. & diſc. 2. n. 14. & in Summ. n. 50. Rot. in Leodien. Juriſdictionis ſuper bono Jure 29. Aprilis 1701. §. Circa quod, & in eadem ſuper Manutentione ejuſdem diei §. Habet ſiquidem, coram bon. mem. Priolo.*

Juriſdictio verò Epiſcopi Praten. juxta tenorem Lau- 67
di, & ad cenſuram juris, nè in uno, eodemque Territorio duo ſint capita, quod jura abhorrent, debet ſolummodo circa jus, quod habent Parochi in ſuos Parochianos, ſtringi, quod, ut docet *Abb. in Rubr. de Paroch. & alien. Parochian. n. 2.* in ſequentibus actibus conſiſtit, nempe, *ut Parochiani diebus feſtivis audiant Miſſam in Parochia, ſecundò ut Sacramenta percipiantur in Eccleſia Parochiali, & ut Parochiani ibi ſepeliantur. Item in præſtatione Decimarum. Item in Oblationibus faciendis*: ſequitur *Rom. conſ. 356. in princ.* & poſt alios concordantes *Barb. de Paroch. part. 1. c. 12. n. ult. Card. de Luc. eod. tract. diſc. 31. n. 8. Panimoll. dec. 5. d. annot. 1. n. 2.* & magiſtraliter explicavit *Rot. dec. 552. num. 3. ad 10. p. 5. rec.* quæ eſt *dec. 2089. cor. Coccin.*

Jo: Jacobus Scarſantoni.

Finis Deciſionum, & Votorum Tomi Secundi.

INDEX

INDEX
RERUM, ET VERBORUM,

Quæ in TITULIS, & ANIMADVERSIONIBUS, nec non in DECISIONIBUS, & VOTIS DECISIVIS hujus SECUNDÆ PARTIS continentur.

A

ABBAS.

A Quo conceſſus ſuerit Abbatibus oſut Pontificalium, *animadv. ad tit. 2. lib. 3. numer. 2.* pag. 15

Quid ſignificent Pootificalia ornamenta, remiſſivè, *ibidem num. 3.* 16

Abbates uti non poſſunt Pontificalibus Inſignibus, niſi privilegium clarum oſtendant, *ibidem num. 4.* 16

Quomodo contradiſtinguatur Baculus Epiſcopalis ab illo Abbatiali, *ibidem num. 5.* 16

Abbates exempti Baculum geſtare conſueverunt abſqoe velamina, *ibidem num. 7.* 16

Benedictio ſolemnis ſuper Populum, & facultas conſerendi primam Tonſutam, & minores Ordines, non competit Abbatibus ex uſu Pontificalium, *ibidem num. 8.* 16

Facultas benedicendi Populo oon competit Abbatibus, niſi in propriis Eccleſiis, ſibi pleno Jure ſubjectis, & de tatione, *ibidem num. 9. & 10.* 16

Neque etiam præſente Epiſcopo, *ibid. n. 11.* 16

Quæ circa uſum Pontificalium ſiot permiſſa, & reſpectivè probibita Abbatibus, remiſſivè, *ibidem numer. 12.* 16

Uſus Pontificalium an veniant io generali communicatione privilegiorum, *ibidem n. 13.* 16

Idem uſus Pontificalium competit etiam Abbatibus Titularibus, & illis, qui ſuerunt Abbates actuales, & poſt officium remanent ſub gubernio Abbatis Monaſterii, & quando, *ibidem num. 14. & 15.* 16

Abbates Regulares nonniſi in tribus anni Solemnitatibus poſſunt Pontificalia exercere, *ibid. n. 16.* 16

Quæ ſint iſtæ Solemnitates, *ibid. n. 17. & 18.* 16

Quomodo licitus ſit uſus Pontificalium Prælatis inferioribus Secularibus, illum ex privilegio habentibus, *ibidem num. 19.* 17

Mitræ, quibus ntuntur Abbates exempti, non debent eſſe cum laminis argenteis, vel gemmis, ſed tantùm aurifriſiatæ, *ibidem num. 20.* 17

Non exempti verò uti debent Mitra ſimplici, alba, & plaoa, *ibidem num. 21.* 17

An, & quaodo Abbates Diœceſani Synodis, ſive Provincialibus, ſive Diœceſanis intereſſe debeant, *ibidem num. 24. & ſeqq.* 17

Si Monaſterium babeat Curam animarum, ſufficit, quòd ad Synodum accedat Vicarius, qui eandem curam exercet, *ibidem n. 27.* 17

Privilegium, quod habebant Abbates Ordinis Ciſtercienſis conſecrandi Altaria in quibuslibet Locis, ſuit limitatum à Gregor. XIII. ad Loca, dicto Ordini ſubjecta, cum facultate conſecrandi etiam Calices, pro uſu tamen dictorum Locorum, *ibidem numer. 28.* 17

Sicuti limitatus eſt iiſdem Abbatibus uſus Pontificalium, nt ea exercere non poſſint extra Eccleſias ſui Ordinis, ſine licentia Ordinarii Loci, *ibidem ſub eodem num. 28.* 17

Idem indultum conſecrandi Calices habent Abbates Caſſinenſes cum eadem reſtrictione, *ibid. n. 29.* 17

Privilegium, indiſtinctè concedens Abbatibus facultatem conſecrandi, & reſpectivè benedicendi Campanas, & alia Vaſa Sacra, & Veſtes, intelligendum eſt pro uſu ſuarum Eccleſiarum, *ibidem n. 30.* 17

An, & quando io communicatione generali privilegiorum Caſſinenſium, & Ciſtercienſium, veniat etiam facultas conſecrandi Vaſa Sacra, in quibus Sacra Unctio adhibetur, *ibidem num. 31. & 32.* 17

Hujuſmodi privilegium delegari non poteſt Vicario Generali, *ibidem num. 33.* 17

Neque Abbates poſſunt illud delegare alteri etiam ſoi Ordinis, non habenti uſum Pontificalium, *ibidem num. 34.* 17

Iodultum ampliſſimæ communicationis dd. privilegiorum conceſſum fuit à Sede Apoſtolica anno 1712. Congregationi Vallis-Umbroſæ, *ibidem n. 35.* 17

Ad Abbatem Commendatarium alicujus Eccleſiæ Regularis, habentem Jura Epiſcopalia, ſpectat in eadem Eccleſia uſus Pontificalium, privativè quoad Abbatem Monaſterii, *ibidem num. final.* 18

Præſente Epiſcopo Diœceſano, ubi locum habere debeat Abbas in loco ſuæ Juriſdictionis, *animadv. ad tit. 8. lib. 3. num. 31.* 51

Ubi pariter ſedere debeat tam io Synodo Diœceſana, quàm in Concilio Provinciali, & quibus Inſignibus uti valeat, *ibidem n. 32.* 51

Abbates, habentes uſum Pontificalium, præferendi ſunt Commendatariis, & Canonicis, quando incedunt uti ſinguli: ſecus autem, ſi collegialiter, *ibidem num. 33.* 52

Abbas, ſuſpenſus à Pontificalibus, non cenſetur ſuſpenſus à celebratione Miſſæ, juxta Ritum communem, *tit. 10. lib. 3. num. final.* 60

Vide in *Verb. Prælatus Inferior.*

ABBATISSA.

Abbatiſſæ etiam hodie utuntur Baculo cum velamine, ſeu ſudario appenſo, *animadv. ad tit. 2. lib. 3. num. 6.* 16

ACCEPTATIO.

Qui acceptavit conditiones, ſibi oblatas, non poteſt deinde contra propriæ acceptationis ſactum venire, *dec. 31. num. 13.* 250

ACTOR.

Reo ab obſervatione Judicii abſoluto, non poteſt Actor iterum agere, niſi refectis expenſis, *deciſ. 57. num. 1.* 320

ACTUS.

Interpretatio ſemper fieri debet, ut actus ſubſtineatur, *tit. 8. lib. 3. num. 36.* 49

Quando actus auctoritate Apoſtolica confirmatur, ſignum eſt, quòd abſque illa oon erat validus, *Animadv. ad tit. 11. lib. 3. num. 10.* 65

Actus quando cenſeatur ad aliquem primariò ſpectare, *animadv. ad tit. 2. lib. 4. num. 23.* 91

Qui dicaotur actus neceſſarii, & qui ad illos referantur, *ibidem n. 28. & ſeqq.* 91

Ad hoc ut actus contrarius aliquem afficiat, concurrere debet ſcientia, & patientia illius, *dec. 13. n. 33.* 206

Actus præcedentes declarationem recipiunt à poſterioribus, *dec. 31. num. 12.* 250

Actus negativi, & æquivoci, in nulla conſideratione babendi ſunt, præſertim in conflictu aliorum, *deciſ. 35. num. 34.* 265

Actus ſuper refertur ad jus, & titulum, de quo conſtat, *ibidem num. 35.* 265

Actus precario nomine geſti, adſcribuntur Principali, qui illos commiſit, *dec. 60. num. 33.* 331

In actibus, provenientibus à cauſa univerſali, attenditur potius cauſa, quàm actuum exercitium, *ibidem num. 46.* 332

ACTUS FACULTATIVUS.

Ex actibus facultativis oon inducitur obligatio, *animadv. ad tit. 6. lib. 4. ſub num. 28.* 113

Sola

Sola poſſibilitas præcedentis tituli operatur, ut actus geſti non dicantur facultativi, ſed neceſſarii, *dee.* 19. *numer.* 6. 224

Ex actibus facultativis nullum jus, nec quaſi poſſeſſio acquiritur, *dec.* 33. *num.* 54. 257

Limita quando concurrit prohibitio, & acquieſcentia, *ibidem num.* 55. 257

Facultatis præſumptio excluditur ex pluralitate actuum, per longiſſimum tempus continuatorum, *ibidem num.* 72. 259

Quoties dubitatur, an aliquid geſtum fuerit ex voluntate, vel potiùs ex obligatione, recurrendum eſt ad conjecturas, *dec.* 46. *num.* 3. 283

In iis, quæ Cultum Divinum, & Cauſam piam reſpiciunt, actus præſumitur geſtus animo ſe in futurum obligandi, quamvis initium fuerit facultativum, *ibidem num.* 4. 289

Qui fatetur errorem in aliquo actu, fatetur etiam obligationem illum exercendi, *ibid. n.* 15. & 16. 291

Supplicare pro reintegratione, gratias agere, pati mulctam, excludunt materiam facultativam, *ibidem numer.* 17. 291

Excluditur facultativitas, quando actus originem trahit à participatione emolumentorum, & eſt ad illa correſpectivus, *ibidem num.* 58. 291

Require in *Verb. Manutentio.*

ADJUNCTI.

In quibus Capitulis locum habeat diſpoſitio Conciliaris, quòd Epiſcopus in Cauſis Criminalibus Capitularium procedat cum Adjunctis, *animadv. ad tit.* 12. *lib.* 4. *num.* 22. pag. 141. *dec.* 14. *num.* 1. 2. & 28. 207

Privilegium Adjunctorum amittit Capitulum, ſi per centenariam negligeret illo uti, *ibidem n.* 25. 141

Item ceſſat, quoties totum Capitulum delinqueret, *ibidem num.* 26. 141

Multoque magis, ſi exceſſus, & crimina commiſſa eſſent in contemptum ipſius Epiſcopi, *ibid. n.* 27. 142

Hoc tamen caſu non poteſt ipſemet Epiſcopus eſſe Judex pro injuria, ſibi à Capitularibus illata: & ad quem Cauſæ cognitio devolvatur, *ibidem numer.* 28. & *ſeqq.* 142

In diſcordia Epiſcopi, ſeu alterius Judicis, ab eo deputati, elidendus eſt tertius ex eodem Capitulo, *ibidem num.* 33. 142

Adjuncti munus gerunt Conſultoris, & Aſſeſſoris, *ibidem num.* 35. 142

Et unum idemque Tribunal cum Epiſcopo conſtituunt, *ibidem num.* 36. 142

Si in principio anni Capitulum non eligit Adjunctos, Epiſcopus ſolus procedit, *ibidem n.* 37. 142

Capitula Italiæ, ad differentiam illorum Hiſpaniæ, ſunt Ordinariæ Juriſdictioni ſubjecta, *ibid. n.* 38. 142

Capitulum Eccleſiæ Lucanæ fruitur hoc privilegio Adjunctorum, *ibidem num.* 39. 142

Quando Epiſcopus procedere debet cum Adjunctis contra Capitulares, non tenetur illos adhibere ad deputandum Notarium pro conficiendis Actis, *animadv. ad tit.* 14. *lib.* 4. *num.* 33. 153

Item poteſt ſolus eligere Fiſcalem, *ibidem n.* 34. 153

Et locum eligere, ubi velit contra Capitulares ad inquiſitionem procedere, *ibidem num.* 35. pag. 153. *deciſ.* 18. *num.* 20. 223

Nec non Edicta generalia, & præparatoria ad inquiſitionem publicare, *ibid. num. final.* 153

Ex eo, quòd Capitulum per ſpatium longiſſimi temporis non petiit Adjunctos, magnum inſurgit argumentum, quòd carebat requiſitis ad formam Concilii, *deciſ.* 14. *num.* 25. 210

Concilium capit. 6. *ſeſſ.* 25. *de ref.* derogans privilegiis, & conſuetudinibus, decreto Adjunctorum contrariis, intelligendum de conſuetudinibus, favorabilibus Capitulis, non autem de illis, quæ favent Epiſcopis, *ibidem num.* 27. 210

Qualis fuerit in hoc potiſſimum finis Patrum *Sacr. Concilii*, *ibidem num.* 29. 211

Reprobanda non eſt conſuetudo, quòd Epiſcopi corrigant, & puniant exceſſos ſubditorum abſque conſilio Capituli, *ibidem num. final.* 215

ADOPTIO.

Ceſſante Principis auctoritate, fieri non poteſt in tertii præjudicium, *dec.* 42. *num.* 33. 279

ÆQUIPARATA.

Æquiparatorum natura eſt, ut habeant inter ſe ſimilitudinem, *deciſ.* 23. *num.* 22. 233

Regula de æquiparatorum natura quando procedat, *dec.* 41. *num* 9. 274

ÆTAS.

Vide in *Verb. Canonici quoad ætatem, aliaſque qualitates, à Lege, ſeu fundatione requiſitas*, & *Dignitates quoad ætatem.*

ALBA.

Vide in *Verb. Miſſa quoad Veſtes Sacerdotales.*

ALIENATIO.

Alienationes, & Electiones dicuntur actus neceſſarii, in quibus non requiritur omnium conſenſus; ſed ſufficit conſenſus majoris partis, *animadv. ad tit.* 2. *lib.* 4. *ſub num.* 30. 91

Quoties alienationi reſiſtit expreſſa, & particularis Juris prohibitio, non ſufficit ad præſcriptionem quadragenaria cum titulo putativo, *dec.* 60. *num.* 42. 332

ALTARE.

Debet eſſe lapideum, & ab Epiſcopo conſecratum *tit.* 1. *lib.* 3. *num.* 19. 8

Altare unde ſic dicatur, & quotuplex ſit, *ibidem numer.* 20. 8

Quo reſpicere debet, ſaltem de conſilio, Altare majus in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, *ibidem num.* 25. 9

Minora Altaria, & Oratoria, quaslibet Mundi partes poſſunt reſpicere, *ibidem num.* 26. 9

Altare, in quo fit Miſſæ Sacrificium, tribus mappis debet eſſe coopertum, licèt ſatis ſit, ut altera ex duabus duplicetur, *ibidem num.* 27. 9

Prædictæ Mappæ eſt ſolùm de convenientia quòd ab Epiſcopo benedicantur, *ibidem num.* 30. 9

Anterior pars Altaris veſtiri debet Pallio, quod Officio currenti conveniat, ſed hoc à Rubricis non præſcribitur ſub gravi culpa, *ibidem num.* 31. 9

Solummodo in Feria VI. majoris Hebdomadæ remanet ſpoliatum, & quid ſignificet, *ibidem num.* 32. 9

Qui Altari ſervit, de Altari vivere debet, *deciſ.* 34. *num.* 1. 259

Supple in *Verb. Petra ſacrata.*

ANNIVERSARIORUM.

Emolumenta, provenientia ab Anniverſarila, & Feſtis, æqualiter lucrantur Dignitates, ac Canonici, *tit.* 3. *lib.* 4. *num.* 31. 94

Capitulum, cui legatum fuit prædium cum onere celebrandi Anniverſarium pro anima Teſtatoris, ſatisfacit cantando unicam Miſſam, præmiſſo uno Nocturno Defunctorum, *tit.* 55. *l.* 4. *n.* 20. 155

Etiamſi relictum fuerit Officium Mortuorum, *ibid. num.* 21. 155

Liberum eſt cuilibet Anniverſaria, & onera Miſſarum in qualibet Eccleſia, ſibi benè viſa; relinquere, *dec.* 9. *n.* 2. & 16. 599

ANNULUS.

Annulum deferre non poſſunt Presbyteri ſimplices, neque in Miſſa, neque extra Miſſam, & ſub qua pœna, *tit.* 2. *l.* 3. *n.* 35. 13

Doctores, aliiqui in Dignitate conſtituti, poſſunt annulum deferre extra Miſſam, non tamen in Miſſa, niſi ex privilegio, *ibid. n.* 36. 53

Licitum tamen eſt annulum aureum abſque gemma deferre Prothonotariis honorariis celebrantibus, *ibid. num.* 37. 13

ANTECEDENS.

Qui vult antecedens, vult etiam conſequens, ad quod tendit illud antecedens, *dec.* 12. *n.* 8. 203

ANTECESSOR.

Præjudicare non poteſt ſuo facto Succeſſori in iis, quæ Jure proprio ad eum ſpectant, *dec.* 43. *n.* 17. 284

APPELLATIO.

Ad quid teneatur Appellans, *dec.* 26. *n.* 1. 238

Datur Appellatio à denegata executione Literarum Apoſtolicarum, *dec.* 42. *n.* 9. 277

Idem practicatur, ubi denegatur executio obligationis Cameralis, *ibid. n.* 10. 277

AQUA BENEDICTA.

Diebus Dominicis fit per Sacerdotem celebrantem aſperſio Aquæ Benedictæ: & quæ hac occaſione ſint ſervanda, *tit.* 9. *l.* 3. *n.* 4. 53

Si pri-

Si prima Dignitas Collegiatæ uſum Pontificalium habens, Miſſam Pontificaliter decantet, prædicta Aſperſio fieri debet, non ab ipſa, ſed ab oliquo Capellano cum Cotta, & Stola in medio duorum Acolytorum, *ib. n.* 5. 53

Ad illam autem ſpectat, ſi non habeat uſum Mytræ, dictam Functionem explere cum Pluviali, & Miniſtris, *ibid. n.* 6. 53

Quæ ſervanda ſint, quando Aquæ Benedictæ aſperſio fieri debet præſente Epiſcopo, *ibidem num.* 7. 53

Canonici aſperguntur ſigillatim, & à qua parte Chori incipiatur, *ibid. num.* 8. 53

Aſperſio verò Capellanorum, & Populi fit unico ductu in circulum, *ibid. n.* 9. 53

Canonici recipere debent aſperſionem Aquæ Benedictæ detecto capite, & parum inclinati, *ibid. n.* 10. 53

Illa Aſperſio, cum fervore in Deum recepta, valet ad remiſſionem peccatorum venialium, *ib. n.* 11. 53

Item ad pellendos corporis morbos, *ibid. n.* 12. 53

Terminata Aſperſione, Celebrans ad infimum gradum Altaris dicit Orationem: & deinde accepto Manipulo, & Caſula, incipit Miſſam, *ibid. n.* 13. 53

In aliis verò Feſtis Dignitas, ſeu Canonicus, omiſſa aſperſione Aquæ Benedictæ, procedit ad Altare cum Miniſtris, & Presbytero Aſſiſtente, ſi adſit conſuetudo, *ibid. n.* 14. 43

AQUAVIVA.

Terra Aquævivæ erat olim Civitas, & habebat proprium Epiſcopum, *dec.* 1. *n.* 1. 573

Quam Juriſdictionem babeat Archipresbyter Aquævivæ, *ibidem numer.* 4. & 8. 174

An eadem Juriſdictio procedat ex delegatione, vel ex legitimo titulo, *ibid. num.* 12. *& ſeqq.* 174

Prædicto Archipresbytero competit intitulatio Ordinarii, *ib. num.* 16. pag. 174. Contra *n.* 37. 176

Illius Juriſdictio reſtringitur ad ſolam Eccleſiam Aquævivæ, & ad Clericos, & Beneficiatos, ibidem inſervientes, *ibid. n.* 17. 18. & 39. 174

Civitas Aquævivæ ubi erat, *ibid. num.* 34. 175

ARBITER, ET ARBITRATOR.

Arbiter, compromiſſi limites tranſgrediendo, nulliter agit, *dec.* 38. *n.* 20. 324

Arbiter declarare poteſt etiam ſuper acceſſoriis, & dependentibus à titulo, enunciato in Compromiſſo; maximè quando ibi expreſſa commodè nequeunt alio modo determinari, *ibid. n.* 21. & 25. 324

Arbiter quando cenſeatur etiam Arbitrator & amicabilis Compoſitor, *ibid. n.* 23. 324

Arbitrator poteſt controverſiam componere ex bono, & æquo, etiam excedendo aliqualiter terminos Compromiſſi, *ibid. n.* 24. 324

ARCHIDIACONUS.

Archidiaconus Cathedralis computatur inter Dignitates, Curam animarum habentes, *tit.* 8. *l.* 4. *n.* 15. 120

Et ideo attingere debet annum vigeſimum quintum, & eſſe Doctor in Theologia, vel Jure Canonico, *ibid. n.* 16. 120

Hodie verò, quia ejus Juriſdictio eſt extincta, ſufficit, quòd ætatem habeat viginti duorum annorum: nec obligatur Doctoralem gradum aſſumere, *ibid. n.* 17. & 18. 120

ARCHIEPISCOPUS.

Ubi nullus alius adeſt proprius Epiſcopus Juriſdictionem habet, tam Archiepiſcopalem, quàm Epiſcopalem, *dec.* 1. *n.* 27. 575

Vide in *Verb. Crucis delatio.*

ARCHIVIUM.

Libri, ſeu Scripturæ, conſervatæ in Archivio Capituli, ſi ſint rogitu Notarii munitæ, probant etiam contra tertium, *tit.* 16. *l.* 4. *n.* 15. 160

Si verò conſcriptæ ſint per Canonicos, probant ſolùm contra Capitulares, & ab ipſis non poſſunt impugnari, *ibid. n.* 16. 160

Scripturæ, extractæ ex Archivio privato, quoad non ſubditos, non probant, *dec.* 1. *n.* 33. 575

Archivium privatum Capituli nullam probationem facit favore ipſius Capituli contra tertium, *dec.* 43. *num.* 14. 284

ARGUMENTUM.

Valet argumentum ab augmento ad diminutionem, & è converſo, *tit.* 11. *l.* 3. *ſub n.* 42. 64

Valet argumentum à ſimili, *dec.* 29. *n.* 21. 246

Fallit in rebus ſeparatis, & in caſibus, etiam in minimum inter ſe diſſidentibus, *ibid. n.* 22. 246

De argumento ducto ab *Auth. multò magis Cod. de Sacroſ. Eccleſ. dec.* 42. *n.* 24. 279

In Conceſſionibus, Sententiis, & Contractibus, quando valeat argumentum à contrario ſenſu, *dec.* 45. *n.* 12. & 13. 288

ARTICULUS.

Non dicitur dubius, quando pluries deciſus fuit per Rotam, & *Sacras Congregationes*, *dec.* 16. *n.* 25. 217

ATTENTATA.

Quomodo procedendum in Attentatis, quæ non ex culpa poſitiva, ſed ex ignorantia, & erronea credulitate committuntur, *dec.* 21. *n.* 20. 229

ATTESTATIO.

Facta ab uno ex Miniſtris Capituli, probationem non facit ad illius favorem, *dec.* 16. *n.* 16. 216

Atteſtatio ſimplex Notarii, quæ non fit de actu, coram ſe rogato, nullum probationis gradum conſtituit, *dec.* 49. *n.* 6. 295

Vide in *Verb. Teſtis.*

B

BALDACCHINUM.

BAldacchini uſus denotat externam Juriſdictionem, *tit.* 8. *l.* 3. *n.* 13. 48

BENEFICIA ECCLESIASTICA IN GENERE.

Beneficia ſimplicia obtinentes in Parochialibus non poteſt Epiſcopus cogere ad ſerviendum Eccleſiæ per ſe, vel per ſubſtitutum, *animadv. ad tit.* 11. *l.* 3. *n.* 5. 65

Sicuti pariter non poteſt idem Epiſcopus adjungere Beneficio onus celebrationis Miſſæ aliquando in hebdomada, ſi non conſtet de obligatione, *ibid. n.* 7. 65

Quod nec valet facere Viſitator Apoſtolicus, niſi habeat ad hoc ſpeciales facultates, *ibid. n.* 8. 65

Ad Beneficia ſimplicia ſufficit ſcire legere, *tit.* 9. *l.* 4. *n.* 1. 125

Publicè intereſt, ut pures ex pingui Beneficio alantur, *tit.* 15. *l.* 4. *n.* 66. 156

Gratiæ expectativæ ſublatæ ſunt à *S. Conc. Trident. ibid. n.* 71. 156

Pro determinanda qualitate Beneficii, ob deficientiam Fundationis, recurri debet ad obſervantiam, *dec.* 5. *num.* 9. 183

Conſuetudine, circa ſtatum Benefici probata, ſi de antecedenti ſtatu contrario non conſtet, intrat præſumptio, quòd ſic pariter anteactis temporibus fuerit obſervatum, *ibid. num.* 11. 184

Quoties duo Beneficia ex eodem fonte proveniunt, & ſunt ejuſdem naturæ, obſervantia reſpectu unius ſuffragatur etiam pro altero, *ibid. num.* 13. 184

Impetratores Beneficiorum dicantur odioſi, *ibidem numer.* 17. 184

In materia Beneficiali, & in Judicio præſertim executionis Literarum Apoſtolicarum, attendi debet ultimus Status, *dec.* 6. *n.* 4. pag. 185. *dec.* 15. *nu.* 3. pag. 212. Amplia *ibid. numer.* 7. & 8. 212

Quæ requirantur, ut ultimus Status abſorbeatur à præcedenti, & bono Jure in petitorio, *ibid. n.* 5. pag. 185. *dec.* 15. *n.* 9. pag. 212. *dec.* 53. *n.* 18. 314

In Proviſione Apoſtolica attenditur cauſa, ob quam principaliter obtenta fuit, licèt in ſupplicatione aliæ ſuperadditæ fuiſſent, *ibid. n.* 7. 185

Expreſſio valoris Beneficiorum Germaniæ ſufficit quòd fiat per non exceſſum in ducatis 24. eaque non indiget juſtificatione, *dec.* 7. *n. final.* pag. 187. *dec.* 22. *num.* 3. 230

Ultimus Status attendi debet etiam contra Proviſum Apoſtolicum, *dec.* 15. *n.* 4. 212

Anteriori, Statu Beneficii legitimè juſtificato, non attenditur ultimus Status contrarius, *ibid. n.* 5. 212

Declara procedere re integra, ante captam Beneficii poſſeſſionem, *ibid. n.* 6. 212

Enunciativæ non babent vim hujuſmodi probationis, *ibid. n.* 10. 212

Præſertim ſi ſint æquivocæ, vel nimis generales, & prodierint in actibus, qui non doceantur effectuati;

ti; & multo magis ſi in contrarium probetur in effectuatio, *ibidem nu.* 12. 13. *&* 14. 212

Ad hoc ut quis obtinere poſſit duo Beneficia, unum ex eis dari ſolet in titulum, & aliud in Commendam, etiamſi ambo ſint ſecularia, *ibid. n.* 12. 212

Ad conſtituendam qualitatem Regularitatis, quid requiratur, *ibid. n.* 16. 213

Triennali poſſeſſione Beneficii munitus, tutus eſt à moleſtiis tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, *ibid. num.* 18. *&* 20. 213

Neque contra illum admittitur probatio infectionis tituli, *ibid. n.* 19. 213

Quod procedit etiam in Beneficiis exemptis, reſervatis, aut certo generi perſonarum debitis, *ibidem num.* 21. 213

Proviſio, facta ab alio, quàm à Papa, vel ab Ordinario, habentibus legitimam conferendi facultatem, non tribuit titulum coloratum, *ibid. n.* 22. 213

Quando Proviſio, facta à Nuncio Apoſtolico, tribuat titulum coloratum, *ibid. n.* 23. 213

Poſſeſſio, capta à Seculari de Beneficio Regulari, eſt nulla, *ibid. n.* 25. 214

Tiennalis poſſeſſor, excepta reſervatione, clauſa in Corpore Juris, aut Simoniaco ingreſſu, non poteſt ſua poſſeſſione privari, *ibid. n.* 26. *&* 27. 214

Ubi non concurrit ſimplex triennalis poſſeſſio, ſed decennalis, & ultra, præſumitur titulus validus, etiam contra decreta *S. Conc. Tridentini*, *ib. num.* 28. 214

Vigore triennalis poſſeſſionis eſt allegabilis quilibet melior titulus de mundo, *ibidem n.* 29. 214

An ad hoc, ut poſſeſſor triennalis quis dicatur, poſſit juvari poſſeſſione ſui Auctoris, & quando *ibidem num.* 30. *& ſeqq.* 214

Nullitas Gratiæ poſt pacificam triennalem poſſeſſionem deduci non poteſt, *ib. num. final.* 214

Gratia *ſi neutri* eſt conditionalis, & quando effectum ſortiatur, *dec.* 20 *n. final.* 226

Ex clauſula, adjecta in Literis Apoſtolicis *vacato Poſſeſſore*, reſultat, Gratiam faiſſe ſimpliciter certo modo, *dec.* 22. *n.* 15. 230

Clauſulæ *ſive ut præfertur*, ſeu *alio quovis modo*, non ſuffragantur, ut impetrator eximatur ab juſtificatione ſuæ narrativæ, *ibid. n.* 16. 230

Gratiæ expiſcatoriæ, utpote odibiles, non ſubſtinentur ex clauſulis generalibus, in Literis Apoſtolicis appoſitis, *ibid. n.* 17. 230

An poſſit fieri electio, ſeu præſentatio ad Beneficia Eccleſiaſtica per Compromiſſum, & quomodo illud ſit faciendum, *dec.* 24. *n.* 8. *&* 9. 234

An compromiſſarii ad eligendum, ſeu præſentandum, uti valeant ſortibus, *ibid. n.* 10. 234

An, & quando locus eſſe poſſit ſortium uſui in electione ad Beneficia Eccleſiaſtica, *ibidem num.* 15. 235

Impetrans Beneficium, in cujus pacifica poſſeſſione alter exiſtit, gravatur onere rigoroſioris probationis, *dec.* 25. *n.* 3. *& ſeqq.* 236

Unum, & idem Beneficium nequit ex facto unius perſonæ pluries vacare, niſi novus titulus acquiſitionis ſuperveniat, *ibid. n.* 8. 236

In Beneficialibus parviſaciendæ ſunt lites, & quare, *ibid. n. final.* 237

Ad effectum evitandi Gratiæ ſubreptionem, quando ſufficiat litis pendentiam narratam fuiſſe cum clauſula *cujus litis ſtatum*, *dec.* 40. *n.* 2. 272

Non ſolet Pontifex ſuprema ſua poteſtate tollere qualitates, & conditiones Beneficiorum, in limine fundationis appoſitas, *dec.* 41. *n.* 21. 278

In fundatione Beneficiorum poteſt ſolus Epiſcopus conditiones, & qualitates, etiam Juri contrarias, approbare, *ibid. n.* 22. 278

Proviſiones Beneficiorum non fiunt à S. Sede, niſi habentibus ſufficientia teſtimonia honeſtatis, & probitatis vitæ, *ibid. n. final.* 282

Epiſcopo, tanquam informato de qualitate Beneficiorum ſuæ Diœceſis, in ſui præjudicium teſtanti, eſt valde deferendum, *dec.* 44. *n.* 5. 285

Ultimus Status validior fit per Sententiam, ſuper illius qualitate antecedenter latam, & in Judicatum tranſactam, *dec.* 55. *n.* 12. 313

Beneficiorum collatio eſt effectus Juriſdictionis, *dec.* 59. *num.* 13. 326

BENEFICIA QUOAD INCOMPATIBILITATEM.

Non dicitur incompatibilis cum Canonicatu Capellania, quæ non habet onus reſidentiæ, niſi cauſativè, hoc eſt ad effectum lucrandi Diſtributiones, *animadv. ad tit.* 16. *l.* 4. *n.* 14. pag. 163. *dec.* 34. *n.* 5. 260

Item excluditur incompatibilitas, quando ſervitium Capellaniæ impleri poteſt per alium, *ibid. n.* 15. pag. 163. *dec.* 34. *n.* 7. 260

Reſidentia præciſa non cauſatur ex eo quòd non reſidenti inflicta ſit pœna, *ibid. num.* 16. 163

Item incompatibilitatem non cauſant Penſiones, & quare, *ibid. n.* 17. *&* 25. 163

De qua tamen opinione plures dubitant, *ibidem num.* 18. 163

Diſpenſatus ſuper pluralitate Beneficiorum incompatibilium, licitè valet eodem tempore illa retinere, & poſſidere, *dec.* 7. *n.* 4. 186

Quæ ſit natura hujuſmodi Diſpenſationis, *ibid. n.* 5. 186

Quid teneatur exprimere petens Diſpenſationem ſuper retentione Beneficiorum incompatibilium, *ibid. num.* 7. 187

Reſidentiæ cauſativæ reticentia non cauſat ſubreptionem, *ibid. n.* 9. 187

Maximè, ſi diſpenſatio deroget omnibus, in contrarium facientibus, *ibid. n.* 10. 187

Statim ac adepta eſt poſſeſſio ſecundi Beneficii incompatibilis, vacat primum, *dec.* 22. *n.* 4. pag. 230. *dec.* 25. *n.* 6. pag. 236. *dec.* 34. *n.* 8. 260

Quid requirat diſpoſitio *Extravag. Execrabilis*, *de Præbend. in* 6. *ibid. n.* 5. 230

Concluſio, quòd obtinens mandatum de immittendo ad Beneficium, nullumque habens impedimentum, quominus poſſeſſionem capere potuerit, haberi debeat pro poſſeſſore, procedit in mandato, obtento ad ſecundum Beneficium, non ad primum, *ib. n.* 6. *&* 7. 230

Impetranti Beneficium ob aſſecutionem alterius incompatibilis an, & quando ſufficiat juſtificare ſolam incompatibilitatem, *ibidem. num.* 8. *&* 12. 230

Prædicta *Extravag. Execrabilis de Præbend. in* 6. locum non habet niſi in Beneficiis Curatis, Dignitatibus, Perſonatibus, vel Officiis, *ibid. num.* 10. 230

Verior tamen opinio eſt, quòd comprehendat omnia Beneficia, qualitercunque incompatibilia, *ibidem num.* 11. 230

In impetratione Beneficii, ad ſubſtinendam Gratiam, neceſſe eſt juſtificare narrativam, ad differentiam collationis, factæ per Papam ratione reſervationis menſium, *ibidem num.* 13. *&* 14. 230

Secuta vacatione primi Beneficii ob aſſecutionem ſecundi incompatibilis, poteſt illud ab habente Jus conferendi alteri liberè conferri, *dec.* 25. *n.* 7. 236

Ad hoc ut primum Beneficium ob aſſecutionem ſecundi Incompatibilis vacet, neceſſe eſt, quòd concurrat illius pacifica poſſeſſio, *ibidem num.* 9. *&* 10. 236

Diſtingue, *ibidem numer.* 11. *&* 12. 237

Lapſus bimeſtris poſt pacificam poſſeſſionem ſecundi Beneficii incompatibilis quare ſit expectandus, *ib. num.* 13. 237

Decretum de dimittendo primum Beneficium, non impedit vacationem jam à Jure inductam per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, *ibid. num.* 18. 237

Non poſſunt obtineri duo Canonicatus, quorum uterque perſonalem, ac præciſam reſidentiam requirit, *dec.* 27. *n.* 1. 239

Et ſi prior non dimittatur intra bimeſtre à die adeptæ poſſeſſionis ſecundi, inducitur ipſo Jure vacatio utriuſque, *ibid. n.* 2. 239

Incompatibilitas an excludatur ex generali conſuetudine Germaniæ retinendi plures Canonicatus, & Præbendas in diverſis Cathedralibus, & Collegiatis, *ibid. n.* 3. 6. *&* 7. 239

Item an ex particulari Statuto alicus Eccleſiæ, requirente reſidentiam cauſativam tantùm, non præciſam, *ibid. num.* 4. 8. *& ſeqq.* 239

Vel ſi; deſtructa per hoſtium irruptionem Cathedrali, vel Collegiata, perſonalis reſidentia impleri nequeat, *ibid. n.* 5. *&* 12. 239

Ex propria confeſſione retinentis plura Beneficia incompatibilia excluditur bona fides per quam pœnalis

lis privatio, à Jure inducta, declinari potuiſſet, *ibid. num.* 11. 540

Canonicatus non remanet exemptus ab onere reſidentiæ ob fructuum modicitatem, *ibidem num.* 13. 540

Ita pariter ex hac cauſa non tollitur illius incompatibilitas cum altero, *ibidem n.* 14. 240

Lis ſuper ſecundo Beneficio incompatibili quando non relevet, *ibidem num.* 15. 240

Duo Beneficia, æquè perſonalem reſidentiam requirentia, ſunt inter ſe incompatibilia, *dec.* 34. *n.* 2. 260

Quot ſint ſpecies reſidentiæ, & quæ pariat, vel non incompatibilitatem, *ibidem nu.* 3. *& ſeqq.* 260

Ad mutandam qualitatem perpetuæ reſidentiæ in cauſativam, ſufficit curſus 40. annorum *ibid. n.* 9. 260

Conſuetudine introduci poteſt, ut duo Beneficia uniformia valeant in eadem Eccleſia retineri, *ibidem numer.* 10. 260

BENEFICIA QUOAD INSTITUTIONEM.

Inſtitutio in Beneficiis poſt Concilium Tridentinum reſervari non poteſt Inferiori ab Epiſcopo, *animadv. ad tit.* 3. *l.* 3 *n.* 75. 25

Habens tamen Juriſdictionem Ordinariam, cum omnimoda exemptione ab Epiſcopo, capax eſt Juris inſtituendi, *ibidem n.* 73. 26

